Notandum tamen, quòd licet regulariter in degradatione presbyteri, sex Episcopi, & in causa Diaconi, tres sint adhibendi, iuxta ordinarium, *vt habetur in cap. felix. 10. q. 7. & c. seq. & in cap. degradatio. de pœnis in 6.* attamen in hoc crimine hoc est speciale, vt non requiratur numerus Episcoporum, de quo in dictis capitulis, sed solus Episcopus conuocatis alijs Abbatibus, & prælatis, & religiosis, ac literatis personis suæ diœcesis poterit hæreticos degradare, *cap. 1. de hæret. in 6.* quòd si in diœcesi tales personæ non reperirentur, poterunt assumi ex alia diœcesi, *vt ibi per Ioann. Andr.* Degradatio autem fieri debet non tantum, quando tradendi sunt iudici seculari, sed etiã quando perpetuo carceri condemnantur, *vt habetur per Panor. in ca. excommunicamus il secondo. de hæret. & sequitur Gondisla. de hæret. q. 19. nu. 3. & c. 1. de hæret. in 6. & Girland. de hæret. q. 3.* Et quòd sit degradandus, est tex. *in c. ad abolendam. de hæret. & in c. excommunicamus. §. 1. eo.* Quam autem canones appellãt degradationem, ac etiam Iustin. *in l. 1. C. de priuil. schola. lib. 12.* Hieronymus in Epistola contra Io. & Ruffinum, appellat regradationem, *et refert Igne. in l. 1. §. cum dominus. nu. 28. ff. ad Syllan.*

8 ¶ Dignitatibus etiam omnibus† priuatur, & prælaturis, etiam si esset Papa, *cap. si Papa. 40. d. ibi*, nisi deprehendatur à fide alienus, *& c. Anastasius. 19 dist. & no. in cap. Achatius. 24. q. 1. & not. in c. principium. de pœni dist. 2. & in c. in fidei. de hæretic. in 6.* nam hæreticus, etiam si sit Papa, minor est quolibet catholico, *vt habetur in d. c. Achatius. & d. c. Anastasius. & in c. scimus. 19. di.* Quinimo & reuersus ad Ecclesiam, dignitates & ordines non recuperat, *cap. 1. & per totam 1. q. 7. & in c. si quis hæretica. 1. q. 1.* Nisi fortè consuetudo extaret in contrarium, *iuxta cap. nos consuetudinem. vbi glo. Gemin. & Præpos. 12. dist.* Miles cingulo spoliatur, *l. 3 in fin. C. de summa Trinitat & l. quicunque. §. nullum. C. de hæret.* Priuilegijs omnibus occasione religionis concessis priuantur, *leg. 1. C. de hæret.* Non possunt hæretici habere, neque prælatos, neque ministros, *l. omnes vetitæ. C. de hæret.* Neque dicere letanias, neque alia officia, *l. 3. C. eo & consti. nouel. 144. ca. qui contra. 24. q. 1.* Non valet priuilegium pro hæreticis impetratum, *l. Arriani. C. de hæretic.* Priuantur honoribus & immunitatibus, *l. curiales. C. de hæret.* Palatij cõmunione priuantur, *l. quicunque. §. nullum. C. de hæret.* Hæreticus non baptizato ad Rempub. non accedito, *constit. nouell. 37.* Leo & Iustinianus Imperator priuarũt hæreticos dignitatibus, *constit. nouel. 109.* Neque potest ciuilem administrationem capere, neq; inter consortium rhetorum assumi, neque iuuenes instituere, *consti. nouel. 144.* Et Episcopus, qui hæreticum instituit, excommunicatur & deponitur, *cap. si quis Episcopus de hæret.* Et primam potestatem amittunt, *ca. 2. 3. illorum autem. de hæret. in 6.* & quòd nullam habeant potestatem, est text. *in c. didicimus. 24. q. 1.* Neque possunt remittere peccata ibi. Non potest etiam consecrare, quia consecrare est simul sacrare, sed diuisus prout est hæreticus, non potest simul sacrare, ergo. *ca. pudenda. 24. q. 1.* Priuantur tamen officijs & dignitatibus, non ipso iure, sed per sententiam ferendam, & ideo ante fructus officij faciunt suos, *c. ad abolendam. §. præsenti, de hæret.* vbi non dicitur, quòd ipso iure priuentur. Alphons. *de iusta hære. pun. t. lib. 2 c. 9. col. 8. in fi. & seq.* vbi quòd saltem acquiret fisco.

9 ¶ Nominibus detestandis nominandi, vt vesani, & dementes appellantur *in l. 1. C. de summa Trinita.* Et dementia obstinationis animi appellatur hæresis *in l. 2. C. eo.* Et turbæ etiam hæreticorum appellantur ibi. Non nominentur Christiani, sed suis apertis criminibus nuncupẽtur, vt Arriani, Nestoriani, & simil. *d. l. 2. §. vlt. C. de summa Trin. & l. damnati. C. de hæret.* Factiosa etiam eruptio vocatur hæreticorum, *in d. l. 2. in fin.* Sectæ funestissimæ, *in l. quicunque. §. vniuersi. C. de hæret.* Hæretica superstitione profanant, *l. hi. qui sanctam fidem. C. de apost.* Et quòd conuenticulæ eorum non Ecclesia, sed conciliabula appellanda sunt, *cap. clericus. 24. q. 3.* Ad altare reticenda nomina hæreticorum, *vt est apud Leonem Papam, Epistola 38. quæ recitatur in Concilio Carpenoracensi, in epistola Leo. 38. num. 3. & in 1. tomo Concil. car. 660. colum. 1.* Immanissima etiam sacrilegia nuncupantur, *l. quicunque. §. fin. C. de hæret.* Et leprosis æquiparantur, *vt per glo. Leuit. cap. 13. & Num. cap. 5.* Iniquitatis filius dicitur post sententiam, quia ante dilectus filius nuncupabatur. nam si impetratur beneficium hæretici, si non sit condemnatus; dicetur, quod dilectus filius noster tenebat, postcõdemnationem autem dicetur, quod iniquitatis filius noster tenebat, *Petr. Rebuff. in praxi beneficia. in for. signa. simplicis prouisionis, in tertia parte, in clausula modi vacationis, num. 8. est mihi fol. 119. in impressu in quarto apud Griphium Venetijs, & licet nil alleget, probari potest in c. cito. 1. q. 1. ibi, sicut enim qui filij promissionum.*

10 ¶ Congregationes† eorum prohibẽtur & cœtus, adeo vt neq; loca ad id habere possint, *l. 2. C. de summa Trini.* Non possunt ædificare sibi quasi Ecclesias, nec in publicum conuenire locum, *l. Arriani. C. de hæret.* Non Ecclesias, non monasteria sibi constituant. Parasynaxim, & conuenticula tam diurna, quàm nocturna non contrahant; neque ad domum vel possessiones cuiusquam, neque ad monasterium vel quemcunque alterum locum operaturi sectæ funestissimæ congregentur, *l. quicunque. §. vniuersi. C. de hæret.* Non licet eis publicè vel priuatim conuocare cœtus vel circulos & disputare, *dict. l. quicunque. §. nulli. C. de hæret.* Hæreticus nullam omnino hæresis domum, aut locum orationis habeto, *constit. nouel. 37. & in authent. de interdict. colleg. hær. latè.* Synagogas habere non possunt, sicut Iudæi, *c. Iudæus. lo primo, de Iudæ. c. clericus. cum seq. 24. q. 3. Cyn. in l. 2. in fi. C. de summa Trini. post glo. ibi.* aliàs locus ille, in quo conueniunt publicabitur, *d. l. quicunq; §. vniuersi. C. de hæretic. & l. conuenticulam. C. de Episcop. & cler. Carrer. de hæret. nu. 153.* Neque possunt in locis suis dicere litanias, aut alia officia, *l. 3. C. de hæret.*

11 ¶ Portant crucem† sæpe pro pœnitentia in infamiã, quæ imponitur ijs, qui publicè detestati sunt fidem & lapsi, non autem suspectis tantum, quia cruces sunt insignia hæretici pœnitentis, & quando imponunt, vestitur damnatus veste habente scapulare, vt religiosi habent, super qua duę sint cruces, altera ante, altera retro, longitudinis palmorum trium, & latitudinis duorum, de his vide Zanchin. *de hæretic. cap. 20. num. 3. vbi Campeg. in addi. sub litera F.*

12 ¶ Et in pœnis infligendis† nullum priuilegium aut dignitas personæ attendenda, siue sint milites, *l. Arriani. in fi. C. de hæret. l. nullus. C. ad l. Iul. maiest.* siue clerici, sacerdotes & religiosi, *c. ad abolendam. & c. excommunicamus. de hæret.*

13 ¶ Et† contra hæreticum poterunt etiam excommunicati procedere, neque ideo processus erit nullus, *vt habetur in c. præsidentes. de hære. in 6.*

¶ Soluitur etiam omnis cognatio, cum æquiparentur relegatis, *vt Insti. de ijs, qui sunt sui vel al. iur. & Carrer. de hæret. nu. 168. circa fin. & probat tex. in l. post liminij. §. filius, de capti. & postli. reuer. & not at Bal. in l. fi. ff. de recepta.*

14 ¶ Si† publicè obloquuti sunt de fide, publicè etiam in triuijs, Ecclesijs, & prædicationibus detestẽtur errorem suum, vt per Zanchin. *de hæret. cap. 20. num. 2. & ibi Campeg. in add. sub litera D.*

15 ¶ Nota tamen,† quòd si purgatus humiliter pœnitentialem pœnam adimpleuerit, ad tollendam omnem infamiæ maculam poterit publicè in concionibus prædicari pro viro optimæ conscientiæ & vitæ, *iuxta c. extuarij. de purg. cano. & c. 1. & 2. 15. q. 5. & per Zanch. de hære. c. 20. nu. 7.*

## CAP. XLIIII.

## *De Pœnis bona respicientibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Bona hæretici ipso iure confiscata intelliguntur, nec requiritur sententia, nisi declaratoria ob fructus.*

2 *Idem de patrimonialibus si sunt clerici, & ea in quibus vtile dominium habent reuertentur ad directum, & quid de stipendijs.*

*Et quomodo diuidantur, & inter quos hodie.*

3 *Bona laici, immediato domino, non supremo applicantur.*

*Bona quamuis ipso iure applicentur, non tamẽ nisi secuta sententia vendicantur.*

*Quando Inquisitor possit, vel non facere gratiam.*

4 *Bona hæretici alienata solutis melioramentis vendicantur, & pretium per emptorem exburs atum restituendum est.*

5 *Bona emphyteutica hæretici, an applicentur domino directo, siue Ecclesiæ, & quid de iure auth.*

6 *Beneficium hæretici, est expensis exprimendis impetrabile.*

7 *Pœna pecuniaria an hæretico non pertinaci imponi possit, & cui applicetur, quibusq; casibus iusponatur talis pœna.*

*Clerici non puniuntur pœna pecuniaria, si nil proprij habent.*

8 *Bona hæretici in confiscatione quomodo diuidantur, cuiq; applicentur.*

9 *Hæretici pronunciati bona, an inuito ecclesiastico iudex secularis possit statim publicare, quòd sic.*

10 *Bona per fiscum occupata, an recuperet hæreticus, & quando restitutione sibi concessa, & quæ alia bona etiam recuperet, & pecunias.*

*Et quando recuperet beneficium, quo fuerat priuatus.*

*Et quando, & à quo fiat ista restitutio.*

11 *Bona in hæreticum alienata, si in eis sunt Ecclesiæ, vendicãtur à fisco Ecclesiæ.*

17 *Publicatione bonorum quanto tempore præscriptio fiat in hoc crimine, distinguo.*

*Contra hæreticum quare non currat præscriptio.*

*Possidere, imo nec detinere potest hæreticus.*

*Et an possit impetrari hæretico beneficium hæretici, cum non possideat.*

13 *Domus, & loca hæreticorum, & bona illorum, qui ea illis dederit publicantur, & etiam domus scientis eas conuenticulus ibi fieri, etiam quòd non sit hæreticus.*

*Area an vacua semper remanet, domo destructa. Et quid si ciuitas destruatur.*

14 *Mulier hæretica priuatur beneficio Senatusc. Vellei. & filiusfam. Macedoniani.*

15 *Mutuans hæretico ad domus refectionem, non habet tacitam hypothecam, vt cæteris præferatur.*

16 *Testari non potest etiã ad piam causam hæreticus, nec codicillari, nec quamuis aliam vltimam voluntatem exprimere.*

17 *Succedere hæreticus minime valet, nec aliquid habere etiam ex militis testamento.*

*Filius hæreticus exhæredari potest.*

*Iudæo relinqui potest, non autem hæretico, imo ei relinquens punitur.*

18 *Vsucapere non potest pro hærede hæreticus.*

19 *Hæreticus non potest conuenire, quamuis conueniatur, & in multis alijs est deterioris conditionis.*

*Et quando aduocatus pro eo interuenire possit.*

20 *Iuramentum seruare tenetur hæreticus, licet non iuret vt orthodoxus.*

21 *Restitutionem rerum Ecclesiasticarum, neq; patrimonialium hæreticus non petit, neq; agere potest petitorio.*

22 *Seruum Christianum hæreticus minime habere potest.*

23 *Rescripta nõ impetrat hæreticus, neq; beneficium annalis possessoris, nec absolutionem ad cautelam.*

24 *Iure patronatus, & feudo: nec enim præstare domino fidelitatii iuramentum quando est hæreticus, & beneficio ipso iure priuatur hæreticus, nu. 25. & 26.*

27 *Debitor iurans dare hæretico, non tenetur id seruare.*

28 *Serui à dominica, & liberi à patria liberantur potestate. si dominus & pater sunt hæretici.*

*Debitores non tenentur soluere debita hæretico creditori, nec depositarij depositum restituere, neq; castrum ad custodiam datum, neq; vxor reddere debitum.*

*Filius tenetur in casu famis patri indigenti subuenire.*

*Mater hæretica in pœnam dotare tenetur filiam hæreticam, & pater hæreticus etiam ad donationes propter nuptias.*

*Occulti hæretici, an iustas patiantur pœnas.*

*Regis hæretici regnum conceditur successori, non autem confiscatur.*

29 *Hæreticus, quando Inquisitores non habent vnde viuant, tenetur ad eorum expensas, & sportulas.*

*Et condemnatur ad construẽdas Ecclesias, & ad alia opera pia, num. 30.*

31 *Vsurarum ad restitutionem quando teneantur hæretici.*

*Suspendi potest purgandus clericus à beneficio. num. 32.*

33 *Transigi quare non possit super hoc crimine.*

34 *Pater dotare filiam hæreticam non tenetur.*

35 *Hæretica dotis priuilegio priuata est, & perdit dotem, fisco tamen applicandam, non marito.*

36 *Pœnæ arbitrariæ sunt quandoq;, & commutari possunt ante sententiam.*

37 *Pœnæ arbitrariæ vna imposita, cæteræ remissæ integuntur, & quare.*

38 *Loca hæreticorum dantur Ecclesijs, num. seq.*

40 *Contrahere hæreticus non potest vllo modo, id est, quoad sui vtilitatem. num. 43.*

41 *Onera subit hæreticus, quamuis ab honoribus arceatur.*

42 *Hæreticus delictum aliud committens, ab Episcopo punietur, & quoad habitum est de corpore Ecclesiæ.*

44 *Pœnis pluribus ex diuersis iuribus prouenientibus, vna aliam non tollit.*

1 BOna hæreticorum† intelliguntur ipso iure confiscata in Ecclesiam, *ca. cum secundum leges. de hæret. in 6.* ideo iudices Ecclesiastici nõ possunt minorem pœnam imponere pecuniaria, *vt ibi notatur, & gloss. & Card. in clem. 2. §. 1. & in clem. vlt. §. vlt. eo. titu. de hæret. & in c. vergentis, & in c. excommunicamus. eod. titu. in decretal. & Bart. in l. Imperator. ff. de iure fisci.* licet antiquitus requireretur sententia, *vt per Panorm. in d. c. excommunicamus.* requiritur tamen declaratoria propter fructus medij temporis, *vt per Anchar. in d. c. cum secundum. in 2. not. & Oldra consi. 271. cum concordan. vt per Carrer. de hæret. nu. 136.* & licet bona Iudæorum & infidelium non publicentur, publicantur tamen bona hæretici, quia magis delinquit quàm Iudæus, *capit. vergentis. de hæret. in 6.*

2 ¶ Et si erunt bona† clerici, applicabuntur Ecclesiæ etiam patrimonialia. *cap. excommunicamus. vbi Panorm. & alij, de hæret. & in cap. ad abolendam. eod. titu.* & pariter feuda Ecclesiæ. *Afflict. in constit. inconsutilem. 18. nota. Ioan. And. & Fran. in capit. cum secundum. de hæret. in 6.* sed quæ recognoscebat à laicis iure vtilis dominij reuertentur ad directum, *vt not. in l. si finita. §. si de vectigalibus. de dam. infect. & Alexan. cons. 23. in primo. & consi. 28. in 3. & Aret. consi. 10.* Fiscus autem Ecclesiæ habebit, si ab eius camera recipiebat stipendia, aliàs fiscus Episcopi, id est, camera eius habebit, *vt per omnes in cap. excommunicamus. & capit. vergentis. de hæretic. & per Carrer. de hæretic. nume. 133.* Sed quid si clericus hæreticus habet plura stipendia in varijs Ecclesijs, dic quòd bona diuidentur pro rata inter eas, *vt not gloss. in capit. excommunicamus. lo primo. §. damnati vero. de hæretic. in ver. stipendia. & eam sequitur ibi Anton.* Et si clericus nulla habeat stipendia ab aliqua Ecclesia, applicabuntur bona Episcopo loci, qui distribuet in pios vsus, *vt per Abb. in §. damnati. in prima colum. & Ana. in 2.* Confiscatio autem debet fieri de bonis clerici patrimonialibus, non de bonis Ecclesiæ, cui inseruiebat, *vt per Federic. de Sen. in consilio 137. cum alijs adductis per Carrer. de hæretic. num. 135. versicu. limita tamen.* Et quòd bona clericorum hæreticorum applicentur Ecclesiæ, & laicorum fisco seculari, probatur *in cap. excommunicamus. lo primo. in princ. de hæret. & in c. vergentis. eod. & ca. cum secundum leges. eodem titu. in 6.* Hodie tamen bona hæreticorum in tres partes diuiduntur, quarum vna assignatur domino temporali, alia officialibus inquisitionis, tertia verò ipsi officio, vt per extrauag. Clem. prouisum est, quo ad Inquisitores Italiæ, ergo ad alias prouincias non videtur posse extendi, *vt per Innocen. & Ioan. Andr. in simili. in c. 1. loca.* & hoc tenet Gondisla. *de hæretic. q. 15. nume. 2. in fin. & 3.* Et cum in tres partes diuidantur, vt dixi, non poterit Princeps secularis indulgendo & remittendo confiscationẽ, præiudicare officio, & Inquisitoribus quo ad eorũ partẽ,

Paris.

Fur 60

# TRACTATVS
# CRIMINALIS
# D. TIBERII DECIANI VTI-
## NENSIS, COMITIS, EQVITISQVE,
## AC CELEBERRIMI IVRIS VTRIVS-
## QVE CONSVLTISS.

*OLIM IN PRIMA FLORENTISSIMI LONGE*

*omnium Europæ Gymnasii Patauini sede, Iuris Cæsarei Interpretis Ordinarii de mane, vtramque continens censuram,*

**Duobusque Tomis distinctus;**

OMNIBVS PLANE CVM IN FORO, TVM IN Scholis versantibus, non minus necessarius quàm vtilis.

*HANC NOVAM EDITIONEM* P. CORN. BREDERODIVS IC.

*singulari Tractatu seu Locis communibus auxit, de nouo recensuit, recognouit; Summariis, Notis interdum, & Indicibus illustrauit, Literarum denique varietate distinxit.*

## TOMVS PRIMVS.

1591.

beati Socery
Dr. Immanuel Placotomi
C. P. C. ut et Elector.
Pomeran. Vicarsterij
Assessoris bibliothe.
Paul Nitzsch
R. C.

*Cum Gratia & Priuilegio S. Cæsareæ Maiestatis.*

Francofurti ad Mœnum, impensis Petri Fischeri.

4098.2/1963

D 887/63

# TYPOGRAPHVS
## LECTORI SALVTEM.

CVM NVNDINIS SVPERIORIBVS CANDIDE LECTOR, TIBERII DECIANI viri in vtroque iure consultißimi & celeberrimi Tractatus Criminalis nobis ex Italia in nostram Germaniam allatus esset, tantis eum laudibus à viris vtriusq; censuræ peritißimis ob singularem authoris doctrinam, in Iure peritiam, & artificiosum in scribendo ordinem commendari intellexi, vt operæpretium me facturum putauerim eundem Typis nostris excudendum committere, vt & tibi facilior comparandi occasio esset, atque etiam is plurium manibus pro merito suo tractari posset. Vtilitatem huius Tractatus, benigne lector, duplici nomine tibi commendare possem; nimirum propter varietatem quæstionum quæ ex omnibus pæne legum diuinarum, humanarũ, gentium, atq; etiam variorũ statutorum scriptoribus exacte à nostro auctore obseruatæ sunt; deinde propter ordinis ab eodẽ obseruati elegantiam, quem facile ex dispositione Titulorum Synoptica, quam huic editioni præfiximus, cognosces; verumtamen ne Tractatus ille sine nouo aliquo fructu aut grato condimento ex nostra officina ad te rediret, quo ad temporis breuitatem nobis licuit, eum varia accessione meliorem fieri curauimus. Scis enim morem Italicorum Typographorum inueteratum; eos videlicet optimorum authorum scripta ita mendis operarum suarum conspurcare, vt multoties nec verba eorum, nec sensus erui possit. Primum itaque in hoc dedimus operam, vt purior, limatior atque emendatior in publicum prodiret; deinde sicubi opus esset, notis Iuris ciuilis, & breuibus Obseruationibus illustraretur. Ita tamen nequid in ipsius Tractatus contextu licet nostris moribus contrarium, propter scriptoris Reuerentiam immutaretur: & quia Citationum multitudo legentibus non leue tædium pariat, nec paruam etiam temporis iacturam facere soleat; Decisiones ab Allegationibus varietate literarum distingui curauimus. Ita præterea Tractatus hic Indicibus, aliisque ad operis emendationem, ornatum & vsum necessariis illustratus & auctus est, vt nouum pene factum ipse tu iudicaueris, si collationem cum priore instituas. Postremo corollarii vice posthumum hunc TIBERII DECIANI patris partum (qualem illum esse ex præfatione DECIANI filii percepimus) noua accessione siqua forte cura nouâ, aut supplemento aliquo indigeret, ornari atque augeri fecimus, vt intelligas benigne lector nullum nos lapidem non mouere, nullisque impensis parcere, vt studia tua tuosque labores quos pro publico suscipis, promoueamus: hac sola spe freti, quod pari fide & voluntate nostros conatus suscipere, eosque boni consulere paratus eris. Vale, & cum fructu fruere. Francofurti ad Mœnum; Calend. Septembr. 1591.

# NICOLAVS DECIANVS TIBERII FILIVS I. C. LECTORIBVS S. D.

QVI SE NATOS AD HOMINES IVVANDOS PVTANT, candidissimi Lectores, ij in summa religione ponunt, si vllam vitę partem sibi inertē aut otiosam excidere patiantur; maximo argumento, cum in omnibus, qui homines modo haberi volunt, tum maxime in eis, quorū ingenio aut virtute animus excellit, vigere spem magnam immortalitatis. Sane multa sunt in vsu communi, studio, solertiaque hominū inuenta, sine quibus minime aut difficillime humana vita conseruari aut ornari possit; verum nihil est, quod ad id consequendum maius momentum habeat aut pondus, legum iurisque prudentia; adeo vt sapientissimi authores fuerint, ex tot tantisque bonis, quæ generi humano à Diis tributa sunt, nullum fructum, aut vsum opportunum percipi sine lege aut iure posse. Quo factum est, vt à legum conditoribus vetere primum æuo, progressu deinde temporis à Cæsaribus Romanis, ceteris demum Principibus, publicis legum Interpretibus & antecessoribus amplissima honoraria, & dignitatum ornamenta decreta fuerint: quibus plerique inuitati, cum nulla studia ornatiora, aut Reipublicæ magis salutaria duxissent, plurima in illis ætate consumpta, partim ad explicandum aliis, quod didicissent, locum; partim ad scribendum otium, aut sæpe vtrumque adepti, plus in toga, quamplurimi in armis vtilitatis & gloriæ Reipublicæ contulerunt. Idem video TIBERIO DECIANO patri meo consilium esse probatum, & in omni vita propositum: qui quod legum publice interpretandarum multorum annorum principatum tenuisset: (quanta cum approbatione & admiratione omnium in re testatissima piget dicere, & fortasse personæ meæ non conuenit) in eo tamen non acquiescendum sibi putauerit, nisi scriptis ea consignaret, vt omnium mortalium beneficio & commodo proderentur. Iccirco quæcunq; ad materiam Capitalium causarum vtriusque iuris referuntur, qua fieri potuit diligentia & labore collegimus, atque in vnum quasi corpus redegimus. Vnum vero dolendum est, quod pater summam operi manum, sicuti habebat in animo, imponere non potuerit; & nonnulla, quamuis non ita multa, morte occupatus, finem versus, imperfecta reliquerit: verum hoc in rebus humanis fere semper accidit, vt cogitatis & conatibus egregiis, quominus ex animi sententia succedant, aliquid aduersi interueniat. Ceterum magna spe ducebar posse librum reperiri, quem ille DE INTERPRETATIONE LEGIS inscripserat, aut saltem inscribere cogitarat. huius enim in eis quæ extant, & diserte in Apologia primo Responsorum volumini præfixa, commeminit; sed cum neque ego, neque fratres mei in illius morte interfuissemus, nos postea quemcunque inuestigandi laborem sumpserimus, nihil certi eruere aut exprimere vnquam potuimus: tamen confidimus, neque opinor frustra, fore, vt si aliquando in manus certorum inciderit, publico emolumento, dirarum insuper execrationum terrore, quibus, quisquis & sciens & prudens apud se habuerit, aut suppresserit, seu vllum cognouerit habere & supprimere, Pontificio diplomate deuotus est, adducti hæredibus propriis restituant, quo opus tam vtile & fructuosum sicuti alia, in studiosorum gratiam euulgandum curent. quod vt ab eis, cum omnibus precibus contendamus, non tam publica vtilitas, quæ agitur, quàm animorum salus, quæ vnicuique pie & Christiano nato, cordi esse debet, cohortari videtur. Interea fruimini Lectores candidissimi, hisce patris mei lucubrationibus, & quicquid in posterum ex eadem officina profectum nanciscì, aut ab aliis recipere potero, quod vestra studia iuuet, in vulgus editum iri, me procurante & satagente Diis hominibusque approbantibus, exspectate. Valete.

SYNO-

# SYNOPSIS ORDINIS AB

## AVCTORE IN HOC TRACTATV CRIMINALI OBSERVATI.

### LIBER I

Continet generalia de Verborum Criminalium significatione.


*DE Vocibus quibus delicta & crimina signicantur* lib. 1, cap.1
*de Peccato* lib.1,cap.2
*de Iniquitate* lib.1,cap.3
*de Dolo* lib.1,cap.4
*de Culpa* lib.1, cap.5
*de Fraude* lib.1,cap.6
*de Delicto* lib.1,cap.7
*de Maleficio* lib.1, cap.8
*de Crimine* lib.1,cap.9
*de Excessu* lib.1,cap.10
*de Facinore* lib.1, cap.11
*de Scelere* lib.1,cap.12
*de Flagitio* lib.1,cap.13
*de Nequitia, iniquitate & probitate,* lib.1, cap.14.
*de Noxa* lib.1,cap.15
*de Probro* lib.1,cap.16
*de Iniuria* lib.1,cap.17


### LIBER II

Tractat ordinem, Causas & Iura in genere.


*DE Origine delictorum* lib. 2, cap.1
*de Caussis delictorum* lib. 2,cap.2
*de Definitione delicti* lib 2, cap.3
*de Substantialibus, Naturalibus & Accidentalibus delicti in genere,* lib.2,cap. 4
*de Lege & potentia eius circa delicta,* lib.2, cap. 5.
*de Iure Naturali* lib.2,cap.6
*de Effectibus Iuris Naturalis* lib. 2, cap.7
*de Iure gentium* lib.2,cap.8
*de Ratione Naturali & Æquitate* lib.2,c.9
*Iuris Gentium quæ sunt, & de eius effectibus* lib.2,cap.10
*de Iure diuino* lib.2,cap.11
*de Cōscientia, & eius potestate* lib.2,cap.12
*de Conscientia Iustitiæ* lib.2,cap.13
*Conscientia Veritas* lib.2,cap.14
*Animus qui ad conscientiam* lib.2,cap.15
*Cum quid commissum est iudicis conscientiæ quid ei agendum* lib.2,cap.16
*Communia quædam & generalia in materia conscientiæ* lib.2,cap.17
*de Iure Canonico* lib.2,cap.18
*Canonici Iuris differentiæ à Iure Ciuili circa delicta, & eorū qualitatem* lib.2,cap.19
*Canonici Iuris differentiæ à iure ciuili circa pœnas delictorum* lib.2, cap.20
*Canonicum Ius quomodo differat à ciuili circa ordinem & modum procedendi* lib.2, cap. 21.
*Canonicum Ius quomodo differat à ciuili circa Iurisdictionē, iudicum sententiam, appellationem & delictorum extinctionem* lib.2.cap.22.
*de Iure ciuili generaliter* lib.2,cap. 23
*de legibus Græcorum* lib. 2,cap.24
*de Legibus Regum Romanorū* lib.2,cap.25
*de Legibus 12. Tabularum* lib. 2,cap.26
*de Plebiscitis* lib. 2, cap.27
*de Senatusconsultis* lib.2,cap.28
*de Prætorum edictis* lib.2,cap.29
*de Constitutionibus principum* lib.2,cap.30
*de Responsis prudentum* lib.2,cap.31
*de Statutis in genere ciuitatum* lib.2,cap.32
*Statuta quæ non valeant* lib.2,cap.33
*de Reformatione statutorum,* lib.2, cap.34
*de Confirmatione statutorum,* lib.2, cap.36.

*Statuta à quo tempore ligent, & quanto tempore, & de eorum publicatione* lib. 2, c. 38
*Statuta quomodo tollantur vel suspendantur* lib. 2, cap. 39

## LIBER III

De Accusationibus tractat.

*Quid sit Accusare* lib. 3, cap. 1
*Accusatio an & quando differat à denuntiatione, & verbum defero ab Accuso verbo* lib. 3, cap. 2
*Quid primum debet considerare Accusator* lib. 3, cap. 3
*An Christiano liceat Accusare: & quomodo fiat laudabile hoc officium* lib. 3, cap. 4
*de Accusatoribus qui ad suam vel suorum vindictam accusant* lib. 3, cap. 5
*Qui Accusare possint* lib. 3, cap. 6
*Sexus ratione qui prohibeantur accusare* lib. 3, cap. 7
*Status personæ ratione qui prohibeantur vt seruus* lib. 3, cap. 8
*Filius familias, quando accusari possit vel non* lib. 3, cap. 9
*Clerici quando laicum accusare possint vel è contra* lib. 3, cap. 10
*Mentis vel corporis defectus quando impediat* lib. 3, cap. 11
*Ætatis Ratione qui prohibeantur* lib. 3, c. 12
*Coniunctionis sanguinis ratione qui repellantur* lib. 3, cap. 13
*Reuerentiæ & ingratitudinis euitandæ causa qui prohibeantur accusare* lib. 3, cap. 14
*Officii ratione quod exercẽt qui prohibeantur accusare* lib. 3, cap. 15
*Sacramenta ratione qui prohibeantur* lib. 3, cap. 16
*Vitæ malæ & perditorum morum qui prohibeantur* lib. 3, cap. 17
*Fidei Ratio quos prohibeat* lib. 3, cap. 18
*Societas in crimine quando repellat ab accusatione* lib. 3, cap. 19
*Participationis seu conuersationis prohibita ratione quomodo repellantur* lib. 3, c. 20
*Quæstus ratione qui prohibeantur ab accusatione* lib. 3, cap. 21
*Suspicionis Ratione qui prohibeantur accusare* lib. 3, cap. 22
*Patris Ratione* lib. 3, cap. 23
*Accusatus quando possit accusare vel non* lib. 3, cap. 24
*Inimicitiæ causa* lib. 3, cap. 25
*Testis esse prohibitus* lib. 3, cap. 26
*Qui accusatum spoliauit* lib. 3, cap. 27
*Alia accusatione implicitus* lib. 3, cap. 28
*Semel qui accusauit vel semel accusatus, non pōt iterũ accusare vel accusari* lib. 3, c. 29
*Condemnatus vel absolutus de crimine non potest iterum accusari de eodem* lib. 3, c. 30
*Semel accusatus non potest pendente illa accusatione de eodem delicto ab aliis accusari* lib. 3, cap. 31
*Pluribus Accusatoribus concurrentibus quis præferendus* lib. 3, cap. 32
*Paritas delicti quando accusatorem repellat* lib. 3, cap. 33
*Pactum & transactio quando accusationem Impediant* lib. 3, cap. 34
*Abolitio quando & quousque impediat accusationem* lib. 3, cap. 35
*Alieno nomine quãdo liceat accusare* l. 3, c. 36
*Præscriptione temporis quando quis repellatur ab accusatione* lib. 3, cap. 37
*Accusari qui non possint ratione dignitatis, officii & reuerentiæ* lib. 3, cap. 38

## LIB. IIII

De Iurisdictione omnium iudicum, & foro competenti.

*Connexio cum præceden. & præparatio ad sequen.* lib. 4, cap. 1
*de Magistratuũ Imperio in genere* lib. 4, c. 2
*Quibus modis delinquens forum sortiatur* lib. 4, cap. 3
*Accusatoris priuilegio* lib. 4, cap. 4
*Electione accusatoris* lib. 4, cap. 5
*Supplicatione & recursu accusatoris* lib. 4, c. 6
*Accusator vt reconueniatur* lib. 4, cap. 7
*Status rei quando tribuat iurisdictionem* lib. 4, cap. 8
*Clericatus & ordines ac religio tribuunt iurisdictionem* lib. 4, cap. 9
*Casus in quibus Iudex Ecclesiasticus potest cõtra laicos criminaliter procedere & eos punire* lib. 4, cap. 10
*Quomodo potestates istæ Ecclesiastica & secularis respectiue se habeant, & iurisdictionem suam tueantur* lib. 4, cap. 11

*de In-*

*de Inhibitionibus quæ fiunt per Ecclesiasticos secularibus iudicib. & econtra* lib.4,c.12
*de Forensi & Vagabundo,* lib.4,cap.13
*de Curialibus & cohortalibus,* lib.4,cap.14
*Dignitas quando & quomodo tribuat iurisdictionem,* lib.4,cap.15
*de Loco originis & Domicilii,* lib.4,cap.16
*de Loco delicti,* lib.4,cap.17
*Quomodo in practica iurisdictionis prædictæ se adinuicem habeant,* lib.4,cap.19
*de Remissionibus Reorum ad suos iudices,* lib.4,cap.20
*de Præuentione, inter quos detur, & in quibus causis,* lib.4.cap.21
*Quando, & per quos actus dicatur legitime facta præuentio,* lib.4,cap.22
*de Præuentionis Effectibus,* lib.4,cap.23
*de Prorogatione,* lib.4,cap.24
*de Mutatione status personarum,* lib.4, cap.25
*de Delegato,* lib.4,cap.26
*Mixti fori quæ sint,* lib.4.cap.27
*Consuetudo dat iurisdictionem & præscriptionem,* lib.4,cap.28
*Exemptio liberat à iurisdictione,* lib.4,c.27
*Extra territorium suum iudicare non potest,* lib.4,cap.29
*Incidens, emergens & connexa familia,* lib.4, cap.30
*Continentia causæ* lib.4,cap.31
*Exemptio,* lib.4,cap.32
*Tempus iurisdictionis,* lib.4,cap.33
*Imcompetentia iudicis quid operatur,* lib.4, cap.34
*Præiudiciales articuli,* lib.4,cap.35
*Scribendum quando ad alios iudices,* lib.4, cap.36
*Communis error tribuit iurisdictionem,* lib.4,cap.37
*Exequutio sententiæ per quem,* lib.4,cap.38
*Literis quæ transmittūtur per iudices,* lib.4, cap.39
*Interim quis Iudicabit,* lib.4,cap.40
*Plures iudices in genere,* lib.4,cap.41
*Iudex in causa propria,* lib.4,cap.42
*Vnius iudicii acta an probent in alio,* lib.4, cap.43
*Monachus delinquens,* lib.4.cap.44
*Maioribus Magistratibus multa concedun-tur,* lib.4,cap.45
*Romanorum iudices Criminales & antiquorum,* lib.4,cap.46
*Iudices maleficiorum moderni, & eorum officium,* lib.4,cap.47
*Appellationis iudex,* lib.4, cap 48
*Syndicorum potestas,* lib.4, cap.49
*Ab vno punitus quando possit ab alio puniri,* lib.4,cap.50
*Magistratus delinquentes & iudices à quo puniantur,* lib.4,cap.51
*Imperatoris & principum iurisdictio,* lib.4,cap.52
*Iurisdictionem habeat oportet,* lib.4,cap.53
*Statuta quæ seruanda,* lib.4,cap.54
*Priuatiue cumulatiue iurisdictio,* lib.4,c.55
*Fundatam quis habeat iurisdictionem,* lib.4, cap.56
*Quindecim miliaria vltra confinia,* lib.4, cap.57
*Iurisdictio quando Finiatur,* lib.4,cap.58
*Mora periculum allatura,* lib.4,cap.59
*Confirmata iurisdictio,* lib.4,cap.60
*Perpetua iurisdictio,* lib.4,cap.61
*Iudices qui non possunt esse,* lib.4,cap.62
*Pœnas quas quilibet possit imponere,* lib.4, cap.63
*Maiores & minores Magistratus,* lib.4, cap.64

## LIBER V.

Speciales Delictorum processus sequentibus libris traduntur.

*DE Generibus delictorum,* lib.5,cap.1
*de Ordinariis & Extraordinariis,* lib.5,cap.2
*de Publicis Iudiciis in genere quare sic sint appellatæ,* lib.5,cap.3
*Publica Iudicia quæ & quot,* lib.5,cap.4
*de Effectibus publicorum iudiciorum,* lib.5, cap.5
*Diuisio Criminum publicorum iudiciorum,* lib.5,cap.6
*de Hæresis nomine,* lib.5,cap.7
*de Nominatis & innominatis delictis,* li.5,c.8
*Hæresis quid, & quot eius species,* lib.5,c.9
*de Infidelitate,* lib.5,cap.10
*de Iudæis,* lib.5,cap.11
*Iudæorum delicta,* lib.5,cap.12
*de Pœnis Iudæorum,* lib.5,cap.13

# Synopsis ordinis


*Quibus legibus & iudiciis sint suppositi Iudæi* lib.5,cap.14
*de Conuersis ad fidem delinquentibus* lib.5, cap.15
*de Delictis Christianorum contra Iudæos vel circa eos,& infideles* lib.5,cap.16
*Hæresium Christianorum species* lib.5, cap.17
*Hæretici qui non sunt* lib.5,cap.18
*Hæresis atrocitas* lib.5,cap.19
*Hæresis specialia* lib.5,cap.20
*de Indicibus in causa hæresis* lib.5,cap.21
*de Inquisitoribus hæresis quæ possint* lib.5, cap.22
*Quæ non possint inquisitores* lib.5,cap.23
*de Officio Ecclesiasticorum iudicum in causa hæresis, & eorum pœnis* lib.5,cap.24
*de Iudicibus secularibus* lib.5,cap 25
*Quæ leges seruandæ in causa hæresis* lib.5 cap.26
*Processus contra hæreticos quo modo formandus* lib.5,cap.27
*Per accusationē quomodo procedatur in causa hæresis* lib.5, cap.28
*Per inquisitionem quomodo procedatur in hoc crimine* lib.5,cap.29
*Per denuntiationem quomodo procedatur* lib.5,cap.30
*de Exceptione* lib.5,cap.31
*de Citatione* lib.5,cap.32
*de Carceratione* lib.5.cap.33
*Proceditur summarie, breuiter & de plano* lib.5,cap.34
*de Probationibus* lib.5,cap.35
*de Quæstionibus* lib.5,cap.36
*de Defensionibus* lib.5,cap.37
*de Sententia* lib.5,cap.38
*de Executione sententiæ* lib.5,cap.39
*de Pœnis hæreticorum* lib.5,cap.40
*de Pœnis hæreticorum spiritualibus, quæ animam respiciunt* lib.5,cap.41
*de Pœnis corporalibus* lib.7, cap.42
*de Pœnis infamiæ & amissionis dignitatum* lib.5,cap.43
*de Pœnis bona respicientibus* lib.5,cap.44
*de Filiis & aliis domesticis hæreticorum,* lib.5, cap.45
*de Libris hæreticorum* lib.5,cap.46
*de Abiuratione* lib.5,cap.47
*de Purgatione* lib.,5cap.48
*Quando pœnæ possint augeri vel minui; cumulari vel commutari* lib.5,cap.49
*Vniuersitas hæretica an puniatur* lib.5,c.50
*de Credentibus hæreticis fautoribus & receptatoribus* lib.5,cap.51
*Quando & quomodo contra Papā & principes sit de hæresi procedendum* lib.5,c.52
*de Manifesto, Notorio & Occulto hæretico & deprehenso* lib. 5,cap.53
*de Pœnitentibus hæreticis* lib.5,cap.54
*de Impœnitentibus, incorrigibilibus & pertinacibus* lib.5, cap.55
*de Relapsis* lib.5,cap.56
*Defunctorum Hæreticorum memoria quando damnetur* lib.5,cap.57
*de Appellatione* lib.5,cap.58
*de Remediis damnatorum* lib.5,cap.59
*Schisma, vnde, quid, & qui schismatici & eorum species* lib 5,cap.60
*de Papa schismatico* lib.5,cap 61
*Qui fuerunt Notabiles schismatici inferiores à Papa* lib.5,cap.62
*Atrocitas huius criminis* lib.5,cap.63
*Judices qui* lib.5,cap.64
*de Fautoribus & sequacibus schismaticorum* lib.5,cap.65
*Excusari quomodo possit schisma vel non* lib.5,cap.66
*de Pœnis schismaticis* lib.5,cap.67
*de Sententiis, abiuratione & restitutione schismat.* lib.5,cap.68
*de Remediis sedandi schismatis* lib.5,cap.69
*Apostasia quid* lib.5,cap.70
*Apostasia quotuplex* lib.5,cap.71
*de Apostatante proprie à fide & huius criminis atrocitate* lib.5, cap.72
*de Apostatantibus à religione, & eorum pœnis* lib.5, cap.73
*Apostatæ qui sint Improprie* lib.5, cap.74
*Apostatæ qui non, de accusationibus eorum* lib.5, cap.74
*Processus & sententia contra Apostatas* lib.5, cap.75
*Simonia quid* lib.5,cap.76
*Qui possint esse Simoniaci* lib.5,cap.77
*Quæ sint spiritualia, pro quibus contrahitur simonia* lib.5.cap.78
*Quæ dicātur annexa spiritualibus* lib.5,c.79
*Quæ sint temporalia pro quibus spiritualia dari non possint* lib5.,cap.80


*Ex*

*Ex quibus contractibus vel pactis indicatur simonia* lib.5, cap 81
*de Simonia mentali* lib.5,cap.82
*Quibus in causis simonia non contrahitur* lib.5, cap.83
*de Atrocitate huius criminis* lib.5,cap.84
*Processus in hoc crimine quomodo formandus* lib.5,cap.85
*de Pœnis simoniæ* lib.5,cap.86
*de Simoniæ dispensatione* lib.5,cap.87

## LIBER VI.

*BLASPHEMIA quid* lib.6,cap.1
*Quæ sint species Blasphemiæ: & quot modis dicatur quis blasphemare* lib.6,c.2
*Atrocitas Blasphemiæ, & quibus adgrauetur* lib.6,cap 3
*Processus in causa Blasphemiæ* lib.6,cap.4
*Quando & quomodo excusari quis possit à Blasphemia vel non* lib.6, cap.5
*de Pœnis Blasphemiæ* lib.6,cap.6
*de Periurio: periurium quid* lib.6,cap.7
*Quot sint periurii species* lib.6,cap. 8
*de Atrocitate huius delicti* lib.6,cap.9
*Qui sunt periuri* lib.6,cap.10
*de Excusatione periurii* lib.6,cap.11
*de Requisitis in processu periurii* lib.6,cap.12
*de Pœnis periuri* lib.6,cap.13
*de Sacrilegiis* lib.6,cap.14
*Quot species sacrilegii, & qui sacrilegi* lib. 6, cap.15
*Sacrilegi qui proprie contra personas* lib. 6, cap.16
*Quæ requirātur respectu personæ offensæ, & quid sit sacrilegium* lib.9,cap.17
*Quæ requirantur respectu personæ offendentis vt sit sacrilegium* lib.6,cap.18
*Qualis debeat esse offensa* lib.6,cap.19
*de Cognoscente Monialem* lib.6,cap.20
*de Concubinariis Clericis* lib.6, cap.21
*de Clericis Matrimonium contrahentibus* lib.6, cap.22
*de Sacrilegio circa loca* lib.6,cap.23
*de Extrahentibus ab Ecclesia* lib.6,cap.24
*de Casibus qui respiciunt personas confugientium ad Ecclesiam* lib.6,cap.25
*de Causis cōcernentibus personas volentium extrahere ab Ecclesia* lib.6,cap.26
*de Casibus qui delicta & Causas confugientium concernunt* lib.6,cap.27
*de Pœnis Extrahentium ab Ecclesia* lib.6, cap.28
*de Variis quæstionibus circa Extrahentes ab Ecclesia* lib.6,cap.29
*de Sacrilegio in res, iura & bona Ecclesiæ* lib. 6,cap. 30
*de Atrocitate sacrilegii* lib.6,cap.31
*Quibus ex causis aggrauetur sacrilegium* lib.6,cap.32
*de Pœnis sacrilegii* lib.6,cap.33
*de Excusatione Reorum* lib.6.cap.34
*de Præstantibus consensum & auxilium sacrilegio* lib.6,cap.35
*Quis Iudex in causa sacrilegii* lib.6,cap.36
*de Processu in crimine sacrilegii formando* lib.6.cap.37
*de Interpretatione statutorum & legum loquentium de sacrilegio* lib.6,cap.38
*de Sepulchro violato, & quid sepulchrum, & quid violare, & quot species sepulchrorum* lib.6,cap.39
*Qualitas & Atrocitas huius criminis* lib.6, cap. 40
*de Legibus & Iudiciis criminal. & ciuilibus concernentibus materiam sepulchrorum* lib.6,cap.41
*Quibus modis sepulchra violētur* lib.6,c.42
*de Pœnis sepulchri violati* lib.6,cap.43
*de Excusationibus Reorum* lib.6.cap.44

## LIB. VII.

*DE crimine læsæ Maiestatis & Etymologia* lib.7,cap.1
*Maiestas quid, & quid lædere Maiestatem* lib.7, cap.2
*de Legibus læsæ Maiestatis reos punientibus* lib.7,cap.3
*Contra quos committatur crimen læsæ maiestatis: & in specie cōtra principes & Respublicas* lib.7,cap.4
*Quando contra consiliarios & adhærentes principum* lib.7,cap 5
*Quot modis contrahitur crimen læsæ Maiestatis, & primū de perduellione,* lib.7,c.6
*de Coniuratione, factione & seditione* lib.7, cap.7

# Synopsis ordinis


*Qui committant crimen læsæ Maiestatis*, lib. 7, cap. 8
*dd Variis modis quibus hoc crimen committi potest*, lib. 7, cap. 9
*de Priuato carcere*, lib. 7, cap. 10
*de Eximente carceratum*, lib. 7, cap. 11
*de Committentibus hoc crimen circa exercitum & arma Po. Rom. & Bellum*, lib. 7, cap. 12
*de Committentibus hoc crimen circa hostes & militiam*, lib. 7, cap. 13
*de Transfugis*, lib. 7, cap. 14
*de Variis militum criminibus*, lib. 7, cap. 15
*de Aliis speciebus læsæ Maiestatis, de frangente securitatem*, lib. 7. cap. 16
*de Reuelantibus secreta & literas aperientibus*, lib. 7, cap. 17
*de Occultantibus vel offendentibus obsides*, lib. 7, cap. 18
*de Seditiosis*, lib. 7, cap. 19
*de Collegiis illicitis & cõuenticulis*, lib. 7, c. 20
*de Monopoliis*, lib. 7, cap. 21
*de Fraudantibus*, lib. 7, cap. 22
*de Falsæ monetæ crimine*, lib. 7, cap. 23
*de Atrocitate & singularibus criminis falsæ Monetæ*, lib. 7, cap. 24
*de Præstantibus opem consciis & expendentibus*, lib. 7, cap. 25
*de Iudicii falsæ Monetæ processu & probationibus*, lib. 7, cap. 26
*de Excusationib. ab hoc crimine*, lib. 7, c. 27
*de Pœnis pro crimine falsæ Monetæ*, lib. 7, cap. 28
*de Proditoribus*, lib. 7, cap. 29
*de Atrocitate proditionis & huius delicti singularibus*, lib. 7, cap. 30
*de Pœnis proditorum*, lib. 7, cap. 31
*de Rebelle*, lib. 7, cap. 32
*de Variis & reliquis modis quibus cõtrahitur crimen læsæ Maiestatis*, lib. 7, cap. 33
*de Auxiliantibus. ope, cõsilio & alio quocunque modo & receptantibus & consciis ac non reuelantibus*, lib. 7, cap 34
*Conatus an puniatur in hoc crimine*, lib. 7, cap. 35
*de Transgredientibus*, lib. 7, cap. 36
*de Atrocitate & singularibus læsæ Maiestatis*, lib. 7, cap. 37
*Quis sit Iudex in hoc crimine læsæ Maiestatis*, lib. 7, cap. 38
*de Pœnis criminis læsæ Maiestatis*, lib. 7, c. 39
*de Pœnis item criminis læsæ Maiestatis circa bona*, lib. 7, cap. 40
*Pœnæ læsæ Maiestatis an & quando transeant in filios*, lib. 7, cap. 41
*Processus quomodo formandus in crimine læsæ Maiestatis*, lib. 7, cap. 42
*Quomodo per inquisitionem procedatur in hoc crimine*, lib. 7, cap. 43
*Quomodo procedatur per accusationem in hoc crimine læsæ Maiestatis*, lib. 7, cap. 44
*de Probationibus in crimine læsæ Maiestatis* lib. 7 cap. 45
*de Tortura in crimine læsæ Maiestatis*, lib. 7, cap. 46
*de Sententia & appellatione in crimine læsæ Maiestatis*, lib. 7, cap. 47
*Memoria damnatur*, lib. 7, cap. 48
*de Excusationibus Reorum*, lib. 7, cap. 49
*Si quis Imperatori maledixerit*, lib. 7, cap. 50
*de Offendentibus statuas vel insignia principum*, lib. 7, cap. 51
*de Restitutis in crimine læsæ Maiestatis*, lib. 7, cap. 52


## LIB. VIII.


*De vi publica & priuata: quid vis & quotuplex: & de legib. eam punientibus* lib. 8, cap. 1
*de Causis & factis ex quibus oritur hoc iudicium: & in specie de Vsu armorum, & hic primum quid veniat appellatione armorum*, lib. 8, cap. 2
*de Prohibitu Vsu armorum*, lib. 8, cap 3
*de Variis quæstionibus circa gestationē armorum*, lib. 8, cap. 4
*de Aliis causis & modis quibus contrahitur vis publica*, lib. 8, cap. 5
*de Raptu virginum, viduarum & sanctimonialium, & primo de legibus de raptu loquentibus*, lib. 8, cap. 6
*Raptus quid*, lib. 8, cap. 7
*de Atrocitate*, lib. 8, cap. 8
*de Processu*, lib. 8, cap. 9
*de Præstantibus opem & auxilium*, lib. 8, c. 10
*Quibus ex causis augeatur crimen raptus*, lib. 8, cap. 11
*de Pœnis raptus*, lib. 8, cap. 12


*Quibus*

*Quibus ex causis excusetur raptor* lib.8,c.13
*de Variis quæstionibus circa raptum mulierum* lib.8,cap.14
*de Stupro vel coitu violento* lib.8,cap.15
*de Ceteris causis vis publicæ* lib.8,cap.16
*de Vi priuata* lib.8,cap.17
*de Pœnis vis publicæ* lib.8,cap.18
*de Processu in causa violentiæ publicæ & priuatæ* lib.8,cap.19
*de Excusationibus violentiæ* lib.8,cap.20
*de Ambitu* lib.8,cap.21
*de Legibus contra ambitum latis* lib.8,c.22
*Quib. ex causis ambitus incurratur* lib.8,c.23
*de Processu, Iudicibus & probationibus in causa ambitus* lib.8,cap.24
*de Pœnis & damnatis ob ambitum* lib.8,c.25
*Excusentur ex quibus causis Rei ambitus* lib 8, cap 26
*de Peregrinitate* lib.8,cap.27
*Peculatus quid & quibus causis committatur* lib.8,cap.28
*de Atrocitate, iudicibus & processu in hoc crimine peculatus* lib.8,cap.29
*de Pœnis & damnatis peculatus* lib.8,cap.30
*de Residuis* lib.8,cap.31
*Quibus modis Excusentur Rei peculatus & residuorum* lib.8,cap.32
*Quid delictum de pecu. repetun. & de legibus, circa illud factis* lib.8,cap.33
*de Legibus, repetundarum* lib.8,c.34
*Qui committant, & quibus modis commitatur crimen repetundarum* lib.8,cap.35
*de Atrocitate criminis repetūdarū* lib.8,c.36
*de Ordine cognitionum criminis repetundarum* lib.8,cap.37
*Quæ probationes requiruntur in crimine repetundarum* lib.8.cap.38
*de Pœnis criminis repetundarum* lib.8,c.39
*Quibus ex causis excusentur accusati Repetundarum* lib.8,cap.40
*de Variis & Extraordinariis crimin. Maiest.* lib 8,cap.41

## LIBER IX.

*DE Eo qui sibi ipsi manus infert* lib.9,cap.1
*de Causis licitis vel illicitis quibus quis sibi mortem infert* lib.9,cap.2
*de Ordine cognitionis & probationis contra se ipsos occidentes* lib.9,cap.3
*de Pœnis sibi manus inferentis* lib.9,cap.4
*de Parricidio* lib.9,cap.5
*de Atrocitate parricidii* lib.9,cap.6
*de Legibus contra parricidium* lib.9.cap.7
*de Ascendentibus occidentibus* lib.9,cap.8
*de Parricidio descendentium in ascendentes* lib.9, cap.9
*de Parricidio transuersalium & patronorum* lib.9,cap.10
*de Vxoricidio* lib.9,cap.11
*Conatus an puniatur in hoc crimine* lib.9,c.12
*de Præstantibus auxilium vel consilium* lib.9,cap.13
*Processus & probationes* lib.9.cap.14
*de Excusationibus parricidii* lib.9,cap.15
*de Pœnis parricidii* lib.9,cap.16
*de Homicidio & eius atrocitate* lib.9.c.17
*Homicidæ qui* lib.9,cap.18
*Quot modis committatur* lib.9.cap.19
*de Legibus circa homicidium latis* lib.9,c 20
*de Veneficio & legibus illud punientibus & quæ sint venena & venenarii* lib 9,c.21
*de Atrocitate Veneficii* lib.9,cap.22
*Dolus an requiratur, conatus, auxiliū, fauor cōscii & similes quādo puniatur* lib.9.c.23
*Processus & probatio* lib.9,cap.24
*de Pœnis Veneficii* lib.9,cap.25
*de Excusatione Veneficii* lib.9,cap.26
*Animus distinguit* lib.9,cap.27
*de Cogitatione sola delinquendi* lib.9,c.28
*de Latronibus & piratis* lib.9,cap.29
*de Mandato pecunia intercedente* lib.9, cap.30
*de Mandato simplici ad cōmittendum homicidium, & quid* lib.9,cap.31
*Mandans quando sub statutis comprehendatur* lib.9,cap.32
*Quomodo mandans & mandatarius sint correlatiua* lib.9,cap.33
*Quibus verbis & quomodo inducatur aut probetur mandatum* lib.9,cap.34
*de Processu in causa mandati* lib.9, cap.35
*Quando teneantur vel excusentur mandans vel mandatarius* lib.9,cap.36
*Mandatarius vel nuncius quando teneatur vel excusetur* lib.9,cap.37
*Ratificans an & quando teneatur* lib.9,c.38
*de Pœnis mandantis & mandatarii* lib.9, cap.39
*de Consulente & instigante* lib.9,cap.40

# TITVLORVM OMNIVM, QVI TAM IN PRIMO, QVAM IN SECVNDO TOMO HVIVS TRACTATVS CRIMINALIS CONTINENTVR,

## ELENCHVS.


*Biuratione,* lib.5,cap.47
*Accusare quid sit,* lib.1,cap.1
*Accusare alieno nomine, quando liceat,* lib.3, cap.35
*Accusare præscriptione temporis, quando quis repellatur,* lib.3,cap.36
*Accusare prohibetur, testis esse prohibitus,* lib.3,cap.26
*Accusare spoliatum non potest spolians,* lib.3,cap.26
*Accusare alia accusatione implicitus non potest,* lib.3,c.27.
*Accusare vel accusari iterum non potest semel accusans vel accusatus,* lib.3,cap.28
*Accusare qui possint,* lib.3.cap.6.
*Accusare qui sexus ratione prohibeantur,* lib.3,cap.7
*Accusare status ratione qui prohibeantur, vt seruus,* lib.3, cap.8
*Accusare filius fam. quando possit vel non,* lib.3.cap.1
*Accusare clerici, quando laicum possint, vel econtra,* lib.3, cap.10
*Accusare, quando impediat mẽtis vel corporis defectus,* lib.3,cap.11
*Accusare Christiano an liceat, & quomodo fiat laudabile hoc officium,* lib.3,cap.4
*Accusare, qui prohibeantur ætatis ratione,* lib.3,cap.12
*Accusare qui repellantur coniunctionis sanguinis ratione,* lib.3,cap.13
*Accusare qui prohibeantur reuerentiæ & ingratitudinis euitandæ causa,* lib.3.cap.14
*Accusare qui prohibeantur officii, quod exercent ratione,* lib.3,cap.15
*Accusare qui prohibeantur sacramenti ratione,* lib.3,c.16
*Accusare qui prohibeantur vitæ malæ & perditorum morum ratione,* lib.3,cap.17
*Accusare quos prohibeat fidei ratio,* lib.3,cap.18
*Accusare quando societas criminis repellatur,* lib.3,cap.19
*Accusare quomodo repellatur quis participationis seu conuersationis prohibitæ ratione,* lib.3,cap.20
*Accusare qui prohibeantur quæstus ratione,* lib.3,cap.21
*Accusare qui prohibeantur suspicionis ratione,* lib.3.c.22
*Accusare qui prohibeantur patriæ ratione,* lib.3,cap.23
*Accusare inimicitiæ causa, qui repellantur,* lib.3,cap.25
*Accusari qui non possint ratione dignitatis, officii & reuerentiæ,* lib.3,cap.37
*Accusari iterum non potest de crimine eodem condemnatus vel absolutus,* lib.3.cap.29
*Accusari ab aliis de eodem delicto accusatus, non potest pendente illa accusatione,* lib.3,cap.30
*Accusatio, an & quomodo differat a denunciatione: & verbum defero, ab accuso,* lib.3,cap.2
*Accusationem quando pactum & transactio impediant,* lib.3,cap.35
*Accusationem abolitio quando, & quousque impediat,* lib.3,cap.34
*Accusationibus pluribus concurrentibus, quis præferendus,* lib.3,cap.31
*Accusator, quid primum debeat considerare,* lib.3,cap.5
*Accusatorem quando repellat delicti paritas,* lib.3,cap.32
*Accusatoribus qui ad suam vel suorum vindictã accusant,* lib.3,cap.5
*Accusatoris priuilegio,* lib.3,cap.3
*Accusatoris electione,* lib.4,cap.4
*Accusatoris supplicatione & recursu,* lib.1,cap.6
*Accusare accusatus, quando possit vel non,* lib.3,cap.24
*Ambitu,* lib.8,cap.21
*Ambitus, quibus ex causis incurratur,* lib.4,cap.23
*Ambitus in causa processu, iudicibus & probationibus,* lib.8,cap.24
*Ambitus rei, quibus ex causis excusentur,* lib.8,cap.26
*Animus distinguit,* lib.9,cap.27
*Animus quid ad conscientias,* lib.2,cap.15
*Apostasia quid,* lib.5.cap.70
*Apostasia quotuplex. ibid.* lib.5,cap.71
*Apostatante proprie a fide & huius criminis atrocitate,* lib.5.cap.72
*Apostatantibus a religione & eorum pœnis,* lib.5,cap.73
*Apostatæ qui sint proprie,* lib.5,cap.74
*Apostatæ qui non, & de excusationibus eorum,* lib.5, cap.55
*Appellatione,* lib.5,cap.58
*Armorum vsu prohibito,* lib.8,cap.3
*Armorum circa gestationem variæ quæstiones,* lib.8,c.4
*Ascendentibus descendentes occidentibus,* lib.9,cap.8
*Auxiliantibus ope, consilio & alio quocunque modo, & receptatoribus, & consciis & non reuelantibus,* lib.7,ca.34


B


*Blasphemia, quid,* lib.6,cap.1
*Blasphemiæ species quæ sint, & quot modis dicatur quis blasphemare,* lib.6,cap.2
*Blasphemiæ atrocitas, & quibus aggrauetur,* lib.6,cap.3.


C


*Canonici iuris differentia a iure ciuili circa delicta & eorum qualitatem* lib.2,cap.20
*Canonici iuris differentia a iure ciuili circa pœnas delictorum,* lib.2,cap.19
*Canonicum ius, quando differat a ciuili circa ordinem & modum procedendi,* lib.2,cap.21
*Canonicum ius, quomodo differat a ciuili circa iurisdictiones iudicum, sententiam, appellationem & delictorum extinctionem,* lib.2,cap.23
*Carceratione in hæresi,* lib.5,cap.32
*Causa delictorum,* lib.2,cap.
*Causis licitis, & illicitis, quibus quis sibi mortem infert,* lib.9,cap.2


*Cleri-*

# Titulorum.


*Citatione in hæresi*, lib.5.cap.32
*Clericatus & ordines ac religio tribuunt iurisdictionem*, lib. 4,cap.9
*Clericis matrimonium contrahentibus*, lib.5,cap.22
*Clericorum illicitis coitibus*, lib.6,cap.23
*Cogitatione sola delinquendi*, lib.9,cap.28
*Cognoscente monialem*, lib.6,cap.20
*Collegiis illicitis, & conuenticulis*, lib.7,cap.20
*Committente crimen læsæ maiest. circa exercitum & arma Pop. Rom. & bellum*, lib.7,cap.12
*Committentibus idem crimen circa hostes & militiam*, lib. 7,cap.13
*Communia quædam & generalia, in materia conscientiæ*, lib.2,cap.17
*Communis error tribuit Iurisdictionem*, lib.4,cap.37
*Conatus in crimine læsæ maiest. an puniatur*, lib.7,cap.35
*Concubinariis clericis*, lib.6,cap.21
*Confugientium ad ecclesiam personas, casus respicientes*, lib.6,cap.25
*Confugientium delicta & causas concernentes casus* lib.6, cap.26
*Coniuratione, factione, & seditione*, lib.7.cap.7
*Conscientia & eius potestate*, lib.2,c.12
*Conscientiæ iustitia*, lib.2,cap.13
*Conscientiæ veritas*, lib.2,cap.14
*Constitutionibus Principum*, lib.1,cap.30
*Consuetudo dat iurisdictionem & præscriptionem*, li.4,c.25
*Consulente & instigante*, lib.9,cap.40
*Continentia causæ*, lib.4.c.31
*Conuersis ad fidem delinquentibus*, lib.5,cap.15
*Credentibus hæreticis fautoribus & receptatoribus*, lib.5, cap.50
*Crimine*, lib.1.cap.9
*Criminibus ordinariis & extraordinariis*, lib.5,cap.2
*Criminum publicorum iudiciorum diuisio*, lib.5,cap.6
*Culpa*, lib.1,cap.5
*Curialib. & cohortalibus*, lib.4,cap.14

D

*Defensionibus reorum*, lib.5,cap.37
*Defunctorum hæreticorum memoria, quando damnetur*, lib.5,cap.57
*Delegato*, lib.4,cap.23
*Delicti substantialibus, naturalibus & accidentalibus in genere*, lib.2,cap.4
*Delictis nominatis & innominatis*, lib.5,cap.8
*Delictis Christianorum contra Iudæos vel circa eos & infideles*, lib.5,cap.16
*Delicto*, lib.1,cap.7
*Delictorum origine*, lib.2,c.1
*Delictorum caussis*, lib.5,cap.1
*Delinquens quibus modis forum sortiatur*, lib.4,cap.3
*Denunciari, quomodo possit*, lib.5,cap.30
*Denunciari potest per exceptionem*, lib.5,cap.31
*Delicti diffinitione*, lib.4.cap.15
*Dignitas quomodo & quando tribuat iurisdictionem*, lib. 4,cap.14
*Diuino iure*, lib.2,cap.11
*Dolo*, lib.1,cap.4

E

*EO qui sibi manus infert*, lib.9,cap.1
*Excessu*, lib.1,cap.10
*Excusari quis, quando & quomodo possit a blasphemia, vel non*, lib.6,cap.5
*Excusationibus reorum in crimine læsæ maiest.* lib.7,c.49
*Executio sententiæ per quem*, lib.4,cap.38
*Executione sententiæ in causa hæresis*, lib.5,cap.39
*Exemptio liberat a iurisdictione*, lib.4,cap.27
*Eximente carceratum*, lib.7,cap.11
*Extrahentibus ab ecclesia*, lib.6,cap.25
*Extrahentium ab ecclesia, pœnis*, lib.6,cap.28
*Extrahentium ab ecclesia variis quæstionibus*, lib. 6,c.28
*Extrahere volentium ab ecclesia personas casus concernentes*, lib.6,cap.25

F

*FAcinore*, lib.1,cap.11
*Familia incidens, emergens & connexa* lib.4,cap.30
*Fautoribus & sequacibus schismaticorum*, lib.5,cap.65
*Filiis & aliis domesticis hæreticorum*, lib.5,c.45
*Flagitio*, lib.1,ca.13.
*Forensi & vagabundo*, lib.4,cap.13
*Fraudantibus aut onerantibus annonam*, lib.7,cap.22
*Fraude*, lib.1,cap.6

H

*HÆresis in causa, quomodo procedatur per accusationem*, lib.5,cap.28
*Hæresis in crimine per inquisitionem, quomodo procedatur*, lib.5,cap.22
*Hæresis nomine*, lib.5,cap.7
*Hæresis quid, & quot eius species*, lib.5,cap.9
*Hæresis atrocitas*, lib.5,cap.19
*Hæresis specialia*, lib.5,cap.20
*Hæresis in causa, quæ leges seruandæ*, lib.5,cap.26
*Hæresum Christianorum species*, lib.5,cap.17
*Hæretici qui non sint*, lib.cap.18
*Hæretico manifesto, notorio & occulto & deprehenso*, lib.8, cap.53
*Homicidæ qui*, lib.9,cap.18
*Homicidio & eius atrocitate*, lib.9,cap.17
*Homicidium, quibus modis committatur*, lib.9,cap.19

I

*IMpœnitentibus, incorrigibilibus & pertinacib.* li.5.c.55
*Imperatoris & Principum iurisdictiones*, lib.4,cap.52
*Incompetentia iudicis quid operetur*, lib.4.cap.34
*Infidelitate*, lib.5,cap.10
*Inhibitionibus quæ fiunt per ecclesiasticos secularibus iudicibus & econtra*, lib.4,cap.12
*Iniquitate, vitio & malitia*, lib.1,cap.3
*Inquisitores quæ non possint*, lib.5,cap.23
*Inquisitoribus hæresis, quæ possint*, lib.5,cap.22
*Interpretatione statutorum & legum loquentium de sacrilegio*, lib.6,cap.38
*Iudæis, quibus legibus & iudicibus sint suppositi*, lib. 5,capite 14
*Iudæis*, lib.5,cap.11
*Iudæorum delicto*, lib.5,cap.12
*Iudæorum pœnis*, lib.5,cap.13
*Iudex appellationis*, lib.4,cap.48
*Iudex in causa propria*, lib.4,cap.42
*Iudex ecclesiasticus, in quib. casib. potest contra laicos criminaliter procedere*,
*Iudices qui in schismate*, lib.5,cap.64
*Iudices qui non possint esse*, lib.4,cap.62
*Iudices plures in genere*, lib.4,cap.41
*Iudices criminales Romanorum & antiquorum*, lib.4,capite 46
*Iudices maleficiorum moderni, & eorum officium*, lib.4, cap.47
*Iudicibus in causa hæresis*, lib.5,cap.21
*Iudicibus secularibus*, lib.5,c.55
*Iudicis conscientiæ, cum quid remissum est, quid ei agendum*, lib.2,cap.16
*Iudicis vnius acta, an probent in alio*, lib.4,cap.43
*Iure naturali*, lib.2,cap.6
*Iure ciuili generaliter*, lib.2,cap.23
*Iure canonico*, lib.2,cap.17
*Iuris naturalis effectib.* lib.5,cap.7
*Iuris gentium quæ sint, & de eius effectibus*, lib.2,cap.10
*Iurisdictio, quando finiatur*, lib.4,cap.57
*Iurisdictio confirmata*, lib.4,cap.60
*Iurisdictio perpetua*, lib.4,cap.61
*Iurisdictio priuatiue & cumulatiue*, lib.4,cap.55
*Iurisdictionem habeat oportet iudex*, lib.4,cap.53
*Iurisdictionem quis habeat fundatam*, lib.4,cap.56

# Elenchus


*Jurisdictiones quomodo in practica se adinuicem habeant*, lib.4,cap.18

L

*Latronibus & piratis*, lib.9,cap.29
*Lege & potentia eius circa delicta*, lib.2,cap.5
*Legibus contra parricidium latis*, lib.9,cap.7
*Legibus Græcorum*, lib.2,cap.24
*Legib. Regum Romanorum*, lib.2.cap.25
*Legib. 12. Tabularum*, lib.2,cap.26
*Legibus & iudiciis criminalibus & ciuilibus concernentibus materiam sepulcrorum*, lib.6,cap.40
*Legib. contra ambitum latis*, lib.8,cap.22
*Legib. circa homicidium latis*, lib.9,cap.26
*Læsæ maiest. crimen, qui committunt*, lib.2,cap.8
*Læsæ maiest. crimen, variis & quibus modis committi potest*, lib.2,cap.9
*Læsæ maiestatis speciebus de frangente securitatem*, li.7,c.15
*Læsæ maiest. variis modis, quibus contrahitur*, lib.7.cap.33
*Læsæ maiest. in crimine processus quomodo formandus*, lib. 7,cap.41
*Læsæ maiest. in crimine, quomodo per inquisitionem procedatur*, lib.7,cap.42
*Læsæ maiest. in crimine, quomodo per accusationem procedatur*, lib.7,cap.43
*Læsæ maiest. probationibus*, lib.7,cap.45
*Læsæ maiestatis crimine, & eius etymologia*, lib.7,cap.4
*Læsæ maiestatis legib. reos puenientibus* lib.7.cap.3
*Læsæ maiest. crimen contra quos committatur, & in specie contra Principes & Respublicas*, lib.7,cap.4
*Læsæ maiest. crimen quando contra consiliarios & adhærentes Principum committatur*, lib.7,cap.5
*Læsæ maiest. crimen, quot modis contrahatur, & primum de perduellione*, lib.7,cap.6
*Læsæ maiest. atrocitate & singularibus*, lib.7,cap.46
*Læsæ maiest. in crimine, quis sit iudex*, lib.7,cap.37
*Læsæ maiest. pœnis*, lib.7,cap.38
*Læsæ maiest. pœnis circa bona*, lib.7,cap,39
*Læsæ maiest. pœnæ, an & quando transeant in filios*, li.7,c.40
*Libris hæreticorum*, lib.5,cap.46
*Litteris, quæ transmittuntur per iudices*, lib.4,cap.39
*Loco originis, & domicilii*, lib.4,cap.16
*Loco delicti*, lib.4,cap.17

M

*Magistratibus maioribus multa conceduntur, quæ non minoribus*, lib.4,cap.45
*Magistratus maiores & minores*, lib.4,cap,63
*Magistratuum Imperio in genere*, lib.4,cap.2
*Maleficio*, lib.1,cap.8
*Mandans, quando sub statutis comprehendatur*, lib.9,c.32
*Mandans & mandatarius, quomodo sint correlatiua*, lib. 9,cap.33
*Mandantis & mandatarii pœnis*, lib.9,cap.39
*Mandati in causa processus*, lib.9,ca. 35.
*Mandans quando teneatur vel excusetur. eo.* lib.9,cap.36
*Mandatarius vel nuntius, quando teneatur vel excusetur*, lib.9,cap.37
*Mandato pecunia intercedente*, lib.9,cap.30
*Mandato simplici ad committendum maleficium*, lib.9, cap.31
*Mandatum quibus verbis, & quomodo inducatur aut probetur*, lib.9,cap.34
*Memoria damnatur in crimine læsæ maiest.* lib.7,cap.48
*Miliaria quindecim vltra confinia*, lib.4.cap.57
*Militum variis criminibus*, lib.7,cap.12
*Mixti fori, quæ sint*, lib.4,cap.24
*Monachus delinquens*, lib.4,cap.44
*Monetæ falsæ crimine*, lib.7,cap.23
*Monetæ falsæ atrocitate & singularibus*, lib.7,cap.24
*Monetæ falsæ crimini opem præstantibus, consciis & expendentibus*, lib.7,cap.25
*Monetæ falsæ iudicibus, processus & probationibus*, li.7,c.26.
*Monetæ falsæ excusatione*, lib.7,cap.27
*Monetæ falsæ pœnis*, lib.7,cap.28
*Monopoliis*, lib.7,cap.21
*Mora periculum allatura*, lib.5,cap.58
*Mutatione status personarum*, lib.4,cap.23

N

*Nequitia, iniquitate & improbitate*, lib.1,cap.14
*Noxa*, lib.1,cap.15

O

*Obsidibus*, lib.7,cap.15
*Offensa in periurio, qualis esse debeat*, lib.6,ca.19
*Officio ecclesiasticorum iudicum in causa hæresis, & eorum pœnis*, lib.5,cap.24
*Ordine cognitionis & probationis contra seipsos accidentes*, lib.9,cap.3

P

*Papa schismatico*, lib.5,cap.61
*Papa & principibus in hæresim incurrentibus quando & quomodo procedendum*, lib.5,cap.52
*Parricidii atrocitate*, lib.9,cap.6
*Parricidii in crimine, an conatus puniatur*, lib.9,cap.12
*Parricidii excusationibus* lib.9,cap.15
*Parricidii processus & probationes*, lib.9,cap.14
*Parricidii pœnis*, lib.9,cap.16
*Parricidio auxilium vel consilium præstantibus*, lib.9,c.13
*Parricidio*, lib.9,cap.5
*Parricidio descendentium in ascendentes*, lib.9,cap.9
*Parricidio transuersalium, & patronorum*, lib.9,cap.10
*Peccato*, lib.1,cap.2
*Peculatus rei & residuorum, quibus modis excusentur*, lib. 8,cap.32
*Peculatus repetun. de delicto, & de legibus circa illud factis*, lib.8,cap.33
*Peculatus quid, & quibus causis committatur*, lib.8,c.28
*Peculatus in crimine atrocitate, iudicib. & processu*, lib.8, cap.29
*Peculatus pœnis, & damnatis*, lib.8,cap.30
*Pœnis quas quilibet possit imponere*, lib.4,cap.6
*Pœnæ quando possint augeri vel minui, vel cumulari, vel commutari*, lib.5,cap.50
*Pœnis schismatis*, lib.5,cap.67
*Pœnis blasphemiæ*, lib.6,cap.6
*Pœnis & damnatis ob ambitum*, lib.8,cap.34
*Pœnis sibi manus inferentes*, lib.9,cap.4
*Pœnis hæreticorum*, lib.5,cap.40
*Pœnis hæreticorum spiritualibus quæ animam respiciunt*, lib.5,cap.41
*Pœnis corporalibus*, lib.5,cap.42
*Pœnis infamiæ & amissionis dignitatum*, lib.5,cap.43
*Pœnis hæreticorum bona respicientibus*, lib.5,cap.44
*Pœnitentibus hæreticis*, lib.5,cap.54
*Peregrinitate*, lib.8,cap.27
*Periurii excusatione*, lib.6,ca.11
*Periuri qui sint*, lib.6,cap.10
*Periurii in processu requisitis*, lib.6,cap.12
*Periurii species quot sint*, lib.6,cap.8
*Periurii atrocitate*, lib.6,cap.9
*Periurii pœnis*, lib.6,cap.13
*Periurio, & quid sit*, lib.6,cap.7
*Plebiscitis*, lib.2,cap.27
*Potestates eccleſiastica & seculares, quomodo respectiue se habeant, & iurisdictionem suam tueantur*, lib.4.cap.11
*Præiudiciales articuli*, lib.4,cap.35
*Prætorum edictis*, lib.2.cap.29
*Præuentionis effectibus*, lib.4,cap.21
*Præuentio inter quos detur, & in quib. causis*, lib. 4.cap.19
*Præuentio quando, & per quos actus dicatur legitime facta*, lib.4.cap.20
*Priuato carcere*, lib.7,cap.10
*Probationibus in causa hæresis*, lib.5,cap.35
*Probro*, lib.1,cap.16
*Processus contra hæreticos, quomodo formandus*, lib.5,c.27
*Processus in causa blasphemiæ*, lib.6,cap.4


*Proces-*

# Titulorum.


*Processus & sententia contra apostatas,* lib.5,cap.77
*Proditionis atrocitate & eius singularib.* lib.7,cap.30
*Proditorib.* lib.7,cap.29
*Proditorum pœnis,* lib.7,cap.31
*Prorogatione iurisdictionis* lib.4,cap.22
*Publica iudicia,quæ & quot,* lib.5,cap.4
*Publicis iudiciis in genere,& quare sic appellata,* lib.5,c.3.
*Publicorum iudiciorum effectibus,* lib.5,cap.5
*Punitus ab vno,quando possit ab alio puniri,* lib.4,c.50.
*Purgatione,* lib.5.cap.48

Q

*Quæstionibus,* lib.5,cap.36

R

*Raptor quibus ex causis excusetur vel nõ,* lib.8,cap.13
*Raptori auxilium & opem præstantibus.* lib.8,cap.10
*Raptu virginum & viduarum & sanctimonialium:& primo de ll. de raptu loquentibus,* lib.8,cap.26
*Raptus crimen,quib. ex causis augeatur,* lib.8,cap.11
*Raptus pœnis,* lib.8,cap.12
*Raptus mulierum variæ quæstiones,* lib.8,cap.14
*Raptus quid,* lib.8,cap.7
*Raptus atrocitate & specialib.* lib.8,cap.8
*Raptus in crimine processu formando,* lib.8,cap.9
*Ratificans,an & quando teneatur,* lib.9,cap.38
*Ratione naturali & æquitate,* lib.2,cap.9
*Rebelle,* lib.7,cap.32
*Reconueniatur vt accusator,*
*Relapsis,* lib.5,cap.56
*Remediis damnatorum,* lib.5,cap.59
*Repetundarum legibus,* lib.8,cap.34
*Repetundarum crimen, qui committant & quibus modis,* lib.8.cap.25
*Repetundarum criminis atrocitate,* lib.8,cap.32
*Repetundarum criminis ordine cognitionum.* lib.8,c.37
*Repetundarum in crimine, quæ probationes requiruntur,* lib.8,c.38.
*Repetundarum criminis pœnis,* lib.8,c.39
*Repetundarum accusati, quibus ex causis excusentur.* lib. 8,cap.40
*Residuis,* lib.8,cap.31
*Responsis prudentum,* lib 2,cap.31
*Restitutis in crimine læsæ maiest.* lib.7,cap.52
*Retento excipiente se esse clericum interim quis iudicat,* lib. 4,cap.40
*Reuelantibus secreta & literas aperientib.* lib.7,cap.16

S

*Sacrilegi qui proprie contra personas,* lib.6,cap.16
*Sacrilegii species quot,& qui sacrilegi,* lib.6,cap.15
*Sacrilegii pœnis,* lib.6,cap.34
*Sacrilegii reorum excusatione,* lib.6,cap.17
*Sacrilegii in causa quis iudex,* lib.6,cap.36
*Sacrilegii in crimine formando processu,* lib.8,cap.37
*Sacrilegii atrocitate,* lib.2,cap.32
*Sacrilegio circa loca,* lib.6.cap.24
*Sacrilegio,* lib.6,cap.14
*Sacrilegio in res,iura & bona ecclesiæ,* lib.6.cap.31
*Sacrilegio auxilium & consensum præstantib.* lib.6,c.35
*Sacrilegium quibus ex causis aggrauetur,* lib.6.cap.33
*Sacrilegium vt sit,quæ requirantur respectu personæ offensæ,* lib.5,cap.17
*Sacrilegium vt sit quæ requirantur respectu personæ offendentis,* lib.6,cap.18
*Schisma vnde,& quid: & qui schismatici,& eorum species,* lib.5,cap.60
*Schisma,quomodo excusari possit vel non,* lib.5.cap.66
*Schismatis atrocitas* lib.5,cap.63
*Schismatis sedandi remediis,* lib.5,cap.69
*Schismatici notabiles inferiores a Papa qui fuerunt,* lib.5. cap.62
*Scelere,* lib.1,cap.12
*Scribendum quando ad alios iudices,* lib.4,cap.36
*Senatusconsulta* lib.2,cap.28
*Sententia & appellatione in crimine læsæ maiest.* lib.7.c.47
*Sententia in causa hæresis,* lib.5,cap.38
*Sententiis,abiuratione & restitutione schismatis,* lib.5,c.68
*Sepulchra quibus modis violentur,& de pœnis violantium,* lib.6,cap.41
*Sepulchri violati pœnis* lib.6,cap.42
*Sepulchri violati reorum excusationibus,* lib.6,cap.43
*Sepulchri violati qualitas & atrocitas,* lib.6,cap.40
*Sepulchro violato, & quid sepulchrum, & quid violare,& quot species sepulchrorum* lib.6,cap.39
*Si quis Imperatori maledixerit,* lib.7,cap.60
*Simonia ex quibus contractibus vel pactis inducatur,* libro 5,cap.82
*Simonia mentalis,* lib.5,cap.83
*Simonia quibus in causis non contrahatur,* lib.5,cap.84
*Simonia quid,* lib.5,cap.78
*Simoniæ atrocitate,* lib.5,cap.84
*Simoniæ in crimine processus,quomodo formãdus,* li.5,c.68
*Simoniæ pœnis,* lib.5,cap.87
*Simoniæ dispensatione,* lib.5,cap.88
*Simoniaci qui esse possint,* lib.5,cap.78
*Syndicorum potestas,* lib.4,cap.49
*Spiritualia quæ sint,pro quib. cõtrahitur simonia,* li.5.c.79
*Spiritualibus annexa quæ dicantur,* lib.5,cap.80
*Statuas vel insignia Principum offendentibus,* lib.7,cap.51
*Status rei,quando tribuat iurisdictionem,* lib.4,cap.8
*Statuta quæ seruanda,* lib.4.cap.54
*Statuta quæ non valeant,* lib.2,cap.33
*Statuta quæ ligent,* lib.2,cap.34
*Statuta à quo tempore ligent, & quanto tempore, & de eorum publicatione,* lib.2,cap.36
*Statuta quomodo tollantur,vel suspendantur,* lib.2,cap.37
*Statutis ciuitatum in genere,* lib.2,cap.32
*Statutorum reformatione,* lib.2,cap.36
*Statutorum confirmatione,* lib.2,cap.35
*Stupro vel coitu violento,* lib.8,cap.15
*Summarie, breuiter & de plano proceditur in hæresi,* lib.5, cap.34

T

*Temporalia quæ sint, pro quibus spiritualia dari non possunt,* lib.5,cap.81
*Tortura in crimine læsæ maiest.* lib.7,cap.46
*Transfugis,* lib.7,cap.14
*Transgredientib. muros,* lib.7,cap.36

V

*Variis & extraord. criminibus magistr.* lib.8,cap.41
*Veneficii atrocitate,* lib.9,cap.22
*Veneficii processus,& probatio,* lib.9,cap.24
*Veneficii pœnis,* lib.9,cap.25
*Veneficii excusationibus,* lib.9,cap.16
*Veneficio & ll. illud punientibus,& quæ sint venena,& venenarii,* lib.9,cap.21
*Veneni in datione an dolus requiratur, conatus, auxilium, fauor,conscii & similes,quando puniantur,* lib.9,cap.23
*Vi priuata,* lib.8,cap.17
*Vi publica & priuata, quid vis, & quotuplex: & de legib. eam punientibus,* lib.8,cap.1.
*Vis publicæ & priuatæ causis & factis, ex quibus oritur iudicium: & in specie de vsu armorum, & primum quid veniat appellatione armorum,* lib.8,cap.2
*Vis publica nonnullis causis & modis contrahitur,* lib.8.c.5
*Vis publicæ & priuatæ pœnis,* lib.8,cap.18
*Vis publicæ variæ causæ,* lib.8,cap.16
*Violentiæ pub. & priuatæ processus,* lib.8,cap.19
*Violentiæ excusationibus,* lib.8,cap.20
*Vniuersitas hæretica,an & quando puniatur,* lib.5,cap.50
*Vocibus,quibus delicta & crimina significantur,* lib.1,c.1
*Vxoricidio,* lib.9,cap.11

# TRACTATVS CRIMINALIS CLARISSIMI AC CELEBERRIMI IVRISCONSVLTI D. TIBERII DECIANI VTINENSIS Comitis, Equitisque Illustrissimi.

## Liber primus.

### CAPVT I.

### *de Vocibus, quibus delicta, & crimina significantur.*

SVMMARIVM.

1 *Nomina ac vocabula, quorsum sint?*
2 *Iurisconsultorum labor summus circa verborum vim ac proprietatem versatur.*
3 *Legumlatores antiqui & interpretes pluribus vocabulis in criminum materia vsi sunt, quæ cæteris iuris ciuilis partibus communia non sunt.*
4 *Nominum appellatiuorum quædam omnibus delictis communia, & quædam propria singulis criminum formis attributa sunt.*
5 *Nomina delictorum generalia & communia, quamuis synonyma videantur, inter se tamen distinguuntur.*
6 *Materiæ plures & diuersæ, vti eiusdem hominis imagines, esse possunt, ita vna eademque res diuersis nominibus significatur.*
7 *Hominis vox originem & finem corporis, nempe ab humo dicti, in eamq; resoluendi, indicat.*
8 *Vrbs & Ciuitas, quid sint, vnde dictæ, & quomodo inter se differant. nu. 9.*
10 *Vitium & Peccatum, Noxa, Delictum, & similia, in quo differant.*
11 *Delictum vnde sic dictum.*
12 *Pœna & Mulcta longe differunt.*

IN tradendis artibus ac scientijs in vniuersum omnibus, eum potissimum ordinem approbarunt omnium gentium seculorumque Scriptores, quo primum verborum significatio, mox rerum cognitio explicatur: Nam cum omnis oratio, omneve scriptum & verbis & rebus per ipsa verba explicatis constet, neque possint verba sedem habere, si rem subtraxeris, neq; res lumen, si verba summoueris, consequens sit, vt sicut rerum potior debeat esse cognitio, ita & verborum prior
1 esse debeat interpretatio. ¶ Quorsum † enim dicebat Tubero, sunt nomina ac vocabula, nisi vt per ea tanquã lumen quoddam, etiam res quas signant, intelligantur, & mens ac voluntas proferentis percipiatur? Nam cũ verborum ministerio sensa ac doctrinæ omnes sint explicandæ, secundum Celsum in l. Labeo, de suppel. lega. Cumque singulæ disciplinæ, quin & singulæ earum partes & articuli proprijs gaudeant vocabulis: qui poterit Auditor vel Lector quod audit, vel legit intelligere, ni prius vocabulorum, quæ propria sunt illius disciplinæ, & super quibus tanquam propria sede ac fundamento vniuersa illa scientia requiescit, vim atque proprietatem exacte perceperit, cum ad ea omnia, tũ quæ dicuntur, tum quæ scribuntur, referenda sint? Qua in re summos viros non parum elaborasse scimus, & præcipue (vt cæteros omittam) nostro in hoc iuris campo clarissimos Iurisc on. Labeonem, Seruium Sulpitium, Ael. Gallum, & quotquot sunt eorum nomina præscripta legibus compositis per Tribonianum & cæteros Iustiniani parhædros, sub titulo de verbo. sign. de legat. 1. 2. & 3. de auro & argent. lega. de fundo instruc. de suppellect. leg. de reb. dub. & simil. ac denique in interpretatione tum legum 12. Tab. tum etiam edictorum Prætoris, in quo eos non sine maxima ratione elaborasse censendum est, cum & Aristoteles methodi præcipuus ac supremus omnium obseruator, 4. Phisic. testatũ reliquerit, scire quid nomen sit principium esse doctrinæ. Nam & Pollux partem esse sapientiæ dixit, quid quo
2 nomine censeatur, in primis nouisse. Et † Quintil. in 5. non immerito huic verborum tractationi tertiam ciuilis sapientiæ partem tribuit, testaturq; Iurisconsultorũ laborem summum circa verborum vim proprietatemque versari.

3 ¶ Quocirca, † cum in ea iuris ciuilis parte, qua de criminibus agitur, quamque in præsentiarum tractandam suscepimus, pluribus vsi sunt vocabulis antiqui legum & latores & interpretes, quæ cæteris huius disciplinæ partibus non sunt communia: & si eorum aliqua communia sunt, non tamen in eum sensum accipiũtur, multum lucis commodique me allaturum putaui, si ad clariorem omnium quæ sequentur, intelligentiam, præmitterem verborum, quæ huius materiæ sunt propria significationem atque interpretationem. plura enim

ſunt difficilia cognitu, vel ob antiquitatem, vel ob deſuetudinem, vel ob amphibologiam ſiue ambiguitatẽ, vel ob generis cum ſpecie affinitatem, vel latiorem arctioremve eorum ſignificationem: Quæ omnia ſi ignorarentur, non modicos excitarent errores, huicq; maleficiorũ tractationi denſiſſimas obducerent tenebras.

4 ¶ At cum viderem,† quædam eſſe nomina appellatiua omnibus delictis communia, tanquam genus ſuis ſpeciebus, quædam propria ſingulis criminum formis attributa: hic locus perquam commodus mihi viſus eſt, quo ſignificationem earum duntaxat vocum explicarẽ, quæ communione quadam generalis ſignificationis omnes delictorum ſpecies complectuntur, vt ſunt iſtæ, Peccatum, Delictum, Flagitium, Scelus, Crimen, & ſimil. quod ſcilicet huic primæ parti tractatus noſtri apte cohærere videantur, qua, vt præmiſſum eſt, tractaturi ſumus tantum principia, cauſas, fontes, naturam, accidentia, augmenta, diminutiones, effectus ac fines delictorum in genere omnium: nam cæterarũ vocum, quæ ſingulas eorum ſpecies ac formas reſpiciunt, in Secundam reiecimus huius tractationis partẽ, quæ ſicut ſpeciatim ſingula continebit crimina inter ſe diuiſa, ita & ſingularia eorum nomina ac proprias eorũ voces aptiſſime recipiet: prout & Tertia pars, quæ praxim & forũ duntaxat ſpectabit, ea ſimiliter reliqua primo in limine explicabit vocabula, quæ reſpiciunt accuſatoris, Rei, iudicis, vel miniſtrorum perſonas, ac cætera omnia, quę ad conſtituendum & exercendum iudiciũ intercedunt.

Ordinis ac Methodi ratio, in prima parte.

Secundæ partis materia.

Tertiæ partis materia.

5 ¶ Quamquam autem † generalia iſta & communia delictorum, quæ dixi nomina, ſynonyma videantur, atque ideo idem primo eorum ſono ſignificare, necnon & iniuſtam videantur arguere querelam *Vlpia. in l. natura. ff. de præſcrip. verb.* penuriam vocabulorum in iure noſtro deplorantis: attamen non ſunt profecto prorſus otioſa & inutilia, cum (vt docturi ſumus) ſingula eorum latentẽ quandam & tacitam ſignificationem poſſideant ex delictorum varijs accidentibus & cauſis aſſumptam,

6 qua ipſa inter ſe diſtinguantur, & differant: Sicut† enim plures & diuerſæ materiæ & diuerſi ſtatus poſſunt eſſe eiuſdem hominis imagines, æneæ puta, lapideæ, ligneę, aureæ, & quarum aliæ ſtantem, aliæ ambulantem, aliæ ſedentem, aliæ ſcribentem, aliæ digladiantem exprimant, eundem tamẽ hominem veluti Alexandrum referentes: Ita quoque poteſt vna atque eadem res diuerſis nominibus ſignificari, quorum tamen ſingula diuerſos ſenſus diuerſas ipſius rei cauſas, proprietates & accidentia detegant: Sic enim tria hæc nomina, Homo, vir, Mortalis, humanam ſpeciem certe ſignificant.

7 ¶ Hominis † tamẽ vox originem corporis & finem indicat, quod ſcilicet ab humo, id eſt terra originẽ ducat, in quam denique ſit etiam reſoluendus. *de qua ſignificatione habetur in l. hominis. de verb. ſign.* Viri autem nomen ſi animum reſpiciat à virtute, ſi corpus à viribus dictum oſtendit, *de quo per Bar. in l. cum quis decedens. §. codicillis. in fi. & in l. ſeruis. ff. de lega. 3.* Mortalis vero vox, ſolum corpus amplectens, morti illud obnoxium eſſe monet, *vt habetur in c. in Eccleſiaſtico, 13. quæſt. 2.* ¶ †Pari quoque ratione

8 duo hæc nomina, Vrbs & Ciuitas, idem intendere nemo negarit, cum tamen vrbs ædificia ipſa intra mænia conſiſtentia denotet ab vruo, id eſt aratri parte illa, quæ incurua inſpicitur, qua ſignabantur ipſa męnia, deducta

9 voce: ciuitas† autem hominum eorundemq; ciuiũ congregationem deſignet, *vt docet Barto. & cæteri in l. ciuitas ff. ſi cer. pet. & in l. pupillum. §. vrbs. ff. de verbo. ſign.* Quorum nominum differentiam eleganter animaduertit Tul. dum pro Sextio inquit. Cum conuenticula hominum, quas poſtea ciuitates nominauerunt: tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus.

Vir vnde dictus.

Mortalis.

Vrbs ab vrbo dicitur, eſt enim vrbare aratro definire. l. 239. §. 6. ff. de verbor. ſignif.

10 Licet igitur (vt quod initio dicebam, repetam) † ſynonyma ſint iſta, vitium, peccatum, noxa, delictum, & ſimilia, idemque ſignificare videantur: nempe legis exceſſum & iniuſtam hominis actionem ac pœna dignam: habent tamen ſingula certam quandam vim ac ſignificationem, quæ veluti digito indicat diuerſam quandam inter ipſas voces ſignificationem. Nam ſi legem audias punientem delictum, pœna dupli: crimen vero vel peccatum, pœna quadrupli, iam ſentis ex varietate pœnæ, variam quoque harum vocum ſignificationem in le-

11 giſlatoris mente fuiſſe conſideratam, quippe† quod delictum eos tantũ ex propria ſui vi exceſſus indicet, qui omittendo fiunt, cum id nomen à derelinquendo deductum videatur: crimen vero & peccatum factum & actionem non omiſſionem aduerſus legem contineãt, *vt docuit Accurſius & poſt eum Alber. in l. 1. C. ſi aduer. deli. & infra plenius demõſtrabitur.* Cui ſimile eſt illud quod Vlpian. tradit *in l. aliud eſt fraus. §. inter mulctam. de verb. ſigni.* vbi do-

12 cet;† quod & ſi vocabula iſta, pœna & mulcta, idem notare videantur, proprie tamen ſumendo earum vocum ſignificationem, longe inter ſe diſtant, vt & ibi animaduertit Accurſ. qui alias quoque differentias addit, quod & de alijs ſimilibus vocabulis inferius apparebit.

Cum igitur hæc ita ſe habeant, cuilibet iam conſtare poteſt, cognitionem ſignificationis harum vocum cõmunium non modo non inutilem, verum perquã neceſſariam eſſe, atq; ideo noſtram hanc earum interpretationem, neque iniucundam, neque infructuoſam fore, quã, vt iam aggrediamur, tempus expoſtulat, in qua tractanda hunc ordinem, quoad fieri poterit obſeruabimus, vt ab ijs exordium ſumamus, quæ latiorem habent ſignificatum, poſtea gradatim ad eas voces deſcendentes, quæ magis in ſpecie materiam noſtram criminum & maleficiorum attingunt. Prius ergo de ſignificatione huius verbi, peccatum, quod generaliſſimum eſt, diſpiciamus.

## CAP. II.

## *De Peccato.*

### SVMMARIVM.

1 *Peccare, quid ſit.*
2 *Peccatum, quid, & an differat à Delicto, ſiue Crimine. nu. 4.*
3 *Delictum, quod proprie dicatur.*
5 *Baptiſta Pius Bonon. vocem Pediconibus loco peccatoribus ſeu Stupratoribus, in §. item lex Iulia de adult. Inſtit. de pub. iud. quod oſcitanter reſtituerit.*
6 *Peccatum ab iniquitate differt.*
7 *Iniquitas vere actio dici non poteſt.*
8 *Peccatum à Maleficio, quomodo diſtet.*

PECCATVM latiori ſignificatione comprehendit omne, quod contra legem admiſſum eſt: nã, *vt inquit Tul. in Paradox.*.† peccare eſt lineam tranſgredi, quod ſi ad arctiorem & magis propriam deſcendas ſignificationem,

1 2 †peccatum eſt dictum, vel factum vel concupitũ contra legem, *vt definit Auguſt. contra Fauſtum, cap. 22. quem refert Garzia de vltimo fine iuris nu. 361.* Atq; hac ratione dicitur peccatum differre à delicto, quod peccatum faciendo, delictum omittendo committatur, quaſi derelictũ, *vt tradit Archid. in c. ita nos Syllanorum, 25. q. vlt. & per Alb. poſt gl. in l. 1. C. ſi aduerſ. delict.* quam differentiam quoque ſenſiſſe videtur Auguſt. *in Leuit. q. quem refert gl. 1. in c. ſi peccatum Dauid, de pœn. diſt. 1.* dum inquit, declinare à bono, delictum eſt: facere malum, peccatum: nam & peccatum opus eſſe dicitur, *cap. inter hæc. de pœn. di. 3.* Qua tamen non contentus idem gloſſator *in d. c. ſi peccatum*, aliam tradit dicens, quod † delictum dicitur proprie, quod ignoran-

3 ter fit, iuxta illud, Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris: peccatum vero, quod ſcienter. †Quæ tamen differentia, prout nulla lege probatur, ita

4 mihi non ſatisfacit: nam & verba Pſalmographi, quæ allegat, contrarium arguunt ex illa coniunctione, &, quã ſcimus poni inter diuerſa, *vt per gl. in rubr. de iur. & facti ignor.* & tex. videt in contrariũ apertus *in l. reſpiciendũ. §. delinquũt. ff. de pœnis.* vbi æque dicitur delinquere (ꝙ attinet

tinet ad verbi significationem) qui delinquit ex proposito & scienter, ac ille qui casu & ignorans delinquit.

Ego vero hanc duntaxat differentiam inter Peccatū, & Delictum siue Crimen admittēdam esse duco, quod peccatum proprie sit illud, quod diuinam tantummodo expectat vltionem, & voluntatis pœnitentiam, & deniq; quod animæ tantum pœnam proprie spectat. Delictum vero vel crimen, quod corpori pœnam infligit, quodque in iudicio atq; in foro per accusationem vel inquisitionem, denuntiationemq; & denique condemnationē exercetur. Quam differentiā probat optime text. *in c.1 81.dist.* ex his verbis Augustini super Ioannem. Apostolus Paulus quando elegit ordinandos ad præposituram Ecclesiæ non ait, si quis sine peccato est: hoc enim si diceret: omnis homo reprobaretur, & nullus ordinaretur: sed ait, sine crimine est, sicuti homicidium, adulterium, furtum, sacrilegium, & cætera huiuscemodi. Crimen enim est graue peccatum, accusatione & damnatione dignissimum. Et hanc differentiam approbauit gl. *in c. peccatum. de reg. iur. in 6.* & Archidiac. *in d. c. itanos Syllanorum.* & ideo peccatum dicitur Adę & Euę, quod fuit primum mortalium peccatum, *Gen. c. 4.* non autem proprie dicitur delictum, aut crimen. vnde & illud Pauli *ad Rom. 6.* Peccatum per vnum hominem intrauit in mundum, & per peccatum mors, *quod habetur in c. placuit. de consecr. dist. 3.* quę etiam ex communi vsu loquēdi coadiuuat, vt omnes norūt, quanquam sæpe ista nomina confundantur ex generalitate significationis vocabuli peccatū, quæ & delicta comprehendit, *vt est text. in d. c. si peccatum Dauid.* vbi adulterium Dauid modo peccatum, modo delictum appellatur, quod & glo. ibi animaduertit. ¶ Scio præterea & in arctiori significatu sumptam esse ab aliquibus hanc vocem peccatū, vt scilicet adulterium tantummodo, vel luxuriosum coitum significet, quod & Sipontinus Perottus in Martialem adnotauit, ex allusione verbi, peccare, arguens, quod sic dictum sit, quasi pellicare, id est cum pellice coire, quā sententiam sequutus est & apud nostros Archid. *in c. decet. nu. 3. de immuni. eccl. in 6.* Quinimo in hunc sensum eo verbo videtur vsus Iustinianus (si vera est quorundā codicum impressa littera,) *in §. item lex Iulia. de adulteriis, Instit. de pub. iud.* ibi, pœnam aūt eandem lex irrogat peccatoribus, si honesti sunt publicationē partis dimidiæ bonorum. vbi verbum, peccatoribus, exponitur pro adulteris, vt sensisse etiam videtur Theophil. in versione eo-
5 rum verborum: † quanquam locum illum Baptista Pius Bononiensis, temporum suorum nō contemnēdæ eruditionis, corruptum putet, & in Annotat. suis. c. 53. contendat loco verbi peccatorib. legendum esse pædicatoribus: cui vt in eo, ꝙ corruptum putat esse locum illū, assentior: ita in restitutione ipsius dissentio, cum lectio illa pædicatorib. quam satis oscitanter restituit, neque sensui, neq; materiæ, neq; præcedētibus aut subsequētibus vllo modo conuenire possit, vt cuilibet legenti facile constare potest, atq; ideo legendum est stupratoribus, prout & hodie in recentiorib. impressionibus, & præsertim ex Haloandri castigatione legitur, sicuti etiā stupratoribus legitur hodie in §. sin autem per vim. eo. titu. cum tamen antea legeretur peccatoribus, vt ibi referunt interpretes. Non tamen negarim, quin vox ista, peccatum, possit & pro adulterio sumi, prout & genus sæpe pro sua specie sumitur, *vt apud Hor. sermo 1. Saty. 2.* Quid inter-Est, in matrona, ancilla, peccesve togata? & apud eundem *lib. 1. carm. ode. 33.* Sed prius Appulis Iungent capreę lupis Quam turpi Pholoe peccet adultero.
6 ¶ Illud tamen certum est † differre peccatum ab iniquitate, *quod videtur probare tex. in c. ille Rex. de pœn. distin. 3.* quod scilicet iniquitas (vt inquit ibi Ambros.) sit habitudo mentis iniustæ, peccatum autem opus iniquitatis: quanquam (vt idem ibi inquit Ambr.) Ioannes in epistola sua eum, qui facit peccatum, iniquitatem fecisse dixerit. quæ verba exponens glossator in ver. operatrix, dicit nomen hoc peccatum posse large & stricte sumi: quidquid enim à Deo non est, large peccatum dici pōt, arctiori tamen significatu peccantis opus ipsum siue a-
7 ctio demonstratur: † Non enim iniquitas actio vere dici potest, nam si est habitudo mētis iniustæ: habitudo autem est qualitas, & nulla qualitas est actio: ergo iniquitas actio nullo modo esse pōt. peccata enim ex iniquitate, hoc est ex mente corrupta procedunt, sicut & opera misericordiæ à charitate *c. charitas. de pœn. dist. 2.*

Quod vero & in hac nostra tractatione non sit huius vocis otiosa inuestigatio, id vel ex duabus illis Quæstionibus cognosci posset, an scilicet sicut criminis reus à testimonio repellitur in criminalib. ita & qui peccati cōtra legem reus est, ꝙ & plures asseruerūt. Item & an si ex statuto vel lege aliqua nouum aliquod inducat delictum, ꝙ lege diuina non erat prohibitum. velè contra ea lege prohibitum permittat, an obliget saltem reatu peccati. Quas & alias similes hoc loco tractassem, nisi suscepti operis ordo requireret, vt inferius aptiori loco pertractandas relinquerem: nempe primam in tertia parte, dum de testibus, qui prohibentur ferre testimonium loquemur: & secundam hac eadem prima parte, dum de legis potestate fiet mentio, & sic quoq; cæteras similes commodiori loco. Nunc enim tantum significationē verborum perquirimus: non etiam ea, quæ res ipsas concernunt, tractamus, vt dictum est.

8 ¶ Postremo illud non omiserim, † peccatum à maleficio, vt ego sentio, in hoc differre, ꝙ maleficium non puniatur sine dolo, ac peccatum punitur etiam si culpa tantum intercedat, hoc mihi probat opti. text. *in princip. tit. Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto.* ibi, sed quia neque ex maleficio, neque ex contractu obligatus est, & vtique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam, ideo videtur quasi ex maleficio teneri. *quæ verba sumpta sunt ex Caio in l. ex maleficijs. §. si iudex. ff. de act. & oblig.* sed, vt dixi in principio, latiori atq; eodem quoque proprio significatu peccati appellatione, omne delictum tam voluntarium quam inuoluntarium continetur, vt probat tex. *in l. 2. in prin. de legi.* ibi, correctio autem voluntariorū & non voluntariorum peccatorum. quo loco ponderandum quod id, ꝙ ibi Martia. ex Demosthene expressérat per hoc nomen peccatorum, Papin. *in l. 1. eod. tit.* expressit per hoc nomen delictorum, dum inquit, Lex est delictorum, quæ sponte vel ignoranter fiunt coercitio, vt scilicet intelligamus nomina hæc, delictum & peccatum, confundi in hac materia criminum.

## CAPVT III.

## *De Iniquitate, Vitio & Malitia.*

### SVMMARIVM.

1 *Iniquitas, Vitium, & Malitia, voces affines sunt.*
2 *Iniquitatis vox latissimam significationem habet.*
3 *Iniquitas proprie, quid sit.*
4 *Vitium quod, & vnde dictum, quomodoq; à malitia & ab errato differat.*
5 *Vitium pro subiecta materia varias suscipit significationes.*
6 *Vitiare verbum pro stuprari, à Latinis sumitur.*
7 *Vitium à morbo an differat.*
8 *Malitia quid, & an differat à vitiositate.*
9 *Vitiositas quid.*
10 *Malitiosus, quis proprie dicatur.*
11 *Malitiæ vox quandoque in malam partem non sumitur.*

1 HAS ideo † voces coniungendas esse duxi, quod in significatione sint adfines, cū non tam opus ipsum peccati vel criminis, sed fontem & causam criminum designent, nempe corruptam ac fere perditam mentem, ex qua crimina & flagitiosa nascuntur opera, vt de iniquitate tradit Ambr. *in ca ille Rex. de pœnit. dist in. 3.* & declarat Archid. *in c. 1. in ver, iniquitas. de iureiur. in 6.* iuxta illud Psal. 28. Iniquitatem odio habui, & abominatus sum, *vt in c. affe-*

*ctum.26.q.7.* & illud Gen.4. Maior est iniquitas mea, quã vt veniam merear. Iniquus enim dicitur, id est non æquus, atque ideo iniustus, *vt per Archid. in c. de testando. de conces. præben. in 6.* quare & apud nostros Iureconsultos arctiori significatione iniquitas dicitur ius iniquum, quod iudex dixit forte per gratiam vel per sordes, *vt est tex. not. in l. 1 in prin. ff. de iniur.* ibi, interdum iniquitatem iniuriam dicimus, ad ꝙ etiam tex. *in l. pen. ff. de iust. & iure.*

2 ¶ Non tamen me latet † iniquitatis significationem latissime patere, cum omnem rem non æqualem, non iustam, non æquam significet, prout ratio subiectæ materiæ requirit: nam si ad locum referatur, iniquitas loci asperitatem significabit, *vt in l. 1. §. 1. ff. si quadr. pau. fe. di.* ita etsi mensuram respiciat, falsitatem designabit, vt iniquus modus, id est, falsus. *l. Paulus. de verb. sig. & simil.*

3 ¶ Iniquitas † ergo proprie est habitus ille mentis prauus, quo sibi tantum quis studet, alienis bonis inuidẽs, qua abundãte, necesse est, vt refrigescat charitas, vt Saluator testatur *Matth. c. 24.* Et (si profana sacris miscere fas est) Arist. *in libello de virtutibus c. pen.* inquit, iniquitatis esse mores, ritus patrios præuaricari, legibus & authoritati publicæ subesse nolle, mentiri etiam, ac peierare, pactaque transgredi, & fidem fallere, atque ex hac calumniam, iactantiam sequi, ac humanitatis simulationẽ & peruersitatem, dolumque malum. Reliqua, quæ ad hanc vocem spectant, vide inf. c. 14. vbi de nequitia, iniquitate & improbitate loquor.

4 ¶ Vitium autem † dicitur, quod virtuti opponitur, à vitando dictum, quod scilicet vitari oporteat: & omne, quod per se ipsum est vituperabile, vitium est, *vt tradit Tul. de fin. bo. lib. 3.* vbi quoque differentiam ponit inter vitium & malitiam, concludens vitium esse nomen generale, comprehẽdens omnem animi turpitudinem: Malitiam autem verbum esse speciale, dolum duntaxat siue fraudem dolosæ mentis significans. Est igitur vitiũ turpis habitus animi differens ab errato, cum vitium non possit esse sine voluntatis labe: Erratum vero possit non nisi ab ignorante & nolente proficisci, quoniam error voluntati aduersatur, *l. sed & hoc ita. ff. de aqua plu. arcen. l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudic.* ideo & Tull. duas has voces tanquam oppositas posuit *in Ora. pro Cluen.* dum inquit, Nullum quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vitæ non dicam vitium, sed erratum. latiori autem significatu exponitur vitium pro omni peccato, *vt per Arch. in c. si electione. in ver. vitium. de elect. in 6.*

5 ¶ Certum est autem, † hoc quoque nomen varias suscipere significationes, prout ad varia quoque referri potest: si enim ad mores referatur, dicetur vitium, quia dependet à voluntate, & obest animæ, *c. nasci. 50. dist. c. non est. 15. q. 1.* Sic & vitia corporis dicuntur morbi, à quibus qui ad sacros ordines sunt promouendi, vacui esse debent, vt habetur in toto tit. extra de corp. vitia. sic & animi vitium dicitur serui, qui tabulas pictas studiose nimium inspectans, negligens est in domini negotijs, *l. 1. & l. vlt. ff. de ædil. edicto.* sic & vitia verborum dicuntur, *in c. sedulo. 38. dist.* vitium quoque loci appellat tex. *in l. fluminũ. §. vitium. ff. de dam. infect.* & vitium facere dicuntur ædificia ab Vlp. *in l. si finita. §. ex hoc edicto. ff. eod.*

Morbus.

¶ Et vitia possessionum dicuntur *in l. vitia possessionum. C. de acq. poss.* Ea quoque ratione dicitur vitium litigiosi, *toto tit. de litigio.* Vitiare quoque obligationem dixit Vlp. *in l. 1. §. 1. de verb. obl.* Et denique vitiose dicitur fieri, quod iniuste & inique ac contra legis præscriptum fit, atque ideo pro non facto habetur. *l. quotiens. ff. qui satisd. cog.* & ideo vitiosum Consulem appellat Tull. *Phil. 2.* eum, qui contra augurum disciplinam & leges creatus est.

6 ¶ Sed & † vitiare verbum pro stuprare sumi à Latinis authoribus memini, prout etiam vitium facere, *vt apud Teren. in Ecyra.* Afferre vitium virgini. Et in Andria, Glyceriũ vitiauit Pamphilus. ꝙ & apud Tul. & alios proba-
7 tos authores sæpe reperies. At † quid differat vitium à morbo, variatũ fuisse apud antiquos refert Alc. *in l. inter stuprum. §. verũ. ff. de ver. sig.* Sed quia id nõ admodũ conuenit materiæ nostræ, ideo sciens prætereo: hoc tm̃ monens lectorẽ, locum Cicero. quẽ ibi citat Alcia. sed non signat esse *in 4. Tusc.* vbi differẽtiam non spernendã po-
8 nit inter vitium, morbũ & ægrotationem. ¶ Malitia † est prauitas quędam mentis studiosę & de industria prępo-nens malũ bono, & minus bonũ maiori bono, *secundum Thom. 1. 2. q. 78. artic. 1.* Tul. vero *in 4. Tusc.* videt differẽtiam statuere inter vitiositatẽ, & malitiam, ꝙ illa, tanquã genus, vitia ac peccata omnia comprehẽdat: hæc vero certum quoddã peccatum vel delictũ spectet. Inquit. n. virtuti cõtraria est vitiositas: sic enim malo quã malitiã appellare eã, quam Græci cachiam vocãt: nam malitia certi cuiusdã vitij nomen est, vitiositas omniũ. Et paulo ante idem Tul. dixerat, vitiositas est habitus aut affectio in tota vita incõstans, & à seipsa dissentiẽs. Et idẽ *alibi 3. f. de fin. bo.* dixit, quas. n. Græci cachias appellãt, vitia malo q̃
9 malitias nominare. † Vitiositas ergo est corrupta mens ad omnia vitiosę faciẽda parata: Malitia vero sagacitas quedã dolosa ad aliquod certũ malum ex ꝓfesso perpetrandũ, quę & dolus appellat, de qua latius ꝑ. fiet mẽtio, dũ de delictis ex ꝓposito facti loquemur. ¶ In malã vero partẽ sumi plurimũ hoc nomen certũ est, cum sciamus & ipsã vocẽ malitiæ, à malo deriuari, *iuxta illud Innoc. IIII. in c. 1. de excep.* Hominũ succrescẽte malitia, ꝙ prouisum
10 est ad remediũ, tendit ad noxã: † nam ꝓprie malitiosus dicit callidus, astutus, fallax, *vt inquit Tul. in 3. Offi.* Qui & malitiosam quoq; iuris interpretationẽ appellauit. i. cauillosam, in primo eiusdẽ li. de Offi. & Terent. in Heautont. summũ ius, summã malitiam appellauit. quanquã
11 sciã † quandoq; nõ ita in malã partem sumi, vt cum dicimus, malitiã impuberis ætatẽ infirmã supplere, *vt in c. 1. de despon. impu. in 6. §. 1. & in c. de illis. eo. tit. in decr.* ꝙ tamẽ nescio, an recte secundũ verã verbi huius significationẽ dictum sit, cũ ibi de actu licito, nempe matrimonij sacramẽto, sermo habeat. Quare forte rectius tex. *in c. vlt. eo. ti.* dixit prudẽtiam supplere ætatem. Et *in l. 1. C. qui & aduer. quos in integ. re.* dicit diligẽtiam & industriã supplere ætatem. ¶ Non negarim tñ, si subiecta materia patiat, vt puta si de delictis fiat mentio, recte dici posse malitiã supplere ætatẽ. i. præter ætatis illius communẽ captũ, malitiã & dolũ ineſſe impuberi, *vt dicitur in l. si in alterius, quæ est l. 3. C. si min. se ma. dix.* Nã & aliquando malitiã pro dolo sumi, monet nos text. *in l. 1. in prin. ff. de dolo.* Ad cuius doli significationem iustus ordo expostulat, vt descẽdamus.

## CAP. IIII.

## *De Dolo.*

### SVMMARIVM.

1 *Doli circa diffinitionem inter antiquos Iureconsultos magna controuersia est, deque huius diuersitatis causa. num. 2.*
3 *C. Aquilius in diffiniendo & cauendo acutus atque in iure ciuili exercitatissimus.*
4 *Diffinitio in iure nulla habetur, quæ periculosa non sit.*
5 *Circumuenire verbum, quid proprie significet.*
6 *Dolus pro animi destinatione & proposito ad certum delictũ etiam sumitur.*
7 *Calliditas, Fallacia, & Machinatio, an sit idẽ cũ simulatione.*
8 *Dolus in criminalibus dupliciter consideratur.*
9 *Doli crimen, & stellionatus, an idem sint.* (*est.*
10 *Dolus malus in priuatis & publicis iudicijs maleficiũ & crimẽ*
11 *Statuto stante, quod iudex habeat liberum arbitrium in quolibet maleficio, & in dolo quolibet ex proposito tamen, illud habebit. & idem in similibus casibus.*
12 *Dolus alius bonus, alius malus.*
13 *Dolus bonus non punitur.*
14 *Dolus alius verus, alius præsumptus: & quomodo differant. & quid sint. nu. 16.*
15 *Dolus alius verus præsumptiue probatus: alius præsumptus vere probatus.*
17 *Dolus verus, grauius, quam præsumptus punitur.*

18 *Verba*

18 *Verba*, cui rei dolus malus aberit, *in dispositione aliqua, omnem comprehendunt dolum.*

1 NON modica fuit † inter Iureconsul. antiquos controuersia circa diffinitionem doli: nam, vt inquit Vlpia. *in l.1.§.1.ff.de dolo.* Seruij diffinitio fuit à Labeone reprehensa, quem sequutus est ibi Vlpia. Seruius autem ita diffiniebat: Dolus est machinatio quædam, alterius decipiendi causa, cum aliud agitur, & aliud simulat. Hanc vero diffinitionem Tul. *lib.3.de nat. Deo. & lib.3.de Offi.* nõ Seruio, vt Vlp. Sed C. Aquilio collegæ in prætura & familiari suo ascribit, quam etiam ibi sequitur ipse: & laudando eam luculentam esse dicit, tanquam ab homine diffiniendi perito prolatam. Eandem similiter ꝓbauit in Topicis, dum tractat locum à genere. in cuius tamen historiæ varietate Tullio potius deferendo crediderim, quã Vlpiano, ꝙ scilicet facilius id scire potuerit Cicero, qui Aquilij & Ser. Sulpitij temporibus floruit, & vtriq; eorum familiarissimus, vt de Aquilio testatur ipse in præscriptis locis. de Sulpitio vero fidem faciunt duæ ipsius Seru. ad Tulliũ epistolę, & plures quas ipse Tul. ad eundem, *lib.4.Epist.* scripsit, necnon & oratio, quam habuit Tul. pro Murena contra ipsum Sulpit. & contra Philip. in qua Sulpitiũ in legatione ad M. Antoniũ vita functũ summis extollit laudibus, atq; ei statuam collocandam contendit. Quo fit (vt dixi) verosimilius, vt sit Cicer. testimonium, qui vtrosq; & vidit & audiuit, illisq; familiariter est vsus, quã Vlpia. qui post eos longo tempore vixit, nempe per annos plus minus ducentos.

2 ¶ Causam † autem huiusce inter eos authores diuersitatis, si coniectari licet, hanc ego fuisse existimo, quod vt inquit Pompo. *in l. 2. §. post hos. ff. de orig. iur.* Aquilius Gallus nullum reliquit scriptum, quod in manus hominum versaretur. Sed Seru. Sulp. Aquilij auditor & discipulus, plures libros conscripsit, in quibus & Aquilij & cæterorum, qui eo tempore fuerunt Iureconsulti celebres, opiniones retulit: Quo factum esse Pomponius testatur vt per hos libros Sulpitij, memoria Aquilij & aliorum conseruata fuerit, quæ alioquin interiisset. potuit ergo in libris Sulpitij Vlpianus legisse hanc diffinitionem doli, quam forte in illis retulerat, nulla authoris Aquilij mentione facta. Qui, ꝙ fuerit ipsius diffinitionis verus author, hoc etiam suadere põt, quod vt idẽ Tul. sæpe scriptũ reliquit, Aquiliũ primum formulas de dolo malo præscripsisse atque ideo verosimile fit, ꝙ & diffinitionẽ doli ex professo conceperit, vt clarius formulæ quas conscripserat, intelligerentur.

¶ Quod autem & Aquilius & Seruius in hac diffinitione reprehensi fuerint à Labeone, id profecto nõ nisi
3 mirum cuilibet videri potest, † quod scilicet Aquilius, qui à Tul. hoc præcipue laudis genere exornatur *in 3. Offi.* ꝙ acutus fuerit in diffiniendo, ꝙ & in Bruto repetijt, & acutus quoque in cauendo, vt idem Tul. testatur ꝓ Cecinna, & exercitatissimus in iure ciuili & iudicijs, *vt idem pro Quintio, & in prima epistola ad Atti.* adeo in diffiniendo dolum lapsus fuerit, vt & à Labeone reprehendi meruerit, neque ab Vlpiano defendi potuerit. Et Sulpitius hanc diffinitionem approbauerit, quo nullũ scribit idem Tul. in Bruto plus studij ad omnes bonarũ artium disciplinas adhibuisse, quem etiam ibidem scribit id adeptum fuisse, vt longe omnium non eiusdem modo ætatis, sed eorum etiam, qui fuissent in iure ciuili, foret princeps, quinimo eum ab hac potissimum diffiniẽdi arte ibidem laudat summopere.

¶ Quid quod & Pedius diffinitionem hanc Aquilij sequutus est, dum inquit, dolo malo pactum fit, quoties circunscribendi alterius causa, aliud agitur, & aliud agi simulatur, vt *idem Vlp. testatur in l. iurisgentium. §. dolo. ff. de pact.* Quam sententiam ipse quoq; Vlpian. ibi sequitur. Et Paul. quoq; eãdem sequitur, dum *lib. Sententiarum receptarum infra c.8.* dolum malum diffiniens inquit, Dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur. Eandem similiter sequitur & Augustin. exponens illud Io. 1. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. dum inquit, Dolum dicit Dominus, & omnis qui verba Latina intelligit scit, quia dolus est cum aliud agitur, & aliud fingitur. & paulo inf. Dolus est fraus & simulatio, cum aliquis quidpiã corde tegit, & aliud loquitur. & tanquam duo corda habet, vnum quo veritatem videt, & alterum quo concipit mendacium.

Quare non putarim difficilem diffinitionem ipsam Sulpitij siue Aquilij tantorum virorum testimonijs cõprobatam sustinere, modo illud præ oculis habeamus,
4 † diffinitionem nullam esse in iure, quæ si omnia velis scrupulose excutere, periculosa non sit: & parum absit, quin subuerti possit, *vt idem Vlpia. scriptum reliquit in l. omnis diffinitio, de reg. iur.* Quod enim Labeo opponebat primo loco, verba illa in diffinitione Sulpitij, cum aliud agitur, aliud simulatur, non conuenire, cum possit etiam sine simulatione id agi, vt quis circumueniatur: hoc ego
5 vix possim admittere, † cum ea sit propria huius verbi, circumuenire, significatio: vt deceptionem cum fraude & simulatione, atq; veluti insinuatione quadam demõstret, *vt colligitur in l.1. in princ. ff. si quis omis. cau. testa. & in l. si fideiussor. §. si cum debitor. ff. manda.* Et quanquam Accurs. *in d.l.1.§.1.de dolo*, dicat in furto & rapina sine simulatione intercedere circumuentionem: manifeste tamen docet experientia, & in his simulationem versari, ꝙ vterque omni astu & fallacia quærat quacunq; via scelus suum tegere vel noctis captata occasione, vel loci vel personarum, vt ij quibus furtum vel vim facere intendunt, nõ sint eis impedimento, exterioribus signis tegẽtes, quod corde conceperunt, ꝙ quidem non video, quid sit, nisi sit simulatio. Licet autem admittam, ꝙ quandoque rapina & vis possit sine simulatione fieri, dum quis perfrictæ frontis & apertam exercens tyrannidem ex professo cunctis videntibus nihil dissimulãs, alicui vim infert: in hac tamen non admittam dolum illum interuenire,
6 quem Aquilius diffiniebat. Et † licet nullum possit esse delictum de dolo, vt dicemus, & in specie etiam rapina. *l.1.§.1.& l.2.§. dolo. ff. vi bon. rapto.* attamen dolus tunc non sumitur pro machinatione & fallacia, prout sumpsit etiam Labeo: sed in alium sensum sumitur, nempe pro animi destinatione & proposito ad certum delictũ quoquomodo perpetrandum, qui dolus tunc casui & impetuoso motui opponitur, vt j. docebimus etiã. ita intelligendam puto. l.1.§. doli. ff. vi bo. rap. dum inquit, ꝙ doli mentio vim continet, & tamen concludit, ꝙ si quid sine vi callide admissum fuerit, edicto illo cõtinebitur. Accedat ꝙ etsi ea diffinitio in aperta dũtaxat vi nõ possit veri ficari, nõ ideo statim esset damnanda, cũ sciamus leges & diffinitiones ad eà q̃ frequẽtius accidũt, adaptari, neq; iõ ꝙ vno casu vel raro accidat, legẽ infringere.

¶ Neque etiam aliud exemplum, quod aliqui deducunt ad impugnandam hanc diffinitionem de eo, cui metu aliquid extorquetur, *iuxt. l. si cum exceptione. §. eum qui. ff. quod met causa.* in quo dolus versatur, vt ibi dicitur, & tamen nulla videtur simulatio, probat eorum intentionem, cum in metu quoque simulatio intercedat: cũ enim te ferro peto, vel maximum tibi imminere periculum minitor, vt pecuniam extorqueam, id ago non, vt te feriam, vel tu periculum vitæ incurras, quod tamẽ velle simulo, sed vt pecuniam (quod tunc non agitur,) extorqueam. Postremo neq; etiam secunda Labeonis oppositio huic diffinitioni obstare videtur, dum inquit posse etiam sine dolo malo aliud agi, aliud simulari, vt cum quis sua vel aliena tuetur cum dissimulatione: nam cum & dolus bonus esse possit & malus, *vt inquit tex. in d. l.1.§. non fuit. de dolo.* ita & simulatio potest esse, & mala & bona, & ideo sicut Aquilius vel Seruius dolum malum, non bonum diffiniuit, ita & dum de simulatione loquutus est, de mala, non de bona intellexisse certum est, cũ notũ sit verba ex subiecta materia interpretationẽ sumere, alias & ipsa Labeonis diffinitio hoc vitio labora-

bit,cum quis possit circumueniri,falli,decipi,(quę verba in ea posita sunt)sine dolo malo, vt scilicet rem meã vel alterius tuear. Accedat pro Sulpitij defensione, ꝙ Labeonis diffinitio,quam veriorem dixit Vlpian. in nihilo videtur differre ab illa Sulpitij, nisi quod Sulpitius clarius explicauit dicens, dum aliud agitur, aliud simulatur,idem Labeo pressius comprehendit, dum dixit, dolum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipiendũ.

7 †nescio enim quid aliud sit calliditas,fallacia,machinatio, quam simulatio: neque quomodo quis possit esse callidus,fallax,machinator,aut quomodo circumuenire,fallere,decipere,nisi & simulatio intercedat, *vt aperte colligitur ex l.ob hæc verba.ff.de his qui no. infam. & l. eum qui furioso.§.prætor ait.ff.de Publi.& in l.prima,circa med.C.vt omnes iud.tam ciui.quam crim.& in l.quicunque.§. penu.C.de seru. fug.& in l.1.§.rursus.ff.quando appel.sit.& in l.falsus.§.si quis.ff. de fur.& in l.1.§.causas.de ædil.edi.& in l.vltima.§.sed quia quidam.C.de iure delib.& in l.1.in prin.C.de plus pet.& in l.si falsos. C de falsis.& in l.1.§.penult.C.de rap.virg.* & alibi sæpissime. vix enim fieri posse omnes consentient, vt quis quempiam decipere,fallere, aut circumuenire possit sine simulatione,cum ea sola quis induci possit, vt se decipi & falli patiatur sub specie boni.

¶ Quod autẽ Labeo tam leuibus rationibus Sulpitij diffinitionem improbauerit, id ingenio Labeonis, & fiduciæ doctrinæ,ob quæ plurima innouare instituerat, *vt inquit Pompo.in l.secunda.§.post hunc maximæ authoritatis. ff. de orig iur.* tribuendum existimarim potius,quam imperitiæ Aquilij vel Sulpitij in diffiniendo, præsertim cum & plures magni nominis authores, & Iurisconsul. hãc sint sequuti diffinitionem. Et si parum vel nihil referre putem, vtrum malis sequi Aquilij scilicet, an Labeonis, cum vtraque idem fere demonstret,vt dictum est.Hanc autem Labeonis diffinitionem Alcia. *parerg. lib.9.cap.21.* ponit in ea diffinitionum specie, quæ à Græcis aphorismus dicitur,id est plurium rerum quasi ad regulã summatim facta traditio.Et si Io. Apellus putet eam potius ex materia,& forma conceptam,cui &ego magis assentior in hoc,quam Alciato,qui etiam reprehensioni Labeonis videtur assentiri, *Parad.lib.6.c.9.*

Definitio.

¶ Sciendum tamen (vt iam cætera prosequamur, & 8 quanquam nesciam, an hoc alius animaduerterit) † ꝙ dolus in criminalib. potest dupliciter considerari, Primo,vt species delicti,& principaliter.Secundo,vt qualitas delicti,& sic accessorie,de primo est tex. *in l.3.ff.de crimi stellio.* vbi quod vbicunque aliquid simpliciter dolo factum est, quod nomen speciale criminis non habeat,stellionatus crimen obijci debet: quod enim (inquit ibi Vlpia.)in priuatis iudicijs est de dolo actio, hoc 9 in criminibus stellionatus persequutio. † ex quo apparet idem esse crimen stellionatus, quod & crimen doli, sed vt differat doli nomen in criminalibus à dolo in priuatis iudicijs,stellionatus nomen illi est inditum, quod & docent exempla omnia posita per Vlpia. *in d.l.3.* Hoc ergo primo casu dolus principaliter tanquam species delicti consideratur, cum aliud nomen delicti non occurrat,cui dolus adhæreat:de secundo vero sunt omnes leges publicorum iudiciorum, quæ vt quis de crimine puniatur, dolum requirunt, & hoc casu concurrit dolus non tanquam principale delictum, sed tanquã qualitas in singulis delictis, *vt l.1.ff.ad l.Iul.ma.§.1.in l.cuiusque dolo.eo.ti.in l.qui dolo.ff.ad l.Iul.de vi publ.l.1.& l.in lege Cornelia.ff.ad l.Cornel de sicar. & alijs pluribus simil.b.* Et hoc casu dolus non denotat delictum, sed qualitatem delicti: nã cum homines delinquant aut proposito, aut impetu, aut casu. *l.respiciendum.§.delinquunt. de pœn.* proprie dolus in delictis est propositum ipsum & malus animus delinquendi,cui opponitur casus, qui tamen dolus, & in impetu certo modo versatur,quod scilicet & in eo non desit animus delinquendi, sed impetuoso calore statim 14 exortus,& exagitatus,non cum mora temporis præmeditatus, prout est propositum. Dolus ergo in delictis versatur tanquam qualitas,quæ nisi adsit vel non punitur delictum, vt quando casu fit, vel mitius punitur,vt quando impetu. *vt in d.§.delinquunt.* & infra latius suo loco,dum de qualitatibus,& accidentibus criminum loquemur, differemus: nam in hanc præcipue significationem toto isto tractatu accipietur dolus.

Stellionatus.

10 ¶ Dolus †tamen malus & in priuatis iudicijs & in publicis maleficium & crimen est, *vt probat text.in l.1.§.si apud seruum.ff.depos.vbi gl.in ver.& delicta,& in l.1.§. vltimo.vbi gloss.in ver.crimine.ff.de fideiuss.tuto.& in l.item exigit.in fin.ff. de dolo.& in l.si ex causa.§.nunc videndum.ff.de minor.& in l.1. §.is quoque.in fi.ff.de act.& obli.quod & Interpretes passim admittunt,vt per Bar.in d.§.si apud.& in d.§. vltimo.& ideo Bald. in l 1.§.nunc tractemus.in fi.per illum tex.ff.de tut.& rat.dist.* 11 dixit,†quod si extet statutum,quod in quolibet maleficio iudex habeat liberum arbitrium,habebit tale arbitrium in quolibet dolo. Et similiter si statutum imponat pœnam committenti maleficium, locum habebit etiam contra committentem dolum, vt in eum qui dolose latitaret. sic & (inquit) si statuto caueatur, quod bannitus ob maleficium possit impune offendi,tale statutum comprehendet etiam bannitum ob dolosam contumaciam simpliciter.Idem tradit Alexand. *in l.1.§. vlt.num.18.ff.si quis ius di.non obtemp.& idem in l.si quis nec causam.in fi.ver.& si pœnitet.ff.de certum pet.& Iaso. post Nico.de Neap.ibi in §.item si quis in fraudem. Instit.de actio.nume. 108.& seq.* Quæ tamen omnia intelligenda sunt in eo dolo, qui ex proposito intercedit,& ideo verus est dolus: secus si re tantum ipsa(vt aiunt) interueniat, quia is vere dolus nõ est, *vt inquit gl.in l.si quis cum aliter.in ver.dolũ habet.ff.de verb.oblig.* Ideo statuto loquente de maleficijs, vel delictis,talis dolus vtique non comprehendetur, *vt ibidem tradit Iaso.num.8.* Quæ decisio eo duntaxat casu admittenda est, quando de pœnis delictorum tractamus, secus si de simplici actus nullitate, in quo dolus intercesserit:nam eo casu nulla erit differentia,an dolus ex proposito vel re ipsa tantum interuenerit, vt optime declarat Pet.de Anch. *in c.2.in 22.car.ver.ego etiam consului, de constitu.* vbi asserit se secundum istam distinctionem respondisse,quod responsum est inter eius consilia, *sub nu. 38.incip.pro clariori decisione*: de qua tamen re, quia materiam nostram egreditur, plura verba non facio, sed videndus Alexand. *consi.42.super præmisso.col.1.1.volu. Et quod postremo scripsit Deci.in l.fraudis interpretatio.in fin.ff.de regul. iur.& consil.180.visa renunciatione.2.dub.in 5.col.*

12 Summa autem †Doli diuisio hæc est, vt alius sit bonus,alius malus, *vt inquit tex.in l.1 §. non fuit.de dolo.* Quæ autem supra dicta sunt, & fere omnia quæ inferius dicentur, de dolo malo dicta intelligenda sunt, non de 13 bono.Bonus † enim dolus, qui solertia quædam & industria appellatur,non punitur, neque delictum continet, vt quando quis machinatur contra hostem & latronem, *vt dicitur in d.§.non fuit.cuius concord. habes ibi in gloss. & declarat Bar.in l.quod Nerua.num.3.in fi.ff.depos.& est text. in c.dominus 23.q.2.& tex.no.vbi bona gloss.in ver.spes in ca. dudum.quod est pen. extra de conuers. coniug.* vbi loquitur text. de eo,qui dolo fuit inductus,vt religionis votum sumeret, *& idem no in c.veniens.& ibi glo.in ver.captiose.& in ca. ex parte.vbi gloss.in vers.falsa.extra eod.tit.& tradit Bald.consi.186. decreto domini.ver.modo inquiritur.primo vol.in antiquis.& Cor. consi.52.in hac consultatione.in litera L.1.vol.& consilio 6.in præsenti disceptatione.col.antepen.ver.vnde ex prædictis 3.volum.& And.Sicul in l.1.§.si stipulanti.col.5.de verb.obl.in ver.vnde cõtra.* Et de hac specie loquitur etiam Paul. *2.ad Corinth. cap.12.* dum inquit, Ego vos non grauaui, sed cum essem astutus, dolo vos decepi. Qui dolus quando licitus sit, & quando excusetur,hic non est locus, vt longius immoremur,cum infra aptiori loco id demonstrandum sit.

¶ Sed & aliam diuisionem doli tradiderunt facilioris 14 doctrinæ gratia interpretes, † vt s.alius sit dolus verus, alius præsumptus. Verum accipiunt pro manifesto, & qui ne-

qui negari nulla potest interpretatione: præsumptum vero, qui tantum coniecturis ac indicijs quibusdam probari potest, licet & verus ipse dolus, non nisi coniecturis, licet euidentioribus probari possit, *vt docet Barto. in l. quod Neruа. num. 14. ff. depos. inquit enim text. in l. dolum. C. de dolo.* Dolum ex indicijs perspicuis probari conuenit. præsumptus ergo dolus erit *secundum Barto.* qui non adeo perspicuis, & certis indicijs probatus erit. Alij tamẽ hanc tantum inter has species fecerunt differentiam, quod s. dolus verus in faciendo, præsumptus in negligendo consistat, *vt declarat Alexan. plura adducens, consi. 103. videtur prima consideratione. col. antepenu. versicu. nam differentia est. 1. volum.* At Bald. *in l. si constante. §. si maritus. in fin. ff. sol.*
15 *matrim.* aliam commentus est diuisionem, † vt alius sit dolus verus præsumptiue probatus, alius dolus præsumptus vere probatus. Dolus enim, inquit, verus potest etiam vere probari, puta per confessionem partis, *vt in l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minor.* similiter & per coniecturas probari posset, *vt in l. quæro. §. vltimo. ff. de ædil. edict. quem sequutus est etiam Alexand. in l. si quis id, quod. nume. 9. ff. de iurisd. om. iud.* neque tamen certam tradunt doctrinam aut exemplum veri, & præsumpti doli. & quanquam Barto. *in l. quod Nerua. ff. depos.* videatur sensisse dolum præsumptum esse latam culpam, tamen de hoc latius inferius disseremus, *cap. ab hoc 2.*

¶ Quare sciendum, diuisionem hanc commentitiam esse, & ab Interpretibus confictam, vtpote quam nusquam in toto corpore iuris reperias, sed doctrinæ gra-
16 tia dici potest † verum dolum esse illum, qui non nisi in malam partem interpretari potest, nullaq; ratione aut prætextu tergiuersari potest reus, aut se excusare, quin dolose id admiserit, vtpote, quãdo quis comparato veneno illud bibendum inimico tradidisse conuincitur. nulla enim hîc cadere potest excusatio aut interpretatio, quod alia de causa quam occidendi inimici causa & comparauerit, & dederit. Præsumptus autem dolus est, cum eius quidem coniecturæ extant, sed non tam vehementes, quæ iudicem in certam credulitatem inducãt, vt non possit in bonam etiam partem interpretari, vt quando quis in domo existens neque videns prætereũtes, eiecto lapide, forte inimicum occiderit. in hac enim specie dubitare potest iudex, quod prætereuntem inimicum viderit, & agnouerit, & ideo dolose in eum lapidem iecerit, quanquam & sine dolo id potuerit contingere, casu s. Verum quia coniectura inimicitiæ multum contra eijciẽtem vrget, ideo facilius hoc casu præsumet dolum iudex, nisi validioribus coniecturis à tali præsumptione abalienetur. Et hoc est, quod ego de dolo vero & præsumpto, præter cæterorum opinionẽ dicendum sentio. Hæc autem diuisio eo tẽdit, vt sciamus
17 † dolum verum magis ac grauius puniri, quam præsumptum, *vt est gl. no in l. si mora. ff. sol. mat. & declarat Alexand. d. consi. 103. 1. vol. & Deci. consi. 78. in causa quæ. colum. 3. versi. similiter in quocunque. 1. vol. & consi. 418. visa & iterum lecta. nume. 20. ad fi. 3. vol.*

18 ¶ Sed & hoc postremo loco non ignorandum, † q vbicunque in dispositione aliqua verba hæc reperientur generaliter scripta, *Cui rei dolus malus aberit*, comprehenditur omnis dolus latissima significatione, quicunque ea in re, de qua loquitur, admissus fuerit, videlicet & verus & præsumptus, culpa latissima, & latior, & etiam fraus, quæ dolo inest, *quod probare videtur text. in l. hæc verba, cuirei. ff. de verborum significat. vt etiam ibi Alciat. interpretatur.*

¶ Reliqua autem, quæ materiam doli in delictis ipsis concernunt, & sunt quidẽ vti multa & varia, ita & subtilia & necessaria, inferius vbi proprior dabitur sedes, abunde pertractabimus.

¶ Differentiam quoque inter dolum & culpam, quæ & huic loco potuisset inseri, reiecimus in 6. cap. in quo significationi huius nominis culpa, sedem propriam assignauimus, cum & hoc caput satis mole sua grauatum videam. Similiter quoque differentiam inter dolum & fraudem, in sequens caput, in quo de fraude loquimur, transtulimus, quod nunc aggredimur.

## CAP. V.

## *De Fraude.*

### SVMMARIVM.

1 *Fraus quid sit secundum Baldum, quid secundum Abbatem. num. 5.*
2 *Fraus de permisso ad permissum, & de prohibito ad prohibitũ non fit, sed de permisso ad prohibitum.*
3 *Fraus est contra fidem.*
4 *Iniuria aut vi, aut fraude fit.*
6 *Fraudis vox, quotupliciter sumatur.*
7 *Fraudem ad probandam certissimæ probationes, vel saltem indubitata indicia requiruntur.*
8 *Fraus pro Pœna apud veteres ponebatur, & quomodo inter se distent.*
9 *Fraus pro damno sæpius ponitur. Item pro periculo, & Iniuria.*
10 *Fraus à Dolo, quomodo differat.*
11 *Intellectus §. sed fraudandi l. iurisgentium. de pact.*
12 *Fraus & Dolus sæpe confunduntur.*
13 *Fraus ex consilio, seu proposito, & re ipsa seu euentu quomodo consideretur.*
14 *Fraus mala & bona reperitur.*
15 *Vectigalia, seu Gabellas illicitas fraudare licet.*
16 *Carcerum custodes iniuste detentus cum fraude fallere potest.*
17 *Recuperans per fraudem sibi fraude ablatum, restituere non tenetur.*
18 *Aduocatus iustam causam fouens, fraude & cauillationibus, si aliter non queat defendere potest.*
19 *Iudex fraude, an vti possit, vt veritatem extorqueat, reo impunitatem pollicendo.*
20 *Fraus, Fallacia, Calliditas, Machinatio & Impostura, quomodo differant.*
21 *Fraus & simulatio, quomodo differant.*
22 *Alienatio simulata & imaginaria ipso iure nulla est.*
23 *Fraudatio pro fraude sumitur.*

1 FRAVDEM † definit Bald. *in l. fraus. in prima lect. num. 3. ff. de legi.* quod sit de permisso ad prohibitum tendens occasio, licet forte melius ac proprius dixisset malitia, quod scilicet fraus sit actus malitiosus tendens de permisso ad prohibitum. *adducit textum in l. Sulpitius. ff. de dona. inter vir. & vxo. Bal. in cap. 1. §. beneficium. in tit. si de feu. fue. controuer inter do. & agn.* dixit, †
2 quod non potest fieri fraus de permisso ad permissum, neque de prohibito ad prohibitum, sed tantum de permisso ad prohibitum, vt quãdo permissum agi simulatur, & tamen vere agitur prohibitum, dicens, quod est multiplicatio mali, *allegat Io. Mona. in cap. auaritiæ. de elect. in 6.* idem vero Bal. *in l. quæ fortuitis. colum. 2. vers. præmittendeuidentiam. C. de pign. act.* dixit,
3 † quod fraus proprie est quæ fidem frangit, dum scilicet simulatione quadam fides fallitur. Tull. autem 1. Offic.
4 inquit † duobus modis fieri iniuriam, aut vi, aut fraude: fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur, vtrumque alienissimum ab homine est, sed fraus odio digna maiore. Quare concludendum fraudem esse deceptionem,
5 qua aliquem circumuenimus, vel † vt Abb. inquit, *consil. 68. videtur primo dictum magistrum, colum. 1.* fraus est tacere exprimenda, vel exprimere falso tacenda ad sui commodum, & alterius deceptionem, quam aliqui putant à ferendo dictam, quod alicui inferatur deceptio vel damnum, sicut & ipsum damnum à demendo dictum est, id est, auferendo.

6 ¶ Sumitur autem † ista vox quandoque pro delicto, vel crimine, vel maleficio, *ut apud Tul. pro Rabirio*, fraus capitalis, id est, capitis pœna delictum dignum. Et Liui. *li. 3. belli Puni.* qui capitalẽ fraudẽ ausi, quiq; pecuniæ iudicati in vinculis essent. & Tul. *1. de Orato.* scelus ac fraudẽ nocentis supplicio cõstringere. & apud nos Vlpia. *in l. cũ*

*autem. §. excipitur. ff. de ædil. edict.* capitalem fraudem admittere, est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus sit. Qua ratione motus Pet. de Anch. *cons.*
7 *385. licet pridie. col. 2. ver. item quia fraus est crimen*, dixit, † ℣ ad probandam fraudem, manifestæ ac certissimę requiruntur probationes, vel saltem perspicacissima, & indubitata indicia, prout in alijs criminib. dicitur *in l. vlt. C. de probat. quod & tradit Bald. cons. 250. in quæstione. colu 2. 1. vol. quod est repetitum cons. 382. 2. vol.*

8 ¶ Quo etiam factum est, †vt veteres fraudē pro pœna ponere solerent, *vt testatur Vlpia. in d. §. excipitur.* quanquam idem Vlpia. *in l aliud est fraus. ff. de verb. sign.* dicat, vere fraudem à pœna differre, quod fraus (i. delictum, vt exponit ibi Accur.) sine pœna esse potest, puta, cum nō est pœna dignum, vel non est probatum: pœna autem sine fraude esse non possit. nam & pœna est noxæ vindicta, fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædā prę-paratio. Et licet legerim Conna. *commentar. iur. ciu. S. C. s.* reprehendere hanc interpretationem, audacterq; affirmare omnes interpretes in ea allucinatos, concludens, quod dum dicitur fraudem sine pœna esse non posse, non est exponendum hoc loco verbum illud, *fraus*, pro delicto, sed pro damno, quod scilicet damnum possit esse, quod tamen non ex pœna procedat, quem etiam sequutus est quidā Io. Bræch. *in interpret. d. l. aliud est fraus.* Attamen non possum recedere à communi interpretatione, cum nihil videā obstare, quominus fraus ibi pro delicto sumi possit magis, quam pro damno, cum & ipsi reprehensores fateantur fraudem, etiam pro delicto sumi, & ipse Vlpia. seipsum ibi declarat, dicens: pœna est noxæ vindicta, fraus, & ipsa noxa dicitur, quo loco nunquam interpretaretur vocem illam Conna. pro damno, sed pro delicto, cuius tamen veterum vsurpationis rationem assignat Bal. *consilio 222. in quæstione, colum. 4. vers. porro iste Iulianus. 3. volum.* quia, inquit, qualitas delicti nominatur à genere pœnæ, & vbi nulla fraus vel culpa, ibi nulla pœna, & in hanc significationem. s. pro pœna sumitur *in l. nec magistratibus. ff. de iniur. & in l. sed & si per prætorem. § hæc clausula ff. ex quibus cau. ma. & in l. qui accusare. ff. de accusa.*

¶ Consequenter simili ratione factum est, vt cum pœ-
9 na omnis damnum inferat, †fraus etiam pro damno sępius vsurpetur, *vt apud Tul. & alios Latinos authores sæpissime reperies, & tradit Alciat. in d. l. aliud est fraus, d. verbor. signi.* ℣ licet loco damni dicat sumi pro periculo, quod & Conna. loco supracitato reprehendit, tamen certum est Alciatum, & Seruium, quem citat Alciat. saluari posse, cū & periculum ipsum damnum sit, vtpote cuius timore quilibet non modico pretio se liberaret, præter quem optimus tex. *in l. si longius. in fi. de iud. & in l. filiusfa. §. Diui, il secondo, versic. quod si liberis. ff. de lega. 1. & in l. 1. in princ. ff. ad l. Falc. & in l. inter eos. §. vlt. ff. ex quib. cau. ma. & in l. 2. C. de sponsal.* de qua significatione mentionem facit Bal. *consil. 278. principalis, ante vers. & si dicatur, primo vol. in antiquis.* quamquam & pro iniuria vsurpatum legitur *in l. ab accusatione. in fi. ff. ad S. C. Turp.* dum inquit ibi Paulus, calumniæ causa puniuntur, qui in fraudem alicuius librum vel testamentum, aliudve quid conquisisse vel conscripsisse vel in iudicium protulisse dicuntur: nam & iniuria damnū famæ ibi dici potest inferre, atque ideo nimirum si pro iniuria ibi fraus sumitur.

10 ¶ Fraudem †autem differre à dolo, hac ratione dixerunt quidam ex Grammaticis, quod dolus in faciendo consistat, fraus in verbis, à verbo Græco, vt refert Alcia. *in l. aliud est fraus. de verb. sign.* At Accurs. *in l. 2. in versic. neque dolus. C. de in litem iur.* hāc tradit differentiam, quod fraus palam tantum committitur, dolus vero & palam & clā. Alciat. vero *in d. l. aliud est fraus.* dixit, quod dolus fit alterius circumueniendi causa, fraus vero proprie dicitur, etiam si decipiendi consilium non adfuerit, *l. fraudis. ff. de reg. iur.* Sed Vlpia. *in l. iurisgentium. §. sed si fraudandi. de pact.*
dicit, fraudem dolo inesse, quod omnes interpretātur, quasi speciem suo generi, vt s. dolus sit genus, fraus vero doli species. glo. tamen *in c. 1. 81. dist. in ver. fraus.* dixit dolū inesse fraudi. nam omnis dolus est fraus: sed non omnis fraus, dolus est. quod tamen vti Vlpiano aduersatur, ita verum non puto: nam certe dolus latiorem habet significationem quam fraus. nam puto fraudem proprie eam dici, quæ ad effectum iam est producta, & euētum habuit damnumque dedit, *prout dicitur in l. ait prætor. §. ita demum. ff. de his, quæ in frau. cre.* non autem putauerim animum siue machinationem ad decipiendum, fraudem esse, cum tamen dolus sit & fraudandi animus. appellatione ergo doli, continetur & machinatio, quæ animū fraudandi respicit, & fraus ipsa quæ factum ad esse deductum, id est, damnum ipsum fraude illatum respicit, adeo vt verius dici possit fraudem nullam esse posse sine dolo, sed bene dolum sine fraude, id est, animus fraudandi sine effectu fraudis, † & ita intelligendum puto
11 tex. *in d. §. sed fraudandi*, licet alij aliter intelligant. Neq; prętermiserim, Bal. aliā quoq; differentiam tradit, vt. s. fraus proprie sit, quando quis contra fidem datam aliquid facit: dolus autem non solum contra fidem, sed & præter, *quod & videtur sequutus Andr. Sicul. in c. 1. ext. commod. & Ias. in §. item si quis in fraudem. Instit. de actio. nu. 20.* sed & aliqualem esse inter hæc nomina differentiam probat text. *in l. 1. §. dolum. ff. si quid in frau. patr.* ibi, fraudis vel doli conscius. ponderando alternatiuam, vel, quæ ponitur inter diuersa.

12 ¶ Sæpe tamen † confunduntur ista nomina dolus, & fraus, vt. s. vnum pro altero sumatur, *vt dicit gl. in l. 1. in ver. fraude. ff. de his, qui no. infam.* imo id mihi probare videtur clare tex. *in l. quod Nerua. ff. depos.* licet gl. ibi intelligat nominari fraudem eo loco pro latiori culpa. Bar. tamen *in repe. illius legis, num. 1.* sentit fraudem & dolum idem esse, cui addo text. clarissimum *in l. impuberibus. §. 1. ff de suspect. tut.* ibi, quia lata negligentia prope fraudi accedit, quod idem est, quod alias dicitur latam culpam dolo proximam, *vt d. l. quod Nerua. & l. 1. §. ideo ff. si mens. falsum. mod. dix. cum pluribus simil.* Neque immerito mutuo confunduntur: nam sicut supra in cap. de dolo, diximus: alius est dolus ex proposito, alius reipsa, sed in materia criminum
13 propositum tantum consideratur, † ita & fraus, & ex consilio. i. proposito, & re ipsa. i. euentu ipso interpretatur, *vt inquit tex. in l. fraudis. ff. de reg iur.* sed vbicunq; de fraude fit mentio, non solum euentus, sed & consilium ipsum desideratur, *vt ibi dicitur, & probat. l. in fraudem. in fi. ff. qui & à quib & §. in frau Inst. quib. ex cau. ma non li. 1. C. qui manu. non poss.* & de fraude ex consilio & euentu simul, est tex. *in l. 4. §. si quis autem. ff. de fideicom. liber. & in l. si seruus ff. de acquir. hær. & l. quia autem. §. si patronus. in fi. ff. si quis omiss. cau. testa. & per gl. in c. cum Ecclesia. in ver. iniuriam. de elect. & cap. vlti. vers. item quid si prælatus. de præscrip.* sic ergo fraudis prout & doli duo sunt extrema, consilium & euentus, quod interpretes appellant reipsa, primum. s. ex parte eius, qui fraudare vult: secundum ex parte eius qui fraudatus est, quo casu proprie fraus dicitur, *vt dictum fuit supra, & traditur in l. ait prætor. §. ita demum. ff. de his, quæ in frau. cred. in l. 2 C. de seruo pign da. man. & in l. vlt. C. de his, qui à non do. ma. & in l. 1. §. 1 ff si quid in frau. patro.*

¶ Similitudinem quoque hanc habet fraus cum dolo, quod sicut *supra in c. de dolo*, diximus, reperitur dolus
14 bonus, & dolus malus, † ita & fraus mala & fraus bona, i. licita, vt cū fraus fraude repellitur. *l. cum pater. §. Titio. ff. de leg. 2. l. atqui natura. §. cum me. ff. de nego. gest. l. si vsusfructus. ff. de iure dot. l quæsitum. ff. de cond. & demonst.* iuxta illud Ouid.

*Iudice me, fraus est concessa, repellere fraude.*

15 ¶ Prout etiam dicimus, † licitum esse fraudare vectigalia, & (vt vocant) gabellas iniustas & illicitas, *vt per Bar. & Roma. in l. vectigalia. ff. de publica. & per Bal. in l. cum proponas. in fi. C. de nautico fœn. & per Panor. in c. 1. col. 3. vers. dicit tamen. & ibi Feli. col. 12. vers. ex quibus verbis. & Deci. col. 7. vers. ter-*
16 *tia conclusio, de consti.* Ea quoque ratione dicimus, † quod licet cum fraude fallere custodes carcerum, si quis iniuste

iuſte fuit detentus, *vt per gloſſ. in cle. paſtoralis. in ver. violentiam. & ibi Doct. de ſentent. & re iudi. & per Barto. in l. relegatur. in prin. de pœnis. & in l. vis eius. per illum tex C. de probat.* & ideo
17 Bald. *in l. vlt. §. vlt. ff. de dolo.* dixit, † qui per fraudem recuperat, quod à ſe fraude ablatum erat, non tenetur reſtituere. Licet enim vnicuique aduerſus fraudes, & malitias fraudibus itidem & malitijs ſe tueri, *vt per glo. in c. cupientes. in prin. in ver. malignantium. de elect. in 6. & per Ange. in l. pen. ff. de vſur.* ideo dixit no. glo. *in c. dominus noſter. in gloſſ.*
18 *in ſi. 23. q. 2.* † quod ſi aduocatus fouet iuſtam cauſam, poteſt malitijs, fraude & cauillationibus ipſam defendere, ſi aliter id facere non poteſt, *cum pluribus ſimlib. de quibus per Dec. in l. ea eſt natura cauillationis. nume. 2. vbi etiam addi. per Hippo. de Marſ. conſilio 58. circa dubitationem, nume. 6.* Sic & Salomon vſus eſt fraude ad cognoſcendum, cu-
19 ius eſſet puer, *in c. afferte. de præſum.* † An autem iudex poſſit vti fraude, vt extorqueat veritatem ab ore reorum, & promittere eis impunitatem, cum hoc faciat bonum finem reſpiciens, ne delicta impunita remaneant, quia hìc longum eſſet excutere, ideo infra ſuo aptiori loco demonſtrabitur: interim tamen videndus Marſil. *in l. 2. §. quæſtioni. in fi. de quæſtioni. in l. ſi quis obrepſerit. ad l. Corn. fal. & in ſua pract. verſ. poſtquam. nume. 15. & in ſuo ſingulari. 201. incip. in confeſſum. & ſing. 177. incip. malitijs hominum. & Dec. in d. l. ea eſt natura num. 7. de reg. iur.*

20 ¶ Fraus † etiam poteſt dici fallacia, Calliditas, Machinatio, Impoſtura, licet verius hę videantur tanquã fraudis ſpecies. Quomodo autem inter ſe differant, docet Alciat. *in d. l. aliud eſt fraus.* quod ſcilicet fallacia loquendo, committatur, calliditas tacendo, vt dicit Accurſius *in l. iuriſgẽtium. §. dolo. in ver. calliditate. ff. de pact.* machinatio vero præcogitata quædam inuentio ad fallendum, impoſtura autem deceptio, *vt per Alciat.* ibi, præter quem de calliditate eſt tex. *in l. 1. C. vt omnes tam cuil. quam crimi. in l. 1. ff. ſi quis omiſſa cau. teſta.* de fallacia. tex. *in l. 1. §. 2. ff. de ædil. edict.* de impoſtoribus tex. *in l. ob quæ vitia. §. 1. de ædilit. edict. & in l. 3. §. item ſi quis. de crimi. ſtellionatus.* Et de machinatione *in l. vltima. §. ſed quia quædam. C. de iure delibe. & in l. ſi falſos. C. de fal. & in proœ. ff. in fi.*

21 ¶ Sed † & inter fraudem & ſimulationem hæc differentia recepta videtur, quod ſimulatio ſemper eſt, cum id quod agimus, non verè agere intendimus: fraus autẽ eſſe poteſt etiam cum intentione id quod fit agendi, ſed
22 cum fraude. ex quo inferunt Interpretes, † alienationẽ ſimulatam & imaginariam, quam licet facta videatur, non tamen verè voluerunt contrahentes facere, eſſe nullam ipſo iure, abſque aliquo iudicio, *l. emptor. & ibi gloſ. 1. ff. de aqua plu. arcen. & eſt text. in l. nuda. ff. de contrahend. empt.* adeo quod neque iuramento reconualeſceret, *vt tradit gl. 1. ad ſi. in l. emptione. §. vlt. C. plus val. quod agitur.* quod ſi non interceſſerit ſimulatio, cum vere id actum ſit, vt alienatio fieret, licet in fraudem alicuius, puta creditorum, non erit quidem ipſo iure nulla, ſed valebit ab initio: quamquam ob fraudem, quæ interceſſit, reſciſſorio iudicio reuocabitur. *vt declarat Bar. in l. poſtcontractum. in 3. col. ff. de dona. & Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem. nume. 7. Inſtitu. de actio.* quod quidem iudicium ideo fraudatorium dicitur, quod eo reuocentur in fraudem alienata, cuius meminit Valens *in l. ſi poſtulantem. in prin. ff. ad Trebell. & Paul. in l. pupilli. in prin. ff. de ſolutionib.* De quo omitto plura dicere, quia parum ad inſtitutum noſtrum faciunt, prout etiam ea ratione plura prætereo, quæ ad fraudem, quæ fit legi vel fiſco pertinent, *de quibus per Bal. & alios in l. fraus. in prin. ff. de legi.*

23 ¶ Et iam de fraude hæc dicta ſufficiunt, † ſi & hoc addiderim Fraudationem, quod eſt nomen verbale pro fraude etiam ſumi, vt quando Iuriſconſulti aliquẽ fraudationis cauſa latitare dicũt, *vt in l. Fulcinius. §. hoc edictum. ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. & in l. 1. ff. de his, quæ in frau. cred. & alibi ſæpe.* quod verbum & apud Tul. ſæpe in eam ſignificationem reperies, tanquam ſcilicet verbum fidei contrarium, vt pro Quint. & in Catilinam, & in 3. Offic. & alibi quoque non ſemel. Nunc autem quid ſit culpa, videamus.

## CAPVT VI.

## *De Culpa.*

### SVMMARIVM.

1 *Culpa in latiſſima ſignificatione, cum nomen generis ſit, & in ſtricta, quomodo diffiniatur num. 4.*
2 *Famuli operas, pro quo Titius fideiuſſit pro omni damno & culpa, ſi conduxiſti, etiam de furto, quod in eo dolus requiratur, Titius tenebitur.*
3 *Tex. l. ſi ſeruum Stichum. in princ. ff. de ver. oblig. reſtituitur.*
5 *Culpa ſæpiſſime dolo opponitur.*
6 *Obligatio ex culpoſo facto criminis ſpeciem habente deſcendens, ex quaſi maleficio prouenit.*
7 *Culpæ, quæ dolo opponitur ſpecies, quot ſint.*
8 *Culpæ ſpecies non proprie dici ſed gradus.*
9 *Culpæ gradus tres tantum eſſe.*
10 *Lata culpa quæ & quid ſit.*
11 *Lata culpa plurifariam nominatur.*
12 *Lata culpa dolo proxima eſt, & cur ita eam I. C. vocitent.*
13 *Lata culpa pro dolo ſumitur.* (*nu. 16.*
14 *Diſpoſitio etiam taxatiue de dolo loquens, latam culpam comprehendit.*
15 *Lata culpa quis ex depoſito tenetur.*
17 *Zaſius in confingendo duos latæ culpæ gradus, reprehenditur.*
18 *Verſutia vnde dicta, & quid denotet.*
19 *Latæ culpæ vnicus tantum gradus eſt.*
20 *Leuis culpa quid ſit.*
21 *Leui culpæ ſimplex negligentia aſcribitur.*
22 *Culpæ nomine ſimpliciter prolato, leuis, & leuiſſima, non autẽ lata intelligitur, niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat.*
23 *Leuiſſima culpa, quid ſit.*
24 *Leuiſſima culpa ſub nomine diligentiæ atq; cuſtodiæ nonnunquam ſignificatur, verum apud Iureconſul. in Pandectis vix ſemel reperitur. num. 25.*

1 CVLPAE ſignificatio latiſſime patet, † vtpote quæ ſit voluntaria declinatio à bono, vel ex malitia, vel ex negligentia, *ſecundum Thom. in prima parte ſuæ ſummæ. q. 48. artic. 5. & in prima ſecundæ. q. 21. arti. 2. & ſecunda ſecundæ. q. 34. artic 2. & in primo ſentent. d. 3. q. 1. c. 2. quod & tradidit Barto. in d. l. quod Nerua. ff. depoſ.* ſecundum quam ſignificationem dolus ſub culpa comprehẽdetur. *vt ibi declarat Bar. adducens glo. in l. ſi ex cauſa. §. ſi mulier. verſ. culp. de minor. & alia concor. vt ibi per eum.* culpa enim eſt nomen generis, quod continet nõ modo quidqd negligẽter peccatũ eſt, ſed & doloſe & malitioſe, vt cum Tull. inquit, nihil in vita à nobis præſtandum eſſe, præter culpam. qui enim dolo facit, vtiq; in culpa eſt, cum culpa contineat omne, quod eſt reprehenſibile, *vt inquit Bal. in l. quæ fortuitis. nu. 11. C. de pign. actio.* Et ideo quandoque culpa delictum appellatur, *vt in d. §. ſi mulier.* dum inquit, quod ſi mulier culpa diuerterit, non habet reſtitutionem. eſt enim delictum non modicum, quamquam poſſet dici ibi diuortium ipſumq; eſſe delictum, non autem culpam. clarius tamen probat tex. *in l. qui occidit §. vltimo. ff. ad l. Aquiliam.* vbi quod in actione Aquiliæ & dolus & culpa venit: culpæ autem exempla ponens dicit, quod ſi quis in ſtipulam vel ſpinam eius comburendæ cauſa ignem impoſuerit, qui euagatus damnum vicino intulerit, ſi die ventoſo id fecit, culpæ reus eſt. Mox ſubdit, in eodem crimine eſt & qui nõ obſeruauit, ne ignis longius procederet. idem ergo crimen vocat, id eſt, eandem culpam, de qua ſupra mentionem fecerat. Sic & Vlpianus *in l. illicitas. §. ſicuti. ff. de offic. præſid.* imperitiam medici, quam certum eſt culpæ adnumerari, *l. imperitia. ff. de regu. iur.* delictũ appellat. Ex præmiſſis vero probatur ea deciſio Bartol. quam ipſe
2 tradit *in d. l. quod Nerua. nu. 10.* † quod ſi famuli operas conduxiſti, pro quo fideiuſſit Titius pro omni damno & culpa famuli, quod tenebit Titius etiam de furto dato, quod

quod in eo dolus requiratur, cum appellatione culpæ in ſtipulatione fideiuſſoris adiecta & dolus contineatur. quam etiam deciſionem ſequitur Alex. *in l. etiam. §. licet in dotalibus. num. 8. ff ſolu. mat.* & hoc quoque quod culpa ſit nomen generis continens etiam dolum, voluit Abb. Panorm. *in c. primo. commoda. nu. 13.* quæ etiam coadiuuantur, quod culpa poteſt conſiſtere tam in faciendo, quã
3 in negligendo. *l. ſi ſeruum Stichum. in prin. ff. de verb. obl.* † in quem tex. cum nunc inciderim, nolim Lectorem ignorare, corruptam eſſe vulgarem & communem ſcripturam, dum ſcriptum eſt, an culpa, quod ad ſtipulationem attinet, in faciendo quidem accipienda ſit, an in nõ faciendo, cum tamen legi debeat (vt legitur in Pandec. Floren.) loco aduerbij an, negatiua non, per quam corruit intellectus Io. relatus per gloſſ. ibi, in ver. in non faciendo, qui tamen eſt communiter approbatus, in quo non immoror longius, ne terminos mihi propoſitos
4 tranſiliam. ¶ Quod † ſi magis proprie & arcte ſit accipienda huius vocabuli ſignificatio, prout. ſ. paſſim apud noſtros I.C. accipitur, putarem eam ſic diffiniendam, ꝙ ſ. ſit exceſſus ſiue peccatum per imprudentiam admiſſum in alicuius damnum, quod tamen per prudentem ſi animaduertiſſet, euitari potuiſſet. Et ſecundum hanc ſignificationem differt à dolo, quod. ſ. dolus ſceleratæ ac flagitioſæ, culpa imprudenti ac ſtolidę menti tribuatur.
5 †Dolus voluntatis ſit vitium, culpa intellectus & memoriæ, *vt videtur probari in l. ſi filius fam. §. vlt. ff. de iud.* atque ideo ſæpiſſime leges culpam opponi dolo, *vt in l. contractus. de reg. iur. in l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. in l. 1. §. ſi conueniat. & ſeq. & §. ſæpe. ff. depoſi. & in l. 1. §. non autem. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſ. fuer. l. in actionibus. ff. de in litem iur. l. quæſitum. §. eum quoque. ff. de precar. l. vbi exigitur. ff. de eden. l. hæredes. §. non tantum. ff fam. ercis. l ſi mora. ff. ſol. mat. l. in rebus. ff. de iure do l. qui occidit. ff. ad l. Aquil. l. magiſtratus. ff. de admi. rer. ad ciui. pertin. § præterea. Inſti. quib. mo. re contrah. obligat. §. ſuſpectus. il 2. inſti. de ſuſp. tut. §. vltimo. Inſt. pro ſocio. & alibi ſæpe.*
6 Qua de cauſa id ego effectum puto, †vt obligatio, quæ ex culpoſo facto criminis habente ſpeciem deſcendit, non dicatur ex maleficio prouenire, ſed quaſi ex maleficio, *vt in l. ex maleficijs. §. ſi iudex. & ſequenti. ff. de act. & obl.* qui tex. prope eiſdem verbis refertur à Iuſtin. in titu. Inſti. de oblig. quæ ex quaſi delicto naſcuntur, ꝙ ſ. in vero maleficio, dolus duntaxat puniatur: quod ſi culpa tantũ intercedat, non erit vere maleficium, ſed quaſi maleficium, vt ibi dicitur, quod tamen nullum animaduertiſſe hucuſque legi.
7 ¶ Sex† huius culpæ, quæ dolo opponitur, ſpecies tradidit Bart. *in d. l. quod Nerua.* de qua re non modice gloriatur, tanquam de ſuo partu & inuentione: quoniam ante eum Accurſius, & cæteri antiquiores, tres tantum (vt & ipſi dicebant) ſpecies culpæ numerabant, ſcilicet latam, leuem, & leuiſſimam: quibus tamen tres alias addidit Bar. ſcilicet latiſſimam, latiorem, & leuiorem, quã Bart. diuiſionem omnes poſt eum ſcribentes ſequuti videntur vſque ad hæc tempora, quibus Neoterici plures nõ vulgaris eruditionis interpretes diuiſionem ipſam reprehenderunt, quanquã & ipſi inter ſe non leuiter diſſideant. Reprehendit enim eam Igneus *in rep. l. contractus ff. de reg. iur. & latius in l. 3. §. ſi quisquam. ff. ad ſenatuſc. Syllan. & Zaſ. in intellecti. iur. in ſecundo intellectu.* & Alcia. *in l. magna negligentia. ff. de ver. ſign.* dum tantum tres gradus culpæ enumerat Barto. *in §. vltimo. quibus mod. re contrahi. oblig.* & ridiculam eam diuiſionẽ appellauit Conna. *in ſuis Commentar. iur. lib. 7. c. 4.* & ſimiliter eam reprehendit Duar. *in l. in actionib. de in litem iuran, & in l. ſi mora. ff. ſolu. mat.* & nouiſſime Coraſ. Miſcel. *l. 4. c. 1.* & alij plures, quorum omnium dicta ſi vellem & recitare, & excutere longior eſſem, quam inſtitutum meum expoſtulat. Quare cum vti cum eis in aliquib. ſentio, ita & in pluribus diſſentiam, per concluſiones certas quo breuius potero, perſtringam omnia, quæ mihi ad hũc tractatum neceſſaria videbuntur. ¶ Primum, quod attinet ad culpæ diuiſionẽ,
8 quam tradit Bar. dum ſex facit culpæ ſpecies, †ſcio non proprie loquutum eſſe Bart. dũ gradus iſtos ſpecies numerauit, cum certum ſit plus & minus, quo ſolo differunt hi gradus, non facere rem differre ſpecie, *l. vltima. ff. de fundo inſt. l. ſcapham. ff. de euictio.* atque ideo neque tres illi gradus, quib. contenti fuerunt antiquiores, ſpecies ꝓprie dici poſſunt, ſed tantum gradus, prout & imperij ſex gradus fecit per plus & minus Bar. *in l. imperium. ff. de iuriſ. omnium iud.* & ſimiliter ſex gradus iuriſdictionis, & prout grauem & leuem ſolennitatẽ diſtinguit, *l. 1. §. vlti. vbi Bar. de vent. inſp. & in l. cum hi. §. ſi pretor. de tranſact. & in l. 1. in princ. ff. de iniuſ. rup. & irri. teſta.* ſicut etiam grauiorem dicimus iniuriam & leuem, *l. prætor. §. præterea. de iniu.* grauiora, grauia, & leuia delicta. *l. leuia. ff. de pœnis. auth. hodie. C. de cuſto. reo. & tradunt Cano. in c. at ſi clerici. de iudi.* & grauiorem ac leuem pœnam, *in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no. infa.* & magna febri vel leui febricula laborare, *l. ob quæ vitia. §. proinde leuis. & §. vlti. de ædil. edict. cum infinitis ſimi.* poſſunt enim omnes humani actus gradus recipere & differentias per plus & minus, præſertim delicta & pœnæ, cum nota ſit regula, quod animus & propoſitum diſtinguunt maleficia, *l. qui iniuriæ cauſa. in prine. de furt. l. illud. ff. de iniur. l. 2. de ter. mo.* quo enim grauior eſt culpa, eo grauius delictũ, grauior & pœna, *vt per Ariſto. lib. 1. Rhe. adde Theode. c. 7.* Quamquam ergo gradus iſti, ſpecies culpæ vere non ſint, ſunt tamen certe gradus doctrinæ gratia cõmodè conficti, vt facilius diſcerni poſſit, quæ culpa dolo ac ſceleri ſit proprior, atq; ideo grauiori pœna dignior. quo fit, vt triplex antiquorum, diuiſio, & ſextuplex Bar. tolerari percommode poſſit, nõ ſecus ac de ventis factum videmus, qui cum tantũ quatuor ab antiquis forent cogniti, poſtea his quatuor additi, poſtremo & octo, vt nunc 16. & ſecundum aliquos etiam 24. nominentur, quod vt tolleretur, vtilitas fecit.

¶ Fateor tamen vna cum ſupraſcriptis recentiorib.
9 authoribus † tres gradus culpæ enumeratos per Accur. *in l. ſi vt certo. §. nunc videndum. in verſicul. culpa. ff. commoda. & in l. contractus. de reg. iur. & in §. præterea. in verbo, debet, Inſti. quib. mod. contrahi. obl. & alibi ſæpe* ſatis eſſe ad percipiendam perfectam totius materiæ, in qua culpa verſatur, intelligentiam, atque ideo immerito fuiſſe Accurſ. à Barto. reprehenſum: nam licet Barto. addiderit latiſſimam & latiorem culpam & leuiorem, quod certum ſit, quodlibet poſitiuum habere ſupra ſe ſuperlatiuum & comparatiuum, cum ſupra bonum, melius atque ſupra hoc, optimum reperiatur, *l. vbi autem. vbi not. omnes. ff. de verborum obligat.* attamen vbicunque lex nullam facit differentiam inter hos gradus, fruſtratoria & inutilis eſt eorum diſtinctio. Quare cum videamus leges ſub poſitiuo hoc lata culpa, & latiſſimam & latiorem complexas fuiſſe, infructuoſe quidem Bartol. gradus ipſos diſtinxiſſe videtur. nam ſi Iuriſconſulti & legumlatores latam culpam appellant, quæ dolo proxima eſt. *l. ſi fideiuſſor. ff. mand. l. impuberibus. §. 1. de ſuſpect. tut.* & dolo comparatur, *l. 1. §. vltim. ff. ſi menſ. falſ. mo. dix. & in l. ſi fortuito. ff. de incend. ruin. naufrag.* ſequeretur, quod latior eſſet ipſe dolus, latiſſima autem ſupra ipſum dolum, quod quidem abſurdum eſt & falſum. Accedat quod nuſquam in toto corpore iuris reperies culpæ gradum aliquem per ſuperlatiuum deſignatum, neque etiam per comparatiuum, præterquam duobus in locis, videlicet in l. quod Nerua. ff. depoſ. in qua nominatur latior culpa, & in l. liber homo. §. 1. ff. de acquirend. rerum dom. vbi nominatur grauior culpa, quibus tamen duobus in locis comparatiuum poni pro poſitiuo certum eſt, vt omnes moderniores præallegati adnotarunt, & eſt glo. vlt. *in l. 1. ff. de his. qui ſunt ſui, vel alien iur.* dum exponit maior, id eſt magna, *& in l. 1. de offi. præfecti prætor.* dum exponit pleniore, id eſt plena, præcipue cum eadem culpa, quæ latior & grauior ibi nominat, alibi ꝑ poſitiuũ lata ſimpliciter exponit, vt ꝓbant oẽs ꝑdicti, & verũ eſt. Quare ꝙ attinet ad pñtem tractationem, contẽti erimus antiqua

diuiſio-

diuisione cùm certe illa Bar. sit superflua, vel saltem nõ necessaria, & sic concludemus aliam esse culpam latam, aliam leuem, aliam leuissimam, quæ singula, quod ad ipsorum nominum significationem tãtum spectat, nũc excutiemus, cum cætera inferius aptiori loco pertractanda sint.

10 Lata † ergo culpa siue latior ea est, quam sic definit Vlpia. *in l. cedere diem. §. vlt. ff. de verbor. sign.* videlicet nimia negligentia, qua quis non intelligit, quod omnes intelligunt: quia, vt inquit Paulus *in l. latæ. ff. de verbo. sign.* latæ culpæ finis est, non intelligere id, quod omnes intelligunt, & idem Paul. *in l. regula. §. sed facti. ff. de iur. & fact. ignor.* dixit summam esse negligentiam tuam, si omnes sciant, quod tu solus ignores. Quam diffinitionem, licet Bartol. *in d. l. quod Nerua, post Io. de Blanasco, & Petrum* reprehendat ea ratione, ꝙ si diffinitio ista cõuerteretur cum suo diffinito, prout hæc est diffinitionis natura, certe & infans & furiosus dicerentur esse in hoc genere culpæ, cum & ipsi non intelligant, quod omnes intelligũt, leuis tamen est reprehensionis ratio: cum certum sit id, ꝙ furiosus & infans nõ intelligat, ꝙ alij non intelligunt, non procedere ex negligentia, sed ex morbo vel ætatis defectu, cum negligentia sit iniuria, cui idem negligens facile mederi posset, si animum diligentius ad eam rem intenderet, aut facere posset, si vellet, cũ tamen infans, & furiosus, & si velint, non possint cum morbo vel ætate impediantur, & lex de personis mentionem faciẽs, semper ab earum habilitate interpretationem capit, *l. i. C. de sacrosan. eccl. l. omnes peregrinis. C. communia de succes.*

11 ¶ Hic tamen † culpæ gradus, quem latam culpã nuncupauimus, alijs quoque nominibus, idem tamen significantibus, nominari legimus: quandoque enim dissoluta negligentia vocatur, *vt in l. si fideiussor. ff. manda.* aliquando magna negligentia, *vt in l. i. §. is quoque. ff. de acti. & oblig.* nonnunquã magna culpa & magna similiter negligentia. *l. magna negligentia. ff. de verbo. sign.* sæpe etiam lata negligentia, *vt in l. impuberibus. §. 1. de suspect. tut. & in l. tutor. qui repertorium. §. competit ff de admi. tuto. & in l. magistratus. ff. de admi. rer. ad ciu. perti.* sic & manifesta negligentia. *l nomina. C. arbi. tut.* quandoque stultitia & imprudentia, *l. si per imprudentiam. ff. de euicti.* aliquando & supina ignorantia, crassa negligentia, nimia securitas, *vt in l. nec supina. ff. de iur. & facti ignor.* ac etiam deperditi & nimium securi ignorantia, *in l. plurimum. ff. de iur. & fac. ignor.* Grauior culpa, *in l. liber homo. §. 1. ff. de acquir. rer. domi.* nimia negligentia *in l. cedere diem. §. vlt. de verb. sign.*

12 ¶ Ista ergo magna, † seu lata culpa dicitur dolo proxima esse, *vt in d. l. fideiussor. ff. mand.* dum inquit, dissoluta quoque negligentia prope dolum est, & paulo post, dolo proximum est si fideiussor, &c. *& in l. cum res. §. vltimo. ff. de legat. 1. & in l. mulier. §. sed enim. ff. ad Trebell. & in d. l. impuberibus. §. 1. de susp. tut. & in l. 1. §. vltimo. ff. si mens. fal. mo.* 17 *dix. & in. l. §non autem. ff. si quis test. lib. esse iuss. fuer.* ibi culpa dolo proxima dolum representat. *& in l. vbi exigit. ff. de eden. & in l. si fortuito. ff. de incen. rui. nauf.* ibi, tam lata fuit culpa, vt luxuriæ aut dolo sit proxima.

¶ Vere igitur ea est lata culpa, quæ dolo proxima est,

13 adeoque proxima † vt sæpe etiam pro ipso dolo accipiatur, vt tradidit Nerua, cuius opinio licet Proculo displiceret, *approbatur à Celso in l. quod Nerua. ff. depos. & in l. i. §. is quoque. ff. de acti. & obl.* dicitur, magnam quoque negligentiam placuit in doli crimen cadere. & *in l. magna. ff. de verbo. signifi.* dicitur, magna negligentia culpa est, magna culpa dolus est, & *in l is cui. §. dolum. ff. vt in posses. lega.* dicitur, Dolum accipe culpam latam. Hinc receptum est,

14 † quod si dispositio aliqua loquatur de dolo, etiam per dictiones taxatiuas, Solum, Tantum, duntaxat, & simil. tamen non excluditur lata culpa, imo sub appellatione doli comprehenditur, *vt est tex. apertus in l. 1. ff. si mens. fals. mo. dix.* & probatur etiam in l. contractus. ff. de regu. iur. vbi dicitur, quod depositum duntaxat dolum recipit, ꝙ & taxatiue dicitur *in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commo. & in l. 1. §. si vestimenta. & §. vltimo. ff. depos. & in §. præterea. Insti. quib. mo. re contrahi. obli.* † & tamen certum est & de lata

15 culpa teneri quem ex deposito, *l. 1. C. depos. & tradit Accur. in d. §. præterea. in ver. dolo. & in cap. vlt. in ver. culpa. ext. depos. & Bal. consi. 218. præmittendum est, 5. volum & est communis opi. vt tradit Dec. in d. l. contractus.* quicquid ibi dixerit Igne. singularis in opi. sua, quam pertinaciter conatur defendere *in l. 3. §. si quisquam ff. ad Syllan.* cuius dicta & rationes neque hìc refero, neq; resoluo, tum quia à materia nostra distant: tum quia nõ adeo vrgent, quin ea possit quilibet vel mediocriter eruditus facile diluere. Et conclusionem hanc, ꝙ dispositio etiam taxatiue loquens de dolo comprehendat latam culpam, vltra Scrib. probat optime tex. in l. alio iure, conjuncta l. 2. C. de in litem iur. in illa enim dicitur hæredem tutoris ita demum teneri, si dolo malo non exhibeat, & tamen in hac l. 2. dicitur etiã latam culpã comprehẽdi. & probat etiam text. coniũcta glo. in l. si mora. ff. sol. ma. ibi, dolum malum duntaxat in ea re, nõ etiam culpam, & tamen Accur. ibi, in ver. culpam, exponit leuem vel leuissimam, non autem latam, quia & de lata teneri asserit, quẽ passim omnes sequuntur, licet contrarium videatur mihi probare tex. *in l. magistratus ff. de adminis. rer. ad ciui. perti.* ibi, non dolum solummodo, sed & latam negligentiam, nam alias superflua fuisset expositio Pauli per illam aduersatiuam, sed &, quę aduersatur taxatiue solummodo, si appellatione doli veniisset & lata culpa: nisi forte respondendo dixerit, illud ad omnem dubitationẽ tollendam expressum fuisse, prout etiam fit *in l. 1. §. hac actio. ff. si mens fal. mo. dix.* constat enim dictiones taxatiuas nunquam excludere casus similes, *vt per gl. in l. 3. §. interdum. ff. de neg. gest.* neque mirum est, quod late hæc culpa dolo proxima dicatur, cum immo aliquando legamus simplex nomen culpæ, pro dolo accipi, *vt in l. si ex causa. §. si mulier. ff. de min.* vbi gl. in verb. culpa, ita interpretatur culpam pro dolo.

16 ¶ Ideo autem † dixerunt Iurisconsulti latam culpam dolo esse proximam, quia vere dolus non est, propria sumpta significatione doli: quia dolus præsupponit animũ intellectu constantem, certum ac sibi optime conscium & ad nocendum paratum: lata autem culpa indicat animum simpliciter negligentem & dissolutum ac imprudentem nulla præcedente nocendi intentione. Verum quia adeo crassa & supina est ea negligentia, vt quæsita & affectata videatur, & ideo coniuncta malitiæ, cũ raro id eueniat, vt quis sit adeo stupidæ mentis, vt non intelligat, quod omnes intelligant, ideo vix crediderunt leges dissolutam hanc & intolerabilem negligentiã fraude ac dolo carere. Quare ne detur fraudibus, ac malitijs hominum occasio, cautum est, vt hęc culpa æque ac dolus vindicetur, vt discãt homines expergisci, & tam stolidam desidiam excutere. quo fit, vt facile cognosci possit, † quam frustra Zasius, alioqui & elegans, Iurisc. & acuti ingenij vir, labo rauerit in confingendo duos gradus latæ culpæ, alterum vocans latam culpam versutiæ, cum quis in rebus suis diligens quide m est, sed in alienis versuto quodam & exulcerato animo affectata quadam improuidentia maligne negligens & dissimulator, alterum vero culpam ignauiæ appellans, vel quia vitio naturæ parum sit perspicax, vel quia ex praua educatione negligẽtem ac socordem animum induerit. nam primus ille gradus versutæ culpæ, quem confingit Zasius, dolus quidem est, neq; vsquam pro gradu culpæ, cognitus à Iurisconsulti. neq; proximus dolo dici potest, cum sit ipse dolus. *l. proximus. ff. de verb. sign.* ea enim est latæ culpę certa regula certusq; finis non vt dissimulemus non intelligere, quæ omnes intelligant, quod quidem vitium est voluntatis, atq; ideo dolus est & fraus, sed vt nihil in hoc operante voluntate obtuso atque otioso & negligenti existente intellectu non intelligamus, tunc quod omnes intelligunt, *vt aperte dicitur in l. cedere diem. §. vltim. & in l. latæ culpæ, de verborum significat. & in l. regula. §. sed facti. ff. de iur. & facti igno.* & dixi supra in diffinitione

tione culpæ, etsi versutia quo nomine vtitur Zas. non est malitia, machinatio, fallacia, calliditas ad nocendū, per quas voces Labeo dolum diffinit *in l. 1.§. 1.ff. de dolo.*
18 certe † quid sit versutia, non intelligo. neque etiam huius vocis significationem intellexisse videbitur Tul. *in 3. de natura Deō.* dum inquit, malitiam esse versutam & fallacem rationem nocendi, & alibi sæpe, dicitur enim secundum Festum, versutus a vertendo: nondum enim id agit vere, vt noceat, conuertit tamen animū veluti personatum in alium sensum, ne nocere velle videatur, vt securius ac certius fallat, & decipiat, & hanc significationem in versuto iure perpendit Accurs. *in l. ita nobis. in gl. in ver. versuti. C. ad l. Iul. de adul* & tantum abest, vt leges quas Zas. adducit, id probent, quod intendit, vt imo cōtrarium aperte voluerint: nam *l. si fideiussor. in princ. ff. man.* dissolutam appellat negligentiam, nō autem versutam, quæ vox contraria omnino videtur Zasianæ versutiæ, cum versutia denotet callidum, multisque dolosis plicis ac meandris complicatum, & colligatum varijs laqueis ingenium non dissolutum & apertum: nam dissolutum, vecordem, stolidum ac nihil callide cogitantem proprie esse, ac denique vere negligentem, nemo est, qui nesciat, vt legi potest apud *Tul. 2. de Legi.* dum inquit, quod institutum peritè a Numa posteriorum Pontificū negligentia dissolutum est. & pro Quintio, dissolutus in re familiari. i. negligēs. & primo. Offi. negligere quid de se quisque sentiat, omnino est dissoluti. & alibi quoque sæpissime. quæ etiam dicta intelliguntur ad l. idemque. §. & generaliter. ff. eo. quā et Ias. adducit, in qualitce nulla doli aut culpæ mentio habeatur, refert tamen eadem facti species. minus etiam probat. *l. 1. §. 1. ver. sed si id egit. ff. de act. emp.* nam & ibi nulla doli aut culpę mētio, & species illa, videlicet si quis fundo vendito sciens seruitutem deberi interrogatus neget deberi, dolum refert, dum sciens negat nō latam culpam, vt & in eadem fere specie dicitur in *l. Iulianus. §. idem Iul. eo. tit.* Neque etiam probat text. (quo solo dicit hāc suam opi. inconuincibiliter probari. quod si alia sit lata culpa dolo proxima alia lata quoque, sed non proxima dolo) in *l. mulier. §. sed enim. ff. ad Treb.* quæ tantum abest, vt Zasij opi. confirmet, vt potius illam infirmet. Duæ enim species facti in lege 19 illa proponuntur per Vlpia. prior est, an si res hæreditariæ, quas tenebatur hæres ex fideicommisso restituere, culpa ipsius perierint, teneatur idem hæres reddere: & respondet Vlpia. ex sententia Neratij, quod non, quia non potest cogi reddere, quod non habet. Verum quia poterat dubitari, an saltem ad interesse teneret, si fuisset in culpa. Respondet hæredem culpæ rationem reddere debere, non quidem omnis (puta leuis) sed eius, quæ dolo proxima est. Hic non video, vnde colligat Zasius aliam esse latam culpam, quæ dolo sit proxima: & aliam similiter latam, sed quæ dolo non sit proxima: nam vtitur Vlpia. hoc nomine simplici & generali, culpa, nō autem addidit lata, quæ sola vox totum præsens negotium facit. sed dum eius species siue gradus vult distinguere, non distinguit, vt alias per sua propria nomina, id est per latam, leuem, & leuissimam, sed per circumlocutionem, & dum dicit, non quidem omnis culpæ, intelligendus Vlpianus de leui, & leuissima: dum autē de eā, quæ dolo proxima est, loquitur de lata, quæ sola do- 20
lo est proxima. *l. impuberibus. §. 1. ff. de suspe. tut. l. 1. ff. si mens. fal. mo. dix. cum pluribus alijs suprà adductis.* Altera species, & quæstio proponitur per Vlpianum *in ea l.* quid scilicet si extabant res in hæreditate, quæ per hæredem distrahi debebant, & non distraxit, an ad interesse teneatur. & respondet teneri de lata culpa, non de leui, & reb. suis consueta negligentia. Hic quoque non video distingui 21
duos gradus latæ culpæ: quinimo latam culpam simpliciter leui opponi, vt scilicet latam voluerit intelligere eam, quæ dolo est proxima, atq; adeo proxima, vt quasi dolus censeatur, *vt in d. l. quod Nerua. ff. depos.* dum scilicet non eam diligentiam adhibet in alienis, quam in suis, q̄ quidem si versute & callide fiat, dolus quidem erit: sin ex dissoluta negligentia, nō quidem dolus erit, sed culpa dolo proxima. Leuem autem intellexit, quam ipsemet diffiniuit, scilicet negligentiam, quam adhibet non solum in alienis, sed etiam in suis: ergo hoc tantum probat tex. iste aliam esse latam culpam, quæ diffinitur ex eo, quod est dolo proxima, vt dixerat in præceden. specie, & ex eo quod in alienis rebus negligentior est, quā in suis, aliam leuem, quam scilicet solet etiam in suis rebus adhibere, non autem probat, neque vel innuit aliā esse latam culpam versutam & callidam, quæ dolo proxima sit, aliam simpliciter latam, quæ tamen dolo non sit proxima. Postremo, vt alia iura Zasij omittam, quæ toto cœlo distant ab eo, quod ipse intendit, non etiam probat tex. qui clauis est huius materiæ, *in l. quod Nerua. ff. depos.* nam etsi ibi dicatur latiorem culpam esse negligentiam, quæ tantum in alienis rebus, non in suis adhibetur, & fraude non carere, & ideo secundum Neruam dolum esse: tamen nō video quomodo ex his probetur latam culpam duplicē esse, vt voluit Zas. aut enim vult Neruam primo, mox & Celsum, qui illum sequitur *in ea l.* intellexisse de eo, quod callide & versute omittit in alienis rebus eam diligentiam, quam solet in rebus suis præstare, vt domino noceat, prout ego vere puto eos intellexisse, & tunc vere puto dolum esse & fraudem. neque ego hanc negligentiam dicam dolo proximam, sed ipsum dolum: neque dicam eam culpam esse, quanquam in negligendo consistat, sed verum dolum: & ideo cū mysterio subdit Celsus, nec enim salua fide minorem his quam suis rebus diligentiam præstabit: volens innuere, quod dolose fidem promissam negligat de adhibendo eandem negligentiam, quam in suis, & isto casu non probat tex. hoc factum culpam esse, sed dolum, & ita puto intelligendum tex. illum. Aut vero vult Zas. legem illam intelligere, prout communiter ab omnibus intelligitur, quod ibi loquatur de culpa, quę nō sit dolus, sed dolo proxima: & tunc similiter probabit vnicum esse gradum latæ culpæ, nempe eius quæ dolo sit proxima, vt si non adhibeatur ea diligētia in alienis, quæ in suis. Concludo igitur ex præmissis, omnia quæ 19
dicta sunt, summatim perstringēdo, † quod vnicus tantum est gradus latæ culpæ à Iurisconsul. consideratus, quando scilicet in ea dolum versutiam & calliditatem interuenisse certi non sumus, & hæc est illa, quæ dolo proxima dicitur. Quod si euidētioribus coniecturis appareret studium, & affectationem animi interceſſisse, iam tum non dicetur lata culpa, neque dolo proxima, sed & ipse dolus. Fateor enim cum Zasio posse quidem culpam intetcedere latam, quæ vere ex versuto & doloso animo proueniat, & culpam, quæ non ex proposito, sed ex mera negligentia quantumuis magna, nulla versutiæ labe sit infecta: sed nego apud Iurisconsultos primam speciem appellari latam culpam aut dolo proximam, sed verum dolum, adeo vt in hac tandem conclusione resideam, latam culpam eam censeri, in qua non potest esse certus iudex, quod dolus interceſſerit, sed potest tantum aliqualiter suspicari, atq; ideo dolo proxima appellatur: eam autem, in qua scimus malam fidē interceſſisse, dolum esse, non latam culpam.

¶ Leuis † culpa est, vt ego diffinio, negligentia, qua 20
quis, vti fere semper solet in rebus suis: quam quilibet diligens paterfamilias euitaret. Hæc diffinitio sumitur, & probatur *in l. 1. §. is quoque. ff. de act. & obligat. & in l. quod Nerua. ff. depos. & in l. hæredes. §. non tantum. ff. famil. ercis.* & de hac mentionem facit *tex. in l. cum res. §. vltimo. ff. de lega. 1. & in l. mulier. §. sed enim. ff. ad Trebellia. & in l. tutori. C. de negoc. gest. & in l. quidquid. C. arb. tut.* † Huic autem culpæ negligentia simplex ascribitur, nam vbi negligentiam vel desidiam simpliciter scriptam inuenies, de leui intelliges, non de lata, quod probatur *in §. præterea. Institu. quibus more contrahi. obli. & in l. 1. §. is quoque, il secondo. ff. de act. & oblig.* vbi si depositarius negligenter rem amiserit, non tenetur. &

tur.& ſtatim addit, magnam tamen negligentiam placuit dolo comparari. ſi ergo nõ addideris illam vocem, magnam tamen, negligentia ſimplex nõ comparabitur dolo, ergo erit leuis culpa. *idem probatur in l. impuberibus. §.1.ff.de ſuſp.tuto.ſic & in l.nomina.C.arb. tut. & in l.1.C.de hæ-*
12 *re.tut.& in l.1.C.de ſuſpe.tuto.* † pari ratione culpæ nomine ſimpliciter prolato nunquam lata, ſępiſſime leuis, nonnunquam etiam leuiſſima intelligitur, *hoc probatur in l.ſi vt certo.§.nunc videndum.ff.commo.in l.contractus.ff. de reg.iur. in l.1.§.ſæpe.ff.depoſ.l.in actionibus.ff.de in litem iuran.* vbi quod ob dolum tantum iuratur, non etiam ob culpam, & tamen doli nomine omnes intelligũt latam culpam: culpę vero ſignificatione leuẽ tantum, & leuiſſimam, *apertior text. in l. quæſitum. §. eum quoque.ff.de precar.& in §.ſuſpectus, il ſecondo.Inſti. de ſuſp.tuto.* vbi tutor ob dolum remotus, famoſus eſt, ob culpam non æquè, & tamen certum eſt quod appellatione culpæ, ibi lata nõ intelligitur, ſed leuis vel leuiſſima, quia remotus ex lata, vtiq; famoſus eſt. *l.impuberibus.§.ſi fraus.ff.de ſuſp.tuto.ad idem tex cum glo.in l.ſi mora.ff.ſol.mat in l.ſocius ſocio.ff.pro ſocio. & in l.idem iuris. ff.ad l.Aquil.& in l.culpa.ff. de reg. iur.& in c.non eſt ſine culpa. de reg.iur.in 6.& in l.imperitia ff.eo.& in l.ſi quis fundũ. §. Celſus.ff.loca.& in l.in venditione.vbi etiam glo.in ver. ex culpa.ff.de bo.auth.iud.poſtid quod & Bald. aſſeuerat in authen. quod locum. C.de collat.per tex.quem ipſe adducit, in l.ſi cum venderet.§.vlti. ff.de pig.act.* Quæ quidem concluſio certa eſt, nullamque patitur exceptionem, quando in eadem diſpoſitione facta eſt mentio doli, deinde additur mentio culpæ tanquã eius, quæ oppoſita eſt dolo: nam nunquã eo caſu latam culpam comprehendet, *quod & Cæpolla ſenſit conſi.76. viſa prius, num.15.ver.& per conſequens.* quod ſi prius facta nõ fuerit mentio doli, & ſubiecta materia id patiatur, culpæ nomen non modo latam, ſed & dolum comprehendet, *vt ſupra dictum eſt in prin.huius cap. & probat text.in l.ſi ex cauſa.§.ſi mulier. ff.de minor.* vbi gl. in ver. culpa. certum eſt enim q̃ huius nominis ſignificatio ſicut & cæterorum omnium à ſubiecta materia variatur: ſi enim ſubiecta materia id ſuadeat, & pro dolo, *vt dictum eſt*, & pro lata ſumetur hæc ſimplex culpæ enunciatio, *vt concludit Bald. in l.quæ fortuitis.C.de pig.act.col.5.verſ.ſed dubitatur. & Alex.in l.ſi mora.col.5.ff.ſol.mat.& conſil.45.habita ſuper his.nu. 2.1.vol. & conſi.74.viſo titulo. 6. vol.nu.1. Iaſo. in d.l.ſi mora col.2.in l.ſi quis ne cauſam.ff.ſi cert.pet. Dec.in l.in actionib.col. 7. de in litem iur.in l.contractus.de reg.iur.num. 25. Curt. iun.conſi. 19. viſo ac diligenter.nu.6.& poſtremo Alciat.in l.magna.de ver.ſign.*

13 ¶ Leuiſſima † culpa eſt negligentia, in quam & quilibet diligens paterfamil. incurrere potuiſſet, cum tamẽ potuerit à diligentiſſimo, & oculatiſſimo euitari. Hæc diffinitio colligitur ex *l.1.§.is quoq;.ff de act.& oblig.* ibi, exactiſſimam diligentiam præſtat. *in l hæredes.§.non tamen.ff. fam.erciſ.§. vltimo. Inſtit.pro ſocio.* ibi, culpa autem non ad exactiſſimam diligentiam dirigenda eſt. *ſimilis tex. in l.ſocius ſocio pro ſocio.& in l.cuſtodiam.ff de peric.& comm. rei ven.*

24 ¶ Hæc autem, quam leuiſſimã culpam dicimus, ſub hoc nomine diligentia, plerunq; ſignificatur, hoc mihi probat tex. *in l.cum res.§.culpa.ff. de legat.1.* vbi inquit Vlp. culpa autem qualiter ſit æſtimanda, videamus, an non ſolũ ea quæ dolo proxima, verum etiã quæ leuis eſt, aut nunquid & diligẽtia quoq;. Quis.n.non videt, quod poſt nominatam latam & leuem culpam nullus gradus reſtat, qui ſub nomine diligentia comprehendi poſſit, præter hunc ſcilicet leuiſſimæ, & q̃ qui diligentiam debet prę-ſtare, plus debet quam ſi leuem tantum culpam præſtare teneretur. ad idem *text. in l.ſi vt certo.§. commodatum. ff. commod.* ibi, & ideo verior eſt ſententia Q. Mutij exiſtimantis, & culpam præſtandam & diligentiam: & ſi forte res exiſtimata data ſit, omne periculum. *ſimilis tex. in l. in rebus.ff.de iure dot.in l.magiſtratus.ff.de admi.rer.ad ciui.pertinen.* quanquam ibi facile quis poſſet diligentiam etiam pro leui culpa interpretari, ſed & leuiſſima certe comprehendetur. Hunc quoq; gradum culpæ ſub nomine cuſtodiæ ſignificatum nonnunquam reperio, *vt in l.1.§. ſæpe.ff.depoſ.* ibi, dolum nõ ſolum, ſed etiam culpam & cuſtodiam præſtat, qui ſe offert depoſito. ſi enim ſub nomine culpæ regulariter leuem intelligimus, vt ẽ. cõcluſum fuit: conſequens eſt, quod ſub nomine cuſtodię, leuiſſima ſit intelligenda. *ſimilis tex. in l.ſi cum venderet. §. vlti. ff.de pign. actio. in l.ſi vt certo.§. cuſtodiam.ff. de peric.& com rei vend.& in l.eum qui. §. an pater. ff. de fur. optimus quoque ad hoc*
25 *tex. in §. cum aũt. Inſti. de empt. & vend.* † Hoc vnum poſtremo Lectorem monuero, quod quamquam vox iſta, leuiſſima culpa, ſit communius à noſtris Interpretib. recepta: tamen apud Iuriſcon. in Pandectis vix ſemel reperies, *nempe in l. in lege, 2. ff. ad l. Aquil.* ſed frequentius nomine diligentiæ, cuſtodiæ & alijs circumſcriptionibus ſignificatur. ¶ Et hæc ſunt, quæ volui de culpę ſignificatione in præſentiarum ſcribere, quorum pleraq; ſcio à noſtris Interpretibus non fuiſſe perpenſa, vel aliter intellecta. & quamquam in ea reſederim opinione, q̃ tres ſufficiant culpæ gradus, de quib. ſupra: attamẽ (vt etiam ſupra dixi) non inutiles ſunt ſex illi gradus, quos Bar. *in d. l.quod Nerua.ff.depoſ.* commentus eſt, quanquam tot à Iuriſconſultis non fuerint conſiderati: nam culpa in hominum actibus non poteſt certis terminis circumſcribi & diffiniri, cum plura ſint negotia, quam vocabula, *l.natura.ff.de præſcri.verb.* & cum culpa, quo proximior eſt, vel remotior à dolo, eo grauius vel leuius puniatur, poſſent non modo ſex, ſed & 12. & plures gradus conſtitui: ſatis eſt quoſdam certiores cõſtituiſſe terminos, quos iudex ſpectare poſſit, vt ad eorum exemplum arbitrium ſuum conformet: nam his cognitis facile erit pro re nata magnitudinem & grauitatem aut leuitatem culpæ circunſtantiis æſtimare, atq; ideo pro earum qualitate pœnas applicare. eſt enim magis hoc facti quam iuris, atq; ideo difficilis huius rei diffinitio, vt de mora inquit Marcell. *in l.mora.ff.de vſur.* & in materia noſtra culpæ probat tex. *in l.in actionib.ff.de in litem iur.* ibi, hæc enim iudex æſtimat, *& in l.ſemper aduerſus.§.culpam.ff.quod vi aut clam.* ibi, quę tamen culpa arbitrio iudicis æſtimanda erit. Hæc autem ideo longiùs ſum proſequutus, quia concernunt fundamenta ac ſubſtãtiam totius materiæ criminum, cũ nullum poſſit excogitari delictum pœna dignum, q̃ dolo vel culpa vacet, vt infra ſuo loco demonſtrabitur.

## CAP. VII.

## *De Delicto.*

### SVMMARIVM.

1 *Delictum & Delinquere, quid ſint, & vnde dicta.*
2 *Delictum à Crimine, an & quomodo differat.*
3 *Actus de iure communi prohibitus, ſi à Statuto impunis fiat, an ſub alio ſtatuto de pœna loquente comprehendatur.*
4 *Statuto extante, quod Decoctor impune offendi poſſit, alteroque caueatur, quod iudex de quolibet delicto inquirere poſſit, an offenſo decoctore, inquirere poßit.*
5 *Statuto cauetur Bannitum impune offendi poſſe, iudice inquirente pro quolibet delicto reus in iudicium nõ veniebat, an amicus exceptionem impunitatis ex forma ſtatuti ad eius defenſionem allegans audiatur.*
6 *Statuto ſtante, quod Bannitus licite occidatur, an exceptio quod erat Bannitus, innocentiam ſapiat.*
7 *Statutum ſi Pœnam tollat, an delictum tollere cenſeatur.*
8 *Statutum puniens quemcunq;, Membrum aliquem debilitantem, non comprehendit membrum inutile debilitantẽ.*
9 *Delicta omnia qui ex ſtatuti forma denunciare tenetur, an ad illa quæ puniri non poſſunt, teneatur.*
10 *Delinquor, verbum paſſiuum à Papiniano vſurpatum.*
11 *Peccare, minus eſſe quam delinquere, putat Cicero.*

1 DELICTVM † à derelinquo verbo dictum teſtatur Feſtus, ſicut & deliquiũ, quaſi derelictum: delinquere enim (inquit ipſe) eſt prætermittere, quod non oportet præterire. Delictum ergo eſt deſertio boni ſiue legis, *vt per Archid. in c.nos Syllanorum, 25.q.vlt. ſequitur Albe. in l.1. C. ſi aduer.*

*delict.* & est nomen generis comprehendens omne peccatum, siue non, quod & Aphricanus ostendit *in l. cum mancipium. ff. de ædil. edic.* dum appellat delictum serui scienter mentis animal morbosum, quamquam ibi Accurs. male exponat delictum, id est stultitiam, cum imo delictum ibi in sua latiori significatione peccatum serui demonstret, qui sciens morbosum emit animal, vt domino noceret serui fidelis officium derelinquens.

2 ¶ Differt †autem delictum à crimine. *secundum glo. in l. 1. in ver. dictum. C. si aduers. delict.* quia (vt ibi dicit Accurs.) delictum est tanquam genus generalissimum comprehendens omne peccatum voluntarium & inuoluntarium: crimen vero est genus subalternum continens ea tantum delicta, quę dolo sunt admixta, atq; ideo voluntaria tm̃. quam differentiã dicit ibi Accur. ꝓbari ibi per illum tex. *& eam approbat Cyn. ibi, Bar. & cæteri Archid. in c. 1. de cleri. coniuga. in fi. nu. 5. & Io. And. in c. peccatum. in gl. 1. de reg. iur. in 6. quod etiam sensisse videtur idem Accur. in authent. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. in ver. deliquit.* Solus Alberi. *in d. l. 1.* videtur istam differentiam improbare, *per tex. in l. fraus. in fi. ff. de verb. sign.* ibi, pœnam autem vnusquisq; irrogare potest, cui huius criminis siue delicti exequutio competit. quasi voluerit Alberi. in eo. tex. has voces criminis, & delicti, pro eodem poni. Sed certe facile poterit, qui Accur. velit defendere, huic l. respondere, cum inter nomẽ criminis & delicti posita sit alternatiua, *Siue*, cuius natura est, vt inter diuersa, non inter eadẽ ponatur. *l. 1. C. de custod. reo. l. siue apud acta. C. de transact. l. 3. §. quod pater. de mu. & hon.* imo si recte perpendatur, tex. ille videtur opi. glo. comprobare, cũ natura eiusdẽ alternatiuæ, siue, sit amplificare & extendere dispositionẽ prę-cedentem, *l. si quis ita legauerit. ff. de aur & argen. lega.* Cum igitur Vlpia. ibi loquutus primo fuisset de crimine, cum sciret arctiorem esse ipsius significationem, quam ipse intenderet: ideo vt omne genus peccati latissime comprehenderet, addidit, siue delicti, cuius vocis significationem latiorem esse sciebat. Sed ꝙ ad differentiam glo. attinet, certum est tex. quem ipse pro hac differẽtia adducit. s. d. l. 1. C. si aduer. delict. non probare, ꝙ intendit, imo apparet hæc duo nomina confundi & pro eodem sumi: nã ꝙ primo crimen vocauerat, idem postea & delictum & noxiã vocauit, ꝙ & passim in omnibus titulis lib. 46. 47. & 48. videre licet, in quibus indifferenter Iurisconsulti vtuntur his duabus vocibus, crimen & delictum. de qua tamen re j. dum de criminis significatione loquar, latius differam. Sed & hæc differentia inter delictum & crimẽ assignari solet, ꝙ criminis nomine capitalis fraus intelligatur: delicti vero priuata noxia, ideo inscribit titulus de priuatis delictis, ff. & Instit. de oblig. quæ ex delicto. item & de obliga. quæ ex quasi delic. ꝙ etiam probatur in l. quis sit fugitiuus. §. noxas. ff. de ædil. edi. ibi, quæcunque committunt ex delictis, non ex publicis criminibus, quamquam aliquando & priuata crimina dicuntur *in l. 1. §. 1. ff. de pœn.*

Sine dictio.

¶ Sed non spernenda ex præmissis insurgens difficul-
3 tas, †an actus, qui de iure communi prohibitus est, & ꝓ delicto habetur, si per statutum vel nouam legẽ immunis fiat à pœna, an nihilominus comprehẽdi debeat sub alio statuto vel lege loquente de pœna? & videtur non compræhendi, quia quod pœnam non meretur, delictũ non est, *l. 1. per totam. & l. seq. ff. ne quis eum.* vbi quod contra edictum facit, qui in ius vocatum vi eximit, *vt dicitur in l. 2.* & tamen *in d. l. 1. §. Offilius, qui est vltimus*, dicitur, quod nõ delinquit, qui vi eximit eum, qui vocatus est in ius, cum tamen vocari non debuisset. ex quo text. hoc colligit ibi Bald. quem sequitur Paul. quod illud, quod fit illicite, si pœnam non meretur, delictum non est. At in contrariũ primo facit lata istius vocabuli significatio, *de qua supra.* Secundo tex. *in l. at si quis. §. pen. incipit, Diuus autem Marcus. ff. de relig. & sump. fune.* vbi Vlpia. ex rescripto Diui Marci inquit, quod qui prohibet funerari ab eo, quem testator eligit, non recte facit, pœna tamen in eum statuta non est. Tertio vrget clarior tex. *in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis.* vbi quod delinquunt homines aut ex proposito, aut impetu, aut casu. dicitur ergo delictum tam quod ex proposito, quam quod impetu vel etiam ex casu admittitur, & tamen certum est illud, quod casu fit, si nulla intercedat culpa, non puniri, *vt ibi per gl. in ver. casu.* Quarto confirmat hanc sententiam, quod Bar. tradit *in l. 1. ff. de ijs, quibus, vt indign.* vbi ex illo tex. obseruat, ꝙ offensa dicitur, & iniuria, etiam si pœnam non mereat. Quinto confirmatur ex doctri. Bal. *in l. decuriones. C. de ijs,*
4 *qui no. infa. in vers. nota ergo.* † vbi si extat statutum, ꝙ Mal- Malpagus.
pagus (sic enim vocat eum, quem fraudatorem vel de- Fallitus.
coctorem Latini, nos materno sermone Fallitum dicimus) possit impune offendi, & alio statuto caueatur, ꝙ iudex possit de quolibet delicto inquirere, si decoctor ille vel malpagus offendatur, concludit Bar. contra aliorũ opi. quos ibi reprehendit, quod iudex poterit de hoc facto tanquam de delicto inquirere, ex forma secundi statuti de delicto loquentis: nam (inquit ipse,) licet possit ille impune offendi, offensa tamen illa non desinit esse: ideo delictum dato, quod exequutio pœnæ per statutum prohibeatur, inferens hanc consequentiam eroneam esse, non imponitur pœna, vel pœna pro hoc facto imposita tollitur: ergo delictum non est, quia separatorum separata debet esse ratio. *l. Papin. exuli. ff. de minor.* Et licet Barto. in hac specie *in l. vbi pactum. C. de transa.* videatur contrarium tenere, tamen (inquit Bal.) Ego dico, quod est delictum attento iure gentium. *l. vt vim. ff. de iusti. & iure.* Sed & omisso iure gentium dicit Bal. tria esse perpendenda in statutis præmissis, factum, obligationem, & sententiam: & ideo sicut in contractibus reperitur aliquis contractus sine obligatione, qui tamen retinet nomen contractus, *vt no. in l. 1. in prin. ff. de pact.* ita in delictis erit: nã facto homicidio impunibili, puta in personã banniti vel exulis, si ipsum factũ attẽdimus, homicidiũ quidem & delictum est quoad perpetrantem, ꝙ si obligationẽ respicias, certe nulla erit obligatio, quæ licet cesset, non tamen tollitur nomen delicti, *allegat l. si quis vxori. in prin. ff. de fur.* similiter & si sententiam consideres proferendam, cum nulla præcedat obligatio, absoluendus erit: aliud tamen esset, subsequitur Bal. si statutum diceret, quod bannitus possit licite & impune occidi, quia vox illa, licite, operatur ꝙ non sit maleficiũ, aut delictũ, *allegat l. 3. § transfugas. ff. ad l. Corn. de sicar. & l. 1. & 2. C. quando licet. se sine iud. vind. & l. qui aggressorem. C. de sicar.* quæ tamen iura minime probant, quod intendit, & cum hac opi. Bal. resident etiam Paul. ibi. Neq; ei aduersatur Bar. *in d. l. vbi pactum.* vt refert Bald. quinimo videtur cum ipso Bal. cõcordare. ibi enim in pen. col. nu. 10. pro-
5 ponit quæstionem talem. †Statuto cauetur, ꝙ bannitus possit impune offendi, quidam bannitum offendit, iudex volebat inquirere prout poterat pro quolibet delicto, reus non audebat in iudicium venire. Amicus quidam exceptionem impunitatis ex forma statuti ad eius defensionem allegabat: dubitabatur, an deberet hic excusator audiri? & respondet Bar. ꝙ sic, & quod iudex absoluere tenebitur, neq; vlterius poterit procedere, si legitime doctum fuerit de banno. Bart. ergo non negat hoc delicti nomen amisisse, quinimo admittit esse delictum, cum admittat posse inquiri & procedi, donec doceatur de facto impunibili ex forma statuti, & tũc quoque vult eum absolui debere: ergo si delicti nomen non retineret, absolui non debuisset, cum priuatio præsupponat habitum, *vulg. l. decem. ff. de verb. oblig.* constat ergo, vltimã hanc opin. secundũ præmissa, veriorem & magis communẽ, ꝙ appellatione delicti veniat & delictũ impunitũ ex forma statuti: secus aũt esse, si statutũ diceret licere tale delictũ admittere, vel licite posse quẽ occidi.

¶ Attamen si diligentius attendamus, non puto cum suprascripta resolutione residendum: nam vt ab hoc vltimo capite incipiam, quod scilicet quando statutum dicit, quem posse licite occidi, quod illud non possit

appel-

appellari delictum, mihi hoc falsum videtur. non enim puto statuentes eam habere potestatem, vt quod iure naturæ, vel gentium vel ciuili, communi tamen delictũ est, delictum non sit, licet pœnã pro eo statutam possint remittere atque iudici suo inhibere, ne puniat, vel ne etiam inquirat, & hoc idemmet Bald. dixit *in cap. 1.2. lect.* 6 *num. 2. de iudi.* dum quærit, † an stante statuto quod bannitus licite occidatur, talis exceptio quod erat bãnitus, sapiat innocentiam, adeoque non dicatur delictum? Et concludit, quod quoad considerationem delicti, non sapit innocentiam, quia non potest esse, quod nõ sit homicidium, & successiue delictum, quo vero ad pœnam similiter non sapit innocentiam, sed tantum effectũ innocentiæ: idem quoque sensit expresse Bald. in statuto disponente, quod bannitus possit licite & impune offendi, *in l. 1. C. de confess. col. 9. vers. iuxta hoc pone. num. 47.* vbi quod non obstãte voce illa licite, in statuto posita, vult, quod procedat accusatio, & necessaria sit exceptio, ℣ bannitum occiderit: quia inquit, apparet delictũ in prima sui figura, neque potuit statutum hoc facere, quod homicidium in bannitum esset licitum, quia aduersaretur iuri naturali, ideo non valeret, *vt per omnes in l. omnes populi. de iust. & iu. §. vlti insti. de iure natu. gen. & ciui. Innoc. in c. vlti. extr. de consue.* licet quoad pœnam potuerit eam remittere, quia non est de iure naturali: subdens quod exceptio ista, bannitum occidi, est exceptio iuris, non facti: quia quoad factum hoc quoq;, sicut & quodlibet aliud homicidium est & delictum: nam vt inquit idẽ Bal. 10 *in l. 1. C. si à non comp. iud. in 2. col. vers. vlti. nota homicidium.* homicidium nunquam potest à priuato committi sine dolo, etiam si ex forma statuti sit impunitum: potest enim statutum vtique velare (vt eius verbis vtar) delictum, nõ tamen potest tollere, *allegat l. accusationis. C. quod me. cau.*

7 Quo vero ad primum caput conclusionis prædictæ, †℣ s. si statutum tollat pœnam, quod non censeatur tollere delictum, & ipsius nomen, puto sic distinguendum esse: aut enim delictum illud erat de genere prohibitorum iure naturali, gentium, vel communi, & hoc casu admitto sublata pœna remanere tamen delictum ex præmissis rationibus: sed si delictum illud nouum esset & ex forma statuti inductum præter ius commune, hoc casu puto sublata pœna & nomen delicti sublatum esse, quia remanemus in terminis iuris communis, quo iure delicti nomen non habebat, & hoc casu cessant omnes rationes supra adductæ, quia statutum nulli iuri cõtrariatur. at in quæstione primo loco proposita, an scilicet si statutum dicat bannitum posse impune occidi, & aliud extet statutum, quod pro quolibet delicto possit iudex inquirere, puto omnino in hoc vltimo non comprehẽdi homicidium in personam banniti commissum, non ex eo, quod delictum non sit, cum imo vere sit delictũ: sed ex ea ratione tantum, quia cum statuta ita sint interpretanda, ne superflua sint, & sine effectu, *l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisq; iur.* non video, quomodo statutũ concedens licentiam iudici inquirendi de omni delicto cõprehendere possit delictum inefficax, quod scilicet puniri non potest. Ideo quanquam fideiussor possit accedere omni obligationi validæ, non tamen poterit accedere obligationi validæ quidem, sed inefficaci, *vt est gloss. communiter approbata. in l. 2. in gloss. vltima. ff. de cond. ob* 8 *turp. causam.* †nam & si statutum puniat quemcũque debilitantem membrum aliquod, non habet locum in debilitante membrum inutile, *vt per Bald. in l. 1. in vltima col. C. de adil. act. & in authent. sed nouo iure. vlti. column. C. de seru. fugi.* immo & beneficia, quæ sui natura late sunt interpretanda, non extenduntur ad inefficacia, *vt per Bald. in l. si mater. C. ne de statu defunct. & per Petr. de Ancha. in clem. 1. de concess. præben.* Cum igitur inquisitio, dato, quod fieret, esset inutilis futura ratione illius delicti, quod impunitum remanet, ergo statutum de inquirendo pro omnibus delictis ad illud extendi non potest. quod & si recte perpendatur, in terminis nostris videtur voluisse Bald. *in l. data opera. C. qui accu. non poss. colum. 2. in fi. ver. quæro, vtrũ* 9 *maleficium commissum.* dum quærit, † an qui ex forma statuti tenetur denunciare omnia delicta, teneatur denũciare delicta, quæ puniri non possunt. concludendum ergo delicti appellatione verè, & propriè venire delictum, quod de iure quidem communi delictum est, sed per statutum est impunitum, vbicũque aliquis effectus inde sequi potest, alias autem non, ne superflue & frustratorie ac sine effectu reddantur dispositiones quoad tale delictum. at si delictum ipsum nõ per statutum solummodo, sed ipsomet iure communi impunitum est, tali casu censeo verè delictum non esse, neq; delicti appellatione contineri. exemplum, de iure gentium, & communi patriam primo, mox parentes defendere teneor. *l. veluti. ff. de iusti. & iu.* quanquam igitur horrendum sit delictum parricidij, attamen si patrem proditorem patriæ occido, vt patriam ipsam tuear, vel liberem; hoc parricidium erit profecto sine scelere, & sic non poterit nomine delicti comprehendi, cum imo & laudãdus sit, & præmio afficiendus, *vt probat tex. apertus in l. minime. ibi, sine scelere patrem occidisset. ff. de religio. & sump. fun.* sic & si quis pro necessaria corporis sui tutela hominem occiderit, homicidium quidem erit, sed non delictum, quia hæc species nullo iure prohibetur: quinimo leges ipsæ naturæ armant nos, vt nobis insidiantes occidamus, *vt habetur in l. vt vim. ff. de iust. & iur.*

¶ Postremo, neque volui hoc præterire, quod & si apud Latinos authores, † *delinquor*, verbum passiuæ significationis non sit in vsu: attamen Papini. *in l. si aduersus. cum incestu. §. fratres. ff. ad l. Iul. de adul.* vsus est verbo, delinquitur, in passiua significatione, dum dixit, adulterij crimen, quod post pubertatem delinquit, quod alibi nunquam memini me legisse apud probatos authores, cum tamen in impersonali sepius legatur. † Sed neque hoc o- 11 mittẽdum duxi, quod Tul. differentiam facit inter peccare & delinquere, vt minus putet esse peccare quã delinquere, vnde Cic. de Inuen. lib. 2. nam necesse est eũ, qui velit peccare, aliquando primum delinquere.

## CAP. VIII.

## *De Maleficio.*

### SVMMARIVM.

1 *Maleficium generale nomen est, & vnde compositum.*
2 *Maleficium culpose præsumitur factum, nisi contrarium probetur.*
3 *Maleficium quod proprie dicatur.*
4 *Culpa longe maior est in faciendo, quàm in omittendo.*
5 *Maleficium proprie factum, large vero etiam non factum continet.*
6 *Bannitus propter contumaciam, an dicatur bannitus ob maleficium.*
7 *Consilium ad maleficium præbens, an maleficium fecisse dicatur.*
8 *Maleficium an proprie dicatur nondum consummatum.*
9 *Maleficij appellatione, an & quando Maledictum, Malescriptum, & criminose Consultum comprehendat.*
10 *Statuto de maleficijs nocte commissis loquente, an & quando iniuria verbo & scripto facta contineatur.*
11 *Malefici speciali significatione qui dicantur.*
12 *Maleficium proprie & vere dicitur, in quo dolus inest.*

1 MALEFICIVM similiter† nomen est generale, omnia delicta comprehendens, omneque male actum, siquidem compositum est à male & facio, quasi dicas male factum. & quamquam hoc nomen malum, pluribus modis in iure capiatur, *vt not. Archid. in c. quia habetis 14. q. 5.* tamen in proposito capitur malum pro delicto, quod pœnã mereatur, & eo quidem voluntario, quia hoc vere malum dicitur, in quo cadit culpa & pœna, *vt inquit Ambro. in ca. illa cauenda. 5 q. 1.* ideo dicebat Bald. *in l. vltima. C. manda. ℣* id, quod male agitur non dicitur sine culpa: & quod hæ

voces, malus, malum, capiantur pro delinquẽte vel pro delicto, *probat tex. in l. 3. ff. de offi. præsid.* vbi quod Præses debet purgare prouinciam malis hominibus, id est facinorosis & delinquẽtibus. *ad idem. opti. tex. in l. 1. C. si aduers. delict.* ibi, malorum mores, &c. ex qua quidem vocabuli
2 deriuatione argui potest, †ꝙ omne maleficium regulariter præsumatur male. i. culpose actum, nisi cõtrarium probetur, *& videtur probari in l. 1. C. ad l. Cornel. de sicar. in l. si non conuicij. C. de iniur. & in c. 1. de præsump.* vbi glo. in ver. ludens, concludit, quod omne maleficium praue præsumitur actum. *& simil gl. in ca. sicut nobis in ver. exprimatur. in fi. extra de sen. & re iud.* de quo tamen latius infra suo loco tractandum erit.

Et cum dixerimus maleficium à faciendo deductum,
3 sequitur, †quod proprie illud dicatur maleficium, ꝙ in faciendo consistit, non in omittendo, vel negligendo, quod probat tex. *in l. iniuriarum actio, si quis in honorib. ff. de iniur.* vbi Alberic. ex hoc decidit pulchras quæstiones, ꝙ s. si quis cõdemnatus est ex eo, ꝙ non fecit, nõ comprehendetur in statuto loquente de damnatis ob malefi-
4 cium. †longe enim maior est culpa, quæ versatur in faciendo, quam quæ in omittendo. *l. si mora. ff. solu. ma. quod & tenuit idem Alberic. in l. 3. ff. de crim. stellion.* cui tamen decisioni videtur aduersari gl. *in l 2. in prin. in ver. in dando. de ver. obli.* vbi concludit Accur. quod sub stipulatione faciendi, comprehendetur etiam non facere, *quod etiã videtur probare tex. in d. l. 2. §. vlt. quem ibi ad hoc ponderant Barto. Alex. Ias & tex. etiam allegatus per gl. in §. si vxor. Insti. de nupt. ibi abstinuerint, &c.* & ne forte respondeatur illud in contractibus procedere, qui pœnales non sint, dico idẽ quoque videri in pœnalibus probare text. *in l. cum quid. ff. de verb. oblig & in §. vlti. Insti. eo.* vbi quod ad hoc, vt committatur pœna addita stipulationi continenti non facere, sufficit si dictum sit, si contra ea factum non fuerit, quẽ tex. simul cum precedenti ad hoc ponderat Alex. *in l. vbi autem. §. qui id quod. ff. de verb. obl.* reprehendendo Petr. de Anch. qui contrarium sensisse videbatur. hoc idem late comprobat Bald. Nouel. *in quodam suo cons. inserto inter consil. Corn. consi. 99. Dominus Baldus, 1. vol. pro quibus prater per eos dicta facere videtur not. decis. Barto. in l. vbi pactum, mihi in 3. col. in fi. C. de transact. vbi etiam Bal. in col. vlt. in prin. nu. 9.* qui dicunt, quod clausula ista, non petere, non agere, factũ
5 continet, vt pœna committat. †quare conciliando hæc, quæ contraria videntur, dicendum est, quod nomẽ hoc maleficium, de sui proprietate factum tantum comprehendit: largo autem modo sumpta eius significatione etiam non factum continet, quod quidem probat text. *in l. qui non facit. ff. de reg. iur.* vbi dicitur, quod qui non facit, quod facere debet, videtur facere aduersus ea, quia hoc non facit. cum ergo loquat tex. per hoc verbũ, *videtur*, manifeste indicat eum, qui nõ facit, i. omittit facere, 10
impropriè dici facere, put ea est natura verbi, videt, *vt not. in l. naturaliter. in prin. ff. de acq pos. & per gl. & Bar. in l. nemo. de resti. in integ. cũ simil.* & hanc distinctionem videtur tenuisse Bal. *in l. ignorantia. in fi. C. de crim stellio.* quo fit, vt cum verba in statutis proprie sint intelligenda, regulariter appellatione maleficij, non comprehendat omissum vel neglectum, nisi subiecta materia aliæue coniecturæ diuersum suadeant.

Videtur dictio, nota Improprietatis,

6 ¶ Ex quibus etiã decidi potest illa quæstio, † an bannitus propter contumaciam, dicatur bannitus ob maleficium, & per consequẽs an possit habere dignitates, à quibus per statuta arcentur banniti ob maleficium? Nam omissa disputatione ad partes, vera videtur decis. Bar. *in l. omne delictum. ff. de re milit.* quod si contumax fuit, dum vocatus esset pro aliquo delicto, pro quo veniret infligenda pœna criminalis, dicetur bannitus propter maleficium, quamquam contumacia sit delictum in omittendo, *vt dicit Bal. & ibi Alex. in l. si mora. ff. sol. mat. & idẽ Alex. declarat in apposti. ad Bar. in d. l omne delictum.* & ratio esse potest, quamuis ipsi hanc non considerent, quia nõ dicitur isto casu bannitus iste propter contumaciam tanquam propter delictum ipsius contumaciæ, sed bannitus est propter delictum, pro quo accusabatur, vel contra eum inquirebatur, ꝙ quidem probatum est per cõtumaciam, quæ est ficta confessio. sicut ergo si vere per confessionem suam ore proprio factam fuisset condemnatus, non diceretur de cõfessione damnatus tanquã de delicto, sed de ipso principali delicto per confessionem probato: ergo idem in confessione ficta dicendum est: quia idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero, *vt per Bar. & alios in l. si is, qui pro emptore. de vsucap. cum concord.*

¶ Pari ratione ex præmissis decidi posset illa quæstio,
7 †an qui consilium præbuit ad maleficium, maleficium fecisse dicatur. In qua Bar. videtur tenuisse quod non, *in*
8 *l. aut facta. in prin. in fi. commen. ff. de pœn.* Item illa, †an maleficium proprie dicatur, quod nondum fuit perfectũ & consummatum, cum verbum hoc, factum, exponat sæpe. i. perfectum, *iuxta tex. in l. vlti. ff. de mor. infer.* & in criminalibus est tex. *in l. fugitiuus. ff. de verb. sign.* de quib. quia infra aptiori loco tractabunt, ideo hic pluribus nõ ago.

9 ¶ Sed hæc quæstio nullo modo omittenda, †an scilicet Maledictum comprehendatur appellatione maleficij? Et certe si proprietatem spectes vocabulorum, aliud est dictum, aliud factum, vt & Bar. tradit *in d. l. aut facta. ff. de pœn.* vbi propterea infert, quod si extet statutum, ꝙ pro maleficijs nocte commissis duplicetur pœna, non verificabitur in iniurijs nocte prolatis. concludens tamen quod ex latiori significatione maledictum & malescriptum comprehendet appellatione maleficij, quod dictum resoluit obiectionem, quam quidã faciebant contra Bar. de glo. *in ver. iniuria. Instit. de obli. quæ ex delict. in prin. & gl. in ver. consistunt. in l. ex maleficijs. ff. de act. & obl.* vbi dum illi tex. loquuntur de maleficio, & exponunt exemplificando veluti ex furto, rapina, damno, iniuria, dicit Accurs. notandũ quod iniuria, quæ fit & verbo & scripto, dicitur oriri ex maleficio: nam id quidem non ex proprietate vocabuli verum est, sed latiori sumpta significatione, *vt dictum est.* & ideo Alciat. *in l. verbum facere. ff. de verb. sign.* dicit, quod ex generali, & latiori significatione vocabuli appellatione maleficij, comprehenduntur dicta, scripta, & consulta criminose. Sed quod attinet ad decisionem quæstionis propositæ per Bar. Alciat. *in d l. verbum facere*, tenet opin. Bar. quod non comprehẽdantur iniuriæ non simpliciter ex vi proprietatis huius vocis maleficium, sed ex ratione ipsius statuti, quam fuisse dicit, ne à nocturnis tenebris occasione sumpta delicta vel facilius vel grauiore cum noxa fierent. quæ ratio in iniuriarum crimine non ita procedere videtur. Ego vero quanquam magna sit, & Bar. & cæterorum, qui illum sequuntur, authoritas: si veritati locus esse dẽt, puto in
10 specie proposita cõtrarium verius, †quod scilicet in statuto loquente de maleficijs nocte commissis, comprehẽdat & iniuria verbo & scripto facta, in qua noctis captata occasio videatur. Nullus enim negabit ex cõmuni vsu loquendi, maleficia dici etiam famosos libellos & atroces iniurias verbales, quæ famã & pudicitiã præsertim lædant: & certum est, ꝙ etiam in statutis, & illis quoq; pœnalibus, & odiosis communis vsus loquendi præfertur ipsi proprietati verborũ, *vt tradunt omnes Scrib. in rubrica. ff. de no. oper. nunc. & per Bar. in l. libellorum. §. sed si aliud. ff. de accu. & per Alb. in c. per tuas. 2. colum. de probati. & in c. 2. in prin. de arb. & in specie Bart. in repe. l. omnes populi. in 6. q. vers. iuxta præmissa quæro. ff. de iusti. & iure. & per eundem, quẽ cateri Scrib etiam sequuntur in l. non dubium. C. de legi. quinimo dixerunt Ant. de But. Abb. & Fely. in proœ. Gregor.* quod si extet statutum, quod verba statutorum proprie, & prout iacent, intelligenda sint, & ad literam: tamen intelligent secundum communem vsum loquendi. Præterea cõsidero rationem statuti, quam etiam Alcia. considerabat, ꝙ scilicet ideo noctis mentionem fecit, vt tolleret occasio temporis, quo commodius delinquitur, & securius occultantur delicta. ex qua ratione, præsertim cum

alia

alia reddi non possit, certum est statuta interpretatione sumere, *l. cum pater. §. dulcissimis. & ibi Bar. Imola, & alij, ff. de leg. 2. pul. tex iuncta gl. in l. si is, qui animo. vbi etiam Paul. & alij, ff. de acquir. possess. in l. milites agrum. in prin ff. de re milit. l. adigere. §. quamuis. vbi Bar. ff. ad l. Aquil.* ideo cum experientia ipsa nos doceat, vt plurimum & frequentius quidē nocte famosos libellos affigi, item & plures iniurias cantibus turpibus ac fœdissimis proferri à procacibus, tum contra graues viros, tum contra matronarū virginū, ac aliarū mulierū honestatē, nō video cur in dicto statuto hęc turpiter dicta, scripta, vel depicta, q̄ etiā valde ciuilē perturbāt societatē, si quid est aliud in tali statuto, non comprehendant, cuius mens fuit duplicare pœnā, vt dictum est, vt & si aliquāto tutior sit, qui nocte delinquit, ne deprehendat. grauitate saltē pœnæ absterreat ne delinquat: neq; video quam iustū foret colaphum vel percussionem noctu factam dupli pœna puniri. inhonestos autem hos famosos libellos, & strennas infames etiam noctu affixos, quibus familiarum honestas lædit, & deturpat, non sine totius ciuitatis perturbatione summaq; indignatione tali pœnæ non subiacere, quare & hæc delicta omnino tali statuto comprehendi semper iudicauero, prout & blasphemias in Deum, quod & vī sensisse Bald. *in l. ignorantia. in fi. C. de crimi. stellionatus.* vbi refert Bart. consuluisse, quod si statutum dictat pœnas delictorum in prætorio commissorum duplicari, si quis maledixerit Deo, vel iniuriam contra aliquē, in prætorio protulerit, non propterea duplicabitur pœna ea (quā & hic allegat) ratione, q̄ scilicet proprie maledictū non dicitur maleficium, & tamē Bald. ibi contrarium tenet ex ratione statuti, quæ fuit loci frequentia, ob quam atrocior fit iniuria. *§. atrox. Institu. de iniurijs.* quæ ita militat in dicto sicut in facto, cuius opinio contra Bar. communis est, *vt per Alex. in apostil. ad Bart. in d. l. aut facta. quod etiam confirmauit idem Bald. in l. vltima. C. vi bo. rapt. & eum sequitur Angelus de Aret Institu. de oblig quæ ex delicto. in princ. in gloss. in ver. iniuria. & in hanc meam sententiam inclinare videtur Angel. idem de Aret. in suo tractatu malefi. in verſ. verba iniuriosa, & contumelioſa, num. 5. & 11. & ibidem August. de Arimi. in additio. licet libri mei sint valde corrupti, & idem quoq; contra Barto. videtur tenere Catal. de Boncomp. in suo tracta. sindica. quæstione septuagesimatertia, incipien. adde, quod statutum duplicans pœnas, quem August. de Arimin. prædallegato loco corrupte allegat,* qui tamen nil prorsus allegant contra Barto. quod vrgeat, vel quod supra nō fuerit dissolutum, vt quilibet videre poterit. Dicit tamen ibi Catal. quod cum quidam iudex voluisset sequi doctrinam Bartoli prædallegatam, vix euasit in sindicatu. ex quibus similiter non puto indistincte admittendam conclusionem, quam in hac materia facit Alexan. *in consi. 77. in causa accusationis, numero decimo, primo volum.* vbi voluit, quod in statutis duntaxat conformibus iuri communi, appellatione malefic j, comprehenditur etiam maledictum: secus in iis, quæ sunt iuri communi contraria, cum immo verius sit appellatione maleficij, semper & quocunque casu comprehendi maledicta, & scripta, concurrente tamen eadem ratione, ac etiam communi vsu loquendi, vt supra dictum fuit. quare si quis non captata occasione tēporis noctis contra aliquem iniuriam protulit, sed quia ità casus contingens dedit, & iniuriam protulit nō se occultans, sed palam, & apertè etiam interdiu eandem prolaturus: certe hoc casu non putabo talem iniuriam sub statuto loquēte de maleficiorum nocte commissorum pœna duplicāda comprehendi, non ex vi, & proprietate verbi maleficiorum, quam solam considerat Bart. sed ex eo, quia deficit ratio statuti, cum talis iniurians non quæsierit occasionem occultandi delictum, & iniuria ipsa leuior sit, si noctu fiat, vt pote in minori frequentia hominum quam si interdiu, vt ex se patet.

11 ¶ Quod autem † malefici speciali significatione dicāt incantatores, & sortilegi, *vt in rubrica. C. de malefi.* & tradit Alcia. in d. l. verbum facere. de verbo. sign. id nunquam reperi apud probatos authores Latinos, neque etiam apud Iurisconsultos nostros, quo fit, vt barbara sit potius vox in eum sensum, quam à Latinis recepta, prout etiam apud Cano. in titu. de frigidis, & maleficiatis, nemo negabit barbaram esse vocem illam, maleficiatis: nā vere maleficus ille dicitur, qui malum, id est damnū infert, vt & apud Plau. & Tullium, & alios facile reperies.

Malefici vox barbara in hunc sensū sumpta dici nequit, sed potius, cū generis nomen sit, κακοεργοῦ κακοῦ, ab Imperatoribus & cadente imperio Romano à vulgo, eam vocem pro incantatoribus vsurpatam fuisse, specifica significatione ob insigne nocendi studium, quod in eius generis maleficis est: hoc etiam sensu ea voce Lactantius vsus est, libr. 2. de orig. err c. 17. Vide Pet. Gregor. in Syntag. lib. 34. cap. nu. 2.

¶ Maleficium † porro id proprie & vere dicitur, in quo dolus inest: at si culpa tantum inerit, quæcunq; ea fuerit, maleficium non est, sed is, qui id admisit, dicitur quasi ex maleficio teneri, *vt tradit Caius in l. ex maleficijs. §. si iudex. ff. de actio. & obliga.* cuius verba prope ad literā refert Iustin. Institu. de obliga. quæ quasi ex delicto nascūtur. Maleficium ergo erit proprie, in quo dolus inest, quasi maleficium in quo culpa. & hęc de maleficij significatione dicta sufficiant.

## CAP. IX.

## *de Crimine.*

### SVMMARIVM.

1 *Crimen, quid proprie & improprie sit. & nu. 3.*
2 *Crimen quatuor modis sumitur.*
4 *Statuto dictante, quod Bannitus pro crimine impune offendi possit, bannitus pro ludo continetur.*
5 *Crimen illud proprie dicitur, quod in publicis iudicijs deduci, & pro quo criminaliter tantum agi potest.*
6 *Criminis vox pro Accusatione etiam sumitur. Item Criminari, & Criminatio. nu 8.*
7 *Actio est forense nomen iuris, modum agendi significans.*

1 CRIMEN † proprie est peccatum, siue delictum accusatione & damnatione dignum: quanquam vt & cætera vocabula sæpe latiorem habeant significationem, vt cuiuscunq; generis delicta comprehendat, & peccata, vtrūque probat tex. *in capitul. vnum orarium, §. nomine autem criminis, vigesimaquinta distin.* & in eodem capitulo, in §. criminis, dicitur: criminis appellatio late patet, complectens omne peccatum, quod ex deliberatione processit. sic & Grat. *in princ. distin. octuagesimaprima,* exponit crimen, id est peccatum mortiferum. & ideo August. *super Io. cuius verba habentur in capitulo primo. 81. distin.* exponens verba Pauli, inquit, Apostolus Paulus quādo elegit ordinandos vel presbyteros vel diaconos, & quicunq; ordinandus est ad præposituram Ecclesiæ, non ait, si quis sine peccato est, (hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, & nullus ordinaretur:) sed ait, sine crimine est, sicut est homicidium, adulterium, immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, & cætera eiusmodi. & statim definiens crimen proprie sumptum inquit: Crimen autem est graue peccatum accusatione, & damnatione dignissimum. Et alibi quoque in capitulo, placuit, decima, quæstione prima, exponitur hoc verbum, crimen, per exempla in hæc verba: Doceant, vt vniuersa crimina fugiāt, id est homicidium, adulterium, periurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera.

¶ At glos. *in dicto capitul. vnum orarium, §. criminis. vigesimaquinta distin.* † dixit quatuor modis posse sumi hoc nomen, crimen, primo pro omni delicto siue peccato tam mortifero, quam venia digno, siue ex deliberatione, siue ex ignorātia procedat, iuxta illud, Nemo sine crimine viuit. Secundo modo crimen dicitur infamia ex crimine procedens. Tertio peccatum illud tantum, quod deliberate committitur, siue sit mortale (vt ipsa dicit,) siue veniale. Quarto sumitur pro illo duntaxat peccato, q̄ est dignum depositione. Sed quia neq; omnes hi modi lege probantur, & non admodum spectāt materiam nostram, ideo non insisto pluribus: sed q̄ satis erit hoc loco explicasse, † id pro certo habendum est crimē proprie dici delictum siue excessum accusatione, & pœna criminali dignum, *vt in prædallegatis iur. & sequitur post Gofre.*

2 3

*Specul.in rubrica. de crimi. & eorum cogni. numero secundo, & probat tex.vbi etiam not.omnes in lege, transigere. C de transactio.* impropriè vero & largius, maximè si communem vsum loquendi sequamur, hæc appellatio comprehendet omne delictum, etiam si leue sit: nam & ludus prohibitus,criminis appellatione continetur, *vt voluit Bart. in proœm.ff. in §. illud vero.per illum tex.* ibi enim Imperator prohibet ludos,& alia crimina,ergo ex vi relatiui,alius, infert & ludum esse crimen, *authen. qui semel. C. quomodo, & quando iud.capitulo vltimo, de pact. in sexto.* ex quo decidit
4 ibi Bart.o.†quod si statutum dictet, quod bannitus pro crimine possit impune offendi, poterit bannitus pro ludo etiam offendi impune,& ita dicit fuisse iudicatum Perusij, quod ego quoque verum arbitror non tam ex eo,quod ludus sit crimen ex sui natura,sed quia lex prohibet, & etiam quia statutum considerat tantummodo pœnam banni,cuius odio vult bannitos tãquam hostes impune offendi posse,at iste,de quo loquimur, bannitus quidem est,ergo.

5 ¶ Sed & vnum,quod forte alibi non reperies, attentare audeo,†quod illud proprie crimẽ dicitur, quod in publicis iudicijs deduci potest, & pro quo criminaliter tantum nõ ciuiliter agi potest: nam quod priuati est iudicij, & potest etiam ciuili iudicio persequi delictum, potiusquam crimen appellandum puto.video enim crimen expilatæ hæreditatis, dici non delictum & eo nomine conceptam rubricam in Pandectis,& C. de crimi. expil.hæred.Sic & crimen stellionatus, crimen sacrilegij, & crimen peculatus, in quibus titulis vix semel reperies alio nomine præmissa vocari quã criminis, quia scilicet in his criminaliter tantum, non ciuiliter agitur. Econtra vero video titulum de priuatis delictis per nomen delicti,non criminis conceptum,quia scilicet priuata delicta,quamuis & ad vltionem pertineant, vt iniuriarum,sepulchri violati,termini moti,furti,& simil. ciuiliter tamen plerunq; non criminaliter intentantur. *l prætor edixit. §. 1.ff.de iniur. l. sepulchri violati actio. & l.de sepul.viol.ff.de sepul.viol.& l.vlt.ff. de fur.* adeo vt si aliquod sit delictum priuatum, ꝙ ob aliquam annexam qualitatẽ transeat in publicum, tunc video appellari crimen, ꝙ antea cum priuatum erat, delictum fuerat appellatum, *vt probatur in l.sepulchri violati crimen. ff. de sep. viol.* vbi tunc delictũ illud sepulchri violati, ꝙ est priuatũ,appellat crimẽ,qñ pro eo põt agi lege Corne.de vi publica,q̃ publici est iudicij. *Cõfirmatur insuper hæc mea opi.per tex. in l.quis sit fugitiuus. §. ꝙ aiũt ædiles.ff.de ædil.edi.ibi, eas noxas quæcunq; cõmittuntur ex delictis,nõ ex publicis criminib.* cõstat.n.ꝙ dum de delictis loquit,intelligit de priuatis,dũ loquit de criminib.intelligit de publicis. *Adde, quod hanc differentiã videtur recipere Accurs. in auth.qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor.in ver.deliquit.* nam dum in tex.dicit,qua in prouincia quis deliquit,aut criminum reus sit, gl.exponẽs verbũ, deliquit,inquit,vt de eo ciuiliter conueniatur. & quod subijcit,criminum reus sit,intellige, vt criminaliter accusetur.quæ etiã postremo suadetur ex eo, quod criminaliter & ciuiliter agi,sunt opposita,*d.l.vlti.ff.de fur.* ergo illud proprie dici crimen debet, pro quo criminaliter, non ciuiliter agi potest, cum criminalis actio à crimine descendat,vt causa respondeat causato. Non tamẽ sum adeo in hac opinione ambitiosus, vt negare audeam sæpe confundi hanc differentiã, & ideo crimen sæpissime etiã de priuatis delictis dici, *vt est tex. apertus. in l.infamẽ. ff.de pub.iu.& alibi sæpe.& in l.1.§.1.ff.de pœn.* Sed id ex latiori vocabuli significatione,nõ ꝓpria,sic dictũ credidero.

6 ¶ Criminis †quoque vox,non modo pro ipso peccato accusatione digno sumitur,sed etiam pro ipsamet accusatione,*vt probat tex in l.si crimen.C.de ord. cogn.& in l.qui cum natu.§.si tamen.ff.de bo lib.& in l.si cui crimen.ff.de accusa.* nam quod est actio in ciuilibus,& pecuniarijs causis, illud ipsum in criminalibus siue extraordinariis crimen dicitur. *l.nullum crimen patitur. ff. de reg. iuris.* sicut enim in ciuilibus dicimus, mutui, locati, venditi, depositi actio intentatur, ita dicimus homicidij, veneficij, adulterij crimen intentari, & vti contractus parit actionem, ita maleficium crimen: & sicut contractuum nomina ciuilia verba sunt significantia commercia, & negociatio-
7 nes,& sic ipsum factum.†Actio verò est forense nomen iuris, significans modum ipsum agendi. Instit. de actio. in princip.ita & hæc nomina Maleficium, delictum, facinus,ciuilia verba sunt factum ipsum significãtia: Crimen vero, & accusatio forensia, quasi dicas criminalis actio,*dicta lege.si cui crimen.ff.de accusatio.* quæ ex eo quoq; suadentur:nam cum suspectum dicimus tutorem,vt tãtum remoueatur,non etiam vt puniatur,dicimus quasi publicam actionem esse, quod si grauius quid admiserit,quo criminaliter sit puniendus,*iuxta l.primam, §.vlti. & l.2.de suspect.tuto.& in l.prima.§.solet.ff. de offi.præfect. vrb.* non eo casu actionem,sed crimen suspecti tutoris vocamus,*lege prima,ad finem princip.ff.de suspect. tut.* quasi loco vocis,actio,sit positum verbum,crimen,quod criminalem accusationem significat,& ideo non inepte glo. *in l. secunda.C. de generali abol.in ver. crimina.* exposuit crimina, id est accusationes criminum, in quam significationem sæpissime etiam apud Latini sermonis probatos authores reperies,vt apud Tullium in orat.pro Sylla,dum inquit,neque enim istorum facinorum tantorum tam atrocium crimen iudices P.Syllæ persona suscipit.& pro Balbo,his verbis:ita L.Cornel.de fortunis omnibus dimicare,vt nullus in delicti crimen vocaretur. Et in Verrem.3.Quæret non solum quemadmodum nostro crimini,verum etiam quo pacto suæ cõfessioni possit mederi.Et alibi pluries,*ad quæ apud nos bonus text. in l. prima.C. de ẽs,qui ad eccle.confugi.* vbi quod aliquando Iudæi ad Ecclesias Christianorum confugiũt,vt euitare possint crimina,id est accusationes, ideo crimen intendere dici-
8 tur *in l.vltima.§.1 ff.de accusationibus.* † Et criminari similiter,id est,accusare.*l.neganda.C.qui accusa.non poss.* sic & criminatio pro accusatione sumitur *in l. si accusatoribus. C. de accusatio.* de quibus tamen latius dicam in tertia parte huius tractatus, dum de verbis accusationem concernentibus disseram.

¶ Hoc loco forte non incongrue subnectenda fuisset illa quæstio inter Iurispe.non leuiter controuersa,quãdo scilicet causa dicatur criminalis, an ea duntaxat in qua pœna fisco applicat,an & ea,in qua pœna ipsi parti, quæ passa est iniuriam ascribitur.verum, quia hæc concernũt potius ea quæ substantiam criminalis causæ spectant,quam significationem verbi, ideo reseruaui eam inferius pertractandam commodiori loco,dum scilicet persequemur ea,quæ requiruntur ad hoc, vt iudicium criminaliter,non ciuiliter intentatum dicatur, scilicet in tertia parte, in qua omnia quæ ad iudicia, & praxim spectant,translata sunt,atque ideo inde petenda.

## CAPVT X.

## *de Excessu.*

### SVMMARIVM.

1 *Excessus,quotuplex sumatur.*
2 *Excessus nomine simpliciter prolato,delictum significatur.*
3 *Excessus legitimæ defensionis dicitur, cum in ea modum à lege præscriptum quis excedit.*

1 EXCESSVS † Latine ac proprie dicitur digressio quædam à proposita materia siue proposito argumento, in quam significationẽ capitur à Marcello *in l.iam dubitari nõ potest.ff. de hæredibus instituendis, quod & notauit Alciatus libro Parerg.secundo,capite 34.& in l. in bonæ fidei.num.13. C. de pact.* aliquando tamen sumitur & pro excessu è vita, vt apud Tul.tertio de finib. in his & excessum è vita & mansionem.& in primo Tuscul. neque excessu vitæ sic deleri hominem.& alibi sæpe.Sic & apud nos Vlpia.*in l.cum hic status.in princ.ff.de donat.inter vir.& vxor.* ibi, ante excessum diui Seueri.sic & in l. de fideicommisso. *C. de transact.* dicitur

citur, cum alter frater sine liberis vita excesserit. Excessus enim discessus dicitur, & excedere, id est discedere è prouincia, vt apud Paul. *in l. 3. ff. de offic. præsid.* qua ratione & qui terminos legis, vel alicuius mandati transgreditur, dicitur excedere, ideo excessus mandati dicitur, *in l. diligenter. ff. manda.* & Liui. in tertio, ita malle, si modus excedendus esset. Hinc puto factum esse, vt excessum appellauerint Canonistæ delictum, *vt in Rubrica, & toto tit. de excess. prælat. & in capit. cum illorum. extra, de sent. excom. & in cap. vlt. de sepult. & in cap. 2. de calum. & in c. olim. de rescrip.* quanquam apud nostros antiquos Iurisconsultos neque etiam apud approbatos Latinos authores vnquam le-
2 gisse meminerim, † excessus nomine simpliciter prolato, delictum significari, tametsi tolerari possit, cum teste Tull. Parad. vlti. peccatum est excedere licitum. Interpretes autem nostri in eam significationem sæpissime hoc vocabulo vtuntur, & ideo Bal. *in l. si quis in hoc genus. C. de episc & cler. quem refert Alex in apostil. ad Bar. in l aut facta. in prin. in verbo, importat delictum. ff. de pœn.* dixit, quod appellatione excessus, omne maleficium comprehenditur, quod tamen nulla lege comprobant. & idem dixit Andr. Sicul. *in cap. cum contingat. num. 5. per illum text. de foro*
3 *compet.* † Excessum quoque legitimæ defensionis appellant sæpissime interpretes nostri *in l. vt vim. ff. de iust. & iure. & in l. 1. C. vnde vi.* quando quis se defendendo excedit modum defensionis licitæ à lege præscriptum: ideo sæpe apud eos reperies scriptum, quem puniri pro modo excessus, de quo late infra suo loco disseremus.

## CAP. XI.

## *de Facinore.*

### SVMMARIVM.

1 *Facinus simpliciter prolatum, fere semper in malam partem pro delicto, crimineq; sumitur, & quando etiam in bonam. num. 3.*
2 *Accursii expositio, vt facinus pro dolo capiatur, non congrua.*
4 *Facinus & flagitium, in quo differant.*

1 VMITVR hoc † nomen facinus, fere semper, si simpliciter proferatur, in malam partem pro delicto & crimine, vt in lege, quoniam multa facinora, C. *ad legem Iuliam. de vi. in l. si quemquam. in fine. C. de episcopis, & clericis.* ibi, & eos, quos per facinus coinquinat, similis pœna comitetur, cui Luca. Phars. 5. adstipulatur, dum inquit.

*Facinus, quos inquinat, æquat.*

2 ¶ Neque congrua videtur † expositio Accurs. *in l. seruus non in omnibus ff de actio. & oblig. in verbo. facinus,* dum exponit facinus pro dolo, cum immo aptior sit expositio, vt facinus ibi pro delicto sumatur: nam vti supra Vlpia. dixerat, seruum, postquam ad libertatem peruenisset, teneri de eo, quod vi fecisset, dummodo vis à maleficio non abesset, ita & è contra, dum postea dicit, quod si aliquando vim commiserit, dummodo facinus absit, factus liber non punitur, hoc nomen facinus pro maleficio sumẽdum est: nam quod superius dixerat, dummodo maleficium à vi non abesset, ita è contra, nunc dixit, dummodo facinus absit à vi. sicut ergo Accurs. primo loco non ausus est interpretari maleficium, quod à vi non aberat pro dolo: ita & posteriori loco non recte interpretatus est facinus pro dolo, cum aperte Vlpianus ex præcedentibus voluerit intelligi pro quocunq; maleficio: quanquam enim nullum maleficium ordinaria pœna puniri possit, si dolus absit: attamen, & id certum est puniri quandoque extraordinarie maleficia sine dolo, vt supra ostensum fuit, dum de doli, & culpæ significatione differuimus: & aliud sit dolus, aliud maleficium
3 & delictum, vt superius probatum fuit. sic † & à facinore facinorosus semper in malam partem sumitur, vt apud Tullium in Catili. quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorũ. Et apud eundem, infra, de legibus. quod si pœna, si metus supplicij, non ipsa turpitudo terret ab iniuriosa, facinorosaque vita, nemo est iniustus. in bonam tamen plerunque partem sumitur hoc nomen, si aliquo adiuncto leniatur eius propria significatio, vt apud Salustium, qui aliquo negotio intenti præclari facinoris, aut bonæ artis famam quærunt. Et apud Tullium pro Rabirio, id facinus pulcherrimum esse iudicarem. & alibi sæpius, quod etiam apud nos scripsit Archidiac. summus verborum significationis obseruator, *in cap. flagitia, trigesima secunda, quæstio. septima.* sed & Tul. 7. in Verrem, videtur in latiori significatione assumpsisse facinoris nomen, quam sceleris, dum inquit: Denique vti C. Verrem, si eius omnia sunt inaudita, & singularia facinora sceleris, audaciæ, perfidiæ, libidinis, & cætera. Quin & Augustin.
4 tertio, de doctrina Christiana, † differentiam facit inter facinus, & flagitium: inquiens, quod agit indomita cupiditas corrumpens seu terrenis immergens hominis animum, vocatur flagitium: quod autem agit alteri nocens, facinus dicitur. facinus autem plus esse, quam scelus, docet Tullius septimo in Verrem, his verbis: Necare ciuem Romanum prope parricidium est: vincire, facinus, verberare, scelus, cum plus esse videatur vincire, quam verberare.

## CAP. XII.

## *de Scelere.*

### SVMMARIVM.

1 *Scelus nomen generale est, omne improbe factũ cõprehendens.*
2 *Scelus etiam appellatur incestus.*
3 *Factum sine scelere quid dicitur, quando impunitum est.*
4 *Accursius in l. minime. ff. de relig. non rite exponit, sine scelere, id est sine dolo.*
5 *Scelus pro scelerato Latini scriptores vsurpant, & quæ adiectiua ex eo descendant.*
6 *Sceleratum dicitur omne quod scelus continet, & in quo commissum est.*
7 *Scelero verbum, pro polluere.*

1 GENERALE etiam est hoc † nomen scelus, comprehendens omne improbe factum, de quo mentionem facit Claudian. *in l. aut facta. ff. de pœn. in princip.* vbi persuadere, siue dare consilium, sceleris est instar. ex quibus verbis colligi potest, scelus potius respicere exequutionem facti, cum non appellauerit suasionem & consilium scelus, sed instar sceleris.

2 † Scelus etiam appellatur Incestus, aut quiuis alius Coitus prohibitus *in l. nefandissimum. C. si nupt. ex rescript:* vbi nefandissimum scelus vocatur matrimonium inter consobrinos, patrueles & consanguineos, quas coitus species alibi Anasta. *in l. vltima. C. de incest. nupt.* scelesta
3 contubernia matrimonij appellat. † sic & è contra dicitur aliquid factum esse sine scelere, quando impunitum est, *vt est tex. not. in l. minime. ff. de relig. & sumpt. fun.* vbi parricidium in proditorem patriæ commissum, dicitur esse sine scelere, cum & illud admittens præmio sit afficiendus, quod & à maioribus constitutum
4 esse refert ibi Marcellus. † quo loco Accursius non rite interpretatus fuisse videtur, dum exponit sine scelere, id est, sine dolo se defendendo: alias (inquit) nisi se defendendo occidisset, teneretur lege Pompeia, de parricidijs: quod tamen falsum est, nam ibi Marcellus excusat homicidium in proditorem non ex eo, quod is, qui admisit se defendendo, id fecerit, sed quia hostem patriæ ac proditorem occidisset: non ergo defensio sui licitum ibi facit homicidium, sed patriæ amor, & vindicta: quod clarius constat, dum ex maiorum sententia Marcellus ibi tradit hunc parricidam præmio afficiendum, cum tamen nullus ex eo, quod se defendendo aliquem occiderit, præmium consequetur.
5 † Scelus etiã aliquãdo à Latinis Scriptoribus vsurpat pro ipso scelerato, vt apud Plau. & Teren. nota sunt exẽpla.

ab hoc nomine descendũt hæc adiectiua Scelestus, sceleroſus, ſceleratus: quamquam & iniuſtum, & inualidũ contractum in fraudem fiſci factum ſceleratum appellat Imperator Valeria. *in l. qui in contractibus. C. de iure fiſci. lib. 10.* † Sceleratũ appellamus esse, quod ſcelus cõtinet, vel in quo ſcelus commiſſum est. hinc Leo Imperator *in l. vnic. C. de theſau. lib. 10.* ſacrificia ſcelerata appellat, quæ fiunt ad inueniendos theſauros, quia ſcelus, id est incãtationes continent. ſic & Honor. & Theodo. *in l. prouinciarum. C. de feri.* ſcelerata cõſilia appellat latronum. hinc quoque ſceleratus locus dicitur, id est pollutus, vt campus ille Romæ, qui proximus erat Collinæ portæ, in quo virgines Veſtales inceſtus reæ defodiebantur. Sic & ſceleratus locus, in quo ſcelus aliquod commiſſum est, vt ſceleratus vicus Romæ, in quo Seruium patrem à Tarquinio interfectum filia in poſſeſſionem domus, & regni paterni properãs carpento est ſuperuecta. † Ab his & verbum ſcelero fit, id est, polluo, ac ſcelere inquino, vt illud Virgil.

*Parce pias ſcelerare manus.*

Scelus autem, quod minus ſit facinore, iam docui ſ. dum de facinore loquutus ſum *in c. præcedenti, in fine.*

## CAP. XIII.

## *De Flagitio.*

### SVMMARIVM.

1 *Vallæ interpretatio nominis Flagitium irridenda.*
2 *Flagitium quod dicatur, & vnde, ſecundum Donatum.*
3 *Flagitium, ſecundum Auguſtinum à facinore quomodo diſtinguatur.*
4 *Flagitioſus quemcunq; ſceleratũ vitijs q; abundantẽ oſtendit.*

1 VALLA † *libro quarto, cap. 58. tradit*, Flagitium proprie dici peccatum in libidine conſiſtens, quaſi flagris dignum: cum quo ſi tam acerbe agendum eſſet, quam ipſe ſæpius cum noſtris agit, irridenda potius foret iſta interpretatio, quam lõgiori ſermone reprehendenda. caret enim exemplo, & inepta est eius vocabuli alluſio, tum quia ſi à flagris deductum flagitium potius dici deberet: tum etiam quia plura ſunt facinora turpia (vt eiuſdem verbis vtar) quæ non flagris, ſed ſecuri digna ſunt potius & igni, vt adulterium, inceſtus, ſodomia, & ſimil. & quanquam legatur apud Tul. *de ſenect.* ſtupra vero, adulteria, & omne tale flagitium. *& ſeptimo, in Verrem*, ita dici breuitas conuiuijs, noctis longitudo ſtupris, & flagitijs cõterebatur. & apud nos quoq; *in §. item lex Iulia. de vi publica, Inſti. de pub. iud.* legerim flagitium dici de raptu: attamẽ hæc exempla non concludunt, hoc nomen magis ſpectare libidinem ac nefarios coitus, quam ſpectent hæc nomina, ſcelus, delictum, crimen, vt apud Tul. *pro Cornel.* tum luxuria illius, quę non crimine aliquo libidinis, ſed communi maledicto notabatur, & alibi ſæpius.

2 ¶ Verior videtur Donati ſententia, † qui dixit flagitiũ dici omne delictum flagitatione, id est accuſatione dignum, vt ſcilicet generalem & hoc nomen habeat ſignificationem nulliſq; arctioribus terminis contineatur, quam cætera generalia nomina, *de quibus ſupra*, vt delictum, crimen, maleficium, & ſimilia, vt infinita reperies exempla, & apud Tul. & apud alios probatos authores, & apud nos *in l. & militibus. C. de milita. teſtam.* ibi, ob flagitiũ militare damnatis. Neque etiam est inepta Donati alluſio, q flagitium dicatur à flagitando, id est accuſando, cum ſciamus non esse nouum verbum flagitare, pro accuſare, increpare, & exprobrare crimen, plerumq; ſumi, vt apud Tul. *pro Planc.* inſector, poſco, atque adeo flagito crimẽ. & de Orato. Et ſi admonitũ te venimus nõ flagitatũ. & in epiſto. moueor, vt admoneam te non flagitẽ. & apud Tacitum lib. 17. mox compertũ pecuniã publicam auertiſſe, vt peculatorẽ flagitari iuſſit, q put & verbũ poſtulo, pro accuſare, vſurpari notiſſimũ est. quam Donati ſignificationem, & alluſionem admiſit, & ſequutus est è noſtris Archid. *in c. flagitia. 32. q. 7.*

Auguſtinus vero *lib. 3. de doctri. Chriſtiana, ca. 10.* diſtin-
3 guit, † flagitium à facinore hac ratione, vt quod agit indomita cupiditas corrumpens ſeu terrenis immergens hominis animum, flagitium dicatur. q autem agit alteri nocẽs, facinus appelletur, de quo & ſupra in præceden. cap. memini. quam differentiam ſequuti ſunt Archid. *in d. c. flagitia.* ac etiam Io. de Turrecre. dũ concludunt flagitia in cogitatione conſiſtere, facinora vero in factis, q ſcilicet facinus à faciendo deriuatum videatur. cum autem hæc nimium ſcrupuloſa videatur differentia, quæque nullo exemplo comprobari poſſit: verius erit flagitij nomen late ſumi pro quocunq; delicto, & crimine, neq; ex ſui proprietate magis ſpecialem habere ſignificationem.

4 ¶ Quod & nomen hoc † flagitioſus, quod à flagitio, q peculdubio deſcendit, aperte indicat, cum nullius ſpecialis criminis reum demonſtret, ſed in genere quemcunq; ſceleratum & vitijs abundantem, vt apud Tul. de fin. bon. vitioſa & flagitioſa vita, & pro Sex. Roſcio, Flagitioſa poſſeſſio, & apud Saluſti. omnium facinoroſorũ atq; flagitioſorum circum ſe quaſi ſtipatorum caterua habebat, *& apud nos Iuſtin. in l. 1. C. de deſer. & occul. li. 10.* Flagitioſam ignauiam, militis appellat, qui dum pugnandũ est, latebras quærit, & pugnam militiamque deſerit, & ſubterfugit, quam quidem ignauiam capitali ſupplicio damnandam cenſet, ſic & flagitioſam fæditatẽ vitæ appellant Diocletia. & Maxim. A. A. *in l. ſi filiã. C. de inof. teſt.*

## CAP. XIIII.

## *de Nequitia, & Iniquitate, & Improbitate.*

### SVMMARIVM.

1 *Nequitia proprie & generaliter quid ſignet: & cur ſic dicta.*
2 *Iniquitas proprie dicitur ſententia, & iniuria.*
3 *Peccatum, & iniquitas quomodo differant.*
4 *Improbitas peruerſitatem, & ſcelus atque calumniam aliquando notat.*

1 NEQVITIAM, † Tul. *lib. 3. Tuſcu.* diffinit, esse vitium contrarium frugalitati, ſi proprie loquendum ſit, atque ideo nequam etiam ſæpe pro diſſoluto, & prodigo ſumitur, q & Budæus *in l. cum ij. §. ſed & perſonarum. de tranſact. & in l. 1. ff. de ſeruo corrup. & in l. ſi hominem. §. quoties. ff. depo.* annotauit, ſed latiori ſumpta ſignificatione huiꝰ vocabuli Nequitia, generaliter quodlibet vitium & delictum denotare poteſt, iuxta illud Pſal. 108. in memoriã redeat iniquitas patrum eius, & illud Matt. Serue nequam omne debitũ remiſi tibi. *quæ deducta ſunt in priu. de pœniten. diſtinc. 4. & ibid. in c. 1. & ſequen.* Iniquitas ſumitur pro quocunq; peccato, & regem nequiſſimum appellat tex. *in c. qui peccat. 23. quæſt. 4.* & nequiſſimi hominis inſidias. i. raptoris appellat tex. *in l. 1. §. pen. C. de rap. virgin.* & Tul. epiſt. 12. ſed homo amens & perditus multoque nequior, quam ille ipſe, quem tu nequiſſimum occiſum eſſe dixiſti. & nequitiam ſeruorum. i. delicta ſeruorum appellat Iuſtin. *Inſti. de noxal. act in fi. prin.* nequitiam vero Donatus interpretatur libidinoſam inertiam, ſic ideo dictam quod nihil queat, nulliq; rei ſit apta. Ego autẽ forte non inepte putarim nequitiam ſicut iniquitatem contrariam esse æquitati, vt nequam & iniquus dicatur, quaſi nõ q quus, prout æquitati opponit Tul. in Catil. dum inquit, Denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignauia, cũ temeritate, cum vitijs omnibus, ecce iniquitatem op-
2 ponit q uitati, & alibi ſæpiſſime. † Iniquitas autem proprie dicitur ſententiæ, vt quando fit per gratiam vel ſordes, vel contra ius litigatoris, *l. penult. ff. de iuſti. & iure. l. ſi pars. ff. de inoffic. teſtamen.* & iniquitas etiam dicitur iniuria, *vt inquit Vlpianus in l. 1. §. 1. ibi, interdum iniquitatem iniuriam dicimus. ff. de iniur.*

¶ Ambro-

¶ Ambrosius autem in Apologia Dauid, *vt habetur de*
3 *pœni.dist.3.c.ille Rex.circa fi.* distinguit inter † peccatum & iniquitatem, dicens similiter, & iniquitas æstimatur habitu mentis iniustæ, licet Ioannes in epistola eum, qui fecerit peccatum, iniquitatem fecisse dixerit. peccatum est iniquitas, quia in peccato ipso est iniquitas: tamẽ, vt nobis videtur, peccatum est opus iniquitatis, iniquitas operatrix culpę atq; delicti. sed & iniquitas pro quocũque delicto & peccato sumitur, *iuxta illud Gene.4. & de pœni.di.1.§.denig.* Maior est iniquitas mea quam vt veniã merear. & illud Psal.28. *& in c.affectum. 26.q.7.* iniquitatẽ odio habui, *& late per Archid.de iureiur.c.1.in 6. & in c. detestãdo.de concess.præben.in 6.* de quo iniqtatis nomine videnda etiã quæ ꝫ. dicta sunt, *c.2.de peccato. & c.3. de iniquitate.*

4 ¶ In eundem sensum etiam †Improbitas sumitur, vt scilicet peruersitatem & scelus designet, sicut & improbus, peruersum, sceleratum, perfidiosum, ac facinorosum significat, iuxta illud Tul. in Bruto, vir longe post natos homines improbissimus. & illud Orator. Oratoris est populũ inflammare in improbos. & alibi sæpe. & in c.1.4.di. dicitur, factæ sunt autem leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaq; sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia & nocendi facultas. *& not.per Archid.in c.auaritiæ.in prin. extra de electi.in 6.* Aliquãdo etiam pro Calumnia sumitur, *vt in l. si tibi seruitutis. C. de liberali cau.* quamquam sciam & ad mores & officia posse hæc nomina deflecti, vt illud, improbus debitor non est, qui ignorat, quantũ debet. *l.nõ potest videri improbus. ff. de reg.iu.*

## CAP XV.

## *De Noxa.*

### SVMMARIVM.

1 *Noxa vnde, & quando dicatur.*
2 *Noxam nocere, pro damnum dare, apud Iurecõsultos dicitur.*
3 *Noxæ appellatione omne delictum cõtinetur, restringitur tamen pro subiecta materia.*
4 *Noxa pro pœna, an sumatur.*
5 *Noxa exoluere, id est delicto liberare, interpretatur.*
6 *Noxæ dedere, seu dare seruũ, quam interpretationẽ recipiat.*
7 *Noxa, proprie damnum dicitur.*
8 *Noxa pro corpore nocente, an capi possit.*
9 *Noxius, & innoxius pro nocente, & innocente sæpe reperitur.*
10 *Noxam, an noxæ dedere legendum in l.1.in fi.ff.de his, qui deiec. & in l.1.§.cum arietes.in fi.ff.si quad.paup.*
11 *Noxia, quid sit.*
12 *Noxia, an substantiuum, vel adiectiuum sit.*
13 *Valla vti messis alienæ temerarius inuasor, inquiens quod de brutis improprie dicitur ea dedi noxæ, fallitur.*

1 NOXAM † à nocendo dictam certum est, *vt Festus & cæteri annotarunt, & apud nos Alciat. in l.plebs.§.vlt.ff.de verb.sign.* Noxa igitur dicitur tunc demum, cum nocet. quod licet Alci. legibus non comprobet, confirmari tamen potest per tex. *in l.1.§.cum seruus habitator.ff.de his, qui deiec. vel effud.* vbi Vlpia. inquit, neq; enim recte dicitur serui noxa, cũ seruus nihil nocuerit. hinc Iurisconsulti hoc modo loquẽ-
2 di vtuntur, †noxam nocere, id est damnum dare, *vt apud Paulum in l.pretia rerum.ff ad l.Falcid. in prin. & in l. in delictis. in prin.ff de noxal. & apud Vlpia. in l.2.§.vlti. eo.tit.* qua etiam eloquutione vsus est Liuius lib.9. dum inquit, quandoquidem hicce homines in iussu po. Rom. Quintiumque fœdus ictum iri spoponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt.

3 ¶ Omne autem † delictum noxæ appellatione contineri tradidit Caius *in l.plebs. §. vlti. ff. de verb.sign.* Restringitur tamen hæc latior significatio secundum subiectã materiam, vt si stipulor seruum mihi vẽditum noxis solutum esse, non dicar intelligere generaliter de omnib. delictis scilicet tam priuatis quam publicis, sed de priuatis tantum, *vt inquit Iul. in l.hac stipulatio.ff. de verbo. signifi* sic enim & edictum ædilium curuliũ interpretatur Vlpia. *in l.quis sit fugitiuus. §. quod aiunt ædiles. ff. de ædil. edict. & Paulus in l.Lucius. §. vlti. ff. de euict.*

4 ¶ Quod tamen Alciat. *in d l.plebs. §. vlti.* dicit, † **noxam** etiam pro pœna sumi, non videtur satis iure ꝓbari. adducit enim tantum locum Liuij libr. 33. dum vult exponere verba illa, noxa exoluere. i. pœna capitali. qui tamẽ locus, non video, quid prohibeat, quin possit sic inter-
5 pretari, † noxa exoluere, id est delicto liberare, vt dicimus etiam, furto & furtis liberare, *vt dicitur in l.cũ in venditione. ff. de euicti.* ibi, furtis noxiisq; solutum. *& in l. si emptori. eo. ti.* & quod imo noxa pro pœna non sumatur, videtur tex. Vlpia. *in l.aliud est fraus. ff. de ver. sign.* dum inquit, pœna est noxæ vindicta, fraus & ipsa noxa dicitur. ergo sicut fraus differt à pœna, vt dicitur in prin. l. ita & noxa, quam fraudẽ esse dicit, necesse est, vt differat à pœna. & cum dicatur pœnam esse noxæ vindictam, impossibile est, quod pœna & noxa non differant.

¶ Cæterum eloquutio illa, qua passim vtuntur Iurisc.
6 † Noxæ dedere, seu dare seruum, *vt in l.2. in fi prin. & in l. si seruus. in prin. & in l. si in re. §. vl. & alibi sæpe. ff. de noxal.* eam recipit interpretationem, vt seruus, qui damnum dedit,
7 dedatur noxę. i. pro noxa & pro damno dato. † nam proprie noxa damnum & delictum dicitur, *vt in l. si cum quis in hostium §. vlt. ff. de fur.* ibi, si quis post noxam admissam. & paulo ante dicitur, noxam caput sequi. i. delictum vel damni persequutionem caput delinquentis sequi, & in eandem significationem dixit Callistratus *in l. is qui in aliena. ff. de noxa.* vt legitur in Pandec. Floren. noxam committere, quamquam in communibus libris legatur noxiam, pariter & illa verba Iuliani *in d.l.hac stipulatio. de verbo. sign.* noxis solutum interpretari debent, id est delictis deliberati, vt supra dictum est, & quod noxa pro damno sumatur, late probat Valla. *lib.6.c.35.*

8 ¶ Noxam † videtur etiam Iustinianus accipere pro ipso corpore, quod nocuit, id est seruo damnum dante, *Inst. tit. de noxal. in prin.* quod irridet, & reprehendit Valla in loco supra citato, ꝙ scilicet non possit noxa dici ipsum corpus nocens: quia si seruus, & sic corpus nocens datur noxæ, vt ibidem dicitur, ergo absurde diceremus corpus ipsum dari corpori. sed certæ hæc ratio Vallæ facile posset euitari, nisi aliud obstaret: nam cum noxa & corpus nocens & maleficium, & damnum significaret, nil posset obstare, quin aliquando pro corpore nocente, aliquãdo pro damno & maleficio sumeretur diuersis de causis. & ideo cum dicitur seruum dari noxę, non hic intelligimus corpus ipsum nocens, sed in alia significatione damnum scilicet & maleficium: sed certe si veritati locus est dandus, non credo, in eam significationem vnquam hoc nomen reperiri, vt noxa pro corpore nocente sumatur, neque apud Iurisconsul. nostros, neq; apud Latinos authores, adeo vt facile adducar locum illum Institutionum corruptum esse, & vt legendum sit forte, Noxius est ipsum corpus, ꝙ nocuit: noxia ipsum ma-
9 leficium. † nam noxium pro nocente sæpe reperies, *vt in l.noxalis. in fi. prin.* ibi, & hæres meus tenetur, si noxius viuat, id est ipse seruus nocens. *& in l.1.C. de custo.reor.* ibi, vt noxius puniatur, innocens absoluatur. & parum post, quod innocentibus miserum noxijs non satis seuerum esse dignoscitur, vbi etiam Accurs. exponit verbum hoc *noxijs*, id est nocentibus. sic & innoxium dicimus innocentem, *vt in cap. Romana. extra, de senten. excom. in 6.* vbi Archid. concord. adducit, & apud Latinos passim legitur. Et quanquam vno tantum loco in Pandectis Floren. videlicet *in l.1. in fin. princ. ff. de his, qui deiece. vel effud.*
10 scriptum legerim, † noxam dedere, ꝙ & Haloãder scripsit: quæ quidem eloquutio, si vera esset, nil aliud posset significare, quam corpus ipsum nocens dare, atque ideo ex eo loco comprobari noxam corpus esse nocentis, tamen & hoc loco puto mendum esse & legendum, vt in communib. libris habetur, noxæ dedere, put etiã sic legitur in l. si vero. eo. tit. & tamen & in Pand. Floren.

& in

& in libris Haloandri ſimiliter noxæ, non noxam legerim: licet quidam voluerint noxam, non noxæ legẽdum eſſe. adducor etiam, vt corruptum putem eſſe locum illum Iuſtiniani, quia videtur ille tex. ſumptus *ex l.1.in prin. ff.ſi quadru.pau.feciſ.dica.* vbi Vlpia. id, quod nocuit, nõ appellat noxam, ſed tantum animal, quod noxiam commiſit: Dicens noxiam eſſe ipſum delictum. ex quib. dici ſimiliter poteſt, vel mendum legi, vel male loquutũ Cęlium Rodigi. *antiq.lecti.lib.27.cap.26. in fi.* dũ legitur, Aten Deam poſſe Latinè dici noxam, id eſt nocẽtem cunctis, cum tamen ſcribi debuiſſet noxiam, prout rectè ſcripſit Girald. *in lib.de Dijs gentium, ſyntagma.1.* dum citat illa carmina Homeri, Iliad.19. in quibus de Ate Dea loquitur, Scanſuram eſſe Deam, quoniam eſſet noxia cunctis.

11 ¶Noxia† autem eſt ipſum maleficium, quo nocemus, vt furtum, damnum, rapina, iniuria, *vt eſt tex.in l.1.in prin. ff.ſi quadru.pau.fec.dic. & in d.prin. Inſtit. de noxal. act.* ſed & pro ipſo damno ſumitur, ſicut & noxa, *vt in l.1.§. cum arietes.in fi.ff.ſi quadr.paup.fec.dic.* ibi, aut noxiam ſarcire, ſecũdum communem litteram, quamquam noxam ſarcire legatur in Floren. Pand. *& in l.qui ex pluribus.ff.de noxal.* dũ quam primo noxiam appellauerat, ſtatim noxam appellat, quod & apud Canon. notauit gl. & ibi Scrib. *in c. conſulti.in verbo, vel noxa.extra, de regul. & in c.pro humani. de homicid. & in c.1.de excep.in 6. & in c.ſtatutum.vbi Archid.de reſcri.eo.li.6.* Neque hoc loco moueor authoritate Vallæ loco ſupra citato, quem etiam ſequitur Beroald. tacito authore, *in annot.in Seru. pag.1.* reprehendentis etiam in
12 hoc Iuſtinia. & Seruium, † qui voluerunt noxiam, nomẽ eſſe ſubſtantiuum, cum tamen adiectiuum eſſe, neque aliter reperiri apud probatos authores: nam & Alciat. *in d.l.plebs.in fi.de verb.ſignif.* pluribus exemplis comprobat etiam pro ſubſtantiuo, vel poſitiuo, vt dicunt legi & apud Plau. & apud Teren. & apud Tull. & alios, & ſupra dictæ leges ſupra per me citatæ, de quibus nullam facit mentionem Alci. apertè id probant noxiam, ſubſtantiuè poni, dum legitur noxiam ſarcire, id eſt damnum, & ex pluribus noxijs, id eſt maleficijs, vel damnis experiri. quibus addo etiam tex. *in d.l.1. in princ. ff.ſi quadru.paup.fe-*
13 *ciſ.dica.* ibi, animal, quod noxiam commiſit. † ſed & fallitur Valla, vti temerarius inuaſor meſſis alienæ, dum dicit, quod de brutis improprie dicitur ea dedi noxæ, citans vnicum locum Ouidij: nam apud noſtros I. C. id ſępius reperies, vt in eadem l.1. in prin. ſi quadrup. paupe. feciſ.dica. dum dicitur, legem voluiſſe dari animal, quod noxiam commiſit. & in §. noxæ, eadem lege, vbi expreſſe dicitur, Noxæ autem dedere, eſt animal tradere viuũ demum, & parum poſſe, in verbo, interdum, vbi loquẽs de domino quadrupedis damnum dantis, dicitur dominus conuenire, vt noxæ dedat. & idem dicitur *in §.vlt.incipien.poſt litem, ead.l. & in §. cum arietes. eiuſdem l. dicitur.* loquendo de arietibus, aut noxiam ſarcire, aut in noxiam dedere, oportere.

## CAP. XVI.

## *De Probro.*

### SVMMARIVM.

1 *Probrum & opprobrium, quid proprie ſint.*
2 *Probrum quoddam natura turpe, & quoddam ciuiliter.*

1 PROBRVM, †& opprobrium idem eſſe teſtatur Vlpia. *in l.probrum.ff.de verb.ſign.* tametſi ex propria verborum ſignificatione probrum ſit ipſum peccatum & ſcelus: opprobrium vero infamia, quæ ex ipſo inſurgit peccato, quod & Valla. *lib.4.c.44.* teſtatus eſt. quod quidem vocabulũ probrum, ſæpe ad ſtuprum ſpecialius transfertur, vt apud Tul. Philip. 2. probri inſimulaſti pudiciſſimam fœ-
2 minam. † Quædam autem probra turpia ſunt natura, quædam ciuiliter, & quaſi more ciuitatis, *vt dicitur in d.l. probrum.* nam furtum, adulterium, natura turpe eſt: at tutelæ damnari, hoc non natura probrum eſt, ſed more ciuitatis: nec enim natura probrum eſt, quod poteſt etiam in hominem idoneum incidere, *vt dicitur ibi per Vlpia.*

## CAP. XVII.

## *De Iniuria.*

### SVMMARIVM.

1 *Iniuria generaliter & ſpecialiter, quid ſignificet.*
2 *Iniuria quandoque damnum culpa datum dicitur.*
3 *Iniuria pro iniquitate ſententiæ ſumitur.*

1 INIVRIA †nomen eſt generale, & ſignificat omne delictum ex animo & à volente factum, & ſic demum omne, quod non iure fit, *l.1.ff.de iniur. & Inſt.de iniur.in prin.* ius. n. & iniuria aduerſantur, vnde & iniuriam facere bruta negantur, quod nec quidquã iure faciant. *l.1.§.1.ff.ſi quadru.pau fe.di.* ex quibus iniuria videtur idem, ꝙ non iure factum, ſed Ariſt. *Ethic.5.c.7.* maxime differre inquit: nã iniuria eſt antequam fiat omne. ſ. quod à lege vel cõſtitutione prohibetur tanquam iniuſtum: at poſtquam eſt facta, non dicitur iniuria, ſed iniuſte factum. & Vlpian. *in l.ſed & ſi quemcunq;.§.1.ff.ad l.Aquil.* inquit, iniuriam autẽ hic accipere oportet non (quemadmodum in iniuriarũ actione) contumeliam quandam, ſed quod non iure factum eſt, hoc eſt contra ius, id eſt ſi culpa quis occiderit. & Iuſtin. *in §.1.Inſti.ad l.Aquil.* iniuria autem occidere intelligitur, qui nullo iure occidit.

¶ Specialius autem iniuria pro contumelia ſumitur & pro dolo, vt in hac ſignificatione videtur ſumpſiſſe Vlpi. *in l.ſed & ſi quemcunq;.in prin.ff.ad l.Aquil.* dum inquit, quod ſi quis ferro ſe petentem occiderit, non cenſetur
2 iniuria occidiſſe. item † damnum culpa datum, quandoque etiam iniuria dicitur. *l.1.ff.ſi quadru.pau. fe.di.* dum inquit, pauperies eſt damnum ſine iniuria faciẽtis datum, ideo dicimus damnum iniuria dare. *l.ſi ex cauſa.§. nunc videamus.ff.de minor.* & pariter dicimus damnũ iniuria pati. *l.licet.in prin.ff.nau.caupo.ſtab.* & dicitur etiam damni iniuria actio, *in l.1.ff.de publica. & in d.l.licet.§.1.ff.nau. cau.ſta. & in l.argentarius §.vlt.ff.de eden. & in l. pupillum.ff.de reg.iur.*

3 ¶ Rurſus † iniuria etiam ſumitur pro iniquitate ſententiæ, vt teſtatur Vlpia. *in l.1.§.1.ff.de iniur.* dum inquit. Nam cum quis inique vel iniuſte ſententiam dixit, ex eo iniuriam dicam, quòd iure & iuſtitia careat, quaſi nõ iuriam. *idem probatur in l.qui proprio.§.procurator.ff.de procura. & in l.eo tempore.in princ.ff.de pecul. & in l.ſi per imprudentiam.ff.de euict. cum pluribus ſimilib.*

TRA-

# TRACTATVS CRIMINALIS CLARISSIMI AC CELEBERRIMI IVRISCONSVLTI D. TIBERII DECIANI VTINENSIS Comitis, Equitisque Illustrissimi.

## Liber secundus.

### CAPVT I.

### *De Origine Delictorum.*

SVMMARIVM.

1 *Rei cuiusq; ad doctrinam, originem ipsius & inuentionem cognoscere multum confert.*
2 *Delicta origine quascunq; actiones humanas præcesserunt.*
3 *Adam ex sola voluntate per liberum arbitrium peccauit.*
4 *Criminum cognoscendorum, ac puniendorum tractatio, quare magis necessaria sit, vtilior, & excellentior omnibus iuris partibus.*

DOSTQVAM superiori libro abunde cognouimus, quibus delicta, & crimina significantur, consequens est, vt materiam propositam ipsorum criminũ aggrediamur, ac primo originem ipsorum quoad tempora inspiciamus, vt scilicet quo primum tempore crimina & proi hiberi & cõmitti & puniri cœpta fuerint, † cum ad doctrinam cuiusq; rei multum conferat intentionem, atque originem ipsius cognoscere, *vt est tex. in l. 1. & 2. de orig. iur. & tex. vbi etiam Bald. in proœm. Digest. in §. sed cum nos. & in l. 1. vbi etiam Bald. ff. de iustit. & iu. & in l. argentarius. §. edi. ff. de eden. & tex. in §. ex his. de pœn. dist. 1.*

2 ¶ Constat igitur † delicta origine præcessisse quascũque actiones humanas: nam & Lucifer primo damnatus crimine læsæ maiestatis, *vt habetur Isa. ca. 14.* & quod ad homines attinet, Deus omnipotens prohibuit parẽti nostro Adam esum pomi; & spreto præcepto Adam comedendo deliquit: sic & credendo vxori ac serpenti magis quam Deo infidelitatis reum se constituens, & crimen læsæ maiestatis admittens, dum pomum comedit, vt scientia boni & mali se faceret æqualem Deo, quo factũ fuit, vt & primo in ius vocaretur per illa verba, Adam Adam, vbi es? *Gen. cap. 3.* & pœna indicta puniretur, nempe morte; quæ ad omnes posteros transijt, iuxta illud Pauli ad Roman. 5. per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, *de quo habetur Genes. cap. 2. & 3.* quod quidem delictũ eo grauius fuit, quo nullam causam fragilitatis humanæ, aut peccati & originalis & traducis poterat ad excusationẽ prætendere, cum in statu innocentiæ in paradiso deli3 ciarum fuisset constitutus, † atque ideo ex sola voluntate per liberum ipsius arbitrium peccauit, *vt habetur in c. Adam. & in c. quælibet. 40. distin & in cap. Adam, de pœnit. dist. 1. & in cap. quoniam renouari. & in cap. princeps vitiorum, & cap. primus homo. & cap. illa anima. de pœnit. distin 2. & cap. in capite. 50. dist. quod late comprobat Thom. in 2 Senten. dist. 24. q. 1. art. 4. & 12. dist. quæst. 109. art. 8. & dist. 21. quæst. 2. art. 4.* atque ideo dicuntur primi hi parentes fuga peccatum agnouisse, *vt habetur Genes. cap. 3.* & sic per confessionem probatum fuisse crimen, quod scilicet nullam haberent excusationem: cum, vt inquit Aug. *in d. c. quoniam renouari, cum aliquibus seq.* ante præuaricationem fuissent stola candida iustitiæ ornati, pudicitia decorati, temperantia compositi, & charitate splendidi, ac ad bonum tantum creati. quamquam, *vt dicitur Ecclesiast. 15.* relicti fuissent in manu eorum cõsilij, & arbitrij, quo cum abusi fuissent, statim omnibus ipsis bonis priuati sunt, & morte mulctati simul cum omnibus posteris.

¶ Post Adam autem Caim eiusdem filius primus, & homicidiũ pariter & fratricidium commisit, Abel fratrem eius occidendo, *vt habetur Gen. cap. 4. & in ca. cum ergo. §. sed qui. 24. q. 3.* quod quidem adeo graue fuit, vt illud necdum opere consummatum, sed tantum mente conceptum, Deus condemnaret despiciendo scilicet sacrificia, & munera Caim, *vt dicitur in cap. nunquid Caim, de pœ4 nit. dist. 1.* † quę ideo hic repetisse volui, vt hinc facile cognosci possit necessitas, vtilitas, & excellẽtia huius Tractatus, quod s. in ipsa humanæ naturæ infantia, & in ipsis incunabulis, ante omnes fere humanas actiones proruperint crimina, & ea non quidem leuia, sed capitalia, quæ iram Dei iustissimi atque incorrupti iudicis prouocarunt, & totam humani generis felicitatem perturbarunt, & vel ab ipsis mundi crepundijs orta fuerint criminalia iudicia, nempe citatio & confessio, quæ sola regulariter probat delictum, & confitentem pœna dignũ demonstrat. quo fit, vt criminum cognoscendorum ac puniendorum doctrina, totaque ista de criminib. tractatio cæteris omnibus partibus iuris ciuilis sit magis necessaria & vtilior & dignior, vt pote quæ antiquior sit omnibus, & ea neglecta totam humanam societatẽ nedum perturbari, sed & funditus tolli, necesse sit.

### CAP. II.

### *de Causis Delictorum.*

SVMMARIVM.

1 *Scire, est rem per causas cognoscere.*
2 *Causa cognita, & effectus cognoscere facile est.*
3 *Causa & actus cuiusq; rei, quatuor sunt, & quæ.*
4 *Delictorum causa formalis est lex.*
5 *Delictorum causa materialis, voluntas, & facta hominũ sunt.*
6 *Delictorum causa efficiens, est homo potius, quam eius voluntas.*
7 *Delictorum finalis causa, bonum, vel illud apparens dicitur.*

AD perfectam cuiusq; disciplinæ scientiam causas necessario eius rei, quam tractamus, cognoscendas esse constat, cum *secundũ Philosophum, primo Physic. & primo Posterior.* † Scire, 1 sit rem per causas cognoscere, quod & asserit Plato *in Theateto siue de scientia, & probat apud nos tex. in c. qui occidit. 23. q. 8. & in c. cum causam. de testi. & in c. intelligentia de verbor. sign. & in l. verum. ff. de furt. & in l. si qui filium. §. Sabini. ff. ad Trebel. & per Bal. in c. 2. de constit. & per Roma cons. 65. viso themate nu 7. & per Bal. in l. scire leges. ff. de legi. & per Bart. in l. admonendi. col. 3. vbi etiam cæteri. ff. de iureiuran.* ideo hoc loco de cau-

de cauſis delictorum quærere inſtitui, vt illis cognitis, facilius & ſubſtantiam & naturam & finem eorum cognoſcamus, ac in vniuerſum omnia, quæ vel delictũ efficiũt, pœna vel venia, vel abſolutione dignũ, circa q̃ to-
2 ta hæc tractatio verſabit. † facile.n.eſt, cognita cauſa cognoſcere & effect⁹, *l.ſemper.§.negociatores.ff.de iure immun. l.ſi cui.§.1.ff ex quib.cau.ma.l.2.§.omnes.ff.de iudi.l.Titia.§.vſuras.ff.de lega.2 l qui nominibus.ff.de excuſa.tut.* quamquã neminem legerim, qui in hac delictorum materia hæc putauerit conſideranda, & pertractanda.

3 ¶ Cauſę † cuiuſque rei & actus quatuor ſunt, ſecundũ Philoſophum, *metaph.lib.1.c.3.& lib.5.c.2.* quarum duæ dicuntur eſſendi (vt ipſi vocãt) vt materia, & forma, *& probatur in c.quod vero non formatum.32.q.2 & c.quia corpus.& c. panis.de conſecr.di.2.& c.in ſynodo.di.4.* Reliquæ duæ dicunt eſſe fiendi, vt efficiens, & finis, *c. de occidendis.23.q.5.& ca. non fruſtra.de quibus cauſis late per Bal. & Scrib. in proœ. Decretal.Rex Pacificus & in proœ.ff.& Ioan. Mona. & cæteri in proœ. 6.& pulchre declarat idem Bal.in l.cunctos populos 2.colum. C.de ſumma Trin.& fi.catho.& in l.ſolam.3.& 4.col. C.de teſti.& in l.teſtium.4.col.eo.tit.& in rubrica. C.de reſcind.vend.* Has igitur cauſas hoc ordine nominant & Philoſophi & Iuriſtæ, vt ſ.1. ſit materialis, cum materia formam præcedat, 2. formalis, 3. efficiens, 4. finalis, de quibus ſingulis diſpiciamus, & quomodo delictis applicari poſſint, cum earum cognitio maxime ſit neceſſaria, *vt inquit Bald. in Rubrica.ff.de iuſti.& iu.in fi.& in l.patre furioſo ff.de his.qui ſunt ſui vel alie.iur.& pulchre Alberi.in l.generaliter.C.de epiſ.& cler.* vt ſ.ſciamus, an actus ille, de quo quærimus, peccet in materia vel forma, vel in cauſa efficienti vel in fine, inter quæ magna eſt differentia, vt ibi ipſi exemplificant, & nos inferius docebimus. & quia, vt inquit Bald. *in repet.l.2.in 3.col.de iureiur.* actus humani dupliciter poſſunt conſiderari. primo vt in abſtractu, antequam fiant, & tunc conſiſtunt in imaginatione, ſicut exemplar ad exemplum, alio & ſecundo modo conſiderantur realiter, & prout facti ſunt & ad effectum & finem deducti. ideo cum & delicta pari ratione poſſint conſiderari in imaginatione, antequam fiant, & etiam poſtquam iam facta ſunt, illæ ſunt perquirendæ cauſæ, quæ vtrique ſpeciei conueniant. & quanquam ſciam cauſas has varie à varijs conſiderari, cum alij materialem eam cauſam appellẽt, quam tamen alij formalem dicunt, & alij efficiẽtem, vt exempli gratia in contractib. alij dicunt conſenſum eſſe cauſam formalẽ, *vt Bar.in l.ita ſtipulatus.in 12.oppo.ff.de ver. obl.& Bald.in repe.l.de quibus.5 col.verſ.nunc ad propoſitum.& rurſus.col.9.verſ.nunc videamus.ff.de legi & in l.maximis.C.de nup.* Alij, quod imo conſenſus ſit cauſa materialis, *vt per Panor.in c.tua nos.de ſponſal.& Paul.in d.l de quibus.2.col.* Alij, quod imo ſit cauſa efficiẽs, vt idem Bal. ſibi contrarius, *in l patre furioſo.in 1.lectu.in prin.ff de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.& in rubrica.ff.de iuſti.& iu.& in fi.* attamen cum hæc à nobis non ſint philoſophice tractanda, ſed ſufficiat doctrinæ gratia methodum aliquam tenere, qua facilius, q̃ intendimus, Lectores percipiant, ideo non ita ſcrupuloſe agendo conſtituemus has cauſas in delictis hoc ordine.

4 ¶ Formalem igitur † cauſam delictorum eſſe dico legem ipſam, quę cum quid prohibet ſub pœna, delictum format, cum ante legem, & ſi eſſet forte actus illicitus, non tamen formam habet delicti: ideo Paul. *ad Roman.3.* cum lex non eſſet, peccatum non imputabatur, & paulo poſt, lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. & idem *ad Cor.1.c.15.* inquit, Virtus vero peccati lex. & ideo Ambroſius in libro de Patriarchis, excuſat Abraham, quod adulterium commiſiſſet cum ancilla, dicens, conſidera, quod Abraham ante legem Moyſi & ante Euangelium fuit: nondum ergo interdictum adulterium videbatur. pœna enim criminis ex tempore legis eſt, quæ crimen inhibuit, nec ante legem vlla eſt rei damnatio, ſed ex lege. Deus enim in paradiſo coniugium laudauerat, non adulterium damnauerat. *quæ verba habentur in c. dixit Sar-*

Abraham an adulterium commiſerit.

*ra.32.q.4.* & ſimiliter Vlpia. *in l.1.de ſuſp.tut.* inquit, ſciendum eſt ſuſpecti crimen ex lege 12.tab. deſcendere: quaſi quod nullum eſſet crimen ſuſpecti tutoris, niſi lex delicti formam illi tradidiſſet, vt pro delicto haberetur. ſic & in l.vlt.in fin.ff.de cond. ſine cau. dicitur inceſtum eſſe ex iure gentium. ſic ludus non diceretur delictum, niſi lex prohiberet, *vt toto tit.de aleæ luſu, & aleator.* lex enim delictum facit, quod prius non erat, & econtrà licitum facit, quod prius delictum erat, *vt per Bal.in rubric. C.de condi.ob turp.cau.& in l.1.in fi.C.ſi in frau.patro.& ſequitur And.Sic.conſi.65.illud in medium.nu.1.& 2.3.vol.* Pari ratione quamquam parricidium propriè dicatur, quando filius patrem occidit, dat tamen lex Pompeia formam, vt idem ſit delictum, & ſi frater fratrem, conſobrinus cõſobrinum occidat, *l.1.ff.ad l.Pomp.de parricid.* quod quidẽ non eſſet, niſi lex talem formam huic delicto traderet. ſic & vis publicæ crimen tunc dicitur, quando ſeruata eſt forma, *de qua in lege 1.ff.de vi.publ.* ne ſcilicet influat in crimen vis priuatæ, quod ſepatatam habet formam, *de qua per totum titulum ad l.Iul.de vi priua.* prout & plura alia poſſem addere exempla, quæ infra commodius ſuo loco exponentur. neque incongruum eſt, quod lex dicatur cauſa formalis, cum & ipſa forma appelletur. *l.conſtitution.ff.ad muni.l.certa forma.C.de iure fiſci.lib.10.*

5 ¶ Materialem † autem cauſam delictorum appello ego voluntatem & facta hominum: lex enim quæ delicta declarat, format, & punit, id agit, vt voluntatem tanquam ſubiectum & materiam coerceat, & ad bonũ inſtituat. Scimus enim quod, *vt inquit Aug. in lib. retracta.4.* volũtas eſt, qua peccatur, & recte viuitur. & idem *in lib. de duab. animabus*, dixit, quod nõ niſi voluntate peccatur. & in libro de libero arbitrio, idem ſcripſit, peccatũ adeo eſſe voluntarium, vt ſine voluntate peccatum nõ ſit, quod & late comprobat Thom. *in prima ſecunde, q.74.* & & facit illud Lucę 8. ex corde procedunt fornicationes, adulteria, homicidia, & ſimil. & apud Cano. habetur. *15. q.7.c.1.in fi.& 32.q.5.c.propoſito.& 24.q.5.c.ſiquid inueniſti.& c.vide quantum bonum.1.q 1.& c.cum voluntatis.de ſententia excommunica.& c.debitum de baptiſ.& c.2. de præsbit. non baptizan.& 15.q.1.§.1.& alibi ſæpe* & apud nos tex not. *in l.illud.§. 1.ff.de iniur.* ibi, cum enim iniuria ex affectu facientis cõſiſtat. *l.diuus.ff.ad l.Corn.de ſicar.* ibi, in maleficijs voluntas ſpectatur non exitus, *& in l qui iniuria.& in l.verum.ff.de fur.& in pluribus concor.de quibus in gl.præd.iur.* Et quamquã quoad actum extrinſecum, puta ipſum homicidium voluntas poſſit potius dici cauſa efficiens, quam materia ſiue ſubiectum: tamen cum delicta poſſint & in abſtracto ſiue imaginatione conſiderari, & etiam in ipſo actu, *vt ſupra dixi in princ. huius cap.* congrue mihi videtur dici poſſe voluntatem in delictis eſſe materiam, quam lex informat, diſponẽdo quod talis actus voluntatis ſit delictum vel non grauius vel leuius, prout ſibi videtur. q̃ etiam comprobatur ex eo, quod dixi ſupra, quod conſenſus, & voluntas in matrimonio & in contractibus à pluribus appellatur cauſa materialis, *vt per Panor.in c. tua nos.de ſponſ.& per Paul.in l.de quibus.ff.de legi.præſertim cum & Thom.d.q.74.* appellet, & probet voluntatem eſſe ſubiectum peccati, quod idem eſt, quod materia. quamquã autem non ignorem materiam ſecundum philoſophũ eſſe prius quam formam, & ideo habuiſſem præponere hãc cauſam cauſæ formali: tamen quia, *vt ſupra dictum eſt, & latius etiam infra dicetur*, nullum poteſt cognoſci delictum, niſi præcedat lex, quæ illud prohibeat, & puniat, quia prior fuit lex peccato, nam legem primo præſcripſit Deus Adam, ne comederet de ligno, & poſtea ſubſequutum eſt peccatum tranſgreſſionis ipſius legis, quę ſi non præceſſiſſet, non potuiſſet dici peccaſſe, neq; poſſit quidpiam per nos cognoſci, vt tale, niſi præcedat forma, quia forma dat eſſe rei, ideo cõmodius mihi viſum fuit eas hoc ordine explicare.

6 ¶ Efficientem † cauſam delictorum hominem conſtituo: nam quamquam, *vt ſupra dixi*, voluntas poſſit etiã dici

dici causa efficiens, attamen si factum ipsum, quod delictum appellamus, considerãdum est, proculdubio homo ipse quo & voluntas & instrumenta, quibus perpetrantur delicta, vt manus, lingua & cætera membra cõtinentur, magis proprie efficiens causa dici potest. notum est enim illud dici efficiens, *vt in 2. Phisic. tradit Arist.* quod actu ipso applicat actiuum passiuo, vt ille qui applicat ignem domui, dicitur cõburere domum: & Medicus est causa efficiens sanitatis. sic ergo & proprie dicimus hominem esse causam efficientem delicti, quia cum constet ex anima & corpore, vtrumq; applicat ad delictum regulariter scilicet & animæ vires, appetitũ, rationem, voluntatem, & corpus ipsum. ex quo colligitur, quod delictum non potest cadere in brutis animalibus, quia instrumenta hominis non habent: nam, vt inquit Vlpia. *in l.1. §. 1. ff. si quadrup. pau. fe. dica.* non potest dici animal brutum iniuriam facere, quia sensu caret. & hac quoque ratione dixi hominem esse causam efficientem delicti, potiusquam voluntatem hominis: quia cum hic tractemus de delictis, pœna & punitione ciuili dignis, dato quod homo voluntate tantum & cogitatione peccet, non propterea dicetur delictum commisisse pœna iudiciali dignum, nisi & actum corporis applicet ad finem, quem intendit, *vt est pulcher tex. in l. fugitiuus. ff. de verb. sign. & l. sæpe in fi ff. eo. tit. & l. cogitationis pœnam ff. de pœnis. cum concord.*

7 ¶ Finem, † siue (vt dicunt) finalem causam appello bonum, vel apparens bonum: nam vt inquit Aristot. *in Politi.* tribus ex causis, id est propter tria tanquam finem & obiectum nobis proponimus: delinquimus scilicet vel necessitate, vel cupiditate, vel ira: vel enim quis furatur, quia non habet necessaria ad corpus suum alendum, & sic vt famẽ vel frigus euitet, vel vt se defendat: vel si habet necessaria, maiora tamen concupiscit, & ideo aliena appetit, vt illis fruatur: vel si nil alienum cõcupiscit, timens tamen suis priuari, vel scilicet honore, vel vita, vel fortunis, vel alio commodo, ideo contra eum à quo hæc timet, vel contra eum, à quo damnum vel offensionem passus est, irascitur, & quærit illum tollere vel damno afficere, vt vel impedimentum sui commodi remoueat, vel vt vindicta iniuriæ consoletur, quæ omnia vel sunt bona vel sub specie boni, illa appetimus, & ad ista tria, quæ veluti finem omnium delictorum proposuimus, reducuntur ad illa tria, quæ habentur Ioan. 1. c. 2. dum inquit: omne, quod est in mũdo, aut est concupiscentia carnis, aut est concupiscentia oculorũ, aut superbia vitæ, quæ pulchre declarat Thom. *prima secundæ, quæst. 77. articu. quinto & secunda, distinct. quadragesimasecunda, quæst. 2. artic. primo.* concupiscentia enim carnis ascribitur necessitati, concupiscentia oculorum cupiditati, superbia iræ: quæ omnia in hoc tendunt, vt omnia delicta inordinatum amorem sui habeant, tanquam finem & scopum voluntatis.

## CAP. III.

## *de Diffinitione Delicti.*

### SVMMARIVM.

1 *Diffinitio ad perfectam cuiusque rei cognitionem necessaria est.*
2 *Delictum, quid sit.*
3 *Diffiniendo quis nimis scrupulose insistere non debet.*
4 *Delicto in diffiniendo, quod communiter in delictis considerari solet obseruatur.*
5 *Diffinitio solidior non habetur, quam quæ per formam & materiam & causam efficientem diffinit.*

1 COGNITIS causis delictorum, facile est ex eis diffinitionem delicti concipere, †quam quidem necessariam esse nouimus ad perfectam cuiusq; rei cognitionem, vt & Plato *in Phædro*, & Arist. *in 4. Metaph. & in Dialecti. & Moral. 2.* & alibi sæpe, & Tul. *1. offi.* & apud nos gloss. & omnes *in l. omnis definitio. de reg. iur.* & Bar. *in l. 1. ff. de appell.* & not. omnes *in l. 1. ff. de iusti. & iu. & in l. 1. ff. de legi. & in l. 1. de pac. & in l. 1. de procur. & in l. 1 de dolo.* & Iurisconsulti nostri seruant fere in omnib. tractatibus, vt *in l. 1. si cert. pet. in l. 1. cõmo. depos. de publica. de flumi.* & fere in omnibus titulis, qui sint principium alicuius tractatus, à diffinitionib. sumptũ fuisse exordiũ legimus. sic ergo puto diffiniri posse delictum, quod tamen ab alijs factum non legi.

2 ¶ Delictum † est factum hominis, vel dictum aut scriptum, dolo vel culpa à lege vigente sub pœna prohibitum, quod nulla iusta causa excusari potest.

¶ Dixi, factum, quod scilicet verbum facere, latissimã habeat significationem. *l. verbum facere. ff. de verb. sign.* Dixi, dictum aut scriptum, quia & dicto & scripto committuntur delicta, *l. aut facta. ff. de pœnis.* Dixi, dolo vel culpa, quia alias non punitur, nisi animus delinquendi cõcurrat, vt supra dictum fuit. & ideo dixit Bald. *in c. 1. de consti. nu. 15.* quod omnis diffinitio delictorum fit per dolum & culpam. Dixi, hominis, vt excluderem bruta, prout excludi debent *l. 1. §. 1. ff. si quadru. pau. fe. dica.* Dixi, à lege sub pœna prohibitum, vt excluderem quoscunq; actus illicitos, qui lege non prohibentur sub pœna, vt concubinatus, *toto titu. de concub.* & alia plura. & vt etiam denotaretur nullum esse posse delictum, quod lege aliqua non sit prohibitum, vt s. dictum fuit. Dixi, lege vigente, vt excluderem legem abrogatam in totum, vel in parte. Dixi demum, quod nulla iusta causa excusari potest, vt excluderem delicta, quæ generaliter vna lege prohibẽtur, sed alia speciali quadam ratione excusantur, de quibus omnibus latius suo loco.

¶ Vel breuius sic diffinias, secundum Augustinum *in lib. de duabus animabus.* Delictum est factum cum voluntate acquirendi vel retinendi, quod iustitia vetat. Et dixit, factum cum voluntate, quia voluntas sola non est ipsa essentia peccati, sed totum peccatum consistit in volũtate, sicut herba, vel arbor in radice, vt per Thom. *in qu. de malo, quæstio secunda, artic. secundo, ad secundum.*

¶ Et quanquam sciam aliqua posse ex subtili ratione contra prædictam diffinitionem opponi: attamen satis sit eam communiter contingentiam considerando saluari posse: nam cum omnis diffinitio in iure periculosa sit, adeoque vt parum sit, quin subuerti possit. *l. omnis diffinitio. ff. de regulis iuris.* † & Varro quoque in diffiniendo
3 dicebat, non esse nimium scrupulose insistendum, *vt refert Gelli. noct. Attic. lib 1. cap. 25.* & Arist. *Topic. 7.* dicit longe facilius esse diffinitionem destruere, quam construere.
4 † Satis erit in definiẽdo delicto id obseruasse, quod frequentius, & communiter in delictis considerari solet. iuxta doctrinam Aret. *in l prima. ff. de testamen. colum. vltima.* & per Alexan. *in rubrica. ff. soluto matrimonio. column. 3.* & per Abbat. & Decium *in rubrica. extra de iudic. colum 4.*
5 præsertim † cũ nulla possit esse solidior diffinitio, quam quæ diffinit per formam & materiam & causam efficiẽtem, prout est ista, vt no. omnes *in dicta l prima. de testam. & l. prima. de dolo. cum concor. supra allegatis.*

## CAPVT IIII.

## *de Substantialibus, Naturalibus, & Accidentibus delicti in genere.*

### SVMMARIVM.

1 *Delicti ad Esse, & Substantiam, tria sunt necessaria, & quæ.*
2 *Delicti Naturalia quæ sint, & quomodo à Substantialibus differant.*
3 *Delicti Accidentia, quæ & quot sint.*
4 *Delicta quot modis extinguantur.*

DIFFINITIONE delicti explicata, videndum fuisset de diuisione & speciebus criminum: verum quia mihi commodius visum est prius generalia omnia, & quæ communia sunt omnibus delictorum speciebus, pertractare, vt facilius postea cognoscãtur ipsæ species, ideo hæc

mihi iusto ordine declaranda proposui, quę statim enumerabo: nam sicut qui vniuersam substantiam, naturā atque officium hominis velit describere, id commodissime faciet, si primo omnia demonstret, quæ necessario concurrere debent ad creādum ipsum hominem, mox si naturam & officium ipsius ostendat: deinde quib. rebus aut modis augeatur & crescat, postea quomodo decrescat, & ad interitum labatur: postremo quomodo extinguatur. sic & nos pertractabimus primo omnia, quæ necessario concurrere debent ad esse & substantiā ipsius delicti. Secundo ea omnia, quæ naturam & effectum ipsius spectant. Tertio, quibus accidentibus augeatur. Quarto, quibus etiam minuatur. Demum quinto, quibus modis extinguatur. Quibus omnibus enarratis, nihil puto desiderari posse, quod ad perfectam vniuersalis cognitionis delictorum materiam pertineat. hoc tamen loco summatim tantū colligam omnia, speciatim postea hęc eadem tractaturus in singulis delictorum speciebus.

1 ¶ Ea igitur, † quæ concurrere debent ad esse & substantiam delicti, principaliter sunt ista, Lex, quæ multiplex est, vt infra videbimus. Secundo, voluntas & animus delinquendi. Tertio, factum ipsum. Quarto iniuria, siue damnum patientis: hæc enim tantum esse puto, quæ ad essentiam delicti sunt necessaria, quę nostri substantialia vocant, sine quibus scilicet res, de qua quærimus, vel actus legitime subsistere non potest, vt declarat Bald. *in l. pacta conuenta. quam legit cum l. iurisgentium. in 1. col. ff. de pact. & in l. prolatam. in 2. col. in fi. vers. quæro si statutum. C. de senten. & interlo. om. iud.* & ideo Ang. *in l. 1. ff. de vsufru.* dixit, quod substantialia sunt ea, quæ deducunt rem existentem in sola potentia in esse perfecto. & no. *in l. obligationum substantia. ff. de actio. & oblig. & per Bal. in l. 1. in 3. col. vers. nunc venio ad quæstiones. C. de sacrosanct. eccles.* quomodo autem ista sint necessaria ad esse delicti, suis capitibus explicabimus.

2 ¶ Naturam † autem delictorum appello qualitatem illam, quę statim in esse producto delicto ipsum delictū concomitatur, vt quod reipub. interest delicta puniri. natura enim dicitur, quæ aliquid nasci facit, sicut delictum statim quod in esse productum est, id efficit, vt puniendum sit. Secundo, ꝙ delictum nullo casu prodesse debeat delinquenti. Tertio, quod sint odiosa. Quarto, ꝙ pœna authorem delicti sequatur, non alios. Quinto, quod pœna sit commensuranda delicto. Sexto, ꝙ interpretatio fiat semper in benigniorē partem. quæ omnia & similia appellant naturalia, & velut propria eius rei, de qua agimus, vt per Bal. *in l. 1. §. libertatibus. de cadu. tollen. & in Rubric. in prin. C. commod. & in prælud feud. in 4. diuis. & in l. 1. in 3. col. vers. sed statim quæro. C. de sen. quæ pro eo quod interest.* & differunt ista à substantialibus, de quibus supra, quia substantialia sunt, per quæ primum res est, naturalia per quę res talis est. substantia enim ponit rē in quidditate, natura in qualitate, vt per Bal. *in l. etiam. in 1. col. C. de execut. rei iudi.* & pulchre per Angel. *in l. iurisgentium. §. adeo. in 1. col. ff. de pact.* de quibus omnibus possem hoc in loco plura excutere: verum mihi visum est aptiori loco infra, dum tractabo de diuersis regulis delictorum, tractanda esse hæc omnia.

3 ¶ Accidentia † autem, quibus delictum incrementū, vel diminutionem suscipit, sunt, quæ neq; substantiam, neq; naturam delicti attingūt, sed extra sunt, & per quæ delictum, quod sui natura leue erat, fit atrocius, & è cōtra, quod atrox erat, fit leue. Hæc quæ & circunstantiæ appellantur, possunt adesse, & abesse citra subiecti, id est delicti extinctionem, prout & in reliquis omnibus humanis actibus, vt tradunt omnes *in d. l. pacta conuenta. & in d. §. adeo.* & per Bal. *in l. in vendendis. in 2. col. vers. itē scias. C. de contrab. emp. & idem in rubr. C. commoda. 1. col.* & per Bar. *in l. prolatam. C. de senten. & interlocut. omn. iud.* possunt autē omnia vel cum prædicamētis circunscribi, omisso decimo, id est primo substantiæ, vt quantitate, qualitate, relatione, loco, tempore, facto, passione, situ, & habitu: vel etiam secundum nostros ex mente Saturnini *in l. aut facta. ff. de pœn.* septem tantum, videlicet causa, persona, loco, tempore, quantitate, qualitate, & euentu, quę singula pariter omisi hoc in loco pertractare, cum aptius mihi visum sit singulis delictorum speciebus eorum accidentia subnectere.

Circunstantiæ.

4 ¶ Extinguuntur postremo † delicta etiam pluribus modis, vt Tempore, Transactione, Remissione, Indulgentia, Morte rei, vel accusatoris, Tolerantia, Expiatione, Absolutione, Compensatione. de singulis igitur pmissis eo ordine, quo scripta sunt, iam sigillatim pertractemus. & primum de lege, quæ prima est inter substantialia, vt supra dictum fuit.

## CAP. V.

## *de Lege, & eius potentia circa delicta.*

### SVMMARIVM.

1 *Delictum vt vere dici possit, atque puniri, lege prohiberi debet.*
2 *Leges, quorsum inuentæ sint.*
3 *Lex delictum indicat, & cognoscere facit, est q; illius virtus.*
4 *Lex an delicto prior fuerit.*
5 *Lex naturalis tribus absoluitur præceptis, & quibus.*
6 *Legem esse donum inuētum q; deorū, de naturali intelligitur.*
7 *Legem de parricidio quare Solon non scripserit.*
8 *Leges in materia delictorum inutiles esse qui opinantur, hæretici sunt.*
9 *Legi latæ etiam iusti subduntur.*
10 *Magistratus in ciuitate satis esse extare, & si non sint leges, non est dicendum.*
11 *Permissum intelligitur, quod non prohibetur.*
12 *Iuris species præcipuæ tres sunt, & quæ.*

1 VT igitur † delictum vere delictum dici possit, & puniri, necesse est, ꝙ lege prohibeatur, vt ꝛ. conclusum fuit *hoc lib. cap. 2.* dū de causa formali loquuti sumus, & prætet ibi dicta probatur ex diffinitione legis Papiniani *in l. 1. ff. de legibus.* dum inquit, lex est commune præceptum virorum, prudentum consultum: delictorum, quæ sponte: vel ignoranter contrahuntur coercitio. & *in l. 2. eo. tit.* ex Demosthene Martianus testatur, legē esse coercionem voluntariorum, & non voluntariorum peccatorū.

2 † Leges enim ad id inuentæ, vt æquum ab iniquo, licitū ab illicito seperent: & vt bonos non solum metu pœnarum, verum & præmiorum quoque exhortatione efficiant, vt inquit Vlpia. *in l. 1 ff. de iustit. & iure.*

3 ¶ Lex igitur peccatum, & delictum indicat, & dicitur quasi noster pædagogus ad cognoscenda crimina, vt inquit Paul. ad Gala. cap. 3. qui & ad Corinth. *cap. 15.* appellat legem virtutem peccati. & ad Roman. 3. cum lex non esset, peccatum non imputabatur. & ad Roman. 7. peccatum non cognoui, nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. & idem eadem Epist. *cap. 3.* dixerat, per legē cognitio peccati. & Psal. 18, dicitur: Lex Domini immaculata cōuertens animas testimonium fidele, sapientiam præstans paruulis, præceptum Domini illuminans oculos. quasi dixerit Propheta, Lex est, quæ discernit licitum ab illicito, & omnibus lumen præstat, ne in peccata labantur sub prætextu ignorantię, cum per legem ea cognoscant homines, quæ appetenda, quæ fugiēda. & similiter Prouer. 6. dicitur, quod lex est lux, & mandatum lucerna: & vt inquit Gregor. lex est tanquam speculum, ꝙ nævos, sordes, labesq; refert, quas eluamus: & æquiparat soli, quod bene dispositos illuminat, viuificat, fouet: lippiētes autem & lusinios obcæcat, & offendit. & demū lex mors est malis, vita bonis. sicut vinum, quod sanis vigorem addit & spiritum lætificantem, febricitantibus autem & pleuriticis idem mors est.

4 ¶ Scio quandoque dubitatum, † an lex prior esset delicto, & sic causa delicti, vel è contra, Delictum prius lege &

lege & causa legis: nam vt inquit Thom. *Quolib.6.arti.16.* non opus esset lege, si omnes boni forent. & aureo illo seculo, quod fabulãtur poetæ, nullam fuisse legem scriptam fertur, iuxta illud Ouidij primo Fast.

*Nullus erat iustis reddere iura labor.*

Hinc illud Corn. Taciti, *lib.15.* in personã Pęti Thraseæ loquentis, Vsu probatum est leges egregias, exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum gigni, sic oratorum licentia, Cinciam rogationem: candidatorum ambitus Iulias leges, Magistratuum auaritia Calphurnia scita plebis pepererũt. nam culpa quam pœna tempore prior sicut emendari, quam peccare posterius est. in quam sententiam & Macrob. Satur. 3. Vetus verbum est (inquit) leges bonæ ex malis moribus procreantur. nam sicut medicorũ pharmacis nil opus foret, nisi morbis laboraretur: ita legibus ferundis nihil opus esset, nisi perperam viueretur. quare & apud Aeginetas capite multabatur, qui legis nouæ condendę dedisset occasionem, vt refert Aristot. Rhet. *lib.2.* quod & exemplo probari videtur: nam apparet, & ante legem Moysi datam non modo delicta extitisse, sed & cognita fuisse, nam & Caim postquam interfecit fratrem, inquit, Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear, Genes. *c.4.* sic & Gen. *c 43.* Iudas inquit ad patrem, Reus ero peccati adversum te, nisi reduxero Beniamin fratrem meum. Sic & Iob, quem ante legem fuisse constat, vocat se sæpius delinquentem, & iniquum.

¶ Verius tamen est omni quidem tempore legẽ præcessisse peccatum, si nouerimus varias esse legum species. s. scriptas, & non scriptas, naturales, & ciuiles. Legẽ enim à principio Mundi Deus omnipotens & sapientissimus omnibus dedit & animatis & inanimatis, iuxta illud Prouerb. 8. quando certa lege vallabat abyssos. & paulo post, quando legem ponebat aquis, ne transirent terminos suos. sic & Adamo primo parenti legem præscripsit, ne scilicet comederet de ligno vitæ pomum, Genes. *c.2.* per quam cognouit Adam, transgressionem præcepti peccatum esse, aliàs non cognituros cibum illum mortem allaturum, nisi lex præcessisset, neque mortem quidem omnibus nobis luctuosam attulisset comestio illius pomi, nisi lex illud sub ea pœna prohibuisset. cum igitur hoc primum fuerit peccatum, quod lege posterius fuisse constat, consequens sit, vt lex peccatum præcedat. †Sed & legem naturalem in ipsa hominis creatione digito suo in corde eiusdem inscripsit in rationali animæ parte consistentem, quæ tota his tribus absoluitur præceptis, Honeste viuere, alterum non lædere, ius suum vnicuique tribuere, vt per Vlpian. *in l. iustitia. §.1. ff. de iusti. & iu. §. iuris præcepta. Inst. eo.* soli etenim (vt inquit Tul. primo de Legib.) huic animali prouido, sagaci, multiplici, acuto, memori; quem nos vocamus hominem, rationem pro lege tribuit, qua honesta sequeretur, inhonesta fugeret. quæ quidem lex significatur per illud Psal. 4. signatum est super nos lumen vultus tui Domine, vt exponit Thom. *prima secundæ. q. 1. arti. 2.* & supplet vicem omnium legum: nam, vt inquit Paul. ad Rom. *cap.2.* cum enim gentes, quæ legem non habẽt naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex. qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente ipsis conscientia ipsorum.

¶ Lege igitur naturæ, quæ coæua est & congenita cũ ipso homine, prohibita semper fuerunt delicta, per quã & Caim, & Iudas, & Iob, de quibus supra dictum fuit, cognoscebant se delinquere. at cum malitia hominum excrescente lumen hoc naturalis rationis extingueretur, factum est, vt clementia Dei intercedente exsuscitarentur igniculi illi, qui reliqui erant in nobis per legẽ scriptam Moysi, quæ nil aliud fuit quam renouatio legis illius naturalis & communis: ne vllus posset ignorãtiam prætendere, aut rationis hebetudinem, qua bonũ à malo discernere non valeret: ex quibus postea aliæ atque aliæ deriuarunt leges tanquam riuuli ex fontibus pro varietate temporum, locorum, ac gentium, *vt in l. aut facta. in fi. ff. de pœn.* quæ tamen omnes fundamentum ac radicem habẽt à lege illa primæ naturæ nobis à Deo insitæ: atque ideo non imperitè Martia. *in l.2. ff. de legi.* di- 6 xit ex mẽte Demosthenis, † legem esse donum & inuẽtum Deorum, legem illam scilicet naturalẽ intelligens, vt ego interpretor inextinguibilem solem, à quo omnes leges lumen suscipiunt.

¶ Concludendũ igitur proculdubio legẽ præcessisse peccatũ tanquã lumen distinguens plana à lubricis, neque nos potuisse peccata cognoscere, nisi legem haberemus in cordibus nostris scriptam, qua iustum ab iniusto possumus discernere. Verum quia legẽ illam occultam perditi homines non audiunt, ideo necesse fuit, vt scriptis mandaretur, & ex eo fonte variæ postea scriberentur leges, quæ varios hominũ iniustos actus prohiberent, & insuper pœna etiam addita coercerent. Si ergo legem in vniuerso spectes, id est fontem illum naturalis legis, à quo cæteræ omnes emanant, certum est legem præcessisse delicta. at si scriptam tantum legem contempleris, certum est etiam peccata & delicta legibus scribẽdis & pœnis addendis occasionẽ præbuisse, & 7 hac ratione delicta leges scriptas præcessisse, † q, optime Solon iudicauit, dum interrogatus, quare legẽ parricidio nõ scripsisset: Respondit, se nunquam credidisse tam nefarium scelus ab homine committi posse: innuẽs credidisse sufficere legem conscientiæ & naturæ ad absterrendum homines à tam horrendo facinore, neque scriptura indiguisse, quod vel brutis ipsis manifestũ erat, & inuiolabiliter obseruatum.

¶ Non defuerunt tamen (tam variæ sunt mortalium 8 opiniones) † qui ausi sint asserere leges in hac materia delictorum plus mali, quam boni mortalibus apportare, vel saltem inutiles esse, cuius opinionis author fuit Diogenes Cynicus hoc argumento eam comprobans, quod scilicet legibus certe boni non egerent, cum hi solo virtutis & officij studio conceptam virtutis notionem obseruent: Mali vero nihilo fiunt propter eas meliores, cum ex mente Antisthenis, & cæterorum Philosophorum coacta virtus, virtus non sit. cuius etiam opinionem sequutos fuisse & Thrasimacum, Calcedoniũ & Philum in libris Tull. de Repu. legimus. & (si dijs placet) apud nostros plures hæretici eandem sunt amplexi sententiam, vt Cherinthiani, Manichæi, Pepusiani, & Chiliastes, cuius quidem opinionis falsitas, cum à multis sit etiam iustis libris detecta, & adeo sit manifesta, vt longiori nõ indigeat oratione: ideo in ea excutiẽda diutius non immorabor, cum nullus sit tam hebetis & cõfusi ingenij, qui nesciat, nullum tempus tam tutũ, nullũ locum tam munitum, nullum hominem tam prudentẽ & oculatum esse posse, qui sicariorum, latronum, adulterorum furorem, & audaciam à fortunis, liberis, coniugibus, & ceruicibus nostris possit auertere, si effrenis, atque (vt Plautino verbo vtar) exlex viuendi conditio sequenda esset. nam, vt inquit Tucyd. lib.3. si vix vlla lex tanti est, quæ nos & bona nostra tueri valeat, neque ipsa mortis pœna idoneus est salutis nostræ fideiussor, quin passim omnia criminibus sint plena: quid expectandum foret, si & ipsæ leges abolerẽtur, à quarum obseruatione omnia quæcunq; nostra sunt, quin & ipse spiritus, quo viuimus, dependet?

¶ Et quamquam Paul. ad Galat. 4. cuius dicta habentur *in cap. dũe sunt. 19. quæst. 2.* dicat, iustis non esse impositã legem, id eam recipit interpretationem, quod scilicet iusti non dederunt occasionem legis condendæ, cũ eo- 9 rum conscientia ipsis lex foret: † sed postquam lata est lex, illi subiiciuntur quantumuis iusti, etiam si in supremo perfectionis gradu positi forent, vt dicit glo. *in clem. ad nostram. in verbo, ieiunare. de hæret.* vbi etiam Cardin. & Imol. *in rubri. de constitut. col.6.* & Abb. *in c. solitæ 2. col. de maior. & obed. & in cap. omnis anima. de censi.* quo factum est, vt

& Christus Saluator noster, omnium innocentissimus, leges omnes tunc vigentes seruare voluerit, Lucæ 2.

¶ Neque etiam dicendum, † magistratus extare satis esse in ciuitate, & si non sint leges : imo melius esse bonum magistratum, quam bonam legem, quod plures asseruerunt, quibus argute respondet Arist. Polit. *libr. 3. c. 12. in prin.* dum inquit, qui legem præesse volunt, videntur velle Deum præesse & leges : Qui autem hominem vult præesse, adiũgit & bestiam. Magistratus enim, cum homo sit quãquam bonis affectibus, tamen cupiditatis, & excandescentiæ affectu carere non potest, qui quandoq; etiam bonam mẽtem perturbare possunt: cum tñ lex (vt ipse inquit) sit mens appetitione vacãs. Quare & si ciuitas Romana primo sub Regibus per plures ann. sine lege vixisset manu regia tm̃ gubernata, mox exactis Regib. per 20. etiam annos incerto iure regnasset, vt inquit Pomponius *in l. 2. in prin. de orig. iur.* non potuit tamẽ diutius id pati, & ideo publico decreto leges 12. Tabul. conscriptæ. Hoc exemplo docentes Romani nullã posse societatem humanã diutius cõstare sine lege scripta.

¶ Ad coercenda ergo delicta necessaria fuit lex scripta. Quo factum est, vt nullum delictum puniẽdum sit, quod lege aliqua non prohibeatur : valet enim consequentia, Actus iste nulla lege punitur, aut prohibetur,
11 ergo delictum non est: † nam quod nõ vetatur, permissum intelligitur. *l. ab ea parte. ff. de probat. & l. in exceptionibus. eo. tit. in §. vlt. l. qui accusare. ff. de accusat. cum concor.* inclusio enim vnius, est alterius exclusio, & è contra. *l. cũ prætor. de iud. cum simil.*

¶ Atque ideo reus, qui factum non negat, quod sibi obijcitur, hanc præcipuam habet excusationem, & exceptionem, quod scilicet factum illud lege non prohibeatur, & ideo delictum non sit, neq; pœnam mereat. Verum quia plures sunt iurium ac legum species, quib, potest delictum constitui, & factum aliquod tanquam illicitum prohiberi, ideo diligenter omnes iurium species inuestigandę, vt sciamus, si quo iure id, de quo quę-
12 rimus, prohibitum sit. † Et cum constet tres esse præcipuas iuris species, Naturale scilicet, Gẽtium, Diuinum, & Ciuile, & rursus ciuile continere leges, Senatus consulta, plebiscita, prætorum edicta, responsa prudẽtum, & Principum placita, vt *in l. 1. §. priuatum ius. & l. ius autem ciuile. ff. de iusti. & iure.* necessarium mihi visum fuit singulas has species percurrere, vt ostendam potestatem & effectum earũ, & quę delicta singulis his speciebus prohibita fuerint. Ex hac enim cognitione nõ modica subsequetur vtilitas, cum delectatione coniuncta, tum ob varias horum iurium potestates, quæ etiam varie distinguere possunt maleficia & eorum pœnas: tum vt discerni possint causæ, quæ pro temporum varietate ipsis legibus condendis occasionem præbuerunt. Quare prius de iure naturali videamus, & quæ delicta hoc iure prohibita intelligantur.

## CAP. VI.

## *de Iure Naturali.*

### SVMMARIVM.

1 *Homo qui legib. ac moribus regitur, tripliciter considerat.*
2 *Ius naturale quid spectet.*
3 *Valla, qui Vlpiani descriptionem iuris naturalis ridiculã appellat, irridendus & explodendus est, cauersutus & maleuolus, fidemque Christianam, profanus insectatus atque in alienam messem sit etamen oblitus falcem imponens.*
4 *Bruta quæ ad naturale ius, id commune habeant cum hominibus.*
5 *Iuri naturali tria potissimum conueniunt.*
6 *Defensio est de iure naturali.*
7 *L. vt vim. ff. de iust. & iure. cur Pandectarum compilatores iuri gentium, non autem naturali ascripserint.*
8 *Luxuriantes contra naturam in primam iuris naturalis speciem delinquere videntur: & eorum in numero qui sint.*
9 *Abortum iam concepti, vel editi partus procurantes, & sui-*
*lia facientes quomodocunq;, in secundam iuris naturalis speciem committunt.*
10 *Vim sibiipsis inferentes, iuris naturalis, quæ vitæ propriæ defensionis est, tertiam speciem offendunt.*
11 *Fideiussor pro reo capitalis pœnæ, vel corpus affligentis, quis non intercedit.*
12 *Defensionib. suis nemo renunciare potest, priuatæ potestati ad puniendũ tradere, torturæq; subijcere, & similia facere.*
13 *Obligatio naturalis, quare ex delicto non oriatur.*
14 *Statutum Pisanum quod quis in manib. inimici se ponat, dãs nocendi ei facultatem, non valet.*
15 *Bannitus seipsum impune offendere non potest, statuto permittente bannitum posse impune offendi.*
16 *Denunciare quis delictum à se commissum non tenetur, si ex statuti forma quilibet omnia delicta denunciare debeat.*
17 *Appellare inuito reo capite damnato quilibet potest.*
18 *Damnatus vt vel centum soluat, vel ei manus amputetur, si manum amputandã elegerit, inuitus ad soluendũ cogitur.*

1 MNES † homines, qui quidem legibus ac moribus reguntur, considerantur sẽcundũ Arist. vel in genere, vt animalia, vel in specie, vt homines, vel magis in specie, vt ciues. Si consideratur ergo homo vt animal, tunc iuri naturali, quod commune est omnibus animantibus, subiectum etiam dicitur. si consideratur vt homo, iuri gentium, id est omnium hominum consensu approbato obedire tenetur. si deniq; consideratur vt ciuis, ciuile ius Romanum vel ciuitatis suæ tenetur obseruare.

2 ¶ Ius ergo naturale est, quod animalem partem tantum spectat, & ideo commune est omnibus animantib. natura enim hoc ius omnia docuit animalia, vt inquit Vlpia. *in l. 1. §. ius naturale. ff. de iusti. & iu. & habetur in §. 1. Insti. eo.* † Et quãquam Lauren. Valla morem suum sequutus, *lib. 4. c. 48.* & reprobet, & ridiculam appellet hãc descriptionem Vlpiani, hac ratione tantum motus, q̃ nemo appellabit instinctus illos naturales, qui huius iuris esse dicuntur, vt coitus, educationis liberorum, & simile ius: tamen ipse magis irridendus & explodendus, qui dum falcem in messem alienam imponit, messis suæ obliuiscitur, cum se non legisse ostendit Ouid. Metham. 4. dum inquit,

*Nec loquar vt quondam naturæ iure nouato,*

Et eundem, dum ad Liuiam inquit,

*Ius rigidum & ineuitabile mortis.*

Cum negari non possit mortem esse omnibus animantibus communem: nam & legem habent cæli, legẽ habent terra, aqua, & elemẽta, vt dicitur *Prouer. 8.* & ne sacris scripturis certem cum eo, qui fidem Christianam profanus insectatus est, ostendit etiam se non recte legisse suum Ciceronem, qui *lib. 2. de legi.* dum definiendo legem inquit, lex est æternum quiddam, quod vniuersum mundum regit imperandi, prohibendiq; sapiẽtia. quod si vniuersum mundum, ergo & bruta. Et itidem *lib. 3.* omnia iussis supremæ legis obtemperant, & eius legi obediunt maria terræque: si maria & terræ, ergo & bruta. Et licet nõ tam proprie iura brutis conueniant, vt hominibus, quia ius est ars boni & æqui, vt Vlpia. definit *in d. l. 1. de iusti. & iur.* & natura, qua bruta reguntur, teste Philosopho, cæca est sine natura & arte. & Horatius testatur, Naturam solam iustum ab iniusto secernere non posse: attamen neq; improprie dici potest animalis à natura doceri ius, id est à Deo, qui natura dicitur, iuxta gl. *in d. l. 1. §. ius naturale. de iusti. & iure. in ver. quod natura. in prin.* Deus enim occultas proprietates & instinctus brutis largiendo docet, quomodo speciem suam singula & vitam suam tueantur, vt & Bal. considerauit *in*
4 *l. iustitia. in 2. lect. in prin. de iusti. & iur.* † Et quoad ius & legem hanc naturalem, hoc habent commune bruta cum hominibus, quod ei norũt obedire, & illam exequi sicut & homines. faceſſat ergo Valla cum argutiis suis cõtentiosis, quæ potius versutum ac maleuolum indicant animum, quam quod vlla sint dignæ consideratione.

¶ Ad

5 ¶ Ad †hoc autem ius naturale tria potissimum pertinere puto, videlicet maris & fœminæ coniunctionem, ex qua liberorum procreatio, & eorundem liberorum educatio. Item & tertio violentiæ & mali propulsationem, quæ ꝓbatur *per l.1.§.ius naturale. & l.vt vim. ff. de iusti. & iur.* Et quamquam d. l. vt vim, videatur respicere ius gentium, nõ autem ius naturale, quia non inter ea, quæ sunt iuris naturalis, fuit scripta, sed inter ea, quę sunt iuris gentium, ex quo post. §. *ius gentium. d.l.1.posita est*: at-
6 tamen non propterea excludit, † quin defensio sit iuris naturalis, cũ hoc apertissime pateat. non enim alia de causa natura boues cornibus, equos calcib. apros dentibus, apes aculeis, & singula animalia armis suis armauit, nisi vt illis vitam tuerẽtur & ab iniurioſis, iuxta text. *in l 1.§. cum arietes. ff. si quadru. pau. fe. di.* vbi aries, qui cornibus se defendẽdo arietem aggressorem occiderat, culpa dicitur carere, neque ideo dominus edicto illo tenetur. Quibus consonant aurea illa Cicero. verba pro Milone, dum inquit: Est enim hæc iudices, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti: nõ instituti, sed imbuti sumus, vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis hone-
7 sta ratio esset expediendæ salutis. † Quare autem compilatores Pandectarum d.l.vt vim. ascripserint iuri gentium, non autem iuri naturæ, Deci. *in d. l.vt vim. in primo not.* dicit hãc fuisse rationem, quia licet propulsare vim, sit iuris naturalis, quod commune est & brutis: at propulsare iniuriam, de qua etiam loquitur Floren. *in d. l.vt vim.* est iuris gentium, cum iniuria proprie brutis non cõueniat, sed tantum homini rationali, *vt per gl. ibi.* Quæ tamen ratio mihi non in totum satisfacit: nam cum ius naturæ potentius sit iure gentium. §. *sed naturalia. Inst. de iure nat.* debuisset sub potẽtiori istud mixtum poni, *iuxta l quæritur. de sta. hom.* vel saltem vis ab iniuria distingui debuit. puto ergo ego hanc fuisse rationem, quod scilicet ibi Florentinus voluerit negare, defensionem esse de iure naturæ, sed quod voluerit asserere id etiã iure gentium comprobatum: nam omnia, quæ iure naturali cõceduntur, iure gentium permissa sunt: licet enim iure naturali quælibet coniunctio maris & fœminæ sit concessa, etiam filij cum matre, sororis cum fratre, patris cũ filia & simil. vt passim inter animalia videmus obseruari: id tamen iure gentium non est receptum, vt j. dicemus. sic ergo in proposito vim vi repellere, est quidẽ de iure naturali: sed an id de iure gentium sit permissum, dubitari poterat, ideo ibi Floren. tollens dubitationem inquit, iure hoc euenit, vt quod quisque ob tutelã corporis sui fecerit, iure fecisse dicatur, non tãtum scilicet naturali, quod potuit, quoad ius gentium esse iustum & iniustum, sed & eodem iure gentium, quod comprobatur ex verbis immediate sequentibus, dum inquit: Et cũ inter nos cognationem quandam natura constituerit, consequens est hominem homini insidiari nefas esse. Vides, quod hic Floren. à iure naturali arguit ad ius gẽtium, nam à cognatione illa, quam dixit naturam inter homines conciliasse deducit consequentiam, nefas esse hominem homini insidiari: cũ tamen si ius naturæ spe- 10
ctes, bruta sibi inuicem insidiantur, vt pascantur. sic ergo repellere vim à fonte iuris naturæ descendit, quod autem iure, id est iuste id fiat, id à iure gẽtium habemus

Luxuriã contra naturam.

8 ¶ Primam † huius iuris naturalis speciem, videlicet coniunctionem maris & fœminę, oppugnare videntur, & in eam delinquere, qui contra naturam luxuriantur, quod omnium quidem venereorum criminum grauissimum est, Gen. *cap. 37. & in Auth. vt non luxur. contra natur. per totum. & in l. cum vir. C. de adu.* cuius delicti pœna ignis & desolatio ciuitatum, vt Sodomæ & Gomorræ exempla nos monent, Gene. *ca. 19.* cum enim coniunctio maris & fœminæ sit à lege naturæ præscripta ad procreandos liberos & conseruandam humanam speciem, hanc legem contemnit, & cõtra eam facit, qui eo vase ad coitum vtitur, qui ad generationem aptus non est. quo in numero sunt cum masculis coeuntes, vel cum fœminis non in vase ad id creato, vel cum brutis, de quibus per Pau. ad Roma. *cap. 1.* & ad Cor. *c. 6.* & Leuit. *c. 20. & c. adulterij. 32. q. 7.* & Exod. *c. 22. & c. mulier. 15. q. 1. & in c. reos. §. qui coierit. 23. q. 5.* Pari ratione in eodem numero sunt, qui cũ mortuis coeunt, vt per Boer. *decis 316.* cum inde nulla sobolis spes, & denique eodem numero censeri debent, qui quocunque modo id agunt, ne soboles procreetur, vel in coeundo illum statum corporis seruando, qui generationi nõ sit aptus, vel semen extra vas aptum emittendo, vel qui sponte se exhibet, vt spado fiat, vel qui alium volentem vel inuitum ad hunc finem castrauit. vtrumq; enim vltimo supplicio cum publicatione bonorum damnandum esse, rescripsit Adrianus Imperator *in lege Cornelia, quæst. 4. §. pen. & vlti. ff. ad l. Cornel. de sicar.* quod scilicet naturale hoc ius violent, instrumenta illa abscindendo, quibus si omnes carerent, inefficax esset illa naturalis maris & fœminæ coniunctio, ac denique perderetur breui hæc humana species. eiusdem quoq; classis eos esse arbitror, qui venena recipiunt, vel dant, ne in coitu mulier concipiat, qui quidem grauiter puniuntur tanquam naturæ violatores, *vt in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis.*

Abortus.

9 ¶ In † secundam speciem iuris naturalis scilicet educationem liberorum, committunt parentes vel alij, qui abortum iam concepti partus procurant quocunque modo. *l.1. ff. ad l. Pomp. de parricid. l.1. in prin. & l. pe ff. ad l. Cor. de sicar. l. Cicero. §. vlti. & l. prægnãtem. ff. de pœnis. l. si mulierem visceribus ff. ad l. Cor. de sicar. c. Moyses. 32. q. 2. & c. sicut ex literarum. de homicid.* Item si partum editum quocunq; mo- Partus interdo enecant. *l.1. in fi. & l. pen. in prin. ff. ad l. Pomp. de parr. l. necari. ff. de lib. agnosc.* ibi, qui partum præfocant. Item qui partum editum exponunt feris, vel ei alimẽta denegãt, *d. l. necare.* quod enim parentes vitam ament filiorũ, hoc naturale est, *l. 1. §. taceat. C. de rei vx. acti.* ibi, naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationẽ hortatur. *& in §. vlti. Insti. de noxal.* ibi, quis enim patiatur filiũ suum, &c. qui quidem affectus communis est omnibus brutis, vt apud Philostratum in vita Apollonij, *lib. 2.* & Ambro, lib. Exameron. *6. c. 4. cum simil.* quos videre poteris apud Tiraquell. Gallum Iurisc on. diligẽtissimum, Tiraquel-
*in repet. l. si vnquam. C. de reuocan. don. in prin. nu. 13. & seq.* quibus addas tu simiarum singularẽ erga fœtus suos amorem & affectionem, de quo Plin. *lib. 8. c. 54.* & Soli. in Polyst. *c. 40. in fi.* ex quibus fontibus prodijt illa communiter recepta conclusio, quod filius homicida à patre oblatus iudici, non sit vltimo supplicio afficiendus, *argu. l. milites agrum. §. desertorem. ff. de re mili.* Abhorret enim vel ipsa lex, nocentem filium parentum ministerio occidere, cum eos natura docuerit, partus conseruare, nõ prodere. eadem quoque ratione concessit licentiam patri lex filiam adulteram impune occidere, *l. patri. cum duab. ll. seq. ad l. Iul. de adul* non marito, auove, aut alijs: quia scilicet, inquit Papi. *in l. nec in ea. in fi. eo. tit.* plerunque pietas paterni nominis, consilium pro liberis capit. de quibus tamen omnibus la- ius j. disputabitur suo loco.

lus.

Manus sibi inferre.

10 ¶ Offendũt † tertiam huius iuris speciem, quæ est defensionis vitæ propriæ, qui sibi ipsis vim inferendo vitã adimunt. *l. 3. §. si quis autem. ff. de bo. eor. l. sed si damnum. §. sed si ipso. vbi gl. ff. de pecul. l. 1. C. de bo. eor. l. liberorum. §. non solent. ff. de his, qui not. infam. c. si non licet 23. q. 5. l. si quis filio. §. eius, qui. ff. de iniusto rup. testam.* Item qui seipsos vulnerãt, vel quoquomodo corpus suum offendũt, cum nemo sit dominus membrorum suorum, *l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & d. ca. si non licet. & l. lex Cornelia. §. pen. & vltimo. ff. ad l. Cor. de sicar.*
11 Hinc & illa iuris conclusio processit, † fideiussorem intercedere non posse pro reo pœnæ capitalis vel cuiusuis alterius, quæ corpus affligat glos. not. *in ca. cum homo. 23. q. 5.* Bal. *in l. neque. C. ne fil. pro pa. & in l. 2. C. de consti. pecu. cum concord. per Hip. adductis in Practi. crim. §. examinanda. nu.*

12 12. Huc quoque ſpectat & illa, †neminem poſſe renunciare defenſionibus ſuis, gl. vbi Bar. *in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. in l. cuſtodias. ff. de pub. iud. cum concor. quæ adducit* idem Hip. *in d. pract. §. examinãda. nu. 1. & ſeq.* item & illa, ꝙ nemo poteſt ſe ipſum alterius priuatæ poteſtati tradere, vt illum puniat, *l. 1. §. vſq; adeo. ff. de iniur.* Bar. *in l. pen. ff. de cond ob turp. cau. & in l. interdum, §. qui furem. de furt.* neq; etiam ideo poteſt ſe ſubijcere torturæ, vt per Franc. Bru. *in tracta. de indi. & tortu.* eadem ratione cautũ eſt ne quis ſpectaculis & ludis offerat, in quibus euidẽs immineat vitæ periculum, *l. 1. C. de ſpecta. c. 1. & 2. extra de tornea.* quæ ratio etiam duellum prohibẽdum ſuadet, vt per omnes Cano. *in d. c. 1. & 2. de tornea. & c. 1. & 2. de cler. pugn. in duel. Spec. in tit. de accu. §. ſequitur. verſ. ſed quia.* Alberi. Bal. & Flor. *in l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. ff. ad l. Aqui.* Bar. Iſern. & cæteri Scrib. *in c. in tit. de pace tenen. in prin. in vſi. feu.* Capra *conſi. 2. quidam nobilis. in prin. Deci. conſ. 487. in quæſtione, & conſi 687.* Magnificus D. Hoc quoq; iure naturæ motus
13 dixit Barto. *in l. fratre. de cond. inde. nu. 35.* † quod ex delicto non oritur naturalis obligatio, quia nemo præſumitur ſponte ſe velle ad pœnam obligare, ideo repertus mortuus, non præſumitur à ſeipſo occiſus, quia id naturali iuri repugnat, Deci. *conſ. 438. Accurate, in prin.* eadem quo-
14 que ratione dicebat Bart. *in l. 1. §. vſque adeo. ff. de iniur.* †ꝙ non valet conſuetudo ſeu ſtatutum ciuitatis Piſarum, ꝙ quis ponat ſe (vt eius vtar verbis) in manib. inimici ſui, dando ei facultatem, vel faciem ſignãdi vel abſcindendi, frangendi membrum, vel vulnerãdi, quod etiam dixit *in l. ſed ſi vnus. §. prætor ait. ff. de iniur.* & Scrib. *in l. 1. C. ne quis in ſua cau.* Paul. Caſtren. *in l. centeſimis. §. vlti. ff. de verbor. obli.* Ang. *in tracta. maleſi. in verſ. contra voluntatem. gl. in l. pen. ff. de arbit.* & ex his colligitur barbarum eſſe vſum illum, quo ſequuta aliqua iniuria per aliquem illata, qui paſſus eſt iniuriam illam, nunquam remittit, niſi qui intulit, ſe inermen conſtituat in poteſtate iniuriam paſſi, qui pro libito poſſit etiam illum occidere.

Et ideo dicebat etiam Bald. *in l. 1. 8. colum. C. de ſeru. fugi.*
15 quem ibi paſſim ſequũtur Scrib. †quod ſi ſtatutum permittat bannitum poſſe impune offendi, non tamẽ ideo bannitus poterit ſe ipſum impune offendere. quam deciſionem comprobat Hip. *in pract. crim. §. aggredior. nu. 17.*
16 & Saly. *in l. ea quidem. in 17. q. C. de accuſ.* dixit, † quod ſi quilibet Decanus villæ ex forma ſtatuti tenetur denunciare omnia maleficia in villa commiſſa ſub graui pœna, nõ tenebitur denunciare maleficia ibi à ſe ipſo commiſſa, quod & ſequutus eſt Hippol. vbi ſupra, id alijs authoritatibus probans, *nu. 20.* Hinc demum & illæ concluſio-
17 nes proceſſerunt, † quod quilibet inuito reo capite da-
18 mnato poteſt appellare, *l. non tantum. ff. de appell.* † Et qui damnatus eſt alternatiue, vt vel centum ſoluat, vel ei manus amputetur, ſi non ſoluerit, poteſt inuitus cogi ad ſoluendum, ſi tot in bonis habeat, quãquam ipſe in ſe tam eſſet impius, vt potius manũ vellet perdere quã centum ſoluere, *l. de pollicitationibus. ff. de polli.* quam pro ſingulari adducunt Bal. & Aret. *in l. quicunq; C. de ſer. fugi.* & notant Cano. *in cap. contingit. de ſenten. excomm.* de quibus omnibus latius etiam j. idoneo loco diſſeremus.

## CAPVT VII.

## *de Effectibus Iuris naturalis.*

### SVMMARIVM.

1 *Iuris naturalis effectus in criminalium materia ad ſex potiſſimum capita reduci poſſunt. & quæ.*
2 *Alimenta filio potius quam patri, qua ratione quis præſtare teneatur, ſi pro vtroq; æqualiter egente non poſſit.*
3 *Manifeſtum dicitur nulla indigẽs probatione, quod cum brutis etiam eſt commune.*
4 *Probationibus plurib. vel teſtibus concurrentibus præferuntur ij pro quibus ſtat natura.*
5 *Offenſus prius præſumitur qui defenſionem inuocare, plorare, vel gemere auditur.*
6 *Iuris ignorantia naturalis excuſat neminem.*
7 *Iure naturæ omnes ligantur.*
8 *Pater naturalis de iure naturæ æque ac legitimus filios Alere & Educare tenetur.*
9 *Filiorum appellatione etiam naturales veniunt in diſpoſitione iuris naturalis concernente.*
10 *Lex Pompeia de parricid. puniens occidentem patrem comprehendit etiam naturalem, & è contra.*
11 *Naturali actui incumbẽs in bona fide eſſe dicitur, vbi ad præſcribentem libertatem, & ad ſui aggreſſorem licite occidentem infertur.*
12 *Homicidium ad ſui defenſionem non per ſe tantum, ſed & per interpoſitas perſonas cuiq; permittitur.*

EFFECTVS † iuris naturalis in hac materia
1 criminum varij ſunt, ſed ad hæc potiſſimũ capita referri poſſunt. Primo, vt omnibus alijs iuris, & æquitatis ſpeciebus præferat. Secundo, vt manifeſtum dicatur, nulla indigens probatione. Tertio, vt omnes nulla iuris ciuilis habita conſideratione liget. Quarto, vt liciti præſumptionẽ tribuat. Quinto, vt facilius extenſionem recipiat quam aliæ iuris ſpecies. Sexto, vt tolli non poſſit.

¶ Quanquam igitur ſumma ratione & ea quidem naturali adfini ſit ſancitũ, quod filius teneatur Alere patrem, *l. ſi quis à liberis. verſ. & magis. & etiam in princ. legis. ff. de li. agno. & not. in l. 1. C. de alen. lib. & in l. nam etſi parentibus. ff. de*
2 *in off. teſtam.* †attamen ſi quis habeat patrem, & filium egenos, neque poſſit præterquam vni eorum alimenta præſtare, filio potiuſquam patri præſtare tenebit: ea ratione duntaxat, quia educatio liberorum, & alimenta ex hoc iure proueniunt, vt ſupra dictum fuit, cum tamẽ educatio parentum, & eorum alimentatio hoc iure nõ ſint cognita, vt voluerunt Iaco. de Are. & Cyn. *in l. 1. C. de alen. libe. & in l. 2. C. de paren. qui fil. diſtraxer. in fi.* & Bart. *in l. pen. ff. de libe. agno.* ſimiliter quanquam licita ſit defenſio etiam cum occiſione offendentis non modo corporis ſui, ſed & amicorum, & bonorum, vt not. omnes *in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.* tamen concurrẽte defenſione ſui corporis, & amici vel bonorum, magis ſemper erit excuſabilis ſui ipſius, quam amici, & bonorum defenſio, quia illa eſt de iure naturæ, quo prima charitas incipit à ſeipſo, hæc autem iure ciuili, *l. præſes. C. de ſerui. & aqua. l. 1. §. officio. ff. de tutel.* tradit *Bar. in l. ſi maritus. ff. ſol. mat.*

3 ¶ Secundum effectum produci dixi à iure naturæ, † quod cum omnib. etiam brutis ſit commune, ideo Manifeſtum dicitur nulla indigens probatione, *l. vbi autem. verſ. illud dubitationem.* ibi, ipſa natura manifeſtiſſimũ eſt. *ff. de verb. obli.* & tradit Bald. *in cap. 1. §. hoc quoq; ſciendum. qui feud. dare poſſ. & in c. 1. colla. 5. verſ. itẽ quæritur. in titu. an agna. vel fil. & facit l. 1. §. furioſum. & §. mutum. ff. de actio. & oblig.*
4 Ideo receptum eſt, †vt concurrẽtibus pluribus probationibus vel teſtib. illi præferantur, pro quibus ſtat natura, vt traditur per Innoc. & alios *in c. auditis. de præſump. c. Eccleſia Vulterana. de elect.* Bald. *in c. in noſtra, in prin. de teſti.*
5 Abb. *in c. cum P. olu. vltima. de accuſa.* ideo † ſi quis auditus fuerit clamando inuocare defenſionem, & plorare, vel gemere, præſumetur primo aggreſſus vel offenſus, quia hoc eſt commune etiam brutis offenſis, & percuſſis gemere, & voce alios conuocare, vt reſpondit Crauet. *conſi. 2.* Andreas Michaelis, *num. 11. 1. volum.* Quo fit etiam,
6 †vt huius iuris ignorãtia neminem excuſet, cum ſit manifeſtiſſimum. *l. 2. vbi glo. C. de in ius vocand. l. reſpiciendum. vbi etiam gl. ff. de pœn.* & ibi quoq, Bar. & gl. *in ſumma. 38. diſt. & in §. notandum. 1. q. 4.* Dyn. *in c. ignorantia. de reg. iur. in 6. pe. colt.* Cyn. & Bald. *in l. 1. C. de interd. matrim.* nullam igitur excuſationem recipere poteſt maleficium contra ius hoc naturale admiſſum.

7 ¶ Tertius effectus inſurgit ex hoc iure, † quod eo ligantur omnes, nulla iuris ciuilis habita diſtinctione. Ideo quanquam iure ciuili maxima fiat differentia inter filios naturales tantum, & legitimos, *toto tit. C. de nat. lib.*

*& in*

8 *& in Auth.quibus mod.natur. effi.leg.* † attamẽ quoad educationem & alimẽta, quæ ſ. huius iuris eſſe vidimus, æque tenetur pater naturalis ac legitimus, vt per omnes *in l. parentes.ff.de in ius vocan.& in l.2.C.eo.* Iaſo. late *in* §. *pœnales.* 9 *Inſti.de act.nu.56.* vbi etiam concludit, † ꝙ in quacunque diſpoſitione concernẽte ius naturale, appellatione pa-10 rentum, vel filiorum, veniũt etiam naturales. Ideo † lex Pompeia de parricid. puniẽs occidentem patrem, locũ habet etiam in occidente patrem naturalem, vt per Bar. Bal. & alios *in l.quia ſemper.ff de in ius vocan.* ſicut & locum habet in patre occidẽte filiũ ſpuriũ, vt per Bal. *in l. ius ciuile.ff.de iuſti.& iur.nu.4.* & plura ad hoc adducit Iaſ. *in d.* §. *pœnales.nu. 59.* & nos ꝯ. latius dũ de parricidio loquemur.

11 ¶ Quarto, qui † actui naturali incumbit, dicitur rei licitæ incũbere, & dicitur eſſe in bona fide. Ideo qui præſcribit libertatem, dicitur eſſe in bona fide, quia omnia à natura libera ſunt, ita Cyn. *in l.1.in 4.q.in fin.C.de ſerui.& aqua.* Ant.de But. *in c.ſi diligenti.de præſcrip.* Alex. *conſil. 142. quod eſt vltimum. incip. conſideratis.nu.3.1.volu.* Ideo quoties probatum eſt aliquem contra me gladio inſurrexiſſe, ſi is à me occiſus erit, id factum preſumetur ad mei defenſionem, & ſine dolo, quia defenſio ab hoc fonte procedit: ideo dicitur actus licitus, & omnia eo actu facta licita præſumuntur, ita Barto. *in l.ſed ſi quacunq; .in prin.ff.ad l. Aqui.& in conſi.ſuo incipiente, Vannutius Petri.* & Bal. *in l.multis. C. de liberali cau.* & tradunt Canon. *in cle.1.de homicid.* & Alex. *conſi.76.viſa inquiſitione.in fi.& conſ.109.Viſis.2.col.num. 2.1.vol.* & Dec. *conſi.676.in caſu prædicto.* Hinc etiam effectũ eſt, vt primi motus naturales cum non ſint in poteſtate noſtra non puniantur, glo.not. *in l. 1. §. ius naturale. in ver. coniugatio.ff.de iuſti.& iure.*

¶ Secundus effectus eſt, quod actus hoc iure licitus facilius extẽditur de perſona ad perſonam, quam actus 12 licitus de iure ciuili. exemplum, † homicidium iure naturæ conceditur ob tutelam ſui corporis. hæc conceſſio extenditur, vt procedat non modo ſi manibus propriis id effecerim, ſed etiam ſi per alium ad mei defenſionem etiam meo mandato factum ſit, cum etiam homines armatos cõuocare poſſim ad mei defenſionem, *l.cum fundum.vbi gl.ff.de vi, & vi arma.& l ſi quis in graui.* §. *1.ff.ad Syllan.* At ſi homicidium ſit de iure ciuili permiſſum, *vt in caſu l. Gracchus. C. de adul.* certe non licebit id per alium perpetrare, vt tradunt omnes *in d.l. Gracchus.*

Sextus ac idem poſtremus effectus, vt immutabile ſit, & iure nullo tolli poſſit, §. *iura autem naturalia. Inſti. de iure nat.cum concord.* de quo, quia commodior locus erit, ꝯ. dum de abrogatione legum loquar, ideo ne bis idem repetatur, ad ibi dicta Lectorem reijcio.

## CAPVT VIII.

## *de Iure Gentium.*

### SVMMARIVM.

1 *Iuriſgentium deſcriptio, ſecundum Vlpianum & Iſidor. & quomodo à iure naturali differat.*
2 *Ius gentium, ſæpe naturale appellatur, licet Accurſ. male interpretur pro diuino, & qua de cauſa naturale dicatur, triplexq; eſſe naturale dixit Heliodorus.*
3 *Ius gentium, quandoq; merum gentium. i. nec ciuilib. nec prætorijs adiuuatum legibus appellatur.*
4 *Ius gentium eiusq; originem, qualiter Tullius deſcribat.*
5 *Iuriſgentium & ciuilis differentia, & quid alterutrum ſit.*

1 VLPIA. *in l. 1. §. ius gentium. qui eſt vltimus. ff. de iuſt.& iure.* deſcribit ius gentium hoc modo: † Ius gentium eſt, quo gentes humanæ vtuntur. Quod à naturali recedere facile intelligere licet, quia omnibus illud animalib. hoc ſolis hominibus inter ſe commune ſit. Et ſequitur Pompon. apponendo exempla, veluti erga Deum religio, vt parentibus & patriæ pareamus, & quæ ſequuntur in ll. ſeq. idem dicitur *in* §. *ius autem ciuile. verſ. quod vero. Inſti. de iure nat.gen.& ciui.* Iſidorus autem, vt habetur *in c. ius gentium. 1. diſtin.* per exempla ſic deſcribebat, ius gentium eſt ſedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes, poſtliminia, fœdera pacis, induciæ, legatorũ non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde ius gentium appellatur, quia eo iure omnes fere gẽtes vtuntur. Differt igitur à naturali, de quo ſ. quia in eo conſideratur homo, vt animal irrationale, in hoc autem conſideratur vt rationale.

2 ¶ Ideo ſæpe † hoc ius appellatur etiam naturale, vt *in* §. *ſingulorum. Inſti. de rerum diui.& in l.1.in fi.ff.de fur.& in* §. *1. Inſti. de oblig.quæ ex delict.* quanquam male interpretet Accurſ. *in d.l.1. pro iure diuino.& in* §. *per traditionem. Inſti. de rerũ diui.& in* §. *venditæ vero ante verſ. ſi is. eod. titu.* ea autẽ de cauſa dicit naturale, quia in naturali ratione, quæ ſolis hominibus eſt communis fundamentum habet *l.1. in princ. ff. de acquir.rer.domi.* & ideo Theophil. vertens d. §. ius autem ciuile. Inſtit. de iure nat. dixit hoc ius per abuſionẽ dici naturale, quibus cõcinit, ꝙ Heliodorus dixit, Triplex eſſe ius naturale, primum commune homini cum Deo. ratione enim à Deo inſita homini in ipſum Deum tanquam in ſummum bonum ac verum finem tendit, & aſpirat. Alterũ commune eſt homini cũ brutis, de quo ſ. dictum fuit. Tertium cõmune homini cum homine, atq; ideo ius gentiũ appellat, & præmiſſa probat etiã text. *in l.omnes populi.in fi.ff.de iuſt.& iur.& in* §. *quod vero naturalis.* 3 *Inſti. de iure natu.* ¶ Hoc quoq; ius † quandoq; appellatur merum iuſgentium. i. nullis legibus ciuilibus aut prætorijs commixtũ adiuuatumve, vt inquit Triphon. *in l. bona fides.ff.depo.in prin.* De quo iure etiam Tull. hæc tradit de legibus loquens. Eſt quidem vera lex recta ratio naturæ congruens diffuſa in omnes, conſtãs, ſempiterna, quæ vocat ad officium iubendo, vetando, à fraude deterret. Huic legi nec ꝓpagari fas eſt, nec derogari: neq; enim per Senatum aut per populum hac lege ſolui poſſumus, nec quærẽdus eſt explanator eius, aut interpres alius, neq; per hoc ius alia eſt lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia poſt, ſed apud omnes gẽtes, & omni tempore vna lex ſempiterna, & immutabilis.

Ius naturale triplex.

4 ¶ Sed † & hoc quoq; ius elegantiſſime ſimul & eius originem, & fontem deſcribit Tul. li. 2. de legi. circa prin: dum inquit, habet vim hoc ius ad recte facta vocandi, & à peccatis auocandi, quæ vis non modo ſenior eſt, quam ætas populorum, & ciuitatum, ſed æqualis illius cęlum atq; terrã tuentis Dei. Neq; enim mens diuina ſine ratione eſſe poteſt, nec ratio diuina non hãc vim in rectis prauiſq; ſanciendis habere. Nec enim ſi regnante Tarquinio nulla erat Romæ ſcripta lex de ſtupris, idcirco non cõtra illam legem ſempiternam Sex. Tarquin. vim Lucretiæ attulit: erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad recte faciendum impellens, & à delicto auocans, quæ non tũ deniq; incipit lex eſſe, cũ ſcripta eſt: ſed tum cum orta eſt. Orta autem eſt ſimul cum mente diuina, quamobrem lex vera atq; princeps apta ad iubendum & ad vetandum ratio eſt recta ſummi Iouis, ꝙ & Auſonius, lepidus quidẽ poeta, teſtatus eſt his verſib.

*Lex naturali quam condidit Imperio ius*
*Ius gentum pietate hominum ius certa Dei mens.*

5 ¶ Differt autem † hoc ius à ciuili, quod ciuile propriũ eſt vnius tantum ciuitatis: gentium autem commune omnibus gentibus, *vt in d.* §. *ius autem ciuile. Inſti. de iure natu.* At Tul. *lib.3.Offi.* ſentit omne ius gentium ciuile appellari poſſe, non è contra, inquiens: Itaq; maiores aliud ius gentium, aliud ius ciuile eſſe voluerunt, quod ciuile non idem continuo gentium. quod aũt Gentium idem ciuile eſſe debet, hoc innuens, ius ſcilicet gẽtium apud omnes quoque ciuitates: qua ratione ius ciuile dici poteſt, id eſt omnium ciuitatum, cum hoc naturali ratione proditum ſemper & vbiq; bonum & æquum ſit: ciuile autem, quod vnius tantum eſt ciuitatis, ciuile proprie dicitur illius ciuitatis, quod varie & ad tempus deſcribitur, prout varijs ſuccreſcentib. populi ſuffragantis affectibus, ſæpiſſime mutatur, vt idem Tul. inquit *2. de Legi.*

¶ Cum igitur totum hoc ius, quod gentium appellari diximus, naturali rationi præcipuè innitatur, quæ etiam æquitas æquum bonum appellatur, non erit ab instituto alienum, si hoc loco aliquâ de ipsa naturali ratione subnectemus, quæ propositam etiam criminum materiam non egrediantur.

## CAP. IX.

## *de Ratione naturali & Aequitate.*

### SVMMARIVM.

1 *Ratio naturalis, quid sit, & quotupliciter nominetur.*
2 *Ratione naturali & æquitate carens vel eam non audiens, inter bruta connumerandus est.*
3 *Rationem naturalem legislatores in omnibus præcipue sequuntur.*
4 *Lex etsi expressam nõ habeat rationem, naturalis pro expressa, vera & finali habetur, coniecturariq; debet.*
5 *Ratio naturalis pro lege est, mouereq; iudicem debet sicut lex.*
6 *Erubescimus, cum sine lege loquimur, regula fallit, si ratione naturali innitatur.*
7 *Lege scripta deficiente, ad rationem naturalem, quæ legis pædagoga est, recurritur.*
8 *Interpretatio à ratione naturali potentior est omni alia.*
9 *Ratio naturalis rigorem canonis ad delinquentes excusandos temperare debet.*
10 *Legis à verbis ob rationem naturalem etiam non scriptam recedimus, qua etiam repugnante cæteræ quoq; interpretationes legis cessant.*
11 *Ratio naturalis in probando delictum, vel innocentiam, omne probationis genus superat.*
12 *Ratione naturali meliorem testem habere non possumus.*
13 *Ratione naturali testes de mendacio conuincuntur.*
14 *Verisimile omne, dicitur esse iuris naturalis.*
15 *Naturæ præsumptio in eum, contra quem stat etiam reum onus probandi transfert.*
16 *Ratione naturali quod constat, manifestissimum dicitur.*
17 *Opinionum in concursu, eam quæ naturalem rationem & æquitatem habet, sequimur.*
18 *Regula nulla tam certa, quæ ex æquitate & ratione naturali limitationem non recipiat.*
19 *Bona fide quid fieri dicitur, quod iuri naturali conuenit, secundumq; illud intelligitur.*
20 *Pontifex & Imperator licet legibus soluti censeantur, naturali tamen ratione statutoq; vel consuetudine quæ illa niterentur, ligantur.*
21 *Ratio naturalis bonorum atque malorum est arbiter.*
22 *Aequitas, quid sit.*
23 *Tex. in l. si quis forte. ff. de pœn. corruptus est, cum in Pandect. Florentinis, mediam, non meram habeatur.*
24 *Ratio naturalis, iustitia naturalis, conscientiaque propria dicitur.*

1 RATIO † naturalis, est intellectus nobis à Deo insitus, quo bonum à malo communi quodam omnium consensu discernimus: qui à Platone dicitur intellectus simpliciter, vel oculus menti præsidens. Ab Aristot. intellectus agens. A scholasticis intellectus adeptus. Hæc igitur ratio est ille nunquam fallax Monitor in animis nostris à natura nobis insitus, quem in omni humano negotio excitandum & consulendum monet Tullius. Hæc est, quamidem Tul. Tusc. 5. dicit decerptam esse ex mẽte diuina. Hæc itaq; fons est totius iuris æqui & boni certissima regula: † qua si careret homo, si eam non audit, inter bruta connumerandus est, vt est gl. *in ver. dicentem. in Auth. de mona. in prin.* & tradit Bal. *consi 163.* Cecilia. *in 2. col. vers. nam hoc dictat discretio naturalis 3. vol.* loquens in specie in materia criminum, & idem *consi. 303. concessum fuit arbitrium. 1. col. ver. item est contra rationem naturalem, quod qui non deliquit puniatur, 2. vol. in antiq.*

2

3 ¶ Hanc † legislatores in omnibus potissimum sequũtur, *l. 1. §. si id quod. ff. de actio. & obli.* ibi, palam est naturali ratione inutilem esse, & *in l. 1. §. parens. ff. de lib. agno. in l. itaque. in prin. ff. ad l. Aquil. l. 2. §. 1. ff. de vsufru. ear. rer. quæ vsu consum. l. si à patre. §. vlt. ff. de peti. hæred. §. 1. & §. constituitur. Inst. de nup. tex. not. in l. in rebus. §. possunt. ff. commod. l. humanitatis. C. de excusa. tuto. l. 1. in princ. vbi gl. ff. de pact. l. 1. in prin. ff. de lega. præstan. l. 1. in prin. ff. de min. l. si non sortem. §. libertus. post prin. & in fi. vbi etiam gl. in ver. natura. & l. nam & hoc natura. & l. naturalis. in prin. ff. de condi. inde. l. 3. §. ex contrario,* vbi Aretin. *in primo not. ff. de acquir. poss. l. 1. §. furiosum. & §. mutum. ff. de act. & obli. l. vbi autem. §. illud. ff. de verb. obl. & alibi sæpe.*

4 ¶ Quare licet † lex rationem scriptam, & expressam non habeat, tamẽ si naturalis assignari potest, ea habetur pro expressa & pro vera, & finali (vt dicunt) non impulsiua, vt per Imo. *in l. 2. §. vltimo. vers. item adde.* vbi etiam Rom. *col. 1. vers. & potest dubitari. ff. de dona. qui adducũt in arg. cap. quia ratio. de præbend. & c. consuetudo. distin. 1.* quod idem quoque Imola tradidit *in cap. post translationem. nu. 50. de renun.* & Panor. *in cap. suggestum. colu. 1. 2. no. de appell.* sequitur Iacobi. d eS. Georg. *in l. vltima. col. 1. C. de edic. diui Adr. tollen.* ideo dixit Abb. *in c. vlti. colum. 4. vers. & licet ratio. de re iudi.* quod licet ratio non exprimatur in lege, tamen illa debet coniecturari, quæ potuit naturaliter mouere legislatorem, quod etiam repetijt *in capit. secundo requiris. col. 1. in primo not. de appel.*

5 ¶ Hæc quoque † naturalis ratio pro lege habetur, & ita debet mouere iudicem, sicut lex ipsa, vt tradit Andr. de Iser. *in proœ. feud. collat. penult.* refert Iason *consil. 126. colu. pen. 4. volum.* Quærere enim legem vel aliam rationem ciuilem, vbi hæc in promptu est, intellectus infirmitatẽ esse tradit Ange. ex Arist. *in consi. 274. Thema. super quo. prope fi. vers.* & eodem modo respõdetur & refert Ias. *in auth. si qua mulier. in 3. col. versic. & pro Bal. facit. C. de sacrosan. eccle.* & idem ex Auerroe refert Bal. *in rubrica. ff. de rerum diui. in vlt. colum. & in l. 1. secunda colum. C. qui accusa. non poss. & in l. vltima. pen. col. C. de exeq. rei iud.* Et idem Angel. frater eius,

6 *consi. 367. in quæstione vertente. colum. 2. ver. primo. quia capta.* † & ideo quanquam dici soleat, quod erubescimus, cum sine lege loquimur: id tamen fallit, si ratione naturali innitamur, vt per Ias. *in l. illam. C. de colla. colum. 3. ver. limita tamen.* ideo tex. *in l. cum ratio. in prin. ff. de bo. dam.* vocat hãc quandam legem tacitam. *& in l. 1. §. in primo. C. de cadu. toll.* quod & Canonistæ admittunt, vt per Panor. *in ca. secundò requiris. colum. 2. vltimo no. de appell. & in cap. nulla. primo no. de præben.* vbi quod possumus argumentari à ratione naturali sine iurium allegatione, sequitur Fel. *in c. tua nos. col. 2. de iureiu.* & idem Panor. *in cap. cum sint. col. 1. in vltimo not.*

7 *de deci.* dixit, † quod cum ius scriptum deficit, recurrere debemus ad rationem naturalem, sequitur Curt. sen. *consi. 57. num. 17.* & Pet. de Ancha. *consi. 216,* scripsit Papa, *in vltima colum.* & denique Paul. ad Rom. 2. dixit, qui naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ipsi sibi sunt lex, quod dictum habetur *in c. dua. 19. quæst. 2.* quare Ang. *consi. 10. sanctissima. col. 5. versi. fatetur fiscus.* non ineleganter dixit, naturalem rationem legis esse pædagogam. & Bald. *in l. vltima. post prin. C. de su. & legi.* dixit virtutem legis in naturali ratione consistere. *allegat §. minorem. Insti. de adop.* subdẽs legem sese speculari in naturæ speculo, & idem *in l. 1. §. 1. C. de cadu. tollen.* dixit naturalem rationem esse optimũ legis clipeum, quem refert, & sequitur Felyn. plura alia adducens, *in capit. tua. secunda colum. sub nume. 3. 4. & 5. de iureiurand.*

¶ Hac igitur ratione naturali, & æquitate vtemur in materia criminum ad interpretationem legum & sta-

8 tutorum de ea loquẽtium. † huius enim interpretationis à ratione naturali vis potentior est omni genere interpretationis, vt scribit Bal. *in cap. 1. 1. col. 14. vers. aliquid. in ti. de pace Constan.* refert, & sequitur Ias. *in l. si is, qui pro emptore. nu. 62. ff. de vsucap. & Caccialup. in repet. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. num. 110.* & Paris. *consi. 105. in causa subsidij. nu. 18.*

9 *quarto volu.* & ideo dixit text. *in cap. præsentium. 1. q. 5.* † quod naturalis ratio debet rigorem Canonum temperare ad excusandum delinquentes, & in clem. *1. §. verum de re iud.* & pulchre Bal. *cõs. 38.* D. Thomas. *3. vol. in antiq. & facit tex. opt. in c. 1. de offic. custo.* & ideo dixit Cyn. *in l. non dubium. col. vltima.*

10 *vltima.verſ primo quæro.C.de legi.*† quod propter rationem naturalem etiam nõ ſcriptam poſſumus recedere à verbis legis, quod & Bald.ibidem ſequutus eſt, *colum.3.verſ. ſed hic vnum quæro.*& Panor.*in cap.1.col.3. verſ.nota ibi, intentione.de iur.cal.* quo fit, vt repugnante hac ratione omnes cæteræ legis interpretationes ceſſent, vt de argumẽto à contrario ſenſu, & à ceſſante ratione, & ſimilib.dixit Anto.de But.*in cap.cum Apoſtolica.col.vltima.* vbi etiã Imo. *colum.5.verſi ſi autem cauſa ſit finalis, de his quæ fiunt à præla.ſine conſenſu cap.*& idem Anto.tradit *in c.ad monaſterium.col. ſecunda, ver. venio ad verba in refectorio.de ſta.mona.* ſequitur Cur.ſen.*conſi.17.colum.4.verſ.præterea.in quantum.*

11 ¶ Hac† quoq; ratione naturali vtetur criminalia tractans ad probanda delicta vel innocentiam: ſuperat eñ hæc ratio in probationem adducta omne genus probationum: nã ſi vxor abſente marito vel infirmo per triennium, & impotente ad coitum concepit, & peperit, hac ratione clamante incõuincibiliter probabitur, partum hunc ex adulterio conceptum, ſic & manifeſtum erit prægnantem cum viro coiſſe. per hæc enim probat coitus, & adulterium, vt per Fely.*in c.præterea. de teſti. adducit tex.in c.dixit Dominus.22.q.1.& tradunt Scrib.in l.filium.ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur.* & ideo Bald.*in l. teſtium. in 7. colu.*
12 *verſ.2.modo, &c.* dixit, † ꝙ meliorem teſtem habere non poſſumus, quam naturam, & naturalem rationem, quę mentiri non nouit, & ea ratione dixit Pet. de Anchara. *conſi.189.tribus de cauſis.circa fi.* quod in varietate, & cõtrarietate teſtium prẽualent ij, quorum dicta rationi naturali innituntur. & ex hac ratione naturali arguit Andr. Sicul.*conſil.3.& quidem viſo puncto.col.vlt.in fi.* quendam eſſe reum, quod obiecto ſibi crimine tacuiſſet, quia hoc dictat omnibus ratio naturalis, vt ſtatim neget quis fe-
13 ciſſe, quod falſo ſibi obiicitur delictum. † Ex hac quoq; ratione naturali conuincuntur teſtes de mendacio, vt per Bal.*in c.1.§.1.quæ fuit prima cau.benefic.am.& in l.Arethuſa.ff.de ſta.ho.& Ang.in l ſi cum exceptione.§ in hac.ff.quod met. cau.* Sicul.*conſi.47.ſcribitur.col.vlt.nu.19.1.vol. Cæpol.conſi.32. quidam ruſtici.num.8.verſ.& per illam gl.*& ratio eſt, quia omnia naturali ratione fundata, ſunt vera vel ſaltem veroſimilia, quæ veriſimilitudo plurimũ operatur in ma-
14 teria probationum. † omne enim veroſimile dicitur eſſe iuris naturalis, vt per Bal.*conſilio 180.mortuo filio.3.volum. Craue.conſilio 8.* Aymo. Lex randi.*1.volum.nu.5.* ideo dixit
15 Iaſo.*in l.patre furioſo.num.5.ff.de his qui ſunt ſui, vel alie.iur.* † ꝙ naturæ præſumptio transfert onus probandi in eum, contra quem ſtat, dato quod eſſet reus, & tradit idem *in l.dedi.§.ſi libertus.col.2.ff de condi.cau.da.& in l.quamuis.col.1. ff.de in ius vocan.* & Dec.*in c.ſecundo requiris.3.no.de appel.* tradit etiam Hippo.*in repe.rubric.de proba.num.175.* Alex.*in l.*
16 *1.nu.17.ff.ſi cer.pet.* † quod enim hac ratione conſtat, dicit eſſe manifeſtiſſimum, *l.1.§.furioſum.& §.mutum.ff.de act. & obl.& l.vbi autem.§.illud.de ver.obl.* per quæ iura Bal.*in c.1. col.5.verſ.item quæritur.in tit.an agn.vel fil.in vſi feu.* quod id, quod ex rerum natura apparet, nõ indiget probatione.

17 ¶ Suffragabitur quoq; in materia noſtra hæc ratio, † vt in concurſu opinionum eam ſequamur, quæ naturalem habet rationem, & æquitatem, vt per Soc *in l.qui agnitis.in 3.col.de excep.* Iaſ.*in l.filio pater.ſecundo not. de leg.1.in*
18 *l.ſi ſeruum.§.ſequitur.col.1.de verb.obl.* † Nulla enim tam certa eſt regula, quæ limitationẽ non recipiat ex æquitate, & ratione naturali, *gl.in Auth.vt ſine prohib.mat.in princi. in ver.exiſtimamus.* per quam Peruſi.*in cap.vt debitus.col.vlt.de appell.* dixit, quod ratio naturalis ſufficit ad faciẽdum, ꝙ regula fallat, idem dixit Iaſ.*in l.à diuo Pio.§.in venditione.nu. 12.ff.de re iud.& in l.quamuis.ff.de in ius vocan.* & Curt. Iun. *conſ.19.poſt tract.feud.circa fi.* & Dec.*in l.in omnibus quidem.ff.*
19 *de reg.iur.* ¶ Et† qui ea facit, quæ naturali iuri conueniũt, dicitur ſecundũ bonam fidem agere, ideo delegatio facta, vt ex bona fide iudicet, intelligetur ſecũdum rationem naturalem, ita Bald.*in l.2.C. de fideicom.* ſequitur Iaſ. *in §.in bonæ fidei.num.50.Inſtit.de act.* & ideo pro iuſto titulo habetur, & bona fide, vt tradit Bald.*conſi.401.caſus talis aſ-*
*ſeritur.5.vol.* ſequitur Crau.*conſi.31.proponitur.nu.5.volum.1.* & ideo & infideles ea ligantur. qua ratione concluditur per aliquos, Hebræos non poſſe vxorem fratris ducere, quod naturali rationi repugnat, vt tradit Pariſ. *conſil.68.*
20 *dubium exoritur.num.346.4.volum.* † Sic licet Pontifex, & Imperator ſint ſoluti legibus, *l.Princeps.de legi.* non tamẽ hac ratione naturali ſoluti cenſentur, vt per Bald. *in l.2. col.10.verſ.item nota, quod ſi Papa.C. de ſer.& aqua.* & per Io. And.*in c.ſignificaſti.in ver.iuriſdictioni.de foro compe.* refert & ſequitur Fel.*in c.2.de conſti.nu.40.& 42.* & ibi Andr. Sicul. *nu.58.* ideo dixit Bal.*in c.1.§.vlt.col.1.qui ſeu.dare poſ.* quod licet Princeps regulariter non ligetur ſtatutis vel conſuetudine ſibi ſubiectorum: id tamẽ fallit, niſi ſtatutum illud vel conſuetudo naturali inniteretur ratione, potẽtius enim eſt (inquit) ius naturale principatu, ſequitur Mart.Laud.*in tract.de Principe, concluſ.305.incip.bonæ, & naturales,* & Rochus de Curte *in repe.c.vlt.de conſuetu.in 9, q.*
21 *prin.* † Eſt.n.hęc ratio (vt inqt Seneca) arbiter bonorũ, & malorũ, vt refert Soc.iun.*conſ.89.viſo themate.nu.20.2.vol.*

¶ Et ex hac prouenit temperamentum illud iuris, ꝙ Epiechiam vocat Ariſt. nos, æquitatem. immo, & ipſa æquitas appellatur à gl.*in c.1.§.deniq; quæ fuit prima cau.be.*
22 *ami.* † nam æquitas nil aliud eſt, quam rectitudo iudicij naturalem ſequens rationem, vt per And.Sicul.*conſi.50. clementiſſimum.2.col.4.vol.* & ante eum Bald.*in l.omnes populi de iuſt.& iur.num.19.* & ideo recte Lancel.Poli.*in tract.de offic. Aduoca.in ti. de prudentia,* dixit, ꝙ ratio naturalis eſt tanquam forma legibus, & iudicijs. & dixit etiam Bal, *in c.licet.de transla.epiſ.* ꝙ ratio naturalis continet neceſſariã veritatẽ, & quæ contra eam pugnant, odioſa ſunt, & hñt falſitatis imaginem. Hanc ẽt voluerũt communiter oẽs
23 appellari meram rõnem, † *in l.ſi quis forte.ff.de pœn.* qui tñ tex. corruptus eſt: legitur.n.in Pandectis Flor. mediam, non merã, dum dr, ꝙ vr habere mediam rõnem. quæ lectio conſonat vero ſenſui Iur. conſ. ibi, qui in illa qõne, an capite damnatus ſit audiendus, ſi dicat ſe habere, ꝙ Principi referat ſalutis ipſius cã, tres refert opiniones, relatis duab. extremis opinionibus, quarum altera audiendum dicebat, altera negabat: refert tertiam, & ſic mediam, qua non ſemper, neq; vnquam audiẽdum eſſe concluditur. quæ opinio vr habere (inquit) mediam rationem, quod volui admonuiſſe, ne in illius tex. lectione quis hallucinetur.

24 ¶ Hæc† etiam naturalis iuſtitia quandoq; dr, vt *in l ſcire etiam oportet.§.ſufficit.ff.de excuſ.tut.* vbi Bald. poſt antiquos, & per Ang.*conſi.345.primo.col.2.verſ.ego in hac diſputatione.* & conſcientia propria etiam dr, vt per Archid.*in §.ex his itaq;.28.q.1.& in c.vlt.de hær.in 6.* contra quæ quando poſſit quid licite fieri, & an & quando tolli poſſint, latius, j. ſuo loco diſſeremus.

## CAP. X.

## *Iuris Gentiũ quæ ſint, & de eius Effectib.*

### SVMMARIVM.

1 *Alteri ne facias, quod tibi fieri non vis, præceptum iure gentiũ proceſſit.*
2 *Punitio delictorum, quomodo de iure diuino, vel gentium ſit.*
3 *Delicta probroſa iure gentium ea cenſentur, quæ dolum in ſe neceſſario continent.*
4 *Obligatio naturalis, an ex delictis & quaſi oriatur.*
5 *Ignorantia iuris gentium non excuſat.*
6 *Auctor quare prius de iure diuino tanquam digniori non loquatur, quam de humano.*
7 *Moyſes circiter annum 610. ab orbe condito vixit.*

IVM Gentium conſenſu hoc inter præcipua huiuſce iuris dogmata cõnumerat. † Alteri vt nõ facias, ꝙ tibi fieri noluer-
1 ris, ex quo ortum ducit edictum prætoris, Quod quiſque iur. quod maximam æquitatem habere inquit Vlpia.*in l.1.ff.quod quiſque iur & probat tex.in l.ratas. in fi.C.de reſcin.ven.& in l.vlt.C.de fruc.& lit.expen.& in l.portionem.*

*tionem C.de communi rer.alien.* nō enim debet quis id postulare, cuius contrarium esset facturus, *l.pen.C.de sol.l.si ea lege.C.de vsur l.si rem & pretium.ff. de pet. hæred.* quod aūt hoc præceptum iure gentium processerit, probat tex. *in c.1 prima di.c.placuit.10.q.1.c.ponderet.50. di.in prin.& in c.dilecti.de maio.& obed.& probantur etiam præmissa per l.si duo. §.si quis eum.& §.seq.de iureiuran.& l.cum filio.ff. de compens.& l. Caius.ff. de manumiss.& l.3.§.cum filio.rerum amotar.*

2 ¶ Quibus consequens est †punitionem delictorū esse de iure gentium: licet enim primo & Luciferi, & Adæ, & Caim delicta fuerint à Deo punita, ideo hac ratione delictorum punitio iuris diuini censenda foret: attamē cum hìc tractemus de punitione à lege hominum introducta, verum est, eam huius esse iuris. cum. n. à principio generis humani nullo iure scripto existente violentia fortiorum societas humana dissiparetur, cęptum est hoc iure gentium Reges, & Principes creari, vt impotentes à fortioribus tutarentur, ac delinquentes punirentur, vt per Bar. *in l.ex hoc iure.nu.4.ff.de iusti.& iur.* Et ideo iurisdictio omnis in genere sumpta est iurisgentiū, quanquam species plures eius sint à iure ciuili distinctę, vt per Bald. *in d.l. ex hoc iure.nu.3.& nu.11.& 13.* Sic igitur in delictis dicendum est, quod generaliter loquendo, omnia delicta, & eorum castigationes sunt de iure gentiū, quanquam & delictorum, & pœnarū variæ species fuerint de iure ciuili distinctæ, sicut etiam gl. *in l.1.in glo.2.ff. de adop.* exponit hoc verbum, natura, id est iure ciuili, cooperante natura.

¶ Quare Vlpia. *in l.probrum.ff.de verb. sign.* inquit, probra quædā natura turpia sunt, quædam ciuiliter, & quasi more ciuitatis, vt puta, furtum, adulterium est natura turpe: enimuero tutelæ damnari hoc non natura probrum est, sed more ciuitatis: nec enim natura probrum est, quod potest, & in hominem idoneum incidere: in-
3 nuens Vlpi. †ea tantum iure naturæ, id est gentium delicta probrosa censeri, quæ dolum in se necessario continent, qui tamen non semper adest in damnatis tutelæ. eadem quoque ratione & Paulus *in l.1.in fi.ff.de fur.* dixit, lege naturali prohibitum esse furtum admittere, quod quanquam Alciat. *in d.l.probrum.* non ita facile admittat, tamen infra dum de furto loquemur, manifeste probabimus iure hoc prohibitum esse, vel ex hac sola ratione, quod scilicet præceptum illud offendit, *de quo supra in prin.huius c.dictum est*, ne scilicet alteri facias, ꝙ tibi fieri nolles. nam quod alicuius populi moribus id fuerit permissum, hoc non tollit, propterea quin in aliqua parte hoc ius gētium offendat, vt infra etiam deducam, dum loquar de abrogatione legis, cum & homicidium nullo dissentiente hoc iure sit prohibitum, *l.vt vim.de iust.& iure.in fi.* & tamen in pluribus casibus iure ciuili conceditur, vt ibi dicam.

¶ Cum igitur simplex factum ipsius delicti considerat lex, ꝙ quidem vt dixi, iurisgentium est, nullam videt iuris ciuilis admittere interpretationē, an s. dolose fraudeve id fecerit, *argumen.l.cum seruus.ff.de ver.obli.* & in materia nostra est tex. *in l.3.§.in bello.ff.de re mil.* vbi qui miles in bello rem à Duce prohibitam fecit, aut mandata nō seruauit, capite punitur, licet res facta bene ac commodo Reip. cesserit. sic ēm militari disciplina iure gētium se habet, vt factum inobedientiæ simplex puniat, quidquid in euentu successerit. ꝙ quidē ius seueriſſime exequutus est T. Manl. Torq. contra proprium filium, & alij plures.

¶ Ex hac aūt conclusione, ꝙ delicta, & eorum punitiones sint iuris naturalis. i. gentium, id sequitur†delin-
4 quentem naturaliter obligari, ꝙ sensit Barto. *in d.l.ex hoc iure nu.15.ff.de iust.& iu.* licet Accur. contrarium videatur tenere *in §.ius autem gētium, Inst.de iu.nat.gen.& ciui.* Et opi. Bar. sequitur Ias. cum alijs per eum adductis. *in d.l. ex hoc iure.nu.75.& se.* & Ang. & cæteri Scrib. *in d.§.ius aūt gentiū. & probatur in d l.1.in fi.ff.de fur.& in §.1.Inst.de obli.quæ ex delic.& in §.quia vero Leonis, il 2.* ibi, amatores pericula constitutos, *in Auth.de non alie.& in l.Imperatores.ff.de iure fisci.* ibi, ipse te huic pœnæ subdidisti. ꝙ s. qui delinquit, videatur consentire in pœnam. Et quanquam aliqui Interpretes in hoc sic distinxerint, vt delinquens quoad damnū per se illatū resarciendū naturaliter hoc iure obligetur, at quoad pœnā publicā, & ad vindictā infligendā eo iure non obliget, vt Bal. & Ful. *in d.l.ex hoc iure.* & idem Bal. *in auth.ad hoc.in 4.col.C.de vsur.& in l.id quod.in 9.q.C.de epis.& cler.* & Mathes. *not.47.incip.no.quod actiones.* quam etiā sequitur Ias. *in d.l.ex hoc iure.nu.75.& in §.sed ista.Inst.de act.nu. 110.* Ego tñ puto quidē delinquentē naturaliter. i. hoc iure gentiū obligari nō ea rōne, qua mouet Bar. & cæteri, qui eum sequūtur, ꝙ s. ficte videatur cōsentire in pœnā delinquēdo, cū eā non ignoret, nā hæc ratio repugnat iuri ꝑprie naturali, ꝙ quis carnē suā odio habeat & vitā suā ac membra, quorū nō est dñs, *l.liber homo.ff.ad l. Aquil.* pœnę supponat, sed eā hui⁹ cōclusionis verioré esse rationē arbitror, ꝙ s. oēs hoc iure ꝑhibent alteri facere, ꝙ sibi nollent fieri, *vt s. dictum fuit*, & iō omnes huic legi à principio cōsensisse vñr sub pœna etiam naturali, vt ꝙ quisq; iuris in aliū statuerit ipse eodē iure vtatur. cōsenserunt ergo tacite in pœna, non cum deliquerunt, sed à principio, dum rationis compotes facti sunt. nō ergo ipse consensus in ipso actu delicti tacite intercessisse dr̄, quia hoc repugnat naturæ, sed ante delictū cōceptum, dū rōne non affectu regebatur, q̄ rō confirmat ex dictis per Bar. *in l.Iul.ff.de cond.inde.* vbi dixit, ꝙ de iure gentium est obedientia, quia eo iure regna, & iurisdictiones inuentæ sunt, ideo oēs cēsentur statim, ꝙ facti sunt compotes rationis, approbare leges, & in earum pœnas cōsentire. cū igitur leges transgrediunt, ex consensu priori ad pœnam naturaliter obligati intelliguntur.

¶ Similiter dum Scrib. in locis præall. cōcludunt, obligationem ex quasi delicto naturalem nō nasci, ꝙ sc. in his quasi delictis deficiat consensus, cum & plurimū ex facto alieno committantur, quo casu non vr̄ hoc iure quis vnquam consentire, ꝙ ex facto alieno ipse teneat, vt declarat Bar. *in d.l.ex hoc iure.num.16.de iust.& iu.* & alij s. relati. puto quod & quasi delicta, q̄ ex facto alieno committūtur, & ex ipsis obligationes sint huius iuris ex ratione s. cōsiderata: nā cum quilibet præsumatur à principio scire iura suæ ciuitatis, præsumitur ea statim approbasse, ꝙ sui compos factus est, & omnib. in illis contentis se obligasse, præcipue cum nullus etiam sit casus, in quo quasi delictum cōsideretur expers culpæ illius, qui puniendus est, vt cuilibet apparere potest discurrēti casus enumeratos per Iustin. *Instit.de oblig. quæ ex quasi delict.* nam & iudex, qui per imperitiā male iudicat, in culpa est, dum sciens se imperitum onus iudicādi suscipit, & alios iudicat, cum tamen ipse nollet à tam imperito iudicari: sic & qui seruos sceleratos tenet, in culpa est: sic & qui aliquid appensum tenet, vel aliquid eiicit, quo aliquem offendit, non potest sine culpa esse, quæ huic iuri cōtrariatur, ꝙ s. id faciat. quod nollet alium facere. Quæ etiam comprobantur: nam obligatio naturalis nil aliud est, quā naturæ, æquitatisq; vinculum, quo astringimur ad quid faciendum *l. cum amplius. §. is natura debet. ff.de reg.iur.* sed quilibet hoc iure astringit, ne faciat alteri, ꝙ sibi noluerit fieri, *vt s. probatū est*: ergo cōsequēs sit, vt ex omnib. delictis, vel quasi ea obligatio nr̄alis oriat.

5 ¶ Huius †autem iuris ignorantiam non excusare certum est. *l.2.& ibi gl.& Scrib.C.de in ius voc.gl. in l.respiciēdum. §.delinquunt.ff.de pœn.* ideo neque rusticus, neque mulier. *gl.in summa.38.di.& in §.notandum.1.q.4.vbi bo.text.& Dy. no. in c.ignorantia.de reg.iur.in 6.col.pe.* Cyn. & Bal. *in l.1.C. de interd.mat. Alberic.in l.vtili.C.de defens.ciui.* Bald. *in l.in actionib. §.plane.col.pen.ff.de in litem iur.* Card. *in clem.1.q.5.de consang. & affin.* Panor. *in c.super literis.col.6.super gl.in ver.simplicitate.de rescript opt.tex.in l.si adulterium.§. stuprum.& ibi gloss.in verbo, iurisgentium.ff.de adult.* Ias. *in l. ex quacunque.ff.si quis in ius vo.non ier.nu 15.* vbi quod nullus excusatur ob allegatā ignorantiam, quod teneatur obedire magistratibus.

¶ Neque

¶ Neque præmissæ conclusioni, quod delicta, & eorum punitiones sint de iure gentium, obstat doctr. Bar. *in l.1.§.huius studij.* vbi etiam Bal. *in §.ius naturale.num.3.ff. de iust.& iu.* vbi dixit, non posse dici delicta hoc iure puniẽda, cũ primi motus nõ sint in potestate nostra: nam etiã iure ciuili primi motus non puniuntur, nisi interceſſerit dolus, vt ꝯ. deducetur. & dũ dicimus, delicta hoc iure puniẽda, intelligimus similiter de delictis animo, & dolose commissis. Nam & coitus vsq; ad secundum gradũ cognationis sunt hoc iure prohibiti, non vti coitus, qui iure naturali passim ac sine discrimine cuilibet mari, & fœminæ conceditur, sed vti inhonestus modus coeundi, vt declarat Bal. *in d.l.1.nu.2.de iustit.& iu.in §.ius naturale.*

¶ Et hæc dicta sufficient, q̃ attinet ad institutum nostrum de iure gentium: nã quomodo possit tolli, & contra illud statui, ꝯ. late tractabimus, dum de legum abrogatione loquemur: nunc enim tantum fontes explicabimus, ex quibus delicta prohibita esse dicuntur, quos leges ipsas (vt variæ sunt earũ species) esse diximus. Nũc ad ius diuinum explicandum transeamus, vt qualem in hac materia delictorum habeat authoritatem, cognoscamus. Neque miretur Lector, † quod prius de hoc iure non sim loquutus tanquam digniori, & tanquam eo, quod præcesserit omnes alias legum species: nam nunc agimus de his iurium speciebus: quæ scriptas habent leges, vel in intimis præcordijs, vt ius naturale & gentiũ, vel in tabulis ipsis, vt leges diuinæ datæ Moysi, & ideo ius gentium leges Moysi præcessisse certum est, dixit gl. *in d.l ex hoc iure.in ver.differentia.* nullus eñ negare potest, quin ante † Moysem, qui vixit circiter annum ab orbe cõdito D C X. vt testatur Eusebius de temporibus, fuerint & delicta, & pœnæ, & dominia rerum distincta, & iudicia ordinata, & successiue ius hoc gentiũ. sic & Varro, vt testatur Augustin. prius de humano iure scripsit, quam de Diuino, quod scilicet Diuinum ius, & ab ipsis hominibus constitutum fuit, & scriptum, afflante Diuino spiritu: ideo consequens est, vt prius homines fuerint, quam ius ipsum Diuinum hominibus, & ab hominibus scriptum: nam & tex. *in l. veluti. ff. de iustit. & iur.* ex hoc iure gentium religionem processisse dicit. ea igitur ratione, primo de iure naturali & gentium loquuti sumus, vt præcederet ius illud, quod commune est non modo ijs nationibus, quæ Deum & Saluatorem nostrũ Iesum Christum norunt, sed & omnibus hominibus, qui viuunt.

## CAP. XI.

## *de Diuino Iure.*

### SVMMARIVM.

1 *Diuinum ius, iuris publici pars est, & ad quæ pertineat.*
2 *Ius Diuinum large sumptum, omnes legum species comprehendit. & quid proprie significet.*
3 *Testamentum vetus triplicia præcepta continebat, & quæ.*
4 *Moralia veteris testamenti tantum in viridi restant obseruantia. & quæ illa dicantur, num.5.*
6 *Ius Diuinum lex Mosaica appellatur, & legis decalogum, cui Euangelium succesit.*
7 *Deuteronomij lex seruanda, ad decisiones q̃ causarum allegatur, nisi immutata appareat. Et quid de iudicialibus in libro Exo. & Iudicum contentis.nu.9.*
8 *Cæremonialia & iudicialia vet. testamẽti, si quid morale annexum habeant, quoad id sublata non censentur. item si per summum Pontificem confirmata, & innouata essent, obligarent.*

1 DIVINVM † ius iuris publici pars est, *vt inquit Vlpia in l.1.§.huius studij.ff. de iusti.& iu.* & pertinet ad Sacerdotes, ad sacra, ad cæremonias, & totius Christianæ religionis ritus, & denique ad verum Dei cultum, quæ omnia Romani ad ius ciuile retulerũt, vt inquit ibi Vlpi. Nos vero. seperauim⁹ ipsũ à iure ciuili, illudq; diuisimus in Theologicum & canonicum. prius illud spectat ad Dei cultũ; ad fidem, & ad interiorẽ cuiusq; conscientiam, & ad animam ipsam: secũdum vero ptinet ad ritus, cęremonias & iudicia ecclesiastica.

2 ¶ Hoc idem ius, † si large sumatur, potest etiam comprehendere omnes legum species: nam & lex ciuilis dicitur diuinitas per ora Principum promulgata, *l.1. in vers. manibus in cœlum erectis. C. de vet iure enucl. l. vltim. vers. Diuino quodam motu. C. de præscript. longi temp. c. quo iure. 8. di. c. Imperatores. 11. q. 3. c. nemo. 16. q. 3. c. vlt. 6. q. 3. & in Auth. de instru. cau. & fide. §. quid igitur.* propriè tamen ius diuinum dicitur, q̃ ab ore Dei primũ processit, i. lex Moysi data & per Prophetas promulgata, vt habetur *in c. in nona. 16. q. 7. & in ca. cum causam. de electi. tradit Tho. prima secundæ, q. 78. arti. 2. in fi.* sic & Euangelium à Christo Saluatore nostro prolatũ, dicit ius diuinũ, *c. non debet. in prin. de consan. & affin. c. quo iure. 8. di. gl. in ver. valet. in c. 2. de priuil. in 6* sed & deniq; omnes scripturæ sacræ, quæ in veteri & nouo testamento continẽtur, ius diuinũ recte nuncupãtur, vt no. omnes *in c. genus humanum. 1. di. & gl. no. in cle. 1. de summa tri. & fid. ca.*
3 *tho. in ver. nulla iuris sanctio.* † Vetus autem testamentũ triplicia continebat præcepta, Moralia scilicet, iudicialia, & cęremonialia. iudicialia quidem & cęremonialia, cõsummata sunt in Christo Saluatore, in quem tendebãt, ideo hodie nõ ligant, vt hĩ *di. 5. in prin. & in cap. 1. de purific. post par. c. translato, vbi omnes, de constit.* multa. n. hodie concedunt, quæ legibus illis erãt prohibita, vt patet *in c. non debet. de consangui. & affin. & in c. ab exordio. 25. dist.* sic & hodie multa prohibita, quæ secundũ illas leges erant con-
4 cessa, *vt in §. his. 33. q. 4.* ¶ Restant † igitur in viridi obseruãtia tm̃ moralia, de quibus loquit Saluator, Matth. 5. non veni soluere legẽ, sed adimplere. & ista sunt, quæ Moysi tradita fuerunt *c. Moyses. 7. di. c. cum redemptor. 14. q. 4. ca. 1. §.*
5 *hæc sancta. de summa Tri. & fi. cath.* † ideo lex ista appellatur lex Mosaica, *c. cum in veteri de elect. & legis decalogum. ca. tres sunt actiones. de pœni. di. 1.* cui succesit Euangelium, fœlici vocabulo absolutam continẽs doctrinã, quæ ad salutẽ omnem credentem per fidem ducit, *c. ad fidem. 23. q. 5. & not. in d. c. translato.* q̃ etiam totũ ius dicitur à natura, id est ab ipso Deo processisse. *c. omnes leges. 1. di. c. vlti. 9. di. c. vlt. §.*
6 *his itaq;. 6. di.* † Nam moralia præcepta dicunt, quæ referũtur ad dictamen rationis naturalis, vt hominis primũ in Deum, mox ad communem societatẽ tuẽdam ordinent, vt declarat Bea. Tho. *prima secundæ. q. 99. arti. 3. & habetur in d. c. vlt. §. his itaq;. vbi Præpos. colu. 1. in princ.* & pulchre *Abb. in c. vlti. col. 1. vers. & vt clarius intelligas, de consue. & Paris. consi. 68. nu. 9. & seq. 4. vol.* ¶ Deuteronomij † quoque lex,
7 quæ noua appellat seruanda, *c. per venerabilem. §. rationib. qui fil. sint legi.* tradit Aret *in c. qualiter & quando. col 2. not. de accu.* ideo potest allegari ad decisiones causarum, si non appareat immutata, vt not. per Io. And. Abb. & Felyn. *in d. c. qualiter & quando.* & habetur *in c. 1. vbi Abb. de off. dele.* & per Fely. *in c. 2. de rescript. col. antep. & omnes in l. 1. ff. si cer. pet.* & per Paris, *consi. 68. nu. 94. 4. vol.* certum est enim legem Mosaicã posse allegari, nisi reperiatur prohibita, vt ibi
8 declarat Paris. *nu. 341* ¶ Quamquam aũt dixerim † cęremonialia & iudicialia sublata fuisse, id verum intellige, dummodo nõ habeãt quid morale annexũ: nam quoad id non censent sublata, vt not. *in d. c. vlt. §. his itaq;. 6. dist.* & Henric. Boic. *in capit. primo, de constit. columna tertia, nume. tertio & quarto.* item & si aliqua ex ijs cęremonialibus & iudicialib. hodie cõfirmata & renouata essent per summum Pontificem obligarent, vt tenet Imola *in capitul. vltimo, columna tertia, de consue. & in lege, illa stipulatio hoc modo concepta. columna quarta, de verborum obligation.* & Angel. de Clauas. *in summa, vbi & concord. allegat, in versicul. præcepta vero.* & S. Thom. *prima secundæ, quæst. 104. arti. tertio.* & Alex *consilio 13. attentis, numero 16. septimo volu. & Ias. in lege, qui se patris. num. 25. C. vnde lib.*

9 ¶ Ex quibus concludi potest, † q̃ licet in lib. Exod. & Iudicum, præcepta iudicialia contineantur & varię pœnæ, quibus varia delicta puniunt: tamen nisi appareant expresse

expresse emendata, possunt in materia nostra allegari, & ita sepius allegantur, quamquam hoc ius in foro tantum contentioso liget, & foro fori, nõ in foro conscietiæ, de qua conscientia non modica sunt dicenda, quæ & ad hoc ius spectat, quæ in sequẽs capitulũ cõiecimus.

## CAP. XII.

## *de Conscientia, & eius potestate.*

### SVMMARIVM.

1 *Conscientia quid sit, secundum Archidiaconum, & alios.*
2 *Nemesis, seu Adastria pro conscientia, & quibus alijs nominibus describatur conscientia.*
3 *Conscientiæ forus quis, & in quo à canonico differat, & iudiciali, & quomodo in eo iudicetur. num. 4.*
5 *Lex humana iusta, non autem iniusta ligat in foro conscietia.*
6 *Conscientiæ iudicium, quot & quibus rationib. distinguatur.*
7 *Delicta quæ in alijs iudicijs impunita, ad quid obligent in foro conscientiæ.*
8 *Delictis obuiare in foro conscientiæ qualiter teneamur.*
9 *Iuris præsumptiones non seruãs, in foro conscietiæ excusatur.*
10 *Homicidium aliàs permissum in foro conscientiæ, an & qualiter liget.*
11 *Periurus in foro conscientiæ non excusatur.*
12 *Lex pœnalis, an in foro conscientiæ obliget.*
13 *Pœna à lege positiua imposita, iuxta communem opinionem, non ligat in foro conscientiæ, fallit tamen nu. 14. 15. 16. 17.*
18 *Dammum in foro conscientiæ resarcire, an quis teneatur.*
19 *Synderesim contemnens, Christiani nomine se indignum facit.*

1 CONSCIENTIA est† animi nostri interior scientia, tacitumque iudicium à communi iustitiæ formula in nobis à Deo insita, bonum à malo diiudicans, vt colligitur ex dictis per Archidia. *in cap. ex his itaque. 28. quæst. 1. in cap. vlti. de hæret. in 6.* quę necessaria est propter nos, sicut fama propter proximos *cap. nolo. 12. q. 1.* quando enim Deus omnipotens omnes iudicabit in illo nouissimo die, conscietiã factorum nostrorum testem habebimus. *cap. custodi. vndecima, quæstione tertia.* quæ nos iustificat. Tunc enim gloria nostra est testimonium conscientiæ nostræ, quãdo de quo nos iudicant homines, conscietia liberos nos demonstrat. *cap. inter verba, eadem quæstione.* Hanc nec quidem Papa immutare potest, quia vis corpori quidẽ fieri potest, animo vero minime. *trigesimaquinta, quæstio. quinta. cap. primo. & nota. in capit. per tuas. il secondo, de simo.* †Hęc est illa Nemesis, siue Adastria, quam fabulãtur antiqui, cuius pœnas nullus potest effugere. Hinc illud Trannij serui in Mustellaria, apud Plautum.

2 *Nil est miserius, quam animus hominis conscius.*

Et Horatius magnam esse iudicat fœlicitatem,

*Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.*

Iuuenalisque occultum flagellum vocat, dum elegantissime inquit.

*Cur tamen hos tu*
*Euasisse putes, quos diri conscia facti*
*Mens habet attonitos? & surdo verbere cædit*
*Occultum quatiente animo tortore flagellum?*
*Pœna autem vehemens, ac multo sæuior illis,*
*Quas & Cæditius grauis inuenit, aut Rhadamantus,*
*Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.*

Quibus concinit & illud eiusdem.

*Exemplo quodcunque malo committitur, ipsi*
*Displicet authori, prima est hæc vltio, quod se*
*Iudice, nemo nocens absoluitur.*

Et Virgil. curas, ac diras vltrices nuncupat. Hanc Tull. alibi magnum pondus, alibi theatrum amplissimum, alibi furiosam Erynnim, alibi indefessum tortorem appellat. Et Salomon Sap. 3. hanc appellat maximum Imperiorum tormẽtum. Et Prouerb. 12. gladium pungentem vocat. & idem Sapien. 17. inquit, Data est conscientia in omnium condemnationem. semper enim præsumit sæua perturbata conscientia. & alibi Eccles. 13. Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia. Hãc quoque appellat Angelum humanæ vitæ, Bald. *in l. 2. C. de fideicomm.* & alibi oculum cordis. *in cap. si sacerdos. de offi. ord.* & alibi secretum secretorum, *in c. quoniam contra. colu. pen. de probat.* & alibi florem intellectus, *in rub. de iud. in 6. col.* de qua etiam plura vide per Ias. *in §. sed ista. Instit. de actio. nu. 101. & seq.* & dicitur etiam sensus sanæ mentis, *vt per Ias. in l. si sic. 8. no. ff. de legat. 1.* & hic est vultur ille, cor Titij semper rodens in inferno, iuxta illud Iudith vlt. Dabit ignem & vermes in carnes eorum, vt per Thomam *Quolib. 7. articu. 13.* qui etiam hãc appellat scintillam rationis, & legem intellectus, *2. distin. 3. quæst. 3. cap. 1. 2. & 3.* Hæc quoque est genius ille & demon Socratis, à quo dicebat ad Aristippum discipulum loquens se archano signo prohiberi, si quid tentaret parum honestum.

3 ¶ Forus autem† conscientiæ dicitur iudicium, in quo animus est testis, Deus autem iudex, qui omnia nouit. *capit. in ciuitate, de vsur.* & ideo in hoc ecclesia iudicat tanquam Deus, non tanquam homo. *cap. si sacerdos. de offic. ord.* & differt à foro canonico, quia in hoc iudicat ecclesia de occultis, in illo vero non. *c. à nobis. de senten. excomm.* quippe quod soli Deo nota est hominum conscientia, cuius iudicium euitari non potest. *ca. cum æterni tribunal. de re iudi.* Et appellatur etiam hic forus poli, prout canonicum appellatur forus fori. *c. vlt. 17. quæst. 4. & no. per gl. in l. celebrandis. in verbo, legitimi. C. de nup. & per Dec. in ca. quæ in ecclesiarum. num. 11. de constit.* & in hoc foro iudicatur, secũdum naturam, nam conscientia non ligat, quos natura nõ obligat, vt inquit Bal. *in l. 1. in fi. de vectig. & cõmis. & not. Bal. in c. 1. in fi. de resti. in integr.* & in hoc iudicatur secundũ ius diuinum & æquitatem, non autem secundum scrupulosas iuris ciuilis vel canonici solennitates, *tex. cum gl. in Auth. de manda. Prin. §. si tibi. & late per Felyn. in ca. 1. de consti. nu. 47. & seq.* ideo in hoc foro naturalis obligatio ligat, sicut ad id, quod naturaliter non debetur, non ligat, *vt not. omnes. in c. nouit. de iudi. & in c. quia plerig;. de immun. eccle. & Bar. in l. si pœna causa. in prin. ff. de condi. inde & in extrauag. ad reprim. in ver. denunciatio. col. 2. & per Bal. in auth. ad hæc. col. 2. in fi. vers. quæro quid de eo. & col. seq. vers. sed ponamus. & col. 5. vers. procedo vlterius. C. de vsur. & in l. si post diuisionem. paulo ante fi. vbi omnes. C de iur. & facti ignor. Corn. consi. 298. ante omnia. col. 5. 1. vol. & consi. 137. placet mihi. col. 2. vers. facit pro hoc dicto. 2. vol. & consi. 251. in hac consultatione. col. 2. 3. vol.* & an naturalis hæc obligatio sola sit efficax ad agendum in hoc foro, late Ias. *in d. §. sed ista. Insti. de acti. num. 109.* & quod natura plurimum possit hoc foro, facit: nã videmus, quod pallor vultus & trepidatio sunt infectæ conscientiæ signa, & delictorum inditia, vt per Bar. *in l. de minore. in prin. ff. de quæst.* iuxta illud Ouidij,

*O quam difficile est crimen non prodere vultu.*

¶ Et idem tradit Bar. *in l. vlt. circa prin. ff. de quæstion.* forus autem conscientiæ & veræ iustitiæ idem est, Bald. *in c. 1. col. 1. in tit. quæ sint regal.* & in hoc neque præsumptiones, neque fictiones attenduntur, vt per Ias. *in rubric. ff. de acq. hæred. in fin. & si inutiliter. col. 2. C. de fideicom. & Abb. in c. 1. de constit. num. 10.*

4 ¶ Forum† hunc à foro canonico iudiciali non differre, quidam dixerunt, quod scilicet quando iura canonica aliter volunt disponere in foro conscientiæ, quam in foro contentioso, solent hoc exprimere, *c. quicunq;. 17. q. 4. c. inquisitioni. de senten. excommunicati. c. tua nos. de sponsal.* nam sicut in foro conscientiæ bonum animæ consideratur, ita & de iure canonico, vt per glo. *in c. cum contingat. de iureiur.* ideo sicut in foro canonico licet contrahẽtibus se decipere, *c. cum dilecti. c. pe. de emp. & vend.* idem videtur fieri posse de iure & foro cõscientiæ, vt declarat Anton. Burgos *in d. c. cum dilecti. col. 4. & per Dec. in l. si quis in conscribẽdo. col. 2. C. de pact. & in c. 1. prima lect. col. 7. de consti. & in l. semper in contractib. ff. de reg. iur. nu. 9.* & sicut tenet quis de iure conscientiæ obuiare delicto, ita & de iure canonico, vt est gloss. nota. *in l. culpa caret. ff. de regul. iur.* quam Decepto licita.

etiam

etiam ibi ſequitur,& defendit Deci. *num.10.* Attamen in contrarium eſt veritas, quia imò contra gloſſ. illam eſt communis opi. quòd ſcilicet differentia ſit inter forum canonicum, & forum conſcientiæ: quia licèt foro conſcientiæ quis teneatur obuiare ſcandalis, & adiuuare ꝓximum, non tamen ſic in foro canonico, vt voluit Ant. de But. *in c.quantæ.in fi.de ſentent excommunicati.* & Abb. *in cap.1.col.vlt.verſ.ad tertium,in fi.de reſti.ſpol.* Saly. *in leg. quiſquis.verſ.ad id,quod.* C.*ad l.Iul.ma.* Andr.Sicul.*in c.1.de off.delegati.* & hanc communem eſſe dicit Decius,*in d.c.1.de off.deleg.col.5.verſ.& licèt iſta videatur communis.* & ſimiliter Iaſ. *in l.vt vim.col.pen.verſ.tene contrarium. ff.de iuſti.& iu.* de cuius veritate hîc non diſputo,ſed inferiùs aptiori loco ſatis eſt apparere iſtam eſſe communem,quidquid in contrarium dixerit Deci. & pro iſta plura adducit Tiraqu. *de ll.connub.l.9.nu.7.cum plurib.ſeq.*& Iaſ.*Inſti.de act.§.ſed iſtæ, num.122.* & ideo negari non poteſt, quòd inter ius canonicum & conſcientiæ maxima eſt differentia: nam licèt de iure canonico ſicut & ciuili licitum ſit furem nocturnum occidere.*c.2.de homicid.* non ita tamen in foro conſcientiæ,vt ibi not.omnes.ſic etiam licèt de iure canonico nobiles mitiùs puniantur. *cap.paſtoralis,in fi prin.ibi,dignitati deferat & perſonæ,de off.dele.& c.vlt.ibi,volentes tamen nobilitati parcere Comitis,vbi glo.in ver.nobilitati,* & ibi Anto. Pet.de Anch.& Panorm.de pœnis, & text apertus *in c.qui contra.& ibi glo.24.q.1.& c.contra, & ibi gloſſ.26.q.5.* & dicemus etiam infrà ſuo lo. tamen in foro conſcientiæ ſecus, imò contrarium eſt, quia duriùs puniuntur, vt tradunt omnes *in c. cùm quidam, de iureiur.* propter ſcilicet exemplum malum,*vt in c.ſicut,& c.paſtoralis,2.q.7.& c.ex merito, 6.q.1.& c.præcipuè,6.q.3.& c.magnæ,de voto.* & pulchrè And. Sicul. *conſi.40. clementiſſimum, col 6. lib.4.* Nam & iure ciuili cautum eſt, non omne quod licet, honeſtum eſſe, *l. non omne. ff.de reg.iur.* eadem ratione dixit Panor. *in c. porrectum, paulò ante fi. de regular.* quòd profeſſio facta nõ ſeruata forma iuris canonici vel regulæ ſuæ, licèt non liget in foro canonico, ligabit tamen in foro conſcientiæ, ſequitur Iaſ.*in l.ſi non ſortem,in prin.in 4.not.ff.de cond.indeb.& in l.& ſi inutiliter.col.2.verſ.ad idem & 3.C.de fideicom.*

¶ Sed contra præmiſſa, quòd imò nulla ſit conſtituenda differentia inter forum canonicum, imò & forum ciuile,& forũ conſcientiæ; facit,quia leges oẽs tam ciuiles quàm canonicæ, ſi iuſtæ ſunt, ſeruandæ erunt in foro conſcientiæ,*glo.in ver.poli.*vbi etiam Bal.*in c.quæ in eccleſiarum,de conſti.* Io.Andr. *in c.2.de verb.ſign. in 6.* Imo. *in c. cùm contingat,de iureiur.* Petr.de Anch.*in c.ſi propter tua debita,in 18.col.verſ.ex prædictis diſtingue,an lex canonica.de teſti. in 6.& idem conſ.25.videtur prima facie,* & Calder. *in conſi.20. an ſtatutum,tit.de conſti.cum alijs ſimil.adductis per Feli. in c.1.de conſti.num.66.* & Feder.de Sen. *conſi.21.nunquid,* & ratio eſt ſecundum Bald. *in c.in omni de teſti.* quia aliàs ſequeretur,ꝙ omnis legum forma ædificaret ad gehennam, quod non eſt dicendum, cùm & leges humanæ ſint à Deo per ora Principum promulgatæ, *vt dictum fuit in præced.cap.& cap. vltimo,16.q.3.ſi Imperator.97.diſtin.* & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit,*ſecundum Augu.in c.qui reſiſtit, 11.q. 3.c.quæ contra 8.diſtin.cap.ſolitæ,de maior.& obed.* vbi Abb. & idem *cap. omnis anima, de cenſi.poſt gloſſ. etiam in clem. ad noſtram,in ver.ieiunare,de hære.* ꝙ non eſt aliquis adeo bonus & perfectus,qui non ſubſit legi. & hanc ẽt conclu.tenet Beat.Thomas ꝑ plura cõprobans prima ſecundæ. q.60.
5 art.4.vbi concludit,† quòd iuſta lex humana ligat in foro conſcientiæ, iniuſta verò non, & ibi declarat, quæ ſit iuſta, & quæ iniuſta. idem dixit ſecunda ſecundæ, q. 11. art.11.& q.60. artic.5. ad primum. & ſic in hoc præſentis difficultatis cardo conſiſtit,an lex iuſta ſit vel iniuſta: nã primo caſu ſeruanda erit,ſecundo nõ,vt etiã tradit Dec. *in l. quod à quoquam. ff.de reg.iur.in fi. & ad idem glo.not.in cap. 2. in ver.ſententijs,de conſtit.in6.*vbi etiam text.probat in illis verbis, *vt animarum periculis.* Inno.Ant.Panorm. & alii *in cap. quia plerique, de immu.eccl. & in cap.ſicut dignum,de homicid.*Io.And.*in cap.2.de verb.ſignif.in 6.& in c.quanquam,de vſur.in 6.* Cald.*in diſpu.inci.Bonon.ſi ſtatuto.* Panor.poſt Calde.*in proœ. Rex pacificus,nu.4.& in cap.1.de conſtit.num.9.* vbi Fely.qui concor.plures adducit,*colum.14.verſic.extra prædictos,*vbi etiam Dec.*in prima lectu.colum.7.ver.ſucceſſiuè Abbas, quærit.* Iaſ.*in §.ſed iſtæ,num.126. Inſti.de act.& conſi.180. colum. vltima, in ſecundo, & conſi.191. placet, colum. 2. verſic. nec huic,eo.volum. & Ruin.conſi.4. proponitur in themate, colum.3. num.11.in 5.* quòd autem lex iniuſta non obliget hoc foro no.omnes *in cap.plerique.de immu.eccle.* Panor.*in ca.1.colum. 3.verſic.quæro,an lex.* & ibi Dec.*colum.7.in prima lect.ver.tertia concluſio, de conſtit.* Math.de Afflict. *in cap.1.§.1.de capi.qui cur.vendi.Thom. ſecunda ſecundæ.q.61.art.6.* imò & ſtatuta ciuitatum hoc foro ſunt ſeruanda, *vt eſt gloſſ.not. in cap. quæ in eccleſiarum,de conſti.*vbi Bald.*in 1.colum.* dicit, quòd alibi non reperitur.

16 ¶ Diſtinguitur † hoc ergo iudiciũ conſcientiæ ab aliis iudiciis triplici ratione, iuſtitia, veritate, & animo. quò ad iuſtitiam videmus, quòd lex iniuſta non ligat, vt dictum eſt; quoad veritatem videmus, quòd in hoc foro veritas, nõ præſumptio iuris attendenda, vt ſuprà etiam dictum fuit; quoad animum ſimiliter videmus, quòd obligatio naturalis, quæ ex ſolo conſenſu oritur, etiam per ſimplex pactum obligat. Item ſi damnum datum ſit ſine culpa lata vel dolo, non obligat, ſecundum communem,vt infrà dicetur,quaſi quòd in leui, & leuiſſima animus nocendi non intercedat; & ſecundum iſtos tres gradus diſtingue omnia,quæ infrà dicentur,& ſuprà dicta ſunt.

17 ¶Ex quibus plura † in materia noſtra delictorum decidi poſſunt; nam inde prouenit communis illa concluſio, quòd delicta, quæ iure ciuili vel canonico impunita relinquuntur ob aliquam cauſam; obligant tamen hoc foro,& pro eis pœnitentia imponenda eſt, *vt per gloſ. not. in cap.inter hæc,33.q.2.*quam ſingularem dicit Abb.*in cap.2. de homicid.*& Rom.*in rep.auth.ſimiliter, C.ad l.Fal.in 34.ſpeciali pia cauſæ inter vltimas voluntates, cum concor. de quibus per* Iaſ.*in l.vt vim,de iuſti.& iu.num.22.*& ideo licèt conſuetudo excuſet à pœna temporali, vt à pœna falſi, *vt per Cano. in cap.3. de fide inſtrum.* tamen non excuſat à pœna huius fori,*glo.eſt not.in cap.denique.4.diſtin.& gloſſ.in cap. cum venerabili.de conſuet. & not. Scrib.in cap. non ſatis. de ſimon.* ſequitur Iaſ.*in l.de quibus.ff.de legi.num.9.* Nam tunc dicitur iniuſta lex ciuilis vel canonica reſpectu conſcientiæ, licèt alio reſpectu iuſta ſit, quãdo ſcilicet aliqua ex parte lædit ius naturæ,& diuinum,quæ in his potiſſimùm tribus præceptis conſiſtunt,vt ſcilicet diligamus primò Deum ex toto corde, mox vt nos ipſos iuſtè tueamur, demum vt ꝓximum ſicut noſmetipſos amem⁹, vt dictum fuit ſuprà, dum de iure naturali loquebamur.

8 ¶Atq; ea de ratione conſequens ſit, † vt, licèt de iure ciuili & canonico quis non teneatur delicto obuiare, hoc tamen iure tenebitur, quia hoc non eſſet ꝓximum diligere ſicut ſeipſum, ita pulchrè Anto.de But. *in capit, quanta, in fi. de ſententia excommun.* vbi ita dicit intelligendam eſſe gloſſ. *in l. culpa caret. ff.de reg.iur.* quæ ſimpliciter videtur tenere, quòd quis non teneatur obuiare delicto. Idem ſic diſtinguendo tenuit And.Sicul.*in c.1.extra de officio delega.* & Abb.*in cap.1.colum.vlt.verſ.ad tertium,in fi. de reſti.ſpol.cum alijs adductis per Dec. in d.l.culpa caret.num.10.* quanquam ibi videatur tenere, quòd in hoc non ſit differentia inter forum canonicum, & conſcientiæ, cuius opi.ſaluari poteſt in foro poli,non autem in contentioſo,vt tradunt omnes in locis prẽallegatis.Ea quoque ratione id receptum eſt, quòd licèt patri, & filio contra creditorem,qui mutuauit filio,competat exceptio Macedoniani, toto tit. ad Senatuſcon. Macedo. tamen ſi id mutuum ſciat verè factum fuiſſe,& in vtilitatem filii cõuerſum, non eſſet tutus pater vel filius hoc foro, opponendo talem exceptionem,vt tradit Inno. *in cap.qui ſplerique,circa fin.de immu.eccl.* ſequitur Iaſ.*in §. actiones autem. num.35.de act.*ſic licèt de iure ciuili & canonico non poſſit impugnari teſtamentum,ob defectus ſolennitatum illis

iuribus inductarum, secus tñ erit hoc iure, vt per Abb. *in c. cùm esses. de testam. col. 2.*

9 ¶ Similiter † quoque quando lex ciuilis vel canonica præsumptiuè aliquid inducit, illud quis seruare non tenetur; & ideo quanquam de iure virgo præsumatur seducta, *l. 1. C. de raptu.* tamen si quis sit sibi conscius, quòd pro veritate non seduxit, hoc iure tutus erit, vt Alberic. tradit, allegando plures Theologos in suo Dictionario, *in ver. matrimonium. il 4.* & Angel. de Clauas. in summa, *in verſic. stuprum.*

10 ¶ Hinc etiam fit, † quòd licèt homicidium permissum sit in foro contentioso, non tamen est permissum hoc foro conscientiæ. ideo licèt de iure ciuili patri liceat adulterum occidere, *l Gracchus, C. de adul.* non tamen licebit hoc foro. Henric. Boich. Panor. Fely. *in c. 2. de homi.* & pulchrè Fortun. *de fine vtriusq; iur. colum 47. & seq. in 11. illatione princi.* quanquam Io. de Ana. *in d. c. 2. de homici.* dicat, quòd in terris ecclesiæ possit talis occidens adulterum, puniri etiam in foro contentioso, per glo. *in cap. inter hæc. 33. q. 2.* quæ vult, quòd ille text. corrigat iura ciuilia permittentia occidere adulterum. & licèt Fely. ibi eum in hoc impugnet, alibi tamen sibi contrarius illum sequitur, videlicet *in cap. 1. colum. 1. de præscrip. & in cap. si verò, quod est tertium, de sentent. excommunica.* Quinimò dixit idem Felyn. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, colum. 15. vers. item posset, de constit.* quòd nec etiam in terris imperii occidens adulterum esset tutus, ex quo sumus in materia peccati, in qua standum est iuri canonico. sed tenendum est, veriorem esse conclusionem suprà firmatam, quòd de iure ciuili tutus esset, cùm de iure canonico contrarium nõ reperiatur: nam licèt glo. *in d. c. inter hæc,* dicat talem interfectorem non excusari à culpa vel peccato, licèt de iure ciuili excusetur, voluit inducere differẽtiam inter ius fori, & ius poli, non autem inter canonicum & ciuile, & ita illam gloss. intelligunt Ias. & Claud. *in leg. vt vim. super gloss. in ver. nam iure. ff. de iusti & iur.* & ante eos Alberi. *in d. l. Gracchus.* & latè Iason *in l. si plagij, secunda columna, ff. de verbor. obliga.*

¶ Quod autem dictum est, homicidium permissum à iure ciuili, non intelligi permissum hoc iure, eam recipit interpretationem, vt verum sit, vbi quis doloso animo, & ad vindictam vel in iniuriam & animo effundendi sanguinem, homicidiũ committeret, vt dicunt Scrib. *in d. c. inter hæc,* dicentes ideo iudicem & ministrum etiam hoc foro excusari, & similiter quando fieret zelo Reipu. & animo exequendi statutum rationabile. ita Io. Andr. *in rubrica de constit.* & Bal. *in l. vt vim ff. de iust. & iur.* & Albe. *in quæst. statut. in 4. parte. quæst. 19 & not. in capit. miles. 24. q. 5.* & ideo si sit statutum, quòd quilibet possit impunè rebellem & seditiosum occidere, vtique occidens erit tutus etiam hoc foro: nam hic dicitur homicidium facere tanquam minister iustitiæ, & tanquam subrogatus in locum iudicis, ita pulchrè Fely. *in c. quæ in ecclesiarum. colum. 4. de constit.* vbi etiam dicit, quòd si dubitabitur, qua intentione tale fecerit homicidium, stabitur eius dicto, per not. in c. significasti, de homicid. imò erit præsumendum, quòd eo proposito fecerit, quo licitè facere potuit. *l. meritò. ff. pro socio.* & per not. per Bart. *in l. non solùm. §. sed vt probari. de oper. nou. nun.* & ita in specie declarat Ruy. *con. 4. proponitur, nu. 18. 5. vol. 1.*

¶ Ex his etiam, quæ suprà dicta fuerunt, id sequitur,

11 † vt licèt periurus à pœna periurii excusetur de iure ciuili, si verum est ipsa rei veritate, quod tamẽ ipse falsum esse putabat, tamen hoc iure tutus non erit, *cap. homines. 22. q. 2. & cap. his autem. pro quibus facit l. quod autem. & l sequ. de liberali cau. in §. potest. & l. si fur. §. 1. ff. de vsuca. & in capitu. 1. extra de scrutin. in ord. fa. & in capit. cum humilitatis. 22. q. 2.* sic econtrà, qui iurauit defendere iura alicui⁹ etiam ecclesiæ, non tenetur defendere contra propriam conscientiam, etiam si ecclesia haberet illum pro periuro, *vt no. in cap. literas. de restit. spol. & in cap. inquisitioni. & cap. breui. in fi. de iureiu.* quia nemo est cogendus, quid facere contra ꝓpriam conscientiam. hoc enim esset ei iniicere laqueum, *c. de viduis. 27. q. 1. facit l. vlt. ff. ad exhib.* Imò debet quilibet potiùs excommunicationem pati, quàm quid vel minimum contra conscientiam facere, *vt not. in cap. inquisitioni. de sentent. excommunica. & in cap. si quis inquit. 1. q. 1. versicu. quæritur.* & quod ibi not. glo. *in ver. hic est.* & no. etiam *in d. c. literas. de restit. spol.*

¶ Sed ex his, quæ dicta sunt, non leuis exoritur quæstio, † an lex pœnalis obliget hoc foro ad pœnam? Et

12 quamquam plura dicenda essent ad plenam discussionẽ huius quæstionis, cùm contrarij legantur, tum Theologi, tum Canonistæ, tum iur. ciu. Interpretes: tamen quia hęc scio magis ad Theologos spectare, quàm ad id, quod principaliter mihi in hoc tractatu assumpsi, ideo contẽtus ero primùm locos citare, vnde possint abundè cognosci fundamenta & rationes, quibus maores nostri hanc pertractarunt difficultatem, mox communiùs receptam opinionem recitare, demum quid quoque ego sentiam exponere. Vt igitur primo, quod proposui, satisfaciam, hanc quæstionem infrascripti præcipui nominis Theologiæ pertractarunt: nam omnes recensere, neque mei est instituti, neque operę pretium foret aliquod, sed satis erit fontes indicasse vberrimos ac puros, è quibus omnia abundè hauriantur. Hanc igitur quæstionem pertractauit, licèt quasi aliud agens, Beat. Thomas 2. 2. q. 62. artic. 3. dum quærit, an in foro conscientiæ furanti sufficiat restituere simplum, cùm per legem ad duplum vel quadruplum teneatur; quam quæstionem licèt specialem Tho. de Vio. Card. Caieta. ibi in commentariis suis trahit ad hanc vniuersalem, de qua loquimur, an scilicet lex pœnalis quacunque pœna obliget in foro conscientiæ. eandem pertractat Pet. de Palu. *in 4. di. 27. q. 2 & Summa Astesa. in secunda parte, lib. 5. titu. 29. artic. 3.* Sylvest. Priera. *in sua summa. in ver. restitutio. il secondo.* & latiùs *in ver. pœna. q. 25.* & aliquid etiam *in ver. lex. in 8. & 9. q.* & Summa Ang. *in ver. lex. §. 4. versi. 6. quando. & in ver. inobedientia. §. 1.* Bustus in suo Rosar. *sermo. 26. parte 2. in litera Q.* & Antonin. *iu summa sua, parte 2. titu. 1. cap. 13. §. 8.* Ex Canonistis autem eam tractauit Panor. *in proœm. Decretal. Rex pacificus. in 2. q. est num. 4.* sed latiùs, *num. 6. & in cap. 1. de constit. num. 9. & 10.* & alibi sæpè, *vt per addi. ibi, num. 10. in litera A.* vbi latè Fely. qui plures concor. allegat, *num. 52.* & Deci. *numero 20. in prima & secunda lect. numero nono, versicu. tertio. circa gloss.* & post eos vltimo loco Augusti. Bero. *nu. 252.* qui plures concor. adducunt, & plures etiã concor. adducit, & latiùs loquitur Felyn. *in c. audiuimus. de fimo.* & Deci. *in c. quoniam contra. de probati. nu. 17.* vbi etiam Augu. Bero. Archid. *in cap. quoniam. nu. 6. & 7. 18. di.* vbi etiam Gemi. *in prin ver. nota etiam, quod de iure antiquo. & col. vlt. in glo. vlt.* & ibi etiã Cardi. Alex. & Belleme. & Io. de Tur. Crem. *in fi.* not. etiam omnes prædicti, post glo. *in cap. fraternitas. 12. q. 2.* & tradunt omnes *in cap. dilecti. de arbitr.* & alibi sępè. Ex nostris autem Alberi. in Dictionario suo, *in ver. pœna. in vers. quid si plures.* Bart. *in l post decisionem. C. de fur.* Bal. *in L. id quod pauperibus. C. de epis. & cler. & in l. iubemus. §. sanè. el l. post princ. C. de sacrosanct. eccles. & in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demonst.* vbi etiam Imola, Ioan. de Zanis inter consilia Alexan. *consi. 51. cùm dicatur, num. 6. in quarto.* Rom. *in repe. rubricæ de arbi. in fi.* Imola *in l. stipulatio ista. §. alteri. de verb. obl.* & idẽ Rom. *sing. 106. incip. pridie fui interrogatus.* Ias. *in l. post diuisionem. col. 2. C. de iur. & facti ignor.* idẽ *in §. sed istæ. nu. 110. Insti. de act. & seq.* vbi latè Deci. & Cagnol. *in l. quod à quoquam. ff. de reg. iur.* Corset. *in singularib. suis, in ver. pœna. il 14. & in ver. forum conscientiæ, incip. in foro animæ* & postremò Thom. Gram. *decis 3. incip. in causa. col. vlt.* & Andre. Tiraq. *in repe. leg. si vnquam. C. de reuocan. don. in interpretatione verbi, Reuertatur, positi in d. l. nu 236. cum seq.* vbi latè, *& in tracta. de pœnis temp. aut remit. causa 13. nu. 13.* & Henric. Bot. *in tract. de Synodo episcopi. in 2. art. in 1. concl. nu. 104.* & demum atque omnium copiosiùs frater Alphonsus à Castro Zamorensis Hispanus, qui ex professo quæstionem hanc tractat duobus iustis voluminibus.

¶ Ex quorum omnium dictis hæc communiter recipitur

13 pitur concluſio,† quòd pœna à lege poſitiua impoſita nõ ligat delinquentem in foro cõſcientię. Adducitur principaliter gloſ. *in cap. fraternitas. in gloſ.vlt. 12.q.2.per tex.ibi, in verſic.ſed abſit.* & probat optimè text.*in capit.2.dè rap.* vbi quod ad remiſſionem peccati rapinæ violentæ;& ſic notoriè factę ſufficit reſtitutio ablatorum,vel ſatiſdatio de ſoluendo, & de pœna nil dicitur, & ideo concludunt omnes, quòd confeſſor non poterit confitenti imponere pœnitentiam,vt ſoluat pœnam pro delicto,quod confitetur,impoſitam à lege: & facit etiam optima ratio,quia cùm duo ſunt iudices ſeparati,alter corpus reſpiciens,& ciuem in genere, qui eſt laic⁹ vel eccleſiaſticus: alter animam curans,qui eſt confeſſor,diuerſa eſt pœna vnius ab altera: & ideo ſicut non poſſet ad pœnitentiam indictam à confeſſore in foro poli aſtringi, ita & econtrà: nam hoc modo contingeret, quòd pro eodem delicto quis duplici pœna puniretur, *c.quæſitum.in 13.q.2.* Et quamquam Dec. in d. cap. 1. de conſtitut. aliqua contra hanc concluſionem adducat, tamẽ leuia ſunt,& ipſemet dicit non recedendum à communi,& ibi Beroius reſpõdet, & clariùs reſpondetur, quòd nunquam quis ad pœnam tenetur, niſi mediante lege,quæ ipſum obliget, ſed lex ſimpliciter iubens talem delinquentem, puta furem condemnandum pœna quadrupli, non iubet eum ſoluere, ſed iubet iudici, vt eum condemnet, ergo ante cõdemnationem non tenetur,& hoc probatur,quia pœna hæc tranſiret ad hæredes, qui poſſident bona defuncti, & eius perſonam repręſentant, & tamen hoc eſt falſum, *l.ſi pœna.ff.de pœnis.*tradit Petr.de Anch. *in capit. cùm ſecundum leges. de hære. in 6.* ſic neque exequutores teſtamenti tenentur ſoluere pœnam ipſam à lege ſtatutam, ſi non præceſſit ſententia, vt per Bald. *in d. l. id quod pauperibus.q. 9. C. de epiſc. & cler.* & præmiſſa quoq; confirmat dictum Innoc. *in cap. quia plerique.col.2. verſ.ſed quid dices, de immun. eccleſ.& in c. cùm olim.* vbi Hoſti.Io.Andr.& cæteri, *in ver. deductiones,de cenſi.*vbi concludunt,quòd licèt ſciam ego, quòd petita reſtitutione aliquid à me poteſt auocari;attamen in foro conſcientiæ non teneor, donec non petatur reſtitutio, quod etiam ſequitur Alex. *con.66. viſa facti narratione.col.2.verſic.& poſito.in 6.vol.*ſed hæc concluſio ſic communiter recepta, recipit etiam infra ſcriptas limitationes.

14 ¶ Primò, † vt non procedat poſt latam ſententiam: nam ſtatim lata ſententia, per quam reus condemnatus fuit ad ſoluendum talem pœnam,ſtatim tenetur in foro conſcientiæ, vt tradit Bald. *in l.id quod pauperibus, in 9.q. C. de epiſc.& cler.* & Petr.de Anch. *in regula,poſſeſſor. de reg.iur. in 6.in 25.col.verſ.tertiò quæro.*& Beat.Thom.*ſecunda ſecundæ. q.62.art.3.*& Fely.*in d.c.de conſti.num.61.*& plures ex Theologis ſuprà allegatis. & mouentur hac ratione, quia per cõdemnationem iam eſt acquiſitum ius fiſco,quod quidem in foro conſcientiæ reddere tenetur, quæ quidem limitatio veriſſima eſt etiam hac ratione: quia cùm iudex lex ſit animata, cui iuſta iubenti omnes obedire tenentur etiam in foro conſcientiæ, iuxta illud Apoſtoli ad Titum 3. Admone illos Principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe. & illud primæ Petri, cap.2. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi tanquam præcellenti, ſiue Ducibus tanquam ab eo miſſis. Cùm igitur per condemnationem iuſtam iubeat iudex, qui poteſtatem habet in eum,vt ſoluat, tenetur obedire etiam in foro conſcientiæ,& ideo ſoluere.

15 ¶ Secundò limitatur d. concluſio, † niſi lex ipſo iure pœnam illam imponeret, puta ſi lex pro tali delicto imponeret pœnam publicationis bonorum, declarando bona ipſa intelligi ipſo iure, id eſt, abſque aliquo facto vel iudicis aliqua ſententia publicata intelligi, *vt in caſu l. commiſſa.de publi.* nam cùm hoc caſu nullum iudicis miniſterium requiratur, tenetur à lege condemnatus ſoluere etiam hoc foro conſcientiæ, vt tradit Abb. *in d. c.1. de conſtit.*vbi Fel.*num.58.* & Dec.*ibi,num.20.ver.prædicta concluſio limitatur,* & ſequitur ſumma Angel.Clauaſ.*in ver.in-obedientia.* & Archiep.Floren.in ſua ſumma,*par.2.tit.1.cap. 13.§.8.* & licèt Decius loco præallegato videatur tenere contrarium hac ſola ratione motus, quia ſcilicet qua ratione facta eſt concluſio ſuprà communiter approbata, quòd pœna legis non ligat in foro conſcientiæ, eadem ratione videtur neceſſariò concludendum, quòd etiam ſi imponatur ipſo iure à lege, vel ſit condemnatus ipſo iure non teneatur: attamen dico, quòd optima ratio diuerſitatis inter limitationem hãc & regulam ex præmiſſis colligi poteſt: nam cùm lex ſimpliciter pœnam imponit non ipſo iure, expectatur iudicis voluntas & declaratio, neque antè poteſt dici ius fiſco vel parti acquiſitum,ergo nimirum ſi non tenetur;at quando ipſo iure impoſita eſt pœna, nulla præſupponitur requiri declaratio, ergo maxima diuerſitatis ratio. & quanquam etiam Bero.ibi,nu.238. videatur abſolutè improbare hanc limitationem hac ratione motus, quia ſ. etiam quando ipſo iure imponitur pœna, requiritur declaratio iudicis, vt tradunt Archi. Ioan.Andr. & Pet.de Anchar. ibi, *in 14.not.in c.1.de homicid.in 6.*tamen hæc ratio,ni fallor,nil obſtat:quoniam non negatur,quòd requiratur declaratio iudicis, non circa pœnam, ſed circa delictum, puta quòd delictum, de quo agitur, verè commiſſum fuerit, quia pœna ipſo iure non infligitur, niſi verè delinquẽti, & donec non conſtat aliquem verè deliquiſſe, certum eſt,quòd nec pœna locum habet, *l.ſancimus.ff.de pœnis.* at in foro conſcientiæ, de quo nunc agimus, nullus eſt iudex,qui ſit expectandus,vt iudicium proferat,ſed quilibet ſibimet iudex eſt. præſupponitur ergo in hac limitatione, quòd delinquens ipſe ſit ſibi conſcius, quòd delictum perpetrauit, adeo quòd quoad ſe non expectatur alia declaratio. ergo ſtatim quòd ſe cognoſcit verè reum delicti, ſtatim & pariter dicitur condemnatus conſcientia ſua, & ideo pœnæ obnoxius, & ſic quoad ſe æquè eſt condemnatus ſua ſynderiſi, ac ſi per iudicem foret condemnatus. & ſi rurſum opponatur, quòd idem ergo dicendum videretur in præcedenti limitatione, quæ hac ipſa ratione labefactari videtur, cùm pariter eſſet dicẽdum,quòd cùm delinquens ipſe facti ſui ſit conſcius, nõ debet aliam expectare ſententiam,ſed conſcientiæ propriæ ſatisfacere, tanquam ab ea damnatus. Reſpondetur, quòd in caſu præcedentis limitationis pœna nõ eſt certa, cùm hodiè omnes pœnæ ſint arbitrariæ, *l.hodie.ff. de pœnis.* & quamuis pœna eſſet pro aliquo delicto à lege ſimpliciter impoſita; poteſt tamen ex multis circumſtantiis augeri & minui, vt ibi habetur, *& in l. aut factà.ff. de pœnis.*ideo ignarus eſt adhuc ipſe reus,quantam debeat pœnam, quod prætendere non põt, quando pœna ipſo iure eſt impoſita, quia ab ea iudex diſcedere non poteſt, *l.1.ff.ad Turpil.* pro qua conſideratione, quam puto veriſſimam, facit, quod dixit glo. *in cle.1.§.verùm quia, in ver. eo ipſo.* vbi etiam Card. qui eam ſequitur,*num.12.no.& in 7.q. de hæreti.*quæ voluit,quòd quamquam eccleſia non iudicet de occultis,*c.ſicut tuis.in fi.ext.de ſimo.* tamẽ pœna ipſo iure impoſita afficit delinquentem, quantumlibet occultum:quod etiam ſequitur & dicit not.Panor. *in c.vlti. in 2 not.* vbi etiam Io. de Ana. & Felyn.de hæreti.& idem Panor. *in c.ad falſariorum.col.2.* vbi pariter Io.de Ana *col.5. de crim.falſi.* & iſta efficacior eſt ſolutio quàm poſita per Fely.*in d.c.1.de conſti.nu.60.* quamquam illud,quod ibi dicit de notorio crimine, optimè etiam comprobet hanc reſponſionem.

16 ¶ Tertiò limitatur præd. concluſio, † vt non procedat quoad pœnam conuentionalem:nam ex promiſſione videtur ſe obligaſſe,ideo tenetur, vt tradit Pet.de Ancha.*in d.reg.poſſeſſor.* & Fel. *in d.c.1.de conſti.nu.62.* & ibidem Deci. *num.20. verſicu. tertia concluſio.* & ideo poteſt inferri, quòd ſi quis pacem iniit cum inimico, & promiſit non offendere ſub pœna, quòd ſi contrauenerit, tenebitur ad pœnam conuentam etiam in foro conſcientiæ. Verùm non impertinenter dubitari poteſt, an ſi talis pœna excederet verum intereſſe partis aduerſæ, an hoc foro

teneretur promittens ad illud, in quo excedit, & quæstionem facit hoc, quòd pœna non debetur, nisi quatenus interfit in foro conscientiæ, vt habetur *in c. dilecti. de arbit. & in cap. conqueſtus. de vſur.* Teneo tamen hanc deberi, ſtante quòd pacta ſeruare conuenit iure naturæ, l. 1. de pact. ergo & conſcientiæ: cùm, vt ſæpè dictum fuit, qui tenetur iure naturæ, tenetur & foro conſcientiæ. Neq; obſtat, quod in contrarium adducebatur: nam illud verum, quando lex pœnam apponeret loco intereſſe, vel etiam partes ipſę in conuentione taxaſſent ipſum intereſſe in ea quantitate pœnæ, vt dicam in ſeq. limitatione: ſecus autem, prout hîc præſupponimus, quando puta pœna eſſet conuenta pro obſeruatione contentorũ nullo habito reſpectu ad intereſſe, quia tunc pacta ſeruanda ſunt, neque poſſunt ad intereſſe limitari tanquam ad cauſam pacti, quia illud conſideratum non præſupponitur.

17 ¶ Quartò limitatur, † niſi pœna eſſet à lege applicata parti, loco inæſtimabilis intereſſe & impoſſibilis reſtitutionis, puta pro membro abſciſſo vel debilitato: cùm .n. ablatum reſtitui non poſſit, conueniens eſt, quòd pœna loco eius ſubrogata reſtituatur, vt pulchrè declarat Pet. de Ancha. in regula, *peccatum. de reg. iur. in 6. in 24. col. verſ. ſed dubium remanet.* ſequitur Fely. *in d. c. 1. nu. 63.* & Deci. ibi, *d. nu. ver. quintò idem eſſet.* quam limitationem puto veriſſimam, quia cùm ſubrogetur loco rei inæſtimabilis, *l. liber homo. ff. ad l. Aquil.* non poteſt limitari ad verum intereſſe, prout in aliis rebus, quę æſtimari poſſunt, *iuxta l. pretia rerum. ff. ad l. Falc.* & ideo non poteſt in foro conſcientiæ certus eſſe, quòd vltra debitum reſtituat, quin potiùs quod intra debitum, cùm vix vllus reperiatur tam perditæ vitæ, qui manum vendat precio pecuniario.

18 ¶ Sed dubitari poteſt, † an omni caſu, quo de iure ciuili vel canonico delinquens, tenetur damnum reſarcire, an pariter teneatur & in foro cõſcientiæ, puta ſi quis damnum intulit vicino incendio vel aliter, tenetur vtiq; ad damnum, vel interceſſerit dolus vel lata culpa, vel leuis, vel ẽt leuiſſima, *l. lege Aquil. ff. ad l. Aquil. 1. & 2. & tot. tit. ff. & C. eo.* An inquam pari ratione teneatur in foro conſcientiæ, caſu quo interceſſit leuis tantùm vel leuiſſima culpa, & ſic an teneatur ad omnem pœnã, quæ iure conſtituitur pro leui vel leuiſſima. Et refertur pulchrum dictum Inno. *in c. ſicut dignum. de homicid.* quòd non tenetur hoc iure de leui vel leuiſſima, quem ſequitur Abb. *in d. c. 1. de conſti. in 4. col. verſ. hinc ſingulariter no.* & ibi Dec. *in 2. lec. nu. 10. ver. quintò adde.* & idem quoq; tradit Abb. *in c. quoniã contra. de probat. nu. 31. & in c. ſi egreſſus. de iniur. & in c. ſi. eo. ti. & in c. presbyterum. de homicid. & in c. 1. de cuſto. Euchar. & in c. audiuimus. de ſimo.* ſequitur etiam Bar. *in l. Imperator ff. de iure fiſc.* & Ro. *ſing. 106. pridie fui interrogatus.* vbi dicit hoc dictũ Inn. eſſe vnicum in mundo, & ſequitur etiam Ant. Corẽt. *in ſing. incip. forum conſcientiæ.* & prædictam deciſionem Inno. ſequitur etiam Tho. Gramm. *deciſ. 3. in cauſa. numero decimo quinto.*

¶ Sed contrarium videtur tenere Abb. *in c. ſi egreſſus. de iniur. & in c. ſi eo ti.* & And. Sicu. *in repe. cap. Raynaldus. col. 114. verſ. in quantum Dominus, de teſtam.* & Bero. *in c. dilecti. de arbit. nu. 77. & ſeq.* vbi diſtinguit, an damnum datum ſit in faciendo; & tunc teneatur etiam de leui & leuiſſima, ſi fuit cauſa proxima, ſecus ſi remota: an verò damnum datum fuerit omittendo vel negligẽdo, & nullo modo teneatur hoc caſu, vt ibi latè per eũ. Ego verò in hac quæſtione puto totum pendere ab ipſi⁹ cauſam damni dantis conſcientia, id eſt, remorſu & animi ſui iudicio; nam ſi ſentit ſe verè fuiſſe negligentem, & in peccato ipſius negligentiæ, puto quòd teneatur, & præcipuè tenebitur, ſi hoc dictantem conſcientiam ſuam ſenſerit: nam ſcim⁹ quem hoc foro teneri, licèt quid faciat, quod licet, ſi tamen illicitum eſſe putat, *ca. homines. & c. his autem. & c. cum*
19 *humilitatis. ea. cau. & q.* † nõ enim dignus eſt Chriſtiani nomine, qui ſyndereſim ſuam contemnit, *c. omnes. & c. de his, in fi. de conſecr. diſt. 5.* ipſa enim ſibi teſtis eſt & iudex. nam & ſi dol⁹ reipſa interuenerit, eo nec ſciente nec impellente, ſed nec cogitante quidem, nihil erit timendum in foro conſcientię, dummodo ipſe ſibi ſit teſtis, nil poſſe ſibi imputari, vt docet Cald. *in c. nauiganti. col. 5. verſ. tertiò oppono contra duos.* & ibi Panor. *col. vlt. de vſur.* Et ideo putarem, quòd ſi iudex per negligentiam omittit aliquid, ex quo damnum inferat parti, etiam ſi id per errorem faciat, teneatur in foro conſcientię, iuxta no. *in auth. hodie, C. de iud.* per Cyn. Sali. Fulg. & Paul. ibi: nam id verum, id iuſtum dicitur, quod ſimplex & immaculata conſcientia dictat, vt per Io. An. *in c. præſentium. de teſti. in 6. in nouel.* & per Bal. *in ti. de pa. Conſtan. in ver. quæ vobis non conceſſimus.* & ſequitur Iaſ. *in §. ſed iſtæ. Inſt. de act. num 135.* & dicitur *in c. quid autem. 8. q. 1.* quòd vnumquemq; conſcientia ſua conuenire debet. omne enim quod fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. *§. ex his itaque. 28. q. 1.* omne .n. quod non eſt ex fide, peccatum eſt, *ad Rom. c. 14. & c. quæret aliquis. de pœnit. diſt. 3 & in c. vlt. de præſcri.* vbi glo. exponunt, ex fide, id eſt, ex conſcientia: aliàs .n. appellaretur cauteriata conſcientia, *iuxta Apoſtolum Timot. 4. & ca. in nomine Domini, 23. diſtinctio.*

¶ Verùm quia diximus ſ. tria potiſſimùm in hoc iure conſideranda, iuſtitiam ſ. veritatem, & animum, ideo de ſingulis diſpiciamus.

## CAP. XIII.

## *Conſcientiæ Juſtitia.*

### SVMMARIVM.

1 *Forus conſcientiæ eſt veræ iuſtitiæ forus, ideo omni lege iuſta vel ſtatuto in hoc iudicio tenemur.*
2 *Conſuetudinem fraudans mortaliter peccat.*
3 *Lex iniuſta, conſuetudo vel ſtatutum in foro conſcientiæ non ligant.*
4 *Carceratus iniuſtè, in foro conſcientiæ poteſt dolo ac deceptione illus aufugere.*
5 *Relaxatus à carcere iniuſto, iurans ſe reuerſurum, an redeundo peccet.*
6 *Carceratus iuſtè atque pœna mortis condemnandus, in foro conſcientiæ licitè fugit, non tamen carceres effringendo. numero ſeq.*
8 *Damnato ad mortem an fugere liceat, carceres frangendo, etiam cuſtodes occidendo, vel aliàs illicito modo.*
9 *Rem ſuam iniuſtè ab aliquo poſſeſſam vi vel clam, qualiter quis in foro conſcientiæ auferre poſſit, & an ei æquiualentem. num. 10.*

VM igitur iuſtitia præcipuè conſiderãda ſit
1 in foro conſcientiæ, † quia forus conſcientiæ eſt forus veræ iuſtitiæ, vt inquit Bal. in *c. 1. col. 1. titu. quæ ſint regalia.* hinc ſequitur illa certa concluſio, quòd lege, ſtatuto, & conſuetudine iuſta quilibet tenetur in hoc iudicio, vt tradunt omnes in *c. 1. de conſt.* & dicitur iuſta, quando non nutrit peccatum, vt ibi tradunt omnes, & glo. *in c. 2. in ver. ſententijs. de conſt. in 6.* vbi etiam bonus textus in illis verbis, *vt animarum periculis.* Inno. Ant. Pan. & alii, *in c. quia plerique. de immu. eccle.* idem Inn. loquens de conſuetudine *in rub. ext. de conſue.* & per Io. And. *in c. 2. de verb. ſign. in 6.* & per Bal. *in l. 1. col. 2. C. de confeſ. & in auth. ingreſſi. col. 5. ver. circa primum. C. de ſacro. eccl.* & per Feder. de Sen. *conſi. 21. nunquid hæres.* & Bal. *conſ. 285. ſi quis iuris. col. 1. in tertio.* Petr. de Ancha. *con. 14. videretur prima facie.* Iaſ. *con. 180. commune, col. vlt. in 2. & con. 191. placet mihi col. 2. ver. nec huic. eo. vol.* Ruy. *con. 4. ꝓponitur, nu. 11. in 5.* & dixit et-
2 iam Bal. *in rub. ext. de conſue.* † ꝙ qui facit in fraudem conſuetudinis, peccat mortaliter, & quòd ẽt hoc foro ſeruãda ſit conſuetudo, latè tradit Curt. *in repet. c. vlt. de conſue. nu. 146.* & ex Theologis tradit B. Th. *1. 2. q. 96. ar. 4. 5. & 6.* & pulchrè Archie. Flor *in 1. par. ſuæ ſummæ, ti. 18. c. 1.* ideo iuſtè carceratus, ſi aufugit, tenetur redire ſic vt captus in iuſto bello, vt per gl. *in c. iuſgentium. in ver. ſeruitutes. 1. diſt. & gl. in clẽ. paſtoralis. vbi oẽs no. in ver. per violentiã. de re iud. & per Dec. in l. quod à quoquã. nu. 3. in fi. ff. de reg. iur. & con. 691. in facto. nu. 2.*

3 ¶ Ex quo ſequitur, † quòd lex, vel ſtatutum, vel conſuetudo iniuſta non ligat in foro conſcientiæ, vt per omnes in locis præallegatis, maximè Panor. *in d.cap.1.col.3. verſ.ſed quæro, an lex.de conſtit.* vbi Fel. *nu.5.* & Dec. *nu.18.ver. tertia concluſio.* & Tho. *in prima ſecundæ, q.96. art.6.* inferentes, quòd licitum eſt hoc iure fraudare gabellam illicitã, vt per Bar. & alios *in l.vectigalia, de publica. cum plurib. concor. vt per eos ibi, & per Firmia. in tracta. gabell. in 9. parte princip. in prima quæſt.*

¶ Et † quod magis ad tractatum noſtrum pertinet,
4 hinc etiam hoc traditum eſt, quòd ſi quis iniuſtè in carcerem coniectus eſt, poteſt licitè in foro conſcientiæ etiam dolo & ſtrategemate aliquo decipiendo cuſtodes aufugere, vt colligitur ex gloſſ. *in clem. paſtoralis. in ver. per violentiam.* & ibi Doct. *de ſent. & re iud.* & per Bart. *in l. relegatur, in prin. ff. de pœnis. & in l. vis eius. per illum tex. C. de proba.* & per Alex. *conſi.144. poſt redditum. col.2. ver. ad prædicta. in 2. vol.* & per Iaſ. *in repetitio. l. admonendi. ff. de iureiuran. nume.175.*
5 † Sed difficilioris eſt inueſtigationis veri, an ſi iniuſtè carceratus quis ſit, & è carceribus relaxetur præſtito iuramento de redeundo tali die, an poſſit hoc iure ſpreto iuramento, nõ redire. Quæſtionẽ facit iuramenti religio, quæ nos ligat, vt iuramentum ſemper ſeruemus, vbi non imminet periculum ſalutis æternæ, *c. ſi verò, de iureiurand.* Qua ratione motus Rom. *in leg ſtipulationes non diuiduntur. nu.78. ff. de verb.obl.* tenuit, quòd hic teneatur redire, & allegat *l. 5. §. captiuus autem. ff. de capti.* vbi refertur exemplũ Attilii Reguli, qui factus ab hoſtibus captiuus, & remiſſus ſub vinculo iuramenti de redeundo, rediit. contrarium tamen verius eſſe puto, adhibito hoc moderamine, quando ſcilicet in conſcientia ſua timeat, ſe non obſtantibus defenſionibus ſuis iniuſtè condemnãdum; vel ſi ſciat, ſe non poſſe veritatem innocentiæ ſuæ probare, & hoc clarè tenuit gloſſ. *in d. clement. paſtoralis.* & tradidit etiam Bald. *in rub. de vita, & honeſt. cleric. col.2.* & Abb. *in cap. ſicut in tertio. num.4. & in cap. ſi verò. num.8. de iureiuran. & in c. inter alia, de immunit. eccle. in fi.* & Ancha. *in regula, peccatum. de reg. iur. in 6. in 3. quæſt.* Iuramentum enim nullas habet vires, vbi quis ſe obiicit manifeſto mortis periculo ſine iuſta cauſa. *c. ſi non liceat. 23. q. 5. & in §. vlt. 22. q. 4. & in ca. negotiatorem clericum. 88. diſtin.* & tradit Thom. *ſecunda ſecundæ, q. 69. art. 4.* Neque obſtabit hîc religio iuramenti, quia iuramentum tunc ligat, cùm tres habet comites: iuſtitiam, veritatem, & iudicium. ſed hîc non adeſt iuſtitia, nec veritas, ergo. Item non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum. *c. non eſt obligatorium. de reg. iur.* Neque text. *in d. §. captiuus.* probat contrarium, vt volebat Rom. quia non præſupponitur bellum fuiſſe iniuſtum. Præterea iure Romanorum tempore Attilii licebat, immò glorioſum erat etiam hoſti fidem ſeruare, & pro fide data ſeruanda ſeipſum occidere. Item non deciditur ibi, quòd ſi noluiſſet redire, teneretur, & hanc etiam opinionem ſequitur Brixi *in quæſt. ſua Dominicali 37. incip. carceratus.* quòd ſi iuſtè fuiſſet carceratus, & iuraſſet redire, vtiq; teneretur, licèt morti ſe offerret, vt dicit glo. *in d. clem. paſtoralis.* vbi Cardi. *in ver. notorium. in 4. no. & ver. cæterum. 2. no.* & Anch. *in d. c. peccatum. & in c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6.* & Præpoſ. *in c. ius gentium, nu.10. 1. diſt.* & per Ab. *in c. 1. de teſti. cogen.*

¶ Sed iuxta præmiſſa quoque adfinis inſurgit quæſtio, † an ſi quis ſciat ſe iuſtè carceratum, & ideo iuſtè condemnandum pœna mortis, an ei hoc iure liceat è carceribus aufugere, quod quidem videtur negare Anchar. in *dicta regula, poſſeſſor. q. 3.* & ſimiliter Abb. *in capitu. primo, de teſti. cog. & in cap. ſicut, in tertio. de iureiur.* & videtur tenere glo. *in d. cap. ius gentium. 1. diſt.* vbi dicit, peccare captum in bello iuſto, ſi aufugiat. & idem tenet Bar. *in l. relegati. ff. de pœn.* cuius tamen contrarium aſſeruerunt Steph. & Ant. quos refert & ſequitur Imo. *in d. clem. paſtoralis.* & Archid. *in c. cùm homo. 23. q. 5.* & Beat. Thom. *in ſecunda ſecundæ. q. 69. articulo quarto, in reſponſione ad ſecundum.* quod & ibi ſequitur Caiet. quæ quidem opinio videtur etiam tutior & verior, cùm non ideo effugiat pœnam æternam, neque ideo, quòd iuſtè eſt carceratus, tenetur ad aliud, quàm pati patienter mortem, ſi ad eam damnabitur; non autem ideo tenetur ipſe omnia agere, quæ ad patiendam mortem inducunt, & ideo non tenetur ſtare in carcere, niſi fuiſſet iuſtè damnatus ad carcerem, quia tunc ſtante condemnatione teneretur ipſam pati, vt per Caiet. *dicto articulo quarto.* Neque iis obſtabit gloſſ. *in dicto cap. ius gentium.* quia loquitur in aliis terminis, & ſic de capto in bello iuſto; nam is iure gentium ſeruus efficitur capientis, qui cùm ſe ſubtrahit domino, priuat ipſum re ſua, ideo peccat, vt habetur in *cap. ſi quis ſeruum. 17. q. 4. & no. in l. 1. Cod. de ſer. fugit.* quæ quidem vera ſunt, & ſi per hanc fugam ſciret maximum damnum, & periculum imminere cuſtodi, & commentarienſi, vt in ſpecie aſſerit Caiet. *d. artic. 3. & 4. in verſic. ad primam dubitationem.* quia cùm hîc fugiens principaliter incumbat rei, quam ſibi licere diximus, licèt ex hoc damnum cuſtodi ſequatur, id non ex eius procedit mente, vt eius cauſa damnum fiat, ſed vt bonum ſibi ſequatur, ſcilicet fuga mortis, ideo quod incidenter contingit, non eſt conſiderandum, maximè cùm commentarienſis non puniatur ex facto fugientis, ſed ex negligentia ipſius, qui vigilanter non cuſtodiuit & benè, ac diligenter, vt tenebatur.

¶ Limitarem tamen ſuprà dicta, niſi carceres fugien-
7 do effringeret, quia cùm lege hoc prohibeatur, *leg. 1. ff. de effract. l. milites. §. eius. ff. de re mil. l. in eos. ff. de cuſt. reo.* tenetur illi legi obedire, quia in ſe iuſta eſt ob publicam vtilitatem & reuerentiam, quod etiam expreſsè tenuit Henr. de Gandauo. *Quolib. 9. art. 25.*

¶ Quorum id etiam conſequens eſt, † quòd liceat in-
8 iuſtè damnato ad mortem, ſi aliter euadere non poteſt, carceres frangere & reſiſtere etiam volenti ſe ad mortem ducere, vt ſenſit Archi. *in d. c. cùm homo. 23. q. 5.* & Dyn. *in regula, quod quis. de regul. iuris in 6.* & Alexan. *in l. 1. §. item ſi quis. ff. ne quis eum.* quinimò fuerunt & quidam audaciores, qui crediderunt id licere, etiam ſi cuſtodes, vel iudicem, vel alios occideret, cùm aliter euadere non poſſet, vt tenet Luc. de Pen. *in l. prohibitum. C. de iu. fiſ. lib. 10.* & Paris *in tra. ſind. in ver. reſiſtentia.* ſequitur etiam Hippol. *in l. 1. in prin. ff. de quæſt. nu.28.* quorũ quidem opinioni, niſi certioribus vrgerer rationibus, non auderem conſentire, cùm ſciamus non eſſe facienda mala, vt inde ſequantur bona, præſertim quod attinet ad miniſtros & cuſtodes: nam cùm ipſi nulla ſint in culpa, nõ video, quo iure poſſint innocentes occidi: nam quamquam vim vi repellere licet, intelligitur, quando violentia fiat animo violentiã & iniuſtitiam inferendi, ſecus ſi iuſtè, vt per Thom. *d. art. 4. q. 69.* Similiter & ſi iudex iuxta allegata & probata iudicaſſet, licèt ſciret ſe innocentem damnare, tamen non video, qua iuſta ratione poſſet, vt mortem effugeret, iudicem iuſtè & cum innocentia condemnantem occidere, cùm præſertim poſſit eſſe, quòd Dei iudicio propter alia eius occulta peccata in illud vitæ diſcrimen inciderit.

¶ Ex prædicto quoque iuſtitiæ requiſito in hoc foro
9 ſequitur, † quòd ſi quis videat rem ſuam ab aliquo poſſideri iniuſtè, à quo alia via & modo illam recuperare non poſſe, certò ſcit, poteſt etiam clam & furtim propria authoritate, vel etiam violenter auferre, quod ſenſit gloſſ. *in d. c. ius gentium. 1. diſt. arg. l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his, quæ in fraud. cre. & eorum quæ no. in l. nullus. C. de Iudæ.* & ſequũtur etiam omnes Scrib. *in cap. olim. il ſecondo. de reſti. ſpo.* quæ tamen concluſio has recipit interpretationes.

¶ Primò, vt procedat, quando ſine ſcandalo & perturbatione Reipub. id fieri poteſt. atque etiam ſine læſione propriæ famæ, vt tradunt omnes in locis præallegatis, & Paul. de Caſtr. *con. 399. priuſquam. in 1. vol.* & Alex. *con. 135. col. 1. in primo.* Iaſ. *in l. 1. nu.7. C. de teſtam.* Fel. *in c. quoniam. nu.13. de ſimo.* Rub. *con. 13. nu.8.* & ex Theol. Archi. Flor. *in 2. part ſuæ ſummæ. ti. 1. c. 14. ver. 5. & ſumma Sylueſtri, in ver. furtum. q. 13.* & ante hos Tho. *ſecunda ſecundæ. q. 66 art. 5.* vbi etiam Caieta.

¶ Secundò etiam procedit conclusio, dummodo non possit iudicis copia haberi: nam si posset, tunc vel paruo etiam pòst tempore certum est, quòd hoc foro non posset sibi propria authoritate ius dicere, & legum politiam perturbare, vt concludunt omnes in locis prælegatis, & in specie Alexand. contra Paul. *in d. consilio centesimo trigesimo quinto.*

¶ Tertiò, vt procedat, dummodo ex hoc alteri damnũ non inferatur, puta vxori, famulo vel alteri, qui fortè iure depositi rem illam teneret: nam sic auferens ad omnia hæc damna teneretur, vt in specie monet Thom. & Caieta. d. art. 5. q. 66. Neque his aduersantur ea, quæ suprà diximus hoc capitulo, *in ver. sed iuxta præmissa. in fin.* vbi dicebamus, quòd aufugiens è carcere non tenetur ad damna passa per custodes: nam longè diuersa est ratio in eo, qui aufugit, vt mortem euitet ab eo, qui rem suam repetit, cùm multa concedantur pro tuenda vita in foro conscientiæ, quæ non pro tuenda re & pecunia, *arg. c. vbi periculum. de electio.* Multò minùs ergo procedet conclusio, quando rem hanc suam recuperaret cum morte iniusti possessoris; quanquam Floren. *in l. si seruus. col. 2. ff. ad l Aquil.* contrarium senserit, quod tamen crediderim procedere iure fori, vt dicunt, non iure poli, de quo agimus.

10 ¶ Id tamen certum est, conclusionem præmissam procedere, nedum si quis rem suam vellet propria authoritate auferre, cùm aliter non posset, verùm etiam si aliam æquiualentem asportaret, quæ sua non esset, cùm tamen suam certus esset se recuperare non posse, neq; eius æstimationem, vt expressim concludunt Innoc. & Card. in *d. c. olim.* & Alexand. *d. con. 135.* & Syluestri. *d. quæst. 13. in ver. furtum.*

## CAP. XIIII.

## *Conscientiæ veritas.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudicandum secundum veritatem est in foro conscientiæ, non secundum iuris præsumptiones aut fictiones.*
2 *Iudicandum secundum ius naturale tanquam verissimum & immutabile, est in foro conscientiæ.*
3 *Iudex an secundum conscientiam, vel secundum allegata & probata iudicare teneatur. & quomodo de hoc sit concipienda regula, nu. 13.*
4 *Canonicus & Episcopus agere potest aliquid vti canonicus tãtùm, & ideo sedere post Archidiaconum. Item de Diacono & Subdiacono, de Milite & Doctore, & c.*
5 *Sacerdos confitentis peccata etiam iuratus se omnia dicturũ, quæ scit de eo, quare reuelare non teneatur.*
6 *Christus adulteram & Iudam, & Deus Sodomam, secundum conscientiam quare iudicare noluerint.*
7 *Iudex secundum conscientiam nõ iudicans reclamantib. actis, an iudicare cogatur.*
8 *Vxor impedimenti matrimonialis conscia, etiam sub pœna excommunicationis coarctata, debitum reddere non debet.*
9 *Iudex si à populo contra conscientiam iudicare cogatur, Principi rescribat de causa quare non intendat, sicut quando sibi à Principe aliquid præcipitur.*
10 *Iudex à Principe cui rescripsit iudicare coactus, an secundum conscientiam vel acta sententiam proferre debeat.*
11 *Iudicare secundum conscientiam visu perceptam, & iudicio conceptam, differunt.*
12 *Iudex an possit pronunciare sibi non liquere, si aliud iuris ordo, aliud conscientia suadeat.*
14 *Iudex agnoscens reum ex allegatis absoluendum, ex confessione eius condemnandum, quid agere debeat.*
15 *Confessio facta Iudici vt Iudici tenet etiam in actis non scripta: secus si vt priuato. fallit tamen, nu. seq.*
17 *Notorium probatione non indiget, in eoq; nullo iuris ordine seruato procedit.*
18 *Iudicis sententia in notoriis non est sententia, sed quædam iuris executio.*
19 *Princeps superiorem non recognoscens secundum propriam, & priuatam conscientiam iudicare potest.*
20 *Iudex secundum allegata, & non secundum conscientiam, & c. regula an procedat in criminalibus, vt in ciuilibus.*
21 *Iudex in iurisdictione voluntaria secundum conscientiam iudicat.*
22 *Iudex ex priuata conscientia iudicat, quando ex legis forma eius dicto stari debet, qui inscriptis, & sine, procedere posset.*
23 *Iudex ex pallore & titubatione testium, secundum suam opi. iudicare potest.*
24 *Iudex, quando est certus, vt quia vidit, an debeat iudicare contra veritatem.*
25 *Lex mandans iudici sequi veritatem, semper intelligitur de veritate inuestiganda secundum legum vestigia.*
26 *Exequutor cognoscens iniustam sententiam, an reclamante conscientia exequi teneatur.*
27 *Causam iniustam obtinere quærentes, decipere qualiter liceat.*
28 *Reus, vt tuendo vitam, mendacium proferens, peccat, sic etiam coram incompetenti iudice, vel iuris ordine non seruato.*
29 *Testibus vel instrumentis falsis conuinci videns se, falsis itidem testibus vel instrumentis tueri non potest in foro conscientiæ.*
30 *Crimen falsò obiectum fateri in foro conscientiæ, an metu tormentorum liceat.*
31 *Notarius, an addere possit dictis per partes vel iudicem etiam quòd in conscientia sit certus, partes aliter voluisse dicere.*
32 *Testis vt probet de his, quæ scit, per sensum corporis, non ex conscientia deponere debet.*
33 *Veritas fictioni iuris, vel præsumptioni repugnans, in foro conscientiæ præualet.*
34 *Testamentum carens requisitis solennitatibus à sciente, sic esse factum absque peccato impugnari non potest.*

1 IN hoc foro veritas secundum obtinet locum: † secundum enim veritatem iudicandum, non secundum præsumptiones aut fictiones iuris, vt notat Innocen. *in capitu. quia plerique. de immun. ecclesia.* & tradit Abbas in *d. ĉo capitu. primo, de constit. numero decimo.* & post eum omnes, & Abb. & cæteri, *in capitu. is, qui de spon.* & Petrus de Anchar. *in regula, possessor. de regulis iuris. in 6.* & per Baldum *in leg. cum quis. versicu. quæritur, an lex positiua. Cod. de iuris & facti ignorantia.* & per Iasonem *in rubrica. ff. de acqui. hæred. in fi. & in l. si inutiliter. col. 2. C. de fideicom.* & ideo licèt lex induceret præsumptionem iuris, & de iure, tamen in hoc foro veritas præualeret, secundum Io. And. *in c. is, qui fidem, de sponsal.* & est text. *in c. inquisitionem. de senten. excom.* cum aliis pluribus, de quibus per Fely. *in d. c. 1. de consti. numero 49.*

2 ¶ Hinc dicimus † in hoc foro iudicari secundũ ius naturale, quod cũ sit immutabile, §. *sed naturalia, Inst. de iure nat. gen. & ciu.* verissimum quoq; sit necesse est, & ideo nimirum, si illud in hoc iudicio potissimè seruandum, vt per Abb. *in c. 1. in fi. de rest. in integ.* & no. omnes *in c. nouit, de iud. & in d. c. quia plerique. de immu. eccle.* & Bar. *in l. si pœnæ causa, in princ. ff. de cond. indeb. & in extrauagan. ad reprimen. in ver. denunciatio. col. 2.* & per Bal. *in auth. ad hæc col. 2. in fi. vers. quæro, quid de eo, & col seq. & ver. sed ponamus. & col. seq. ver. procedo vlterius. C. de iu. & fact. ign.* & per Cor. *con. 298. ante omnia, col. 5. 1. vol. & con. 137. placet mihi. col. 2. ver. facit pro hoc dicto. 2. vol. & con. 255. in hac consultatione. col. 2. in 3. vol.* Et ideo naturalis obligatio in hoc iudicio ligat, vt per omnes in locis prælleg. & per Ias. *in §. sed istæ. Inst. de act. nu. 109.* & per Dec. *in l. quod à quoquam. num. 4. de reg. iur.* Quinimò dixit Abb. *in in c. 1. de constitu. num. 9. in fi. in addi. cap.* quòd veritas in hoc foro præualet etiam scandalo, licèt multa concedantur propter scandalum euitandum.

3 ¶ Ex quibus insurgit illa celebris quæstio, † an iudex teneatur in iudicando sequi conscientiam suam dunta-

xat,

xat, vel potiùs iuris terminos, vt ſecundũ allegata & probata iudicet, puta ſi vidit aliquem occidentem Sempronium, & tamen accuſato eo vel inquiſito non videt probatum, an debeat abſoluere: vel econtrà, ſi vidit Titium, Sempronium occidentem, & tamen probatum eſt Caium occidiſſe illum, an debebit Caium cõdemnare. Qua in quæſtione varii varia ſenſêre. Quòd enim ſecundum conſcientiam teneatur iudicare, tenuit Marti. antiq. gl. *in l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præſid.* Calderi. & Panor. *in c. paſtoralis. §. quia verò. de off. delega.* Abb. & Imola *in c. 1. de off. ord.* & per Præpoſ. *in c. iudicet. 3. q. 7.* quod ẽt ex Theol. ſequi videtur Nic. de Lyra, Exod. 23. & Adria. Quolibe. 2. ad ſi.

¶ Contrarium tenuit gl. *in c. 1. de off. ord. & in d. c. paſtoralis. §. quia verò. de off. delega. & in d. c. iudicet. 3. q. 7. glo. in l. 2. ff. de ferijs.* glo. Bar. & Alber. *in d. §. veritas. l. illicitas. ff. de off. præſid.* Cyn. Bar. & alii *in l. 1. C. vt quæ deſunt aduo.* glo etiam *in c. 1. de re iudi. in 6.* Io. Andr. *in add. ad Spec. in tit. de diſpu. & alleg. §. ſatis. nu. 13.* plura adducit Fel. *in d. c. paſtoralis. § quia verò. nu. 10.* & ibid. And. Sicul. *nu 36.* & Imo. *col. pen.* qui idem aſſerit *in d. c. 1. de off. ord. nu. 14.* & ibid. Alcia. *nu. 83.* & Præpoſ. *in d. c. iudicet. col. pe.* vbi etiam Io. de Turre crem. ex Theologis autem id tenet etiam expreſsè B. Tho. *2. 2. q. 67. art. 2.* vbi latè Caiet. & Summa Sylueſtri *in ver. iudex. il. 2. q. 5.* & Archiepiſ. Flor. *in 3. parte ſuæ ſummæ. tit. 9. c. 2. §. 6.* qui omnes dicunt hanc opi. communiter receptam eſſe apud Can. Legiſtas, & Theologos.

¶ Prior opinio quanquam plura habeat fundamenta, omnia tamen in hoc vertuntur cardine, quòd ſcil. qui contra conſcientiam agit, ędificat ad gehennam, *c. literas. de reſt. ſpol. c. omnes. 28. q. 1. c. per tuas. il 2. de ſimo.* & ideo q̃ contra conſcientiam agit, peccat mortaliter, vt traditur *2. ſen ten. diſt. 39.* & per Tho. *ſecunda ſecundæ, q. 67. art. 3.* & per Archiep. Flor. *in 1 par. ſuæ ſummæ, tit. 3. c. 10. §. 2.* nam, vt inquit Paul. ad Rom. 14. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. fides autem exponitur p̃ conſcientia, vt & ſuprà dictum fuit, & p̃bat tex. *in c. quærat aliquis. de pœni. diſt. 3.* præſertim cùm iudici præſcripta etiam à lege ſit norma, vt ſecundum veritatem iudicet. *Deut. c. 7. & Exo c. 23. & c. per venerabilem qui filij ſint. legit. l. rem non nouam. Cod. de iudi.* & his rationib. fortè videtur lex conſtituta, quòd iudicet ſecundum conſcientiam. *cap. 1. de re iudic. in 6. & clement. 1. §. verum. de hæret.*

¶ Poſterior verò ſententia hanc potiſſimùm habet rationem, quam cæteræ omnes reſpiciunt, quòd ſc. iudex in iudicando publica vtitur poteſtate, *c. 1. de re iudi. in 6. no. in clem. 1. de ſequeſt. poſſ. in l. Barbarius. ff. de off. præto.* ergo in iudicando ſequi debet publicam ſcientiam, & publicam normam & regulam ſibi in iudiciis præſtitutam, quæ eſt, vt ſecundum allegata & probata iudicet. *d. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præſi.* quod. n. ipſe ſcit, non ſcit tanquam iudex, ſed tanquam priuatus; ſed vt priuatus non poteſt iudicare, ergo cogetur vt iudex iudicare ſecundum ea, quæ ſibi vt iudici, non vt priuato conſtant.

¶ Aliqui verò mediam viam tenentes inter prædictas contrarias opi. tenuerunt, quòd ſi iudex cognoſcit reum verè nocentem, ſi tamen ex actis conſtat abſoluendum, debet illum abſoluere: at ſi cognoſcit pro veritate eũ innocentem, & tamen ex actis condemnandum, nõ debet eum condemnare, ſed vel alteri delegare, vel ad Principem reſcribere, vt inquit Tho. *ſecunda ſecundæ, q. 64. art. 6. ad tertium.* & Caie. *d. q. 67. art. 2.* vel dicere ſibi non liquere, quod & Aul. Gel. approbauit *noct. Attic. lib. 14. c. 2, in fi.* licèt in contrarium eſſet ſuaſus à Fauorino Philoſopho, licèt in ea cauſa aſſerat ſe noluiſſe iudicare, ſed iuraſſe, quòd de cauſa ſibi non liquebat.

¶ Puto ego tenendam communem, quia ea optimè fundatur ex tex. Ambroſ. *in c. iudicet. 3. q. 7.* dum inq̃t, bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo, & proprię domeſticę voluntatis facit. ſed iuxta leges & iura pronunciat, & ſtatutis iuris obtemperat; & ſicut audit, ita iudicat; & ſicut ſe habet natura, decernit, obſequitur, legibus non aduerſatur, examinat cauſæ merita, non mutat. & ratio pro hac parte adducta videtur ineuitabilis. iudex enim duas ſuſtinet perſonas, alteram iudicis, alteram priuati. ſi tanquam priuatus vult iudicare, non poteſt. *l. priuatorum. C. de iuriſd. omn. iudic.* ergo neceſſe eſt, quòd iudicet vt iudex: ergo ſecundum iudicis regulas & leges ei datas iudicare debet, quia aliter poteſtas ei data non eſt, niſi vt ſecundum leges iudicet: ſed ſecundum leges nemo poteſt eſſe iudex & teſtis, quia eſſet iudex in cauſa propria, ergo iſte non poteſt iudicare ſecundum conſcientiam, quæ ſola teſtis eſt. cùm enim vidit aliquem delinquentem, vidit vt priuatus; & cùm iudicat, iudicat vt iudex, ſicut & Princeps aliqua facit tanquam homo priuatus, aliqua facit tanquam Princeps. *c. ſi eccleſia. in fi. 23. q. 4. c. per venerabilem. verſi. inſuper cum Rex. extra qui fil. ſint legit.* nam & Alexand. cùm duos præ cęteris amicos haberet, Craterum ſcilicet & Ephectionem, illum præcipuè honorabat, hunc præcipuè diligebat, & de cauſa interrogatus, reſpõdit: Craterus enim, inquit, amat Regem, Ephectio Alexandrum. ſentiens aliud eſſe diligere Regem vt Regem, aliud diligere eum vti priuatum hominem, qui Rex eſt, vt refert Plutarch. in eius apopht. ſicut videmus, † quòd quando quis eſt Canonicus & Epiſcopus, poteſt & vt Canonicus aliqua agere, & tunc cenſetur non vti Epiſcopus, ſed vti Canonicus: & ideo ſi ſedeat in capitulo vti Canonicus, ſedebit poſt Archidiaconum, ſecus ſi ſederet tanquam Epiſcopus, quia tunc cenſetur ſecundum iura & leges, loquentes de Epiſcopis, vt tenet glo. & ibi Gemin. *in cap. à collatione. de appel. in 6.* quam dicit ſingularem Abb. *in cap. auditis. in 3. not. de elect.* & Angel. *in l. 1. §. ſolent. ff. quando appell. ſit.* ſic & qui eſt clericus, ſubdiaconus & diaconus, quando exercet actus clericales, debet indui veſte clericali: quãdo exercet actus ſubdiaconi, veſtes habeat ſubdiaconi, ſic & quando diaconi, vt eſt glo. *in cap. eccleſia. aſtica. 23. diſtinct. in verbo, ceruicem.* quam ſequitur & approbat Ioan. Andr. *in c. vt quiſque. de vita & honeſt. cleric.* & per eam dixit Roman. *ſing. 366. incip. tu habes Senis,* quòd ille, qui eſt Doctor & miles, cùm exercet actus I. C. debet indui veſtibus & inſigniis Doctoris: cùm verò actus militares, debet indui veſtibus militaribus. ſic ergo & in propoſito, cùm iudicat vt iudex, debet induere in omnibus perſonam iudicis, & exuere priuatam: cùm verò videt vt priuatus, ſimiliter in totum exuit perſonam iudicis. & ad hîc dicta de duplici perſona, ſiue duplici conſcientia iudicis facit: nam licèt electio debeat eſſe libera, & ſecũdum puram conſcientiam eligentis, vt plenè per Panor. *in cap. licet de euitanda. in penultima column. de elect.* & per glo. *in cap. quia propter. eodem tit. & in cap. ne pro defectu. ibi, Deum præ oculis. eodem titulo.* tamen in tali electione poteſt quis habere duas conſcientias: nam poteſt recipere mandatum ab vno de collegio ſiue capitulo, de dando vocem in ſpecie tali, & tamen ipſe poteſt dare aliam vocem alteri, & ſic duplici conſcientia vtetur: altera tanquam vnus de capitulo, & ſecundum propriam conſcientiam; altera tanquam mandatarius, vel procurator, & ſic ſecundum alterius mandantis conſcientiam. ſic in propoſito, cùm iudicat vt iudex, non iudicat vt talis, ſed tãquam repræſentans perſonam Principis, vel Reipublic. quæ ipſi mandauit iuriſdictionem, ergo ſecundum ipſorum voluntatem & conſcientiam iudicare debebit. cùm igitur mandent leges eorum, vt ſecundum allegata & p̃bata iudicet. d. §. veritas. debet ſecundum hoc mandatum iudicare, non autem ſecundum propriam conſcientiam, quam habet vti priuatus, non vti iudex & leges exercens ſibi commiſſas. Quod etiam vltra alios comprobo, † nam Sacerdos audiens in ſacramento confeſſionis peccata, tenetur ea ſecreta tenere: pone, quòd ſub vinculo iuramenti deponit iurans ſe omnia dicturũ, quę ipſe ſcit de tali, an teneatur reuelare id, q̃d ſcit ex ſacramento confeſſionis? & concludunt oẽs Theologi & Cano. *in c. omnes vtriuſq; ſexus, de pœnit. & remiſſ.* q̃ non; & illa potiſſimùm ratione, quia cùm teſtificatur, teſtificatur vt priuatus; cũ confeſſionẽ audiuit, audiuit vt iudex, & Dei

Vicarius. similiter si ipse audisset confessionem homicidæ, & postea iudex esset illius, an deberet condemnare ex confessione sibi facta? Et certum est, quòd non, quia sibi non facta fuit vti iudici repræsentanti Principem, sed vti iudici repræsentanti Deum, & ita tenet plura adducendo Adria. qui fuit & Pontifex, *de sacram. confes. dub. 10.* & similiter in sequ. dub. concludit, quòd si ante confessionem id sciebat, potest de eo deponere, quia hoc casu deponit tanquam priuatus, non tanquam sacerdos, qui confessionem audiuit.

6 ¶ Addo ego aliam vrgentem rationem: † nam hoc foro nullum maius est testimonium, quàm Christi Saluatoris, qui nobis præcepit, vt exemplo per eum nobis tradito faceremus, quod ipse fecit: sed ipse quanquã omnia nosset, & conscientia ipsius sibi testis esset, quòd Iudas furto fraudauerat pecuniam communem Apostolorũ, non tamen eum condemnare voluit. sic & adulteram, quam sciebat adulteram, noluit tamen condemnare, qa nullus erat, qui eam accusaret, & contra eam testificaretur, vt habetur per Ioann. octauo. & ideo idem Saluator Ioan. quinto, inquit: Sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum. sic ergo & in proposita quæstione iudex non debet secundum eius voluntatem & conscientiam iudicare, sed secundum voluntatem eius, qui illum misit, id est, Principis, vel Reipu. quæ ei potestatem dedit, & qui iussit, vt secundum leges & secundum allegata & probata iudicaret. Quin & Deus ipse, cui nil est absconditum, quanquam certò sibi essent cognita peccata Sodomorum; noluit tamen secundum conscientiam suam illa iudicare, sed dixit: Descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Genes. cap. 18. & ne videretur dixisse, quòd ipse vellet oculis suis videre, quod videretur aduersam partem quæstionis, quã tractamus comprobare subiungitur in historia ibidem, capit. 19. quòd misit Angelos tanquam testes, qui de eorum peccatis possent testificari. Quod quidem exponens tex. *in c. Deus omnipotens. 2. q. 1.* inquit: Deus omnipotens, cui nil est absconditũ, sed ei omnia manifesta sunt, antequam fiant; non ideo hæc, quæ in d. cap. dicta sunt, inquirere voluit, quòd ea ignoraret, sed vt nobis exemplum daret, ne præcipites in iudicandis & discutiendis negotiis essemus, & ne mala proximorum priùs præsumat quisque credere, quàm probare. Si enim Deus cognitor omnium, Sodomorum mala omnia sciens priùs, nec credere, nec iudicare voluit, quàm ipse ea cum fidelibus testibus diligenter inuestigans, quę audierat, opere comprobaret: nos, qui sum⁹ homines & peccatores, quibus incognita sunt occulta iudicia Dei, hoc p̃cauentes, nullũ ante veram iustãq; probationem iudicare aut damnare debemus. hęc sunt verba text. *in dict. cap. Deus omnipotens.*

7 ¶ Sed quæri potest, † an præsuppositio quòd secundũ acta & probata vnum iudicare teneatur; secundum aũt conscientiam aliud: & præsuppositia etiam vera cõfirmata conclusione, q̃ non potest iudicare secundum cõscientiam reclamantibus actis, an, si nolit iudicare, ne conscientiam offendat, cogi possit, vt iudicet? Et in hoc puto eum non cogendũ. Duæ. n. sunt leges, altera publica, altera priuata; publica est lex scripta, priuata est lex conscientiæ, & qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, vt à lege publica constringatur. dignior est. n. priuata hæc lex, illa publica, verba sunt tex. *in c. duæ sunt, qui est vlt. 19. q. 2.* nam vt inquit tex. *in c. Lotharius, qui etiã est vlt. 31. q. 3.* nec ẽt occisores corporis sunt timendi contra iustitiã hominem impellentes, & similis tex. Augu. *in c. ita ne. 32. q. 5.* inquiens meliùs esse quælibet mala tolerare, quàm malo consentire. pro quib. opt. tex. *in c. inquisitioni, de sent. excom.*

8 vbi si coniunx scit pro certo impedimentum matrimonii, non debet reddere debitum, ẽt si sub pœna excommunicationis id præcipiatur, & si vti inobediens propterea excommunicetur, debet potiùs sententiam humiliter sustinere, quàm contra propriam conscientiam peccatum operari. quod etiam similiter dicitur *in cap. literas. de resti. spol.* & optima gl. *in c. si quis inquit. in ver. separauerint. 1. q. 1.* Casti enim potiùs Deo esse debemus, quàm homini, *c. 1. 32. q. 5.* cogere enim hunc ad iudicandum contra propriam conscientiam, esset ei laqueum iniicere, *iuxta text. in c. de viduis. 27. q. 1.* inquit enim August. *in psal. 28.* cuius dicta scribuntur *in c. custodi. 11. q. 3.* Custodi intus innocentiã tuam, vbi nemo opprimit causam tuam: præualebit in te falsum testimonium, sed apud homines, nunquid apud Deum valebit, vbi causa tua dicenda est? Quando Deus erit iudex, alius testis quàm conscientia tua non erit. inter iustum iudicem & conscientiam tuam noli timere, nisi causam tuam. Et hinc est, quod tex. *in c. 1. de re iudi. in 6.* dicit, puniendum eum, qui iudicat cõtra conscientiam & contra iustitiam, *& ibi glo. in vers. & contra iustitiam.* dicit, cum mysterio dictum esse copulatiuè contra conscientiam & contra iustitiam, quasi quòd vtrumq; requiratur, cùm iustitia sine conscientia, neq; sola conscientia sine iustitia exerceri debet, vt etiam tradidit Ias. *in l. 1. ff. de*

9 *iust. & iu. nu. 2. ver. secundò adde.*

¶ Quòd † si omnino vrgeretur & compelleretur, vt officium suũ exerceret, & ideo iudicare cogeretur à populo, tunc non puto malum consilium vt ad Principem rescribat, illíq; attestetur, quòd ipse vidit, & quare noluit iudicare; nam sæpè id admittitur, vt dum in dubio est animus iudicis, rescribat ad Principem, *vt in l. pen. ff. de ficar. in l. vlt. C. de pact. in l. si maior. C. de legi. hære. in §. vlt. quib. mo. alie. lic. vel non. in §. item verborum. Insti. de inutil. stip. & in l. diuus. la vlt. ff. de falsi.* & Abb. *in c. dilecti. il 2. col. 2. de appella. l. cũ de nouo & l. humanum. C. de legi. & l. diui. ff. de pœnis. & l. 1. §. si. ff. de quæst. l. solent. §. legatos. ff. de off. proconsi. §. fin. in auth. de iud.* Nam si quando Princeps aliquid præcipit, quod videatur iniustum, non debet iudex exequi, sed rescribere, vt *in l. si vindicari. C. de pœnis. & in c. apud Thessalonicam. 11. q. 3. & in l. rescripta. C. de preci. Imperat. off. & in c. si quando. de rescrip. & tex. cum glo. in §. deinde. in auth. de manda. prin. & in §. vlt. in ver. contradicere. in auth. vt determ. sit nu.* & pulchrè per Petr. de Ancha. *con. 313. incip. nisi legib.* cur etiam non laudandus, si tali casu ad Principem rescribat, qui optimè potest, non secundum allegata & probata, sed secundum conscien-

10 tiam iudicare, vt ℣. dicetur.

¶ At † si Princeps nollet & ipse iudicare, sed rescriberet, quòd omnino sententiam proferre deberet, tunc non videtur respuendum consilium, quod tangit Caiet. ad Tho. *d. q. 67. art. 2. circa fin.* quòd s. coram populo aperiat conscientiam suam, & iuret se certò scire, talem esse innocentem; dato, quòd conuictus sit secundum iuris terminos, & hoc iuramento suo confirmare, propalando quomodo & quo loco id viderit. quod quidem consilium licèt ipse non comprobet, comprobari potest ex Pilati facto, qui cùm videret, Christum falsis testibus conuictum, ex conscientia autem sua teneret illum innocentem, ideo lauit manus coram populo, dicens: Innocens sum à sanguine iusti, vos videritis, sanguis eius super vos & super filios vestros, vt habetur Matthei c. 27. Et licèt non ideo fuerit excusatus Pilatus, id fuit, quia non tanquam priuatus nouerat iustitiam & innocẽtiam Christi, vt in casu nostro prę̃supponimus, sed etiam tanquam iudex. nam dicitur Marci c. 14. de testib. qui cõtra Christum deponebant, quòd non erat conueniens testimonium eorum. & Lucæ capite vigesimo tertio, ipsemet Pilatus fassus est, dicens: Nihil inuenio causæ in hoc homine. & idem testatur Ioan. capite decimo octauo, in fin. & decimo nono, & dicitur Marci c. decimo quinto, quòd id fecit Pilatus, vt populo & inuidiæ Sacerdotum satisfaceret, ergo non ex allegatis & probatis, & sic licèt Pilatus malè fecerit condemnando, quia & contra iustitiam publicam, & contra priuatam conscientiam fecit, tamen si tantùm conscientiam læsam habuisset, non

malè

malè feciſſet, lauare manus & proteſtari, ꝓut fecit. nam & Paul. ad Epheſ. actuum 20. inquit: Mundæ ſunt manus meæ à ſanguine omnium veſtrûm: non .n. ſubterfugi, quò minùs Dei omne conſilium vobis annunciarem, vt habetur *in c. Epheſios. 43. diſt.*

11 ¶ Aduertendum tamen,† quia aliud eſſe puto iudicare ſecundum ſcientiam viſu perceptam, aliud ſecundum conſcientiam iudicio conceptam: poſſum .n. iudicare abſoluendo vel condemnando ſecundum allegata & ꝓbata, quia puto ita mihi eſſe iudicãdum, & ita conſcientia mea mihi dictat, vt quanquam contrarium certò ſciã, tamen cùm iudicis perſonam teneam, debeam ſecundũ ipſius officium, i. e. ſecundum allegata & ꝓbata iudicare, & ideo tali caſu nõ dicor iudicare contra conſcientiã, ſed imò ſecundum eam, licèt iudicem ſecundum ſcientiam, quam habeo vti priuatus. Neq; ideo etiam tali caſu dicetur contra veritatem iudicare, cùm id ſibi conſcientia dictet, vt iudicet ſecundũ veritatem, quæ ex actis colligi poteſt, & quæ ſibi vti iudici innoteſcere poteſt, non vti priuato: & ideo concludendum, quòd ſi non putet ſe benè agere iudicando contra id, quod vidit, nullo modo iudicare poteſt; at ſi credat ſibi licere, prout credere poteſt, ex ſupradeductis poterit: nam vt dicam in ſeq. capi. totum fundamentum conſcientiæ dependet ab opinione.

¶ Neq; tamen illud conſilium amplectendum puto,
12 quod tradidit Aul. Gel. li. 14. c. 2. † quòd ſcilicet cùm vrgetur iudex ad proferendam ſententiam, vnúmq; ei ſuadeat conſcientia, aliud ordo iuris, quòd pronunciet ſibi non liquere, quod & videtur ſequi Vlpia. *in l. idem Pompo. ſcribit, ſi de meis. §. vlt. ff. de arbit.* & Paul. *in l. Pomponius. ff. de re iudi.* & per Ang. *in l. non quemadmodum ff. de iudic.* nam Gel. in eo erat caſu conſtitutus, vt verè ſibi non liqueret quò ad certam ſcientiam: petebat enim vir illæ probatæ vitæ ab infami & perdito homine mutuum, quod hic negabat, neq; poterat teſtibus probari, aut aliis documentis, non tamen ipſe iudex certus erat, quòd verè mutuatum fuiſſet, ideo non loquitur in ſpecie noſtra propoſita, & iura adducta non probant; nam l. Pomponius, non probat, cùm ibi plures eſſent iudices, inter quos vni tantùm non liquebat, alii autem cõcordes erant, ideo autem dicit ibi Paul. valere ſententiam eorum, qui erant concordes, quia plures erant numero, & ideo etiam diſſentiente alio nedum tacente, obtinebat plurium ſententia: at in caſu noſtro vnicus eſt iudex, qui iudicare cogitur. Nõ obſtat quoque text. *in d. §. vlt. l. ſi de meis. de arb.* quia non dicitur ibi, quòd liberetur iudex, ſi dicat ſibi non liquere ab onere ferendæ ſententiæ, ſed quòd debet comperendinari cauſa, & ſpacium ibi iudici dari ad pronunciandum, & idem dicit Angel. *in d. l. non quemadmodum. ver. in ea gl. ibi, de ſententia*, quòd ſcilicet, ſi iudex timens lapſum tẽporis, intra quem proferre debebat ſententiam, iuret ſi-
15 bi non liquere, euitabit pœnam: non autem dicit, quòd excuſabitur ab onere iudicandi, quinimò ſpacium debebit ad iudicandum dari, *iuxta d. l. ſi de meis. §. vlt.* Neque etiam video, quomodo retenta facti noſtra ſpecie poſſit dici non liquere: nam ſi preſupponimus, quòd iudex ipſe viderit talem delinquentem, iam ei hoc certò liquet per ſenſum corporis, & ſimiliter cùm per allegata & probata videat, & cognoſcat eum condemnandum, hoc pariter ei certò liquet, ergo non poterit iurare ſibi non liquere.

¶ Tenenda eſt ergo communis concluſio, & Theolo. & Canon. quòd iudex, qui vnum certò ſcit per ſenſum corporeum, aliud tamen ſibi faciendum eſſe cognoſcit ex allegatis & probatis, ſi putat ſibi licere iura ſeruare contra propriam ſcientiam, poteſt iudicare ſecundum iuris ordinem, poſtpoſita ſcientia ſua tanquam priuata,
16 & non peccabit. & ratio eſt, quia licèt pronunciet contra ſcientiam ſuam, non tamen pronunciat contra conſcientiam, cùm putet ſibi id licere. Quòd ſi conſcientia quoque conformis ſcientiæ repugnet, quia non putat ſibi licere hominem innocentem ſecundum ſuam ſcientiam condemnare; dato, quòd nocens appareat ſecundum iuris ſcientiam, nullo pacto debet cum cõdemna-
13 re, quia & contra ſcientiam, & contra conſcientiam iudicaret, ideo peccaret, & ad gehẽnam ædificaret,† & ideo non videtur mihi rectè concepta regula per Scrib. *in dicta l. illicitas. §. veritas. & in l. vnica Cod. vt quæ deſunt aduoc. & in cap. paſtoralis. §. quia verò. de offi. dele.* dum his verbis illam concipiunt, quòd iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata, non ſecundum conſcientiam, quia hoc falſum in eo, quod dicunt nõ ſecundum conſcientiam. nam immò eſt text. apertus *in capitu. 1. §. ſi quis autem iudex. de re iud. in 6.* quòd debet iudex iudicare, & ſecundum iuſtitiam, & ſecundum conſcientiam. ſed regula iſta potiùs debuit ſic concipi, quòd iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata, non ſecundum priuatam eius ſcientiam. & ita meliùs illam formant Theologi, quia Tho. *ſecunda ſecundæ, quæſt. 67. art. ſecundo.* ſic quæſtionem concipit, vtrum iudici liceat iudicare contra veritatem, quam nouit propter ea, quæ in contrarium proponuntur, quia ſuperfluum eſſet dubitare, an liceat contra propriam conſcientiam iudicare, cùm nunquã poſſit dari caſus, vt contra propriam conſcientiam quidquã liceat facere hoc ipſo conſcientiæ foro, quia ſi forus dicitur, & iudicium conſcientiæ, ipſa conſcientia procul dubio ſequenda eſt, non lædenda: cùm immò certa ſit concluſio, quòd non liceat agere nedum id, quod certò ſentimus eſſe contra conſcientiam, ſed neque id, de quo dubitamus, an liceat vel non, *iuxta cap. dominus. 1. reſponſo. de ſecund. nup. & cap. in præſentia. de ſponſa. l. & in ſeq. cap. latiùs dicetur.* & ideo ſic debent intelligi dicta Scriben. quòd ſc. iudex poteſt & debet contra ꝓpriam & priuatam ſcientiam iudicare ſecundum allegata & probata, niſi conſcientia ſua repugnet.

14 ¶ Et ex præmiſſis etiam puto, ſatis commodè & verè reſolutam difficultatem illam,† an ſi ex allegatis & ꝓbatis iudex cognoſcat reum abſoluendum, & tamen ex cõfeſſione ſibi per eundem reum facta ſciat eum eſſe nocentem, an debeat abſoluere? In qua Bald. *in l. 1. C. de man. vind. num. 6.* tenuit, quòd poterit ex confeſſione condemnare, licèt apud acta ſcripta non ſit, per gloſ. quæ videtur hoc tenere *in leg. quoties. §. vlt. in ver. ſolum ff. de probat.* & Bal. ſequitur Alex. *in l. ſi is, ad quem. ad fi. ff de acquir. hære.* & per Fely. *in c. cùm venerabilis. de excep. nu. 42.* & Alciat. *in c. 1. de offi. ord. num. 92. & ſeq.* quamquam dictum illud Bal. ſic interpretentur, vt procedat quoad defendendum ſententiam à nullitate, ſed non ab iniquitate: nam ſi appelletur, retractabitur tanquam iniuſta, ex quo facta ex ꝓbationibus in actis non apparentibus, iuxta c. quoniam contrà, de proba. Hæc enim quæſtio clariùs vt dixi, reſolui & terminari poteſt ex præallegatis: nam ſi confeſ-
15 ſio † facta eſt ſibi vt iudici, certum eſt, quòd valebit, dato, quòd in actis non ſit ſcripta: tunc enim iudicando dicetur iudicaſſe ſecundum ea, quę ſibi conſtant vt iudici, non vt priuato: & in iſtis terminis loquit gl. *in d. l. quoties.* & Bal. quoq; *in d. l. 1.* & ideo tutus erit hoc foro. at ſi confeſſio ipſa ſibi facta fuiſſet vti priuato, non vti iudici, eſſemus in terminis ſupradictæ regulæ cõmuniter approbatæ, de qua ſuprà: nam ſi non poteſt iudex iudicare ſecundum ea, quæ ſibi ex ſenſu corporis & quidem viſus, qui vix falli poteſt, conſtant vti priuato, minùs poterit iudicare ex iis, quæ ſibi conſtant ex confeſſione ſibi facta poſſit eſſe vera & mendax. An autem ipſi iudici referenti de tali confeſſione coram ſe vti coram iudice facta ſtetur, iſta eſt alia materia, quæ non concernit hunc forum conſcientiæ, ideo alibi commodiùs, & aptiori loco tractabitur.

16 ¶ Regulam† autem prædictam limitat Fel. *in d. c. paſtoralis. §. quia verò. de offi. deleg. nu. 10.* pluribus modis. Et primò vt non procedat, quando ſcientia iudicis (hoc aũt verbo ſcientia, non conſcientia, ſemper vtar ob ea, quæ dicta ſunt in verbo ab hoc ſecundo, quamquam omnes

vtantur

vtantur verbo, conſcientia, & quidem, ni fallor, malè) eſſet informata à notorio, dummodo iudici ipſi conſtaret vt iudici, non vt priuato, allegat Gemin. *in c. iudicet. 3. q. 7.* & alia, de quibus ibi.

¶ Sed video ſæpè Scribentes noſtros nimium ambitioſos in cumulandis & confingendis limitationibus, quæ tantum abeſt, vt vitient regulam, quin potiùs ſæpè idemmet continent, vel ſunt extra terminos ipſius regulæ, *contra l. nam quod liquidè, de pen. lega.* & not. per Dec. *in rubrica, & l. 1. ff. de reg iur.* vt & iſta eius eſt generis. nam cùm
17 de iure certum ſit, † notorium non indigere probatione, imò in notoriis proceditur ad exequutionem pœnæ, nullo ſeruato iuris ordine, vt dixit Inno. *in c. cùm veniſſent. in 4. col. de reſti. in integ.* & probatur *in c. ſi quis ab epiſcopo 2. q. 7. & in l. vlt. & l. moris. ff. de pœnis.* & eſt bonus text. *in cap. quæ Lotharius. cum ſeq. 2. q. 1. & in c. 1. de electi. & in ca. ad noſtram. de iureiuran.* & pulchrè Petr. de Ancha. *conſi. 97. ſubtiliter.* cùm igitur conſtat iudici vti iudici, & notorium iam certum eſt conſtare ex certa & manifeſta probatione, quia notorio nulla maior probatio & certior, vt per Hoſt. *in ſumma de probati. §. vltimo*, imò æquiparatur ſententiæ, *leg. emptorem. in prin. ff. de act. empt.* & notorium dicitur probatio probata à Bal. *in l. 1. col. 2. porrò, C. de reuocan. iÿs, quæ in fraud. cred. alie. ſunt.* nam ſtante notorio, cauſa non indiget diſputatione, cùm iam diſcuſſum ſit. Quinimò in notoriis
18 † iudicis ſententia non eſt propriè ſententia, ſed potiùs quædam iuris exequutio, vt dixit Inno. *in c. ex parte, il 1. de verb. ſign.* quem ſequitur Rom. *conſi. 324. in propoſita conſultatione, verſic. ſecunda quidem eſt. num. 3* ergo ſit conſequens etiam, quòd cùm iudex in notoriis iudicat, pronunciat ſecundum iuris ordinem, & ſecundum ſcientiã ſuam, & ſic hæc concluſio eſt extra terminos præcedentis regulæ, qua concluſum fuit, iudicem non poſſe ex ꝓpria & priuata ſententia contra probata iudicare. & tamen hæc limitatio loquitur, quando iudex iudicat ex notorio, & ſic ex vera probatione, quæ ſibi conſtat, non vti priuato, ſed vti iudici, & ſic non iudicat contra ſuam priuatam ſcientiam, imò ſecundum publicam. & ideo remanet ſub diſpoſitione ipſius regulæ, cùm eius terminos non vitiet.

19 ¶ Secundò limitat † Felyn. vt regula præallegata non procedat in Principe nullum cognoſcente ſuperiorem, quia talis poteſt ſecundum propriam & priuatam ſcientiam iudicare, quod tradunt Bar. & Bal. *in l. 1. C. vt quæ deſunt aduo.* & alii de quib. ibi per eum. quod etiam extendit Guido Papæ, *q. 29. incip. in ſuperiori*, vt procedat etiam in ſententiis ſupremi Senatus. & mouentur hac ratione, quia ſi poteſt ipſa iura condere, quod eſt plus, poterit etiam ſecundum veritatem ſibi iudicare, reiecto iuris ordine. ideo licèt in aliis ligetur legibus. *l. digna vox. C. de leg.* eſt tamen ſupra leges in hoc, vt veritatem ſectetur. iudicat enim Princeps vt Deus, vt dicit Bal. *in l. ſi. in prin. col. 3. C. de iure delib.* Quod comprobo concludenti ratione; nã ratio regulæ, quare iudex non poteſt iudicare ex ſibi vti priuato notis contra leges & iuris ordinem, ea eſt, quam ſuprà explicaui, quia ſcilicet cùm ſuam iuriſdictionem non exerceat, ſed demãdatam vel iure ordinario vel iure delegationis à Principe, habeátque in mandatis à lege & Principe, vt ſecundum probata iudicet, non poteſt fines mandati transgredi. At Princeps non eſt in eo ſtatu, vt
24 alicuius mandatis alligetur. ergo ceſſante cauſa, ceſſare debet & legis obligatio. *l. adigere. §. quamuis. de iure pat. cap. cum ceſſante. de appella.*

20 ¶ Tertiò declarat Fely. † vt regula procedat in ciuilib. & vbi venit ſaltẽ pœna pecuniaria ingerenda: non in criminalib. & in pœna corporali, allegat Inn. *in d. c. paſtoral. §. quia verò. de off. delega.* licèt Inn. ibi loquatur in exequutore, de quo ĵ. dicemus. Verũ eſt, quod Imola poſt Ang. *in l. à diuo Pio, nu. 8. ver. extra gl. quam allegat Fel.* tenuit, quòd iudex contra propriam conſcientiam non debet innocentem damnare: quod tamen certum eſt, vt dixi, ſed nõ loquuntur, quando vellet damnare non contra conſcientiam propriam, ſed contra ſcientiam, quam haberet vt priuatus. quo caſu dico, quòd ſimiliter hæc limitatio non procedit, quia non eſt de terminis regulæ, quæ non loquitur de conſcientia, ſed tantùm de ſcientia. ſecundum tamen terminos ipſius regulæ limitatio non eſt vera, quia imò tam in ciuilibus quàm in criminalib. iudex non poteſt etiam abſoluere contra probata in actis. ſed ſi vult iudicare, tenetur id facere ſecũdum probata. hoc tenuerunt expreſsè Ioan. de Turre crem. *in c. iudicet. 3. q. 7.* & And. Sicul. *in d. §. quia verò, nu. 36. & 48.* & ex Theolog. Thom. *2. 2. q. 64 art. 6* & Caiet. *d. q. 67. art. 2.* & ſumma Sylueſtr. *in verſ. iudex. il 2. q. 5.*

21 ¶ Quartò limitat etiam Fely. † vt non ꝓcedat regula in iuriſdictione voluntaria, iuxta gl. *in l bonorum. c. qui admitti.* quæ quidem limitatio nõ ſpectat materiam criminalem, quam tractamus, verumtamen eſt dictum, ſed nõ ideo pro limitatione regulæ ſimiliter habenda, quia regula procedit tantum in his caſib. in quibus iudex ex legis præſcripto tenetur ſecundum probata iudicare, *iuxta d. §. veritas.* ſed hîc præſupponitur, in voluntaria iuriſdictione non eſſe ad id alligatum iudicem, ergo non poteſt comprehendi in terminis regulæ.

22 ¶ Quintò limitat, † vt non ꝓcedat, qñ eſſemus in caſu, in quo ex forma legis ſtari deberet dicto iudicis, qui poſſet & in ſcriptis & ſine procedere, quia tunc poſſet ex priuata ſua ſcientia iudicare, vt per Bar. *in auth. niſi breuiores, C. de ſent. ex breuicu. recit. cum alĳs ibi adductis.* Quod dictũ & ſi verum ſit, non tamen ideo conſtituit limitationem ad regulam, vt etiam de præcedenti dixi. quia cùm in ea præſupponatur, iudicem etiam ſine ſcriptis procedere poſſe, & eius dicto credẽdum eſſe, iam ex hoc ipſo exceduntur termini regulæ, quæ præſupponit acta neceſſaria & neceſſarias probationes, & iudici quoad ſcientiam priuatam non eſſe credendum. præterea lex, quæ iubet in his cauſis credi debere, intelligitur de his, quæ conſtant iudici vti iudici, & de his, quæ ipſe afferit vti iudex, non vti priuatus.

23 ¶ † Sextò limitat, niſi iudex teſtibus ꝓbantibus contra veritatem nollet credere, quia ipſe dum illos examinaret, cognouit pallorem & titubationem eorum; nam poterit non credere teſtib. & abſoluere vel condemnare ex eius opinione, quam ipſe concepit ex pallore & titubatione, vt per Inno. *in c. quoniam contr. de probati.* & per Bar. *in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. cum alĳs per eundem ibi adductis.* Sed mirum profectò, quòd non aduerterit has nõ poſſe dici limitationes regulæ, cùm nedum diuerſæ ſint à regula, ſed imò contrariæ ſint ex diametro eius terminis. præſupponit. n. regula, vt ſæpè dictum fuit, ꝙ iudex aliqua ſciat vt priuatus, non vt iudex. hîc autem pallor & titubatio conſtant iudici vti iudici, quia ipſe examinat, non vti priuato. nam ſi ibi non conſtaret vt iudex, nil eſſet, quod timeret teſtis, ſed pallet, & titubat timore poteſtatis, quam habet iudex cõtra religionem ipſius contemnentes. item regula præſupponit, ꝙ iudex velit ſecũdum priuatam ſcientiam non informatam à iure iudicare: at in hoc caſu iudicat ſecundum ſcientiam, quam colligit ex illo pallore & titubatione, quæ in ſpecie à iure ſunt commiſſa ipſius iudicio, *iuxta leg. 3. §. tu magis ſcire potes ff de teſti.*

24 ¶ † Septimò limitat, vt procedat regula, quando iudex non haberet certam ſcientiam, ſed aliqualem, vel quando dubitaret de probationibus actorum: at quãdo certus eſt, puta quia vidit, tunc nunquam debet iudicare contra veritatem ſibi certiſſimè notam. vtilius enim ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquatur, *c. qui ſcandalizauerit. de reg. iur.* Quæ quidem limitatio tenenda non eſt, quia contrarium tenent omnes Theologi & iuris interpretes ſuprà allegati, dummodo veritati non aſſentiatur conſcientia, vt ſ. ſæpè dictum eſt. nam imò reg. eſt communis in contrariũ, quòd ſcil. iudex, qui veritatem ſcit vti priuatus, non poteſt contra probata pro ipſa veritate iudicare, vt ſ. latè probatum fuit.

Neque

Neque obſtat d.c.qui ſcandalizauerit, quia loquitur de veritate iuſtitiæ, vt ibi d.c.& gl. quæ ſcilicet informata ſit legibus,& quæ conſtet ei vti iudici, non autem vti priuato, per ea quæ ſuprà dicta ſunt; nam lex, quæ mandat iudici, ſequi veritatem, ſemper loquitur de veritate inueſtiganda ſecundum legum veſtigia, vt eſt textus apertus *in l.nemo. in fi. C.de ſentent.& interloquut. omni.iud.* & ſimiliter text. *in c.1. §. ſi quis. de ſen. & re iudi.in 6.* coniungit conſcientiam cum iuſtitia, vt ſ. dixi, non ex alio, niſi quia oportet conſcientiam & ſcientiam iudicis eſſe iuſtitia, id id eſt, legibus formatam.

¶ Hæc igitur regula, ſi ritè omnia conſiderentur, perpetua eſt, vt ſecundum allegata & probata ſibi vti iudici, non autem vti priuato iudex iudicare tenetur, & ita de- 29
bet conſcientiam ſuam conformare, intelligendo ſemper de iudice, qui latiorem non habet poteſtatem ex iuriſdictione ſua, quam præſes, & is qui iudicare tenetur, *iuxta d. §.veritas. l.illicitas.* Vnicus tamen caſus excipitur, quando ſ.in contrarium clamaret eius conſcientia, quia certum eſt, quòd contra eam iudicare non debet: non tamen ſequitur, quòd ſecundum eam iudicare debeat, cùm videat legibus aduerſari, ſed vti debet conſiliis, de quibus ſ.

26 ¶ Quæ etiam regula procedit in omnibus, etiam in 30
exequutore; nam ſi Exequutor iuſſus ſit exequi, & ipſe ex priuata ſcientia cognoſcat iniuſtam eſſe ſententiam, tenebitur eam exequi, dummodo non reclamet conſcientia. Nam licèt vera ſit concluſio, quòd exequutor non tenetur exequi ſententiam, quæ notoriam contineat iniquitatem & iniuſtitiam, vel intolerabilem errorem, vt per Inn. *in c.cùm in iure peritus, de off.deleg.* & per Scrib. *in in l.à diuo Pio. ff.de re iudi.* & per Fely. *in c. at ſi clerici. col.4. de iudi.* & per Anch. *conſi.382.col.pe.* & not.etiam *in d.capit. paſtoralis. §. quia verò, de off. deleg. & in c. inter cæteras. de re iudi.* attamen id verum eſt, quando de tali iniuſtitia & errore conſtaret ipſi exequutori vt exequutori, ſecus ſi vti priuato, vt in ſpecie tenet Caiet.ad Thom. *2. 2.q.68. art.2. ad fin.* licèt Scrib. *in d.§.quia verò.* & etiam Alcia. *in d.c.1 nu.110. de off. ord.* contrarium paſſim tenere videantur. quod etiam comprobatur, quia non poteſt aſſignari diuerſitas 31
rationis inter iudicem & exequutorem. Neque conſonans æquitati foret, quòd plus poſſet exequutor, quàm ipſe iudex, qui iudicat. quod ſi ipſe iudex id non poteſt, minus poterit exequutor, & ita tenendum cenſeo.

¶ Illud etiam huic cap. in quo dicimus veritati locum
27 eſſe hoc foro conuenit, † quòd licèt permiſſum videatur litigantibus, vel eorum aduocatis, dolis & inſidiis iuſtam cauſam ſuam, tueri aduerſus machinationes, technas, fraudes, & cauillationes aduerſarii quærentis fucum facere iudici, vt iniuſtam cauſam obtineat, vt per gloſ. *in l.cùm pater. §.Titio. ff.de leg.2. & gloſ. in cap.cupientes. §.quòd ſi* 32
*perviginti, in ver.malignantium.* & ibi Scrib. *de elect.in 6. & in cap.dominus. per illum textum in ver. ex inſidijs. 23. q. 2.* Anto. de But. *in cap. 1.de mut.peti.* Panorm. *in cap. 1. columna ſecunda, quod metus cauſa.* Decius *in l.ea eſt natura, de reg. iur. cum ſimil.* attamen id non licebit facere cum mendacio & fal- 33
ſitate, vel periurio: nam hæc neque etiam ad mortem euitandam conceduntur, *capitu.ne quis. & cap.ſeq.22.q.2.* ex Auguſtino Panorm. *in cap. ſicut, il terzo, columna ſexta, de iureiur. & in capitu. olim. il primo, columna vltima, de reſti.ſpo.* Imo. *in cap. primo, numero 13. de mut. peti.* Baldus *in rubrica. Cod. de fide inſtrumen.num.30.* Iaſon *in l.cum proponas, colum. 2.C.de pact. & in §.in bonæ fidei. Inſtit.de act. num.81.* quam etiam opinionem communem dicit Areti. *in l. decem, num. 7.de ver.obl.* & ex Theologis Bea.Tho. *ſecunda ſecundæ, q.71. art.3. & ante q.40.art.3.*

28 ¶ Ex † quibus infero, quòd ſi reus etiam capitis interrogatur à iudice, dum ipſum coram eo cõſtitutum exa- 34
minat, non poteſt vitam ſuam mendacio tueri ſine peccato, & negando, verùm etiam ſub prætextu defenſionis vitæ tenetur hoc foro. Quinimò plus dico, quòd etiam ſi interrogaretur ab eo iudice, quem certò ſciret re° ipſe non eſſe ſuum iudicem, vel etiam ſi iniuſtè & non ſeruato iuris ordine, puta nullis præcedentibus indiciis interrogaretur, nõ tamen liceret ei hoc foro negare veritatẽ, niſi vellet in laqueum peccati mortalis incidere, vt habetur *in cap. primum, & in cap. ſi quis. & in cap. facit 22. q. 2. & cap. quod ait 14. diſtin.* & tradit etiam Auguſt. *lib. de de conflictu vitiorum*, & Tho. *ſecunda ſecundæ, quæſt.69. artic.1.* Caiet. *q.89.art.7.* & quanquam non teneretur reſpondere, quia non ſuus iudex, vel quia non præceſſerant indicia, & ideo potuiſſet appellare, tamen ſi reſpondet, non debet mentiri, quia Deũ offendit, & peccat, ẽt ſi id faciat, vt vitam tueatur, & dicunt omnes in locis prælegatis.

¶ Et ſimiliter infero, † quòd ſi viderẽ me conuinci falſis teſtibus, non liceret tamen mihi falſis itidem teſtibus 29
innocentiam meam ꝓbare: quia vt ſæpè dictum eſt, hoc iure nõ ſunt facienda mala, vt inde ſequantur bona, præſertim cùm tali caſu & ego peccarem, & alios quoq; inducerem ad peccandum. & ideo Bald. *in rub. C.de fide inſtr. nu.30.* dixit, quòd ſi tu petis à me mutuò centum, & ad ꝓbandum mutuum ꝓducis falſum inſtrumentum, quòd non licebit mihi, vt euitem cõdemnationem, producere falſum inſtrumentum ſolutionis.

¶ Sed & illud eſt non vulgaris quæſtionis in propoſita
materia, † an hoc foro liceat metu tormentorum fateri 30
crimen falsò ſibi obiectum. Et pariter, an qui falſis teſtibus ſit conuictus de crimine hæreſis, poſſit ipſum crimẽ agnoſcere, & fateri, & pœnitentiam polliceri, vt ab eccleſia recipiatur, neque iudici ſeculari tradatur ad mortem tanquam impœnitens, qui pertinax ſtet in negatione, quod quidem fieri potuiſſet, vt per Hoſt. *in ſumma de hæret. §.qualiter deprehendatur.* & per Fely. *in c.ad abolendam, col.1.de hæretic.* Et breuiter concludendum eſt, ea non licere abſque reatu mortalis peccati. nam ſicut peccat, qui alteri falſum impingit crimen, ita & qui ſibi ipſi, vt habetur per Archid. & alios *in c.non eſt, 23.q.5. & in c.ſi non licet, 23.q.5.* & per Abba. *in c.ex parte, de ſepul.* & idem Abb. & Fely. *in cap.1. de teſti.cogen. columna ſecunda.* & ex Theologis in ſpecie & Caiet. in Thom. *ſecunda ſecundæ, quæſt. 73. artic. ſecundo.*

¶ Pariter etiam infero, † quòd notarius, cuius officiũ
31 eſt ſcribere, quæ partes contrahentes dixerunt, vel quæ ſibi à iudice commiſſa ſunt, non poteſt aliquid addere vel detrahere dictis coram ſe & ſibi mandatis, dato quòd in conſcientia ſua certus eſſet, quòd partes ita voluerũt intelligere, quia cùm vt dictum eſt, hoc profiteantur officium, vt ſcribant, quæ in rei veritate ſibi dicta & mandata fuerunt ſcribendo, quæ verè dicta non fuerunt, falſum ſcriberet, afferendo id dictum vel mandatum fuiſſe, ideo peccaret, imò poſſet etiam de falſo puniri, *cap. & ſi Chriſtus. de iureiur. c.nemo.11 q.4. c nihil de præſum. c.qui ſcandalizauerit, de reg.iur.* quod etiam comprobatur, nam † prę- 32
uidemus, quòd teſtis cùm teneatur deponere de his, quę ſcit ex conſcientia ſua, non probabit, ſecundum Bald. *in c.niſi cum pridem. in 4.col. de renun.* ſequitur Iaſ. *in l.1. in prin. ff. de iuſti. & iu.nu.2.ver.2.adde.*

¶ Et demum ex præmiſſis inferri poteſt generaliter, †
33 quòd vbicunque veritas repugnat ſolennitati, præſumptioni, vel fictioni iuris, hoc foro veritas ſemper præualebit, vt per Abba. *in cap. primo de conſt. numero 10.* & ibi Felyn. *numero 47.* circa quod multa poſſent adduci exempla, vt in filioſa. mutuò recipiente pecuniam, qui ſi verè ob neceſſitatem ſuam pecuniam mutuò recepiſſet, & ꝓpter eam à tali neceſſitate fuiſſet ſubleuatus, dato quòd mutuans id probare non poſſet, non poſſet hoc iure exceptionem Velleiani opponere ſine peccato mortali, vt tradit Innocent. *in capitu. quia plerique. circa finem, de immun. eccleſ.* ſequitur Iaſon *in §. actiones. Inſtitut. de actio. nu-*
*mero trigeſimo quinto.* Sicut † etiam ſi quis ſcit verè teſta- 34
mentum ſic eſſe confectum, licèt non adſint ſolennitates requiſitæ à iure, non poteſt tamen illud impugnare ſine peccato mortali, vt per Abbatem & alios, *in capitu. cùm eſſes, de teſtam.* Sic & licèt virgo præſumatur

ſedu-

seducta præsumptione iuris, *l.1. C. de rap. virg.* non habebit tñ locum hæc præsumptio hoc foro, *vt per Ang. de Clauas. in sua summa, in ver. stuprum. & Alber. in Diction. in ver. matrimonium. il 4.* & multa alia similia adduci possent, quæ præsertim, cùm materiã criminalem non spectent, consultò omitto, de quibus pluribus per Ias. *in §. sed istæ, Insti. de act. nu. 112. cum plur. seq.*

## CAP. XV.

## *Animus quid ad conscientiam.*

### SVMMARIVM.

1 *Animus & Mens in foro conscientiæ totum operatur.*
2 *Peccare credens, dum actum non continentem peccatum operatur, peccat, vt de periurante verum: & econtrà non peccare putans, non peccat, & qualiter procedat. nu. 3.*
4 *Via tutior pro salute animæ suscipienda est.*
5 *Iudex, an Simulatione vti possit ad eruendam bono zelo veritatem, etiam in criminalibus, vbi exempla traduntur.*
6 *Iudex, an reum ex impunitatis promissione confessum, condemnare possit.*
7 *Iudex, an in foro conscientiæ, non seruans impunitatis promissionem, teneatur.*
8 *Expressio quando à lege requiritur, an in foro conscientiæ sufficiat mente retinere, licèt non exprimatur, vbi exemplum ponitur.*
9 *Transgrediens minus peccat, si finis, ob quem dispositio facta est, non lædatur, vbi infertur.*
10 *Præscribens bona fide, an superueniente mala ad restitutionem teneatur.*
11 *Vendens rem scienti verum valorem maiori precio, quàm valeret, an teneatur in conscientia.*
12 *Remittens iniuriam offendenti in confessione, an iniuriantem in foro ciuili accusare possit.*
13 *Confitenti delictum sacerdoti, an possit imponi pœna casu, quo confessio posset reuelari.*

1 ANIMVS† & mens in materia cõscientiæ totum facit, vtpote quòd sit ipsamet conscientia, & apud Deum testis omnium operũ bonorum malorum, vt dixi in principio huius tractationis de conscientia, *in cap. 11.* ideo præcipuè in hoc iudicio animus attendendus, imò plus attenditur animus ipse, quàm veritas, de quo s. locuti sumus, ex quo plura deciduntur.

2 ¶ Ex eo enim sequitur, † quòd qui aliquid facit eo animo, quia putat, & credit committere peccatum mortale, mortaliter peccat, licèt in rei veritate actus ille nullum contineret peccatum, *vt per Them. 2. senten. distin. 39. & per Archiepisc. Floren. in prima parte summæ, tit. 3. c. 10. §. 4.* Nam & periurus est hoc iure & mendax, qui aliquid asserit, quod quidem verum est, cuius tamen contrarium esse putat. *cap. homines. 22. q. 2. & cap. is autem. ea cau. & q. facit l. quod autem. & l. seq. de libe. cau. in §. potest. & l. si fur. §. primo. ff. de vsucap. & in c. 1. de scrutin. in ord. fa. & in c. cum humilitatis. 22. q. 2.*

3 ¶ Econtrà autem, † qui credit nõ peccare, si verè peccat, id est, contra legem facit, hoc foro nõ tenetur, modò in tali errore nulla ei culpa possit imputari, per prædicta.

¶ Quinimò & id sequitur, eum, qui certus non est, q̃ licitum faciat, sed dubitat, non esse tutum hoc foro, si id admittat, de quo dubitat, an liceat. bonarum quippe mentium est ibi culpas suas agnoscere, vbi culpa non est, vt inquit tex. *in cap. ad eius. ad fin. 5. distin.* Et vbi culpa non est, plerumque eam esse timere, cùm omne quod à Deo deuium esse potest, expauescat, vt dicit text. *in cle. exiui. §. 1. de verb. sign. & in cap. consilium. de obserua. ieiunior. & facit opt. text. in l. cùm proponas. ibi, non autem omnis scrupulus auferatur.* vbi etiam Cyn. *Cod. de interd. mat. inter pupil. & tutor.*

4 Tutior † enim via q̃ salute animæ semper suscipienda & eligenda, *vt in c. illud. circa med. de cler. mini. excommunica. & est glo. no. in vers. nisi dubium. in c. in ciuitate. de vsur. & in c. nauiganti. in vers. veros imiliter dubitatur. eo. tit. & opt. text. in d. cle. exiui. §. nos itaque. de verb. sign.* vbi dicitur, quòd in iis, quæ animæ salutem respiciunt ad euitandos graues remorsus, pars securior est amplectenda, præsertim, cùm non solùm quod malum esse dignoscitur, sed etiam omne quod speciem mali habet, à viris perfectis sit euitãdum, vt ibi dicitur *in §. cumque annui reditus.* Quamquam enim qui dubitat, nõ possit dici habere malam fidem vel conscientiam, nõ tamen pariter potest dici habere bonam, vt est gloss. *in l. 3. §. fi. ff. de acquir. posses. & in l. 1. C. eo.* & licèt hæc dubitatio de iure ciuili non impediat descriptionẽ, vt per Bar. *in l. naturaliter. circa fi. 2. col. de acquir. possess. & per omnes in d. §. fi. & per Cano. in c. fi. de præscript.* tamen non potest dici, quòd faciat secundum bonam conscientiam, licèt etiam non faciat secundum malam, vt inquit Bald. *in c. fi. col. 3. de consue.*

5 ¶ Sed illa quæstio huic cap. non inconuenit, † an scilicet hoc foro iudici vti stimulatione aliqua, non quidem eo animo, vt contra verum cõfessionem rei extorqueat, sed bono zelo, vt s. veritate habita iustitia suum sortiatur effectum? Et certè videtur licere, si ab exemplo licet arguere, prout verè licet *l. si pater. ff. de solu. l. septimo mense. ff. de sta. hom. c. cùm in cunctis de elect.* sed Salomon omnium sapientissimus, vt scribitur *3. Reg. c. 3.* quod etiam refertur *in ca. auferte. de præsump.* vt veritatem excuteret à duabus mulieribus contendentibus, cuius esset filius. Simulauit velle, vt diuideretur, nõ quòd verè eius esset intentionis, vt diuideretur, sed vt veritatem rei incertæ ex naturali affectu veræ matris erueret, quod & est assequutus, cùm vera mater potiùs assentiretur viuum filium in aliena potestate permanere, quàm mortuum in sua. sic & Claudius Augustus in simili dubia quæstione simulauit velle matrem negantem, neque agnoscentem filium velle, quòd cum ipso matrimonium contraheret, cuius abominandi incœstus scelere perterrita filium agnouit, & se matrem fassa est, vt author est Sueto. *in Claud. c. 15.* sic & Carolus magnus, cùm certus esset, alterum ex duob. quos carceribus detinebat, quendam occidisse, patrem scilicet vel filium; incertus tamen foret, quis verè eorum reus foret, simulauit velle vtrumque suspendi, quo metu pater perterritus, se nocentem pro veritate fassus, innocentem filium liberauit, vt refert Isernia *in cap. 1. §. publici latrones, de pace tenen.* refert Andr. Sicul. *in c. 1. colu. 2. de commod. & in repe l. cùm acutissimi. C. de fideicom. col. 23.* & Ias. *in l. si is, qui pro emptore, de vsuca. nu. 172.* quibus exemplis docemur licere etiam in criminalibus bono zelo vti simulatione, prout & Iehu, Rex Israel, vsus est simulatione cũ sacerdotibus Baal, vt habetur *4. Reg. c. 10. & Dauid 1. Reg. ca. 21.* qui mutauit faciem suam coram Abimelech, vt refertur etiam *in c. vtilem. 22. q. 2.* est enim dolus bonus, sicut & malus, vt inquit tex. *in l. 1. §. non fuit. ff. de dolo.* Nihil enim interest ad iustitiã, apertè pugnemus, an ex insidiis, modò iustum sit bellum, & iusta intentio, inquit Augu. *lib. 6. qq. super Iosue q. 10.* quod refertur *in c. 2. 23. q. 2.* & alibi dicit tex. *in c. in mandatis. 43. dist.* quòd licet aliquando prudenter proximum eludere.

Simulatio.

Dolus bonus.

6 ¶ Cui quæstioni & hæc affinis est, † an liceat iudici impunitatis promissione extorquere à reo confessionem, & ex ea sola capitaliter reum damnare? In qua re contrarii videntur iuris interpretes; nam Archi. *in c. vtilem. 22. q. 2.* refert, aliquos excusantes Alexandrũ IIII. Pont. qui sub promissione de dispensando induxit quendam Episcopum simoniacum ad confitendum ipsum crimen simoniæ, qua habita confessione ipsum deposuit, non seruata fide. idem dicit & sequitur Gemin. *in c. nos in quemquã. col. vlt. ver. ad tertium. 2. q. 1.* vbi dicit, quòd talis confessio etiã præiudicabit. & hoc idem refert & sequitur similiter Fely. *in cap. afferte. in primo not. de præsump.* dicens tamen, quòd vidit aliquos iudices execrantes talem simulationem, & idem *in cap. accedens. il 2. num. 5. vt lite non contesta.* & tenuit etiam Cynus, *in leg. præsenti. Cod. de his, qui ad eccle. confugi.*

Contra-

Contrarium tamen videtur tenere Imola *in leg. is qui reus. num. 29. ff. de pub. iud. & in conſi. 109. viſa inquiſitione. & Signoro. de Homod. conſi. 102. factum ſic ſe habet, & Luc. de Pen. in l. 1. nu. 8. C. de numerar. lib. 12. & Dec. in l. ea eſt natura. ff. de reg. iur. num. 6. & in l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo quòd inter. colum. 4. num. 25. Hippol. de Marſ. in l. 1. §. quæſtioni. num. 6. ff. de quæſtioni. & in ſingulari. 201. circa fin. & in practica ſua. §. poſt quam. num. 15. & 16. & ante eos ſequitur Paris in tracta. ſyndica. verſi. ſequitur quæſtio quotidiana, quidam inquiſitus. & Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. crimin. ſub tit. de quæſtionibus. colum. 31. in fin. in verſic. ſed an ſibi ſit poſtea ſeruanda fides.* idem tenuit etiam Thom. Gramm. *in tertia quæſt. poſt ſuas deciſio. incip. notabilis.* vbi arguit pro, & contra. in qua quæſtione duo eſſent diſcutienda: Primò, an talis confeſſio præiudicaret confitenti, & eam poſſet reuocare, de quo hîc non eſt aptus locus, & in eo varij
7 ſunt Doctores præallegat. Secundò, † an iudex impunitatem promittens teneatur hoc foro conſcientiæ fidem ſeruare? & in hoc omnes ſunt cõcordes, quòd male facit, ſi non ſeruat, & ideo teneretur in foro conſcientiæ, vt dicit Imola *in d. l. is qui reus, num. 29. in fi. ff. de pub. iud. & alij poſt eum ſuprà allegati,* & vera mihi quoque videtur. Quam tamen concluſionem putarem limitandam duobus modis. primo, niſi poſtquam ipſe reus ſciret immunitatem promiſſam ſibi non eſſe ſeruandam, nihilominus ratificaret dictam confeſſionem, quia videtur, quòd omnino etiam abſq; illa promiſſione vult verum fateri, vt etiam omnes præallegati ſentire videntur. ſecundo, quando iudex ipſe in conſcientia ſua certus eſſet certitudine indubitata, puta quia vidiſſet ipſum delinquentem. hoc enim caſu puto licere quocunque dolo confeſſionem extorquere, cum tutius ſit innocentem non damnandum, ſed nocentem.

8 ¶ Conuenit huic quoque cap. quæſtio illa † an, quando requiritur à lege expreſſio alicuius actus, ſufficiat hoc foro mente retinere, licèt non exprimat; exemplum, clerici poſſunt accuſare ſe iniuriantes & ſe offendentes etiam de criminibus, in quibus venit ingerenda pœna ſanguinis, modò expreſſe proteſtentur, quòd ad vindictam ſeu ad pœnam ſanguinis non accuſant, ſed tantùm ad emendationem damni, vt eſt text. *in c. prælatis. de homicid. in 6.* Quid igitur ſi clericus accuſans eam proteſtationem omiſit, ſed animo bene concepit, nunquid hoc foro tutus erit ab irregularitate? In qua quæſtione Calderi. *ibi per illum text. & gloſſ. in ver. proteſtando.* tenuit, quòd non, & illum refert & ſequitur ibi Archid. & Philipp. Franc. *in d. gloſſ.* quorum tamen opinionem non ſequor, cùm Deus non verba, ſed cor introſpiciat, nec falli poſſit: ideo cùm is ſolus hoc foro & ipſe homo proteſtans ſit iudex, & veritatem noſcat, non video, cur pœnam incurrat: niſi diceres, quòd peccauit non obediendo legi, quæ mãdabat talem proteſtationem verbis expreſſis fieri.

9 ¶ Vnum etiam hic non omitto, † quòd cùm animus præcipuè hoc foro conſideretur, quòd quando lex diſponit aliquid fieri non propter ſe principaliter, ſed ad finem alicuius mali euitandi, minus peccat tranſgreſſor, ſi finis, propter quẽ diſpoſitio facta eſt, non ląditur: & ideo licet ieiunia ſint de præcepto ab eccleſia ordinata ad hũc finem, vt caro maceretur, & vt tollatur occaſio peccatorum, tamen ſi quis non ieiunat, neque ideo in aliquod aliud peccatum incurrit, minus peccabit, niſi faciat in
contemptum & animo cõtemnendi legem, vt tenet Archid. poſt Thom. *in cap. vt inam. 76. di.* & tradit Abbas *in rubrica, de obſeru. ieiu. & Card. in clem. ad noſtram. de hæret. & Gemin. in c. generali. in 8. colum. de electi. in 6.* & ideo dixit Cardi. *in clem. 1 de priuil. q. 38.* ſe conſuluiſſe, quòd cùm ille tex. loquatur contra præſumentes miniſtrare ſacramenta ſine licentia parochiani, ſi quis ſacerdos ſimplex id fecerit ſine dolo, putans ſibi licere, non facit contra Canonem, quia lex illa habet hunc finem, vt puniat præſumentes tantùm & contemnentes iuriſdictionem parochiani: & idem conſuluit Cald. *conſi. 4. ſacerdos paroch. ſub titu. de ſententia excommu.* Eſt enim regula generalis cõmuniter approbata, quòd vbicunque lex humana requirit in actu certam ſolennitatem ad certum finem, ſi ille actus ſit ſine ſolennitate, & non contrauenitur illi fini, eſt quis tutus in foro conſcientiæ, vt per Innoc. *in c. quia plerique. vbi Ant. in 6. col. de immun. eccle. & cap quia propter. de elect. & in c. ſi celebramini. de cleric. excommunic. & per Abb. in c. 2. in fi. de reſtit. in integr. cum alijs concord. de quibus per Felyn. poſt Abba. in c. quoniam contra. de prob. num. 17. & ſequitur Cur. iun. conſi. 12. videtur prima conſideratione. nu. 10. & 11.*

¶ Ex præmiſſis quoque decidi videtur illa quæſtio diu
10 controuerſa inter Cano. & Theolog. † an ſi à principio habui bonã fidem, puta quia credebam rem eſſe meam, & præſcripſi; an ſi poſtea ſuperueniat mala fides in conſcientia, tenear reſtituere? nam Theologi tenent quòd ſic: Canon. verò quòd non, quia quod lege permittente poſſideo, iuſtè poſſideo, de qua cõtrouerſia pulchrè Hoſtienſ. *in ſumma de præſcript. rei immobil. §. verum. verſi ſed quid ſi iam ſit completa. & tradunt gloſſ. & omnes in c. vlt. de præſcrip. & in c. vigilanti. eo. tit. Ioan. Andr. Petr. de Anchar. & Franc. in c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. Bald. conſi. 295. fama vicinia eſt, & conſi. 315. ponitur. col. 2. verſi. & facit ad prædicta, & Rayner. inter conſilia Fed. de Sen. conſi. 130. caſus talis eſt, quidam teſtator. latè Angel. in repet. l. 1. C. de iudi. vbi latè hanc quæſtionem pertractat per 5. colum. vltimas. & Pet. de Anch. conſi. 170. principale contra iſtos, col. 2. Pan conſi. 89. in quæſtione. col. 3. verſi. ad idem. & Rom. conſi. 149. concluſionem primam, col. 2. verſi. quintum autem. Cor. conſi. 177. in hac re. col. 2. verſi. cũ & videamus. Aret. conſi. 92. viſo legato. col. 2. verſi. nec potes intelligere. Dec. in c. 1. col. 7. verſi. 2. eſt de conſti. in 1. lect. & in c. iurauit. paulo ante fin. de probat. Balb. in tract. præſcript. in nona q. 3. partis princ.* Quinimo & inter Theologos eſt in hoc diſſenſio. plures enim ex eis tenuerunt talem etiam ſuperueniẽte mala fide poſt completam præſcriptionem tutum eſſe hoc foro, vt per Bea. Tho. *Quolibet. 12. arg. 25. & Quolibet ſex. corolla. 6. S. Bernardin. in tract. de Euang. æter. ſer. 32. art. 2. c. 1. & c. 3. q. 1. & Ant. Flor. in 2. parte ſummæ, tit. 1. c. 7. ver. qui autem ex beneuolentia. & Clauaſ. in ſumma, in ver. præſcript. §. 40. incip. verum tutus præſcriptione.* quanquã alij contrarium indiſtinctè ſenſerint, alij verò diſtinxerint, vt per glo. & Archid. *in c. 1. 14 q. 6. & glo. in c. ſi virgo. 34. q. 2. & in d. cap. vigilanti. in verſic. nouerit. de præſcriptio.* In qua tamen controuerſia ego conſcientiam ipſius, qui præſcripſit, ſequendam putarem, eaq; inuita, vel diſſentiente nil agendum: nam ſi tutum ſe in conſcientia putat, abſque aliquo ſcrupulo, vel dubitatione, tutior vtique cenſendus erit, quòd ſi putat ſe non eſſe tutum, vel ſaltem dubitat, reſtituere debebit, vt ſe ab illo remorſu liberet: qui quidem remorſus eo leuior cenſebitur, ſi rem illam poſſederit ex cauſa onerosa, prout & grauior, ſi ex cauſa lucratiua, *arg. cap. quod debetur. 14. q. 1.*

11 ¶ Pariter etiam ex his ſequitur, † quòd ſi vendidi rem maiori pretio, quàm valeret, credens eam tanti eſſe, & vendidi ſcienti certum, & verum valorem eius, non teneor hoc foro, quia animus non concepit fraudem, aut dolum, vt pulchrè per Salyc. *in authen. ad hæc. quæſt. 21. C. de vſur. & not. Imo. in c. 1. de empt. & vendit. & latè per Dec. in l. vlt. C. de pact. & in l. ſi quis in conſcribendo. col. 2. eod. tit. & in c. 1. col. 7. in 1. lectu. de conſtit. & in l. ſemper in obſcuris. nu. 9. de reg. iur. & per Cæpol. in tract. de ſimul. contract. præſump. 2.*

¶ Iam verò & illud ex animi cõceptione decidi poſſe
12 puto, † an ſi iniuriam paſſus ſacerdotem audientem peccata ſua remiſerit offendenti iniuriam, pro quo ſcimus ſacerdotem ſtipulari poſſe, vt per Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de inſtr. edi. §. nunc verò aliqua. Anto. de But. & Imo. in cap. de his, de accuſat. Bald. in l. 2 ff. ad Syllan. & in l. 2. C. de lib. & eorum lib. & per Alexan. in addit. ad Barto. in l. non ſolum. §. iniuriarum. in verſ. non ſufficiat. circa fi. ff. de iniur.* an inquam poterit non obſtante remiſſione iniuriæ facta hoc foro accuſare iniuriãtem in foro ciuili. Hoc enim totum, vt dixi, dependet ab animo: nam, ſi cum remiſit animo, concipiebat remittere tantummodo odium & inimicitiam & vindictam de facto, ſed non ideo velle remittere ius ſibi de iure competens, poterit vtiq; accuſare, ſecus au-

tem si indistinctè & absolutè voluit & facti & iuris vindictam remittere, quia hoc iure non poterit. & hęc videtur fuisse Bald. opin. licet clarè non expressa *in c. 1. in iniuria, in 2. col. ver. quæro vtrum iniuria, de pace iur. firm. & in idem quoque tendit glo. in §. vlt. Inst. de iniur. & etiam Bart. in l. si tibi. §. quædã. ff. de pac. in vlt. quæst. vbi etiam Bal. Pau. & Alexan. in 1. col. versic. extra glo. quærit. & etiam Ioan Andr. in addit. ad Specu. in titu. de loca. §. nũc verò aliqua. vers. item pone, cum quidam.* & sic ipse sibi in hoc erit iudex, audietq; conscientiam suã, dum accusare volet, an in aliquo læsam se sentiat, & declaret.

13 ¶ Sed & hoc ad materiam conscientiæ spectat, † an scilicet si constet, quòd reus cõfitendo peccata fassus sit delictum, an contra eum stabitur tali cõfessioni etiam quo ad pœnam corporalem. scimus enim, quòd hoc foro statur confessioni contra confitentem, vt habetur *in c. significasti. de homicid. & est gl. in clem. 1. de pœn. in §. vlt. in ver. quàm cito. & tradit Io. Bap. de S. Seue. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. nu. 38. c. fi.* Et vtique si posset dari casus, quòd licitè posset talis confessio propalari, putarem posse eum cõdemnari, cùm præsumatur verum fassum fuisse non immemor salutis æternæ.

## CAP. XVI.

## *Cum quid commissum est iudicis conscientiæ, quid ei agendum.*

### SVMMARIVM.

1 *Delegatio iudici facta cum clausula, vt secundum Conscientiã iudicet, qualem potestatem ei tribuat.*

2 *Clausula, vt secundum Conscientiam iudicet, qualem scientiam significet.*

3 *Clausula, vt iudicet secundum conscientiam, an operetur partibus absentibus, & non citatis.*

4 *Conscientiæ delegati, vt secundum conscientiam iudicet, iuri consona sit, nisi illa reclamet, & qualiter.*

5 *Clausula, vt iudicet secundum conscientiam, vim habet, vt iudicis electi industria requiratur, qui nec subdelegare, nec substituere possit.*

6 *Clausula, vt secundum conscientiam iudicet, quantumcunque partem lædat sententia, non appellatur, nec iniustè iudicans punitur.*

1 SÆPE vidi causas criminales † delegari à Principe cum hac clausula, vt iudicet secundũ eius conscientiam, atq; ideo in quæstionem sæpe quoq; venit, quæ potestas ei per hanc clausulam tributa sit, & est exemplũ *in l. nulli. C. de epis. & cle. post prin.* ibi, pro sua cõscientia. *& in l. si quan quã. eo. tit.* Et in primis sciendum, talẽ non posse sibi scrupulosam nimium, vel nimiũ crassam fabricare conscientiam ex capite suo, sed debet eam conformare cum legũ dispositione, & prudẽtum interpretatione, *vt pulchre dixit Bal. cons. 295. fama viciniæ. nu. 2. in fi. 1. vol.* & alibi idem Bal. *cons. 298. incip. hæc materia. nu. 7. in fi. 1. vol.* dicit, quòd non debet quis sibi conscientiam facere de eo, quod nõ potest explicare secundum rationem veri, perfecti, & constantis intellectus, & præsertim si dubius est. Talis enim dele-
2 gatio, † & clausula intelligitur arbitrium boni viri requirere, vt declarat idem Bal. *in disput. sua, incip. statuto cauetur, quod fœnerator. in vlt. col.* vbi concludit, quòd talis non poterit leges transgredi, quia intelligi debet delegatio de conscientia legibus munita, & secundum leges regulata, non de ea, quam quisq; sibi fabricat, *arg. l. codicillis. §. vlt. de lega. 2.* & idem Bal. *in l. vlt. in fi. C. de iure do. impetran.* dixit, ꝙ hæc clausula significat arbitrium boni viri, non liberam voluntatem: & idem no. *in clem. 1. in verbo, oneramus. de iure patrona. & idem Bal. in l. nulli. C. de epis. & cler. in 4. col. & gl. no. vbi etiam omnes not. in ca. statutum. §. assessorem. de rescript. in 6.* Non enim laudanda est puritas conscientię sine rationis iudicio, *c. non solum. de regular. & clem. quamuis. de foro compe. & idem tenet plura allegando Iaf. in §. sed istæ. Instit. de actio. nu. 137. & seq.*

¶ Et quamuis legerim Bald. *in l certum. colum. 2. in fin. C.* 3 *vnde cognati.* dicentem, † quòd talis sic delegatus poterit sententiam ferre partibus absentibus & non citatis, quẽ etiam videtur sequi Roman. *in repet. rubricæ, de arbitr. in 2. colum. & Alexan. in l. de vnoquoque. penult. colum. ff. de re iudi. & Angel. in l. ab executione. de appella. colum. vlt. & Lap. allegat. 61.* attamen non possum his assentiri: nam & quando mandatum fuerit, vt iudicaret secundum arbitrium boni viri, quod idem esse, supra ostendi, non posset parte non citata iudicare, vt per Barto. *in extrauag. ad reprimendum. in ver. figura. & in ver. videbitur. & Bald. in l. captaterias. in 3. quæst. C. de testamen. milita.* & contrarium etiam in specie tenuit Iaf. *in l. nec quicquam. ff. de offic. proconsul. num. 41. & sequen.* & licet ipse ibidem post Alexan. *consi. 218. visis verbis Grinaldi, num. 3. in secundo volum.* concordat dicens dictum Bal. procedere in his, quæ præsumptionem iuris habent, vt si mandetur prouideri de beneficio alicui, si dignus conscientiæ suæ videbitur, aliàs non. Attamen ego aliter distinguerem, quòd aut talis delegatus vult aliquid omittere, quod leuis sit prẹiudicij, & poterit: aut verò aliquid, quod posset maximum præiudicium afferre parti, & tunc non poterit. quod comprobo ex his, quæ not. *in dicto capit. statutum. §. assessorem. de rescript. in 6 & in clemen. 1. vbi glo. not. de iure patronat. & tradit Barto. in l. 1. C de iureiuran. & sequitur Paris de Put. in tract. syndic. in vers. au iudex, num. 5. est mihi in 14. vol. tract. car. 123. in 3. colum.*

¶ Hoc vnum autem præ oculis habeat talis delegatus, 4 † quòd conscientia ipsius grauatur, quam tenetur, vt dictum est, primo conformare cum iuris dispositione, nisi reclamaret ipsamet conscientia, quia illa timẽda est præcipuè, vt inquit Augustinus. *in cap. senti. 11. quæst. 3.* dum inquit, Senti de Augustino quicquid libet, modò me sola in oculis Dei conscientia non accuset. & in cap. cum in cunctis. ea. cau. & q. dicitur, Aliorum maledicta non timeant, quos 5 propria conscientia iustificat. † Sciat quoque, quòd verba illa, quibus committitur causa conscientiæ suæ, eam habent vim, vt videatur eius industria à delegante electa, & ideo non poterit alteri subdelegere, vt per Alexand. *in l. more. ff. de iurisdictio. omn. iudic. num 23. & in l. à iudice. in 3. colum. C. de iudic. & per Iaf. in §. sed istæ. num. 122. Instit de actio. & per Felyn. in cap. vlt. § is autem. nu. 6. & seq. extra de offi. delega.* immo neque substituere poterit, *vt ibi latè, & per Iaf. in d. §. sed istæ. num. 128.*

6 ¶ Habet † aliam vim hæc clausula, quia si iudex, cui mandatum est, vt secundum conscientiam suam iudicet, & iudicauerit, non potest ab ea sententia appellari, licet partem lædat, secundum Bart. & Bald. *in l. 1. ff. de leg. 2. & per Inno. in cap. in præsenti. de testi.* neque ipse etiam si iniustè iudicasset, incidat in pœnam, *cap. cum æterni. de re iudica. in 6. vt per Bal. in l. si irruptione. ff. finium regund. & in l. vlt. C. de pœna iudic. qui male iudic.* probatio enim conscientiæ difficilis, *capit. 4. de electio. & not. Innoc. in capit. nouit. de iudic.* & tali casu solo iuramento eius credetur: *vt not. in capit. si vero. il secondo. de sentent. excomm.* Et quòd non possit appellari, tenuit Bald. *in dicta l. 1. de lega. 2. in 2. lect. colum. penult. in 4. q. & in cap. si sacerdos. vers. quæro, Papa commisit, de offi. ordin. Imo. & alij in clem. 1. de iure patro. Paul. Castren. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. noui nunc. Ange. de Aret. in §. sed istæ. Instit. de actio. colum. 6. ver. no. etiam extra glo & ibi Iaf. num. 136.* & ideo contrarium volens probare, non audietur, vt per Rot. *in antiq. decis. 79. nota, quod vbi quis impetrat, in fin.* Quæ tamen conclusio non ita absolutè tenenda, nam quòd immo contrarium probari possit, si in graui præiudicio, vt est glo. not. *in clement. 1. in ver. oneramus. de iure patrona. quam singularem dicit Bald. in l. 1. colum. 1. C. de rebus credit. & illam sequitur Imo. in capit. 1. colum. vltima, de constit. & Roman. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de damno infect. & Gemin. post Lap. in capit. 2. colum. vlt. de iurament. calumniæ, in 6. vbi & illam gloss. dicit no.* Nam non est nouum conscientiam lęsam etiam probari posse per indicia & coniecturas, vt per Bald. *in l. 1. C. de vsucapio. transfor. & l. penult. vbi etiam not. Bald. C. de euict. & Alexand. consilio 177. in hac causa, numero octauo, in secundo.*

*& Barba.*

*& Barba. consi. 9. supremi. 1. vol.* Et ideo licet regulariter verũ sit, appellari non posse à sententia eius, cuius conscientiæ causa est commissa, attamen superior poterit ex causa, & graui præiudicio partis errata corrigere, *vt est gl. not. in clem. 1. de baptis. & tradit Bald. in l. 1. C. quom. & quando iud. & dicit Inno. in d. c. præsenti. de testi.* quòd licet superior nõ possit immutare conscientiã inferioris, quia non potest vis animo inferri, tamen consulendum erit damnum passo ob erroneam cõscientiam. Et ipse dicit Inno. *in c. per tuas. de simon. & Bald. in l. Barbarius. ff. de offic. præsid. post 12. oppos. ver. & no. & idem Bal. in l. 2. C. de sentent. ex breuicul. recitan. circa fi. & in l. nulli. C. de episc. & cler. & in l. generaliter. de reb. credi. & sequitur etiam Paris de Put. in tract. syndi. in ver. an iudex, est mihi car. 123. in 3. col. num. 9. in 14. vol. Tracta.*

## CAP. XVII.

## *Communia quædam, & Generalia in materia conscientiæ.*

### SVMMARIVM.

1 *Lex, quibus casibus in occultis & dubijs reum conscientiæ suæ remittat.*
2 *Iudici se assessore egere in causa asserenti, etiam partibus contradicentibus, creditur.*
3 *Confessio parte absente facta ad exonerationem conscientiæ plenè probat.*
4 *Deportatus et ad Mortem damnatus etiã fauore piæ causæ disponere de rebus suis prohibetur: pro Conscientiæ tamen exoneratione, dummodo de male ablatis constet, legare potest. & num. 5.*

1 NEQVE censendum, quòd forus iste conscientiæ non consideretur, & pœna eius à iure ciuili & canonico: †nam in occultis & dubijs sæpe lex remittit reum foro cõscientiæ suæ, *vt no. in c. nisi. extra de renunc. & in ca. vlt. de voto. & in c. mulieri. de iureiur. & in ca. super eo, de cognat. spirit. & in c. statutum. de rescrip. in 6.* Causas autem, quib. quis est conscientiæ suæ relinquendus, prosequitur Archid. *in ca. vlt. in gl. vlt. de hæret. in 6. & idem in c. denique. 4. distinct.* vbi, quòd in tribus casibus remitti debet quis foro cõscientiæ suæ. Primus est, quando id, quod fit regulariter potest sine peccato fieri, vel saltem potest in bonam, vel malam partem capi. Secundus, quando timetur scandalum, si puniretur. Tertius, quando plenè probari non potest.

¶ Et pariter dixit glo. *in c. statutum. §. assessorem. de rescrip.*
2 *in 6. in ver. relinquatur.* † quòd si iudex dicat se indigere assessore in aliqua causa, quia perplexam habet conscientiam, quòd stabitur eius dicto, & dabitur assessor expensis partium, quæ non poterunt referre quæstionẽ dicendo, quòd non indiget assessore, & quòd ipse iudicet, quia solus Deus est scrutator cõscientiæ, & comprobat etiam Ias. *in d. §. sed istæ. Instit. de actio.*

3 ¶ Pariter quoque sciendum, plura concedi pro † exoneratione conscientiæ, quæ aliàs non cõcederentur; sicut dicimus, quòd licèt confessio facta absente parte, regulariter non probet, *l. certum. §. si quis absente. ff. de confess.* tamen quando fit ad exonerationem conscientiæ, plene probat, vt per Fely. latè *in c. olim. 4. col. de rescript. & per Bal. in l. rationes. in fi. C. de probatio. & in c. innotuit. 1. colum. de elect. & similiter*, licèt filio plus faueatur, quàm piæ causæ, maximè quo ad legitimam, secundum glo. *in l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cleri. & per Panorm. in repet. ca. cum omnes. col. 6. de testamen. & per Signorol. consi. 68. quædam mulier. in fin.* tamen fallit in legato facto pro exoneratione conscientiæ: ita consuluit Andr. Sicul. *con. 55. præclarè, colum. 11. in 2. & plura possem similia adducere, quæ quia non concernunt materiam criminalem, omitto.*

¶ Atq; ideo hoc, quod ad eam pertinet, non omittã,
4 quòd quanquam † deportatus, & condemnatus ad mortem simpliciter de rebus suis disponere & legare prohibeatur, *l. eius qui. §. insulam. ff. de testamen.* etiam fauore piæ causæ, *l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniu. rup. & irri. testam. tradit Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de instr. edit. §. compendiose. in addit. quæ incipit, quid de damnato. & iterum in §. nunc aliquæ. ver. 15. eod. tit. & Bald. consi. 448. quæritur in primis colum 1. 1. volum.*

5 † Attamen poterit legare pro exoneratione conscientiæ suæ, & pro malè ablatis, quia valebit tanquam confessio facta inter viuos & iure debiti, vt tenuit Ioan. Andr. *in c. quanquam. in gl. incip. Dominus meus, de vsur. in 6. & ibidem Per. de Anchar. in 4. notab.* intelligens hoc procedere, dummodò constet de malè ablatis, quod & ibi sequitur Gemin. *in ver. omnes autem. col. 6. versi. sed pone. & idem tenet Bald. in l. vlt. col. 3. versi. & ideo. C. si à non compe. iud. & consi. 382. dicit lex. post princ. 1. vol. & consi. 244. proponitur post med. 5. vol. & consi. 447. ad euidentiam. col. vlt. eod. volu. & consi. 476. Testamenta & relicta. eod. volu. & Roma. consi. 164. Hæc quinquaginta. & consi. 199. præsens. col. vlt. vbi allegat optim. text. in l. si seruo. ff. de hæred. instit. & sequitur Aug. de Arim. in addit. ad Ang. de malef. in ver. & caput à spatulis amputetur.*

## CAP. XVIII.

## *De Iure Canonico.*

### SVMMARIVM.

1 *Canonicum ius, vnde, & quare sic dictum, & quid contineat.*
2 *Ius Humanum & Positiuum quod.*
3 *Canonici iuris finis & intentio.*
4 *Canonicum non modò ius sed etiam ciuile peccati nutritiuum vim legis non habet.*
5 *Canonistæ, in quib. Theologis præferantur, & è contra; & quomodo inter se, rarò vel nunquam differant.*
6 *Canonici iuris proprium est imitari potius æquitatem, quàm rigorem, ideoq; consuetudo ei cõtraria irrationabilis est, & inualida.*
7 *Canonicum ius respicit ius ciuile. vt anima corpus: & vtrunq; horum quid respiciant.*
8 *Canonicum ius à ciuili in quibus differat, & quando alterutrum seruandum sit.*
9 *Lex, vel statutum de spiritualibus loquens, secundum ius canonicum interpretatur.*
10 *Statutum, bannitum occidi permittens, cur de iure canonico non valeat.*
11 *Relicta ad pias causas, secundum ius canonicum iudicanda, nõ autem ciuile.*
12 *Ecclesiæ damnum & libertatem concernentia à iure canonico definiuntur.*
13 *Lex, vel statutum disponens, quòd quis de ecclesia extrahi possit, cur non valeat.*
14 *Canonicum ius vbi consulit vel excitat officium iudicis, in foro ciuili non est seruandum.*
15 *Alimenta spurijs licèt ius canonicum concedat, in seculari tamen foro, an seruetur.*
16 *Canonicum ius vbi iuris ciuilis dubitationem tollit attenditur in foro ciuili, & qui sint tales canones.*
17 *Canonicum ius rigori innitens etiam in spectantibus ad ipsum canonicum, à ciuili, quod æquitati innititur vincitur.*
18 *Lex ciuilis æqua & fauorabilis quòd à iure canonico approbata censeatur, nisi expressè reprobata sit, an etiam circa clericos procedat. vbi infertur.*
19 *Clericus delinquens, si de fuga timeatur, à laico etiam priuato capi potest, vt iudici præsentetur.*
20 *Leges ciuiles omnes ob publicam vtilitatem, & quietem inductæ, sunt etiam in foro ecclesiastico seruandæ.*
21 *Lex rebelles à quocunque impunè occidi permittens, clericum rebellem etiam comprehendit.*
22 *Leges ciuiles à iure canonico expressè approbatæ, & canonizatæ, quare vtroq; foro ligent; & quæ illæ sint, & canonizatæ intelligantur.*
23 *Lex ciuilis canonizata si ab Imperatore abrogetur, non tamen iure canonico abrogata censetur, & quare clericos liget.*
24 *Lex ciuilis & lex canonica, quomodo qualibet in suis terris seruanda.*
25 *Iudex ecclesiasticus Assessorem Doctorem in iure ciuili tantum*

*assumens potest in causa merè ecclesiastica suspectus allegari.*

26 *Statuta laicorum in terris ecclesiæ contra ius canonicum non valent.*

27 *Canonicum ius circa iudicij ordinem in causa laicorum quæ in foro ecclesiastico tractetur seruatur, sicut & ciuile etiã contra clericum in foro seculari.*

28 *Canonico iure deficiẽte iudex ecclesiasticus potius ius ciuile generale quàm cõsuetudinem specialem laicorum sequi debet.*

29 *Canonicum ius in dubio potius quàm ciuile attendendum.*

30 *Canones & leges cum simul allegantur, semper canones præmittuntur.*

31 *Consuetudo decennij ad ius ciuile tollẽdum, quadraginta verò annorum ad ius canonicum sufficit, & quot anni ad promouendum quem ad doctoratum in his iuribus requirantur. num. 32.*

33 *Canonicum ius etiam generaliter loquens iuri ciuili specialiter disponenti prævalet, illudq; sæpe corrigit.*

1 CErtvm esse scimus, † ius canonicum dictum à Canone verbo Græco, quod Latinè sonat regula, *secundum Ido. in c. canon. 3. distin.* quasi quòd hoc iure contineantur regulæ, quæ nos rectè ducunt ad bene beateq; viuendum, *c. regula, ead. dist. & habetur in c. si sæculi. 12. q. 2.* Dicitur autem ius diuinum, quia & de diuinis tractat, & legis diuinæ, & Euangelij fundamentum habet, *vt habetur in c. nimis. extra de iureiur. & in c. qualiter, il secondo. eo. tit. & est etiam text. in cap. vltimo, de iur. calum. cum concor. de quibus per And. Sicul. in c. filius. in 3 not. de testam. et per Abb. in d. c. 1. in 3. col. ver. nota ibi, diuina.* & est illud quod à concilijs generalibus vel prouincialibus, vel Pontificum constitutionibus est compilatum, vt habetur *in c. canonũ statuta. de constit.* continens in se dogmata, mandata, interdicta, decretales epistolas, rescripta, pragmaticas sanctiones, decreta, & constitutiones, de quibus per omnes *in d. cap. canonum statuta. & in c. si quis dogmata. 15. q. 2. & per Dec. in rubrica de constit. in 2. lect. num. 12.* quo fit, vt statuta episcoporum in suis diœcesibus non dicatur ius canonicum, quia non habẽt generalem authoritatem, vt per Bald. *in cap. 1 nu. 2. de constit. vbi Fel. num. 1. & seq.* † & dicitur etiam ius humanum & positiuum, quia ab homine positum & statutũ est, licèt à fontibus diuinis sit erutum, *capit. cum de diuersis. de priuil. in 6. & not. Io. Andr. Abb. & Card. in cap. vltimo, per illum text. de consuet. vbi Curt. in 5. not. est num. 176.* & licèt à spiritu sancto dicatur illuminatum, vt per Andr. Sicul. *in c. 1. de consti. nu. 47.* vbi dicit, quòd ideo qui obloquitur de hoc iure, dicitur obloqui de spiritu sancto.

3 ¶ Finis † autem & intentio huius iuris est, vt homo, qui est eius subiectum, vt habetur *in proœm. Decreta. & per Abb. in c. clerici. de iud.* dirigatur his suis regulis ad bonum, & honestum, quoad vitam hãc humanam, & ad sãlutem quoad diuinam, vt habetur *in d. proœm. Greg. vbi Abb. & per Ioan. And. in c. peccatum. in 9. colum. de reg. iur. in 6. & in c. quamuis. & cap. cum contingat. ibi, sine periculo salutis æternæ, de iureiuran. & in d. cap. vlt. de consuet. ibi, quanto diutius infelicem animam detinet alligatam, & in ca. vt animarum periculis obuietur, de constitu. & latè differit Fortun. de vltimo fine iur. num. mihi 18.*

4 *cum plur. seq. & nu. 70.* † Nam & aliàs lex non modò canonica, sed & ciuilis nutriens peccatum, non habet vim legis, *cap. vlt. de præscript.* nam nec etiam lex dici potest, cum de eius essentia sit ratio, *c. erit autem lex. 1. distin.* & ratio peccatum inducere non potest, *d. c. vlt. de consue.*

¶ Variant autem quandoque Canonistæ à Theologis:

5 † quia in ijs, quæ ad iudicia & beneficia spectant, statur potius Canonistis, quàm Theologis, & præferuntur Canonistæ Theologis, & etiam in pœnis temporalibus, etiam si sit materia vsurarum, vt habetur per Alex. *consil. 1. num. 34. & 36. & cons. 107. 2. volum.* nam quatenus spectat ad dubia orientia ex iure diuino, & naturali, hoc onus spectat ad canonum peritos, & ideo in hoc cedere debent eis Theologi. Quantum verò ad articulos & fundamenta fidei, & quoad hæreses, an quid sapiat hæresim, vel nõ, in his, & similibus standum potius Theologis, vt ibi per Alexan. & Dec. *consi. 111. num. 3.* quanquam Ant. Burg. *in ca. 2. colum. 2. de empt. & vendit.* dicat, quòd rarò vel nunquam differunt Canonistæ à Theologis; nam quando iura canonica volunt aliud seruari in foro contentioso, aliud in foro conscientiæ, vt habetur *in cap quicunque. 17. quæstio. 4. & in cap. inquisitioni. de sententia excommunicationis. & in ca. tua nos. de sponsal. & tradit Dec. in capit. culpa caret. nume. 11. de*

6 *regulis iuris.* † proprium autem huius iuris est imitari ius pretorium, id est æquitatem potius sequi quàm rigorem, *cap. dilecti. de iud. cap. studiosè, de pact. cap. sæpè, de restit spol. cap. dilecti, de foro compet. cap. 1. de dolo & contuma. c. vlt. de transact.* ideo consuetudo, quæ contrariatur huic iuri, ex hoc solo dicitur irrationabilis, & non valet, quia contrariando huic iuri dicitur contrariari naturali æquitati, ita Areti. *consi. 92. colum. 3. versi. tertiò confirmatur. & idem consi. 145. col. 2. cum plurib. concordan. de quibus per Craue. consi. 16. num. 5.* Et hoc iure non requiritur illa insensibilitas, quæ requiritur de iure diuino, sed tantum temperantia, *ca. nihil enim. de consecra. dist. 5. & c. ne tales. & c. legimus. ibi, verum est tamen, quòd hoc ius emanauit à veteri testamento & euangelico, c. ego. 9. di. c. qualiter, il grande. de accu.*

Iuris Canonici proprium.

¶ Quomodo autem differat à ciuili, & in quibus, in sequen. cap. diffusius pertractabitur. hoc autem loco videbimus, quod eorum prævaleat, & quando magis seruandum sit. Et primò sciendum, † quòd ius canonicum re-

7 spicit ius ciuile, vt anima corpus: nam, vt suprà dictum fuit, canonicum ius respicit etiam animam, cùm tamen ius ciuile principaliter respiciat vitam & humanã societatem, vt per Abb. post Calderi. *in præœ. Gregor. & per Ioan. And. in c. peccatum. de reg. iur. in 6.*

8 ¶ Prima ergo sit conclusio, † quòd in ijs, quæ spectant ius naturale & euangelicum non differt à ciuili, & quatenus differret, seruandum esset ipsum ius canonicum, vt in præscriptione cum mala fide, nam etiam de iure ciuili non procedet, quia & naturale ius & euangelicum repugnat, *cap. vigilanti. & ca. vlt. de præscript. & in regula, possessor, de regu. iur. in 6.* nam cum leges ciuiles per ora Principũ à Deo sint promulgatæ, & Principes & iudices potestatem habeant à Deo, contra Deum ipsum non potest stare lex, neque iudicium aliquod, *c. Iulianus. & c. qui resistit. 11. quæstio. 3. & per Bart. in l. vlt. C. si contra ius vel vtil. publ.* Et in istis quæ concernunt animę sãlutem, hoc ius seruandum est non modo in terris Ecclesię, sed etiam in terris Imperij, *c. nouit. de iudi. & d. c. fin. de præscript. & plura adducit Balb. in tract. præscrip. in secunda parte tertiæ partis, in septima q. num. 4. est in 16. Tomo car. 82.*

9 ¶ Quinimo lex vel statutum loquens de spiritualibus, puta de matrimonio, semper intelligitur & interpretatur secundum ius canonicum. Dec. *consi. 158. num. 2.* vbi etiam *numero 3.* quòd lex vel statutum loquens de gradibus, intelligetur secundum ius canonicum, non ciuile. Et quòd in ijs, quæ concernunt peccatum, stetur iuri canonico, tradit Bart. *in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccles. & in l. sequitur. §. si viam. vbi alij. ff. de vsucap. & per omnes in ca. ecclesiæ sanctæ Mariæ. de constit. & per Calcan. consi. 74. col. 9. post med. & pulchrè Alexand. consi. 69. col. 3. in 3.* vbi quòd in materia concubinatus, attẽditur ius canonicum, & tradit etiam Pet. de Ancha. *consil. 411.* Ex quibus infertur, quòd statutum,

10 † quòd bannitus possit impunè occidi, non valet hoc iure, quia nutrit peccatum, ita Hosti. & alij *in c. si. de consuet. & Bal. in l. 1. 2. col. C. si à non compe. iud. refert & sequitur Ias. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure, nu. 46. circa fi.* Et similiter videmus, quòd in causa iuramenti attenditur hoc ius; nam statutum & lex laicorum non potest tollere vires iuramenti constitutas à iure canonico, secus si sint constitutæ à iure ciuili, *vt not. omnes in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. & in l. omnes populi. de iusti. & iur. vbi latè Io. Bapt. de S. Seue. num. 38. & 39.* & cæteri omnes sequuntur, concludentes non valere statutum, quòd cõtractus factus cum minore etiam iuratus non valeat, *& not. omnes Cano. in ca. quemadmodum. de iureiuran. & in c. cum contingat. eod. titu.* Et

ideo

ideo in feudis,quando discordat à iure ciuili, hoc est seruandum propter iuramentum fidelitatis,quod interuenit in inuestituris feudorum,*Felyn.in ca. ecclesia sanctæ Mariæ.de constit.num.54.*

¶ Secunda conclusio ex prædicta etiam descendit,fa-
11 uore scilicet animę,†quòd relicta ad pias causas iudicanda sunt secundum ius canonicum,non ciuile,vt tradunt omnes*in c.relatum.de testamen.il primo.& idem tenuit Bart.in l.1.colum.1.in lectu.& in repe.col.vlt.vbi etiam omnes.C.de sacrosanct.eccle.& Imola in l.illa institutio.col.24.ff.de hæred.insti. Alex.& Corn.in l.captatorias.C.de testam.mil.& consuluit Pet.de Anch.consi.25.videtur prima facie.in prin.& Sozi.consi.53.in præsenti consultatione.col.vlt.& Fely.etiam in c.in causis. col.1.de testi.& per eundem in ca.ecclesia sanctæ Mariæ,nu.59. de constit.vbi loquitur de miserabilibus personis.*

12 ¶ Tertia conclusio,†quòd in his,quę concernunt damnum & libertatē ecclesiæ, statur iuri canonico, vt per Iaso.*in l.& generaliter.§.cum autem.col.2.C.de insti.& substit. tradit Panor.in c.nuper.ante fin.de testi.& Fely. in c. super eo.col. 2.eo.tit.& Bald.in rubrica de constit.num.2.3.4.* quia nulla lex valet cōtra libertatem Ecclesiæ etiam circa res proprias, vt declarat Pet.de Ancha.*consi.11.12.& 13.*& per Curt. latè *in repe.cap.vlt.de consuetu.num.455.& plur.seq.* vbi etiam declarat,quę dicantur contra libertatem ecclesiæ,vt etiam facit Igne.*in l.1.ff.ad Syllani.in prin.num.37.& sequ.*Et ex hoc
13 infertur,†quòd leges vel statuta disponentia,quòd quis possit extrahi ab ecclesia,non valent, quia tollunt immunitatem & libertatem ecclesiæ,vt tenent omnes *in l.fideli. C.de his,qui ad eccle.confug.& habetur in c.1.cum duobus sequ. in 10.dist.vbi Archi.& not.etiam in c.vlt.de sol.& in c.1. de oper. noui nunc.& in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de constit. & per Ioan. Fabr. in §.sed hoc tempore.Insti.de his,qui sunt sui vel alie.iur. & Ale.sequitur consi.145.viso themate.nu.4.in 7.*

14 ¶Quarta est conclusio,†quòd vbicunq; ius canonicū expresse non iubet,aut prohibet, sed tantùm excitat officium iudicis,vel consulit,tali casu in foro ciuili nō seruabitur ius canonicum,sed ciuile, si contrarium eo iure disponatur,vt videtur in pulchro casu consuluisse Aret. *consi.48.reuocatur in dubium.in 2.col.versic.2.principaliter.* vbi
15 concludit,†quòd licèt de iure canonico spurijs debeantur alimenta,*c.cum haberent, extra de eo qui dux.in matrimo. quam pol.per adult.*tamen quia ille text.excitat tantum officiū iudicis, non seruabitur in foro seculari, ex quo iure ciuili expresse prohibita sunt alimenta, *auth. ex complexu. C.de inces.nup. auth.licet. C.de natural.lib.idem tenet Imo.in l. Lucius.§.1.ad fi.ff.de lega.1.& Alex in l.1.in 5.col.ff.solu. matri.& consi.74.circa primum,in 5.vol.& sequitur Galiau.in repe. rubricæ,ff.de verbo.oblig.num.17.* & idem vltra eos videtur tenere Bald.*in d.auth.ex complexu.*Verum tamen est,quòd in contrarium videtur communis opinio in specie in casu alimentorum proposito per Aret. nam cōtra tenuit, quòd scilicet imo alimenta debeantur etiam in foro seculari. Præpos.*in d.c.cum haberent.& Ang.de Aret.in §.vlt. Insti.de iure natur.& in tracta.de testa.in versi.item reliquit filio spurio.& Pet.de Vbal.in tract.de suc.ab intesta.vers.sequitur quarta.& Sozi.consi.161.pro decisione.col.1.* super quo casu etiam consuluit Thom.Doctius,vt refert Io.Bap.de S.Seue. *in l.frater à fratre.ff.de cond.inde.in 19.q.est mihi num.98.& seq.*qui ibi nil firmat:sed cum vltimo loco referat opi. Areti.videtur illam sequi:idem tenuit Abb.contra opi. Areti. *in consi.50. & in consi.95.in 2.quem refert & sequitur etiam Dec. in c.ecclesia sanctæ Mariæ.num.30.de constit. & consi.611. Magnificus Pandulphus.& in c.clerici.nu.2.de iudi.& Alcia.in rubrica, de verb.oblig. nu.12.ver.sed ista responsio. Et idem quoque vltra eos tenuit Paul. consi.5.in 2.col.1.vol & Guido Pa.consi.115.& Ias.consi.26.1.volu. & per Corse.in singula.in ver.Spurius.& per Hipo.sing.358.* & est ratio,quia negare alimenta,est necare: sed necare est peccatum,ergo seruādum hoc ius,quod tollit peccatum etiam in foro ciuili.

¶ Ex quo constat, quòd hæc conclusio supra firmata, quòd vbi ius canonicum consulit vel excitat, tamen nō est necessario seruandum in foro ciuili: nam quanquam in exemplo proposito alimentorum spurij, communis sit contra Aret.tamen id est,quia etiam si non esset ius canonicum,tamen esset ius naturale, quod idem dictaret & peccatum quoque permittendo filium fame mori:ergo cessantibus istis rationibus, vera remanebit conclusio.

16 ¶Quinta conclusio,†quòd sæpe ius canonicum tollit dubitationem iuris ciuilis, quo casu attēditur ipsum ius canonicum etiam in foro ciuili, *vt est gl.in c.per venerabilē. qui fil sint legi.& in c.licet ex suscepto.de foro compet.prout sustulit c.super literis.de rescrip.dubitationem Legistarum,in l.præscriptione.C.si contra ius,vel vt il.pub.*& tex.*in c.quamuis. de pact.in 6.*sustulit dubitationem Legistarum, *in le.pactum quod dotali.C.de colla.& not.etiam in l.priuilegium.C.de sacrosan. eccle.* nam vbicunque aliquid non est clarè decisum de iure canonico vel ciuili,&altero iure decisum reperitur,illi stabitur in vtroque foro,*vt habetur in locis prælegatis, & in c. 1.& 2.de oper.noui nunc.& in c.at si clerici de iudi. & in c.vlt. de secun.nupt.& declarat Ias.in l.1.ff.de officio eius, num.63. versi.2. principaliter.*qui autem sint canones, qui tollunt dubitationes iuris ciuilis,vide per Fely. *in ca.ecclesia sanctæ Mariæ. de constit.num.49.*

17 ¶ Sexta cōclusio est,† quòd canonicum hoc ius rigori innitens vincitur à ciuili, quod æquitati innititur etiam in ijs,quæ spectant ad ipsum ius canonicum, hoc tradit Archid.*in ca.quod à patribus.75.dist.*inferens ibi, quod licet de iure canonico dies incipiat à vesperis, de iure autem ciuili à media nocte,*l.more Romano.ff.de fer.* si clericus iurauerit dare decem intra diem,si dat elapsis vesperis, nō Dies.
dicetur periurus. nam licet iuramentum sit quid spirituale,&clericus persona ecclesiastica,intelligemus tamē hoc casu diem secundum ius ciuile,quod ęquitati in hoc innititur,& pro hoc facit etiam tex.*in c.eos.50.dist.*

18 ¶Septima conclusio,†ꝙ omnes leges ciuiles fauorabiles, & æquæ,censentur approbatæ à iure canonico,si expresse non sunt reprobatę,vt docet Abb.*in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.in 4.colum. versicu. tertius casus.* vbi inquit, quòd quando lex ciuilis est generalis,rationabilis,& fauorabilis,si non contradicit canonibus, seruabitur etiam quoad clericos,quod etiam dixit *in d.c.1.de noui oper.nuncia.*vbi dixit, quòd causa ecclesiæ debet decidi per ius ciuile in defectum canonum,per illum tex. *& in c.si adiutorium.10. distinct.*nam & leges ciuiles sunt per ora Principum diuinitus promulgatæ,*c fin.6.q.3.* nam vt dicitur *in capit. super specula.de priui.* sana ecclesia legum secularium nō respuit famulatum,quæ æquitatis,& iustitiæ vestigia imitantur. quæ tamen omnia intelligit Dec.*consil.675.consuluit, num. 4.*procedere in profanis & temporalibus: secus in spiritualibus,pro quo licet ipse non alleget, facit not. consil. Petri de Ancha.*consi.18.in quæstione,*vbi consuluit,quòd licèt statuta laicorum sint generaliter approbata per constitutionem synodalem,tamen talis approbatio generalis intelligetur de rebus & causis profanis, non spiritualibus,vt ibi per eum. Item conclusio ista, quòd leges ciuiles censentur approbatæ per ius canonicum, nisi contrarium expresse sit dispositum procedit circa personas laicas, secus circa clericos. nam licèt lex permittat bannitum impunè offendi, non tamē intelligetur ideo permissum offendere clericum bannitum, nisi hoc per ius canonicum sit expresse approbatum vel sancitum, vt videtur approbare glo.*in cap.satis peruersum.56.distinct.*& no. etiam Hostien. *in cap. nuper. de sententia excommun.* vbi dicit,quòd licèt de iure ciuili debitor fugiens capi potest, non tamen poterit capi clericus,licèt debitor,& in fuga, nisi hoc expresse per ius canonicum caueretur. quod tamen vltimo loco dictum intelligendum est, quòd non potest capi, vt ducatur ad iudicem secularem, sed bene vt ad episcopum vel aliū ipsius iudicem ecclesiasticum, vt tradit Ioan.And.& cæteri *in ca. cum non ab homine. de iud. & Archid.in c.Abbates.18.q.2.& Host. & Ant.in ca.si verò.de senten.excommu.& Imo.in c.lator de pign.& Abb. in cap.vt famæ.de sentent.excommun.& Imola in cap.1.depos.& Cardin.& Imola in*

19 *clemen.1.de offic.ordin.* † Imò & clericus delinquens potest capi à laico, siue sit iudex, siue priuatus, vt præsentetur suo iudici, quando timetur de fuga, vt per Innoc. *in d.c.si verò.de sentent.excomm. & Card. & Imola in d.clem.1.* qui assignant rationem, quia in excommunicationem non incurritur, nisi pro peccato mortali, *c.nemo.11.q.3.* sed capiēs clericum criminosum non peccat, quia facit hoc autho ritate legis saltem ciuilis, *l.capite quinto, de adul.iūcta l.Gracchus.C.eo.tit.* quæ non sunt expresè correctæ per ius cano nicum. quod etiam tenuit Ang. *in l.si quis in seruitute. ff. de fur.* & Panor. & Aret. *in d.c.cum non ab homine.*

20 ¶Et pariter ex præmissis infertur, † quòd omnes leges ciuiles inductæ ob publicam vtilitatem & pacificum viuentium statum seruandæ sunt etiam in foro ecclesiastico, & comprehendent etiam clericos, nisi contrarium sit à iure canonico dispositum, quia omnes debent adiuuare legem pro publica vtilitate conscriptam, *arg. c.non infe*

21 *renda.21.q.3.* † & ideo leges permittentes rebelles impunè à quocunq; occidi, *l.3.§.vlt.ff.ad l. Cor.de sicar. & toto tit. C. ad l.Iul.ma.* comprehendent etiam clericum rebellē, si ful ciatur Apostolica authoritate, vt possit impunè occidi à laico, quia concernit publicam vtilitatem & quietem societatis humanæ, & ideo consuluit Ruy. *consi.4.vol.5.* proponitur quòd illustris. Dux Vrbini iure potuerit occidere Cardinalem Papien. & legatum Bono. tanquam rebel lem & proditorem summi Pontificis, ex rationibus prædictis.

22 ¶Octaua conclusio, † quòd leges ciuiles approbatę expresè à iure canonico & canonizatæ ligant vtroq; foro, & est ratio, quia plures sunt transcriptæ in Decreto, quæ sunt contrariæ iuri canonico, *vt l.1.C.de famo.libel.* quę registratur *in c.si quis famosum.5.q.* quæ imponit pœnam mor tis contra conficientem famosum libellum, & tamē certum est, quòd ius canonicum etiam pro homicidio non infligit pœnam corporalem, *c.sententiam.ne cler.vel mo.* & quòd non puniatur quis pro famoso libello pœna sanguinis, habetur in tota illa q. & per gl. in summa eiusdem q. illæ autem intelligūtur approbatæ & canonizatæ, quæ in canonibus & constitutionibus, sunt insertæ Pontificum, non autem omnes, quę per Gratianum in corpore Decreti sunt transcriptæ, vt per glo. *in c.in primis. 2.q.1. & in c.super eo.vbi Abb.de testa. & in c.1.de testib. & in c.1.de reb.eccles.non alien.in 6.in ver.tractatus, circa med. vbi Gem.not.sequitur Ias.in l.1.col.9.C.de summa Tri. & idem voluit gl. in c.1.de except. & in c.2.de rescript.vbi Fely.nu.48. & Card.in clem.1.6.col. de sequest.poss. & fruct.sequitur Fely.in ca.cum causa.num.11. de re iud. & idem in c.ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.num.38. versi. & ista limitatio. & Præpos.in c.si quis.§.1.ad fi.2.q.7. & Federi consi. 76.Domino auditori. & Parpal.in l.placet.num.1. C.de sacros. eccles. & Ripa in l.1.ff.si cert.pet.num.67. & est glo. in c.forus.ad fi. in ver.fœmina.de verb.sig.* Quæ autem sint leges ciuiles, quæ à canonibus allegantur, atq; ideo approbantur, vide plu res enumeratas per Fely. *in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.num.37.versi. & hinc est.* ornatur enim ius canonicum à ciuili, & è contra, vt per Bal. *in rubri.Decretal.nu.2.* Ad quæ

23 notandum, † quòd si aliqua lex ciuilis canonizata & approbata à Canon. foret postea abrogata ab Imperatore,

Abrogatio legis.

non tamen ideo censeretur abrogata etiam hoc iure, sed imo ea seruanda foret, secundum glo. *in c.in primis.in versi. lex Cornelia.2.q.1.quam sequitur Abb.in c.1.de præsump. & Imola in c.secundo, de rescript.sequitur Felyn.in c.1.de constit.num.22. circa prin.vbi etiam Andr.Sic.idem tenet, num.35.* ligant autem hæ leges ciuiles approbatæ hoc iure etiam clericos, non quia ciuiles sunt leges, sed quia per confirmationem dicuntur factæ canonicæ, vt not. *in c.1.de regu.iur. & in c.1.de noui operis nunciat. & in c.secundo, de despon.impu. & in capit.vt inquisitionis, de hæreti. in 6.* ea enim nostra facimus, quibus authoritatem nostram impartimur, *vt in leg.1. Cod. de vet. iuris enucl.*

24 ¶Nona conclusio, † quòd vbi nō imminet peccatum, lex ciuilis disponens de profanis seruāda in terris Imperij, & lex canonica contrariū disponens seruanda in terris Eccleſiæ, *vt in c.per venerabilem.qui fil.sint legit. & in c.1.de noui oper.nun. & in c.vlt.de præscript.glo.in c.quod clericis. de foro compet.vbi Maria.Sozi.circa fi. & probatur in cap.si duobus. de appel.sequitur Abb.in c.licet ex suscepto, de foro compe.* Et in spe cie quod in puniendis delictis sit seruandum ius canonicum in terris eccleſiæ, non ciuile, etiam contra laicos, consuluit Cuma. *consi.154.visis in inquisitione. nu.1.* nam regula est generalis, quòd in terris eccleſiæ seruandum est ius canonicum, sicut è contra ciuile in terris Imperij, vt per Alex. *in consi.145.viso themate, num.3.in 7.* sicut etiam dicimus, quòd in materia profana stamus iuris ciuilis prudentibus, sicut in spiritualibus Canonistis, vt habetur *in d.c.1.& 2.de noui oper.nun. & Ioan.And.in c.relatum.in fi. de offi. delega.* & dixit Anto. *in c.clerici.de iud.* quòd non debet pudere Canonistas consulere Legistas in materia ciuili, sic & è contra, & refert Alex. *in l.si prius.in fi. in apostil. ff. de noui oper.nun.* & idem quoque dixit Anto. *in c.Raynutius, de testa. & in rubri.de precar.* vbi idem dicit Andr. Sicu. quod dicit bene notandum contra quosdam laudantes ponere os ad consulendum in materia, quam nunquam nisi superficialiter viderunt. Ideo dixit Gemin. *in c.statutum. il 1.su-*

25 *per glo.in ver.copia. de rescrip.in 6.* † quòd si iudex eccleſiasticus in causa merè eccleſiastica assumit assessorem Docto rem in iure ciuili tantum, potest suspectus allegari. Et quòd in terris eccleſiæ hoc ius sit seruandum, & in terris Imperij, lex ciuilis, tradit Alex. *in apostil ad Bar. in l priuilegia. C. de sacrosan.eccle. Fely.in c.in causis.2.no. & in c.fraternitatis.colum.2. & in c.testimonium.col.3. de testi. Barb.consi.13.col.3. in 1.Alex.in l.1.ff.sol.mat.colum 6. & consi.167.in fin. & consi.92. in quarto. & Panorm.in c.clerici.colum.1. de iudi. & in c.quod clericis. de foro compet. & consi.94.in 4.dubio, 2.volum. Areti. in ca. decernimus. de iudi. & etiam consi.48. & Perusi. in pro mio de testam. in 6 & Barba. in c.1. de constit num.99. vbi etiam Fely. num.*

26 *38.* † Et ideo laicorum statuta in terris eccleſiæ contra ius canonicum, non valent, *argum.c.quod super his, de ma. & obed vt tenet expresè Rom.in l.1.ff.de iurisdict omn.iud & sequitur Seuer.in l omnes populi, de iust. & iur.num.47.circa fin.versi. Dominus Ludo. de Roma.* Et similiter dixit Bald. *in l.1.C.qui bo. ced poss.* quòd statuta laicorum in terris eccleſiæ recipient interpretationem à iure canonico, & in terris Imperij à iure ciuili, sequitur Ancha. *in ca.canonum statuta. de constit. in 24.q.prin.* contrarium tamē in hoc tenuit Bal. *in l.si non dum.C.de fur.* vbi voluit, quòd statutum puniens sacrilegium, intelligatur de sacrilegio secundum ius canonicū, non secundum ius ciuile. Quam contrarietatem conciliat Seuer. *in d.l omnes populi. de iust. & iur.num.104.* hoc modo, quòd scilicet in materia canonica interpretabuntur secundum ius canonicum, in ciuili autem secundum leges ciuiles. In materia verò indifferenti in terris eccleſiæ interpretabuntur secundum ius canonicum, in terris Imperij secundum ius ciuile. Eadem quoque ratione reſcriptum Papæ interpretandum secundum ius canonicum, non ciuile, vt per Ioan. *in c.cum dilectus. de iure patron. & in c.cum olim. de verb.sign. et in regula, contra eum, de reg. iur. in 6. in Mercur. et tradunt Doct. in c.causam, quæ. de rescrip. et sequitur Ias. in l, vlt. ff. de constit. prin. nu.36.*

27 ¶Decima conclusio, † quòd si causa laicorum tractatur in foro eccleſiastico, seruabitur hoc ius circa ordinē iudicij, ita pulchrè Anto. *in c.quod clericis. de foro compe.* sicut è contra in foro seculari attendentur leges ciuiles circa ordinem iudicij, etiam cōtra clericum, Bart. & omnes *in l.3.§.fi. de test. et per Bar. in l.1.versi.6.quæro. C. de summa Trin. et sequitur consulendo Cuma. consi.139. P. Laicus. colum.2. et latè tradit Calde. in sua dispu. incip statuto ciuitatis cauetur. et per Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de constit. in rubri. et Pet. de Ancha. in c.ea, quæ. de reg. iur. in 6. et etiam Cald. consi.11. in tit. de constit. et Card. consi.144. statuit ciuitas. et Bald. consi.14. Casus, 1. volum. in antiq. et Abb consi.33. præsidio. in 2. volum. et not. etiam Archid. in c.non ita.2.q.6. et sequitur Crot. in repet. l. omnes populi. de iustit. et iu. num.19. versi. secunda si statutum, et plura addit Dec. in d. ca. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. num.42. et seq. vbi etiam Felyn. num.56.*

¶Vndeci-

28 ¶ Vndecima conclusio, † quòd deficiente iure canonico, iudex ecclesiasticus debet potius sequi ius ciuile generale quàm consuetudinem specialem laicorum, vt est gl. *in c. consuetudo. 1. dist.* quod intelligendum est procedere, quando extaret consuetudo laicorum tantùm, secus si esset etiam clericorum, *c. cum venissent. de eo qui mit. in possess. & Dec. consi. 675. num. 4.*

29 ¶ Duodecima conclusio, † quòd in dubio attendendũ potius ius canonicum quàm ciuile, vt per plura concludit Fely. *in c. 1. de consti. num. 38.* Hoc enim ius ratione causæ efficientis & ratione subiecti dignius est, vt per Host. *in summa sua, colum. 6 & 10. & per Iser. in proœm. feud. q. 1. col. 4. &*
30 *seq. & q. 16. col. vlt.* Et ideo † quando allegantur simul & canones & leges, debẽt semper præmitti canones, vt inquit Panor. *in c. inter alia. 2. no. de iure immu.* ideo videmus, † ꝙ li
31 cet consuetudo decennij sufficiat ad tollendum ius ciuile, vt tradit Bart. *in l. de quibus, in 2. q princ. versi. tertio videamus. ff. de legi in 2. lect. vbi etiam illum sequitur Ias. col. 11. vers. secunda est opinio. & Cur. iun. consi. 42 col. pen.* tamen consuetudo cõtra ius canonicum requirit spatium 40. annorum, *vt ibi per eos, & per omnes in c. fi. de præscript. & per Alex. consi. 5. col. 3. in 5. & Aret. consi. 44. post prin. vers. secunda conclusio.* Imo nõ valet cõtra hoc ius, quia prẽsumitur irrationabilis, vt per Ias. *in d. l. de quibus. num. 43. 44. & 48. & per Crau. cons. 96.*
32 *num. 3.* † quanquam ad promouendum aliquem ad insignia doctoratus in iure ciuili requiruntur anni 7. in iure verò canonico anni quinque, vt per Abba. *in proœm. Gregor. num. 18.*

33 ¶ Quinimo † prævalebit hoc ius, etiam si generaliter loquatur, & ius ciuile specialiter, vt tradit Dec. *in ca. intimasti. de appell. num. 7.* Imperatores enim non dedignantur sacros canones imitari, & illis parere, *vt in §. vlt. in auth. vt cler. apud propri. Epis.* Et ideo sæpe hoc ius corrigit ciuile, *vt in c. super literis. de rescrip. in c. filius. c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testa.* & rarò quando vult ius canonicum corrigere, vel alterare ius ciuile, de eo mentionem nõ facit, *vt dicit Barba. cons. 71. sapienter. colum. 9. num. 13. in 2. vol.*

## CAP. XIX.

## *Canonici iuris differentia à iure ciuili circa delicta, & eorum qualitatem.*

### SVMMARIVM.

1 *Canonicum ius delicta multa impunita relinquit, quæ tamen à Deo vindicantur.*
2 *Delictũ minus, iure Canonico permittitur, vt maius euitetur, vbi exempla ponuntur.*
3 *Occidere aliquem pro suarum rerum defensione quanquam de iure ciuili laico liceat, clerico tamen non licet nisi percutere.*
4 *Duellum de iure ciuili permissum, cur de iure Canonico puniatur, consuetudoq; in contrarium non valeat, & quid de hastiludijs, & torneamentis.*
5 *Aggressus aggressorem occidens, de iure ciuili non delinquit, de iure verò Canonico, vt homicida punitur.*
6 *Filius patrem pro defendenda patria de iure ciuili, non autem canonico, impunè occidit.*
7 *Clerici etiam contra infideles arma suscipere non possunt.*
8 *Patri filiam et adulterum in adulterio deprehensos, de iure ciuili occidere, non autem canonico licet, vbi de ratione differentiæ.*
9 *Concubinatus licet de iure ciuili admittatur, non ita de iure canonico.*
10 *Periurus cui à parte iudiciale iuramentum delatum est, quomodo de iure canonico puniatur, cùm de ciuili solum Deum habeat vltorem.*
11 *Seruus vitam suam vitæ domini præferens, secundum ius ciuile punitur.*
12 *Viduæ intra annum nubens, de iure canonico nulla pœna punitur, licèt secus de iure ciuili.*
13 *Iniuriarum actio de iure ciuili ad hæredes, neque contra eos transit, secus secundum ius canonicum, & ibi de ratione.*
14 *Transire per agrum alterius, & comedere fructus pro vsu tàmen necessitatis de iure canonico conceditur, non autẽ ciuili.*
15 *Hæres ex delicto defuncti secundum Canones semper tenetur, licet secundum leges ciuiles post litem contestatam teneatur.*
16 *Ludus conuiuij gratia, iure ciuili non prohibetur, de iure tamẽ canonico secus.*
17 *Delicto obuiare, licèt secũdum leges ciuiles nemo, nisi potestati subiectus, teneatur; secundum tamen canones quilibet extraneus astringitur.*
18 *Delicta omnia sunt publica quoad accusationem secundum canones, secundum leges verò, non nisi quædam.*
19 *Sors de canonico iure semper prohibita est, de ciuili verò pluribus casibus permittitur.*
20 *Animum magis punit ius canonicum quàm ciuile.*
21 *Raptor à iure ciuili punitur, etiam si cum rapta matrimoniũ contraxerit, cur non ita de iure canonum. & nu. 23.*
22 *Plures vnum vulnerantes, pluribusq; vulneribus occidẽtes, & si is vulnere vnius perierit, vt homicidæ iure canonum omnes puniuntur, de ciuili verò is tantùm qui occidit tenetur.*
24 *Abortus indistinctè de iure ciuili punitur, de canonico vero distinguitur, an partus viuat vel non.*
25 *Delictorum species plures à canonico iure inuentæ, quæ ratione subiecti de ciuili non sunt, & quæ.*

PRimo sciendum, multa delicta vno iure impunita
1 relinqui, quæ alio puniuntur: † nam & hoc ius multa delicta impunita relinquit, quæ tamen vindicantur à Deo, vt inquit August. *libro primo de libero arbit. sequitur Ioan. Andr. in regula peccatum de regulis iur. in 6. in Mercur.* & Thom. *secunda secundæ, quæst. 96. artic. 2. in fin.* vbi assignat rationem inquiens, non potest omnia punire, quia si omnia puniret, forsan contemneretur ab omnibus, sicuti dicitur Prouerb. *capitu. 30.* qui nimis emungit, elicit sanguinem, *quod est relatum in cap. nisi cum pridem. de renun. & in cap. denique. 4. distin.* non igitur omnia vitia punienda, sed maiora tantùm, & præcipuè, quæ societatem humanam corrumpunt.

2 ¶ Hoc quoque † iure minus delictum aliquando permittitur, vt euitetur maius: nam permittitur adulteriũ, vt euitetur homicidium, *capit. si quod verius. 33. quæstio. 2. & probatur prædicta conclusio in ca. veniens. qui cler. vel vo.* vbi permittitur potius inobseruantia voti, quàm fornicatio, *& in cap. hi, qui. 26. quæstio. 2.* tolerantur sortes sumptæ ex Euangelio, potius, quàm consultatio dæmonum, *& in cap. considera. 22. quæst. 1.* Toleratur iuramentum potius, quàm idololatria: *& in ca. denique. 4. dist.* permittitur esus carniũ & crapula, ne peiores efficiantur, vt ibi dicitur, quod ius ciuile sæpe permittit, cùm scilicet permittit bannitum impunè occidi, vt euitetur perturbatio totius ciuitatis, ne scilicet tot banniti multiplicarẽtur, qui ciuitatem, & regnum perturbarent. Dura hęcsẽ tẽtia & prope impia: neq; hoc ita D. Augustin. voluit, sed cum vir adulteram coniugẽ haberet, cõsuluit August. velut Theologus, vt potius diuerteret & aliã vxorẽ duceret, qđ largo nomine ille adulterium appellat, quã cõiugẽ adultẽrã priuatus diu post factum interficeret. is verus sensus est d. cap. si quod veriꝰ. sic etiã matrimonium vnius adulteriũ dictũ est à Seneca 3. de Benefic. 16.

3 ¶ Licet autem de iure ciuili † liceat laico occidere aliquem pro defensione rerum suarum, *leg. 4. ff. ad leg. Aquil. & l. furem nocturnum. ff. ad leg. Cor. de sicar.* non tamen sic licet clerico, *cap. suscepimus. de homic. vbi glo. & in c. si perfodiens. eod. tit. & not. Abb. in cap. 2. & ibi etiam Ioan. de Ana. de homic. & Innoc. in cap. olim. de restit. spol.* & per Angel. *in l. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi.* vbi dicit, quòd clerico licebit percutere pro defensione rerum suarum, sed non occidere, licèt Ioan. de Ana. *in dict. cap. 2.* dicat posse defensari, quòd etiam de iure ciuili non liceat occidere: nam iura suprà allegata loquuntur, quando telo se defenderet, quo casu non tantùm bona sua diceretur tueri, sed etiam vitam. sed tamen communis est in contrarium, & verior est, quia text. *in dict. l. 4. quæ incipit, itaque, ad l. Aquil.* dicit, legem 12. tabula. permittere occidi furem nocturnum, etiam si telo se non defendat: diurnum verò ita demum, si cum telo se defendat, ergo in nocturno non potest considerari defensio vitæ suæ, de quo tamẽ latius infrà commodiori loco differemus.

4 ¶ Similiter † licet duella de iure ciuili sint permissa saltem ex causa, & cum licentia superioris, *vt per Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. in 7. q. in fi. vbi etiam Iason colum. 4. & ibi Claud. de Seysel. & per Dec. consi. 487. in quæstione, & consi. 686. Magnificus D. Pyrrhus.* attamen de iure isto nullo casu est permissum, quinimo, vt delictum punitur; *c. 1. & 2. de cler. pugn. in duello, & c. vlt. de purga. vulg. & in c. monomachiam. 2. q. 4.* adeo, quòd consuetudo etiam in contrarium non valet, vt per Host. *in summa d. titu. de cler. pug. in duello, & per Alber. in l. hac actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad l. Aquil. Spec. in tit. de accusa. §. sequitur. versi. sed quid si. A. fuit à B. publicè interfectus, & per Bald. in c. 1. de pace tenen. col. 6. & per Oldr. consi. 191. nullo modo.* & hoc ea tantùm ratione, quia lex ista abhorret sanguinem quoquo modo effundendum, quod etiam idem dicitur de hastiludijs, & torneamẽtis, in quibus mors interuenire potest, *toto tit. ext. de torneamen.* quę tamen de iure ciuili sunt permissa, *l. Septitia. & l. Imperatores. ff. de pollici. & toto tit. C. de specta. & de expen. ludorum. lib. 11. & per Iac. Rebuff. & Luc. de Pen. in l. 1. C. de gladia. lib. 11.* & ideo vbi essent talia hastiludia, & torneamenta, in quib. à communiter contingentibus non posset sequi mors aut sanguis effundi, non diceretur delictum, vt per plura concludit Zanetti. *de differen. inter ius ciuile & canonicum, differentia 99.*

5 ¶ Et pariter † licèt de iure ciuili aggressus nõ teneatur fugere, & si interficiat aggressorem, excusatur, nec dicitur delictum committere, vt per Bart. Bal. & omnes, *in l. 1. C. vnde vi. & in l. vt vim. ff. de iust. & iur.* quia dicitur interfeciſſe pro defensione honoris sui, qui læsus fuisset, si aufugisset: *l. item apud Labeonem. §. 1. ff. de iniur.* tamen de iure canonico tenetur aufugere, & si non aufugit, & interficiat, dicitur homicida, & punietur pœna homicidæ, vt per Imo. *in clem. 1. de homic.* quia hoc iure melius est pati læsionem aliquam famæ, quàm acriter in hominẽ exardescere, vt inquit text. *in c. suscepimus in fi. de homi. vbi plenè Ioan. de Ana. & Abb. in c. significasti. de homic. sequitur Zaneti. in diffe. iur. ciu. & cano. differen. 89.* & hoc eadem ratione, de qua suprà, quia hoc ius abhorret sanguinis effusionem.

6 ¶ Hinc quoque est, † quòd licet pro defendẽda patria possit de iure ciuili absq; scelere filius patrem occidere, *l. minime. ff. de relig.* tamen secus est de iure canonico, quo nunquam sanguinis effusio permittitur, *ita gl. in c. suscepimus. de homic. & in c. significasti. eo. tit.* quod intellige in filijs
7 clericis, † quia etiam contra infideles clerici nõ possunt arma suscipere, secundum glo. *in d. c. suscepimus. & c. qui paganum. 50. dist. & sequitur Zane. de diffe. iu. cano. & ciui. diffe. 107.*

8 ¶ Sic & † licet de iure ciuili liceat patri filiam & adulteram in adulterio deprehensos occidere, *l. nec in ea. & l seq. ff. ad leg. Iul. de adult. l. Gracchus. C. eod.* tamen hoc iure secus est, *c. inter hæc. 33. q. 2.* vbi assignatur ratio, quia sancta Dei ecclesia, mundanis nunquam constringitur legibus, & gladium non habet, nisi spiritualem, quo nõ occidit, sed viuificat. nam ius canonicum obseruat ad vnguem & exactè præceptum illud Dei, Non occides: de quo *in c. si non licet. 23. q. 5.* & ideo nemini permittitur occidere, nisi iudici pro iustitiæ exequutione, *cap. cum homo. 23. q. 5. & capit. si homicidium. & tenet gloss. in dict. capit. inter hæc. & Ruy. consi. 4. num. 5. in 5. volum.* ac etiam pro defensione necessaria vitæ suæ.

¶ Et sic ex præmissis hæc patet prima differentia circa delicta, quod scilicet licet ius ciuile in pluribus casibus permittat homicidium, nunquam tamen permittit hoc ius, *vt dictum est.*

¶ Secunda differentia, quòd hoc ius nunquã permittit, quod lege diuina prohibitum videtur, atq; ideo peccatum inducit, dato quòd à iure ciuili sępè concedũtur,
9 † vt in concubinatu, qui de iure ciuili admittitur, *vt toto tit. ff. & C. de concub. & in §. vlt. Insti. de nupt.* & tamen de iure canonico, & cõcubinatus, & omnis coitus præter matrimonium prohibitus est, vt habetur *in c. tãta. qui fil. sint leg. & in c. recurrat. §. his ita. 32. q. 4. & c. nemo sibi. ead. cau. & q.* & ideo hoc iure concubinæ clericorum venduntur ab episcopo, & clerici concubinarij pro tempore relegãtur ad pœnitentiam, *c. quicunque. 81. dist.*

10 ¶ Sic & † licèt periurus, cui à parte delatũ est iuramentum iudiciale, iure ciuili non punitur, sed solum Deũ habet vltorẽ, *l. 2. vbi omnes. C. de reb. credi.* at isto iure punitur, quia prohibetur à testimonio, & quadraginta dies in pane & aqua, & septem annos sequentes debet pœnitere, & nunquam etiam sine pœnitentia, *c. constituimus. 3. q. 5. & c. quicunq; 6. q. 1. & c. qui sacramento. 22. q. 4.*

¶ Tertia differẽtia, quia hoc ius sequitur magis ius na-
11 turale, quàm ipsum ius ciuile sequatur: † nam de iure ciuili seruus punitur, si prẹfert vitam suam vitę domini rei sui, *l. 1. §. eodem autem tecto. & per tot. tit. ff. ad Syllan.* & tamen de iure canonico hoc nõ esset delictum, neq; puniretur, quia eo iure seruatur illud ius naturæ, *de quo Matth. c. 7. & in c. 1. 1. distin.* quo prohibetur quis alteri facere, quod sibi
12 nollet fieri. † Similiter de iure ciuili mulier vidua nubẽs intra annũ luctus efficiatur infamis, *l. 1. & auth. ijsdẽ pœnis. C. de secun. nupt.* neq; valebit secundũ matrimonium intra dicta tempora, *vt in auth. de restit. & ea, quæ parit. §. vlt. & in l. liberorum. §. 1. & per totum. ff. de his qui not. infa.* hoc tamẽ iure nullum est delictum, & ideo nulla punitur pœna, *c. penul. & vlt. extra de secun. nupt. vbi omnes not.* & istud exemplum potest cadere sub præcedenti fallentia iuris diuini, quia hoc exemplum innititur authoritati Apostoli, vt habe-
13 tur *in d. iure.* Sic etiam † licet de iure ciuili actio iniuriarũ non transit ad hæredes, neque contra hæredes, *l. si eum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis caut.* & tamẽ de iure canonico transit, vt habetur *in cap. in literis. de raptor.* & est ratio, quia hoc iure damna omnino sunt resarcienda ex præadducto iure naturæ, vt quodcunque sibi voluerint homines fieri, vel noluerint, id alijs faciant, vel non faciant, & ne quis
14 cum alterius iactura locupletaretur. † sic & licet de iure ciuili non liceat transire per agrum alterius, & comedere fructus, *l. per agrum. C. de serui. & aqua.* de iure autem canonico hoc concessum est pro vsu tantùm necessitatis, *c. 1. distinct. 1. & c. discipulos. de consecr. distin. 5.* & pariter vide-
15 mus, † quòd licèt de iure ciuili hęres non teneatur ex delicto defuncti, nisi post litem contestatam, *l. 1. C. ne ex delict. defunct.* tamen de iure canonico tenetur semper & etiam ante litem contestatam, vt per Host. *in tit. de testam. §. tenetur autem hæres. & not. in c. cum dilectus. de ord. cognit. & c. vlt. de sepult. & in c. tua nos. extra de vsur.* Et ideo etiam furtũ de iure canonico dicitur omnis contrectatio rei alienæ, *c. dixit Dominus. 14. quæst. 1.* non sic de iure ciuili, quia definitur *in l. 1. de furt.*

¶ Quarta est differentia, quia hoc ius non modò prohibet eos actus, qui ex se sunt illiciti, sed etiam qui occa-
16 sionem præstant delicto: † nam licèt iure ciuili lusus causa conuiuij non prohibeatur, *l. quod in conuiuio. ff. de aleat.* tamen de iure canonico etiam hoc casu prohibetur, vt per omnes *in c. inter dilectos. in gl. 3. de excess. prælat.* nam clerici debent vitare conuiuia tanquam vitiorum fomẽta,
17 *c. qui via. 43. dist.* & † ideo licet de iure ciuili nemo teneatur obuiare delicto, nisi sit subiectus potestati, vt filius, seruus, vasallus, *vt no. gl. in l. culpa caret. ff. de re iud. & Bart. in l. vtrum. ff. de parric.* at hoc iure quilibet etiam extraneus tenetur obuiare delicto, *vt est glo. & ibi omnes no. in c. 1. de offic. del.* & facit tex. *in c. dilecto. de sent. excomm. in 6.* vbi dicitur, q̃ non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, & habetur *23. q. 3. quasi per totam, &*
18 *per Scrib. in c. 1. de rest. spol.* Atq; hinc factũ est, † quòd ad hoc vt delicta puniantur, & impunitas eorum non det occasionem delinquẽdi, licet de iure ciuili certa sint delicta, quæ publica appellantur, quorum accusatio ob eorum grauitatem omnibus patet, *l. 1. ff. de publ. iud.* attamẽ de iure isto omnia delicta sunt publica quo ad accusationem,
19 *vt est gl. in c. infames. in ver. fures. 6. q. 1.* sic etiam, † licet de iure ciuili fors pluribus casibus sit permissa, *l. cum prætor. l.* Sors. *sed cum ambo. ff. de iud. l. si qui sunt. ff. fam. erci. l. si duobus. in prin. C. com. de leg.* attamen de iure canonico prohibita est omni casu, *c. vlt. vbi omnes, de sortil.*

¶ Quinta

20 ¶Quinta, ex præmiſſis etiam ſequitur differẽtia, † quia hoc ius magis animum punit quàm ius ciuile, regulariter loquendo. de iure enim ciuili, qui intrat domum alicuius, vt furetur, ſed non furatur, non dicetur fur, *l. vulgaris. §. qui furti. ff. de fur.* at hoc iure, qui non intrat per oſtiũ eo animo, vt furetur, licet nil ſubtrahat, dicitur fur & latro, *c. tres perſonas. vbi glo. 1. 23. q. 4.* Item de iure ciuili ſo
21 lo animo committitur, *cap. qui viderit. 32. q. 5.* Et hinc † eſt, quòd licet raptus puniatur à iure ciuili, etiam ſi rapiatur ſponſa, id eſt ea, cum qua raptor iam matrimonium contraxerat, vt eſt text. *in l. 1. C. de rap. virg. circa med. & in l. raptores. C. de epiſc. & cler. vbi omnes.* tamen non ita de iure canonico, vt habetur *in c. vlt. de adult. & ſtup. & in c. pen. de rap.* quia non eo animo, vt alienam raperet, id fecit, ſed ſuam.
22 Et hinc quoque eſt, † quòd hoc iure, ſi plures vnum vulnerauerint, & pluribus vulneribus occiderint: etiam ſi certum ſit, quòd ex vulnere vnius tantum perierit, omnes tamen vt homicida tenẽtur, *vt dicit gl. in c. vlt. 23. q. vlt.* at iure ciuili is tantum punietur, cuius ictu perijt, quia ictus vniuſcuiuſque ius ciuile tantùm contemplatur, *l. ſi in rixa. ff. ad leg. Corn. de ſicar. & no. in c. ſignificaſti. il ſecondo. in gl. de homic.* & tradit Floria. *in l. ita vulneratus. in prin. ff. ad leg. Aquil.* dicẽs, quòd gl. *in l. item Mela. §. Celſus. eo. tit.* quæ vult, quòd qui occidit tantùm tenetur, loquitur de iure ciuili, nam ſecus eſt de iure canonico, *& no. in c. præſentium. de cler. percuſſ. & in c. ſi quæ. 23. q. 8. & in c. ſi quis. 50. di. & ſequitur Alex. conſi. 14. ponderatis. nu. 7. in 3.*

¶ Sexta quoque eſt differentia, quia ius canonicum rei veritatem ſpectat, potius quàm ius ciuile in delictis,
23 † vt modò dictum eſt de raptore ſponſę, quia cùm videat eam iam ſponſam eſſe, hanc facti veritatem attendit, id-
24 eo non punit. ſic pariter, † licet ius ciuile indiſtinctè puniat committentem abortum, *vt in l. ſi mulierem. ff. ad legem Corn. de ſicar. & habetur in l. diuus ff. de extraor. crim. & in l. Cicero. ff. de pœn.* attamen iure canonico diſtinguitur, an partus in ventre viueret, vel non, quia hoc ſecundo caſu nõ punitur, vt eſt text. & ibi no. omnes *in cap. ſicut. il ſecondo. de homicid.*

25 Septima, † plures ſpecies ſunt delictorum hoc iure repertæ, quæ non ſunt de iure ciuili ratione ſubiecti, videlicet, vel ordinis, vel officij, vel beneficij, vel honeſtatis vitæ.

Ratione Ordinis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Illegitimus | furtiue | Illiteratus | Ab excommunicato |
| Rebaptizatus | Ante ætatem | Pœnitens ſolemniter | Ab hæretico. |
| Bigamus | Ab alieno epiſcopo | Per ſaltus | A ſuſpenſo. |
| Seruus ſine licentia domini | A ſimoniaco | A Renunciante | ordinatus. |

Ratione Officij diuini, videlicet celebrans.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Excommunicatus | ſæpius in die | Non percipiens corpus & ſanguinem ſuper rebus ſuperſtitioſis. | |
| Suſpenſus | ſine aqua & igni | | |
| Interdictus | pane fermentato | Cuſtodia Euchar. | infirmum nolen. baptizari |
| Non ieiunus | calice ligneo | Officium non dicens | ſecundas benedicens nuptias |
| Super altari non ſacro ſine veſtibus ſacris | | Matrimoniũ contrahens | confeſſionem propalans |
| Priuatis locis ſine licentia, vt mors incurratur | | Apoſtata | ſepelientes hæreticos, & raptores eccleſiæ. |
| Euomens Euchar. ſanguinem Chriſti effundens | | | |

Ratione Beneficij, videlicet.

| | |
|---|---|
| Plura beneficia poſſidens ſucceſſione ſine medio | Intra annum non promotus in parochiali |
| Intruſus viuis poſſeſſ. intruſus | Simoniacus |
| A laicis recognoſcens | Non reſidens |
| | Capiens beneficiatos, vt reſignent, vel non compareant. |

Ratione Honeſtatis videlicet.

| | |
|---|---|
| Negociatores laici proxeneta illicitorum | Spectator Spectacul. |
| Miniſter, & procurator generalis laicorum | Clandeſtinis aſſiſtens nupt. |
| Tabellio Leges & phyſicam audiens | Virgata vtens veſte. |
| Villarum procurator | Comam nutriens |
| Iuſtitiarij principum ſecularium | Ebrius iudicans pœna ſanguinis |
| Aduocat. vel procur. contra eccleſiam in qua habet beneficium | Duellum offerens vel acceptans |
| | Bellum exercens |
| Fideicommiſſum recipiens, vt reſtituat incapaci | Literas alienas aperiens, & aduerſarijs exhibens, Participans de oblationibus raptorum Eccleſię & hęreticorum. |
| Calumniator Maledicus ſcilicet Venator | |
| Ioculator Carnifex | Schiſmaticus glorians ſe de criminibus. |
| Macellarius Tabernarius | De quibus omnibus infrà latè ſuo loco. |
| Aleator Dilapidans bona eccleſiæ | |

## CAP. XX.

## *Canonici iuris differentiæ à iure ciuili circa Pœnas Delictorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Mortis pœnam pro quantumuis graui delicto ius canonicum non imponit, quemadmodum ciuile, ſeculari tamen curiæ tradit.*

2 *Libellum famoſum componens de ciuili iure morte, de canonico verò verberibus afficitur.*

3 *Militiæ deſertor, ſacrilegus, incendiarius, maleficus, & diuinatores, inceſtuoſus, ſodomita, falſarius, paricida, adulter, baptiſmum iterans, homicida, blaſphemus, vxores duas ducẽs, carceres frangens, & priuatum exercẽs carcerem, alio modo de iure canonico, alio de ciuili puniuntur.*

4 *Legatum amicorum vel hoſtium impediens, damnatus criminaliter, obreptio, & abducens virginem ſine vi, alio modo ſecundum canonicas, alio ſecundum ciuiles leges puniuntur.*

5 *Canonicum ius pro omni crimine infamiam irrogat, non ſic ciuile.*

6 *Signari quis in facie de iure ciuili prohibetur, de canonico tamen falſum committens ſtigmate ſignatur.*

7 *Damnatorum bona hæredibus de iure ciuili reſeruãtur, de canonico verò eccleſiæ applicantur.*

8 *Teſtis criminoſus etiam non damnatus, dummodo crimen probari poſſit de canonico iure repellitur, ciuili vero nec infamis eſt, nec repellitur.*

9 *Pœna reſpectu rei quadruplum ſecundum leges nõ excedit, ſecundum canones vero ad decuplum.*

10 *Exiſtens in peccato mortali de ciuili iure non eſt infamis, ſecus de canonico.*

11 *Periurus cui ab aduerſario iuramen. delatum eſt, de iure ciuili infamis non eſt, ſed de canonico.*

12 *Filij hæreticorum iure ciuili hæreditate non priuantur, ſed iure canonico ſic.*

13 *Subtra-*

13 *Subtrahens aduersario defensiones, & adulter, & incestuosus simul, alio modo à canonico, alio à ciuili iure puiuntur.*

14 *Procurator de iure ciuili etiam infamis esse potest, de canonico verò secus.*

15 *Pœnæ propriæ iuris canonici de iure ciuili non cognitæ quæ sint.*

CIRCA pœnas autem pro delictis imponendas hæc prima constituatur differẽtia, † ꝙ hoc ius nunquam pro delicto quantumuis graui infligit pœnam mortis naturalis, *c. sententiam, ne clerici vel monachi. ca. 1. & 2. 71. di.* sed huic pœnæ succedit traditio curię seculari, *c. ad falsariorũ. de cri fal. c. cũ non ab homine, de iu. c. illũ. 11. q. 1. & declarat Cepol.* 2 *cons. 72. nu. 5.* & ideo † componẽs famosum libellũ punitur morte de iure ciuili, *l. 1. C. de fam. libe. & in c. si quis famosum. vbi d. l. 1. regiſtratur. 5. q. 1.* hoc autẽ iure ſubijcitur verberibus, *c. 1. ea. cauſa, & q.* & quandoq; excommunicatur, *vt in* 3 *c. hi qui, & per totam illam q. ea. cauſa, & q.* † Sic & iure ciuili deſertor militiæ capite punitur, *l. omne delictum. §. qui in aciem. ff. de re mil.* de iure autem canonico infamis tantum eſt, *c. infames. 7. q. 1.* ſic & ſacrilegorum pœna aliquando capitalis de iure ciuili, *l. ſacrilegij pœnã. & l. ſacrilegi. ff. ad l. Iul. pecu.* ſecus de iure canonico, *c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.* Sic incendiarius iure ciuili capite punitur, *l. capitalium. §. nõnunquam de pœnis.* non ſic iure iſto, *c. cum deuotißimam. vbi gl. vlt. 12. q. 2. & in c. ſi quis membrorum. 23. q. 8. in c. 1. & c. peßimam. & ibi gl. de incendiar.* Sic malefici, & diuinatores capite puniuntur iure ciuili, *l. nemo. & l. nullus. C. de malefic. & mathe.* nõ ſic iure iſto, *c. qui diuinationes. 26. q. 5.* Sic & inceſtus iure ciuili capite punitur, *l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſ. & cler.* non ſic iure canonico, *c. ſi quis epiſcopus. 27. q. 1.* ſic ſodomita iure ciuili capite punitur, *l. cum vir nubit in fœminam. C. ad l. Iul. de adult.* non ſic iure canonico, *c. clerici. de exceſſ. præla. c. flagitia. 32. q. 7.* Sic falſarius iure ciuili in ſeruo eſt vltimum ſupplicium, in libero deportatio, & publicatio bonorũ, *l. 1. §. fi. ff. de falſis.* non ſic de iure canonico, *c. ad falſariorum. de crimine falſi.* Sic paricida capite punitur, ac nouo genere capitalis pœnæ, *l. pen. ff. ad l. Pomp. de paricid. & l. 1. C. de his, qui paren. vel fil. occiderunt.* non ſic iure canonico, *ca. 1. de his, qui fil. occi. & c. 2. eo. tit.* ſic iure ciuili adulteri corporaliter puniuntur, *l. quamuis. & auth. ſed hodie. C. de adul.* ſecus hoc iure, *c. tua, de procur.* ſic etiam de iure ciuili iterans baptiſmum capite punitur, *l. 1. C. ne lice. ſacrum baptiſ.* non autem iure canonico, *vt per Ray. in ſumma de ſacra. iteran. vel non. ſequitur Io. Baptiſta de ſancto Blaſ. in tract. diff. iur. cano. & ciu. differentia 181.* Et homicida de iure ciuili capitali pœna plectitur, *toto titu. ad l. Corn. de ſicar. ff. & C. maxime in l. eiuſdem, in fi. ff. eod.* non ita iure canonico, *c. ſicut dignum. de homicid.* ſic blaſphemus de iure ciuili punitur pœna vltimi ſuppli cij, *vt in auth. vt non luxur. contra naturam. §. quicquid ad ho.* de iure autem canon. aliter, *vt in ca. vlt. de maled. c. ſi quis per capillum. 12. q. 1.* Sic ducens duas vxores capitaliter punitur de iure ciuili, *l. eum qui duas. C. de adulte.* ſecus de iure canonico, *c. de benedicto. 32. q. 1. Zaneti. in diff. iur. cano. & ciui. differentia 64. ſed vide Rom. ſingulari 537. Tu ſcis, vbi addi.* Et frangẽs carceres iure ciuili punitur pœna capitali, etiam ſi ſit innocens, *l. pen. ff. de cuſtod. reor. l. 1. ff. de effractor.* ſecus de iure canonico, *vt per Ana. in c. pen. de apoſta. vbi etiam alij Scrib.* ſic priuatum exercens carcerem, de iure ciuili morte punitur, *l. 2. C. de priua. carcer.* de iure canonico ſecus, *c. nuper. §. nos igitur, de ſentent. excommunic. in glo.*

¶Ex quibus videtur colligi, quòd ius canonicum mitiores infligat pœnas, quam ius ciuile. quod non modò verum videtur reſpectu pœnæ ſanguinis, ſed etiam reſpe 4 ctu aliarum pœnarum: † nam de iure ciuili, qui legatum amicorum vel etiam hoſtium impedit, vel offendit, traditur hoſtibus, vt ſit eorum ſeruus, *lege vltima, ff. de legat.* de iure autem canonico excommunicatur, *c. ſi quis. 94. di. & hanc differentiam tradit gloſſ. penult. in c. iuſgentium. 1. diſtin.* Sic etiam de iure ciuili damnatus criminaliter etiam pro modica re efficitur infamis, *l. vlt. C. de iniur. §. gallinarũ. Inſt. de rer. diui. Bar. in l. infamem. nu. 12. ff. de pub. iud.* non ſic de iure canonico, *not. in c. cum te. de ſenten. & re iud. c. vlt. 13. q 6.* ſic quoq; obreptio, id eſt, mendacium in impetratione reſcripti, punitur pœna falſi, *l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. & not. Azo in ſumma, C. ſi contra ius, vel vtil. pub.* non tamẽ ſic de iure canonico: nam ſimpliciter impetrans priuatur impetratis, etiam ſi dolosè mendacium expreſſerit, *c. ſuper literis. de reſcrip. c. vlt. de crim. falſi.* & eſt ratio, quia hoc iure magis eſt corripiendus & expectandus delinquens, quã puniendus, *c. plerique. 65. di.* & ſi quilibet iudex etiam laicus debet cœleſtem iudicem, id eſt, Deum imitari, *vt in §. eripiat. in auth. vt omnes obed. iud. prouin.* multò magis id debet facere ius canonicum, vt iudicem eccleſiaſticũ inſtruat, quia natura diuinitatis pia eſt, *c. quia diuinitatis, de conſecr. diſt. 1. & tradit Paris de Put. in tracta. ſyndica. in ver. compoſitio. nu. 4. in fi. & Gram. conſi. 65. in cauſa. in vlt. verbis.* ſic licet de iure ciuili abducens virginem ſine vi, ſi vilis eſt perſona, verberatur; ſi honeſta, relegatur, *vt Inſtit. de pub. iud. §. item lex Iulia. & §. fin autem.* tamen hoc iure ſi matrimoniũ cum ea contraxerit, & eam dotauerit, aliter non punitur, *vt in ca. 2. de adult. & ſtupro.*

¶ Quanquam in certis caſib. ad abſterrendum homi- 5 nes à delictis, grauiores infligit pœnas. † nam hoc ius pro omni crimine infamiam irrogat, non ſic ius ciuile, *vt no.* 6 *gl. in ver. fures. in c. infames. 6. q. 1.* Itẽ † licet de iure ciuili nullus poſſit ſignari in facie, quia hęc pœna eo iure prohibita eſt, *l. ſi quis in metallũ. C. de pœnis.* at hoc iure aliquãdo, qui falſum commiſit ſtigmate ſignatur, *vt habetur in c. ad audientiam. extr. de cri. falſi.* & hoc vt euitet effuſionem ſangui- 7 nis, *vt ibi habetur.* † Sic & licet de iure ciuili bona dãnatorũ reſeruentur hęredibus, *vt in auth. bona damnatorum. C. de bo. dam.* de iure tamen cano. applicatur eccleſiæ, vt bona eijciẽtis epiſcopum vel eum cõprehendentis, vel verberan- 8 tis, *c. ſi quis deinceps. 17. q. 4.* † Sic licet de iure ciuili teſtis criminoſus, non tamẽ damnatus de crimine, licet crimẽ illud probari poſſit, nõ eſt infamis, neq; repellitur à teſtimonio, *l. athletas. §. calumniator. ff. de his, qui not. infa l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſti.* attamen de iure canonico criminoſus etiã non damnatus, dummodo probetur crimẽ, repellitur, *c.* 9 *ſuper ea. & c. teſtimonium. de teſti.* † Item iure ciuili pœna reſpectu rei non poteſt excedere quadruplũ, *vt in §. omnes. Inſt. de act.* cum tamen de iure cano. reperiatur pœna etiã vſq; ad nouemcuplũ & decuplum, *vt habetur in c. quiſquis.* 10 *in fi. 17. q. 4. & in c. cum deuotißimam. 12. q. 2.* † Item iure ciuili, qui eſt in peccato mortali, non eſt infamis, ſecus de iure canon. *vt per gl. pen. in c. celebritatem. de conſecr. di. 3. & proba-* 11 *tur in c. omnes. & ca. illi qui. 6. q. 2.* † Ideoq; licet de iure ciuili omnis periurus non ſit infamis. i. cui delatum eſt ab eius aduerſario iuramentum, ſecus autem hoc iure, *vt habetur in c. teſtamentum. & c. quanto. in gl. vlt. de teſt. & in c. quicunq; 6. q. 1. & latè per Proſd. de Comit. in tract. de diff. iur. ci. & ca. nu. 72.*

12 † Item iure ciuili filij hæreticorum non priuantur hæreditate parentum, *l. Manicheos. & l. cognouimus. C. de hæret.* ſed bene iure iſto, *c. vergẽtis. vbi gl. pen. hoc not. ext. de hæret.* & hoc in odium criminis huius, quod præcipuè ad hunc forum 13 ſpectat, *vt ibi gl.* Item † licet iure ciuili ſubtrahẽs aduerſario ſuo defenſiones, non ideo cadat à cauſa, *vt not. in l. prouidendum. C. de poſtul.* tamen de iure cano. cadit, *c. cum cauſam. vbi gl. de teſtib. & in c. conſtitutus. & c. peruenit. eo. tit.* Item iure ciuili ex concurſu adulterij cum inceſtu non multiplicantur pœnæ vtriuſq; delicti, ſed altera tãtùm, id eſt maiori punitur, *l. ſi adulterium cum inceſtu. 1. reſpon. ff. ad leg. Iuliam, de adult. & §. nonnunquam, & ſeq. & Azo in ſumma eius tit. verſi. nunc inceſtas.* ſecus autem de iure canonico, *c. 2. &* 14 *c. vlt. de eo, qui cogno. conſanguineam vxoris ſuæ.* † Item de iure ciuili infamis poteſt eſſe procurator, *§. vlt. Inſtit. de except.* ſecus hoc iure, *vt not. gl. vlt. in c. Imperatorum. de iuramen. calum. vbi etiam Abb. & in c. fraternitatis. de hæret. glo. in c. cum deputati. de iudic. & per Abb. in c. poſt ceſſionem. de probatio. & per Bart. in l. 1. §. ait prætor. ff. de poſtulando.*

15 ¶Propriæ autem † quædam ſunt pœnę huius iuris, quę non ſunt cognitę de iure ciuili, vt degradatio, & traditio curiæ ſeculari: *c. ad falſariorum. de falſ.* Detruſio in monaſterium, Pœnæ canonicæ.

nasterium, cum degradatione & sine, *c. si episcopus. 50. distin.* Depositio simplex, *vt in c. si quis viduam. ea. distin.* Suspensio à diuinis, *vt in ca. si mala fama. 2. q. 5. & in c. nullus. & c. presbyter. 32. distin.* Excommunicatio, *toto tit. de senten. excomm. & in ca. si quis suadente. 17. q. 4.* Priuatio perpetua officij & beneficij, *vt in c. si quis amodo. 81. dist.* Suspensio ad tempus, *vt in c. presbyter. 82. dist. & in c. placuit. 12. q. 2.* Priuatio officij tantum temporalis, *vt in c presbyterum. 28. dist.* Priuatio beneficij tantum, similiter temporalis, *vt in c. si quis de ordine. 7. q. 1. & in c. cum in cunctis, de electio.* Priuatio quoq; communionis tantum, *vt in c. ante omnia. 35. distinct. & in c. nullus. 55. dist.* Pœnitentia, *toto titu. de pœniten. & remiss. & in dist. de pœniten.* quæ pœnarum genera enumerantur *per glo. 2. in cap. ad imprimendam. de offi. ordin.* vltra quod est etiam Prohibitio matrimonij, vt in occidente ex proposito & in alijs, *vt habetur in c. 1. de diuort. & in c. 2. vbi glo. de pœniten. & remiss.* Carcer perpetuus, *c. quamuis. de pœn. in 6. c. nouimus. de verbo. signif. c. plenè. & c. vlt. de hære.* qui tamen à iure ciuili non est cognitus ad pœnam, sed tantum ad custodiam, *l. aut damna. §. solent. ff. de pœn. l. incredibile. C. eod. l. 1. ff. de custod. reor. & Fulg. consi. 44. seruitus est, vt in c. eos. 32. distin.* Item vt Seruiat curiæ, *vt in c. statuimus. 11. q. 1.* Irregularitas, de qua latè per Spec. *in tit. de dispensat. §. iuxta propositionis ordinem, per tot.* Itẽ Venduntur concubinæ clericorum, *c. quidam. 81. distin.*

## CAP. XXI.

## *Canonicum ius quomodo differat à ciuili circa Ordinem, & modum Procedendi.*

### SVMMARIVM.

1 *Condemnatus de crimine, modò ex sententia illa ciuitatem nõ amiserit, etiam suum accusatorem de iure ciuili, non autem canonico, accusat.*
2 *Frater fratrem de iure ciuili, non autem canonico, præsertim de graui crimine non accusat.*
3 *Vxor de adulterio secundum leges humanas, non autem canonicas accusare non potest.*
4 *Maritus quinquennio peracto de iure ciuili vxorẽ non accusat, secus de canonico.*
5 *Inimicus, item Infamis infamia facti, de ciuili iure ab accusando non repellitur.*
6 *Accusare de crimine irrogante infamiam etiam de facto non potest qui reuerentiam debet, secus secundum canones.*
7 *Accusare nemo cogitur de iure ciuili, secus de canonico.*
8 *Ordine seruato in notorijs de iure ciuili proceditur, de canonico secus.*
9 *Maritus vxorem adulteram quomodo accuset, vel mittat libellum de iure ciuili, & quomodo de canonico, & nu. seq.*
11 *Actionibus pluribus ex eodem delicto concurrentibus, vna die iure ciuili est eligenda, de canonico verò illa non se impediũt, vt de Incestu, & Adulterio.*
12 *Inquisitio apud leges est extraordinariũ remedium, sed secundum canones ordinarium.*
13 *Conuictus per viam inquisitionis, de iure canonico mitius punitur, quàm per viam accusationis.*
14 *Instantia etiam per mille annos, quare de iure canonico non pereat, de iure ciuili verò sic.*
15 *Annus bissextilis, secundum canones, à Martio incipit.*
16 *Mulier dum accusare potest de iure ciuili, non autem canonico ad talionem se subscribit.*
17 *Citatio sine diei expressione de iure ciuili non valet.*
18 *Absens post litem contestatam, si de crimine liquet, de canonico, non autem ciuili iure, damnatur.*
19 *Absens de iure ciuili, non sic de canonico perpetuò auditur.*
20 *Homicida secundum leges de ecclesia extrahi potest, de iure canonico non nisi publicus Latro, & nocturnus Depopulator.*
21 *Prouincia quæ dicatur de iure canonico, & quæ secundum ius ciuile.*
22 *Iuramentum per quæ præstari possit de iure ciuili, & qualiter de iure canonico.*
23 *Iuramentum suppletorium probationis in criminalibus de iure canonico non defertur, de ciuili vero in supplementum semiplenæ defertur.*
24 *Fama sola de ciuili iure ad torturam indiciũ sufficiens non facit, de canonico vero etiam semiplenam probationem.*
25 *Rescripta sine expressione clausulæ, si preces veritate nitantur, de iure ciuili non valent, quæ tamen de canonico subintelligitur.*
26 *Proximus pubertati doli capax, & virilis Aetas, quomodo apud leges, & quomodo secundum canones dicantur.*
27 *Famina in criminalibus iure ciuili testis esse permittitur, de canonico prohibetur.*
28 *Testes annorum septuaginta à testimonio ferendo de iure ciuili excusantur, non autem canonico.*
29 *Testium examinatio in criminalibus de iure ciuili alteri non committitur, de canonico secus.*
30 *Testimonium iure ciuili absolutè quis ferre cogitur, non sic de canonico.*
31 *Parentes pro liberis, vel contra, de iure canonico, nõ autem ciuili testificantur.*
32 *Præmium iure ciuili, non canonico, delinquentem indicando recipitur.*
33 *Infamis infamia facti iure ciuili à testimonio non repellitur, sed canonico.*
34 *Testes duo, cùm de iure ciuili ad condemnandum sufficiant, an etiam de iure canonico contra Episcopum, Presbyterum, vel Diaconũ, Cardinalem, atq; etiã Papam indistinctè sufficiãt.*

1 ACcusatus† de crimine & condemnatus, potest accusare quemcunq;, ac etiã suum accusatorem, dummodò per sententiam illam non amiserit libertatem aut ciuitatẽ, vt no. *in l. iu qui reus. ff. de publ. iud.* at de iure canonico de quocunq; crimine condemnatus indistinctè non potest suum accusatorem reaccusare, neq; etiam extraneũ, *c. qui crimen. 6. q. 1. & notatur in c. neganda. 3. q. 9 c. super eo. de testi. c. 1. de excep.* † Item licèt frater de iure ciuili fratrem, vel sororem accusare nõ possit, præsertim de graui crimine, *l. si magnum. l. si sororem. C. qui accus. non poss.* potest tamen de 3 iure canonico, *c. literas. de præsump.* † Item Mulier non potest accusare maritum de adulterio de iure ciuili, *l. 1. C. de adulter.* sed bene iure canonico, vt not. *in c. nouit. de iudi. & in §. publico iudicio, 32. q. 1. & in c. nemo sibi blandiatur. 32. q. 4. & not. Imola in c. vt clericorum. de vita & ho. cler. & Abb. in cap. 1. in prin. vt lite non contest. & in c. tuæ. de procur. & in c. quemadmodum. in 4. no. de iureiur.* † Maritus quoque de iure ciuili nõ 4 potest post quinquennium accusare vxorem de adulterio, *l. miles. §. adulterij reum. ff. de adult.* at de iure canonico 5 potest, vt no. *in c. admonere. 50. q. 2.* † Inimicus tamẽ de iure ciuili nõ repellitur ab accusando, *l qui accusare. ff. de accus. vbi gl.* cùm tamen de iure canonico repellatur, c. *repellantur. c. meminimus. de accusa.* sic & Infamis infamia facti non repellitur ab accusando de iure ciuili, secundum Bart. *in d. l. qui accusare.* cùm tamen nõ admittatur hoc iure, c. *cum* 6 *in tua. de sponsa. c. quærẽdum. 2. q. 7.* † Item iure ciuili, qui Reuerentiã debet, non potest accusare de crimine irrogante infamiam etiam de facto, *l. 2. in fi. ff. de obsequi. Bal. in c. imperialem. §. vlt. de prohib. feu. alie. nota. in l. non debet. ff. de dolo. & in l. iniquum. C. qui accus. non poss.* at de iure canonico secus, vt habetur in c. *ex parte.* vbi monachus accusat Abbatem 7 suum, & no. in c. *prohibentur. 2. q. 1.* † Item inuitus de iure ciuili accusare nemo cogitur, *l. 1. C. vt nemo inuitus.* sed canones cogunt clericos ad denunciandum sacerdotum scelera, c. *quapropter. 2. q. 7. c. quisquis. 1. q. 1. c. 1. 5. q. 5. & probatur in c. causam. qui fil. sint legit.*

8 ¶ Quo autem ad ordinẽ procedendi † licèt de iure ciuili in notorijs procedatur iuris ordine seruato, *iuxta l. prolatam, C. de sentent. & interloq. omn. iud. & l. absentem. C. de accus.* tamẽ hoc iure extra ordinẽ proceditur in notorijs, c. *vestra. de cohab. cler. & mul. c. cum sit Romana. in fin. de appel. c.* 9 *ad nostrã nouerit. de iureiu.* † Itẽ maritus, de iure ciuili debet vel criminaliter accusare vxorẽ de adulterio, vel mittere li-

re libellum, neque datur medium, §. *quia non plures. in authen. vt lice. ma. & au.* at isto iure datur medium cuiusdam causæ mixtæ, quæ neque est criminalis, neque ciuilis, quando ad thori separationem agitur, in qua non tene-
10 tur se subscribere ad pœnam talionis, *ca. tuæ. de procur.*† Item in libello de iure ciuili apponi debet tempus secundum annos Imperatorum vel Consulum, *l. libellorum. ff. de accusa.* secundum autem hoc, nomen Papæ vel Episcopi, *c. libellorum. vbi gl. l. & Archid. 2. q. 8.*

11 ¶Item† de iure ciuili quoties ex eodem delicto plures insurgunt actiones, & concurrunt, ea, quæ plus cõtinet, aliam absorbet, & sic vna erit eligenda, neque ambabus tenebitur, aut puniri poterit, *l. senatus. ff. de accusa. l. qui seruum alienum. ff. de acti. & obl. l. nemo.* §. *quoties. ff. de regu. iur.* at de iure canonico reperiuntur actiones ex delicto insurgentes, quæ non se impediunt, neque absorbent, vt si aliquis violentas manus iniecerit in clericum vel laicum, punitur excõmunicatione minori, *c. omnes. 17. q. 4.* quòd si offenderit in loco sacro, tenetur pœna excommunicationis maioris, vt habetur *in cap. 3. & 4. de sentent. excommunicati.* & tamen si quis clericum in loco sacro percusserit, tenebitur vtraque, neque vna aliam absumet, *vt ibidem not. & per Prosd. de Com. in tract. de diff. iur. cano. & ciuil. num. 156.* similiter incestus absorbet adulterium, & vnica pœna sufficit, *l. si adulterium cum incestu. de adul.* non sic de iure canonico, *c. 2. & vlt. de eo, qui cogno. eam quam pol. per a-*
12 *dult.* & dictum fuit etiam supra.† item inquisitio de iure ciuili, est remedium extraordinarium, vt per Bald. *in l. 2.* §. *si publico. & in l. si maritus.* §. *sin autem extraneus. ff. de adulter.* hoc autem iure est ordinarium, vt per Abba. *in rubrica de iudi. & per scrib. in cap. qualiter. il 2. de accusa. & consuluit Barb. consi. 47. 1. vol coll. 4. nu. 8.*

13 ¶Item† hoc iure conuictus per viam inquisitionis mitius punitur, quàm si cõuictus foret per viam accusationis, vt per Abba. *in c. inquisitionis, primo not. de accusa. & in d. ca. qualiter. & in c. super his. eod. titu.* de iure autem ciuili hæc differentia non reperitur, *l. 4. C. de sepul. viola. l. ordo. de pub. iud.* & ideo degradationis pœna nũquam imponitur hoc iure, nisi quando quis est accusatus, secus si inquisitus, vt
14 per Cepol. *consi. 72. nu. 6.*† Item iure ciuili datur instantia tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, qua peremptа corruit processus, *l. properandum. in prin. vbi omnes. C. de iudi.* quod secus est de iure canonico, quo nulla perit instantia etiam per mille annos, *c. vlt. de iudi. & not. in ca. vlt. de dolo & contum.* & rationem differentiæ ponit Abb. *in c. super eo, il 2. de appella. & Bald. in l. apertißimi. C. de iudi. & per Bar. in*
15 *l. 1.* §. *si quis. ff. de appella.*† Item annus bisextilis incipit à Martio, cui attribuitur ille dies, q excreuit per 4. annos præcedentes secundum canones; at secundum ius ciuile ascribitur mensi Februario, *gl. in l. 3.* §. *minorem. ff. de mino. &*
16 *in l. cum bisextus. de verb. sign.*† Item de iure ciuili mulier accusans in casibus, in quibus potest accusare, tenetur se subscribere ad pœnam talionis, vt habetur *in l. de crimine. C. de accus. & in l. vxor. ff. eo.* secus tamen est de iure canonico, vt per glo. *in c. de crimine. 15. q. 3. & in c. mulierem. 2. q. 1. & per Hosti. in summa de accusa.* §. *qui posit. & Ioan. Fab. in* §. *consequens. Instit. de susp. tut.*

17 ¶Item† iure ciuili citatio sine expressione diei non valet, *vt not. in l. ita stipulatus. de verb. obl.* at isto iure valet, *c. parati. in fi. de appellat.*

18 ¶Item† hoc iure potest absens post litem contesta. damnari, si liquet de crimine; secus de iure ciuili, *l. absentem. ff. de pœnis. & toto tit. de requir. reis. hoc dixit glo. magna in c. ca-*
19 *ueant. 3. q. 9.*† Item de iure ciuili absens auditur perpetuo, nõ sic iure canonico, quia post annum damnatus de hæresi, contumax, non auditur, *c. excõmunicamus. §. 1. de hæret. vbi gl. & Scrib.* Item absens de iure canonico punitur omnibus pœnis, præterquam pœna depositionis, non sic de
20 iure ciuili, vt per Cepol. *consi. 72. nu. 7.*† Item iure canonico nullus potest delinquẽs ab ecclesia extrahi, nisi sit publicus latro, & nocturnus agrorum depopulator, *ca. inter alia. de immun. ecclesiar.* at de iure ciuili etiam homicidę extrahi possunt, *in Authen. de manda. princ.* §. *sicut delinquentes.*

21 ¶Item iure canonico† dicitur prouincia, quę habet v- Prouincia.
num Archiepiscopum, & 10. Episcopos, *ca 2. 7. q. 3.* sed de iure ciuili quælibet ciuitas, quæ habet suum ordinarium potest dici prouincia, *l. vlt. C. de præscript. longi temp. & not. omnes in c. sicut. de accusat.*

22 ¶Item† iure isto Iuramentum non potest præstari per creaturas, exceptis expresse permissis, vt per Euangelia, per crucem, & per altare, *c. cõsiderate. 12. q. 1. & c. clericum. & c. habemus, ea. cau. & q. & c. periurat. 10. q. 5.* iure autẽ ciuili potest, licèt non per membra Dei, *l. 3.* §. *vlt & l. seq. & l. qui per salutem. ff. de iureiur. & c. si quis per capillum. 12. q. 1. & in Auth. vt non luxur. contra naturam, circa med.* Item iure ciuili fama sola nunquam facit plenam probationem, vt per Bart. *in l. de minore.* §. *tormenta. ff. de quæstio.* de iure autem isto sufficit fama, quem esse excommunicatum, vt euitari debeat, *ca.*
23 *cum desideres. de sententia excommunic.*† Item hoc iure in criminalibus non defertur Iuramentum in supplemẽtum probationis, sed reus absoluitur actore plenè non probante, *c. tam literis, de testi. in glo.* quãquam iure ciuili etiam in criminalibus in supplementum semiplenæ deferatur, *l. in bonæ fidei, vbi glo. C. de reb. cred. & in l. 3. quacunque autem actione. ff. de iureia. & in l. si quando. C. vnde vi. & not. Azo in summa, de reb. credi. & iureiur. versi.* aliud autem est & iuramentum, quod dicitur necessarium.

24 ¶Item de iure ciuili† fama sola non facit sufficiens in- Fama.
dicium ad torturam, vt per Gandi. *in tit. de quæst. & tortu.* at de iure canonico facit semiplenam, ideo multo magis indicium, *c. illud. de præsump. c. si quis. de purg. cano.* Item ciuili iure actore non probante reus absoluitur, *l. qui accusare. C. de eden.* debent enim probationes in criminalibus esse luce meridiana clariores, *l. sciant. C. de prob.* sed hoc iure ex Purgatio.
sola fama indicitur purgatio, in qua si deficiat, habetur pro conuicto, *c. cum P. c. cum dilecti. de purga. cano. c. presbyter. 2. q. 5. & not. in c. 2. de calum.* licèt quandoque etiam de iure ciuili teneatur reus se purgare, *vt in casu l. vbi. C. de fal.*

¶Item de iure ciuili ex consuetudine carnali cum mu- Matrimo-
liere soluta præsumitur matrimoniũ, *l. in liberæ. ff. de ri. nup.* nium.
secus hoc iure, quia fornicatio præsumitur, *vt per glo. in c. illud. in ver. vxorem. de præsump. vbi Abb. in fi.* Itẽ iure ciuili dies Dies.
incipit à media nocte, *l. more Romano. ff. de feriis.* at hoc iure à vesperis, *vt per Archid. in c. quid à patribus. 75. di.*

25 Item † iure ciuili rescripta non valent, si in eis non est Rescriptũ.
expressa hæc clausula, si preces veritate nitantur, *l. vniuersa. C. de diuer. rescrip.* hoc autẽ iure clausula illa semper subintelligitur, dato quòd non sit expressa, vt no. *in c. 2. de rescrip. & per Specu. in tit. de rescrip. præsenta.* §. *ratione quoq; defe-*
26 *ctus. vers. 1.*† Item iure ciuili dicitur proximus pubertati à Proximus
10. annis vsq; ad 14. in masculis, & vsq; ad 12. in fœminis, pubertati.
§. *sed quod diximus. Inst. de inuti. stip. l. pupillũ. & l. pupillus. de reg. iur.* hoc iure autẽ ille dicitur proximus pubertati, qui per sex mẽses distat à pubertate, *c. continebatur. de despon. impub. vbi gl.* itẽ iure ciuili doli capax dicitur, qui est in ætate pubertati proxima, *vt Insti. de obli. quæ ex delic.* §. *pen.* at isto iure dicitur doli capax, qui est sex annorum, *c. 1. vbi glo. de delict. puer. & no. etiã in c. vlt. eo. tit.* Item iure ciuili virilis ætas dicitur 25. annorum, *l. vlt. C. de his, qui ven. æta. impe. l. 1. ff. de mino.* hoc autem iure dicitur 30. annorum, *ca. Episcopus. 77.*
27 *di. vbi no.*† Item fœmina iure ciuili non repellitur à testimonio in criminalibus, *l. qui testamẽto.* §. *mulier testimoniũ. ff. de testa. & l. ex eo. ff. de testi.* sed bene prohibetur de iure canonico, *c. mulierẽ. 33. q. 5. c. forus.* §. *vlt. de verb. sig. & not. in c.*
28 *in literis. de testi.*† De iure ciuili senes anno. 70. excusãtur, *l. inuiti. ff. de testi.* non tamẽ de iure canonico, vt veritas habeatur, *c. testimoniũ. in glo. de test. sed non reperio.* hanc tamen differentiam ponit Bapt. de Sancto Blas. *in tracta. differentiæ inter ius ciui. & canon. differ. 47. & eod. tract. Prosd. de Comi. num. 63.* Allegat etiam Azo. *in tit. de testi. versic. quidam tamen testes.*

29 ¶Item † de iure ciuili in criminalibus examinatio testium non potest alteri committi, *l. iudices. & auth. apud eloquentißimũ. C. de fide inst.* tamen de iure canonico potest,

*vt no.*

*vt no. in c. si qui testium, de testib. & in c. quoniam contra, de prob.*
30 *& tradit Baptista de Sancto Blasio, vbi §. diff. 40.* † Item iure ciuili testes absolute coguntur ferre testimonium, *vt in l. si quando, & ibi not. C. de testi.* non sic de iure canonico, quia eo iure tunc demum coguntur, quando alij haberi non possunt, *c. super eo, & c. dilectorum, de testi. cogen. & not. Innoc.*
31 *in c. 1. eo. tit.* † Item iure ciuili Parentes non possunt testificari pro liberis, neq; contra, *l. parentes, C. de testi.* de iure autem isto possunt, *c. literas, de præsumpt. not. in c. super eo, de*
32 *testi. & in cap. Diaconi sunt, 93. distin.* † Item iure ciuili quis potest pro indicando delinquentem præmium recipere, *leg. si ob turpem, ff. de cond. ob tur. caus. l. solent, ff. de præscri. verb. leg. 4. §. si tibi indicium, de condi. ob tur. cau. & ibi not.* hoc autem iure ea de causa nil potest recipi, *c. qui cum fure, de fur. & not. in c. ex parte, de accusa. & in c. quapropter, 2. quæst 7.*
33 *& in cap. ex his, 1. quæst. 8.* † Item iure ciuili infamis, infamia facti non repellitur à testimonio, *vt per Azo. in summa, tit. ex quibus caus. infam. irrog. vers. dicitur autem infamia facti.* at iure isto repellitur, *c. testimonium, de testi. & c. 1. de except. & Prosd. in tract. de diff. iur. canon. num 71.* Item iure ciuili, duo testes sufficiunt ad condemnandum, *leg. vbi numerus, ff. de testi.* etiam quacunque dignitate præditum, *vt per Abba. in c. at si clerici, in primo not. de iud.* hoc autem iure ad condemnandum episcopum requiruntur 72. ad condemnandum presbyterum Cardinalem 64. & diaconum Cardinalem 27. *c. præsul. 2. q. 5. & not. Abb. in d. c. at si clerici, & in c. licèt vniuersis, de testi.* licèt Abbas & alij intelligant illum text. *in c. præsul,* quando suspecti tantum testes adhibentur: secus si sint omni exceptione maiores, quia duo tantum sufficerent ad condemnandum etiam Papam, *vt inquit gloss. in dict. c. præsul, quam dicit singularem Abb. in dict. cap. at si clerici.*

## CAP. XXII.

## *Canonicum ius, quomodo differat à ciuili circa Iurisdictionem iudicum, Sententiam, Appellationem & delictorum extinctionem.*

### SVMMARIVM.

1 *Causæ meri imperij ciuili iure non delegantur, quemadmodum canonico.*
2 *Ordinarius iure canonico, vt suspectus Recusatur, iure autem ciuili adiunctus datur.*
3 *Iurisdictionem non sui iudicis, & sine licentia sui, iure ciuili ex prorogat, canonico autem clericus, non nisi cum consensu sui episcopi.*
4 *Delegatus ab ordinario, nisi sit principis, de ciuili iure sententiam suam non exequitur, de canonico verò sic.*
5 *Ordinarij de iure ciuili, non autem can. Sportulas recipiunt.*
6 *Ordinarius pro tribunali loco maiorum ciuili iure Sedere debet, de canonico vbique.*
7 *Laicus ciuili iure in criminali causa laicum iudicem substituit, non sic clericus de iure canonico laicum.*
8 *Iudice suspecto allegato, Suspicionis probatio ciuili iure non requiritur, de canonico verò tam delegati quàm ordinarij.*
9 *Iudicis recusatio iure ciuili intra viginti dies fieri debet, iure autẽ canonico semper ante contesta. & dilationes ad proponendum dilatorias exceptiones.*
10 *Iudex A quo in alia causa de iure canonico, non ciuili, Recusari potest.*
11 *Iudex Secularis causam etiam criminalẽ clerici, & laici communem iudicat, clericus verò de iure canonico in criminalibus nullo modo potest à laico iudicari.*
12 *Foro suo de iure ciuili, non non autem canonico quis Renũciat.*
13 *Delinquens loci delicti forum sortitur de iure ciuili, & quomodo de iure canonico.*
14 *Iudex de iniuria sibi illata iure ciuili, an & quando possit iudicare, & quid de canonico.*
15 *Iudex de iure ciuili incidenter iudicat de causa, puta status, de qua non potest incidenter, de iure verò canonico non potest secularis, an legitimi sint filij, an non.*
16 *Iudex etiam secularis de Hæresi cognoscit secundum leges, & quis secundum canones.*
17 *Clericus in crimine non merè ecclesiast. etiam à laico iure ciuili puniri potest, à iure canonico non nisi post degradationem.*
18 *Iudex originis subditum in alieno Territorio delinquẽtem iure ciuili punit, non sic de canonico.*
19 *Delegatio priuato fieri potest de ciuili, non autem canonico iure: si verò electa sit industria personæ, non iure ciuili, sed canonico fit, cùm hoc latiores habeat habenas, vt hoc quoq; merum & mixtum imperium facilius transferatur, & alia fieri.*
20 *Sententia ex falsis instrumentis vel testibus lata de ciuili iure non est ipso iure nulla. sed canonico.*
21 *Bona damnatorum, & de hæresi de ciuili filijs, si sint catholici, reseruantur, de iure canonico secus.*
22 *Hæredes ex defuncti delicto iure ciuili non damnantur neque sententiæ in eum latæ executio contra eos fieri potest, sed iure canonico sic.*
23 *Appellatur gradatim de iure ciuili; sed de canonico ad Papam omisso medio fit appellatio, eiusq; causa reseruata sententiæ prolatione delegari potest.*
24 *Confessus crimen de canonico iure appellare non potest, de ciuili verò, quod etiam sit conuictus, requiritur.*
25 *Iniuria si facto aliquo, puta Alapa, à iudice fiat, de iure ciuili non appellatur.*
26 *Appellans temerè de ciuili iure in expensis tantum condemnatur, de canonico verò etiam aliter.*
27 *Appellatio de iure ciuili, non autem canonico, etiam excommunicationem, prout omne iudicatum suspendit.*
28 *Iudex A quo nõ innouat nec statuit secundum ll. sed secundum canones appellanti terminum præfigit intra quem appellationem prosequatur.*
29 *Appellatur à quocunque grauamine de iure canonico, non autem ciuili.*
30 *Appellationis in causa de iure ciuili, non autem canonico, testes super eisdẽ capitulis etiam testibus publicatis, recipiuntur.*
31 *Appellari potest secundum ll. ab Episcopi sententia ad iudicem secularem, secũdum canones verò, vel ad metropolitanum vel Pontificem.*
32 *Crimen quodcunque capitale, licèt de iure ciuili transactione finiatur, non tamen de iure canonico.*
33 *Delictum & accusatio licèt de iure ciuili morte finiatur, iure tamen canonico hæredes pluribus casibus puniuntur.*
34 *Ingressus monasterij aliter tollit delictum de iure ciuili, aliter canonico.*
35 *Pœnitentia de ciuili iure, non autem canonico crimen & pœnas falsas scripturas producentis tollit.*
36 *Raptus crimen sequuto inter rapientem, & raptam matrimonio, de iure canonico, non autem ciuili finitur.*
37 *Denunciatione euãgelica multa expediri possunt de iure canonico, quæ non taliter de ciuili.*
38 *Consuetudo quamuis non præscripta de iure ciuili excusat, & valet.*

1 CIVILI iure † causæ meri imperij Delegari non possunt, *l. imperium, vbi latè omnes, ff. de iurisd. om. iud. l. 1. ff. de offi. eius.* Isto autem iure canonico potest, *vt habetur in c. in Archiepiscopatu, de raptor. & in c. vlt. ne cler. vel mona. in 6. & c.*
2 *sententiam, eo. tit. in antiq. & in c. non liceat, 86. dist.* † Item iure ciuili Ordinarius nõ potest recusari, vt suspectus, sed datur ei adiunctus, *l. apertissimi, cum auth. si non contigerit, C. de iud.* hoc autem iure recusari potest, *c. secundo requiris, §. tertio postulas, de appell. & vide Ias. in l. qui iurisdictioni, ff. de iu-*
3 *risd. om. iu. nu. 10.* † Item iure ciuili potest quis prorogare iurisdictionem non sui iudicis etiam sine licentia sui iudicis, *vt in l. 2. in prin. ff. de iud.* non sic isto iure, quia clericus non põt prorogare sine cõsensu sui episcopi, *c. signi-*
4 *ficasti, de for. comp.* † Delegatus ab ordinario iure ciuili nõ exequitur sententiã suam, *l. à diuo Pio, in prin. ff. de re iud.* licèt delegatus Principis exequatur, vt ibi: iure aũt cano-

nico delegatus etiam à solo ordinario exequitur sentẽtiam suam, *c.suspicionis, de offi.deleg. c.si quis contra clericum, de*
5 *foro com.* † Iure ciuili ordinarij recipiunt sportulas, *vt in auth generaliter, C.de episc.& cler.& in auth.de iud.§.ne autem.* secus de iure canonico, *c.cùm ab omni, de vita & honest.cler.*
6 *& ibi not.* † Iure ciuili iudex ordinarius debet pro tribunali in loco maiorum sedere, *l.pen.in fi.ff.de iust.& iure.* sed canonico iure potest in omni loco suæ diœcesis sedere,
7 *c.cùm episcopus, de of.ord.in 6.* † Iure ciuili laicus in causa criminali põt iudicem laicum substituere, nõn sic clericus iudex de iure canonico poterit laicum substituere, *vt no. in c.si diligenti, de foro comp.& tradit Galia.in diff.iur.can.num.*
8 *87.* † Iure ciuili si allegatur iudex suspectus, nõ requiritur alia probatio suspicionis, *l.apertissimi, C.de iud.cum authen.ibi posita.* iure autem isto debet probari tam in delegato, *vt in c.secundo requiris, §.vlt.* quàm in ordinario, *vt in*
9 *c.speciali, de appell.* † Iure ciuili recusatio iudicis debet fieri intra terminum 20. dierum, *auth.offeratur, & in corp.vnde* 20
*sumitur, C.de litig.& in auth.& consequenter, C.de senten.& interloq. om.iud.* hoc autem iure semper potest recusari ante litis contestationem, & ante dilationes datas ad proponendum exceptiones dilatorias, *d. c.secundo requiris, §.*
10 *3.de appell.& in c.postulasti, eod.tit.* † Item iure ciuili iudex à quo appellatum est in vna causa, non potest in alia, vt suspectus recusari, *l.1.ff.an apud eum à quo.* sed benè potest hoc iure, *c. ad hæc, de appell.& not.Bart.in tract.de diffe.iur.canon.numero 151.*

11 ¶ Si † clericus & laicus communem habeant causam ciuilem vel criminalem, iudex secularis iudicare potest, *l.omnes qui vbiq;, cũ auth.ibi posita, C.de episc.& cler.* at isto iure clericus nullo casu in criminalibus potest à laico iudice iudicari, neq; principaliter, neq; incidenter, neq; conueniendo, neq; reconueniendo, *c.at si clerici, de iud.c.*
12 *in primis, 2.q.1.* † iure ciuili quilibet potest renunciare foro suo, *vt no.in l.si quis in conscribendo, C.de pact.* secus hoc iure, *c.si diligenti, cum ibi not.de foro comp.* imo nec cum cõsensu episcopi sui potest hanc iurisdictionem prorogare in
13 laicum, *c.significasti, eo.tit.* † Ciuili iure delinquens sortitur forum loci delicti non obstante aliquo priuilegio, *auth.qua in prouincia, C.vbi de crim.agi opor.& in auth.vt omnes obe.iud.prouin.§.hoc considerato, &* §.*si igitur, &* §.*nisi fortè, &* §. *hac lege.* at iure isto minor bene sortitur forum delicti, sed maior, puta Archiepiscopus, in grauioribus est exẽptus, & solus Papa illum iudicat, *c.1.vbi gloss.extr.de raptor.*
14 † Iudex de iniuria sibi vel suis illata non potest iudicare, nec cognoscere diffiniendo vel interloquendo, nisi vsq; ad litis contestationem, *toto tit.C.ne quis in sua causa iud.& in l.senatus, ff.de offic.præsid.* iure autem isto distinguitur, an causa concernat tãtum interesse suorum, & non potest iudicare, aut læsa est etiam iurisdictio sua vel ius ecclesię suæ, & potest, dum visitat, *vt habetur in c.Guilisarius, 24.q.4*
15 † Ciuili iure iudex potest incidenter iudicare de ea causa, puta status, de qua nõ posset principaliter, *l.1.C.de ord. iud.l.si idem, ff.de iur.om.iud.* sed iure canonico non poterit secularis de causa status, legitimi sint filij, an non, incidenter occurrenti iudicare, cùm sit causa spiritualis, nẽpe matrimonium concernens, *c.lator, qui fil.sint legit.cap.*
16 *tuam, de ord.cog.* † De hæresi põt ẽt iudex secularis cognoscere, *l.quicũq;, C.de hæret.* de iure canonico verò solus inquisitor hæresis, vel Episcopus põt, *c.inquisitionis, de hære.*
17 *in 6.* † Clerici in crimine cõmuni non merè ecclesiastico possunt etiã à iudice laico puniri, *vt in auth. vt clerici apud propri.episc.& no.in l.magisteria, C.de iurisd.om.iud.* at iure isto nullo casu possunt conueniri coram laico, nisi post degradationem, *vt not.Petr.de Ancha.in c.ex parte, in 3.not.de*
18 *de priuil.* † iure ciuili iudex originis potest punire subditum suum delinquentem in alieno Territorio, *vt per Cy. in l.1.C.vbi de cri.agi opor.l.si quis in hoc genus, C. de epis.& cler. & Bal.in l.1.C.de sacros.eccl.* at de iure canonico secus, vt videtur voluisse Bald. *in l.1.§.2.ff.de offi.præfect.vrb.& sequitur*
19 *Zanet.in diff.iuris can.diffe.118.est mihi nu.192.* † Priuato quoque potest fieri delegatio de iure ciuili, non canonico, *Alex.in rubr.de offi.eius, nu.5.& ibi Oria.num.9. & Iaco.de Nigris nu.8.* sic de iure ciuili vbi est electa industria personæ, nõ potest fieri delegatio, secus de iure canonico, *Alex.in l.1. ff.de offi.eius, nu.16.in addit.* De iure enim canonico delegãdi facultas latiores habet habenas quàm de iure ciuili, *Alex.in l.1.ff.de offi.eius, nu.6.& in l.1.ff.de iurisd.omn.iud.nu.22. & in l.2.eod.tit.nu.16.& Ias.in l.imperium, ff.eo.nu.25.* Merum & mixtum imperium similiter facilius trãsfertur de iure canonico quàm ciuili, *Alex.in l.1.ff.de of.eius, nu.74.* ideo causæ meri imperij de iure canonico sunt delegabiles, *ibid.nu.91.& Ias.nu.28.in fi.& idem Alex.in d.l.imperium, n.24.* & an hoc iure delegata vna causa, censeatur delegatum merum imperium, *ibid.nu.25.* Et ideo de iure isto delegari potest facultas condendi statuta, non sic de iure ciuili. *Crot.in repe.l.omnes populi, ff.de iust.& iur.nu.38.* isto autem iure, an ligentur clerici orientales, vide Abb. *in cap.1.de constit.nu.8.& ibi Beroi.nu.197.*

¶ Ciuili iure † sententia lata ex falsis instrumentis vel testibus nõ est nulla ipso iure, licet per restit.in integrũ, & per appellationem rescindi possit, *tot.tit.C.si ex fals.instru.& c.si tutor vel cur.ex fals.allega.& vtrobiq; Azo, & in l.vlt. C.de fid.instru.* isto autem iure nulla est ablq; vlla appellatione, *c.accepimus, §.vlt.de fid.instru.& in c.cùm olim, de priuil.*
21 *c.significantibus, de purg.vulg.* † Item iure ciuili bona dãnatorum de quocunq; crimine reseruantur filiis, *auth.bona damnatorum, C.de bo.dam.* etiam damnati de hæresi, dummodo filij sint catholici, *l. cognouimus, C.de hæret.* sed hoc hoc iure bona eorum qui in ecclesia delinquunt, publicantur, & applicantur ipsi ecclesiæ in quã deliquerunt, *c.si quis deinceps, 17.q.4.& c.si quis, 27.q.2.* sic & bona damna-
22 torũ de hæresi, *c.vergentis, de hæret.& 23.q.7.per tot.* † Item iure ciuili ex delicto defuncti hæredes damnari nõ possunt, neq; etiam sententia contra defunctum lata cõtra eos exequi, *l.1.ff.de priua.delict.§.non autem omnes, Inst.de perpe.& temp.act.* quia delictum morte extinguitur, *l. defuncto, ff.de publ.iud.l.in senatus, §.si propter mortem.ff.ad Turpill.l. vlt.C.si reus vel accu.mor.fu.& traditur latè in l.1.C.ne ex delict. defunct.& in l.pupillum, §.in hæredes, ff.de regu.iur.* hoc autem iure potest exequutio contra hæredes fieri, *c.vlt.vbi gloss. vlt.de sepultu.& c.in literis, de rap.vbi etiam gl.not.& Io.de Ana. & Gemin.cons.3.super dubio, & Ias.in l.si cum, §.qui iniuriarum, col.1 ff.si quis cau.& Alex.cons.4.col.10.in secundo.*

23 ¶ Appellari † potest ad Papam hoc iure à quocunq; iudice etiam omisso medio, *c.dilecti, & c.si duobus, de appell.* secus de iure ciuili, quia gradatim est appellãdum, *l.Imperatores, ff.de appellat.* Item hoc iure potest causa appellationis delegari reseruata sententiæ probatione, *c.super quæstionum, §.intentioni, & ibi no.de offi.dele.* secus est de iure
24 ciuili, *vt in auth.ad hæc, C.de iudi.* † Item hoc iure confessus crimen nõ potest appellare, *c.cum speciali, §.porro, de appell.* secus autem est de iure ciuili, quia oportet, quòd etiam sit conuictus, *l.obseruare, vbi glo.& Azo, C. quorum appell.non*
25 *recip.* † Item iure ciuili ab iniuria facta per iudicem facto aliquo, puta alapa, non appellatur, *vt per Azo. in titul.de appella.versic.item potest appellari ab iniuria iudicis, & not.gloss.*
26 *in leg.si quis à prouocatione, Cod. de appella.* † Item hoc iure temerè appellans condemnatur tantum in expensis, nõ autem alia pœna extrinseca, *text.vbi Abb.not.in cap.2.de appella.& cap.reprehensibilis, eod.tit.* at iure ciuili punitur vltra expensas etiam aliter, *leg.à proconsulibus, C.de appella.leg.ab*
27 *exequutore, C.quorum appell.non recip.* † Item iure ciuili appellatio suspendit etiam excommunicationem, prout omne aliud iudicatum, *leg.1.in fin.ff.ad Turpill.leg.vlt.Cod si à non compet.iud.* secus autem de iure canonico, *c.præterea, & c.pastoralis, de appellat.Zanet. de differ. iur. canon. differentia 159.est mihi num.236.& ante eum Bart. in tract.de diffe.iur.can.*
28 *& ciui.num.147.* † Item iure ciuili iudex à quo nil potest innouare, neque terminum statuere, *leg.3.Cod.de appella. & per totum tit.ff.nil no.appeu pen.* sed hoc iure iudex à quo potest præfigere terminum appellanti, intra quem prosequatur appellationẽ suam, *c.cùm sit Romana, de app.& Bar.*
29 *tradit dict. tract. de diffe.iur. canon. num.148.* † Item de iure ciuili

ciuili non appellatur à quocunq; grauamine, *l. apertißimi, C. de iudic. l. 2. C. de epiſc. audi. l. ante diffinitiuam, C. quorum appell. non reci.* ſecus de iure canonico, quia licet à quocũque grauamine appellare, *c. cùm cauſam, de appell. c. cùm di-*
30 *lectus, & c. cordi nobis, eo. tit. & Bar. vbi ſ. nu. 150.* † Item iure ciuili in cauſa appellationis poſſunt recipi teſtes ſuper eiſdem capitulis, etiam facta teſtium publicatione, *l. eos, §. 1. & 2. C. de appell. l. per hanc, C. de temp. appel.* ſecus eſt de iu-
31 re canonico, *c. fraternitatis, de teſti.* † Item iure ciuili à ſententia epiſcopi poteſt appellari ad iudicem ſecularem, *auth. ſi quis litigantium, C. de epiſc. aud.* at iure iſto appellabitur vel ad metropolitanum, vel ad Pontificem, *c. 1. de offi. deleg. c. duo, de offi. ord. c. ad Romanam, 2. q. 7.*

32 ¶ Finiatur autem † licèt de iure ciuili quodcunque crimen capitale tranſactione, *l. tranſigere, Cod. de tranſact.* non tamen de iure canonico, *toto titul. de ſimon. & 1. q. 1. per totum, & tradit Bap. de ſancto Blaſ. in tract. diff. iur. cano. differentia 100. & Zaneti, differentia 193. nu. 270. allegat c. vlt.*
33 *de rerum permu. & in §. in omnib. 2. q. 3.* † Item iure ciuili licèt morte finiatur delictum & accuſatio, *l. 1. & to. tit. C. ſi reus vel accu. mor. fu.* at de iure canonico pluribus caſibus puniuntur hæredes, *vt in c. ſi quis epiſcopus, & ſeq. de hæret. & in c. quibuſdam, §. vlt. de pœn. & gloſſ. in ſumma, 24. q. 2. & Proſdo. in tract. de diffe. iu. cano. nu. 121. & Zanet. nu. 193. eſt in 117. different.*
34 † Item ingreſſus monaſterij aliter tollit delictum de iu-
35 re ciuili, aliter canonico, *vt per Proſdo. 16. num. 148.* † Item pœnitentia de iure ciuili tollit crimẽ & pœnam producentis falſas ſcripturas, *l. falſos, C. de falſ.* nõ ſic de iure iſto, *c. dura, c. ad falſariorum, C. de falſ. Zanet. differentia 168. nu. 245.*
36 † Raptus crimen finitur, ſi ſequutum ſit matrimonium inter rapientem & raptam hoc iure: ſecus autem iure
37 ciuili, *vt per Cæpoll. conſ. 56. nu. 19.* † De iure autem iſto multa poſſunt expediri per denunciationem euangelicam, *de qua in c. nouit, de iudi. & in c. ſi peccauerit, 2. q. 1.* quæ nõ poſſunt taliter expediri de iure ciuili, *vt per Bart. in extrauag.*
38 *ad reprim. in ver. per denunciationem.* † Item conſuetudo de iure ciuili excuſat, & valet, licèt non ſit præſcripta, *vt per omnes in l. de quibus, ff. de legi.* & hoc iure oportet, quòd ſit præſcripta, *c. vlt. de conſuet. in gloſſ. magna, & gloſſ. in c. mos eſt, diſtinctione 1.*

## CAP. XXIII.

## *de Iure Ciuili generaliter.*

### SVMMARIVM.

1 *Ius ciuile ſemper ſummæ authoritatis fuiſſe, & eius laudes cum deſcriptione.*
2 *Ius ciuile, vnde dictum.*
3 *Ius ciuile ſimpliciter nominatum regulariter de Romanorum iure intelligitur.*
4 *Ius ciuile dicitur etiam ius commune, cuius appellatione ius Romanorum an ſemper veniat,* nu. 7.
5 *Statuto in criminalibus ad ius commune ſe referendo, an de iure ciuili Romanorum ſemper intelligatur.*
6 *Ius ciuile, quando de iure canonico, gentium & naturali intelligatur.*
8 *Statuta ciuitatis propriè ius ciuile & cõmune ipſius dicuntur.*
9 *Interpretatio prudentum & non ſcripturæ communi nomine ius ciuile appellatur.*
10 *Ius ciuile propriè ſcriptum, quotupliciter appelletur.*
11 *Ciuilis actio ad differentiam criminalis ac etiam naturalis obligationis, qualiter dicatur,* nu. 13.
12 *Ciuilis nomen, & ciuiliter aduerbium, quomodo ſumantur.*
14 *Obligationes ex delicto à iure gentium & naturali, non autem ciuili regulariter deſcendunt.*
15 *Gloſſ. quod dixerit obligationes ex delicto deſcendere à l. 12. tab. vel alia l. non autem à iure gentium, quomodo ſaluetur.*
16 *Obligationes ex quaſi delicto, à ciuili iure ſecundum communem opin. deſcendunt.*
17 *Delicta quædam eſſe à iure ciuili inuenta, quæ aliàs iure gentium non eſſent.*
*Accuſationes & iudicia criminalia, iuris ciuilis ſunt.*
18 *Ius ciuile ſcriptum & non ſcriptum dicitur, & in quibus conſiſtat.*

1 SVMMÆ † ſemper fuiſſe authoritatis ius ciuile teſtatur Tul. pro Au. Cecin. inqens. Qui ius ciuile contemnendũ putat, is vincula reuellit non modo iudiciorũ, ſed etiã vtilitatis, vitæq; communis: qui aũt interpretes iuris vituperat, ſi imperitos iuris etiam dicit, de hominibus, non de iure ciuili detrahit: ſi peritis non putat eſſe obtemperandum, non homines lædit, ſed leges ac iura labefactat. Eſt enim ius ciuile, quod neq; inflecti gratia, neq; perfringi potẽtia, neq; adulterari pecunia põt; quod ſi non modo oppreſſum, ſed etiã deſertum aut negligentius cuſtoditũ obſeruatúmve erit, nihil eſt, ꝙ quiſquam ſe habere certum, aut à patre acceptum, aut relicturum liberis arbitretur. Et idem Tul. 2. de offi. inquit; ſummo ſemper in honore, quàm optimè cõſtituti iuris ciuilis cognitio atq; interpretatio, quam quidem ante confuſionem tẽporum in poſſeſſione ſua Principes ciuitatis retinuerunt. eſt enim, inquit Vlpia. *in l. 1. §. proinde. ff. de var. & extraor. cogn.* quidem res ſanctiſſima ciuilis ſapientia, quod quæ pretio nummario non ſit æſtimanda, nec dehoneſtanda, quod quidem ſemper æquum & bonum eſt & vtile, *vt in l. ius pluribus, in princip. ff. de iuſtit. & iure.*

2 ¶ Et quanquam † ius ciuile dicatur ius cuiuſcunque ciuitatis, id eſt, quod quiſq; populus ſibi cõſtituit, *c. nam quod quiſq, Inſtit. de iure na. c. ius ciuile, 1. diſt.* & dicitur quaſi
3 ciuium ius, *vt per Abb. in c. 1. de conſti. nu. 1. in vlt. verb.* † attamen cùm ſingulariter ius ciuile nominamus, intelligimus per excellentiam de iure Romanorum, *§. ſed quotiens, Inſtit. eod.* & ideo cùm ſit compromiſſum de iure tãtum, intelligetur ſemper in dubio de iure Romanorũ, *vt per Dec. in c. licet cauſam, de probat. nu. 8.* niſi ſtatutum ſpe-
4 ciale vel conſuetudo repugnaret, † quod quidem ius ciuile dicitur etiam ius commune, & in dubio appellatione iuris communis, venit ius Romanorum, ſi inter laicos talis appellatio proferatur, vt pulchrè per Alex. *in l. ſi poſt dotem, in antep. colum. ff. ſolut. matrim. & tradit Dec. in dict. cap. licet cauſam, in 2. not. in fin.* ex quo inferri poteſt,
5 † quod vbicunque ſtatuta in criminalibus referunt ſe ad ius commune, intelligentur ſemper de iure hoc noſtro ciuili Romanorum. & quanquam Dec. *in dict. c. licet cauſam,* alleget Roman. *conſ. 227. Præſens caſus, circa fin.* tenentem, quòd ſi ſtatuta referunt ſe ad ius commune intelligantur de iure communi ciuitatis dominantis, non de iure communi Romanorum, quem tamen reprehẽdit. ſed poteſt ſaluari Roman. in caſu, de quo loquitur, quando ſcilicet ius commune præiudicaret ciuitati dominanti, vt ipſe verè hoc caſu loquitur, ſecus quando in nihilo præiudicaret legibus eiuſdem ciuitatis dominantis.

6 ¶ Quòd † ſi appellatio iuris communis proferatur inter clericos, & in ſpiritualibus, & ad canones ſpectãtibus, intelligitur de iure canonico, *vt latè per Dec. in c. 1. de conſt. nu. 8.* quanquam & appellatione iuris communis poteſt intelligi (licèt impropriè) de iure gentium, *vt per Ias. in l. omnes populi, num. 19. ff. de iuſtit. & iur.* & probat optimè text. *in l. ius ciuile, ff. eod. ibi, itaque cùm aliquid addimus vel detrahimus iuri communi.* nam exponendum eſt ibi neceſſario iuri communi, id eſt, gentium vel naturali, vt ex-
7 ponit etiam ibi Accur. † Concluditur ergo appellatione iuris ciuilis & iuris communis, intelligi de iure Roman. quod etiam probat optimè text. *in l. 1. ff. de acquir. rer. dom.* ibi, quarundam rerum dominia nanciſcimur iure ciuili, id eſt, proprio ciuitatis noſtræ, qui text. poſſet etiam in cõtrarium torqueri: nam ſuperflua fuiſſet illa interpretatio, ſi idẽ debuiſſet intelligi per illa verba ſimpliciter prolata, ſcilicet iure ciuili, ſed ponit expoſitionem factam, vt tolleretur omnis dubitatio, per excellentiam autem non propriè de eo Roman. iure intel-
8 ligimus, *d. §. ſed quoties.* † nam propriè etiam ſtatuta cuiuſcunq; ciuitatis dicũtur propriè ius ciuile & commune ipſius ciuitatis, *vt docet gl. 1. in fi. in d. l. ius autem ciuile, ff. de*

*iuſtit.& iur.& tradit Crot.poſt alios in d.l. omnes populi, eod.tit. nu.9.* At largè appellationem hanc capiendo, vt dixi, capietur ius ciuile pro quocunq; iure inſerto in iuris corpore tam naturali quàm gentium & prætorio, *vt per gl.in*
9 *rubr.ff.de orig.iur.* † nam & interpretationes prudentum etiam non ſcriptæ communi nomine ius ciuile appellãtur, *vt inquit Pompo.in l.2.ff.de orig.iur.§.his legib. latis.* & mores ciuitatis Rom. appellantur ius ciuile, *vt inquit gloſſ.in verſic.eſt receptum, in leg.patre furioſo, ff.de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris.*

10 ¶ Quod quidem † ius ciuile propriè ſumptũ appellatur etiam merum ius, *vt in l.in cauſa, la 2.in princ.ff.de minor.* & quandoq; ſtrictum ius, *vt in l.pen.ff.de conſt.pecun.* & quandoq; ſolenne ius, *vt in l.nec ex prætorio, ff.de reg.iur.* & quandoq; ius ipſum, ad differentiam ſcilicet prætorij, *vt in l.vbicunq;, ff.de fideiuſ.& in l.1.§.vlt.de ſuperfi.& in l.1.ff.quod cum falſo tut.& in l.1.quib.mod.vſusfru.amit.& in l.ſi vſusfru.ff. vſusfr.quemad.cau.& alibi ſæpe.*

11 ¶ Et quod attinet ad materiam ſuſceptam, † nomen hoc, *ciuilis*, diſtinguit etiã iudicia criminalia. nam dicitur actio ciuilis, ad differentiã criminalis, *vt tot.tit.C.quan.ci-*
12 *ui.actio crim.præiu.* † quanquã enim aliàs hoc nomen ciuilis, vel ciuile, vel aduerbiũ ciuiliter, ſignificet id, quod ad ius ciuile ſpectat, vel à iure ciuili eſt introductum, vt verba ciuilia, *vt in l.verbis ciuilib.ff.de vulg.& pup.* & ciuilis poſſeſſio ciuiliter poſſidere, *vt in l.1.& l.naturaliter, ff.de acq.poſſ.& in l.1.§.deijcitur ff.de vi, & vi ar.& in l.ſi eum qui, ff. de dona.inter vir.& vxor.& in l.cùm hæredes, in fi.ff.de acq.poſſ.*

13 † Et ciuilis actio ad differentiam naturalis obligationis, *vt in l.ſolent, in fin.ff.de præſcrip.verb.& ſimil.* tamen quando ciuilis actio nominatur ad differentiã criminalis, nõ dicitur ciuilis, vtpote quæ à iure ciuili deſcendat, quia ẽt criminales iure eodem deſcendunt, *leg.1.ff.de pub.iud.* ſed dicuntur ciuiles, vel quia ad ciuium vtilitatem dantur, quæ pecuniã tantum ſpectat, *vt in l.licitatio, §.quod illicitè, ff.de publica.* cum his de re familiari ciuium tantũ agatur, *vt in l.interdum, ff.de publ.iud.* vnde aliquando pecuniariter & criminaliter agi opponuntur, *vt in l.vlt.ff.de priua.deli. & in l.1.ff.de teſti.* quod alibi ciuiliter dicitur, *vt in d.l.vlt.ff. de fur.& in d.l.1.C.quan.ciui.act.* vel, vt ego verius exiſtimo, ciuilis dicitur actio ad differẽtiam criminalis, id eſt, vrbana, modeſta, & ingenuo ciuili digna concordia, vt in eam ſignificationem ſumitur *in l.ciuile, C.de furt.* De differentiis autem harum actionum, quando ſcilicet ciuiliter, vel criminaliter agitur, inferius aptiori loco diſſeremus.

14 ¶ Sciendum inſuper, † quòd obligationes, quæ ex delicto oriuntur, iure iſto regulariter non deſcendunt, ſed potius iure gentium, & naturali, *vt videtur probare tex. in l.1.in fi.ff.de furt.& Inſtit.de oblig quæ ex delict.in §.1.* nam, vt inquit Vlp. *in l.probrum, ff.de verb.ſign.* furtum, ſicuti adulteriũ natura turpe eſt, & flagitioſum, *& tenet apertè Bart. in l.ex hoc iure, nu.15.ff.de iuſtit.& iu.* vbi etiam Iaſ. *nu.75.* qui ideo reprehendunt glo. *in §.ius autem gentium, in ver.penes, in fi.Inſtit.de iure nat.* volentem, q̃ obligationes ex delicto deſcendant, nõ à iure gentium, ſed à lege 12.tab. vel alia lege, quã gl. etiam ſequutus eſt Albe. *in l.ſi tibi, §.de pigno-*
15 *re, ff.de pact.* † licet glo. ſaluari poſſit, q̃ intellexit de obligationibus ad pœnas, quæ pro delictis infliguntur. nam licèt natura ipſa quædã delicta ſint turpia, quod nemo negat, nõ tamen ideo ſequitur, q̃ pœnæ pro eo delicto impoſitæ ſint de iure gent. cum iure gentium nulla certa pœna reperiatur impoſita. & cùm obligatio ſemper reſpiciat certum debitum, vel certam pœnam, *vt Inſti.de obli.in prin.* cùm ex delicto iure gentium nulla ſit propoſita certa pœna, ſed tãtum emẽdatio damni, quæ pœna propriè dici non poteſt, ſed reſtitutio ablati, ideo bene ſenſit gl. & Alb. quòd obligationes ex delicto intelligẽdo reſpectu pœnæ ſint de iure ciuili, non gentium, *quod etiam videtur ſentire Bal.Fulg.& Sal.in d.l.ex hoc iure.& tradit*
16 *etiam Matthes.in no.47.incip.Nota quod actiones.* † Obligationes autem prouenientes ex quaſi delicto, communi omnium ſententia ab hoc ciuili iure deſcẽdunt, quia ferè omnes ad id tendunt, vt vnus ex facto alterius, vel ex culpa ſua tantum, non dolo teneatur, *vt in tit.nau.cau.ſta. & in tit.de his, qui deiec.vel effu.& ſimil.de quibus in l.ex maleficijs, ff.de act.& oblig.& toto tit.Inſtit.de oblig.quæ ex quaſi delic.* quod tamen etiã intelligit Ial. *in loco præal.* quando agitur ad pœnam, ſecus ſi ad refectionem damni tãtum, *vt probatur in l.rerum quidem, ff.rer.amot.* Ex quo colligitur certa concluſio, quòd tam obligationes ex delicto, quàm ex quaſi, reſpectu damni reſarciendi, ſunt iuriſgen. reſpectu autem pœnæ ſunt iuris ciuilis.

Delicta quædam iure ciuili turpia, quæ iure gẽtium turpia non erant: male loquitur Author inuenta.

17 ¶ Sunt † tamen quædam delicta à iure ciuili inuenta, quæ aliàs iure gentium delicta non eſſent, *vt in l.probrum, ff.de verb.ſigni.* & pulchrè docet Tull. *in Ver.3.* exempla ponens, vt, Ne quis priuatus pecuniam faciat, Ne quis adoptiuam filiã aut ſororem in vxorem ducat, Neve ſenatoriam, quæ ludicram artem exercuerit, & ſimil. quæ etiã habentur in tit. ad l. Aquil. de ſacculariis tradit Bal. *in l.ius ciuile, in fi.ff.de iuſt.& iu.* quanquam putem nomen potius delicti in ſaccullariis, quã ipſam delicti ſubſtantiam inuentum fuiſſe, cùm & in his furandi animus requiratur, *vt in l.ſaccularij, ff.de var.& extraor.cri.* quod tamen Bal. ibi negauit ponens crimen hoc ſacculariorum inter ea, quæ iuris ciuilis ſunt & quo ad materiã & quo ad formã, niſi fortè intelligas Bal. quanquã alleget l.ſaccularij. noluiſſe tamen intelligere de illo crimine ſacculariorum, de quo in princ. illius l. ſed de ſcopeliſmo, delicto prouinciæ Arabiæ, de quo in ead.l. in §. ſunt quædam. & de aliis delictis, de quibus in §§. ſequentib. quæ ſunt propria certarum prouinciarum, atq; ideo à iure omnium gentium proficiſci non potuerunt. Atq; ideo fit, q̃ ſi ſtatuta ciuitatũ aliqua conſtituunt, & prohibeãt delicta, quæ iure cõmuni non eſſent prohibita, obligatio ſingulariter diceretur ex iure ciuili procedère, *vt per Bar.in l.omnes populi, ff.de iuſt.& iu.nu.52.* Accuſationes aũt & iudicia criminalia iuris eſſe ciuilis, nulla eſt dubitatio, *vt per illum text.docet Bald.in l.2.§.deinde Cornelius, ff.de origine iuris.*

Sacculariorum crimẽ.

18 ¶ Verum, quia † hoc ius ciuile conſtat ex ſcripto, aut non ſcripto, *l.ius ciuile, in fi.ff.de iuſt.& iu.§.conſtat, Inſt.de iu.na.gen.& ciui.* Scriptum verò cõſtat ex legibus, plebiſcitis, Senatuſconſultis, decretis Principum, & authoritate, ſiue reſponſis prudentum, *l.ius autem ciuile, ff.de iuſt.& iu.& d.§.conſtat.* vbi adduntur etiã magiſtratuum edicta. Et non ſcriptum eſt, quod conſiſtit in moribus, conſuetudine, & æquitate, *vt ibi dicitur.* Ideo de ſingulis videndum, vt facilius cognoſcamus, quid ſingulis his partibus iuris circa hanc materiam criminum fuerit adinuentum, vel diſpoſitum.

## CAP. XXIIII.

## *De Legibus Græcorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Lex prout eſt iuris pars, quid ſit, & qua ſolẽnitate magiſtratus curules in interrogando populũ pro ea cõdenda vterentur.*
2 *Leges 12.tab. à Draconis, & Solonis legibus tanquam fontibus manarunt.*
3 *Draco primus Athenienſibus leges dedit, qui vt aſperrimus ſanguine eas ſcripſiſſe dictus, à populo occiſus nomen conſequẽs rei gerens, quo tempore floruerit.*
4 *Draco, quòd flagitiorum quorumcunque vnam pœnam, mortis ſcilicet inflixerit, interrogatus quid reſponderit.*
5 *Draco pœnã mortis aquæ ei qui olera aut teneros caules furripuiſſet, indixit: pariterq; is qui iumenta aliorſum quã quo vtendũ accepiſſet, furti pœna, hoc eſt, morte plecteretur, n. 6. qn & Ocij conuictus mortis quoq; pœnam ſubiret, nu.7.*
8 *Draconis leges de homicidis latas Solon abrogauit, & quales illæ fuerint, & nu.10.*
9 *Homicidam neceſſarij mei propria authoritate capere liceat.*
11 *Solon Draconi ſuccedens mitior illo leges inſtituit, quibus Athenienſes vixerunt.*
12 *Solon 85.ll.tulit, & quæ ſint.*

LEGEM

LEGEM hîc accipio, prout est iuris pars, & in eum sensum, in quem accipit Iustin. *in §. lex est, Insti. de iu.*
1 *na. gen. & ciui.* † est ius, quod populus Rom. Senatorio magistratu interrogante constituebat. Quatuor aût duntaxat erant Senatorij, id est, Curules Magistratus, q hanc habebant de lege interrogandi populum potestatem, videlicet Consules, Prætores, Dictatores, Interreges. Ad populũ enim spectabat tantũ legem cõdẽdi potestas, sicut & magistratuum creandorum & belli inferendi, *vt Poly. tradit lib. 6.* proposita aût lege interrogabat vnus ex dictis magistratibus populũ, an legem quã tulerat, approbarẽt hac verborum formula, Velitis, iubeatis, Quirites, ita vti scripta lex est, rata fiat. Datis postea tabellis populus rogatus respondebat vel hac litera, A. quæ significabat verbũ Antiquo, quod est abrogo, aboleo, non approbo. Vel his duab. V. R. id est, vti rogas, ita fiat. Et hæc de lege speciali nominis significatione sumpta post exactos Reges, & ante Cæsareũ Imperiũ dicta intelligãtur. Verũ quia & tẽpore Regum Roma. p eos, & per Græcos sapiẽtes latæ sunt, quorũ aliqua in Digestorũ corpore referunt, ideo de eis quoq; nõ iniucundũ fore neq; incõgruum, si aliqua dicãtur, quæ tamen materiã nostrã criminum duntaxat attingant. Ac primũ de Draconis, & Solonis legib. Athenien. lib. datis verba fa-
2 cienda, † cùm ab eis tanquã fontib. leges 12. tab. emanarint, *vt tradit Pomp. in l. 2. §. exactis deinde, ff. de orig. iu.* & Iusti. *in §. sed ius quidem ciuile.* appellat Draconis, & Solonis leges ius ciuile Athenien. sium.

3 ¶ Draco † Atheniẽsis vir bonus, iurisq; diuini & humani peritissimus, *vt inquit Gel. lib. 11. c. 17.* primus Athenien. sib. leges dedit, dicens se edoctum à Minerua. Hic qa acerbior fuit & asperrimus in pœnis indicendis sanguine, nõ atramento leges scripsisse dictus à Demade oratore Athen. Qui ideo (vt fertur) in Theatro apud Æginã præfocatus, obrutus, oppressúsq; fuit à populo, vniuersis vestes, pileos, petasos, calceos, ac omnia, quæ ad manus venerant, in eum iniicientibus. Atq; ideo mox eius leges antiquatæ, abolitæq;, non profecto decretis vllis ob legum reuerentiã, sed tacito omnium consensu in desuetudinem abiere, succedentibus Solonis & illis quidẽ mitioribus legibus. Huius quidẽ legislatoris seueritatẽ appositio scommate insimulat Aristot. *Rheto. lib. 2. c. 23. in fi.* dum inquit, Ex nominis ratione duci aliquã-
do argumentum, vt in Draconẽ nomothetẽ non esse eius leges hominis sed Draconis. nã & idem Arist. *Polit. 2. c. 9. quod & vlt. est, in fi.* inquit, Draconis nullius egregij facti memoriã existere, pter rigiditatem ob magnitudinẽ pœnarũ. Hic floruit olympiade 42. & 43. tẽpore Ezechielis prophetę, & Regis Babylon. Nabuchodon. Regnãte apud Rom. L. Tarquinio Prisco V. Rege, eiúsque leges Thesmos vocatas dicunt, quòd duriores essent, nullámque æquitatis aut rationis causam haberent, præterquam quòd scriptæ essent, & in numero legum
4 positæ.

¶ Hic ergo † legem tulit generalẽ, Quòd omniũ flagitiorum vna esset pœna, nempe mors: cuius legis cùm de rõne fuisset interrogatus, respõdit, quoniã leuia vlt. supplicio digna censebat; grauiorib. quã maiorem indiceret pœnam nõ habebat, author Plutar. in Solone. videtur aût in hoc potius Stoicorum sectã sequutus, qui peccata omnia æqualia esse dicebãt, quod & cõprobare nititur Tull. *Parad. 3.* quod quidem ab omni iustitiæ tra-
5 mite prorsus abhorret, *vt habetur in l. ne quis, & in l. sancimus, C. de pœ.* † Hic ergo, & ei q olera aut mollioris corticis fructus surripuisset, pœnã mortis æquè indixerat (*vt refert Plutarch. in Solone, & Gell. lib. 11. cap. 18.*) ac si nummũm aureorum myriadas substulisset, quod Horat. *sermo. lib. 1.* irridens reprehendit, inquiens:

*Nec vincet ratio hoc, tantundem vt peccet idemq;*
*Qui teneros caules alieni fregerit horti:*
*Et qui nocturnis Diuũm sacra legerit. at sit*
*Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas.*

Senatorii magistratus.

6 Hunc etiam † legem sanxisse refert Alexan. ab Alex. *Genial. lib. 6. c. 10.* vt si quis iumenta aliorsum duxisset, quã quo vtendum accepisset, furti pœna, hoc est, morte foret obnoxius, quod tamen nõ adeo iniustum fuit, si pœnam mortis demas, vt & iure nostro is furtum commisisse negari possit. nam & idem Paulus *in l. qui iumenta, ff. de fur.* respondit, & Iustin. comprobauit *in §. furtum, Insti. de oblig. quæ ex delict.* de qua re latius, dum de furto tracta-
7 bimus, differemus. † Sed & quod durius est, legem tulit, vt qui ocij conuicti forent, mortis pœnam subirent, vt idem Plutar. in Solone testatur, quòd ex ignauia, & veterno otio innumeras malorum species exoriri cognoscebat. experimento enim docemur, quòd qui nullam artẽ exercent, sed otiosi cum scortis in popinis frequentes rem suam abliguriunt, nihil nõ audent, omne facinus excogitant, vt commodiori otio diutiúsq; fruãtur. quæ lex, prout & plures aliæ à Solone fuit abrogata, vti nimium seuera, infamiæ tãtum pœna illis indicta; quanquam & horum similes ignauos, & otio deditos apud eos etiam odio haberi legimus, *vt in leg. quidam, C. de decur. lib. 10. & in l. 1. C. de mendican. val. li. 11.* Legem etiam tulisse hunc refert Alexand. loco supra citato, vt quilibet alieno abstineret, quæ quidem sanctissima est, dempta mortis pœna, cùm & ideo lege Dei sancitum legamus, *Exod. 20. & Deut. 6.*

Otii pœna

¶ Quod autem attinet ad homicidas, Plutar. in So-
8 lone refert † quas leges Draco de homicidis tulit abrogatas non fuisse à Solone, sed approbatas; quas quidem has fuisse legimus, vt scilicet homicida, si præsens detineretur, morte puniretur, quòd si absens fuisset, legem tulit, quã præstantia, & æquitate omnibus legibus præferendam esse dixit Demosthe. in oratione contra Aristocratem, quòd si quis violenta morte occubuerit, liceat occisi necessariis capere, ppria authoritate suspectos, donec aut causam dixerint necis, aut homicidas dediderint. Tres autem tantum capiendi, non vltra po-
9 testas esto, † quod etiam hodie licere tradit Bal. *in l. pen. C. de fer.* arguendo à maiori, *ex l. ait prætor, §. si debitor, ff. quæ in frau. cred.* nam si ex ea lege licet debitorem fugientem propria authoritate capere, multo magis licebit homicidam necessarij mei.

Homicidii pœna.

¶ Aliam quoque similem ab eodem scriptam refert
10 idem Demosthe. loco de quo s. † homicidam scilicet in territorio delicti occidendi vel ad iudicem deferẽdi ius esse, quod & hodie apud nos specialibus legibus est statutum, vt homicidij reus si intra terminos interdictos occidatur, cædes illa sit impunis, de quibus Bart. *in l. 1. C. de summa Trinit. & fid. cathol. & in q. 1. incip. Lucanæ. & Alberi. in quarta parte statu. q. 17. & latius Nellus in tracta. banni.* Cui legi similem quoq; ibidem Demosth. addidisse refert in hæc verba. Cædis actiones ne sunto vsq; in eos, qui exules deferunt, si quis redeat, quo non liceat. In absentes quoque homicidas hanc tulisse legem tradit idem Demosthe. ad Leptinem. Homicidas, scilicet aqua ablutoria libationib. crateribus sacris, foróq; arcendos. quæ quidem pœna erat aquæ & ignis interdictio, cui hodie subrogatam esse deportationem testatur Vlpia. *in l. 2. ff. de pœn.* vel ea, quam excommunicationem canones vocant. quinimo & non solum homicidam hominem extorrẽ esse voluit Draco, sed & animal irrationale: quin & quodlibet inanimatum instrumẽtum, quo mors foret illata, quæ abrogatæ sunt hodie, quanquam quoad animalia rationis expertia attinet, scimus hodie quoq; pecus, cum quo masculus vel fœmina coierit, interfici iubetur, *vt habetur in c. mulier, 15. q. 1.* quod sumptum est ex Leui. c. 20. de puniendis autem etiam inanimatis hac lege Draconis scripsit Paus. in Eliaca. & Eusеb. de prępa. Euang. lib. 5.

¶ Non autem adeo inhumanus fuit Draco, vt passim omnes homicidas morte puniendos censeret æquè, scilicet eos, qui casu vel ob necessariam defensionem occidissent, ac eos, qui dolo, & præmeditatè. Nam & De-

mosthenes in oratione contra Aristocratē refert, hanc quoq; legem ab eo latam fuisse, vt si quem hostiliter per vim & iniuriam grassantem statim suę causa defensionis aliquis occiderit, impune illi foret, quæ lex tanquā iure naturæ innixa, & à nostris comprobata est, *vt in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* * *& in l. 1. C. vnde vi, & in l. 2. C. de sicar.* & oratoriè exornat Tullius pro Milone. sed & aliam eiusdem refert ibidem Demosth. in hæc verba, si quis inconsulto in ludis occiderit, vel in via prostrauerit, vel in bello imprudens, aut deprehensum apud vxorem, aut matrē, aut sororem, aut apud filiam, aut concubinam, aut apud eam, quam apud se ad suscipiendos ingenuos liberos habuerit; ob hęc, qui cædem fecerit, ne exulato. quæ omnia ferè & à legibus nostris sunt recepta, *vt habetur in l. item si obstetrix, §. vlt. & in l. item Mela, & in l. si putator, ff. ad l. Aqui. & in l. patri, & in l. marito, ff. de adul. & in l. Gracchus, C. eod.* Nam & Cato, alioqui acerbus & seuerus, illam laudat, & approbat apud Gell. *lib. 10. c. 23.* nam & Draconis legis, quòd liceat adulterum occidere repertum in ipso actu Veneris, meminit Vlpia. *in l. quod ait, in prin ff. de adul. de qua etiam per Alcia. Parerg. lib. 2. c. 25.*

* l. 4. & 5. ff. ad l. Aqu.

11 ¶ Solon Draconi successit Cyri tempore circiter 57. Olymp. Seruio Tullio VI. Ro. Rege regnante, qui videns Draconis leges populo displicere vti nimium seueras, molliores ac gratiores instituit, in quibus se & religionis obseruantissimum, & in Deos pientissimum, ac boni & æqui studiosissimum ostendit, *vt tradit Plutar. in eius vita, & Laert. itidem.* erat enim vir optimus, & adulari nesciebat, quo nomine à Crœso è regno suo expulsus fuit. Quibus legibus deinceps semper vixerunt Athenienses, & in Pandectis nostris non vno in loco tantum citantur. *nam & in l. vlt. ff. fi. regun.* Caius refert legem Solonis de relinquendo spatio intra terminos, *& in l. vl. ff. de colleg.* idem Caius refert aliam de sodalibus & collegiis pacisscentibus, & aliam de adulterū occidente. Vlp. *in l. quod ait, ff. de adult.* Hunc ferunt ad Ægyptios nauigasse, vt à Sacerdotibus illis religionem & philosophiam
12 disceret, item & à Moyse plura decerpsisse. † Solonis 85. leges refert Pandulphus Pratæius in suo eleganti libello de veteri iuris prudentia, quarum quia plures criminum materiam non tangunt, ideo summatim tantum referam eas, quæ tractationem hanc solummodo spectant. Hæ autem sunt.

Maledicta — Si quis parentes innutrierit, infamis esto.

Otium. — In mortuum maledicta ne obiicito.

Ebrietas. — Qui sectatur Otia omnibus accusare volentibus obnoxius infamis esto.

Matrimonii lex. — Princeps deprehensus Ebrius, morte mulctator.

Si quis ad generandū idoneus non sit, sed cōtra naturam bonorum gratia vxorem duxerit, cupiditatis & iniuriæ in eum detur actio.

Olea. — Si quis oleā Athenis effoderit (nisi ad templum Athenensium publicum aut municipale requiratur) in suos vsus vsq; ad binas oleas quotannis ad funus iisdem vtēdum sit centenas de singulis oleis dragmas ęrario debeto atque eius mulctæ decimæ Mineruæ sunto.

Debeto & homini priuato, à quo reus peractus est cētenas dragmas in singulas oleas.

Ex fructibus oleum solū ad peregrinos transportandi ius esto, alios fructus minimè: in eum, qui asportauerit execrationem faciunto magistratus, aut drachmas ærario persoluunto.

Canis. — Canis mordax trunco quatuor pedib. ligato, deditor.

Matrimonii lex. — Si hospes mulierē ciuem duxerit, venundetur ipse & res eius & triens sit conuincentis, sic & ciuis, qui peregrinam duxerit, mille drachmis mulctabitur. Et si quis viro Athenienſi peregrinam elocauerit tanquam sibi cognitā, infamis esto, bonáq; eius populi sunto, publicentúrve, conuincenti tertia pars detur.

Maledicta. — Si qs maledictis aliquē incesserit in sacris locis aut in iudicio vel apud magistratū aut in spectaculis illi drachmas tres, ærario duas soluat.

Homicidij pœna. — Cædis instrumenta rea peraguntor.

Otii pœna. — Qui apud prouinciarum præsides vnde viuat, quotannis non demonstrauerit, morte mulctator.

Decoctor. — Qui patrimonij sui versuram fecerit infamis esto.

Monetæ falsæ crimen. — Si quis falsam fabricauerit vel adulterauerit monetam iudices eum odiunto & puniunto.

Homicidii pœna. — Homicidium à cognatis vsque ad consobrinos vindicandum.

Serui ni cædem domini nunciauerint, puniuntor.

Locatio. — Qui pensionem locationis lucorum deis sacratorum non soluerit, infames ipsi & hæredes eorum sunto donec soluerint.

Sepulchrū. — Sepulchrum ne violanto.

Iniuria. — Si quis aliquem iniuria affecerit, vel conuicium ei dixerit iniuriarum & iniustitiæ postulator, si verò iudicem infamis esto omnibus de iniuria alteri illata supplicium sumendi ius esto.

Calumniæ. — Calumniator mille drachmas soluito.

Iniuria. — De iniuria & damno intra triginta dies tantum agendi facultas esto.

Damnati. — Nullus pro damnato supplicet, si supplicauerit bona eius publicentur & infamis esto.

Oculi euulsio. — Qui oculum alicui euulserit, ambobus careat.

Neutralitatis pœna. — Qui orta seditione in populo neutri parti accesserit, is domo, patria, fortunísque omnibus careto exúlque esto.

Noxiæ pœna par esto.

Furtum. — Fur dupli damnator.

Fur diurnus, si supra 50. drachmas furatus fuerit, carceretur.

Furnocturnus cuiuscunque summæ, & occidi & vulnerari, & capi possit, eiusq; pœna mors esto.

Proditio. — Si quis hostem concitauerit, vel ciuem illi tradiderit, morte mulctator.

Lenocinii pœna. — Productores, id est, lenones morte plectuntor.

Adulterii pœna. — Adulterum in opere deprehensum occidendi ius esto.

Raptus. — Si quis vi liberam rapuerit, drachmis decem punitor.

Lenocinii. — Si quis liberam prostituerit, 20. drachmis tenetor, præterquam si ea palam venisset.

Adulterii. — Postquam quis adulterum deprehenderit, non liceat deprehendenti mulieri cohabitare, si habitauerit, infamis esto.

Adulteræ mulieri non liceat ad sacra accedere publica.

Si adulter abeat impune patiatur illa præter mortem, quod pateretur adulter.

Facinorosi. — Facinorosi si capi nequeant bellum eis indicito.

Et hæc dicta sint de legibus Athenienſium, quæ & à Iureconsultis nostris sunt cognitæ, & multa ex eis ab illis obseruata & comprobata, & præcipuè ex Solonis legibus, nam libro tertio refert Liuius legatos Athenas missos, vt Græcorum leges referrent, sed hoc in primis iussos, vt inclitas Solonis leges describerent, & quòd à Græcis sumptæ leges fuerint, tradit Tull. etiam pro Flacco, inquiens: ab Athenienſibus humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur.

## CAP. XXV.

## *De Legibus Regum Romanorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Regia lex, quod ab Hortensio lata non fuerit, cōtra Accursium longè in hoc aberrantem, & quæ intelligatur.*
2 *Regia lex actiuè, & passiuè capitur, secundum actorem.*
3 *Romuli Regis leges 25. narrantur.*
4 *Numa Rex secundus, plures leges tulit.*
5 *Tullius Hostilius legem vnam tulit, & vnam Tarquinius Superbus: sed Tarquinius Priscus, Anneusq; Martius nullam penitus.*

REGIA

REGIA † lex ſe offert, de qua non ſemel facta eſt mentio, & in iure noſtro varij varia ſenſere. nam Accurſ. *in l.1.in prin.in ver.Regia. ff.de conſti.Prin,* quod lata fuerit, inquit, ab Hortenſio mirabili authore, *vt in l.2.§.deinde cumeſſet.ff de ori.iu.* in qua interpretatione longe à vero aberrat, tum quia lex lata ab Hortenſio, de quo in d.§.deinde. nullam tradebat Principi aut Regi aut Imperatori poteſtatem, ſed plebi & eius ſcitis, vt æqualem cum legib. latis poteſtatẽ haberent, *vt ibi dicitur*: tum quia Hortẽſius, de quo ibi tex. non fuit ille orator eximius, cauſarũ patronus, de quo ſæpe Tullius, & de quo gl. intellexit, ſed illũ, hic, qui de plebiſcitis legem tulit, longo tempore præceſſit, vt notum eſt. nam hic, qui legem hanc tulit, fuit Q. Hortenſius, qui legem ipſam tulit anno ab V.C. 467. vt tradunt Plin. *lib.16.c.10.* & Gell. *li.15.c.27.* & Aug. de Ciu. Dei, *li.3.c.17.* & tamen Q. Hortenſius orator floruit, vt inquit Tull. in Bruto, ſiue de clar. orator. à Craſſo, & Scæuola Coſſ. vſq; ad Paulum & Marcellum Coſſ. Hoc eſt ab anno ab V. C. 658. vſque ad annum 704. & ſic diſtant per annos 191. Quare Accur. ipſe tranſit ad aliam interpretationem, vt Regia dicatur, id eſt Regalis, quod non eſt interpretari, ſed ignotum per ignotius explicare.

¶ Salomonius, omiſſis antiquioribus Interpretibus, qui nihil certi afferunt, *in d.l.1.de conſti.prin.* ſenſit, legem Regiam intelligi eam, qua ſingulis Imperatoribus populus Romanus poteſtatem Regiam transferebat, formulam eiuſdem legis ex epigramm. antiquis referens. Hunc Coraſ. *Miſcel.lib.6.c.8.* reprehendit, tenetque Regiam legem dici latam à Romulo, qua populo Roma. conceſſit ius Regis creandi, ad hoc citans authoritatem Halicarn. & Liuij, nullum tamen certum indicans locum, à quo ideo ego diſſentio, quia apud ipſum Halicarn. li.2.nõ à Romulo poteſtatem Regis creandi populo datam, ſed eſt contra, à populo Regem ipſum Romulum creatũ. Inquit enim Dionyſius ibi, Tres Rerump. formas à Romulo propoſitas fuiſſe in conſultationem po.Ro. Regiam. ſ. paucorum & populare, vt quę melior videretur, eligeret. ſcribitq; oẽs Quirites Regiam elegiſſe, vt pote quæ melior videretur, ꝙ & eis libertatem & in alios imperium parandi aptior eſſet, atque ita Romulum ipſum Regem elegerunt, ergo non data poteſtas Regia à Romulo populo, ſed eſt contra potius. Aliter quoq; de hac lege Regia ſenſiſſe videtur Duare. Anniuer. *lib.2.cap.19.* & poſtremo Paul. Manu. politiſſimæ eruditionis vir in elegantiſſimo de legibus libello. de quorum opinionibus, vt aliis relinquam iudicium, præſertim cum hæc diſputatio non ſit propria huius Tractatus, ſatis erit mihi hoc loco breuiter expoſuiſſe, ꝙ ego ſentiam. † Puto igitur duplici ſenſu in iure noſtro
2 accipi legem Regiam. vno modo actiue pro lege. ſ. à Rege vel Romulo vel quolibet alio eius ſucceſſore, qui Rex fuerit lata. & in hunc ſenſum accipitur à Pompo. *in l.2.ff.de orig.iur.* dũ refert leges plures latas fuiſſe à Romulo, & aliis Regibus, quæ à Papyrio fuerunt in vnum librum congeſtæ, & appellatæ ſunt ius ciuile Papyrianũ. & in eundẽ ſenſum quoque ſumpſit Marcellus. *in l.2.ff. mor.infer.* dum inquit: Negat lex Regia, mulierẽ, ſi prægnans ſit mortua, humari, antequam partus ei excidat. Hic. n. ſenſit de lege ab aliquo ex VI. primis Regib. Ro. lata, cuius nomen licet non exprimat, veroſimile eſt, à Romulo latam fuiſſe, qui & de partu monſtruoſo legẽ tulit, vt infra referam. Et in hunc quoq; ſenſum accipio verba L. Valerij Trib. plebis ſuadentis abrogationem legis Oppiæ aduerſus M. Portium Catonem, quæ referuntur à Liuio in initio lib.44. videlicet quid? vetus ne eſt hæc lex Regia ſimul cum ipſa vrbe nata? nam non puto poſſe intelligi per hæc verba de lege Regia pop. Ro. qua ineunte regnan. Romulo in eum omnis poteſtas translata eſt, vt ſenſit Fran. Hotto. in Indice legum Ro. de quo etiam gloriatur *in §.ſed quod Principi.Inſt.de iu. nat.* quia nil faceret illa lex ad cãm matronarum priuatam, ſed ſẽſit L. Valerius de antiquis legib. Regiis. i. à Romulo & ſucceſſorib. latis, ꝙ etiam probatur ex ſeq. verb. quę ſtatim ſequuntur, dũ inquit, aut (quod ſecundũ eſt) à decẽuiris ad condenda iura creatis in 12. tab. ſcripta, ſine qua cum maiores noſtri non exiſtimarint matronale decus ſeruari poſſe, nobis verendum ſit, ne cum ea pudorem, ſanctitatemque fœminarum abrogemus? ſi ergo confert legem regiam cum l.12. Tab. ergo non de ea, quę imperium tranſferret, intelligere voluit, quæ iam exactis Regibus erat abrogata, ſed de alia quapiam lege antiqua Regum priorum, qua de Matronarum pudicitia retinenda forte ſancitum fuerat, vt de ea forte Romulo lata in hæc verba, Nocturnas vigilias ne habẽto. Vel illa, Ne quis præſentib. fœminis obſcœna verba facito. Vel illa, Mulier viro legitur coniuncta fortunarum & ſacrorum ſocia illi eſto. Aut illam, Adulterij cõuictam vir & cognati vti volent necanto. Item & illa, Mulier ſi vinum biberit domi, vt adulteram puniunto. Vel illa Numæ, Pellex ædem Iunonis non tangito, ſi tangit Iunoni crinibus demiſſis agnum fœminam cædito. Vel illa eiuſdem, Veſtalis ſi inceſtum commiſerit, viua ad portam Collinam defoditor. Si ergo voluit dicere Valerius, nunc tractaremus de abroganda aliqua ex iſtis legibus Regiis, id eſt, à Regibus latis, & ſimul pene cũ ipſa vrbe, id eſt, in ipſis initiis dubitari poſſet, ne abrogando legem qua veteres per tot ſecula mulieres intra pudicitiæ & honeſtatis terminos continuerunt, & ipſam matronarum pudicitiam tolleremus. ſed quia hæc lex Oppia noua eſt, ſine qua per tot ſecula ſuam ſeruarunt mulieres honeſtatem, ideo non timendum. Alio ſenſu ſumitur lex Regia paſſiue, id eſt, qua poteſtas Regia à populo in Imperatorem lata eſt, & de hac loquitur Vlpia. *in d.l.1.ff.de conſtit. prin.* & repetit Iuſtin. *in §.ſed & quod Principi, Inſti. de iure nat.* dum inquit, quod Principi placuit, legis habet vigorem. aſſignat poſtea rationem huius dicti in hæc verba. vt pote cum lege Regia, quæ de imperio eius ſcilicet Principis lata eſt, populus ei, ſcilicet Principi, & in eum ſcilicet principem, non autem in eum ſcilicet populum. *vt Duare. ſentiebat,* quia nec ratio recti ſermonis patitur, & idem relatiuum ante bis expreſſum declarat, quod de Imperatore, non de populo ſenſerit; & dum de populo ſentire intendit, vtitur poſſeſſiuo nomine *Suus*, dum ſequitur in hæc verba: Omne ſuum Imperium, id eſt, ipſius populi conferat, & ſic ſi dum ſcriptum eſt in eum, voluiſſet Vlpian. ſentire de populo, dixiſſet potius in ſe quam in eum, cum loqueretur de perſona populi loquentis & transferentis. Conſtat igitur eo in loco Vlpianum loqui de lege Regia paſſiue reſpectu Principis, id eſt, qua populus in ipſum Principem omnem contulit poteſtatem. Dum autem putat Salomonius ſingulis Principibus per ſingulas leges talem poteſtatem datam à populo, quod negat Coraſ. loco ſupra adducto: Ego ſi prima ſpectentur Imperatorum tempora, quibus multa etiam ſibi populus retinebat, aſſentior Salomonio: nam conſtat ex epigram. ab eo citato manifeſte ſingulis Principibus vſque ad Domitianum eandem legem repetitam, vt ſcilicet iure legitimo Princeps eam poteſtatem habere videretur, non autem de facto per tyrannidem occupaſſe. quem morem vſque ad Hadrianum ſeruatum crediderim & Antoninum. At ſi poſteriora tempora ſpectentur, quibus audaciores & inſolentiores Principes omnia ſibi vendicarunt omnem reip. formam abolentes, puto recte ſenſiſſe Duare. quod ſcilicet illa lex Regia, quæ ſingulis Principibus creatis repetebatur perpetua facta, vt ſcilicet omnibus ſcripta perpetuo intelligeretur. Quod mihi non perſuaſit lex, quam Coraſ. allegat *in leg.prima ff.de offic.præfecti præto.* quam ipſe refert in hæc verba: Regimentis poſtea reipub. ad Imperatores perpetuo translatis, quaſi quod vnica lege perpetuo à ſe populus

Imperium abdicauerit,& in Principē tranſtulerit, quia vera litera Florentina non habet aduerbium perpetuo, ſed eius loco adiectiuum perpetuos, quod ſcilicet Principes perpetui crearentur, id eſt vt Principes eſſent, donec viuerent, non autem temporanei, vt Dictatores, cū quibus Arcadius ibi confert ipſos Principes. ſed in eam ſententiam me induxit l.1.§.ſed in hoc ſtudium. C. de vete. iure enucl. cuius hæc ſunt verb. cum. n. antiqua lege, quæ Regia nuncupatur, omne ius omnisq; poteſtas po. Ro. in imperatoriam tranſlata ſit poteſtatem. Pondero loqui Iuſtin. in numero ſingulari; item quod appellat antiquam legem; item quod dixit translatam poteſtatem po. Ro. in poteſtatem imperatoriam, non dixit Imperatoris, quod ſcilicet in ipſum imperium perpetuo conſtitutum translata ſit talis poteſtas ſub nomine dignitatis, nō autem in ſingulos Principes. quam quidem Regiam poteſtatem à populo ſemper tributam primo Regibus, id eſt ipſi Romulo fatemur, *vt ſupra dictum eſt*; mox interregibus, qui pro tempore, quo vacabat à Regibus vel ſupremis magiſtratibus imperium, creabantur. Demum Conſulibus, & Dictatoribus, vt author eſt Halicarnaſ. lib. 4. ad fi. dum inducit Brutum oratione populum ſuadentem, vt Regem Tarquinium expellerent, dicens eum lege non ſumpſiſſe imperium, ſed contra legem, & ideo decernere, vt loco Regis duo Conſules creentur poteſtate (vt inquit) Regia. Hāc etiam legem Regiam appellat legem Imperij Alexander Seuerus *in l.3. C. de teſtam.*

¶ De lege ergo Regia in hunc vltimum ſenſum quo intelligimus de lege, qua Po. Romanus Imperiū, & poteſtatem ſuam, quæ popularis erat in monarchiā tranſtulerit, hoc loco à me non eſt habendus ſermo, ſed de his legibus Regiis, quæ à primis ſex Regibus latæ ſunt hanc criminum materiam concernentibus, quas intueri non erit abs re. Cum & ipſe Iuſtinia. *in l.2.§.1. C. de vet. iure enucle.* teſtetur, ſe vſque ab vrbe condita, & Romuleis (vt ipſe inquit) iura repetiiſſe. antequam autem Romulus legem aliquam ferret, tradit Pompo. *in d.l.2. in pr. de orig. iur.* quod populus Romanus ſine certa lege, ſine certo iure primum agere inſtituit, omniaq; manu, ideſt poteſtate Regia gubernabantur. poſtea aucta ciuitate, cum vniuerſum populū in triginta curias diſtribuiſſet, quarum conſilio omnem remp. adminiſtrabat, leges ferre cœpit, quas curiatas appellauit, vt inquit Pompo. *in d.l.2. in prin. de orig. iu.* Nondum enim erant, neque fuerunt vſque ad Tullium Regem Tribus aut centuriæ conſtitutæ, ideo & iudicium Horatij de interfecta ſorore à populo curiatis comitiis eſt peractum, *vt author eſt Liui. vt apud Liui. & Halicarnaſ. habetur.* † huius Regis Romuli leges 18. enumerat Franciſcus Baldui. præclarę ac reconditæ eruditionis Iuriſcon. in ſuo libello de legibus Romuli, quibus ſex addit Pandulphus Præteius in libello de veteri iuris prudentia, apud quos videndæ ſunt, ſi quis ea legiſſe cupit. quæ vero materiam criminum ſpectant, hæc ſunt.

3

Religio. Deorum fabulas non credunto.
Deos peregrinos ne colunto.
Luxuria. Nocturnas in templo vigilias ne habento.
Parricidiū. Præſentibus fœminis obſcæna verba ne quis facito.
Paricidas omnes capite puniunto.
Adulteriū. Nequis enim per portas vrbem ingreditor neve egreditor Mœnia ſacroſancta ſunto.
Vinolētia. Adulterij conuictam vir & cognati vti volent necanto.
Patria poteſtas. Mulier ſi vinum biberit domi vti adulteram puniunto.
Parentum in liberos omne ius eſto relegandi vedendi & occidendi.
Monſtrum. Homicidæ. Monſtruoſos partus ſine fraude cædunto.
Iniuria. Deprehenſi in homicidio ſtatim puniuntor.
Maximarum iniuriarum iudicium penes Reges eſto minorum penes ſenatores.
Perduelles. Addo ego aliam, de qua Halicarnaſſ. lib. 2. quam his verbis concipio, Duum viri capitales perduellionem iudicent; ab his ad populum prouocatio fiet, quam legem horrendi carminis vocat Liui. lib. 1. legis hæc verba referens. Duum viri perduellionem iudicent, ſi à Duum viris prouocarit prouocatione certato. ſi vincent caput obnubito. Infelici arbore recte ſuſpendito verberato vel intra pomærium vel extra pomærium.

4 Numam † quoque Pompilium ſecundum Regem plures leges tuliſſe, præſertim, quæ ad ſacra pertinerēt, author eſt Liui. & Diony. Hanc autem etiam refert fuiſſe Numæ contra pellices *Gel. lib. 4. c. 3.* quam etiam ſupra retuli. Pellex ædem Iunonis ne tangito, ſi tāgit, Iunoni crinibus demiſſis agnum fœminam cædito. Legitur & hæc lex à Numa lata. Pellex.

Veſtalis ſi inceſtum commiſerit viua ad portam Collinam defoditor. Inceſtus.

Item & illa, quam Feſtus in ver. parici quæſtores refert his verbis conceptam,

Siquis hominem liberum dolo ſciens morti duit paricida eſto. Homicida.

5 Tulli † Hoſtilij nullæ leguntur leges excepta illa, quam refert Halicarnaſſ. lib. 3. latam in honorem Horatiorum Tergeminorum, vt qui tres haberent liberos, iis publica darentur alimenta. Pariter & Annei Martij nullas legi, prout neque Tarquinij Priſci. Seruius autē Tullius quinquaginta leges tulit de fœderibus, contractibus & iniuriis, quas in ænea columna incidi iuſſit, quam etiam Auguſti tempore in Dianæ templo extitiſſe legimus. Tarquinij ſuperbi nullæ (quod ſciam) leguntur, quamquam is horrendæ pœnæ paricidij author fuiſſe dicitur, quorum omnium leges Papyrius collegit, vt teſtatur Pompo. d.l.2. de orig. iur. Liberorum multitudo.

Quamquam autem idem Pomponius *in d.l.2.§ exactis deinde*, referat & Reges exactos, & cum eis eorum leges exoleuiſſe: tamen veroſimile eſt eas duntaxat leges Regias abrogatas fuiſſe, quæ ad imperium ſeu potius tyrannidem in perſonam Regum conferebant. quæ vero populus curiatis comitiis ad vrbis tranquillitatem & ſocietatem conſeruandam tuliſſent ratas remanſiſſe. nam & iam dictum eſt æneam illam columnam, qua Seruij Tullij leges inſcriptæ erant vſq; ad Auguſti tēpora permanſiſſe. & Dionyſius Halicarnaſ. qui vixit ſub Auguſto lib. 3. ſcribit legem illam Tulli Hoſtilij, quam ſupra retuli, vt quib. tres eſſent liberi, publica darentur alimenta, ſuo quoque tempore, hoc eſt annis pluſquam 650. poſtquam lata fuit obſeruatam fuiſſe, quibus aſtipulatur, quod ſcribit Liui. lib. 6. de primis Tribunis conſulari poteſtate creatis ſcribens in hæc verba: In primis fœdera ac leges (erant autem à 12. tab. & quædam Regiæ leges) conquiri, quæ compararent, iuſſerunt. quibus ex verbis colligitur & poſt leges 12. tab. quaſdam Regias leges viguiſſe & in vſu fuiſſe. quod etiam comprobatur ex ſententia Pomponij *in d.l.2. in fi. pri. de ori. iu.* dū inquit. Tulerunt leges & ſequentes reges, quæ omnes conſcriptæ extant in libro Sex. Papyrij, isq; liber appellatur ius ciuile Papyrianum. non dixit, ergo extabant, ſed extant, ſuo ſcilicet tempore. non dixit etiam, appellabatur ius ciuile Papyrianum, ſed appellatur, hoc ſcilicet tēpore. nam dum de illis tēporibus Regiis intelligi vult, loquitur per verba præteriti temporis, dum inquit, qui (ſ. Papyrius) fuit illis tēporib. quibus Superbus Demarathi Corinthij filius. Cum igitur per verba præſentis temporis de ipſo libro loquatur, neceſſe eſt, vt intelligamus ſcripſiſſe Pomponium, quod liber ille ſuis temporibus extabat, & appellabat ius ciuile Papyrianum.

## CAP. XXVI.

## *De Legibus 12 tabularum.*

### SVMMARIVM.

1 *Lex ſcripta, quando & à quo originem ſumpſerit.*
2 *Mulctam indici, qua lege primo cautum, & ad quam extendebatur quantitatem pœna.*

3 *Sacrata*

3 *Sacratæ leges quæ dictæ sint & à quo promulgatæ, & cur ita appellatæ, & an vna vel plures essent, & aduersus quos earum potestas & de diuersis sacratis legibus.nu.4.*

5 *Leges 12.tab.à quibus populis translatæ, & vnde dictæ, & quã maximæ fuerint authoritatis.*

6 *Leges 12.tab,appellantur ius antiquum & legis appellatione per excellentiam eædem subintelliguntur,sicut & legitima tutela quæ ab ea descendit designatur, & an alio modo nuncupentur.nu.7.*

8 *Ebutia lex,qualis fuerit.*

9 *Legum 12.tab.capita.*

10 *Lege agere,quid importet, & num.12.*

11 *Legis actiones vnde processerint, & quomodo conciperentur.*

13 *Magistratus dicuntur,apud quos est actio legis, & iuris exercitium cum mero, & mixto Imperio.*

14 *Dies fasti, & nefasti,qui.*

15 *Lege dari imperium merum,quomodo intelligatur.*

16 *Lege specialiter dari,quid dicatur.*

17 *Leges à iuribus,quomodo differant,quodque nomen iuris,generalius sit.*

1 EXactis † Regibus viginti post annis vixerunt Romani nulla lege in scriptis promulgata, sed moribus tantum & incerto iure.postea augescente ciuitate placuit,inquit Pompo.*in l.2.in §. exactis.de orig.iur.*certius ius constituere,atque ideo primus C.Terentillus Arsa Trib. plebis absentibus consulibus legem rogauit de creandis Decemviris pro legibus scribendis, cui maxime patres sunt aduersati,penes quos tunc maxima potestas, quod ex eis tantum Consules eligerentur.

¶ Interim autem,dum conatum populi de legib. con-
2 dendis frustrantur patres ad mitigandum populũ, † lex lata est,vt non modo consules,qui ex patriciis, vt dictũ est,creabantur,sed quilibet Magistratus posset mulctã contumacibus,&Imperio non obtemperantibus indicere,quæ tamen duorum boũ,aut 30. ouiũ modum nõ excederet,bosq; centenis assib.ouis aũt decem æstimaretur.quod quidem lege Ateria Tarpeia cautum fuit, quam tulere Sp.Tarpeius.A.Aterius. Coss. anno ab V. C.298.vt author est Halicarnass.lib.10.Gell.lib.2. c.1.& Festus in ver.peculatus. quamquam in fastis Capitolinis nũper repertis non A.Aterius legatur eo anno Cõsul,sed Aul.Aeternius Fontinalis, quod video aliquos emendasse,vt legatur Aul.Aterius Fontinalis.

¶ Atq; anno 17.post exactos Reges, vt inquit Pompon.*in d.l.2.§.iisdem temporibus.ff.de ori.iur.* vel vt Tull. authorem pro Cornel. Balbo, anno 16. vel vt Eutropius anno 18. cum orta dissensione plebs secessisset in
3 montem sacrum † ibi leges quasdam, quæ sacratæ sunt appellatæ,sibi constituit de Tribunis aduersus patrum potentiam creandis, quæ ideo sacratæ sunt appellatæ, vel quod in sacro monte latæ, vel ꝙ sacram tribunorũ, hoc est inuiolatam potestatem his legib. confirmasset, & muniuisset plebs Rom.vel,vt inquit Festus,quia illis sancitum erat,vt qui contra fecisset, is sacer esset Diis manibus,cuius legis sacratæ verba,quod ad Tribunorũ potestatem attinet,refert Liui.*lib.3.*& Tull.pro Sextio. & Halicarnass.*lib.6.*& Diodor.*lib.12.*& idem Tull. etiam
4 pro Cornelio, † quamquam non vnam fuisse legem sacratam,sed plures,vel vnius plura capita certum est, licet de hoc Manutius in suo de legib. libello dubitauerit, plures adducens locos Tul. qui probare videntur plures fuisse leges sacratas, præter quos & ego aliquos addam.nam & Tull.Offi.lib.3. in sacraris legibus pœnã periurio impositam testatur. & Liui. *lib. 3.* inquit postremo concessum patribus, modo ne lex Acilia de Auentino, aliæque sacratæ leges abrogarentur. & idem lib.4.inquit,lege etiam sacrata, quæ maxima apud eos cogẽdę militiæ erat potestas (loquitur de Tribunis)sed & alias sacratas leges appellari legi præter hanc Iuniam de Tribunorum potestate.nam sacrata etiam militaris lata legitur *apud Liuium,lib.7.*Ne cuius militis scripti nomen nisi ipso volente deleretur,nẽ quis vbi Trib. militum fuisset,postea ordinum ductor esset. item & Halicarnass.*lib.1.* scribit sacratis legibus Vestalibus pœnam incestus constitutam,vt viuæ defoderentur.

¶ Tandem Consulib.ad Senatum referentib. de legibus condendis,quod Tribuni postulabant, Tribuni impetrarunt,& authore T.Romulio legati Athenas, & ad alias Græcię ciuitates,vt optimarum legum exemplum peterent,& transferrent,demumque Decemuiri electi ad componendas eas leges & alias,quæ Reip. expedire viderentur,in hoc tamen limitata eorum potestate, ne
5 leges sacratas abrogarent.† sicq; Decẽ illi viri leges in 10.Tabulas eburneas,vt noster Pompon.*in l.2.§. exactis. ff de orig.iur.*vt autem Liui.& Halicarn.& Diod. lib.12.in æreas conscripserunt.quibus postea sequenti anno duas addiderunt,& sic ex accidenti,vt inquit ibi Pompon. leges 12. Tab.vocatæ,quæ compositæ fuerunt, vt idem ibi inquit Pompon.authore Hermodoro Ephesio, vel vt Pli.*li.34.c.5.*interprete,verbisque obscurioribus, seu verius rudioribus,& ob antiquitatem obsoletis scriptæ fuerunt, vt asserit Tull.*1.de Orato.* quare adeo posteris obscuræ fuerunt, vt difficile possent ab Interpretibus intelligi,*vt idem Tull.de legib.tradit. & Gell. lib. 20. capite 1.* Hæ primum pro Rostris propositæ fuerunt in foro prope curiam Hostiliam illustri loco, vt ab omnibus legi possent,postea in Capitolio adseruatæ. Tantæ autem authoritatis fuerunt hæ duodecim Tab. leges, vt pueri etiam vti necessarium carmen discerent. *vt inquit Tull.lib.2.de legibus.*& eas superare omnium philosophorum bibliothecas,testetur idem Tull. sub persona Crassi,lib.1.de Oratore.

6 ¶ Vocantur autem à nostris † hæ leges 12. Tab.ius antiquum,vt apud Caium *in l.1.ff.de pet.hær.* & apud Vlpia. *in l.1.§.si nemo.ff.ad Tertull.*& apud Antoninum, *in l.1. C.de except.* Quinimmo legis appellatio simpliciter prolata leges has 12. Tab.per excellentiã significat.*l.leges obuenire.ff.de verbor.significat.*inde legitima hæreditas,quæ lege 12.tab.defertur. *l.1.ff. de su.& legi.* sic & legitima tutela, quæ eadem l.12. tab. defertur,*l 1.ff.de legi. tut.l.tutelas,§. sed legitur.ff.de capi.dim.*nam quę aliis legibus deferuntur, vt l.Attilia, Attiliana dicitur, vt ibi,& Inst.de Attilia. tur.sic & legis actiones appellantur, quæ ex l.12. tabu. descendunt,*l.2.§.deinde ex his legibus,ff. de orig. iur.* quamquam non ignorem sæpe etiam largiori significatione sumi legem,siue hoc nomen legitimus, id est quacunque ex lege descendat,vt legitima conuentio.*l legitima. ff.de pactis.*& condictio ex lege,*l.1.ff.de condic ex l.*& legitima vsura,*vt in l.pecuniæ.ff. de vsur.* & legitimus vsurarum modus,*in l.3.§.vlt.ff.de eo,quod cer.loco,& alibi sæpe.* & legitima ætas,*in l.ex duobus.ff.de nego.gest.& in l. quæro,in fi.ff.de testam.tut.*& legitima filiorum,& legitimus filius,& sexcenta similia nomina,quorum significatio non restringitur ad ll.12.tab. sed quascunque alias etiam compre-
7 hendit.Has etiam 12.tab.leges Liui.lib.tertio, † Decẽuirales appellat,idest à decem viris latas: quanquam,verò legerim Alexan.Genial. *lib. 6. cap.10. in fi.* scribentem
8 seueritatem harum legum lege Ebutia sublatã: † quænam fuerit hæc lex Ebutia,à quo, & quo tempore lata, nunquam legisse memini,quanquam id diligenter perquisiuerim,neq; is id declarat, aut de ea authorem citat,quod eius præcipuum est vitium authores,à quib.di dicerit subticere, adeo vt cum multa apud eum tãtum legantur,sæpe de fide periclitatur.

9 ¶ Iam † vero leges ipsas 12.tab. quæ nostrum tractatum spectãt,exponamus, quarum interpretationẽ qui cupit cognoscere,is diligentem habebit tum à Francisco Balduino,tum postremo à Pandulpho Prętcio, eruditissimis Iurisco.qui ex professo singulas 12.tab. leges, quæ extant integris libellis sunt interpretati. Mihi nũc satis erat eas lectori ante oculos hic exposuisse earum interpretatione inferius aptioribus locis reseruata.Hę autem scribuntur,quæ maleficia spectent.

1 Paren-

Patria potestas.

1 Parentibus liberos ter vendendi ius esto. Præteius. l.3.&7.Baldui.198.c.37.

Matrimonium.

2 Patricij cum plebeis coniugium non contrahunto.6.Baldui.194.35.

Tutela.

3 Suspecti tutoris iudicium esto.30.Baldui.209.39.& 207.c.40.

Sepultura

4 Hominem mortuum in vrbe ne sepelito, neve vnito.40.Baldui.127.c.31.

5 Sumptuosa funera ne facito,neve rogum ascia polito.42.

6 Mulieres genas ne radunto neve læsum funeris ergo habento.43.

7 Homini mortuo ossa ne legito quo post funus faciat.44.&45.&46.

Patronus.

8 Patronus si fraudem fecerit sacer esto,illi silentium indicitor totaque vita honore magistratuque indignus esto 48.Baldui.38.cap.5.

Conuenticula.

9 Cætus nocturni ne fiant.59.Baldui.32.c.4.

Iudicium criminale.

10 De capite ciuis nisi centuriatis comitiis ne roganto. 61.Baldui.23.c.2.

Proditio.

11 Qui hostem concitauerit quive hosti ciuem tradiderit capite punitor 62.Baldui.28.cap.3.

Perduellionis crimen capite punito 63.

Rebellio.

Sanates.

12 Sanatibus idem iuris esto quod fortibus.64. Baldui. 30.in prin.

Falsum.

13 Qui falsum testimonium dixerit è saxo Tarpeio deiicitor.65.Baldui.40.c.7.& 86.22.

Corruptio Iudicis.

14 Iudex arbiterve iure datus,qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus est capite punitor.66. Baldui.44.c.8.

Libellus famosus.

15 Si quis actitauerit siue carmẽ condiderit ꝙ infamiam flagitiumq; alteri precetur capite punitor.67.

Incantatio.

16 Qui malum carmen incantarit frugesve,coercitor. 68.Baldui.51.10.

17 Alienam frugem ne pellicito.69.Baldui.46.9.

Arborum furtim cæsarum.

18 Qui iniuria cæciderit alienas arbores in singulas æris,25.luito.70.Baldui.79.

19 Frugem aratro quæsitam furtim noctu si pauerit secueritve pubes suspensus Cereri necator, impubes verberator noxiamq; duplionẽ præstator. 71.

Furtum.

20 Fur manifesto furto prehensus si aut cum furtum faceret,nox esset,aut interdiu cum telo cum prehenderetur defenderetur impune occiditor;ex ceteris manifestis furibus liberi verberantor & ei cui luci factum erit furtum si se telo non defendat addicuntor.serui verberibus adfecti de saxo præcipitantor.72.Baldui.57.c.12.

Iniuria.

21 Si iniuriam alteri faxit.25.æris pœnæ sunto.76. Baldui.65.13.

Furtum.

22 Furta per lancem liciumque cõcepta sicut manifesta vindicantor.73.

23 De furto paciscilicitum esto.74.

Membri fractio.

24 Si membrum rupit meum è pacto talio esto.75.Baldui.65.13.

Parricidiũ.

25 Quæstores paricidium vindicanto. vide Præteium car.272.

Testimonium.

26 Testarier qui se scierit libripensve fuerit in testimonium feriatur improbus intestabilisque esto: id est si quis rogatus in testem recusauerit deponere. Baldui.39.c.6.

Incendiarius.

27 Qui ædes aceruumve frumenti iuxta domum positum conbusserit vinctus verberatus igni necari iubetur.Baldui.53.11.

Vsura.

28 Nequis vnciario fœnore amplius exerceto. Præte. 13.Baldui.88.c.23.

Monstrosus partus.

29 Partu edito monstruoso vel decimo mense. Baldui. 197.36.Præteius octaua.

10 Postremo † & hoc non omittam antiquitus lege agere dictum,quando aliquid legibus 12. tab. vt ego autumo,conceptum agebatur,& exequebatur. scimus enim actiones tum ciuiles, tum criminales ex his legib. processisse,atq; ideo legis actiones dictæ, vt inquit Põ-

11 po.*in l.2.§.deinde ex his legibus,ff.de orig.iur.*quæ tamen† legis actiones certis verborum formulis conceptæ apud Pontifices centum prope annis delituerunt, vt ibidem refert Pomp.donec Appius Claudius eas cõposuisset, & ad certã formã redegisset.Flauius ipsius Scriba libertini filius,librum illũ surreptum populo tradidit, quod munus adeo gratũ populo fieret,vt Flauius, & Tribunus & Aedilis & demum Consul fieret, vt ibidem dicit Põp. ideo Tul.pro Mure.de hoc Flauio loquẽs, inquit: Posset agi lege nec ne,pauci quondã sciebant,inuentus est Scriba Cn.Flau.qui cornicum oculos confixerit, & ab ipsis cautis Iurisconsl. eorum scientiam compilarit. Itaq; irati illi,quod sine sua opera lege posset agi,verbo sa eadem composuerunt &c.Et Liuius de eodẽ loquens in nono inquit:Ciuilẽius repositum in penetralib.Pontificum euulgauit,fastosq; circa forum in albo proposuit,vt quando lege agi posset,sciret. Ex quo satis aperte colligitur,lege agere nihil aliud esse, nisi quod lege 12.tab.constitutũ foret in iudicium proponere,quod & videtur sensisse Budæ.*in l.4.ff.de adop.*licet Alci. *Parerg.li. 3.c.2.*sensum horum verborũ referat ad exequutionem criminalis sententiæ,motus verbis illis Liuij lib.26.Lictor viro forti adde virgas & in eum lege age. quibus verbis etiam alibi vtitur idem Liui.& Valer.lib.3.Sed vt non negarim lege agere dici etiam lictores,dũ exequũtur,quia & ea exequutio legib.12.tab.concepta esse poterat certis verborum formulis : ita non puto illi tantũ capitali exequutioni conuenire;nam vt dixi, conuenit cuicunque actioni vel exequutioni ciuili vel criminali, quæ ex l.12.tab.sit permissa,quod etiã probant hæc verba Tul.lib.1.de Orato. Atqui non defuit illis patronus eloquentia,sed iuris ciuilis prudentia, quod actor plus lege agendo petebat,quam quantum lex 12.tab.permiserat.& idẽ Tul.1.de Orato.cum miles domum reuertisset,egissetque lege in hæreditatem paternam exhæres filius,quod & repetiit 3.in Verr. & idem quarta in Verrem.Quis vnquam isto prætore Chelidone inuita lege agere potuit.& in 5.Quis est igitur, qui neget oportere eorum arbitratu lege agi,quorum causa lex sit constituta.Et idem pro A.Cecinna. iam vero in cæteris, qui in eadem causa sunt, & lege agant, vt suum ius prosequantur.& Plin.*li.7.c.5.*inquit,L.Papyrius prætor,2.hærede legẽ agente bonorum possessionem contra eũ dedit.& Valer.*li 7.c.7.*de C.Calphurnio Pisone præfecto vrbi inquit,bonorum adolescentis possessionẽ eidedit, hæredesq; lege agere passus non est.& ideo cũ lictori dicebatur lege age,idem erat,ac si dictum fuisset,quod lege tibi concessum est, exequere. ꝙ probat Seneca in 5. controuers.in controuers.25.de Maiestatis reo.dum recitans verba prætoris,qui in conuiuio, vt meretrici obsequeretur, dãnatum occidi iussit,his verbis:Animaduerte meretrix,lictor lege age quicquam ne hic lege agitur:&statim subdit explicãs etiam illa verba,lege age, dicta à prętore lictori increpando ipsum Flaminiũ prætorem,Age lege tibi dicitur Flamini,viue sine meretrice,cæna sine carnifice,interdiu age,in foro age. Ex qui-

12 bus verbis colligitur clare,lege agere, † nil aliud esse, quàm quod lege iubetur,vel permissum est facere.nam & paulo post ostendit à prætore quoque non tantum à lictore lege agi,dum inquit,vt nunc à prętore lege actũ est ad lucernã.& circa prin. in eadẽ controuersia dicit: Non peto quominus securi percutiatur. id rogo Legi

13 potius quam scorto cadat. Atq; † ideo ex his etiam colligimus eos dici magistratus,apud quod legis actio est, *vt in l.1.de off.iurid.Alex.& in l.manumissio,ff.de man.vind.& in l magistratum.ff.de adop.& in l.1.& l.adoptio.C.eo.* apud quos leges exerceri possent, ꝙ scilicet iurisdictionem & merum vel mixtum habebant imperium. & ideo apud Paulum *li.2.tit.senten.tit.26.* legitur apud magistratus municipales,si habeant legis actionem,emancipari & manu-

14 mitti potest.& ideo † Ouid.in Fastis declarans, qui dies essent fasti,& qui nefasti.i.feriati,sic inquit:

*Hene-*

*Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur;*
*Faſtus erit per quem lege licebit agi.*

Intellexit autem per tria illa verba, ea, quibus prętor iuriſdictionem ſuam omnem abſoluebat, videlicet Do, Dico, Addico, de quibus infra mentio latior fiet, dum de prætorum edictis diſſeremus, *c. 29. hoc eo. lib.*

15 Sed quoque neque hoc prætermittendum duxi, † quod lege dari imperium merum dicitur. *in l. 1. §. vlt. ff. de off. eius.* non quod lege tantum 12. tab. dabatur vel communi nomine iure ciuili, ſed quod ſpeciali lege præter ipſum ius ciuile commune, vel foret lex vel S. C. vel cõſtitutio principum, *vt dicitur in d. l. 1. in pr.* nam quod regulariter lege 12. tab. datum erat magiſtratibus, id lege datum non dicebatur ſpecialiter, ſed tantum quod noua aliqua lege. *arg. l. 1. ibi, ex lege noua introducta. ff. de cond. ex l.* exemplum poni hoc poteſt, antiquitus ſi mulieres propriis ſeruis ſe coniunxiſſent, nulla ſpeciali lege aut certa pœna puniebãtur, ſed inter extraordinaria crimina hoc delictum connumerabatur, *vt in l. pen. ff. de extraord. crim.* poſtea autem de eo ſpecialis lex Conſtantini lata eſt, *quæ eſt l. 1. C. de mul. quæ propriis ſeruis ſe coniunx.* quæ ſpecialem pœnam appoſuit, & ideo factum eſt tunc crimen ordi-
16 narium. Lege † igitur ſpecialiter dari dicitur, quando lege noua aliquid ſtatuitur, quod lege antiqua ſancitũ, conceſſum aut datum non erat. quandoque tamen prę-ſertim apud Imperatores in C. appellatio legis continet omnes iuris partes, nempe & S. C. & plebiſcita, & conſtitutio. & ipſa reſponſa prudentum, *vt in §. tanta, in l. 2. C. de vet. iure enu. & in l. hac edictali. C. de ſecun. nup. pluſquam ſemel.* ſed & Modeſtinus in hunc ſenſum generalem aſſumpſit nomen legum. *in l. 1. ff. de excu. tuto.* ibi, apponam dicendorum narrationi etiam ipſa legum verba, ſi neceſſe erit. & alibi ſæpe, *vt in l. neque leges, vbi gloſſ. 1. & 2. ff. de legi.* licet proprie loquendo differant à lege S. C. Plebiſcita, conſt. Prin. & reſponſa prudentum. *vt dictum eſt ſu-*
17 *pra.* Videtur † tamen, vt & hoc addam, Leges differre à iuribus, ſi recte perpendatur tex. *in l. ſcientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil.* ibi, omnes leges omniaque iura, cum copula ponatur inter diuerſa, vt notum eſt. & probare videtur etiã text. *in l. 2. §. deinde ex hislegib.* ibi. & ita eodem pene tempore tria hæc iura nata ſunt, Leges 12. Tab. ex iis cœpit fluere ius ciuile, ex iiſdem legibus actiones compoſitæ ſunt, quaſi quod nomen iuris generalius ſit quam nomen legis.

¶ Qui autem leges ferre poſſet, quibus comitiis, de quibus rebus, an conſulente ſenatu, quomodo promulgaretur, & per trinundinum pateret omnibus, quomodo recitaret, ſuaderetur, & diſſuaderetur, & quo loco, & de cuius licẽtia, & quo ordine, quomodo rogaretur, ſuffragiis reciperetur, vel antiquaretur, interceſſio fieret, & quibus de cauſis, quomodo ſuffragia dirigerentur, atque à nongentis cuſtodirentur, quomodo recepta iuramento confirmaretur, atque in æs incideretur, quove in loco cuſtodirentur, quomodo demũ tolleretur, derogaretur, vel abrogaretur, ac quo in loco ferrentur: videndus Manu. qui diffusè omnia pertractat in ſuo eleganti libello de legib. car. 69. & plurib. ſeq. cuius dicta in epitomen contraxit Franciſcus Hotto. ante Indicem ſuum de ll. ſed & copioſius omnia hæc & alia plura ad legum ferendarum formam & modum pertinentia videri poterunt apud doctiſſimum virum & antiquitatis maximum obſeruatorem, Nicolaum Gruchium in ſuis tribus lib. de comitiis.

## CAP. XXVII.

## *De Plebiſcitis.*

### SVMMARIVM.

1 *Plebiſcita quomodo ortum habuerint, & quare ſic dicta.*
2 *Senatuſconſultorum origo.*
2 *Plebiſcita à lege qualiter differant.*
4 *Legis Hortenſiæ an Horatiæ vi factum ſit, vt plebiſcita ſicut S. C. pro lege obſeruarentur.*
5 *Plebiſcita quando & quib. ll. vim legum habere cœperint, & quomodo fierent.*
6 *Plebiſcita cum legis vim habeant, à diuerſis paſſim ſub nomine legis relata ſunt.*
7 *§. furtiuæ. Inſtit. de vſuc. corrupte legitur Attilia, pro Attinia.*
8 *Plebiſcita. In criminalib. perpaucæ latæ reperiuntur plebe vel tribuno rogatæ, & quot.*
9 *Plebiſcitis ſuis plebs indicebat etiam exilium.*
10 *Plebs ſciſcebat, vt ſenatui foret ſententiæ ferendæ contra ciuem Romanum.*
11 *Plebiſcitis, an demandarentur ea, quæ ad pub. iudicia vel priuata ſpectarent.*



ACTA ſeceſſione exercitus ſiue plebis à patribus in montem Auentinum, vt inquit Pompo. ſiue Ianiculum, vt alij ob Apij Claudij ſcelus in Virginiam virginem pro tempore, quo diſſenſio illa durauit, plebs ſibi leges
1 cõſtituit † varias, quæ plebis ſcita ſunt appellata, quod
2 à plebe lata & ſcita forent. quo tempore, † cum ſolus in ciuitate remanſiſſet, ſenatus ipſe quoque ſibi leges conſtituit, quæ Senatuſconſulta ſunt appellata. cum igitur neque S. C. poſſet leges proprie appellari, quia lex eſt, quam totus ac vniuerſus populus conſtituit, & in vtraque harum altera pars populi deerat, factũ eſt poſtea, vt cum remiſſæ forent diſſenſiones reuocataque plebs cum toto populo conueniſſet, Lege Hortenſia lata vt plebiſcita ipſa ſicut & S. C. pro lege obſeruarentur, & Hortenſia.
& ita deinceps factum eſt, vt inter plebiſcita & legem ſpecies conſtituendi intereſſet: poteſtas autem eſſet eadem, *vt inquit Pompo. in l. 2. §. deinde cum eſſet. ff. de orig. iuris.*
3 Plebiſcitum † ergo à lege in hoc differt, quod lex eſt, quam populus Roman. vniuerſus ſenatorio magiſtratu interrogante veluti Conſule conſtituebat. *§. lex eſt, Inſti. de iure natur. gen. & ci.* Plebiſcitum autem eſt, quod Plebs plebeio magiſtratu interrogante veluti tribuno, conſtituebat. §. plebiſcitum, eo tit. & hinc eſt, quod Tul. contra Rullum, & lib. 3. de legi. hæc plebiſcita Tribunitias leges appellat.

4 ¶ Sentio † hic non leuem antinomiam inſurgere circa legem illam Hortenſiam, ex loco Liuij lib. 3. qui refert L. Valerio & M. Horatio primis Conſulib. poſt præ dictam ſeceſſionem omnium primum, vt ipſe inquit, cũ veluti in controuerſo iure eſſet, tenerentur, ne patres plebiſcitis Legem latam ab his Conſulibus centuriatis comitiis vt quod Tributi, plebs iuſſiſſet, pupulum teneret; ergo videtur, non lege Hortenſia, vt Pomp. ſed lege Horatia id factũ. quam ſentiens difficultatẽ Zaſi. *in d. l. 2. §. deinde cum eſſet*, ita ſoluit, vt diceret primo cœptã ferri ab vno, poſtea perfectam ab alio; Conn. vero *commen. iuris. lib. 1. c. 93.* eandem perpendens antinomiam, putat locũ hunc Pomp. & omnes alios, qui de lege Hortenſia loquuntur, corruptos eſſe, & legendum, Lege Horatia, cũ inquiat, in omni memoria illius temporis non legi Hortenſij nomen Dictatoris. cui quidem aſſentiri non poſſum, cum plures ſatis ſint libri & authores, quibus legẽ hanc latam ab Hortenſio legatur, quam ab Horatio: nã & Aul. Gel. ex Lelio Fælice ab Hortenſio Dictatore latam refert, *lib. 15. c. 27.* Idem tradit Florus in epit. *11. lib. Liuij. ad fi.* dicens, plebem ab hac ſeceſſione à Q. Hortenſio reductam, qui locus conuincit Connanum negantem hiſce temporibus legi nomen Hortenſij, cum apud eũdem Liuium, quem authorem ſequitur, referat Florus legi, & faſti ſuperiob. annis Romæ reperti id certo cõprobant fuiſſe Hortenſium Dictatorem anno ab V. C. 467. M. Valerio, & C. Aelio Conſulibus, & ſimiliter quod ab Hortenſio lata eſſet, tradit Plin. *lib. 16. cap. 10. in prin.* & idem quoq; ſcribit Aug. de ciui. Dei, *li. 3. c. 17.* de Hortenſio Dictatore in hac plebis ſeceſſione creato, qui in ipſo occidit magiſtratu. quare facile conciliantur omnia, ſi tempora diſtinguantur: nam certum, eſt quod ad hanc rẽ attinet, duas fuiſſe ſeceſſiones populi, prior ex Apij Claudij laſciuia & iniuria in Virginiam, quæ

Seceſſiones Duæ Romæ.

quæ fuit anno ab V.C.304.quo tempore conciliata plebe L. Valerius, & M. Horatius Conſſ.legem tulerant, vt quod Tributi plebs iuſſiſſet populum teneret, & de hac loquitur Liui.lib.3. & Halicarnaſſ.lib.2. & hæc lex vere appellari debet Horatia, non Hortenſia. Altera fuit ſeceſſio plebis in Ianiculum montem non ob Virginij iniuriam,ſed ob æs alienum & graues & varias diſſenſiones,quas omnes ſedauit Hortẽſius;Dictator creatus plebem reducens,& legem conſtituens,vt q̃ plebs ſtatuiſſet,eo omnes Quirites tenerentur,cum antea patricij non tenerentur,& hæc acta anno ab V.C.467. & de hac loquitur Liui.11.vt refert Florus in epito.& Gel. & Plin.& Auguſt.in locis ſupra adductis, & ſic conſtat Pompo.recte loquutum,quia dũ loquitur de lege Hortenſia & ſeceſſione,ob quam lata eſt,non dicit ſeceſſionem illam factam ob iniuriam Virginij,de qua poſtea longe inferius loquitur,ſed ſimpliciter dicit factum, vt plebs in diſcordiam cum patrib.deueniret. & quanquã Accur. ibi exponens verbum,ſecederet,aſſerat cauſam huius ſeceſſionis deſcribi per eundem Pompo.*ea. l. in §. initium.*vbi de iuiuria Virginio illata loquitur, decipitur ipſe,quia de ea non loquitur hoc loco Pompon.ſed de ea,quæ ob æs graue ſeceſſit plebs,*vt refert Florus.lib.11.* & pariter conſtat loca Plinij,Gell.& Auguſt.non eſſe corrupta,& Liuium lib3.vera loqui.

Horatia & Valeria lex.

5 ¶ Plebiſcita ergo † primum lege Horatia & Valeria, ideſt ab Horatio & Valerio Conſulibus lata anno ab V. C.vt dixi,304.vim legis habere cœpiſſe. deinde & lege Hortenſia ab Hortenſio Dictatore lata anno ab V. C. 467.idem clarius ſtatutum fuiſſe. ſed & inter has reperio aliam legem ſimilem de Plebiſcitis latã à Q.Publio Philone Dictatore anno ab V.C.414. qui tulit, vt plebiſcita omnes Quirites tenerẽt,vtq; legum, quę comitiis centuriatis fierent ante initum ſuffragium, patres authores forent, vtq; etiam alter ex plebe cẽſor fieret, author eſt Liui. *lib. 8.* Fiebant autem plebiſcita tributis comitiis non centuriatis,quia hæc à plebis magiſtratib. vocari non poterant,*vt teſtatur Gel.lib.15.c.17.* quibus non erat neceſſarium,vt patres authores fierent ſicuti in ferenda lege ſeruabatur etiam trinundinum in his ſciſcendis,ideſt ſpatium illud trium nundinarum, quo omnes poſſent mature legem ferendam conſiderare, vt author eſt Gruchi. de comiti. libr.2. quamquam dum plebs tantum conuocaretur, non proprie comitia, ſed concilia vocabantur,*vt author eſt Tul.2.de legi.& in oratione poſt reditum,& Gel.d.lib.15.cap.17.* quamquam hanc differentiam apud Liuium non legimus,qui his nominib. ſemper etiam in eadem promiſcue vtitur. Et licet Iuſti. *in §.Plebiſcitum,Inſt.de iure nat.*dicat; plebiſcitũ eſt, quod plebs plebeio magiſtratu veluti tribuno interrogante conſtituit,& ſic cum exempli gratia loquatur, videatur non reſtringere dictum, quod alius magiſtratus eſſe nõ poſſit quam Tribunus:attamen cum certo ſciamus nullum alium magiſtratum plebeium fuiſſe quam tribunos &ædiles plebis,nullumque plebiſcitum legatur factum ædili rogante;reliquum eſt, vt plebiſcita fierent Tribuno tantum interrogante.

6 ¶ Et licet † plura legantur lata plebiſcita de variis rebus apud diuerſos authores,tamen omnia videntur ſub nomine legis paſſim relata.& hoc vt reor, quia vim legis habebant,vt dixi ſupra ex Pompo. nam & lex Opia plebiſcitum eſt lata,nempe à C. Opio Tribuno plebis de Matronarum cultu,Q.Fabio & T.Sempron. Conſſ. anno ab V.C.540.*vt author eſt Liui.lib.34. & Tacit. lib.3.* & Aciliæ,& Æbutiæ,& Apuleiæ,& Agrariæ, & aliæ ſimiles non paucæ,quibus Senatui dabatur authoritas de aliqua re ſtatuenda,&apud nos ſimiliter;nam & l.Atinia de vſuc.*de qua in l.ſequitur,§.quod autem, & in l.non ſolum.in*
7 *prin.ff.de vſuca.* † *& in §.furtiuæ,Inſt.de vſucap.* vbi corrupte legitur Atilia,pro Atinia,*de qua etiam Tull.3.in Verr.* & l. Aquilia de damno lata ab Aquilio Trib. ple. vt inquit Vlp.*in l.1.ff.ad leg.Aquil.* Atilia de tutelis, *vt author eſt Vlpia.Inſtit.c.12.& Iuſtinia.in tit.Inſtit.de Attilia.tut. & Liu. lib.* 39.L.Falcidia,de teſtamen.quam tulit P.Falcidius Trib. pleb.Domitio,& Aſinio Coſſ.anno ab V.C.714. *de qua in l.1.& toto tit ff.ad l.Fal.& apud Dionem.li.48.*

Opia lex.

Acilia AEbutia Apuleia Agraria leges. Atinia Atilia lex. Aquilia lex. Atilia lex.

Falcidia lex.

8 ¶ Sed quod attinet ad criminũ materiam, nullas vel paucas latas reperio à plebe,aut à Tribunis rogatas.ſed ſi quæ ſunt,hæ tantum profectò leguntur, Calphurnia repetundarum,quam tulit L.Calphurnius Piſo, Trib. pleb.L.Marcio, M. Manilio Conſſ.anno ab V.C.604. vt quibus in prouinciis magiſtratus pop. Rom. eorumve Comites pecunias cõtra leges cepiſſent, earum prouinciarum homines iudicio Romæ conſtituto ſuas pecunias repeterent,*vt teſtatur Tull.2.de Offi.& in Bruto.& in 5.in Verrem.* Item & Acilia repetundarum à M. Acilio Glabrione lata,vt repetundarum cauſa vna actione abſolueretur, hoc eſt, vt neque reum comperendinari, neque cauſam ampliari liceret, *author Tull.2.& 3. in Verrem.*de qua etiam loqui puto Val.Max. *lib.6.ca.11.* quamquam,ni fallor,corrupte legatur Cæcilia, & priorem fuiſſe Calphurniam.nam Tull.lib.2.Offic.inquit, nondum 110.anni ſunt,cum de pecuniis repetudis à L.Piſone lata eſt lex,nulla cum antea fuiſſet, quod etiam teſtatur in Bruto,& Alex. *Genial.li.1.c.9. & lib.4.c.1.* & latius differemus infrà commodiori loco,dum ex profeſſo de crimine repetundarum agemus.Item &Seruilia ſimiliter repetund.à C.Seruilio Glaucia Trib.ple.lata, *de qua per Tull.in 3.in Verrem, & pro Poſthum. & pro Scaur. & per Val.Max lib.8.cap.1. & infra latius loco prædicto.* Item Caſſia lata à L.Caſſia Trib.pleb.& L.F. Longino C.Mario, & L.Flacco Coſſ.anno ab V.C.654.vt quem populus damnaſſet,cuius Imperium abrogaſſet in Senatu, ne eſſet. Clodia de Vi. vt de iis,qui ciues Romanos ſine iudicio populi indictaque cauſa necaſſet, quæſtio haberetur, lata à P.Claudio Trib.pleb.vt refert Tull.ad Attic.3. & Dion.38.& Velleius ſecundo. qua lege ſancita M. Tullium damnauit,vt ibid.Dio.Item &Clodia de Cenſoribus, quam idem tulit. Ne quem Cenſores ignominia afficerent,niſi qui apud eos accuſatus, & vtriuſq; cenſoris ſententia damnatus eſſet, *vt legere eſt apud Tull. pro Milone,& pro Sextio,& Piſon.vbi Aſconius.*

Seruilia lex.

Caſſia lex.

Clodia lex.

Duillia lex.

¶ Duillia de magiſtratib.à M.Duillio Tribu.pleb.lata Valerio,& Horatio Coſſ.anno 304.vt qui plebem,ſiue Trib.plebis reliquiſſet, quamquam magiſtratum ſine prouocatione creaſſet, tergo ac capite puniretur, *author Liui.in 3.& Donyſius in 10.* Sed & alium quendam M. Duillium Tribunũ pleb. cum L. Menenio collega legem tuliſſe Manlio & Martio Conſul. anno. 396. vt capitale eſſet,qui deinceps populum ſeuocaret, refert Liui.libro 7.Tulit quoque C.Memmius Trib.pleb. vt eorum qui Reipub.cauſa abeſſent nomina, ne in reos reciperẽtur.Item vt calumniatoribus pœna ſtatuto iudicio conſtitueretur,*de qua apud Tull.pro Sex. Roſc. & apud Valer.lib.3.c.7.& apud nos forte in l.quæſitum.ff.de teſti. & in l. 1 ff.ad S.C.Turpil.*quanquam & in communibus libris,& in Florentinis legatur,Rhemia. & quidem vereor corrupte,cum neq; Rhemmiorum familia vlla legatur. q̃ & Hotto.in oratione pro Sex.Roſ.animaduertit. M.etiam Portius Cato Trib.pleb.Valerio & Apuleio Coſſ. anno 454.legem tulit: Ne quis magiſtratus ciuem Romanum virgis cæderet,necarétve, ſed damnato exiliũ permitteret, cum antea multorum ceruix inferretur furcæ;corpus virgis ad necem cæderetur.*Author Tull.pro Rab.Saluſt in Catil.Liui.libro 10.Sueto.in Nero.*L. quoque Iunius Brutus primus Tribu.pleb.tulit legem Caſſ. & Cominio Conſul.anno.260. Ne cui Tribunũ capere liceret,neque de capite ciuis,niſi centuriatis comitiis rogari,*author Liui.in 2.& Dionyſ.in 6.& Tull.pro Sextio.*Item Scãtinia lex à C.Scantinio Tribu.pleb.*de quo Valer.lib. cap. 1.* lata de pueris impudicis,*de qua Tull.Philipp.3.Sueton.in Domitia.& Iuuenal.Saty. 2.& Fab.lib.4.c.2.& libro 7.c.4.& Calius apud Tull.lib.8.Famil.Epiſto.12.*Item P. Vatinius Tribu. pleb.legẽ de repetundis tulit,vt qui repetundarũ reus eſſet,

Rhemia lex.

Scantinia lex.

esset,ei alterna consilia reiicere liceret. *Author Tull. in Vatinium.*

9 ¶ Plebem enim legi plebiscitis suis etiam exilium indixisse.lego enim apud Liui.*lib.36.* dum de iudicio Cn. Fuluij loquitur hæc verba,Priusquam diescomitiorum aderat.Cn.Fulu.exulatum Tarquiniis abiit,id ei iustum exilium sciuit plebs.&idem li.35.sic scribit,Posthumius vadibus datis non affuit,Tribuni vocauerunt plebem, quæ ita sciuit.Si M.Posthumius ante Kalen. Maias non prodiisset,citatúsque eo die non respondisset, neq; excusatus esset,videri eum in exilio esse,bonaque eius ve-
10 nire,ipsi & aqua & igni placere interdici. Vbicunque † autem de capite ciuis Roma.agendum erat, quãdoque sciscebat plebs,vt Senatui sententiæ capitalis ferendæ ius esset,vt Attilius Regulus in oratione, quam habuit de Sutrianis,& Campanis loquens apud Liui.lib. 6.secundi belli Puni. & ita factum esse scribit ibidem Liui. sed & sæpe de eisdem rebus,quibus plebs sciuerat, decernebat,& Senatus suo Senatusconsulto,vt est videre in Epigram.apud Rubiconem fluuium,& in portu Rimini, quo plebiscito & Senatusconsulto cauetur, ne quis flumen illud armatus transgrediatur, qui contra fecerit, hostis po.Rom.sit adiudicatus.

11 ¶ Quamquam † autem maxima fuisset plebis potestas, nusquam tamen legi,quod plebiscitis demandata fuissent aliqua,quæ ad iudicia publica, vel priuata spectarent,specialiter Magistratibus, quod ideo plebiscito fieri non potuisse censeo.lego enim apud Papinianum *in l.1.de officio eius*, iurisdictionem tribui magistratibus specialiter lege, vel Senatusconsulto vel constitutionibus Principum; de plebiscitis autem nulla mentio. idem quoque habetur *in l.muto.§.tutoris datio.ff.de tutel.& in l.cũ prætor.§.1.de iud.* neque dici potest, quod sub nomine legis comprehenduntur in dictis locis & plebiscita: nam sic potuissent comprehendi etiam Senatusconsulta.& const. Princ.Item alibi sæpe videmus legem,plebiscita,S.C.& Principũ placita distincte & separatim exprimi, *vt in l. ius autem ciuile.ff.de iustit. & iu. & in §. constat. Instit. de iure nat.* ergo non est verosimile, quod hoc loco sine mysterio omissa sint plebiscita,cum cæteræ iuris partes enumerentur,& cum etiam responsa prudentum omittantur,quæ cum interpretarentur tãtum leges scriptas, *vt habetur in l.2.ff.de orig.iur.& in §. responsa prudentum. Inst. de iu.nat.* certum est, quod nullam mandabant iurisdictionem.

## CAP. XXVIII.

## *De Senatusconsultis.*

### SVMMARIVM.

1 *Senatusconsulti origo atque occasio.*
2 *Pomponium tanquam antiquitatis ignarum circa Senatus potestatem reprehendendum author non putat.*
3 *Senatusconsulta ad hoc,vt legitima forent, quæ requirerentur, & in quo loco haberi deberent, & quot personæ conuenire secundum diuersa tempora.& quare tale nomen Senatusconsortita sint.*
4 *Senatusconsulti quid discreparet à decreto Senatus, quamuis aliquando talia nomina promiscue sumantur.*
5 *Senatusconsul.à priuilegiis in quo differant.*
6 *Senatusconsu.quid differant ab authoritate Senatus,& istius authoritatis vis atque officium quid.*
7 *Senatus potestas imminui l. Menia cœpit. cum prius cogeretur authores fieri,quam scirent quid fiendum:authoritas tamen erat in senatu,potestas in populo;populus iubebat,plebs sciscebat,Senatus decernebat.*
8 *Senatus authoritas maxima,ex quo multa encomia nactꝰ est.*
9 *Senatus,an & quorum maleficiorum cognitionem, & iudicium haberet,& conciliantur opiniones,secundum temporum distinctiones.*
10 *Senatusconsulta iam sub custodia Consulum redacta,quo tempore & legib.& alibi custodienda delata fuerint,& quo tẽpore,& quot æneæ tabulæ conflagrauerint cum Capitolio.*
11 *Sneatusconsulta de re sumptuaria, & in conuiuiis quantum sumptus fieri,& quo vino,& argenti pondo vti possent.C. Fannio,& V.V.Messala Cons.à quibus S.C.rogatum est,vt philosophi,& Rhetores vrbe eiicerentur.& num.12.*
13 *Claudianum S.C.de libera commiscente se seruo,quod amissa substantia serua fieret domini serui.*
14 *Claudianum aliud de torquendis seruis de nece domini,& puniendis.*
15 *Iunianum S.C.de collusione detegenda,si quis seruum ingenuum pronunciare curasset,qui id detexisset,seruum lucraretur,ne Senatus coinquinaretur.*
16 *Libonia.S.C.contra aduocationes, & testimonia instruentes, & circa alia delinquentes.*
17 *Macedonia.S.C.contra fœnori dantes,& mutuantes filiofam.*
18 *Turpilia.S.C.contra desistentes delatores criminis publici iudicij,& alia similia delicta.*
19 *Aliud Senatusconsul.contra domini occisores intra quinquenniũ tantum contra hæredes extraneos, licet accusationes finiuntur spatio viginti annorum,& contra eos, qui de morte defuncti,& parricidio tenerentur,semper duraret.*
20 *S.C.Volusianum contra paciscentes communionem condemnationis,in aliena lite l.Iul.de vi pub.teneantur.*
21 *Aliud S.C.contra eã,quæ ædium sunt,causa negotiandi distrahentes sub pœna dupli.*
22 *Aliud S.C quo ad ordinẽm ab accusatoribus seruandum, & tempus,in crimine adulterij,vltra quod non audiantur.*
23 *Aliud S.C.de auferente clauum nauis,ex quo nauis tota perierit,ad quid teneatur.*
24 *Aliud S.C.de collegiis abolendis.*
25 *Aliud S.C.contra libellos famosos fabricantes.*
26 *Aliud S.C.de comburendis libris veneficiorum,& vaticiniorum.Aliud ne patricius se exerceret in scena. Aliud, quod reus ante decimum diem supplicium sumeret.Aliud ne milites Senatorum domos ingrederentur ambitionis causa,nu. 27.28.29.30.*
31 *S.C.multa ad supplendum ll.latas,videlicet,Libonia. Volusia. & alia etiam ad ll.extendendas.*
32 *Principum orationes consultorie coram Senatu,vel per epistolam factæ aliquando S.C.dicta sunt.& ibi de huiusmodi ordinis.forma,& exemplo.*

1 POmponius *in l.2.§.deinde.* quia difficile,† narrata origine plebiscitorum inquit, Deinde quia difficile erat,vt plebs conueniret,& difficilius populus in tãta turba hominum,necessitas ipsa curam Reip. ad Senatum deduxit,ita cœpit Senatus se interponere,& quidquid constituisset,obseruabatur, idq; ius appellabatur Senatusconsultum.qua tamẽ in re videtur ignarus fuisse antiquitatis Pomp.cum certum sit, quod à tempore Romuli vsque ad Imperatorum tẽpora Senatus de omnibus legem faciendi potestatẽ habuit, excepta magi-
2 stratuum creatione,legum latione, belli pacisve arbitrio,*vt authores sunt Halicarn.lib.6.& Poly.li.itidem 6.* vt † hoc nomine Pompo.reprehendit Franciscus Hotto.in trac. de Senatus.c.2.circa fi. sed neque etiam in hoc puto reprehendendum Pomp.nam cum ibi de legibus tantum agat,certum est,quod tota legum ferendarum authoritas penes populum,non penes Senatum residebat, vt idem etiam meminit Hot.*in prin.illius cap.ex Halicarnas.& ex Polybio.* ergo cum difficile posset semper pro ll. ferendis populus conuenire,sæpe ea potestas ad Senatũ refe
3 rebatur,cuius decreta Senatusconsulta appellabantur.

¶ Vt autem † legitima essent Senatusconsulta, legitimum etiam oportebat esse Senatum, idest, vt ab authoritatem habente indiceretur, & vocaretur, videlicet vel per Dictatorem,vel per Consulem,vel per Prętorem,vel per Trib. pleb. vel per Interregem. nam de Præfecto latinarum causa dubitabatur, vt de his omnibus author est Gel.*lib.14.cap.pen.& vltimo*, vtque in loco per augures consecrato haberetur,& non alibi, *vt idem Gel.tradit.d.c.pe.* Item quod prioribus temporibus centum adessent in Senatu ad minus, vt author Liui.li. 39. dum de Senatusconsulto facto circa Bacchanalia loquitur vel ducentum,vt author Ascon.in Corneliana, vel

etiam quatuorcentum, si posteriora tempora Augusti spectemus, *vt author est Dio.li. 54.* Item quod à Trib. pleb. visa & litera T. signata forent, vt author est Valer. *lib. 20. c. 1.* Nomen autem sortiebantur Senatusconsulta ab eo, qui Senatũ habebat, & sententias rogabat, vt apud nos Senatuscon. Tertul. Trebellia. Orphicianũ, & simi.

4 ¶ Differebat † autem Senatuscon. à Decreto Senatus: nam decretum erat particula ipsius Senatuscon. Senatus autem consultum erat totum id, quod in eo Senatu constitutum erat, author Festus in ver. Senatus decretum ex Aelio Gallo. sæpe autem confunduntur hæc nomina, Decretum, & Senatuscon. vt fere in omnibus Senatuscon. infra recitandis, ex Suet. legere est, & probatur etiam ex Gel. li. 20. c. 24. dum loquitur de Senatus. facto de re sumptuaria, quod modo decretum, modo

5 Senatuscon. appellat. Differunt † etiam Senatuscon. à priuilegiis, quanquam & ea in Senatu in gratiã alicui irrogarentur, vt quando alicui decernebatur prouincia. nam illa priuata Senatusconsulta appellãtur, quanquã & hæc sæpe Senatusconsulta, & leges appellãtur à Tul.

6 Differt, † Senatusc. ab authoritate: nam authoritas Senatus dicebatur, quando subiti alicuius, & improuisi periculi ratio spatium non dabat conuocandi legitimũ Senatum, & loco & tempore, & numero, sed qui aderãt tunc forte conuocatis. huic autem authoritati parendũ erat, donec legitimus haberetur Senatus, author Dion li. 55. Authoritas etiam senatus dicebatur interponi in quibuscunque Comitiis saltem maioribus, & etiam in legibus ferendis, *vt docet Liui. lib. 1. & lib. 8. & Appian. lib. 1. de*

7 *bel. ciui.* quod † autem nil ratum esset à populo in Comitiis, nisi senatus author postea fuisset, id l. Menia postea sublatum est, qua cautum fuit, vt antequam inirentur suffragia in comitiis senatus author fieret eorum, quæ in ipsis comitiis agenda essent, & sic imminuta potestas senatus, cum antea authores fieri cogerentur quam scirent, cui rei authoritas ab eis præstanda foret, *author Tul. pro Plancio, & in Bruto, & Plin. de viris illustrib. in Curione.* Populus ergo iubebat, plebs sciscebat, senatus decernebat, censebat, & placere sibi dicebat. Authoritas autem erat in senatu, potestas in populo. Tul. de leg. tertio, testatur, ideo senatus censere dicebatur, & & populus iubere, vt ex Liuio liquet lib. 7. de bello Maced. dum inquit, senatus eam pacem seruãdam censuit, & paucos post dies populus iussit; sed primis temporibus authoritas senatus iussum populi sequebatur: postea cautum, vt præcederet, vt Alex. tradit Genial. *li. 4. c. 11.* qui quidem mos, licet ipse nõ declaret, initiũ sumpsit à primis Vrbis cunabulis, dum de Rege creando Romulo inter senatum & plebem dissensio orta esset, *author Liui. lib. 1.*

8 ¶ Senatus † semper summa fuit authoritas. illum enim appellat pro domo sua summum po. Ro. consilium item principem salutis mentisq; publicæ, pro Sex. Ros. Item Reip. custodem, præsidem & propugnatorẽ, atq; orbis terrarum sanctissimum grauissimumque consi- 10 lium in Catilinam, & Tul. 3. de leg. hanc legem refert de senatuscon. authoritate. Senatus decreta rata sunto, cũ potestas par, maiorve prohibessit senatuscon. perscripta seruanto. Ideo Imperatores Grat. Valent. & Theodo. *in l. 2. C. de senatuscon.* scripserunt, ac statuerunt, rescripta Principum contra senatusconsulta non valere. Item ab Vlpiano scriptum *in l. 1. §. sciendum. ff. à quibus appell. non licet*, quod à senatu ad Principem non licet appellare. certum tamen est senatum de ciuis Romani capite iniussu populi non potuisse quidquam statuere, nisi per plebem rogantibus Tribunis id speciali plebiscito senatui concessum fuisset, vt legere est apud Liu. li. 6. secundi belli Pun. dum Campanis, & Sutrianis Attilius Regulus loquitur, & videtur sensisse Pomp. *in l. 2. §. exactis deinde, de orig. iur.* licet ibi loquatur de Consulib. tãtum, quod tamen & ad senatũ referri debet, cum senatus vere à Consule tanquam eius proprio præsidente conuocaretur: ac etiam quia dicit ibi Pomp. quod non licebat de capite ciuis Ro. animaduertere iniussu populi. dũ. n. includit populum, excludit senatum in specie, & separatum à populo, de quo hic loquimur.

9 ¶ An autem † de maleficiis cognoscere potuisset Senatus, & de eis ex S.C. iudicare, Polybius lib. 6. recitans potestatem Senatus inter cætera, inquit: Iam vero malefícia & crimina per Italiam commissa, de quibus iudicium publice fieri debebat, vt puta proditionis, coniurationis, veneficij, cædis atq; insidiarum, ad Senatũ referebantur, eiusq; de his cognitio erat. cui tamen videtur aduersari Tull. *in Verrem. act. vlt.* qui ad iudices repetund. loquens, inquit: Quo confugient socij? quem implorabunt, si vos eos deseritis? scilicet ad Senatum ne deuenient, qui de Verre supplicium sumat, non est vsitatũ, nõ est senatorium. quod etiam ex eo loco sensit Budæ. *in anno. in l. vlt. ff. de sena.* attamen hæc, quæ contraria videntur, ita conciliari possunt, vt s. satis hæc iudicia ad Senatum spectare dicerentur, cum primis temporibus vsq, ad annum V. C. 630. Quæstores, vel Quæsitores criminũ ex Senatorib. crearentur, qui de criminib. cum cum consilio iudicum ex eodẽ ordine senatorio selectorum quærebant, licet ipsi iudicare, & sententiam dicere non possent. ab eo autem tẽpore citra, potestas hęc iudicandi vane instaurata est, cum modo ad Senatores, modo ad Equites, modo ad vtrosq;, modò etiam ad aliquos ex plebe, modo ad senatores Equites, & Tribunos ęrarios transferrerur, legib. Sempronia, Seruilia, Plautia, Cornelia, & Aurelia latis, *quæ videri possunt per Zas. in tract. de ll. Roman. & per Hott. in Indice legum Rom. & in trac. de Senatuscon. c. 2.* At postquam inclinare cœpit authoritas libera Senatus, & inseruire Principũ voluntati, voluerũt ipsi Principes omnia iudicia criminalia ad Senatũ referri, vt s. sub Senatus nomine turpia ipsorum tegerẽt scelera. Nam & Caligula solebat magnorũ in Senatu reorũ accusationes, defensionesq; meditari, vt author est in Caligu. Suet. *c. 53.* & Domitianus in Senatu in quosdã maiestatis reos impetrauit, vt more maiorum animaduerteretur, & pro eisdem etiam in eodem Senatu postea supplicauit, vt electio mortis eis concederetur, vt idem Sueto. author est in Domitia. c. 11. & apud eũdem Sueto. in Augusto. c. 5. C. Lectorius adolescens patricij generis in deprecanda grauiore adulterij pœna præter ætatem, atque natales hoc quoq; Patrib. conscriptis allegauit se esse possessorem, ac velut ædituum soli, quod primum Diuus Augustus nascens attigisset. Itẽ & apud eundem Sueto. in Tib. c. 30. habetur, Tiberium coegisse præfectum Ale. de vi & rapinis reum causam in Senatu dicere. & apud eundem in Caligul. c. 2. Cn. Piso. à Senatu capitis damnatus est. Quin & illis temporibus iudices criminalium ab ipso Senatu impetrabantur, *vt author est idem Sueto. in Domitia. c. 8.* nec non & à iudicibus eo tempore prouocationem concessam ad Senatum, idem Sueto. tradit in Nerone.

10 ¶ Cum † Senatusconsulta omnia in arbitrio & Consulũ custodia remanerent, quæ ideo poterat sæpe ab illis pro eorũ voluntate supprimi, & vitiari anno ab V. C. 304. ab Horatio & Valerio lex rogata fuit, vt Senatusconsulta omnia in ædem Cereris ad Aediles plebis deferrentur, *vt author est Liui. li. 3.* postea autem ad ærarium delata, & ibi custodita fuisse, *tradit Tull. Philipp. 5. & Sueton. in Augusto. c. 94. & Tacitus lib. 3.* quæ quidem etiam in Capitolium seruata fuisse certum est, & ea quidem innumera, cum Sueto. in Vespasiano, cap. 8. deploret tria milia ærearum tabularum simul cum Capitolio conflagrasse, quibus vetera Senatusconsulta continebantur. Dio præterea. lib. 55. scribit, Tuberone Fabio Coss. ad Quæstores translatam esse curam S.C. asseruandorum, cum antea Tribunorum ple. & ædilium ea cura fuisset. De pluribus autem S.C. fit mentio in iure nostro, & alibi, vt de Macedoniano, Velleiano, & simil. sed circa criminalia hæc reperio Senatusconsulta.

¶ De † re

11 ¶ De † re Sumptuaria factum C. Fannio, & M. Valerio Messala, Coss. anno ab V. C. 592. ne in conuiuiis Megalensibus plus centenis, vicenisque æris expendi posse, præter olus & far, & vinum, neque vino alienigena, sed tantum patrio vti posse, neque argenti in conuiuio plus pondo, quam libras centum inferri, post q̃ S.C. lex Fannia in idem lata, author Gell. *li. 20. c. 24.* ex quo colligitur post Senatusconsulta sæpe maioris authoritatis gratia leges à populo in idem latas.

12 ¶ Ab † eisdem Coss. aliud rogatum S.C. vt Philosophi, & Rhetores vrbe eiicerentur, cuius rei cura M. Põponio prætori demandata, idem Gell. *lib. 15. c. 11.*

13 ¶ Claudianum † quoq; S.C. legitur, quo libera quæ se seruo alieno commiscuisset, denũciante domino, ne id faceret, priuatur libertate, & fit serua domini illius serui substantia amissa, author Tacitus. quod etiam S.C. repetitum fuit suadente Vespasiano, author Suet. in Vespasia. c. 11. de quo etiam mentionem facit Vlpian. Instit. c. 11. quod tamen sublatum fuit à Iustiniano, *vt in l. 1. C. de Senatusc. Claudia. tollen.*

14 ¶ Aliud † quoque fuit Senatusc. Claudianum de quæstionibus habendis in seruos de nece domini, & ipsis seruis puniendis, *de quo in tit. ff. de Senatusc. Sylla. & Claudi.*

¶ In qua sententia fuit etiam S.C. Syllanianum Augusti temporibus factum, Dolobella & Syllano Consul. anno ab V.C. 762. de quorum capitibus lõgusha betur sermo in *d. tit. ff. ad Senatusc. Syllan.*

15 ¶ Item † Senatusc. Iunianum de collusione detegenda factum Domitiano Imperatore, & Appio, Iun. Sabino Coss. anno ab V.C. 839. vt qui domini & serui collusionẽ detexisset factam, vt seruus ingenuus pronunciaret, seruum ipsum lucraretur, & hoc ne amplissimus ordo Senatorius coinquinaretur, *vt est tex. in l. 1. ff. de collus. deteg.*

16 ¶ Item † S.C. Libonianum factum forte sub Adriano Imperatore L. Nonio, M. Anio Libone Coss. anno ab V.C. 880. quo pœna legis Corn. de fals. tenebatur, qui ob instruendam aduocationem testimoniave pecuniam acceperit, pactusve fuerit, societatem coierit ad obligationem innocentum. Item qui sibi, eius, qui in sua potestate est, legatum fideicommissum, vel ascripserit in testamento militis, aut etiam alterius, dummodo id signatum, perfectum q; fuerit. Item qui hæres institutus exhæredatione nominati filij vel aliarũ personarum ascripserit. Item qui libertatẽ manu sua ademerit seruo testatoris, & maxime cui à se legata vel fideicommissa data erant. Item si seruus Domini iussu testamento codicillisve libertatem sibi adscripserit, ob eam rẽ, quod ipsius manu adscriptum est, minus liber sit, sed libertas ei ex fideicom. præstetur, si modo post eam scripturam testator manu sua testamento codicillisve subscripserit, *de quo in l. 1. & toto ti. ff. de fals. & in rubrica.*

17 ¶ Macedonianum quoq; † S.C. de quo toto tit. ff. ad Maced. quæ fœnori dantes & mutuantes filiosa. quod non alienum à materia nostra etiam videtur, cum ad parricidiorum tollendas occasiones proditum sit. *d. l. 1. eod. ti.* quod etiam Vespasianum statuisse scribit Suet. in Vespasia. c. 11.

18 ¶ Item S.C. † Turpilianum factum sub Nerone, C. Silio, & M. Turpiliano Coss. anno ab V. C. 819. vt si delator criminis publici iudicij ab exequutione criminis destitit, quive accusatorẽ submisit, aut instigauit, aut mãdauit alicui, & instruxit eum ad accusationem capitalẽ, deinde & probationes; quive excusationes allegauit, quive chirographum ob accusandum dedit, pactionẽve aliquam interposuit pœna. s. librarũ auri mulctetur, *l. 1. & per totum ff. & C. ad Turpill. & l. 3. in fi. ff. de præuarica.*

19 ¶ Aliud item S.C. † reperio factum, Tauro & Lepido Consulibus, quo licet accusationes omnes finiantur spatio viginti annorum, l. querelam, *Codi. de fals.* attamen accusatio facta contra domini occisorẽs habet effectum confiscationis bonorum contra hæredes extraneos intra quinquennium tantum. contra autem eos, qui de morte defuncti possent de parricidio teneri, semper, *l. in cognitione, ff. ad Syllan.*

20 ¶ Est etiam S.C. Volusianum, † vt qui improbe coeunt in alienam litem, vt quidquid ex condemnatione in rem ipsius redactum fuerit, inter eos communicetur, lege Iulia de vi priuata teneantur, *de quo in l. ex Senatusconsulto. ff. ad l. Iul. de vi priua.*

21 ¶ Item aliud † tempore Adriani factum. ne quis ea, quæ ædium sunt, vendat, leget vel distrahat causa negociandi sub pœna dupli fisco applicanda, *de quo in l. Senatus. ff. de contrahen. emp. & in l. negociandi. C. de ædifi. priua. & in l. cætera, & in l. Senatus. ff. de lega. 1.* quod factum est Auiola & Pansa Coss. & Spartia. etiam in Adria. testatur.

22 ¶ Item † etiam aliud de ordine accusatorum in crimine adulterij, vt s. maritus & pater à die diuortij intra 30. dies vtiles possit maritus primo, postea pater filiam, quam habet in potestate, adulterij accusare: vltra autem eos dies non audientur, *de quo S.C. meminit l. is cuius. §. ex Senatus. ff. ad l. Iul. de adult.*

23 ¶ Item aliud, † quo, si quis clauum de naui abstulerit, cuius causa tota nauis periit, tenetur de incendio, rui. naufr. *l. 2. §. Senatus. ff. de incen. rui. naufrag.*

24 ¶ Sed & de alio † S. C. de collegiis abolendis facto, L. Cæcilio; & Q. Martio Coss. meminit Tul. in Piso. quæ tamen postea Clodius restituit, vt ibi testatur Tul.

25 ¶ Item etiam † de alio S.C. mentionem facit Vlpian. *in l. lex Cornel. §. vlt. ff. de iniur. & l. is cui. §. si quis. de testam.* contra eos, qui famosos libellos fabricassent.

26 ¶ Senatus † item consultum aliud latum de comburendis libris veneficiorum & vaticiniorum. vt tradit Liu. lib. 35. & 49. dum de Bacchanalibus loquitur.

27 ¶ Vetus etiam † S C. fuisse refert Tacitus lib. 2. ne seruus in Domini caput torqueatur, quod tamen Cicero mori maiorum pro Deiotaro adscribit.

28 ¶ Item etiam † S.C. ne quis Senatorij ordinis vel Patricius in scena vel in arena se exerceret, *de quo Sueto. in Tiber. c. 35.*

29 ¶ Item etiam aliud, quo vetitum erat de damnato ante decimum diem post latam sententiam supplicium sumere, *de quo idem Sueto. in Tiber. ca. 35. quod est penult.*

30 ¶ Item † ne militibus liceret ingredi Senatorum domos salutandi causa ad ambitus occasionem fugiendam & Imperij affectandi, Sueto. in Claud. cap. 25. quod non S.C. sed decretum appellat.

¶ Horum autem S.C. aliqua recitantur ab Hotto. in suis comment. verbor. in ver. Senatus, sed non omnia. item plura etiam ex his describuntur à Placen. in tracta. de S.C. & plura ab Rofre. in tract. de libell. in septima parte, dum de S.C. agit, sed nos ea tantum, quæ à tractatione nostra non distant, attigimus, ac plura prædictis authoribus incognita addidimus.

31 ¶ Hoc insuper notandum, † quod multa ex pred. Senat. Consul. facta fuerunt ad supplendas leges antea latas, & eis aliquid addendum, vt est Libonianum, quod addidit legi Corn. de fal. vt etiam tradit Cuma. *consil. 78.* Quidam fecit testamentum. Et Volusianum ad addendum legi Iuliæ, de vi priuata. Et illud de ordine accusatorum in crimine adulterij, & plura alia similia. sed & Senatusconsulta extendebant sæpe leges ad casus ab eis non consideratos, *vt in l. sacrilegi. §. Senatus. ff. ad l. Iul. pecu.*

32 ¶ Postremo & hoc non omittendum. † quod orationes Principum, quibus Principes Senatum aut coràm oratione aut absentes per epistolam consulebãt. *l. leges. la prima. C. de legib.* quandoque etiam S.C. appellantur, *vt probatur ex l. item veniunt. §. præter hæc. ff. de peti. hære. & clarius in l. cum hi, in prin. ff. de transact.* vbi Vlpian. orationem diui Marci recitatam in Senatu dicit de transactione circa alimenta, quam idem Vlpi. *in l. eleganter, in princ. versic. item si ob transactionem. ff. de condi. indeb,* appellat S.C. Orationis autem exemplum & forma habetur *in l. 1. in prin. ff. de reb. eo.* licet sæpius orationes suo proprio nomine appellentur, *vt in l. pen. ff. ad Tertu. & in l. 3. in princ. ff. de don. int. vir. &*

*vir.& vxo.& in l.cum hic ſtatus.in prin.ff.de don.int.vir. & vxo.* & quam etiam Iuſtin.*in §.vlt.Inſti.quibus mod.teſta. infir.* orationem Pertinacis appellat, Capitolinus in Pertinace,S.C.vocat.

## CAP. XXIX.

## *De Prætorum Edictis.*

### SVMMARIVM.

1 *Prætorum edicta quæ, & quare ius honorarium dicta ſint, & quid ædilium curulium edictum ſit.*
2 *Prætor primus,& ædiles curules, quo tempore creati fuerint, & quare prætores dicti, & circa quæ eorum authoritas extenderetur.*
3 *Prætor nomen patrium Ro.& ideo Imperatores etiam prætores appellabantur.*
4 *Prætoris nomen fuiſſe ante Conſules,an verum ſit.*
5 *Prætor Vrbanus qui fuerit, remiſſiue; & conſules iudices aliquando dicti,aliquando prætores.*
6 *Prætores de numero maiorum erant magiſtratuum , maioribusque creabantur auſpiciis.*
7 *Prætoribus iure 12.tab.quæ poteſtas tradita.*
8 *Prætores cũ in prouincias mitterentur,proconſules dicebãtur, & Præſides: quin & eius appel.omnis magiſtratus venit.*
9 *Prætores in principio magiſtratus,quæ in albo edicta proponebant,& de quibus.*
10 *Prætor iuriſdictionem ſuam tribus abſoluebat verbis , videlicet Do,Dico,& Addico,& quid iſta importent.*
11 *Prætor vrbanus,quæ edicebat in principio magiſtratus, ſe ſeruaturum in iure dicundo, & hæc in albo , memoriæ gratia ſcribebantur.*
12 *In albo,quæ edicta ſcribebãtur,tã generalia quã particularia.*
13 *Edicta translatitia quæ,& quare ſic dicta.*
14 *Prætorum edicta annalia à principio ,poſtea autem perpetua facta ſunt.*
15 *Edictorum plurima capita,& eorum compilator fuit primus Saluius Iulianus , poſtea Hermogenianus in ſex libros redegit.num.17.*
16 *Edicti perpetui formulæ,quæ & quot.*
18 *Prætores in criminalibus edicta in publicis iudiciis non proponebant,& in quibus criminalibus.*
19 *Pœna edicti prætoris parti applicatur.*
20 *Pœna edicti prætoris per pœnitentiam,re integra,euitatur.*
21 *Pœna prætoris edicti,non extenditur de caſu ad caſum, ſed relinquitur arbitrio iudicis.*
22 *Prætoriæ actiones,etiam ex quaſi delicto reperiuntur.*
23 *Oſſis fracti pœna,erat talio de iure 12.tab.ſed ad æſtimationẽ damnum paſſi reducta fuit.*
24 *Prætoris iuriſdictio,vltra edicta quæ fuerit in criminalibus,& ibidem qui prætor vrbanus , qui peregrinus & eorum iuriſdictio.*
25 *Perpetuæ quæſtiones de pub. iudiciis quando quæſtoribus , & poſtea prætoribus demandatæ, & antequam perpetuæ factæ eſſent qui crearetur à populo in caſu illo tantum,& quomodo l.varia in eodem caſu prouiſum fuit de quæſitore in variis criminibus.*
26 *Publicorum criminũ perpetuis in quæſtionibus quo ordine, & more,& à quo quæſitores crearentur, & quot dies darentur reis ad veniendum,& quot prætores tempore Cicer. nu. 27.& quomodo ſortiebantur inter ſe crimina prætores. nu. 28.remiſſiue.*
29 *Prætorium ius honorarium dicebatur ius,& quare. Et quare ſit inductum.num.30.Et dicitur viua vox iuris ciuilis, & idẽ de Epiſcoporum conſtitutionibus cenſendum.& Priorum ciuitatum.*
31 *Prætore vetante quicquam faciens,dicitur facere contra eius edicta.*
32 *Prætorium ius æquitati innititur,& an extendatur ad caſus non expreſſos.*
33 *Prætorium ius,quibus iuribus opponatur.*

1 EOdem tempore † inquit Pompo.*in l.2.§.eodem tempore.ff.de orig.iur.*& magiſtratus iura reddebant,& vt ſcirent ciues , quod ius de quaque re quiſque dicturus eſſet, ſeque præmuniret , edicta proponebant, quæ edicta prætorum ius honorarium conſtituerunt. Honorarium enim dicitur quod à iure prætoris venerat.& Imperator Iuſtin.*Inſti.de iure na.gen.& ciui.* inquit, Prætorum quoque edicta non modicam habent iuris authoritatem,quod etiam ius honorarium ſolemus appellare,quod qui honores gerunt,ideſt magiſtratus, authoritatem huic iuri dederunt, proponebant tamen & Aediles curules edictum de quibuſdam cauſis , quod edictum iuris honorarij portio eſt.

2 ¶Primus † autem prætor creatus fuit Spur.Fur. M.F. Camillus circiter annum ab V.C.387. quo anno etiam Aediles curules primi creati Cn.Quintius Capitolinus & P.Cornelius Scipio , vt in Faſtis Capitolinis legitur, & author eſt Liui.lib.....& Iuſtinia.*conſti.24. ti. de præſide Piſid.in prin.*dicit , Prætores à veteribus Romanis ſic dictos , quod cæteris omnibus præirent,& præponerentur,permiſſa ſ.eis tam rei bellicæ adminiſtratione , quã legum præſcriptione,& idem *conſtit.ſeq.tit. de Prætore Lycaoniæ, in prin.*inquit:Eſt enim hoc nomen Prætor , quaſi iure patrio Romani Imperij propriũ, & ante ipſos etiam Conſſ.in ampl.Ro.Rep.vſui habituros,nam † vete-
3 res Romani ſuos Imperatores , Prætores appellabant, ſimulque illi præbebant,vt militaribus prẽirent copiis, & deſcriptis ab illis parebant legib. & prorſus erat hic magiſtratus ex ambobus contemperatus , præferens & oſtentans tam in inſtruenda acie robur , quam in fe-
4 rendis legibus rectum & decentem ordinem. Sed † dũ Iuſtinian. inquit hoc nomen habitum in vſu ante ipſos Conſſ.hoc falſum videtur,tum ex Liuio , tum ex Pompon.*in l.2.de orig.iur. §.exactis deinde, & §. cumque Conſſ.* ex quibus locis conſtat prætores longe poſt Conſſ. tempo re creatos.attamen ſciendum,quod illi,qui poſtea Con ſules dicti primo fuerunt Prætores nuncupati, deinde iudices,poſtremo Cõſules,*vt tradit Sex.Pomp.li.14. in ver. prætoria,*quod & Pædianus 2. in ver. comprobat dicens, veteres,omnem magiſtratũ,cui præerat exercitus,Prætorem appellaſſe,vt Conſules etiam prætores dicerentur,docet Liui.lib.3.& Io.Zonaras, Græcus author Hiſtoriarum,To.2.ſcribit anno ipſo poſt Decemuiros dignitate mulctatos L.Valerio,& M. Horatio , qui tunc prætores vocabantur conſulatus nomen primo inditũ
5 fuiſſe. Prætores † autem deſiiſſe vocari veroſimile eſt, cum alius magiſtratus à Conſule creatus eſt,qui Prætor Vrbanus dictus eſt,*vt eſt apud Pompo.in d.l.2.§.cumque Conſles*,& tunc Cõſules etiam iudices dicti,author Liui. lib. 3.in hæc verba: His temporibus ſcilicet L. Valerio. & M.Horatio Conſſ.anno Vrb.304. nondum Conſulem iudicem,ſed Prætorem appellari mos fuit. & comprobantur etiam prædicta omnia ex Tul. tertio de legi. dũ recitat legem vnam antiquam his verbis conceptam. Regio Imperio duo ſunto,iique præeundo,iudicando, & conſulendo,Prætores iudices Conſules appellãtor, militiæ ſummum ius habento.ſed poſtea etiam maxime apud poetas,Prætores Proconſul.vſurpati, vt apud Iuuenal.Satyra octaua.

*Quanti ſua funera vendant;*
*Quid referat? vendunt nullo cogente Nerone.*

Et Satyra decima.

*Nec dubitant celſi Prætoris vendere ludis.*
*Quid ſi vidiſſet Prætorem in curribus altis*
*Sedentem & medio ſublimem in puluere circi.*

Et mox ſubdit.

*Et ſibi Conſul*
*Ne placeat curru ſeruus portatur eodem.*

6 ¶Hi † autem Prætores,de quorum numero hic non eſt locus differere , erant in numero maiorũ Magiſtratuum,qui maioribus auſpiciis creabantur,ideſt iis,quæ comitiis centuriatis captabãtur,*vt docet Gel.li.13.c.14.* Tẽporibus autem Imperatorum cum nutu eorum ſine auſpiciis crearentur,maiores etiã Magiſtratus dicti, q imperium,& poteſtatem maiorem haberent , ideſt vt

nos

nos loquimur, merum & mixtum imperium, *l.nec magi-*
7 *giſtratibus.ff.de iniur.* † Prætori verò lege 12.tab. hanc poteſtatem datam ſcribit Tull.de legi.lib.3.iuris diſceptator, qui priuata iudicet, iudicarive iubeat, prætor eſto. is iuris ciuilis cuſtos eſto, huic poteſtati parento. quotcumq; Senatus creuerit, populusve iuſſerit, tot ſunto. Magiſtratus annui ſunto, Auſpicium iudiciumque habento. quamquam ex his, quæ ſupradicta ſunt, putarim hanc legem Conſules, qui tunc prætores vocabantur reſpexiſſe non hos Prætores diuerſos à Conſſ.de quib. nunc loquimur, cum conſtet prætores hos.i.primo Vrbanũ Prætorem, poſt ll.12.tab.creari cœptos. ſed † & hi
8 prætores, cum in prouincias mitterentur, ſæpe Proconſules appellari legi, & ſic appellantur *in l.patri profilio, §. 1.ff.de minor. & in l.in hæredem, ff.de dolo malo*, & per plura docuit Anto.Aug.Emen.lib.1.c.5.& cũ in prouincias mittebantur, etiam præſides nuncupati. *l.1.ff.de off. præſid.* licet & larga ſumpta vocabuli ſignificatione Prætor dici poteſt quilibet magiſtratus, & quilibet iudex. *Dec. in l.vbicunque cauſæ cognitio.ff.de reg.iur.*

9 ¶ Solebant ergo † prætores in initio magiſtratus ſui edicta in albo proponere, quib.edicebat, quomodo ius dicturi fuiſſent de quaque re, vt populus præmunire ſe poſſet & à vetitis abſtinere & quibus actionibus & exceptionibus iura ſua perſequi & tueri poſſet cognoſcere, *vt inquit Pompo.in d.l.2.ff.de orig.iu.§.eodem tempore & magiſtratus.* Edicebat enim prætor aliquando ſe daturum actionem, aliquando negabat, vt paſſim legere eſt in li-
10 bris ff.& monet Alciat. *diſpun.lib.4.c.22.* tribus † autẽ his verbis abſoluebat prætor iuriſdictionem ſuam: Do, Dico, Addico, de quibus ſenſit Ouid.in Faſt.dum inquit.

*Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur;*
*Faſtus erit per quem lege licebit agi.*

¶ Dabat enim actiones & iudicia, *vt dictum eſt*, & pulchre innuit Tul.pro Cecinna inquiens: etenim ſi prætor is, qui iudicia dat, nunquam petitori præſtituit, qua actione eum vti velit.& Act.3.in Ver. ſi quis (inquit) eũ pulſaſſet, edixit ſe iudicium iniuriarum non daturum, quidquid ab eo peteretur, iudicem de ſua cohorte daturum, ipſi autem nullius rei actionem ſeſe daturum. Dabat & iudices litigantibus nonnunquam ex Centumviris, quibus ipſe præerat, ſæpe etiam ex priuatis, in quos litigatores conſenſerant, *l.2. §.ff.de iudi. l.ex conſenſu ff.de appell.* quibus ex bono, & æquo formulam præſcribebat, quam ſequerentur, qui iudices recuperatores appellabãtur, quod per eos ius ſuum recuperare liceret, de quibus plura Tul.d.oratione pro Cecinna, quam ad recuperatores habuit. & Plautus in Bacchid. in hæc verba, poſtquam quidem Prætor recuperatores dedit. Damnatus demum vi coactus reddidit ducenta & mille Philippum.de quibus etiam Sueto. *in Nerone, c.17. & in Domitiano, cap.8.* & de recuperatorio iudicio in Veſpaſiano patre, *c.3.* & Gell. *lib.20.c.1.* ſcribit iniuriis æſtimandis recuperatores datos. Dicebat quoque ius, *vt in l.1.ff.de iu. omni.iud.* vbi Prætorem ius dicentem appellat. Adiiciebat etiam & debitores creditoribus antiquitus ex l.12. tab. *vt tradit Gel.d.c.1.li.20.* Adiiciebat etiam bona, *l.pro debito. C.de bo.auth.iud.poſſ.l. à Diuo Pio. §.ſi pignora.ff.de re iudicat.l. quod ſi Epheſi, §.vlt.ff.de eo, quod cer.lo.l.4.per totam, ff.de fideicom.lib.cum pluribus ſimil.* & Plau.in Parudo, vbi in ius venerit addicet prætor familiam totam tibi.

11 ¶ Cum † Prætor vrbanus, cuius morem cæteri ſequebantur, magiſtratum iniret, primum in concione viua voce edicebat, & præmonebat, quæ ipſe eſſet ſeruaturus eo anno in iure dicundo, *vt author eſt Tul.2.de Fi.bo.* Vt autem certior totus populus fieret, atque ſi obliuioni mandata fuiſſent, quæ ipſe dixerat, poſſent ex publico repeti in albo publico, quæ verbo edixerat ſe facturum, eadem ſcriptis in albo ſcribi curabat, *l.ſi quis id quod, ff.de*
12 *iur.omni.iudi.§.iubemus; in Auth.de litigi.* † In hoc autem albo erant edicta generalia, quę omnes tangebant in vim legis actionum concedendarum materiam tractantia. erant & edicta ſpecialia, quibus ſinguli citabantur, & in ius vocabantur, quæ ſecundum aliquos etiam in albo proponebantur, vt per Iaſo. *in §.pœnales, Inſti.de acti. num. 7.vbi allegat §.omnem, in Auth de litigi. & auth.qui ſemel, C.quomodo & quando iud.* potuiſſet etiam allegare bonum text. *in l.ſi prætor iuſſerit, ff.de iudi.* quamquam non putarim ea edicta propoſita fuiſſe in albo, licet publice proſtare deberent, quia de albo nullum verbum. Scio tamen quoſdam etiam voluiſſe non tantum Prætores, ſed & alios Magiſtratus edicta in albo propoſuiſſe, vt videtur probare Pompon. *in l.2.ff.de ori.iur.in §. eodem tempore.* vbi dicit, quod eodem tempore & Magiſtratus iura reddebant, & vt ſcirent ciues, quod ius de quaque re quiſque dicturus eſſet, ſeque præmuniret, edicta proponebant, quæ edicta Prætorum ius honorarium conſtituerunt: ſed viderint ij, ne Pompon. eo in loco appellatione magiſtratus, intellexerit de Prætoribus tantum, de quibus etiam prius locutus fuerat, quod verius puto, cum ſtatim addat ea verba, quæ edicta Prætorum ius honorariũ conſtituerunt. factum eſt autem ſæpe poſtea, vt propter exemplum & vim æquitatis & prætoriæ dignitatis vrbanæ honorem alij Prætores & Proconſules ſeque-
13 rentur, quod recte antea alius edixiſſet. Item † & qui in vrbe edicta ſua propoſuerat prouinciam ſortitus, in ea ipſa eadem edicebat, quæ edicta trãslatitia appellabantur, quod de vno ad aliud transferrentur edictum. ſic Tul.ſcribens Appio Pulcro, *lib.3.* Epiſtolarum famil. dicit ſe dum Proconſ. Aſiam eſt ſortitus in ea prouincia idem edictum propoſuiſſe, quod Prætor Romæ compoſuerat, nil addito (inquit) niſi quod publicani me rogarũt, cum Samum ad me veniſſent, vt de tuo edicto totidem verbis transferrẽ in meum, quod etiam paulo poſt translatitium appellat. & idem Tul.3. *in Verrem* inquit, ſed an ne tam vſitata ſatis eſt oſtendere, omnes antea ita ius dixiſſe, & hoc edictum vetus translatitiumq; eſſe. & idem de traslatitio capite legis *lib.3.ad Attic. & alibi quoq; quod & declarat Aſcon.d.loco.3.in Verr.* tempore autem Imperatorum ſecus erat, cum Principis iniuria Prætorem edicta ſua proponere abſque vlla imperatoris mentione, vt colligitur ex Sueto.in Veſpaſia.c.15.

14 ¶ Edicta † hæc Prætorum à principio annalia erant, & anno finiebantur, *vt eſt apud Tul.3.in Verr.* quia Prætorum imperium annuum erat, *Inſt.de perpet. & temp.acti. in prin.* & ſic mutabatur ius ciuitatis pro libitu & ambitione prætorum. poſtea autem perpetua facta ſunt, Corn. Sylla, vt ſcribit Aſco.in argumẽto oratio. Tul.pro Cornel.de maieſtate, his verbis. Aliam legem Cornelius, & ſi nemo repugnare auſus eſt, multis tamen inuitis tulit, vt prætores ex edictis ſuis perpetuis ius dicerent, quæ res tum gratiã ambitioſis Prætorib. qui varie ius dicere aſſueuerant, ſuſtulit, quod & docuit Alciat. *diſpunc. li. 2.c.27.* & ideo poſtea dictum edictum perpetuum, quia
15 mutari non poterat, & omnes Prætores tenebant. At † cum plura eſſent edicti perpetui capita, de variis rebus loquentia: primus Adrianus componi & digeri iuſſit à Saluio Iuliano eiuſce temporis eximio I.C. vt author eſt Iuſtinia. *in l.2.§.ſed quia diuinæ, C.de vet. iure enucl. & in l. pen.C.de condi.inde.* inde igitur edicti perpetui in iure noſtro frequens mentio, *vt in §.& primo, in proœ.ff.& in l.2.ff. de ſta hom.in l.edita, C.de eden.in l.cum ad eas.C. ad Velleia. in l. 2.C.ſententiam reſcin.non poſ.l.interpoſitas, C. de tranſac.l.2. C.*
16 *de cond. inſer.* Huius † autem perpetui edicti formulam vnam videbis apud Gel. *lib.10. c.15.in fi.* dum loquitur de Flamine Diali. & de ſacerdote Veſtæ recitans verba edicti perpetui in hæc verba. ſacerdotem Veſtalem & flaminem Dialem in omni mea iuriſdictione iurare non cogam. Atq; ideo ſæpe, I.C. noſtri iuriſdictionem pro edicto Prætorum & iuriſdictione perpetuam, pro perpetuo edicto poſuerunt non ſemel, *vt in l.ſi quis id quod, ff. de iur.omni.iud.in l.quamis.ff.de in ius vocan.in l.1.§.an autem.ff. de poſtulando.l.poſtquam, §.Imperator.ff.vt lega.nom.cau. l.ſtipulationum aliæ.§.1.ff.de ver.obl.§.aliæ.Inſt.de acti.* Hæc † autem
17

edicta sic composita à Saluio, postea Hermogenianus I.C. in epitomen sex librorũ coegit, vt in catalogo I.C. habetur ante Pandectas. sed & ante Saluium Iulianum C. Aul. Offilius I.C. Cæsari familiaris. primus edictum ipsum prætoris diligenter composuisse scribit Pompo. *in l. 2. §. Seruius aũt. vers. ab hoc plurimi profluxerunt. ff. de ori. iu.*

18 ¶ Iam † vero, quod attinet ad crimina, nõ video Prætorem edicta proposuisse in publicis iudiciis. iam. n. dictum est iurisdictionem eius versari circa priuatorum interesse: nam licet ex edicto Prætoris proueniat actio iniuriarum, & vi bon. rapt. *vt Instit. de noxal. actio. §. sunt autem.* prout etiam actio furti manifesti, *vt Instit. de perpe. & temp. actio. in fi. prin.* tamen dantur ad priuatum interesse persequendum. ex quo Io. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de dolo, & contum. in §. restat, in prin. in ver. de albo,* ex mente Rofredi, & aliorum antiquorum facit regulam, quæ com-

19 muniter approbatur, † quod vbicunque pœna debetur ex aliquo edicto Prætoris, semper pœna illa applicatur parti, *allegat l. 3. in prin. ff. de sepul. viol.* quod dictum sequitur, & dicit esse notab. & singulare. *Iaſ. in §. pœnales. Inſt. de*

20 *act. num. 40. in princ. & nume. 41. circa medium.* Hinc † quoq; insurgit alia regula, quam tradit Bal. *in cap. 1. in prin. de prohib feu. alie. per Federic.* quod vbicunque ex edicto Prætoris aliqua imponitur pœna, talis pœna euitatur per pœnitentiam re integra, *per tex. in l. hoc edicto. ff. de alie. iud. mut. cau. fac. quem tex. ad hoc commendat Iaſ. in l. auunculo. in 2. col. ff. de cond. sine cau. & sequitur Gomeſ. in d. §. pœnales. Inſtit. de a-*

21 *ctio. num 30.* Et itidem † alia quoq; regula insurgit, quod pœna, quæ ex Prætoris edicto imponitur, nunquam extenditur de casu ad casum, sed relinquitur arbitrio iudicis, *vt Iaſon declarat poſt gloſſ. in dicto §. pœnales. nume-*

22 *ro octuageſimo ſexto.* Pariter quoque † non tantum ex delicto, sed etiam ex quasi delicto reperiuntur actiones prætoriæ, vt illa in factum ex edicto, nau. caup. stabul. toto tit. ff. nau. caup. stab. & ex edicto de his qui deiec. vel effud. l. 1. & per totum. & habetur toto tit. Instit. de oblig. quæ ex quasi deli. quod autem pœnæ à Prætorum edictis inductæ parti tantum applicentur, probat etiam

23 text. *in §. pœna autem. Inſtit. de iniur.* vbi Iustinia. inquit, † quod pœna iniuriarum ex l. 12. Tabul. propter membrũ ruptum talio erat, propter os vero fractum nummaria tantum pœna erat constituta: sed postea prætores permittebant illis, qui iniuriam passi sunt, eam æstimare, vt iudex vel tanti reum condemnet, quãti iniuriam passus æstimauerit, vel minoris, prout ei visum fuerit. sed pœna quidem, inquit, iniuriæ, quæ ex lege 12. Tab. introducta est, in desuetudinem abiit: quam autem Prætores introduxerunt, quæ etiam honoraria appellatur, in iudiciis frequentatur, quod etiam probatur ex eo, quod omnia interdicta pœnalia sunt, quorum pœnæ parti applicantur, cum tamen ex Prætoris iurisdictione proficiscantur, vt Instit. de interdic. per totum. Illud autem certissimum est Prætorem in delictis nunquam edixisse pœnam capitalem, vt etiam adnotauit Bald. in l. programma. versic. item considera, quod licet prætor. C. comminat. vel epist.

24 ¶ Quæ † autem hucusque diximus de iurisdictione Prætoris, de edictis tantum suis dicta sunt. nam præter ea, quæ per edicta explicabat, non modica etiam erat ipsius Prætoris circa crimina iurisdictio. & primum omnium sciendum, alium fuisse Prætorem Vrbanum, cuius iurisdictio sola erat sine vlla Imperij parte, vt in toto tit. ff. de offic. prætor. alius quoque fuit Prætor Peregrinus, qui inter peregrinos, vel ciues & peregrinos ius dicebat, de quo Pomponius *in l. 2. §. cumque Conſules, & sequen. ff. de orig. iur.* Huius tamen non tantum iurisdictio demandata videtur, sed etiam capitalis quæstio de repetundis, quæ peregrinorum sociorum causa instituta erat, vt probari videtur ex Ascon. in oratione dicta in toga candida contra C. Antonium, & L. Catilinam. vbi refert C. Antonium ob id, quod multos in Achaia spoliasset, ab illis eductum fuisse in ius ad M. Lucullum Prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat, Lucullumque id, quod Græci postulabant, decreuisse: ni forte quis dixerit Græcos forte nõ capitali iudicio fuisse persequutos C. Antonium, sed ciuili pro restitutione tantummodo ablatorum.

25 ¶ Cum autem † plures fuissent Prætores constituti, illis solebant demandari quæstiones perpetuæ de publicis iudiciis, quibus ante præesse solebant ij Quæstores, vel vt Pompon. *in l. 2. §. & quia vt diximus, de orig. iur.* Quæsitores paricidij. Nam antequam Quæstiones istæ factæ fuissent perpetuæ, nullus certus erat constitutus Quæsitor, vel Magistratus, sed vt primum casus tulisset aliquod crimen à quopiam commissum fuisse, tunc creabatur à populo, qui de eo speciali tunc perpetrato crimine tantum quæreret, quo iudicio absoluto absoluta erat etiam ipsius prouincia, neque si idem crimen ab alio fuisset commissum, potuisset idem quærere, sed de eo quoq; crimine nouiter perpetrato ad populum ferebatur, vt quem vellet ad id crimen persequendum Quæsitorẽ nominaret, & quærere iuberet, vt videmus factum fuisse lege Varia, quam tulit Q. Varius, qui propter obscurũ ius ciuitatis Hybrida est nuncupatus Tribunus pleb. vt quæreretur maiestatis de his, quorũ ope socij aduersus Remp. arma sumpsissent, vt testatur Tull. pro Scauro, & pro Cornel. & vtrobique Ascon. & idem Tull. in 2. Tuscul. & in Bruto, & Valer. Max. *lib. 8. ca. 6.* Ac etiam idem factum legimus L. Manilia, quam tulit C. Manilius Limetanus Tribu. Pleb. Sp. Posthum. & Q. Minutio Coss. vt quæreret in eos, quorum consilio Iugurtha Senatus decreta neglexisset, quique ab eo in legationibus, aut Imperiis pecuniam accepissent, qui elephantos quiq; perfugas tradidissent, item qui de pace, aut bello cum hostibus pactiones fecissent, vt in Iugur. testatur Salustius, qui refert tres Quæsitores, vt de permissis quærerent ea lege creatos: & hoc erat illis tẽporibus ordinarium, quamquam sciam hunc morem non fuisse obseruatũ, cum Cn. Domitius Trib. pleb. M. Scauro diem dixit apud populum, & mulctam ei irrogauit, quod eius opera sacra multa po. Ro. diminuta esse diceret, multaq; minus recte & piè facta, quo quidem crimine absolutus est Scaurus à populo, sed paucis superãtibus Tabellis, vt author est Asco. in oratione pro Scauro. Sciam quoque alia fuisse crimina, de quibus popu. Rom. suum semper esse, primumque iudicium putauit, quale est crimen perduellionis, vt docet Tull. tertia in Verr. his verbis, De iure libertatis, & ciuitatis pop. Ro. suum putat esse iudicium, & recte putat. & sepe legimus diem multis perduellionis rei ad populum dictam esse, & centuriatis eos comitiis damnatos, *vt testatur Tul pro domo sua. & Liuius libr. 26. & 43. & Valerius Maximus libr. 6. capitu. 5.*

¶ Postquam autem certæ quæstiones certorũ criminum publicorum perpetuæ sunt factæ, ideſt lex de eis lata, vt perpetuo & ex ordine quæreretur, nõ semper iussu populi & extra ordinem & certi semper darentur annui saltẽ Quæsitores, quorũ perpetua esset iurisdictio. quod factum etiam Censorino & Manilio Conss. anno s. 605. ab V. C. ferente primum de lege pecuniis repetũdis L. Pisone Trib. pleb. testatur Tul. in Bruto. quas etiã

26 L. Cor. Sylla Dictator postea auxit, vt scribit Pompo. *in d. l. 2. §. deinde Cornelius. ff. de orig. iur.* hic † mos seruabatur, atque hic iudiciorũ pub. ordo, videlicet vt Prætor ex Decuriis illis, quibus iudicandi tum munus incũbebat, iudices cogeret, eorumque sortitionem, ac subsortitionem faceret. item sorte ex illis vnum crearet, qui & quę sitor & iudex quæstionis sæpe à Tullio & princeps iudicũ ab Asconio vocatur, vt in iudicio Oppianici Prætor erat C. Verres. Quæsitor autem siue iudex quæstionis, C. Iunius, quem vtroque eorum nomine appellat Tul. pro Cluen. & in iudicio Cluentij prætor erat Q. Naso, iudex quæstionis Q. Voconius, vt in oratione pro Cluen. habetur, & in iudicio Verris de repetun. Prætor erat M. Gla- Quæsitor.

M.Glabrio.iudex autem quęstionis Q.Curtius,vt leges apud Tull.*in 3.in Verrem,circa fi.* vbi Ascon. appellat eum Principem iudicum. Prætor igitur pro tribunali sedebat,ac pro eius mero imperio iudices cogebat,vt colligitur ex Tull.in oratione pro Cluent.& pro Roscio Ameri.& in his tantum se exercebat, quæ ferè meri forèt imperij,vt ait Quintil.*lib.3.c.7.* Iudex aũt quæstionis ea, quæ facti erant, tantum cognoscebat, vt latè describit Budæ.*in poster.annot.in l.vlt.§.iudicandi,ff.de muner.& hono.* Prætores autem decem ad minimum dies dabant reo, quibus adesset, vt testatur Ascon. inquiens, P. Cassius prætor decimo die, vt mos est, adesse iussit. & Tull. ad Q.fratrẽ,cognosce nunc idus.Decimus erat Cęlio dies; Domitius ad numerum iudices non habuit, hodie autẽ
27 Magistratus nouem dies dant reis, vt adsint. octo † autem videntur fuisse Prætores, qui certas & perpetuas quæstiones exercerent tempore Cicero. videlicet duo, qui de sicariis quærerent, vnus de peculatu, alius repetundarum, alius ambitus, alius de veneficio & iudiciis corruptis,vt clare colligi potest ex eodem Tull. in oratione pro Cluent. alius Maiestatis, alius de vi, & docet accuratè Gruchi.de comitiis,lib. 1. Hæc autem iudicia omnia tractata fuisse centuriatis comitiis, si populi iudicium expectaretur,idem Gruchi.eo lib.scribit.Hi au-
28 tem † Prætores inter se dicta crimina sortiebantur, vt vnus singulis quæstionibus præesset.& de his quoq; accuratè elegans scriptor Sigonius de iure ciui.lib.2.& latius Hottoma. in Lexic.iur.in ver.Magistratus, dum de Quęsitoribus parricidij loquitur,col.mihi 493.ius Prętori quoq; erat coniiciendi in carcerem,vt C.Cæsarem Prætorem coniecisse Z. Vestium & Nonium Quæstorem scribit Sueto.in C.Cæsare,c.17.

¶ Hoc † autem ius Prętorium honorarium appellabatur, quòd scilicet ab honore Prætoris venerat, vt inquit Pomp.*in l.2.ff.de ori.iur.§.eodem tempore.*vel vt inquit Iustinia.*in §.prætorum quoq; edicta,Inst.de iur. nat.* quòd qui honores,id est, magistratus gerunt, authoritatem huic iuri dederunt. non enim nouum est, honorem pro magistratu vsurpari,vt apud Iuuenal.

*Nunc cum summus honos finito computet anno*
*Sportula quid referat?*

29 ¶ Nam & honorarios ludos appellat Sueto.in Octauio Aug.c.32.quòd à Prætore ederentur, quos ludos liberalia Pomp.Festus appellat in verbo, honorarios, & propriæ præturæ honorem appellat idem Sueto. *in Vi-*
30 *tell.c.2.* Hoc † autem ius à prætoribus est inductum adiuuandi vel supplendi vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam,*l.ius prætorium,ff.de iustit.& iure.* & dicitur viua vox iuris ciuilis, *vt habetur in l. nam & ipsum,ff. de legi.* quo exemplo tradunt Interpretes nostri quòd decreta, statuta & edicta Ducum, Marchionum, Comitum, & similium Dominorum, qui habent merum & mixtum imperium, & Principem, vti superiorẽ recognoscũt; possunt dici ius prætorium,& eodem iure censeri,*vt tradidit Bar.in l.stipulationum aliæ,§.vlt.ff.de ver. obl.*& idem dictum sit de statutis Episcoporum,*vt per Ias. in §.sed istæ,Inst.de actio.nu.27.& 31.& Barb.in rubric.de constit. num.20.*& Bald.*in l.omnes populi,num.10.ff.de iusti.& iure.*vbi idem dicit de statutis priorum ciuitatum, & idem ibi
31 tradunt Caccial.*nu.25.& Crot.nu.20.* Hoc † tamen etiam sciendum eum, qui vetante Prætore facit quidpiam, id factum censeri aduersum Prætoris edictum, *l.qui vetante,ff.de reg.iur.*ea fortè ratione, quia vox viua & scriptura æquiparantur.

32 ¶ Æquitati † autem potissimum innititur hoc ius, *l. quod si Ephesi,ff.de eo,quod cert.loco,l.si verò,§.interdum,ff.de his qui deiecerunt vel effudernnt.* & alibi sæpe. sed tamen non ideo extenditur ad casus non expressos, *vt docuit Bartolus in leg.Titia,§.Imperator,column.vltima, versicul.quæro pone, filij,ff. de legat. 2.* & tenet Ias.licèt Barto. non alleget *in §. pœnales, Institut. de act. num. 89.* quamquam periculosum videtur, talem generalem regulam constituere, quòd non extendantur, cùm imo sæpe legamus edictorum verba extendi etiam ad casum secutum,*vt in l.1.in princip. & in l.3.§.deiecisse,ff.de vi,& vi arm.& in l.si quis id,quod, §.vlt. ff.de iurisd.omn.iud.& in l.1.§.lex Falcidia,ff.ad l.Falci.*& idem Ias.sibi contrarius,hoc videtur tenuisse *in §. item si quis in fraudem,numero 53.ver.addo etiam,quod contra supradictos.* op-
33 ponitur † autem hoc ius prætorium mero iuri ciuili, *l. in causa,ff.de minor.* Item opponitur stricto iuri, *leg. penul. ff.de constit.pecun.*similiter opponitur solenni iuri,*l.nec ex prætorio,ff.de regulis iuris,leg.vbicunque,ff.de fideiuss.* & pariter opponitur verbis ipso iure, & expone ipso, id est, ciuili,*leg prima,§.vltimo,ff.de superfic.leg. prima,ff. quod cum fal. tut.leg.prima,ff.quibus modis vsusfruct. amitt. leg.si vsusfructus, ff.vsufruct.quemadmod.caue.§.primo,Institut.de perpet. & tem. actio.* & aliquando exponitur prætorium ius, id est, per exceptionem,*vt in l.quod si maritus,ff.de const.pec.*

## CAP. XXX.

## *de Constitutionibus Principum.*

### SVMMARIVM.

1 *Constitutiones principum, quæ: & ll. regiæ, & quibus modis promulgentur, id est,per epistolam, & decretum, vbi etiam quæ ista sint,& quid edictum.*
2 *Princeps dicitur lex animata in terris,& ll.condit.*
3 *Princeps an teneatur ordinem iuris seruare, qui etiam supplet solennitates, ad hoc, vt habeat vim legis, quicquid decreuerit.*
4 *Princeps quod facit,vti Deus facere dicitur.*
5 *Princeps quamuis ll.solutus,ll.tamen viuere velle protestatur, quia iustus esse debet.*
*Traianus optimus ob iustitiam dictus.*
6 *Constitutiones quare ita dictæ, & an princeps excludere debeat proceres in his condendis.*
7 *Leges principi præesse,& magistratibus,non econtrà,ad salutem Imperij.*
8 *Princeps quibus dicatur ll solutus,& quibus non,& nu.10.*
9 *Princeps etiam de plenitudine potestatis non tollit ius naturale,quia antiquius est principatu.*
11 *Princeps est mundi dominus quo ad bonum,non quo ad malũ.*
12 *Princeps, imo & Papa, ll. diuinis ligatur, & præsertim circa peccatum.*
13 *Principum quæcunq; leges seruandæ sunt,quomodocunq; promulgatæ,nisi personales sint.*
14 *Principis epistola,& rescriptum,quando faciat ius generale.*
15 *Principis à sententia an detur appellatio, & ad quem, & ad quem finem.*
16 *Principis sententia,quandò habeat vim legis.*
17 *Imperator respondens consultationi, nil noui statuit, sed ius commune ostendit,& aperit.*
18 *Principum orationes pro legibus habentur,& quare dicebantur Senatusconsult.*
19 *Macedonianum S C. autho.Vespasiano factum.*
20 *Princeps statuens quid per viam leg. generalis, id potentius dicitur,quàm si alio modo constituat.Item,quid Præceptum generale,quid speciale,& de eorum vi.*
21 *Leges, & constitutiones sunt potentiores, quàm priuilegia & dispensationes,& quare.*
22 *Aegyptijs Regibus,quæ fuerit lex præscripta,quando quid iniustum præciperent.*
23 *Pragmatica sanctio quæ dicatur,& vnde sic dicta.*
24 *Principum placita in aliena iurisdictione promulgata vim ll. obtinent,& quæ,& quando.*
25 *Leges latæ ab Imperatore ante coronationem,an ligent.*
26 *Imperatore deposito,leges eius an sint abrogatæ.*
27 *Princeps in criminalibus supremam habet potestatem, remittit etiam infamiam, & tollerando remittit crimen.*

1 SED & † quod Principi placuit,legis habet vigorem, cum lege regia, quæ de eius imperio lata est, populus ei & in eum omne imperium suum & potestatẽ contulerit. quodcunque ergo Imperator per epistolam constituit,vel cognoscens decreuit, vel edicto prę-

cepit,legem esse cõstat.Hę aũt sunt,quę constitutiones appellantur. ex his verbis Iustin. *in §. sed & quod Principi, Instit.de iure nat. quæ omnia ad literam transtulit ex Vlp.in l.1.ff. de constit.Princ.*facilè constat,quæ sint Principum constitutiones,&de lege Regia iam ꝛ.dum de lege agebamus, abundè satis dictum fuit.Pompo.autem *in sæpe d.l.2.§.nouissime,ff. de orig.iur.* tradit necessitate quadam id euenisse, quòd cùm plures difficilius conuenire possent, per vnum reipublicæ consuleretur: igitur constituto Principe,datum est ei ius, vt quod constituisset,ratum esset, ac pro lege seruaretur. Constat item constitutiones à Principibus promulgari,vel per epistolã,vel per decretum,vt ibi habetur. epistola est rescriptum principis ad relationem magistratus alicuius vel priuati cuiuspiam de re quapiam dubia,de qua consulebatur emissum.decretum est sententia Principis inter duas partes, cum causæ cognitione facta & promulgata.

¶ Edictum autem est quicquid Princeps suo proprio motu excitatus statuit ad vtilitatem & honestatem subditorum,*vt ex Theophilo omnes hæ diffinitiones colligi possunt in d.§.sed & quod Principi,Inst.de iure nat.*

2 ¶ Princeps †igitur dicitur animata lex in terris,*vt habetur in §. vlt. in authent. de Consul.* & sicut legibus solutus est,ita solus leges condere potest, *l.Princeps,ff.de legib.* nil enim præsumitur habere imperfectum sanctio legis, *l. vlt.C.de his quibus vt indignis, l. vlt. C. qui milit. non poss. lib.12.* & pro dispensatione habetur id, quod probatur Principem voluisse, *cap. cum nostris, §. nos verò,de conces.præben.*

3 † in decernendo autem licèt non teneatur ordinem iudiciorum seruare, quia nulla iuris solennitate astringitur,*l.apud eum,in fi.ff.de manumiss.* imo sola eius præsentia oẽs supplet solennitates,*l.adoptio,ff.de adopt.l.2.ff. de rebus eor.l.sancimus,§.exceptis,cum auth.ibi posita, C. de donat.* attamen non dicetur decretum, neque vim legis habebit, nisi cum causæ cognitione processerit, *vt per Bal. in l.vlt. Cod. de legi. & in c. vlt. §. vlt. ad fin.de noua forma fidel quod & probat text.licet ipse non adducat,in d.l.1.ff.de constit.Princ.& in d.§.sed & quod Principi, Instit.de iure nat. ibi, vel cognoscens de-*

4 *creuit.* † quæ enim facit, facere dicitur vt Deus, *vt inquit Bald.in c.1.§.vlt.ff. de noua forma fidel.* & sicut Deus noluit punire Adam, nisi prius causa cognita, *vt habetur Genes. cap.3.* sic quoque noluit punire turrim Babel ædificantes, nisi prius descenderet, & videret, ac cognosceret, quæ fiebant. Pariter neque Sodomam & Gomorram absumere voluit,donec cognosceret,an veri essent clamores iustorum.dixit enim Dominus, *Genes. cap.18.* Descendam, & videbo,vtrum clamorem,qui venit ad me, opere compleuerint,an non,ita vt sciam.

5 ¶ Quanquam † autem Princeps solutus sit legibus, *l.Princeps,ff.de legi.c.proposuit,de conces.præben.*digna tamen Principis voce protestatur se velle legibus viuere,*in leg. digna vox, C.de legi.* prout enim summa est in eo potestas, pariter summa debet esse iustitia & ęquitas,quia ab ipsa iustitia potestas dependet, *ita Bal.cons.16.2.vol.in antiq.inc. Factum sic proponitur.*cùm enim principis nutus,nedũ iussus pro lege haberi soleat, præcauendum est ei magna diligentia,ne quid iniquum iubeat,neve honestati in aliquo fraus fiat,*vt præmonet Tacit.lib.13.*ideo Traianus Imperator, qui ob eius iustitiam optimus appellari me-

Nota. ruit, cùm præfectum prætorio ense præcingeret, his vsus est verbis. Hunc ensem si iustè imperauero pro me, si malè contra me vtaris, vt author est Dio in eius vitæ

6 descriptione. & ideo solent † Principes cum consilio procerum & consiliariorum suorum leges condere. quæ ideo constitutiones appellantur, quod scilicet simul, id est, cum procerum consilio sint statutæ, *vt per Abba.in rubric.de constitut.& probatur in l.humanum,C.de legi.* & quanquam l.vltima,C.eod.videatur repugnare,dum dicit,quòd ad solum Principem spectat:tamen respondetur quod authoritas pendet à solo principe, sed non excluditur propterea procerum consilium, *vt declarat Dec. in d.rubric. de constitut.in 2.lectu.num.5.* & ideo dicebat Bald.*in dict.l.humanum.*quòd ea quę fiunt à principe cum consilio procerum, semper redundabunt ad gloriam & augmentum ipsius principis.&idem Bald.*in l.vlt.C.de diuer.rescrip.*dixit,quòd princeps in arduis debet semper omnia agere cum consilio procerum, & idem dixit *in authent.& omnino,C.ne vx.pro mar.*vbi refert ita respondisse Papam Vrbanum & regem Carolum Perusinis.idem etiam dixit Bald.*in l.placet,in primo not.Cod.de sacrosan.eccle. vbi Ias.3.colum.& in l.de quæstione,2.colum.Cod.de pact. & facit*

7 *l.dubium,Cod.de diuers.rescr.*ideo † Plato quarto de rep.inquit, se videre interitum paratum illi reipu. in qua non lex principi & magistratui, sed princeps ac magistratus præesset, salutem verò ei, vbi lex seruientibus principi & magistratibus dominatur. Verissimum est siquidem principem solutum esse legibus, si de alienis intelligas. non enim legibus ab alio conditis tenetur, cùm par in parem non habeat imperium,*leg.nam & magistratus,ff.de arbi.c.innotuit,de elect.*idem erit, si de propriis legibus intelligas ab eo ipso latis. nõ est enim adeo illis ligatus, vt ab eis iusta tamen de causa recedere non liceat. sibi enim ipsi nemo imperare potest,*leg.penult.ff.de arb.*neque legem sibi imponere, à qua non liceat recedere, *leg.si quis in principio, ff.de legat.3.* quod quidem verum est circa solennia, quæ naturalem iustitiam, æquitatem, & honestatem non respiciunt, *leg.ex imperfecto,& leg.omnium, Cod. de testament.* secus autem circa ea, quæ legem illam naturæ & iustitiæ,atque honestatis cordibus nostris in-

8 sitam spectant. his enim proculdubio ligatur & princeps,*leg.2.§.1.ff.de rebus eo.*ideo Bald. *in leg. 2. Cod. de seruit. & aqua.* dicebat,quòd quamuis princeps solutum se legibus profiteatur, rationis tamen naturalis dictamine tenetur, cùm ius naturale potentius sit, & antiquius,

9 quàm principatus. Neq; † enim potest princeps etiam de plenitudine potestatis tollere ius naturale, *vt per Bal. in l.3.§.si is pro quo, ff.quod quisque iur. & sequitur Fel. in capit. dilecti,6.colum.de excep.& in c.cùm olim,de re iudic.in vlt.col.& Socin.consil.120.memini,in 9.colum.versic.tertius casus, 3.volum. & idem tradit Bart.in l.filius familias,2.colum.versic.sed an tunc, ff.de donat.& Aret.consil.165.sicut Ioannes,in 13.colum.versic. ad*

10 *obiecta.*& Aristot. *Polit.3.* rationem † reddens, cur princeps solutus sit legibus, inquit, non cuilibet principi id esse tribuendum, vt solutus sit, sed illi tantum heroi, qui cæteris præstat omni virtutum genere illustris, & eximius, quique ipse sibi lex sit, & ideo princeps non modo ligabitur legibus suis fundatis ratione naturali, verum etiam consuetudine,& statutis subditorum suorum, quæ tali ratione naturæ sint fundata,vt docet Bar. *in cap.1.& vlt.column.1.tit.qui feud.dare possunt,sequitur Abb. in cap.per tuas,column.10.de arbitr.* & idem Bald. *consil.345. col. 2.lib.1.* inquit, quòd plus potest ratio naturalis & ciuilis, quàm princeps, quia princeps est animal rationale mortale,*sequitur etiam Roma. consil. 345. column. 3. post med. versic.vltimum patet, & Calcan. consilio 80. column. 3. post med. versic.& eodem modo,& consilio 52.column.penult. & Ias.consil. 1.column.2.primo volum.& probat text.in leg.eas, ff.de capit. dimin.& in leg.2.ff.de vsufruct.earum rer.& in §. vltimo, Institut.*

11 *de legit.agnat.tute.* † & ideo dicebat Bald.*consilio 327.Pridie consului,columna prima,ad fin.primo volumine.*quòd princeps est mundi dominus quo ad bonum,non quo ad malum, ideo ligatur princeps edicto illo, quod quisque iur. *vt notant omnes in leg.1.ff.quod quisque iur.vbi Dec.num.6.in fin.&*

12 *numero 7.* † Maximè autem ligabitur Imperator legibus diuinis & spiritualibus, *vt per Abb.in capit.1.de constitu. numero 6. & ibi omnes, & præcipue Barbat. num. 53. & sequent.* nam & Papa ligatur mente legis, & naturali æquitate, maximè circa peccatum, *vt idem Barba. tradit in dict. c.1. de constitut.num.58.*

13 ¶ Stat ergo regula certa,† quòd omnes leges à principe promulgatæ,vel oratione, vel edicto, vel epistola, vel re iudicata, vel in vim legis generalis seruandæ sunt. Fallit tamen, nisi in speciale alicuius priuilegium quid ab eo actum fuerit. Item nisi speciali aliqua causa inter

aliquos

aliquos quid per eum fuerit interloquutum. hæc enim vim legis generalis non obtinebunt, *vt est tex. de omnibus prædictis in l. leges, C. de legib.*

14 ¶ Item aduertendum, † quòd epistola, & rescriptum principis ita demum ius faciet generale, & pro lege habebitur, si sit subscripta ab eo, *vt habetur per omnes in l. 1. ff. de constit. princip. & in leg. regula, §. vlt. ff. de iur. & fact. ignoran.* & apud Plin. extat quædam Neruæ epistola, quæ iubet epistolis Domitiani tanquam legibus stari. Notandum

15 † tamen, quòd à sententia principis ad rescriptum lata appellari ad eundem potest, vt veritas eorum, quæ narrata, & proposita fuerunt, cognoscatur. Item ad hoc, vt epistola principis vim habeat, oportet, quòd sit redacta in iuris corpore, *leg. metum autem præsentem, §. ait prætor, ff. quod metus cau & Iaſ. in l. 1. ff. de constit. princ.* & Iustinia. ipse 22 *in nouella constit. 108.* testatur se ex forensibus controuersiis, quibus interest, frequẽter sumere occasiones multarum salutarium legum ferẽdarum. Et Paulus I C. noster dicitur conscripsisse sex libros Imperialium sententiarum, quanquam non ita temerè quodlibet verbum principis pro lege habendum esse moneat Imperat. *in*

16 *l. 3. §. vlt. C. de legib.* Nã sententia principis tũc demum habet vim legis, si causæ cognitio interceſſerit, si partes auditę fuerint, *l. vlt. C. de legib.* Si enim de plano fuerit interloquutus, non habebit vim legis, *vt not. in d. l. 1. de constit. princip.* idem si in absentem lata sit sententia, quia magis videtur lata ob absentis contumaciam, quàm ob causæ iniquitatem, *l. qui repudiantis, C. de inof. testam.* Item aduer-

17 tendum, quòd † cùm Imperator consultationi respondet, vel partium, vel magistratuum, nil noui statuit, sed ius commune iam statutum ostendit, & aperit. Barto. *in leg. nemo, in fin. Cod. de sen. & in leg. in offerendis, 2. column. Cod. de appellatio. & plura ad hoc adducit Corset. in singulari, in verbo, consultatio.*

18 † Orationes † autem principum, de quibus pauca diximus, pro legibus etiam habentur, vt de oratione Seueri habetur, *in leg. prima, ff. de rebus eorum.* & Marci. *in l. cùm hi, ff. de transactio. & in leg. diuus, ff. de seruis fugit. & in leg. penult. ff. ad Senatusconsul. Tertull.* & Antonini, *in leg. cùm hic status, ff. de donat. inter virum & vxorem.* & Adriani, *in l. si & rem, §. illud, ff. de petit. hæred.* quæ etiam orationes dicebantur Senatuscons. quia scilicet lecta oratione principis sequebantur S C. illam comprobantia, vt de oratione Adriani dicitur, *in leg. item veniunt, §. pridie, ff. de petit. hæred.* & eam quam orationem Pertinacis appellat Iustinian. *in leg. vlt. ff. quibus modis testamenta infirmentur.* Capitolinus in Pertinace, appellauit etiam Senatusconsultum. Scimus etiam Macedonianum Senatusconsultum factum esse, authore Vespasiano. nam primis temporibus principes boni modestius se gerentes, quod ipsi sua poterant statuere authoritate, referebant ad Senatum per eorum orationes, de quibus etiam aliqua s̃. dicta fuerunt, dum de Senatuscons. agebamus.

19 ¶ Sciendum † tamen potentius semper esse, quòd princeps per viam legis generalis, quàm per viam præcepti, aut rescripti, aut orationis constituit, vt docet Innoc. *in c. quanto, de consuet.* ideo dixit Bart. *in l. vlt. C. si contra ius vel vtil. publ.* quod dominium potest alicui auferri per viam legis, non tamen per viam prẽcepti. quod quidem eam recipit interpretationem, vt intelligatur de præcepto speciali & temporali, secus de generali & perpetuo, de quo loquitur text. *in leg. 1. ff. de constit. princip. & not. Ang. per illum text. in l. item veniunt, §. cæterum, ff. de petit. hære.*

20 Similiter † potentius est ius legis & constitutionis, quã priuilegij ex rescripto competentis, Bart. *in l. eius militis, §. militia missus, ff. de milit. testament. per illum text. §. quia verò verisimile, versic. oportet enim, in authent. de non alien. & no. Bal. per illum text. in leg. Centurio, in secundo notab. ff. de vulg. & pu-*

21 *pill.* Et † pariter potentius est ius legis, & constitutionis, quàm dispensationis. nam licèt legatus prohibeatur statuere contra ius, potest tamen dispensare. *glos. vlt. vbi Anton. in Clem. 2. de rescript. vt ibi eum refert Imo. circa fin. & And. Sicul. in c. cùm omnes, de consti. & not. etiam Abb. in cap. cum consuetudinis, in fin. de consuet. Deci. in l. id quod nostrum, ff. de regul. iur. & in rubric. de constit. in 2. lectu. num. 9. & 10. de constit.* Leges enim matura cum deliberatione sæpe fiunt, rescripta autem plerunq; ad instantiam, & importunitatem petentium. Item sæpe per rescriptum scelerati principes audent aliquid in gratiam, vel alicuius odium præcipere, quod non auderent per generalem legem palam omnibus publicandam. nam & Opilius Macrinus, vt scribit Capitolinus, nequaquam iuris ignarus Imperator, cogitauit aliquando tollere omnium principum rescripta, quod nefas esse duceret pro legibus haberi voluntates Commodi, Caracallæ, & aliorum malorum principum inter epulas fortè, & inter scorta concessa.

nam † & Ægyptiis Regibus præscripta erat lex, qua iudices electi iureiurando adigebãtur, ne si Rex ipse quidem iniustè aliquid præcepisset, & iniunxisset rescripto à iustitia, bonóque & æquo ipsos declinaturos, *vt refert Rodig. lect. antiq. lib. 23. c. 14.* & ipsemet Imperator iubet rescripta sua iniqua non esse à iudicibus seruanda, sed rescribendum.

23 ¶ Pragmatica † etiam dicitur sanctio, quæ pro lege habetur, quæ dicitur constitutio promulgata super aliqua causa ventilata in Consistorio principis, *vt est gloss. in capitul. primo, de rerum permutat. & in capitul. peruenit, prima distinct. & in prima constitut. Cod. in verb. pragmatica, & in leg. vltima, Cod. de diuers. rescript. & in authent. qua in prouincia, in gl. vlt. C. vbi de crim. agi opor. tradit Dec. in rubric. de constit. in 2. lect. circa fin.*

¶ Sed verius dices eas esse pragmaticas sanctiones, quas priuilegia per rescripta concessa vocant, non quidẽ priuatis, & singularibus hominibus: sed vel corpori alicuius vniuersitatis, ordinis, vel collegij concessa sunt cum consilio procerum ob causam publicam, & communem negociorum functionem, *quod apertè colligitur ex leg. prima, §. si quæ verò, Cod. de Iustinia. Cod. confirm. & in leg. vltima, Cod. de diuers. rescript.* sic, vt ego arbitror, dictæ, quòd ex communi praxi, & experientia expedire visum fuerit peritis pro pace, & quiete reipublicę. Hinc pragmatica sanctio Caroli Regis Galliæ lata Bituris anno 1438. 7. Iulij post dissolutionem Concilij Basilien sis, & translationem eius Ferrariam per Eugen. I I I I. & de pragmatica etiam sanctione loquitur *l. vlt. C. de do. & pro. lib. 12. & in l. 2. §. & si quæ, C. de nouo Cod. compon. l. iubemus nullam, C. de sacrosanct. eccles. in l. non aliter, C. de pala. sa. larg. lib. 12. & in c. fundamenta, de elect. in 6. & in §. rescripta, 25. q. 2.* Dixi autem sic dictam à practica, siue experientia, quia & pragmaticos dici Iurisconsult. legimus, qui foro sunt addicti, ab ipsa praxi fori sic vocati, quòd scilicet in ordinibus tantum fori dirigendis versentur, vt author est etiam Quintilian. *lib. 3. cap. 6. & libro 12. capit. 3. & de his loquitur tex. in l. moris, §. solet, ff. de pœn. & Tull. etiam in 1. de Orat.*

24 ¶ Illud † etiam non omittendum, principum placita etiam in aliena iurisdict. promulgata vim legis obtinere. nam & feudales cõstitutiones videntur promulgatæ per Lotharium ante Ædem Diui Petri Romæ, *vt in rubrica, & in nigro, in tit. constitutiones feudorum, in vsib. feud. & hoc ibi not. Bald. Aluaro. & cæteri.* sic & Federicus I I. Romæ plures leges condidit in gratiam Honorij summi Pontif. inter quas fuit authen. cassa, C. de sacrosanct. eccles. quod tamen intelligendum est, vel de his, quæ spectant ad voluntariam iurisdictionem, vel quòd de voluntate Papæ, vel habentis dominium in eo loco latæ sint, vel & tertio, vt ligent tantum subditos suos, non alios, *vt pulchrè declarat Rest aur. in tract. de Imperatore, quæst. 105. vbi videndum, cùm hæc principaliter non contingant materiam nostram*

25 *propositam.* An † autem leges latæ ab Imperatore ante coronationem valeant, & ligent, non leuis est quæstio: quanquam hodie communior sit opinio, quòd ligent ante coronationem, *vt per Rest aur. in dict. tracta. quæst. 46.* Item † an deposito Imperatore, vt depositus fuit Federic. leges eius intelligantur abolitæ, tradit idẽ Rest aur. *ibi. q. 93.*

*ibi.q.93.*vbi ex communi opinione concludit, quòd non intelliguntur abrogatæ, si fuit depositus ob eius delicta post legitimè adeptum imperium, secus si illegitimè, & tyrannicè occupasset.

27 Quo verò † ad criminalia supremam habet potestatem Princeps: non enim tantum indulgere potest pœnam & remittere, sed etiam abolere ipsum crimen, *toto tit.C.de abolit.& tradit Iser.in c.1.§.præterea, quæ sit prima cau. benef.amit.*remittit etiam infamiam, & ad pristinos restituit honores, *leg.1.§.an autem, vers.pro qua sententia est, ff.de postul. leg.1.C.de senten.pass.*quanquam remaneat cicatrix, *arg.c.ventum, 1.q.1.& c.illud, 50.dist.arg.l.omnes iudices, C.de decur.lib.10.*quinimò magistratum, & honorem conferendo, & tolerando, dicitur remittere crimen, & tollere omne impedimentum, *l.imperialis, §. nam omni macula, C.de nup.l.Barbarius, ff.de offi.prætor.l.quidam consulebant, in fi. ff. de re iud.* sola etenim voluntate remittere potest Princeps pœnam delicti, *l.1.C.de desertor.lib.12.*sic & de damnati innocētia cognoscere potest ipse Princeps etiam sine appellatione, *l.1.in fi.ff.de quæst.*

## CAP. XXXI.

## *de Responsis Prudentum.*

### SVMMARIVM.

1 *Responsa prudentum, an appellentur communi nomine ciuilis iuris, & an veniant ex iure non scripto, & quando ortum habuerint.*

2 *Iura quando cœperunt publicè Interpretari, & quis primus, & quo tempore.*

3 *Praxis.stilus, & Vsus, quid, & quando, & vnde orti, & an differāt à lege, qui Vsus dicitur & Mos, quamuis postmodum & nomen iuris ciuil.sint sortiti.*

4 *Responsa publicè fieri prudentum de iure, quando cœperunt, & quid propriè intelligantur responsa prudentum. & in quo consistebant, nu.5. in Sententijs videlicet, & Opinionibus, & qui responsa iuris auth.haberent, & quæ, nu.6. & vbi diuersæ sententiæ, quid agendum, nu.7.*

8 *Respondendi de iure, quibus facultas data fuerit.*

9 *Iuris interpretes qui, & à quo tempore, & quam eorum dicta, vel scripta authoritatem habuerint, & quam hodie ex statutis I C. teneant, à quorum communi opin. in iudicando non recedendum.*

10 *Prudentum ex responsis criminum materia maximè adiuuata per eorum interpretationem.*

POST latas ll. 12. tab. cœpit (vt naturaliter euenire solet, vt interpretatio desideraret prudentum authoritatem) necessaria esse disputatio fori. Hæc disputatio, & hocius, quod sine scripto venit cōpositum à prudētibus, propria parte aliqua nō appellatur, vt cæteræ partes iuris suis nominibus designantur, sed communi nomine appellatur ius ciuile, hæc inquit Pompo.

1 *in l.2.§.his legib.latis, ff.de orig. iur.* & † quāquam nostris videatur hîc mentio fieri de ea parte iuris quam responsa prudentū appellamus; tamen diligētius cōsideranti apparebit, certū esse hîc non intelligi de ipsis prudentum responsis: nā cùm hic dicat hanc disputationem, & hoc ius nō habere speciale nomen, sequitur, q̄ non loquatur de respōsis prudentum, quæ tamen speciale nomen habent in iure, *§.constat, & §.responsa prudentum, Insti.de iu. nat.* Item Pomp. dicit hāc partem iuris ex nō scripto p̄dire, cùm tamen Imperator *in §.scriptum autem, Insti.de iu. nat.* asserat respōsa prudentum partem esse iuris scripti. Item Pomp. dicit hoc ius statim post ll.12.tab. exortum, & tamen respōsa prudentum ab Augusto tātum cœperunt vires habere, & inter partes iuris connumerari, vt author est Iusti. *in d.§.responsa prudentum.* dum dicit, q̄ responsa prudentum sunt sententiæ, & opiniones eorum, quibus pmissum erat iura cōdere: nā antiquitus, inquit, constitutū erat, vt essent, qui iura publicè interpretarēt, quibus à Cæsare ius respondendi datum est, q̄ Iurisc̄ōsulti appellabātur, quorum omnium sententiæ, & opiniones eā authoritatem habebant, vt iudici recedere

2 à respōsis eorum non liceret, vt est cōstitutū. & † quanquā his verbis Iustin. videatur innuere, q̄ antequā Cæsares ius respōdendi dare cœpissent, antiquitus tamē forent ēt, qui iura publicè interpretaretur: attamē certū est, q̄ primus omnium Tiberius Coruncanius ius ciuile publicè professus est, & ante eum neminem publicè interpretatū fuisse traditur, vt inquit Pomp. *in d.l.2.§.iuris ciuilis scientiam.* q̄ tamen floruit circiter annū ab V. C. 473. Olym.125. quo anno creatus fuit Consul simul cum P. Valerio, vt ex Fastis legere licet, qui ēt primus ex plebe Pont. Max. creatus, vt scribit Liui. lib.18. & Tull. pro domo sua, & in Lælio. Cùm igitur Pomp. *in §. his legib. latis.* innuat pauco tēpore post latas ll.12.tab. exortā fuisse interpretationem prudentum, non pōt intelligi eo loco sensisse de p̄fessione illa iuris ciuilis publica, quā cœpit primus facere Tib. Coruncanius, qui nō paruo post ll.12.tab. tempore, quæ fuerunt latæ anno ab V.C. 304. & 305. sed per annos fermè 170. post floruit: cùm, vt dictum est, floruerit ann.473.

3 ¶ Primum † ergo apparet ex disceptatione, & interpretatione prudētum in foro habita circa legum 12.tab. tractationem exercendā praxim quandam, siue, vt nos vocamus, stylum quendā fori exortum, qui seruabatur veluti ius ipsum ciuile ex ipsis 12. tab. ll. descendens, de quo non loquitur Iusti. *in d.§.responsa prudentum.* quod & clarissimè cōprobatur ex verbis Theoph. *in prin.tit.Insti. de acqui.per arrog.* Arrogationem, neq; lege 12.tab. neque edicto prætoris inuentā, sed eo iure, quod sine scripto ex approbatione prudentum receptum est, introducta est in cōmunem ciuitatis vsum. nā lōgè, inquit, aliud est lex, aliud ciuilis vsus, quoniā lex est, quæ propriā habet appellationem, vt l.12.tab. lex Ælia Sentia. l. Furia Caninia, lex Falcidia. vsus vero ciuilis est approbatio prudētum nulla scriptura cōstans, cùm q̄d primum sine scripto indictum est, deinde p vsum lōgius productū, & ad extremum, cùm prudentes id vtile esse iudicassent approbatione sua confirmarunt . . . . . & hoc quoque moribus pōt dici esse receptum, *vt in l.1.ff.de don.inter vir. & vxo.in l.moribus, ff.de vulg.& pupil.* & alibi sæpe. quanquā nō ignorem mores ēt dici ante ll.12.tab. *vt est text.in l.1.ff. de cur.fur.* quinimo & ipsas ll. 12. tab. ex patriis moribus, tum ex Græcorū legibus cōpositas fuisse, vt scribit Halicar. *lib.10.circa fi.* sed post ipsas ll.12. tab. non pōt negari quin & mores fori & ciuilis vsus prudentū authoritate cōfirmatus iuris ciuilis nomē inter nō scripti iuris partes habuerit, *vt scribit Pomp.in d.§.his legibus latis.*

4 ¶ Ante † verò Augusti tempora publicè respondendi potestas à nullo concedebatur, sed qui fiduciam studiorum suorum habebat, consultantibus respondebant, neque ea ipsa responsa signabant, sed plerumque iudicibus ipsi scribebant, aut testabantur, qui illos consulebant, *vt tradit Pompon.in dict.l.2.de orig.iur.§. & vt obiter sciamus.* Primus autem, inquit ibi Pompo. Diuus Augustus, vt maior iuris authoritas haberetur, constituit, vt ex authoritate eis responderent prudentes, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit. & ideo optimus Princeps Adrianus cùm ab eo viri prætorij peterent, vt sibi liceret de iure respondere, rescripsit eis, hoc nō peti, sed præstari solere: & ideo si quis fiduciam sui haberet delectari se, populo ad respondendum se præpararet. dum ergo Iustinianus appellat responsa prudētum, & Papin. authoritatem prudentum, *in l.ius ciuile, ff.de iust. & iu.* non est intelligendum de ea prudentum interpretatione, quæ in foro ex vsu ciuili fiebat sine scriptis, sed de responsis, quæ iuris prudentes in scriptis dabant, vel iudicibus, vel partibus consultantibus, quæ responsa maiorem postea cœperunt authoritatem habere, ex quo cœperunt ab Augustis authoritatem respondendi suscipere.

5 ¶ In duobus † autem videbantur consistere prudentum hæc responsa, in sententiis scilicet & opinionibus.

sententiæ

ſententiæ enim certæ erant & definitę reſpõſiones abſque vlla dubitatione: opiniones verò dubiæ ac ſuſpenſæ prolatæ, puta, per verbum, fortè, vel videtur, vel aliquod aliud ſimile dubium, neq; abſolutam denotans opinionem, *vt interpretatur Accurſ. ex ſenten. Io. in d. §. reſponſa, & clarius ibi Theophil.* dubiæ autem illius opinionis exempla plura reperies in Pandectis, *vt in l. ſi duo, ff. de recep. arb. in l. mutus, ff. de procur.* nam & iudices ſæpe per hæc verba ſententias ſuas proferunt, *vt in l. diui fratres, §. item omnes iudices, ff. de lib. cau.* quod & arbitri faciunt, *vt in leg. quid tamen, §. ſi arbitri, ff. de arbit.* videtur † autem, quòd ea tantum ſcripta prudentum iuris authoritatem haberent, quibus conſultantibus reſponderent, quia & Pompo. & Iuſtin. & alij authores, cùm de his mentionẽ faciunt, ſemper loquuntur de reſponſis, & per verbum, reſpondere; adeo vt ea, quæ per modum doctrinæ, vel Tractatus ſcripſiſſent, iuris authoritate non niterentur, *quod probari etiam videtur per l. Theodoſii, quæ extat in C. Theodoſ. ſub tit. de reſponſis prudentum, qui eſt quartus illius libri.* hæc verba, Papiniani, Pauli, Caij, Vlpiani, atq; Modeſtini ſcripta firmamus, ita vt Caium, atq; Paulum, Vlpianum, & cæteros comitetur authoritas lectionis, quæ ex omni eius corpore recitetur. eorum quoq; ſcientiam, quorũ Tractatus atq; ſententias prædicti omnes ſuis operibus miſcuerunt, ratam eſſe cenſuimus, vt Scæuolæ, Sabini, Iuliani, atq; Marcelli, omniúmq;, quos illi celebrarunt, ſi tamẽ eorum libri propter antiquitatis incertum, codicum collatione firmentur. vbi † autem diuerſæ ſententiæ proferuntur, numerus vincat authorum, vel ſi numerus æqualis ſit, eius parti accedat authoritas, in qua excellentis ingenij vir Papinianus emineat, & quæ ſequuntur. quam legem & Iuſtin. confirmauit *in l. 1. §. ſed neque ex multitudine, C. de vet. iu. enucle.* hoc addito, ꝙ Papiniani ſcripta non præualerent, ſed & aliorum opera eãdem haberent authoritatem. ex quibus, vt dictum eſt, cõſtat, ꝙ poſt datam authoritatem I C. à Principibus de iure reſpondendi reſponſa tantum vim legis habebant, prout & res iudicatę Principum. cùm aũt poſtea doctrinæ cauſa vltra reſponſa cœpiſſent doctrinæ gratia iuris prudentes & edicta Prætorũ interpretari, & ipſi de iure libros conſcribere nullam prorſus hæc ſcripta legis neceſſitatem continebant, ſed tantũ docebant, & inſtruebãt, quomodo tractandæ eſſent, & interpretãdæ leges, edicta Prætorum, conſtitut. Princip. & reſponſa prudẽtum. ſed & hi libri poſtea ex l. Theodoſij primũ, mox & Iuſtiniani legis authoritatẽ & reſpõſorum prudentum vim ſunt cõſequuti, quatenus tamẽ in Pandectarũ corpore eſſent inſerti. plures † aũt fuerũt ij, quibus ius publicè reſpõdendi datum fuerat, quiq; de iure ſcripſerũt, quos ex profeſſo cõnumerat Pomp. *in d. l. 2. de orig. iu. in §. iuris ciuilis ſcientiam.* reſpõderũntq; & eorum reſpõſa rata ſunt habita, ſententiæq;, & opiniones eorum maximã ſemper habuerunt authoritatem vſq; ad tẽpora Gordiani Impera. poſt quæ nullum Latini Iuriſconſulti nomen celebratũ legi. ſicq; Iuriſconſ. Latinorũ authoritas conquieuit obſcura vſq; ad tempora Lotharij, quo primum ſcientia hæc iuris ciuilis collapſa, ac ſemiſepulta reuixit, ac reſtituta eſt.

¶ Quo † tempore primus iuris ciuilis, vt omittã Peponem neſcio quem ſatis obſcurum, reſtaurator nominatur egregius, vt ea tempora ferebant, I C. poſt quem & Hugolinus, & Bulgarus, & Placentinus, & Martinus & Ioannes, Azo, Rofredus, & Odofredus, magnum ſibi in iure ciuili illuſtrando, interpretando, & gloſſando nomen vendicarunt, nunquam tamen id obtinere potuerunt vſq; ad hæc tempora, etiam ſi publicis ſtipendiis à Principibus conducti fuiſſent ad ipſum ius ciuile ꝓfitendum, vt legis authoritatem haberent eorũ ſcripta, cùm tamen moribus, atq; vſu ciuili id ſit receptum, vt communes eorum ſententiæ probabilẽ, ac non modicã retineant in iudiciis authoritatẽ, adeo vt hodie pro lege ſit receptum, vt à cõmuni opinione Iuris prudentum in rebus iudicandis recedere non liceat, *vt tradunt omnes Scrib. in l. 1. ff. ſi cert. pet. & in c. 1. extr. de conſtit.* Atque ideo in hoc tantum vmbrã hodie tenemus antiquæ Iuriſprudẽtum authoritatis, ſed & maiorem quoq; tenemus ex pluribus Italiæ ſtatutis, quibus cauetur, vt iudex cauſas teneatur iudicare ex ſapiẽtis, id eſt, Iuriſprudẽtis conſilio, quod in nullo etiam ei liceat tranſgredi.

¶ Prudentes autem † in materia criminum plurimũ adiuuerunt ius ciuile interpretando, tum leges, tum edicta Prætorũ, tum S.C. tum Principum cõſtitutiones, adeo, vt cùm nullas certas leges antiquas habeamus in materia criminum, neque Prætorum edicta, neq; S.C. neque etiam Principum conſtitutiones, totus hic Tractatus videtur pendere ex prudẽtum ſcriptis, & eorum interpretationibus.

## CAP. XXXII.

## *De Statutis ciuitatum in genere.*

### SVMMARIVM.

1 *Statuti nomen quomodo capiatur in iure ciuili Pandectarum, & C. & apud ius canon. & quomodo in Conſtitutionibus Frederici, & in hoc tractatu, & ſecundum vſum loquendi.*
2 *Ius ciuile, quid, & quando non additur, cuius ſit ciuitatis, de quo intelligatur per excellentiam, & quid ll. municipales ſint, & in quo differant à ciuili.*
3 *Municipales ll. cœperunt ſtatuta appellari, & vnde dicantur ſtatuta.*
4 *Statutum appellari poteſt ius commune, & econtra, & quare, & quando.*
5 *Iuris appellatione ſimpliciter prolati, quid intelligatur. & cõſuetudinis etiam appellatione veniunt ſtatuta.*
6 *Statuta populi magis iuri ciuili quã prætorio æquiparari condita, à magiſtratibus aũt iuri potius prætorio, & quando.*
7 *Statuta Principum, dicuntur conſtitutiones: eorum autem, qui recognoſcunt ſuperiorem, ſtatuta æquiparantur iuri prætorio, & quanto tempore durent.*
8 *Statutum quando differat à iure ciuili, & quod ſi diſponit idẽ quod ius ciuile, de eo mentio fienda non eſt.*
9 *Statutum, quando tranſit in contractum, vel quaſi, vide multa exempla, & ſic teneatur ciuitas, & quando tranſeat in Priuilegium, num. 10.*

1 STATVTI † nomen in hanc ſignificationem, ſecundum quam hanc inſcripſi Rubricam, non reperies apud I C. in Pandectis, neque etiam in libro Cod. ſed tantum in conſtitutionibus Federici II. ex quibus ſumptæ ſunt auth. caſſa, & irrita, C. de ſacroſan. eccle. & auth. omnes peregrini, C. commu. de ſucceſſ. Statutum enim apud Iureconſ. Pandectarum idem eſt, quod pronunciatum, *l. pronunciatum, ff. de verb. ſign.* licet apud canonum authores ſæpe hoc nomen in eandem reperies ſignificationem, *vt in c. nouerit, de ſent. excom. & c. grauem, eod. tit. & in c. aduerſus, de immun. eccleſ. & in c. 1. de iureiur. in 6. & in c. ſtatutum, de hæret. eo. li. 6.* Verum, quia communi etiam vſui loquendi noſtro, quo hodie frequentiſſimè vtimur, eſt aliquando ſatisfaciendum, ideo hoc verbo tãquam notiſſimo omnibus vſus ſum, intelligens ſtatuta pro iure municipali cuiuſque ciuitatis ſcripto ad corrigendum, detrahendum, vel addẽdum aliquid iuri communi, quæ quidem ſtatuta appellantur etiam leges municipales cuiuſque loci, *vt in l. ſemper, §. legem, ff. de iure immun. & in l. 1. ff. de albo ſcrib. & in l. magiſtratus, ff. ad municip. & in l. vt gradatim, §. 1. ff. de muner. & hono. & in l. 3. §. diuus Adrianus, ibi, quid tamen ſi lex municipalis permittat, ff. de ſepulch. violat.* quam appellationem ſeruarunt etiam poſteriores Imperatores *in ll. Cod. vt in l. 1. C. de emancip. libe. & in leg. 2. Cod. de noxal.*

2 ¶ Prius † autem ius cuiuſcunque ciuitatis vocatum eſt ius ciuile: nam vt inquit Caius *in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur.* omnes populi, qui legibus & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur. nam quod quiſque populus ipſe ſibi

sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est, vocatúrq; ius ciuile quasi ius proprium ipsius ciuitatis. atque ideo inquit Iustin. *in §. sed ius quidem, Instit. de iure na. gen. & ciui.* ius ciuile ex vnaquaq; ciuitate appellatur, veluti Athenienſium. nam si quis velit Solonis vel Draconis leges appellare ius ciuile Athenienſium, non errauerit. sic enim & ius quo Romanus populus vtitur ius ciuile Romanorum appellamus, vel ius Quiritum, quo Quirites vtuntur.

¶ At cùm auctum esset Romanum Imperium & in omnes gentes ac prouincias diffusum, eiúsque legibus omnes nationes regerentur, quoties iuri ciuili nõ additur nomen, cuius sit ciuitatis, per excellentiã ius ciuile Rom. intelligitur, *vt tradit Iustin. in d. §. sed ius quidem ciuile.* sicq; postea inoleuit, vt ius ciuile de Romano semper intelligeretur, quasi ius ciuitatis cõmune, cùm sciamus Romanæ ciuitatis iura omnibus prouinciis fuisse communicata, inde iura, & leges municipiorum, quæ ditioni Romanę subiecta erãt, cœperunt appellari leges municipales, vt s. ostensum fuit. neq; in alio differt ius municipale à ciuili, nisi vt plus, & minus, quæ non faciunt rem differre specie, *l. vlt. ff. de fundo inst. l. 3. §. 1. ff. nau. cau. sta.* scimus etiam ex Gell. *noct. Atti. lib. 16. c. 13.* Municipes esse ciues Ro. ex municipiis, id est, subditis ciuitatibus, qui suo iure, & legibus suis vtebantur. Muneris tantum honorarij cum populo Rom. participes, à quo munere capessendo sic appellari videntur, nullis necessitatibus neq; vlla po. Ro. lege astricti, cùm nunquam po. Ro. eorum fundus factus esset.

3 ¶ Posterioribus † verò, & maiorum nostrorum temporibus cœperunt hæ leges municipales statuta appellari sic dicta, quòd statutũ publicum illius ciuitatis tueantur, vel à verbo statuo, quod est decernere, & firmare, quod propriè ad habentem potestatem legis cõdendæ pertinet, *iuxta l. 1. ff. quod quisque iur.* quanquam memini legisse Alberi. *in prima parte stat. q. 1.* scripsisse statutum dictum, quòd stabiliter (vt ipse inquit) & firmiter ordinatum foret, & tenaciter obseruandum esset, quem etiam sequutus est Andre. Sicul. *in capitul. 1. de constitut. numero octauo.*

4 ¶ Et † quia ius scriptum in statuto est commune omnibus habitãtibus in illa ciuitate, vel municipio, ideo non absurdè appellatur etiam ius commune, *vt voluit gl. 1. in fi. in l. ius autem ciuile, ff. de iust. & iur.* quare si quis libello accusationis petierit aliquem cõdemnari secundum ius commune, & nulla sit pœna à iure ciuili Ro. imposita, sed tantum à iure municipali illius ciuitatis, verba illa, secundum ius commune, interpretabũtur, id est, secundum statuta illius ciuitatis, *vt tradit Bal. in l. 1. C. de confes. in 12. colum. vers. sed dubitatur, & in 16. versicu. quinimo dico, quod si per statutum, & in leg 2. C. de bon. quæ lib.* ideo Gemin. *in c. statutum, in princ. de rescrip. in 6. in primo not. per illum tex.* tenuit, quòd si Papa vel Princeps in rescripto dixit, non obstantibus quibuscunq; statutis, intelligetur ista clausula non modo de statutis municipalibus, sed etiam de iure communi Rom. quia sicut appellatione iuris communis veniunt etiam statuta municipalia, ita & è contra: quanquam idem Geminian. contrarium sensisse videatur *in c. si pro clericis, in prima colum. & in cap. ei cui, de præben. in 6.* nisi salues, quòd regulariter, & propriè appellatione iuris communis hodie non venit ius municipale. fallit tamẽ nisi aliàs sequeretur superfluitas verborum vel absurdum aliquid, vel nisi aliter de mente proferentis constaret.

5 ¶ Illud autem certum est, appellatione iuris simpliciter prolati, intelligi non modo ius commune Ro. sed etiam ius municipale, vel scriptum, vel consuetudine receptum, *vt est gloss. not. in proœm. Clem. in vers. iuris, text. & gloss. vbi etiam Panor. not. in c. 1. in fi. vt lit. non contest.* quod per plura comprobat Ias. *in l. præscriptione, in quarto not. est num. 14. cum plurib. seq. C. si contra ius vel vtil. public.* vbi dicit hanc esse communem, quod conferet ad plures quæstiones decidendas in materia criminum, puta si delegata fuerit causa criminalis alicui, vt procedat iuris terminis seruatis, & puniatur secundum pœnam à iure impositã. similiter si in libello accusationis petitum fuerit procedi secundum iuris ordinem, & puniri pœnis iuris. idem si quis renunciauerit omni iuris auxilio. nam per hæc verba intelligemus non modo de iure communi Rom. sed etiam de iure municipali tam scripto, quàm nõ, per prædicta, *quod etiam comprobat Ias. in l. omnes populi, in prima lect. num. 12. & plurib. seq. ff. de iustit. & iur. & in repet. eiusdem l. num. 19. vbi etiam Crot. latè, num. 9.* quinimo & consuetudinis appellatione veniunt etiam statuta, *vt per Bald. in d. l. 2. circa fin. C. de bon. quæ lib. & Alex. cons. 190. maturè, in 4. col. in 2. volum. sequitur Ias. in leg. de quibus, ff. de legi. num. 91. ego no-*
6 *uiter, in fine.*

¶ Sed † & illud animaduertendum, statuta populi magis æquiparari iuri ciuili, quàm iuri prætorio: quia ius ciuile verè est illud, quòd quæq; ciuitas ipsi sibi constituit, *vt d. l. omnes populi, de iustit. & iur.* statuta verò condita à magistratibus habere vim iuris prætorij, *vt per Bar. in l. omnes populi, num. 52. ff. de iustit. & iur. vbi pulchrè Io. Bap. de sancto Seuer. num. 85. & per Alexan. Ias. & alios in l. stipulationum aliæ, ff. de verb. oblig. & per omnes in rubric. C. qui admitti.* quod verum intellige, dummodo simul cum magistratibus non interuenerit populus, quia tunc dicetur ius ciuile. ideo dixit Bald. *in d. leg. omnes populi, nu. 11.* quod statutum
7 Rectoris scholarium factum simul cum vniuersitate dicetur ius ciuile, non prętorium. statuta † verò eorum, qui non recognoscunt superiorem, vt Ducum, Marchionum, & similia, constitutiones appellantur, sicut eorum, qui recognoscunt superiorem, æquiparantur iuri prætorio, *vt per omnes traditur in locis præallegatis.* ex quibus non modica percipitur vtilitas in materia nostra ad cognoscendum, an durent anno, vt prętoria edicta & prætoriæ pœnales actiones, *iuxta l. in honorarijs, ff. de act. & oblig.* vel sint perpetua, vt leges & constitutiones. Item an tempus ab eis concessum censeatur esse continuum vel vtile, & an currat ignoranti vel non, *de quibus per omnes in locis præallegatis, & maximè Ias. in d. l. stipulationum, nu. 9. vsque in fi. & per Ang. de mal. in vers. inchoata &*
8 *facta, num. mihi 16.*

Iam † verò & illud non omittendum, quòd prædicta de statutis, vt scilicet differant à iure ciuili Rom. procedunt & intelligenda sunt quando statutum aliter disponeret quàm ipsum ciuile Ro. sed si idẽ ad vnguẽ disponeret, tunc appellaretur potius ius ciuile Ro. quàm ius municipale, & ideo haberetur tale statutum pro superfluo, vt videtur fuisse de mente Bart. *in repet. l. omnes populi, de iust. & iur. in 3. q. prin.* Ideo sicut non est facienda mẽtio de iure communi, neq; allegandum ipsum ius commune, ita pariter de hoc statuto dicendum erit, *& hoc dixit glos. not. in c. 1. in ver. facti, de consti. in 6. sequitur Bald. in c. 1. de rescrip. & in l. ius autem ciuile, ff. de iustit. & iur. & in l. fin. vbi etiam Saly. C. quæ sit longa consue. & Roma. cons. 447. Diligenter, in 1. col. quod comprobat pluribus medijs Crot. in d. l. omnes populi, nu. 39. & seq.* & licèt Io. de Ligna. & Aretin. videantur in hoc contrarium sensisse, attamen prior opinio verior & communis, vt ibi per Crot. qui etiam respondet fundamentis in contrarium adductis, quòd si vel in minimo adderet iuri communi, puta pœnam maiorem, & vteretur statutum verbo denotante nouum ius, non antiquum, vt puta statuimus, vel decernimus, tunc diceretur verè statutum: secus si vteretur verbo denotante declarationem iuris antiqui, puta quia dicerent statuentes, declaramus. & est ratio, quia qui declarat, nil de nouo addit, *leg. hæredes palam, §. sed si notam, ff. de testament. l. adeo, §. cùm quis, ff. de acquir. rer. dom. hoc voluit gloss. not. quam ibi commendat Domi. in capitul. primo, de cleric. non resi-*
9 *den. in sexto.*

¶ Illud quoq; † considerandum, quòd aliquãdo statutum nõ stat in terminis statuti, sed trãsit in cõtrarium vel quasi, vt si extaret statutum, & quicunq; venerit ad habitan-

habitandum in tali loco, gaudeat perpetua immunitate. Statim enim, quòd quis virtute dicti ſtatuti venit ad habitandum, ibi dicitur contraxiſſe cum ea ciuitate, & ideo non poterit reuocari. Similiter dicendum foret de ſtatutis factis circa mutuãtes locis publicis, id eſt, montibus, quos nunc appellamus, quòd recipiant tantũ pro centum mutuatis: nam tale ſtatutũ dicitur potius contractus, & ideo ciuitas ipſa ligatur his ſtatutis, & ſimilibus, quia excedunt terminos ſtatuti, & tranſeunt in cõtractum. *ita pulchrè declarat Bart. in l. omnes populi, ff. de iuſti. & iure, in 4. q. prin. & nume. 29. vbi omnes latè tradunt. & idem*
10 *Bar. & in l. quod ſemel, ff. de decre. ab ord faci.* prout † & quando factum eſt ſtatutum ad beneficiũ alicuius in ſpecie, quia ſimiliter deſinit eſſe ſtatutum, & tranſit in priuilegium, quod pariter reuocari non poterit, *vt tradunt omnes in cap. nouit, de iudic. & in cap. in noſtra, poſt Innoc. de iniur. & not. etiam per Bart. in l priuilegia, in fi. C. de ſacroſan. eccleſ. & per Iaſ. in l. Barbarius, ff. de offic. prætor. num. 34.*

## CAP. XXXIII.

## *Statuta quæ non valeant.*

### SVMMARIVM.

1 *Statuta quando non valeant, & quando valeant, & à quibus etiam pœnalia condi poſſint, videlicet à ciuit. non recognoſcentibus ſuperiorem.*

2 *Statuta quæ condere, & circa quæ ſtatuere poſſint recognoſcentes ſuperiorem, & qualiter, & quando requiritur iuriſdictio ad ſtatuta condenda, & an ſit iuriſdictionis, ſtatuta condere ſimpliciter, & an ſit imperij, & cuius.*

3 *Ciuitates, & Prouinciæ etiam non recognoſcentes ſuperiorem habentes tamen merum & mixtum imperium, poterunt ſtatutum condere, & ſic punire delicta & alia facere.*

4 *Recognoſcentes ſuperiorem, quibus caſibus poſſint pœnas augere pro obſeruatione ll. & epiſcopi, quinimo & arma portari prohibere.*

5 *Recognoſcentes ſuperiorem circa rerum ſuarum adminiſtrationem poſſunt ſtatuta condere, & qualiter.*

6 *Excommunicati, & interdicti condere ſtatuta non poſſunt, nec Banniti, nec intereſſe, & qui.*

7 *Statuta non recognoſcentis ſuperiorem, ſi ſubijciatur, an ſubſiſtant.*

8 *Ius commune quòd ſignificet aliquando ſtatuta ciuitatis dominantis, quando aliqua ciuitas eſt facta ſubdita.*

9 *Ciuitates vel Caſtrum ſubdita, non habentia ſtatuta, reguntur ſtatutis ciuit. dominantis.*

10 *Magiſtratus municipales cum vniuerſitate, non ſoli condunt ſtatuta, & aliquando etiam ſoli, & quæ.*

11 *Condendi ſtatuta poteſtas an & quando poſſit delegari, & à quibus. Et quid importet delegare poteſtatem ſtatuendi circa ciuitatis regimen, num. 12.*

13 *Statuere extra iuriſdictionem neminem decet, & ideo nec laici cõtra ius canonicum, nec Inferiores de reſeruatis principi.*

14 *Statutis in condendis quis ordo, & quæ forma ac ſolennitates ſeruandæ ſint.*

15 *Epiſcopus cum ſynodo etiam criminalia ſtatuta condit, ab omnibus ſeruanda.*

1 NON valent † ſtatuta, & nulla ſunt, ſi fuerint à non habente poteſtatem legis condendæ facta, vt not. per omnes in d.l. *omnes populi, de iuſtitia & iur. & in cap. 1. de conſt.* quælibet autem ciuitas non recognoſcens ſuperiorem, poteſt ſtatuta condere etiam pœnalia, quia æquiparatur principi, vt eſt inclita Venetiarum ciuitas, & prout erat ciuitas Florentiæ, Senarum, Lucæ, Ianuę, & ſimilium, vt ibi omnes declarant. Recognoſcentes
2 autem † ſuperiorẽ poſſunt quidem circa res ſuas ſtatuta condere, ſed tamen pœnam non poſſunt imponere, vt tradit Ang. & Alex. in l. *1. in 5. colum. quos cæteri ibi ſequuntur, ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. numer. 15. & Iaſ. nume. 16. & tradit Bart. in l. 1. ff. de dam. infect. & Innoc. in cap. cùm ad ſedem, de reſtit ſpolia & per Bart. in l. vltima, C. de collegi. illici. & in l. 1. & in l. imperium, de iuriſd. omn. iudi. & per Alberic. in prima par. ſtatu. quæſtio. 3. incip. qui poſſunt, & in quæſt. 5. incip. ex prædictis patet,* & plura adducit Iaſ. in d.l. *omnes populi, nu. 28.* quòd non poſſint pœnam imponere: vbi tamen limitat, niſi id facerent ex conſuetudine præſcripta, & idem *in repet. numero 53.* vbi quod fallit, niſi ipſi omnes de illa vniuerſitate obligarent ſe ad pœnam: non enim poteſtas ſtatutorum condendorum requirit ſemper iuriſdictionem, ſed ita demum cùm ſtatuit de rebus ſpectãtibus ad iuriſdictionem, vt pulchrè tradit Anchar. *in repet. c. canonum ſtatuta, in prima car. ver. primum quæro, de conſtit. cum concord. de quibus per Felin. in c. cum omnes, colum. 6. verſicu. quarto aduertendum, de conſtit. & in c. ex parte decani, colum. 2. verſicu. conſidera ſecundò, de reſcript. & pulchrè Bald. conſil. 457. ad euidentiam, colum vlti. in 5. volum.* vbi dixit, quòd condere ſtatuta circa ea, quæ concernunt iuriſdictionem voluntariam, eſt iuriſd. voluntariæ, & quæ concernunt contentioſam contentioſæ, & quòd ſtatuta condere, ſimpliciter non ſit iuriſdictionis, tradit etiam Dec. in c. *quæ in eccleſiarum, colum. 4. verſ. in ſi. glo. & ſeq. de conſti. & Iaſ. conſil. 71. ordinatio, in 2. colum. 3. volum.* & ideo quod dixit Bar. in d.l. *omnes populi, in 1. q. princ.* quòd ſtatuta condere, eſt iuriſd. dicens, quòd ideo ciuitates iuriſdictione carentes non poſſunt ſtatuta condere, *quod & aſſerunt Bal. in l. ſi quis iniquum, §. 1. circa med. ff. quod quiſque iur. & l. vlt. vbi etiam Salic. C. de iur. omn. iudi. & in l. decernimus, colum. 2. verſ. quæro hic pro intellectu, C. de ſacroſ. eccl. & in l nulli, circa med. C. de ſenten.* ita intelligendum eſt, quod ſcilicet non poſſint cõdere ſtatuta, circa ea, quæ ſunt iuriſdictionis, ſecus circa alia: nam ſtatuta condere dicitur vel meri, vel mixti imperij, vel iuriſdictionis, prout ſunt cauſæ, ſuper quib. ſtatuũt, vt per Bal. in l. *omnes populi, de iuſt. & iur. nu. 3. vbi Iaſ in repet. num. 32. 33. & ſeq.* quod plures non animaduerterunt in l. 1. *ff. de iuriſd. omn. iud.*

5 ¶ Ciuitates † autem & Domini ciuitatum & prouinciarum etiam ſi recognoſcant ſuperiorem, dummodo tamen habeant merum & mixtum imperium, poterunt ſtatuta condere etiam cum pœna, vt per omnes in d.l. *omnes populi, & per Alex. in l. nemo poteſt, col. 1. in fi. ff. de leg. 1. & per Sozi. conſ. 272. col. 5. verſ. quintò principaliter, in 2. vol. & Dec. conſ. 199. col. 2.* Et ideo poterit quælibet ciuitas etiã recognoſcẽs ſuperiorem, dũmodo habeat merũ & mixtum imperium punire delicta & ordinem certum cõſtituere ſeruandum in procedendo & quærendo de d. criminibus, vt per Ang. *conſi. 326. ex themate, col. vlt. circa med.* & ideo conſuluit Bal *conſi. 483. magnificus dominus, col. vlt. 1. volu.* quòd dominus ciuitatis etiam recognoſcens ſuperiorem poteſt inhibere ſubditis ſuis, ne ad talem locũ accedant ſub pœna corporali, & ſub pœna proditionis.

4 ¶ In caſibus † autem, in quibus recognoſcẽtes ſuperiorem non poſſunt ſtatuta condere contra leges ſuperioris, de quibus per Scrib. *in l. formam, Cod. de offi. præfecti prætor. in l. nam & magiſtratus. ff. de arbi. & per Alex. in d.l. nemo poteſt, & in l. 1. ff. quod quiſque iur.* benè tamen poterunt augere pœnam pro maiori obſeruatione legis à ſuperiore ſtatutæ, gloſſ. eſt not. *in clem. ne Romani, in ver. tolli. & ibi Card. q. 3. de elect. Fel. in c. quod ſuper his, de maior. & obe. & Dec. d. conſ. 199. col. 3. in prin. quibus adde Federic. conſ. 182. ſtatuta epiſcopi, in fi.* vbi quòd epiſcopus poteſt ius commune iuuare addẽdo pœnam ſuper prohibitis per ipſum ius commune etiam per conſtitutionem generalem, per ſe edictam, allegat Hoſt. *in c. vl. de off. archiepiſcopi.* quamuis aliàs epiſcopus non poſſit ſtatuere contra ius commune, *vt ibi per eum,* ideo ex prædictis conſuluit Crau. *conſil. 314. illud quæritur.* quòd domini ciuitatum & caſtrorum ſuperiorem recognoſcẽtes poſſunt imponere pœnam corporalem portanti arma, quia vſus armorum à iure communi eſt interdictus omnibus, præterquam militibus, ideo tali prohibitioni potuit pœnam addere.

5 ¶ Circa † autem ea, quæ concernunt adminiſtrationem rerum ſuarum, poſſunt etiam, ſi iuriſdictionẽ non

habeant,& ſuperiorem recognoſcãt, ſtatuta circa ipſorum adminiſtrationem condere, vt ipſos tantùm de vniuerſitate obligent, ideo poterunt ſtatuere, ne cui liceat in territorio ſuo venari ſine licentia ſua vel ſuperioris, vt conſuluit Dec. *conſil.197.col.2.& Crau. conſil.238. Vicarius Taurini, nume.1.* & quòd poſſint talia ſtatuta condere,docet etiam Iaſ.*in d.l.omnes populi,nu.2.& 21.& 22.* vbi diſputat quæſtionem illam,an poteſtas condendi ſtatuta ſit iuriſdictionis,*& nu.23.26.& ſeq.*

6 ¶ Item Excommunicati † & interdicti non poſſunt ſtatuta condere, vt per Bar.*in d.l.omnes populi,in 7.q primæ quæſt.prin.de iuſti.& iure,vbi Iaſ.in repe.nu.44.& Crotus num. 29.* Banniti ſimiliter non poſſunt, vt per Bart *in l.qui à latronibus.ff.de teſtam.* & latè per Nell.*in tract.banni,in 1.parte ſecundi temporis,q.21.* vbi quòd tunc demum priuantur tali poteſtate, ſi deſinunt eſſe ciues. quando autem amittant ciuitatem,idem declarat eadem parte,*q.45.* Et ideo inferri poteſt,quòd banniti noſtri temporis,quos licet impunè occidere, & ſucceſſiuè qui ciuitatem amittũt, non poſſunt interuenire pro faciendis ſtatutis,& ſi aliquis bannitus interueniret in conſilio,in quo fieret aliquod ſtatutum,vitiaretur ipſum ſtatutum,quia admixtio inhabilis vitiat actum, *iuxta not.in c.cum ſuper,de officio deleg.& in c.cum ex offi.de præſcrip.*

7 ¶ Si tamen ciuitas, quæ non recognoſcebat † ſuperiorem,ſubijciatur alteri, dubitatur an ſtatuta, quibus regebatur, euanuerint, vel potius adhuc ſeruanda ſint: & quanquam multa forent circa hanc quæſtionem dicenda:attamen cum cõmuni tenendum, quòd ſi in debellatione d. ciuitatis nil fuit dictum de abrogatione d. ſtatutorum, vigebunt adhuc, & ſeruanda erunt, vt per Bart *in tract.Tiberiad.ſub rubr.de inſula,* quem ſequitur Ca-
8 cialup.*in d.l.omnes populi, nu.10.* vbi etiam aliud † concludit, quòd ſi d.ciuitas ſubdita habet ſtatutum, quòd in non expreſsè diſpoſitis per ſtatuta ſua ſtetur diſpoſitioni iuris cõmunis, quòd intelligetur poſtquam facta eſt ſubdita de ſtatutis ciuitatis dominantis,non de iure cõmuni Romanorum.quod tamen in conſulendo non ſequerer,quia cõtrarium puto verius per rationes, etiam per eundem adductas in præce. quæſtione. quod latius comprobarem, niſi aliò properarem, vt magis pertinentia ad materiam criminum attingam.

9 ¶ Illud † tamen eſt expeditum,vt vtar verbis eiuſdem Cacialup.*in d l.omnes populi num.9 in fi.* quòd ſi ciuitas vel caſtrum ſubditũ non habet ſtatuta, vel non poteſt condere, quòd debet regi ſtatutis ciuitatis dominantis, vt eſt glo.*in l.ex ea.ff.de poſtul.& Inſti.de ſatiſd.in fin. vbi glo.cum plurib.concor.de quibus per eum ibi.*

10 ¶ Magiſtratus † autem municipales ſtatuta poſſunt condere ſimul cum vniuerſitate quam regunt, non autem ipſi ſoli, *vt not.in l.1.Cod.de ſeru.reip.manu.& in l.ſi quid, C.de decu. lib.10.* licèt poſſent & ipſi ſoli facere ſtatuta ad beneficium publicum & ex iuſta cauſa, non tamen perpetua, ſed duratura, donec magiſtratus durabit, puta Deputati ad annonam poſſunt ſtatuere, quòd portãtes blada ſint ſecuri, neq; pro debito aut delicto capi poſſint, & ꝙ nullus poſſit ſub pœna blada extrahere ſine licentia, & ſimil.vt per eundem Cacialup.*vbi ſupra,nu.17. ver.dubitatio igitur remanet.*

11 ¶ Delegari † autem poteſt ius, & poteſtas faciẽdi ſtatuta à non recognoſcentibus ſuperiorem, puta à principe vel populo:ſecus ab his, quibus à lege ſpecialiter hoc eſt cõceſſum, vt maioribus magiſtratibus, quia delegari ab eis non poterit hæc poteſtas,ita Bartol.*in d.l.omnes populi, in vltima q.ſecundæ q.princ.ff.de iuſti.& iur.vbi et-*
12 *iam Cacialup. num.31.& Crott.nu.38.* quòd † ſi aliquib.fuerit delegata vel data poteſtas ſtatuendi circa regimen ciuitatis,quę poſſint virtute talis arbitrij facere, videndus Bar.qui latè pertractat,*in l.ambitioſa,ff.de decre.ab ord. fa.& in prima conſtit. Cod.& per Cano. in proœm.6.Decretal.* & ſi fuerit limitata talis poteſtas, non poterunt illi, quibus talis poteſtas cõceſſa eſt,limites præſtitutos excedere,vt per Pariſ.*conſil.47.ſi conſideramus,nu.25.& 26. in 3.volum.* ſi autem à ſuperiore fuerit conceſſa facultas alicui ciuitati ſubditæ faciendi ſtatuta, vtique facta valebunt, & obſeruanda erunt, vt per omnes Canon. *in cap. quod clericis,de foro competen.& in cap.vltim.de conſue. cum concord. de quibus per Alex.conſil.127.viſo themate,colum.1.& 2.& conſi. 101.viſis,in primo.*

¶ Extra † verò iuriſdictionem ſuam nemo poteſt ſta-
13 tuere, ideo laici non poſſunt ſtatuere contra ius canonicum,*ſecundum Ioan.And.in cap.vlt.de appella.in 6.& cap.veniens, il ſecondo,de iureiur.& c.2.de conſuet.& per Dec.conſi.97. in caſu propoſito*, & ideo ea ratione etiã inferiores à principe non poſſunt ſtatuere ſuper reſeruatis ipſi principi, vt docet Barto.*in d l.omnes populi,in 3.quæſtione princ.& in l. teſtamenti factio, ff.de teſtam.& Bald.in titu. de pace Conſtan.in ver.ſecundum mores, ſequitur Iaſ.in l.de quibus,ff. de legi. nume. 46.* neque ideo poſſunt etiam comprehendere prouiſiones faciendas à ſuperiore, *per not.in cap.cum inferior; de maior.& obed. cum concordant.de quibus per Pariſ.conſil.93. Michael,in quarto.*

¶ Qui † autem poſſunt ſtatuta cõdere debent omnes
14 vocari, & capitulariter (vt aiunt) congregari ad ſonum campanæ, & à maiori parte eorum approbari debent ſtatuta, aliàs minor pars non poſſet ſtatuta condere, *l. quotiens,C.de lega.lib.10.* ibi, præcipiuntur omnes curiales, qui in vrbe cõſiſtunt in locum curiæ conuenire, *& idem not.in l.2.C.de decur. eo.lib.10.& Calderi.in conſil.3.ſub titul.de conſtit.incip.an ſi duæ partes,per totum, & in conſil.4.ſub titu.de his,quæ fiunt à maiori part.& Federic.conſil.112.incip.nobilis,& Alberi.in prima parte ſtat.q.163.* Nec releuaret,quòd à principio minor pars conſenſiſſet,poſtea & aliqui adhæſiſſent,qui facerent maiorem partem,quia oportet,quòd vnico contextu omnia fiant, *cap.in cauſis, de elect.per quem tex.ita determinat Bald.in l.per fundum,ff. de ſeru.ruſt.præd.& per Pariſ.conſi.96.circa primum,num.11.in 4.*

¶ Epiſcopus † autem cum ſynodo poteſt facere con-
15 ſtitutiones etiam in materia criminum, quæ ſunt ab omnibus ſeruandæ,ſi ſunt honeſtæ, *c.vt animarum,de conſt. in 7.vbi glo.& Doct.c.2.de maio.& obe.Bar.in l.1.in princ.ff quod quiſque iur.& in d.l.omnes populi,in 9.q.primæ partis,& per Pariſ.conſ.139.contra.in 4.*

## CAP. XXXIIII.

## *Statuta quæ non valeant.*

### SVMMARIVM.

1 *Statuta cõtra Ius diuinum,quæ non valeant, quinimò nec factum per laicos in fauorem Animarum ab eiſdem poterit per contrarium ſtatutum tolli.*

2 *Statuta ſuper Vſuris condi non poſſunt, nec in fauorem Dotis, etiam numum permittentia,limita tamen.*

3 *Statutum inducens Præſcriptionem cum mala fide,non valet.*

4 *Statuta contra ſubſtantiam Matrimonij,non valent.*

5 *Statutum tollens pœnam Excommunicationis, vel prohibens, non tenet.*

6 *Statuta iuramenti tollere non poſſunt vires directè, & qualiter iſta intelligantur.*

7 *Statuta Libertatem eccleſiaſticam lædentia ſunt nulla, vel perſonas, vel res eorum impedientium, vt priuantia ſucceſſione intrantes religionem, etiam ſi incommodum ſtatuentium reſpicerent ſtatuta.*

8 *Statutum prohibẽs relinquere ſummam ingreſſæ religioni non aſcendentem ad legitimam, non valet, idem de diſpoſitionibus clericorum circa Funera,& ſimilia.*

9 *Statutum imponens pœnam Concubinis clericorum, non valet, ne clerici ſic calumniosè infamentur, & ſic alia multa circa materiam.*

10 *Statuta imponentia pœnam euntibus ad Molendina epiſcopi non valent, nec imponentia pœnam conſanguineis clericorum propter eorum inobedientiam.*

11 *Statutum quòd clericus Declinans poteſtatis Iuriſdictionem poſsit impunè occidi,non valet, limita prædicta, quando adiuuarent*

*iuuarent ius diuinum. Item quando essent contra ius diuinum, sed in consequentiam, nu. 12. 13.*

14 *Statutum non valere Contractum minoris etiam cum iuramento fallit, nisi ex iusta causa statutum præsumeret eum dolosum.*

15 *Statuta etiam circa Spiritualia, circa tamen ea, quæ sunt inducta à iure positiuo valent.*

16 *Statutum non contra Principalia inducta à iure diuino, sed ex accidenti inducta tenent.*

17 *Statuta secundum limitationes inductas à iure diuino etiam contra regulas iuris diuini, tenẽt, & adde etiam alios casus.*

18 *Statutum quòd Bannitus posit impunè occidi valet.*

19 *Statuta contra ius naturale, non valent, ideo sententia sine citatione non valet, quia contra ius naturale.*

20 *Statutum tollens Appellationem, non valet.*

21 *Statutum quòd bannitus, etiam defendendo se, non audiatur, non valet, nec pater teneatur Alere filium, nec quod quis teneatur pro alio Pœna corporali.*

22 *Statuta præstantia Delinquendi occasionem sunt nulla.*

23 *Statuta pro Homicidio pœnam inducentia pecuniariam, non tenent.*

24 *Statuta Spurijs successionem deferentia, nulla.*

25 *Statutum imponens pro Adulterio pœnam pecuniariam, validum est, non pro homicidio, & quare.*

26 *Statuta quòd Testibus malam dicti sui rationem reddentibus credatur, an valeant.*

27 *Statuta permittentia Delicta valent, quando maius delictum ex eo coerceretur, non alias.*

28 *Statutum continens Iniquitatem & Iniustitiam, non valet, quando autem iniusta dicantur, arbitrio superioris remittitur.*

29 *Statuta contra Bonum publicum, & Pacificum Reip. statum nulla sunt, vt quod aliquis aliquando pro alio teneatur, & pariter sapientia Monopolium.*

30 *Statutum contra Bonos mores, inualida, valent tamen si tantùm sint contra ius positiuum, & de quibus moribus intelligatur, numero 31.*

32 *Statuta contra tales bonos mores, episcopus prohibere potest.*

33 *Statutum in Præiudicium tertij, & non generale, non valet, quinimo nec factum in præiudicium multorum, & non omnium, non valet, nu. 34. & qualiter istud procedat, nu. 35.*

36 *Statuta inualida, donec reuocentur valent.*

37 *Statutum in fauorem particularis, tenet, licèt non in præiudicium, & quare.*

38 *Statuta in præiudicium tertij, quibus cõcurrentibus teneant?*

39 *Statuta quòd cogantur subditi ad Molendum in molendinis ciuitatis, valent.*

40 *Statutis in Præiudicium alicuius, & ad fauorem publicum factis, damnum passo resarciendum est.*

41 *Statuta circa ea, quæ Principi reseruata sunt, fieri minimè possunt.*

42 *Statutum occasionem præstans calumnijs, minimè valet, vbi multa & pulchra exempla fallit tamen.*

43 *Statuta tollentia Solẽnitates ciuiles valent, quamuis non tollant ea, quæ sunt de substantia.*

44 *Statuta, omissa Forma in condendis statutis solita an sint nulla, & concordantur opin. & quæ requirantur in condendis statutis pulchrè, & ad plenum, vsque ad fin. cap.*

I PRimùm † id animaduertendũ, ne sint contra ius diuinũ scripta, quia nullo pacto valebunt, si spiritualia concernant, vt declarat Bart. *in l. omnes populi, de iusti. & iure, nu. 22. quem ibi omnes sequuntur, & tradunt Cano. in ca. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.*

de Eleemosynis. ¶ Ideo videmus, quòd statutum non potest tollere eleemosynas cõsuetas, *c. ad Apostolicam, de simon. tradit Abb. in c. pen. in fi. de sepul. vbi latè.* Imò statutum factum in fauorem animæ per laicos, puta de faciendo talem eleemosynam, non poterit per eosdem reuocari, vt per omnes *in l. priuilegia, & in auth. cassa. C. de sacros eccl. & pulcrè Seuer. in l. omnes populi, num. 61. & seq.*

2 ¶ Sic † & circa vsuras nil possunt statuere, cùm illæ sint iure diuino prohibitæ, vt per Feder. *cons. 96. apparet, & per Pau. cons. 71. visis, col. 1. & per Dec. cons. 18. viso puncto, nu. 2.* etiam fauore dotis, vt per omnes *in l. in insulam, §. vsuras, ff. sol. mat. & no. Bal. in auth. ad hæc, in 2. col. C. de vsur.* quòd statuta permittentia vsuram vel in vno nummo, non valent, vt per Alex. *cons. 52. in 4. & Corn. cons. 19. videtur, in litera, R. in tertio,* nisi id fieret ratione Interesse considerabilis, vt per Soc. *cons. 176. præsens, ver. 6. adduco, in secundo, & latè Ias. in §. fuerat, num. 19. Inst. de act. & per Cacialu. in d. l. omnes populi, num. 66. & ibi Crot. num. 51. in 19. conclu. & Ias. in l. de quibus, nu. 71. ff. de leg.* de Vsuris. de Dote.

3 ¶ Similiter † statutũ inducens præscriptionem cum mala fide non valeret, vt habetur *in c. vlt. de præscr. & in c. possessor, vbi latè Dy. & Anch. de reg. iur. in 6. & per Bar. in l. omnes populi, nu. 24. vbi Seueri. nu. 37. & latissimè ibi Crot. nu. 45. in 11. conclu. & Paris. cons. 66. nu. 99. & seq. in tertio.* de Præscriptione.

4 ¶ Pariter † etiam videmus, ꝙ statuta contra substantiam matrimonij, quod est de iure diuino, non valent, ideo statutum imponens pœnam cõtrahenti matrimonium sine consensu patris, non valet, vt per Ioan. Andr. *in c. statutum, de hæret. in 6. c. 1. & ibi Ant. de spons. omnes in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. latè Crot. qui alia adducit in repet. d. l. omnes populi, nu. 44. in 9. conclu. & ibi Seueri. nu. 55. & Paris. cons. 29. num. 5. & 14. in 3. vol.* de Matrimonio.

5 Eadem de causa non valet † statutum tollens pœnam excommunicationis, vel prohibens quem excõmunicari, vt per Ana *in c. postulasti, de homicid. & latè per Dec. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, col. 20. ver. 12. de consti. & Lap. alleg. 92.* vel prohibens opponi exceptionem excommunicationis, vt per Seuer. *in d. l. omnes populi, nu. 62.* de Excõmunicatione.

6 ¶ Idem quoq; † cõmuniter concluditur de iuramento, quòd scilicet iuramenti vires non possunt per statutum tolli directè, vt contractus sine tali solennitate etiam iuratus non valeat, vt per Bar. *in d. l. omnes populi, num. 25. cum concor. de quib. per Alex. cons. 59. viso instrumento, col. 2. in primo, & Bolog. cons. 44 cor mundum, col. 4. ver. tamen præsupposito, & per Dec. cons. 639. visa consultatione, in fin.* quod tamen quomodo procedat, & an habeat locum, etiam quando verba essent directa in personam, vt docet Bar. *in loc. præallegato,* videndus Seueri. *in d. l. omnes populi, nu. 38. & Crotus ibid. nu. 47.* & an saltem contractus nullus remaneat, pulchrè Dec. *cons. 536. in causa, nu. 16. vbi plura circa hæc.* in quib. locis etiam habetur, quid si statutũ non simpliciter annullaret, sed præsumeret dolum interuenisse in contractu, & per Paris. *cons. 53. nu. 28. & seq. in primo, & idem cõs. 96. nu. 100. & plurib. seq. eo. vol. & cons. 97. nu. 67. & plurib. seq. eo. vol. & cons. 16. nu. 89. in secundo, & cons. 33. nu. 47. in 3.* de Iureiurando.

7 ¶ Et demum † idem dicimus circa ea, quæ lædunt libertatem ecclesiasticam, quæ similiter videtur de iure diuino, etiam si in commodũ statuentium id tenderet, vt per Pet. de Anch. *cons. 11. & 13.* ideo dixit Bal. *in rubri. extr. de const. nu. 4.* ꝙ statutum minuens pœnam offendẽti clericum, non valet: & similiter non valet statutum priuans successione intrantem religionem, vt per omnes *in d. c. eccle. S. Mariæ, & in l. vl. C. de pact. & in l. stipulatie hoc modo concepta, de verb. obl. cum concor. de quib. per Seuer. in repe. d. l.* de Libertate eccleſiæ.

8 *omnes populi, nu. 52. & Crot. nu. 48.* vbi † quòd similiter non valet statutum disponẽs, quòd pater filiæ ingressæ monasteriũ non possit relinquere vltra certam summã, nisi summa illa ascenderet ad legitimã, vt ibi per Seueri. *nu. 54. & Crot. nu. 48.* quæ aũt dicantur statuta cõtra libertatem ecclesiæ, declarat pulchrè & diffusè Cacialup. *in d. l. omnes populi, nu. 57. & Crot. nu. 49.* Nam & non valet statutum, quòd in funeribus vocẽtur tantùm tot clerici, neque ferantur vltra tot funalia, vt per Bar. *in d. l. omnes po-*

9 *puli, vbi Crot. nu. 44. in 3. conclu.* Ex quibus etiã infertur, † ꝙ non valeret statutũ imponens pœnam concubinis clericorum, quia ex hoc facilè possent clerici infamari calumniosè, vt pulchrè per Petr. de Ancha. *in repe. c. ea quæ, in 94. q. de reg. iur. in 6. & cons. 197. magnifice, & illustris princeps, & sequitur Io. de Ana. in rub. de adul. & Crot. in d. l. omnes populi,*

*num.50.*Similiter & non valet ſtatutũ imponens pœnam conſanguineis clericorum propter eorũ inobedientiã, vt per Bar.*in l.1.per illũ text. ff.de his,quæ pœnæ no. & in l.hi qui*
10 *penes,C.de agri.& cenſi.lib.11.& per Crot.vbi ſup.nu.52.* † ideo vniuerſitas habẽs molendina nõ poteſt imponere pœnam euntibus ad molẽdina epiſcopi vel eccleſiæ, vt per Pet.de Anch.*in c.canonũ ſtatuta,de conſt.in 11.q.prin. verſi.ego quæro in quæſtione, vbi aſſerit ſe ita conſuluiſſe, prout conſuluit in conſ.13.ſuper dubio tranſmiſſo.ſequitur Iaſ.in l.1.n.7.& 8.ff.de leg. & Seueri.in d.l.omnes populi, num.56.verſic.fuit etiam de facto.*
Molẽdina.
Pari quoque ratione non valet † ſtatutum, quòd cleri-
11 cus declinans iuriſdictionem Poteſtatis, poſſit impunè occidi,*vt per Bal.in auth.caſſa,C.de ſacroſ.eccl.cum concord. de quibus per Seuer.in d.l.omnes populi,nu.58.in fine.*
12 ¶ Limitantur † tamen prædicta aliquibus modis: & primò quando ſtatuta nõ aduerſarẽtur ſpiritualibus & iuri diuino vel canonico, ſed potius adiuuarẽt, quia tũc valent,licèt de ſpiritualib.loquãtur,vt ſi extet ſtatutum, ꝙ quilibet excõmunicatus ſoluat tantũ pro menſe,quo ſteterit excõmunicatus, antequã abſoluatur. *ita pulchrè Hoſt.& Io.And.in c.ad aures de ſimo.& per Rom.ſing.349.incip. ſtatutum*, quanquam dicãt id eſſe propter cõtumaciam.
13 ¶ Secundò limitatur, † quando ſtatutũ non eſſet directò cõtra ius diuinum, canonicũ vel eccleſiæ libertatem, ſed tantũ in conſequentiã: ideo licèt ſupradictum fuerit non valere ſtatutũ inducens præſcriptionem etiam cum mala fide, tamen valebit, ſi ſtatutũ præſumet, vel finget contractum illum ſimulatũ & doloſum poſt tale tempus,quia valebit tale ſtatutũ. *ita Bart.in l.ait prætor,§.hi planè,ff.ex quib.cau.ma.& in l.legaui,de libera.lega.& in l.1.in fi.de vſuca.& in l.omnes populi,de iuſt.& iu.vbi Seuer.num. 37.latè,& Crot.* Similiter,† licèt etiam ſupradictũ fuit, ꝙ
14 ſtatutum iubens contractum minoris non valere etiam cum iuramẽto,nullũ eſt:id tamen ſecundum cõmunem opi.fallit,niſi ſtatutũ ex iuſta cauſa præſumeret talẽ contractum doloſum vel meticuloſum, quia tunc valeret, vt per Bar.*in d.l.omnes populi,vbi Seuer.nu.38.& plurib.ſeq.vbi latè.& tradunt omnes in auth.ſacramenta puberum, C.ſi aduer. vend.& per Cano.in c.cùm contingat,de iureiur.& in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,de conſtitut.*
15 ¶ Tertiò fallit, † & temperatur prædicta reg. vt non procedat circa ea,quę ſunt à iure ciuili ſtatuta circa ipſa ſpiritualia,quia cõtra à iure ciuili inducta poteſt fieri ſtatutũ:valet enim ſtatutum,ꝙ poteſtas in criminalib.poſſit procedere etiam diebus feriatis in honorẽ Dei,quia 20
feriæ licèt in honorem Dei ſint inductæ,nõ tamen ſunt de iure diuino,ſed poſitiuo & ciuili quoad iudicia, *vt videtur ſentire glo.in l.quadraginta,vbi Bald. C.de fer.vt conſuluit etiam Bal.dicens ſe ita vidiſſe iudicatum à magnis IC.vt refert,& ſequitur Seuer.in d.repe.l.omnes populi,nu.36.* Similiter etiam dixit Pau. de Caſt. *in d.auth.ſacramenta puberum,C.ſi aduer. ven.* quòd ſtatutum tollens vires iuramẽti inductas à iure ciuili valet:ſecus ſi tolleret eas, quæ per ius diuinum & canonicum inductæ ſunt, refert & ſequitur Seueri.*vbi ſupra.num.39.circa princ.in ver.& per hoc dicit.*
Iuramenti
16 ¶ Quartò limitatur, † niſi ſtatutum eſſet factum non contra ſubſtantiam ipſam iuris diuini,id eſt,cõtra principaliter ſtatutũ à iure diuino vel cano.ſed tantùm incidenter ex aliquo accidenti & iuſta de cauſa,puta fauore publico,ita pulchrè Bal.*in rubr.de conſt.nu.33.*inferens valere ſtatutũ prohibẽs ſub pœna cõtrahi matrimonium cũ tali ob ſcandalũ euitandum. Similiter valeret ſtatutũ prohibens matrimonium cõtrahi cum indigno ſine conſenſu patris,*vt per Pet.de Anch.conſ.20.cum concor.de quibus per Crot.in rep.l.omnes populi,nu.44. circa fi.verſi.limitatur tamen.* idem ſi ſtatutũ prohiberet matrimoniũ contrahi cũ hominib.alterius ciuitatis, *vt per Bart.& Ang.in l.edicimus,C.de murilegul.lib.11.& per Roma.& Alex.in rubr.ff.ſol.matri.cum concord.de quib.per Crot.vbi ſup.verſ.limitatur ſecundò,* 22
*& etiam nu.45.& per Alex.conſ.97.principalis dubitatio,in 1.vol.* Et ſimiliter valet ſtatutũ prohibens matrimonium ſub pœna inter contrarias ſectas,vt inter Guelfos & Gibelde Matrimonio.
linos,*vt per Io.Andr.in c.ſtatutum,de hæreti.in 6.& per Bal.& Ang.in l.1.§.huius ſtudij,ff.de iuſti.& iur.vbi Iaſ.nu.11.*
17 ¶ Quintò limitatur,† niſi ſtatutũ diſponeret circa ea, quæ à iure diuino etiã ſunt limitata & ſtatuta contra regulas ab ipſo iure diuino ſtatutas.exempluni,ſtatuta eſt regula à iure diuino prohibitoria, Nõ occides; ea tamẽ de Homicidio.
eod. iure diuino fallit in plurib. caſib. vt cùm ſtatuit, ꝙ occidens occidatur,& ꝙ qui gladio ferit, gladio pereat: ergo poterit ſuperior addere alios caſus, quib. impunè liceat occidere quoad pœnã temporalem, vt videmus ſancitũ *in l.1.& 2.C.quando licere ſine iud.vindi.& in l.2.§.vlt. ff.ad l.Corn.de ſicar.& in l.Gracchus. C.de adul.ita declarat Bar. quem omnes ibi ſequuntur in l.omnes populi, de iuſti.& iur.in 3.q. prin.*ſic & vſuræ, licèt iure diuino ſint prohibitæ, *c.quia* de Vſuris. *in omnib.& toto tit.de vſur.cum ſim.*tamen quia ipſo iure diuino non ſimpliciter, & in omnib.caſib.erãt vetitæ,ſed imo & aliquib.caſibus permiſſę,vt quando mutuabatur hoſti, vt habetur Deuteron. *c.23.& in c.ab illo, 14.q.4.* ideo poteſt per ſuperiorem concedi aliquo caſu vſura, vt Iudæis,*ita per plura conſuluit Alex.conſil.1.2.& 3.in 2.volu. vbi latè hoc comprobat.*
18 ¶ Quare ex præmiſſis † infert Bart. *in d.l.omnes populi, nume.23.* valere ſtatutum, quòd bannitus poſſit impunè de Bãnitis.
offendi,vel occidi,*quem omnes ibi ſequuntur,& Felin.latè in c.quæ in eccleſiarum,de conſtit.in 2.col.cum ſeq.vbi etiam Dec.& per Alex.conſi.114.1.volum.& d.conſil.1.num.19.& 20.in ſecundo, & conſil.107.eod.volum.& conſil 65.num.10 in tertio,& Capol. conſil.7.per totum.*quanquam Bald.*in l.de latronum,C.quibus ad liber.procla.non lic.* dixerit, quòd valet etiam ſtatutum, quòd banniti fiant ſerui capientium. *& de præmiſſis latè Iaſ.in repet.l.omnes populi,de iuſti.& iure,num 46.& per Seuer. ibi,num.33.34 & 35.& Crotus nu 43.& per Dec.in l.1.§.hæc autem verba,nu.2.ff.quod quiſque iur.*
19 ¶ Secundò ſtatuta † non valent, ſi ſint contra ius naturale, vt not.omnes *in c.quæ in eccleſiarum,de conſtit.& per* de Iure naturali.
*Bar.in l.vltim.in 2.q.in fi.Cod ſi contra ius,vel vtil.publ.* & ideò dixit Bal.*in l.1.col.1.verſi.ſed hic quæritur, C.quomod.& quando iud.* quod non valet ſtatutum, quòd ſententia lata contra non citatum valeat, quia citatio eſt de iure naturæ, Citatio.
vt latè comprobat Dec. *conſil.410.in cauſa mota, nu.8.* ideo ex hoc conſuluit Ang.*conſi.139.viſis omnibus,col.2.* non valere ſtatutum, quòd iuſtitia denegetur, quia eſſet cõtra Iuſtitiæ denegatio.
ius naturale, alleg.Innoc.*in d.c.quæ in eccleſiarum, & ſequitur Dec.conſi.528.pro reſolutione,num.8.*
Similiter videmus,quòd † ſtatutum tollens appella- de Appellatione.
tionem,quæ eſt defenſio,non valet,vt per Bal.*poſt glo.in l.præſcriptione,in 8.colum. verſi.nunc venio ad exempla, C.ſi contra ius,vel vtil.publ.& in §.quibus,in vltim.colum.verſic.nec obſt. in prima conſtitutio.Cod.& Bar.in l.is cui,ff.de aqua pluui.arcen. & in l.ambitioſa,in 10.colum.verſi.circa alias, ff.de decr.ab ordi. fac.& tradunt Cano.in cap.cùm acceſſiſſent, de conſti.& Bald.in rubr.de conſt.nume.24.& in l.omnes populi,de iuſti.& iur.nu 3. & Seueri.ibi,nu.48.& ibi Bart.nume.27.& per Crot. etiam ibi, numero 52.in 28.concluſi.* vbi adducit aliam rationem, quia per hanc viam tolleretur ius ſuperioris, ad quem deuoluitur appellatio.
Notandum tamen per ſtatutũ tolli poſſe appellationẽ ab interlocutoria. Bald. in Marga. verbo, Legatus,verſ.pe. vide tractatum meum de Appella. tit.11.in d.l. ſtatutũ, vbi latè hoc tractatur.
¶ Item dixit Bald.*in d.l.omnes populi, numero 3.in fi.* quòd ſtatutum etiam pœnale non poteſt tollere naturalem obligationem.
¶ Item non valet † ſtatutum, quòd bannitus non au- 21
diatur,etiam ſe non defendendo,vt per Bal. & Bart.*in l. cum mulier,ff.ſol.matr.& latè Nell.in tract.banni.in 2.part.primi temp.q.2.& Seueri.in d.l.omnes populi num.34.*
¶ Item non valet ſtatutum, quòd pater non teneatur alere filium etiam maiorem 18. annis, vt per Petr. de Anch.*in c.canonum ſtatuta,in 11.q.prin.allegat Io.Andr.in addi. ad Specul.in tit.qui filij ſint legit.& ſequitur Seueri. in d.l.omnes populi,numero 41.*
¶ Eadem ratione † non valet ſtatutũ, ꝙ vnus pro alio 22
teneatur pœna corporali, quanquã valeret circa pœnã pecuniariã,*vt per Iaſ.in l.ſi quis in ſuo,§.legis,C.de inoff.teſt.& Dec.in c.2.col.2.ver.& prædicta cõcluſio,de conſt.& per Ana.in c.* de Alendis liberis.
de Pœnis criminalibꝰ
de Bannito.
*referen-*

*referente, de delic. puer. & per Iaſ. poſt Aret. in §. actiones, Inſt. de actio. in vltimis tribus colum. & per Crot. in l. omnes populi, de iuſti. & iur. num. 18. & tradit Bald. in l. ſancimus, C. de pœn. & Sali. in rub. C. res inter al. ac. & latè etiam Iaſ. in l. de quibus, ff. de legi. num. 56. & plurib. ſeq.*

de Delictis & pœnarũ diminutione. 23 ¶ Tertiò non valent etiam ſtatuta, † quæ præſtãt occaſionem delinquendi, ideo Hoſt. *in ſumma de conſuet. §. 4. in fi. & c. vlt. eod. tit. & in c. 2. de delict. puer. & in c. epiſcopus, ne cler. vel mona.* & Archid. & alij *in c. 1. 22. q. 4.* tenuerunt

de Homicidio. non valere ſtatutum, per quod pro homicidio ingeratur pœna pecuniaria: nam quod pecunia redimi poteſt, non timetur; & grande ſcelus non videtur, quod nummis redimi poteſt, *c. pauper, 11. q. 3. & ſequitur Areti. conſ. 59.* quidquid tenuerit Alb. *in 2. par. ſtatu. q. 122. inci. item quæro.* ſtatutum enim, quod eſt fauorabile delinquẽti, dicitur odioſum legi naturæ, & ſacris moribus, nec à principe confirmari poteſt, vt per Bal. *in c. ad noſtrã, de probat.* quod dictum refert, & ſequitur Iaſ. *in l. centeſimis, §. 1. col. pen. circa fin. verſ. hinc eſt, quòd ſtatuta, ff. de verb. obl. & in l. ait prætor, 28 la prima, in prin. in 4. not. ff. de iureiu.* Et quòd non valeat ſtatutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio, tradunt latè Io. de Ana. & Fel. *in rub. de homic.* & Hippol. de Marſ. *in l. 1. nu. 19. ff. ad l. Corn. de ſicar.* & hanc dicit cõmunem Dec. *in c. cognoſcentes, col. 1. de conſt. Ang. de mal. in ver. & ex interuallo d. Titius, in fi. num. 7 & in ver. & caput, num. 30. vbi Aug. de Arimin. in addit. & Dec. in l. 1. in princ. numero 11. ff. quod quiſque iur.* & Io. Igne. *in l. lege Cornelia, §. ex hoc edicto, ff. ad Syllania. num. 64.* vbi dicit ita iudicatum fuiſſe Mediolani cõtra Nouarienſes, quorum ſtatuto imponebatur pœ-

deSpuriorũ ſucceſſiõe. 24 na centum librarum pro homicidio. Et ideo † hac ratione videmus etiam cõmuniter teneri, quòd ſtatutum deferens ſucceſſionem ſpuriis non valeat, quia daretur materia delinquendi, & committẽdi adulteria, vt conſuluit Pau. *conſi. 34. ſuper primo dubio, col 1. in fi. & latius conſi. pen. col. 1. & col. 6. in 2. volum. & conſuluit etiam Bald. conſi. 267. ad euidentiam colum. vlt. in primo repetitum, conſi. 457. in quinto,* & Calca. *conſi. 59. colum. 3. poſt med. Alex. conſil. 129. colum. 3. 29 in fi. ver. accedit, quia, 6. volum. Soz. i. conſi 47. colum. 10. poſt med. in 4. Dec. in c. in præſentia, colum. 15. in fi. verſi. prædictæ tamen limitationes, de proba. & Bald. in c. 1. de conſtit. nume. 27. vbi etiam And. Sicul. num. 190.*

de Adulterij pœna. 25 ¶ Notandum tamen, † quòd id, quod dictum eſt de homicidio, nõ ita procedit in adulterio, quia valet ſtatutum & conſuetudo imponens pœnam pecuniariam pro adulterio, vt latè conſuluit Crau. *conſil. 137. Magiſter Robertus, per totum,* licèt homicidium poteſt aliquo caſu per ſtatutum permitti, vt in bannito; non ſic tamen adulterium, quia nullo caſu valeret ſtatutum permittens adulterium, quia in homicidio poteſt ſubeſſe iuſta cauſa permiſſionis: non ſic in adulterio, vt declarat Seueri. *in repet. l. omnes populi, de iuſt. & iu. nu. 46. ver. vnde infert.* Ideo inferẽs, quòd licèt bannitus poſſit per ſtatutum impunè occidi & offendi, non poterit tamen impunè adulterium committi cum eius vxore, vt ibi per eum.

de Teſtib. 26 ¶ Hac quoq; ratione † tenuerunt Scribentes, quòd non valeat ſtatutum diſponens, quòd credatur teſtibus malam rationem dicti ſui aſſignantibus, vt per Abb. & alios *in c. 1. de appella.* ſimiliter, quòd non valet ſtatutum,

de Fide inſtrumentorum. quòd credatur cuicunque ſcripturæ mercatoris, vt per Bal. *in l. 1. 10. colum. C. de confeſſ. & per Alex. conſi. 3. in cauſa & lite, 2. volum.* Et pariter non valere ſtatutum, quòd credatur dicto vnius teſtis, vt per Io. Andr. *in add. ad Spec. in tit. de inſtrum. edi. §. compendiosè, ver. nunquid,* latè tradunt *Canon. maximè Felin. & Dec. in c. 9. de probat.* & omnia hæc ſola ratione, ne daretur delinquendi, & falſum committendi 30 occaſio, vt per eos.

de Pœnarũ remiſſione. 27 ¶ Et ideo vno † tantum caſu valẽt ſtatuta permittentia delicta impunita, quando ſcilicet id faciunt, vt delicta maiora vel plura coerceantur, vt pulchrè dixit Paul. *in l. refectionis, per illum text. ff. commun. prædior. & conſuluit Ruyn. conſi. 1. nume. 1. in 5. volum.* nam licèt ex tali permiſſione delictum & peccatum ſequi poſſit, tamen attenditur principale propoſitum ſtatuentium, quod fuit, ne delictum ſequeretur, vt declarat Seuer. *in d. l. omnes populi, nu. 37. colum. 2. ver. neque curant, de iuſti. & iure.* idem dicunt valere ſtatutum, quòd teſtes recepti contra magnates & de Teſtib. potentiores non poſſint argui de falſo: nam licèt videatur præberi occaſio falſum committendi, tamen quia principalis intentio ſtatuentium fuit occurrere potentiorum inſolẽtiis, ideo receptum eſt valere, vt per Bart. *in l. abſentem, ff. de pœ. & ſequitur Seueri. vbi ſu. nu. 49.*

¶ Et ſic vides ex prædictis regulam ſuprà firmatam, ſtatuta ea non valere, quibus datur materia delinquendi, limitari, vt non procedat, quando daretur ea occaſio non principaliter, ſed ea ratione aliquid concederetur, vt maioribus vel pluribus delictis occurreretur.

¶ Item quòd pœnæ à iure communi pro delictis im- de Pœnarũ diminutione. poſitæ minui poſſunt, ſed non adeò, vt contemptibiles ſint, & anſam præbeant delinquendi, vt per Scrib. *in ca. vlt. de conſue. & per Seueri. d. l. omnes populi, nu. 65.*

28 ¶ Quartò non valet ſtatutum continens † iniquitatem & iniuſtitiam, vt per Bar. *l. vlt. in 2. q. in fi. C. ſi contra ius vel vtil. pub. & per Dec. conſ. 528. pro reſolutione, nu. 8.* nam licèt ſit conceſſa poteſtas aliquibus condendi ſtatuta, nõ tamen intelligetur data poteſtas condendi ſtatuta iniqua, *l. ambitioſa, vbi Bart. & alij, ff. de decre. ab ord. fac. & not. in l. 1. C. quæ ſit longa conſue. & Seueri. in d. l. omnes populi, nu. 13. ver. limita etiam, lex enim iuſta debet eſſe, c. erit autem lex, 4. diſt. & de ſtatuto tradit Bar. in l. omnes populi, nu. 26. ver. ratio,* quia lex & ſtatutum tenet. de Iuſtitia.

¶ Quando autem dicatur iniqua & iniuſta, certa doctrina dari non poteſt, ſed relinquitur arbitrio ſuperioris, vt per Federic. *in conſi. 17. & per Hoſtien. in ſumma de conſuet. §. 1. & per Io. Andr. in c. 1. de conſt. in 6. & per Seueri. in repe. d. l. omnes populi, nu. 47. ver. vnde Doct. dicunt:* & præſertim dicentur iniuſta & iniqua, ſi ab æquitate abhorreant, *iuxta tex. in l. ſi negotia. ff. mand. & in l. altius, ff. ſi ſerui. vendi. & in l. cùm in eo, ff. de pact. & in l. 1. ff. quod quiſque iuris.*

29 ¶ Quintò, nulla ſunt ea ſtatuta, † quæ ſunt contra bo- de Statu bono Reip. num & pacificum ſtatum Reip. vt per Bart. *in l. cùm nauicularium, C. de nauicul. lib. 11. refert & ſequitur Pau. conſi. 23. viſo puncto & oppoſitionibus, 2. col. in antiquis. & Hipp. conſil. 57. Spiritus ſanctus, nu. 32.*

¶ Nam & videmus, quòd licèt iniquum ſit ſtatutum, quòd vnus pro alio teneatur, vt dictum fuit ſuprà in ſecunda cauſa nullitatis: tamen fauore Reip. valebit, vt ſi extet ſtatutum, quòd omnes conſanguinei rebellium magnatum ſint banniti, niſi præſentauerint ipſos rebelles viuos vel mortuos in termino anni, vt conſuluit Bal. *quod conſilium refert & ſequitur Seuer. in d. l. omnes populi, num. 24. ver conſuluit etiam Bal.*

¶ Ideo videmus etiam, quòd ſtatuta, quę ſapiunt mo- de Monopolio. nopolium, non valent, vt per Bald. *in cap. cum acceßiſſent, de conſti. nume. 11.* quare licèt aliàs artifices poſſint ſtatuta Artifices. cõdere circa eorum artificium, tamen non poſſunt ſtatutum facere, quod monopolium ſuperet, vt ſcilicet, quod opus vnus cœpit, alter non compleat, *vt habetur in l. vnica, C. de monopol. & per Bar. in l. vlt. ff. de colleg. illic.* Simili- Lanifices. ter non valeret ſtatutum factum per lanifices, quòd vnicum eſſet purgum in ciuitate, vel quòd certi tantùm homines poſſent artem lanæ exercere, vt per Seueri. *in d. l. omnes populi, nu. 14. & 15.* & ideo dicebat Innoc. *in c. cùm acceßiſſent, de conſtit.* & Abb. *in c. cùm omnes, colum. 6. eo. tit.* & Bal. etiam conſuluit, vt refert idem Seueri. *ibid. nume. 23.* quòd ſtatuta, quę nutriunt partialitates, ſapiunt monopolia, ideo non valent.

¶ Sextò non valent etiam † ſtatuta, ſi ſint facta con- de Bonis moribus. tra bonos mores, vt per Bar. *in d. l. omnes populi, in 3. q. prin. & in l. non impoßibile, in fi. ff. de pact. & in l. pacta, quæ contra, C. eo.* & ideo Pariſ. *conſi. 92. pro primi, col. 1. & ſeq. in quarto.* conſuluit, quòd ſtatutum, quòd non oſtendantur reliquiæ Sanctorum, eſt contra bonos mores, ideo non valet. Intellige tamen hæc vera, quando ſtatutum permitteret aliquid contra bonos mores, quod ſaperet turpitudi-

nem, secus si non ageretur de turpitudine, sed tantùm de prohibitione iuris ciuilis, vt pulchrè declarat Deci. *consil.516.quoniam causa,num.6.* ideo communiter concluditur non valere statutum, quòd cedens bonis teneatur percutere lapidem vituperij natibus nudis, vt per Cyn. *in l.vltim.C qui bon.ced.poss.vbi etiam Bald. & pulchrè Alberic.in prima par.statu.q.38.inci.item quæritur,an valeat statutum,cum concor.de quibus per Ias.in §.vlt.Instit.de actio nu.29.*

de cessione Bonorum.

31 ¶ Quæ tamen † intelligenda sunt de moribus, qui cum mali sint, per legẽ non possunt fieri boni, vt quando essent contra ius diuinum, vel naturale, secus quando essent mali mores ea tantũ ratione, quia forent contra ius ciuile, nam possunt eodem iure fieri boni, ideo valebit statutum, ita declarat Franc.de Alberg. de Aret. *vt refert Seueri.in d.l.omnes populi,num.46.vers.quibus adde,& dixi suprà,dum allegaui Dec.cons.516.*

de Successione.

Et ideo quia pactum de succedendo est contra bonos mores prouenientes à iure naturę secundum occasionem voti captandæ mortis, ideo non valeret statutum, quòd talia pacta valerent, vt per Bart. *& omnes in l. pactum,quod dotali, C.de pact. & per Bal.in l.2.in 3.col. C.quæ sit longa consuetud.cum simil.de quibus per Crot. in d.l.omnes populi,num.50.in fi.& seq.& per Scrib.in l.vlt.C.de pact.& in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verbor.oblig.*

deFucis prohibitis.

32 ¶ Quare episcopus † quoq; potest prohibere ea statuta, quæ sunt contra bonos mores, & inducunt peccatum, ideo potest statuere, ne mulieres vtantur fucis, vt per Anchar. *in cap.canonum statuta,in 11.quæstio. quem refert, & sequitur Caccialup.in d.l.omnes populi,num.46.vers.successiuè quæritur de tertio. & ibidem Crot. num.27. post Ioan.And.in c.ea quæ fiunt,de reg.iur.in mercur.*

de Præiudicio tertij.

33 ¶ Septimò non valet † statutum factum in præiudicium tertij non generaliter, vt no.omnes *in c.cum omnes, de constit.& tradit Abb.cons.55. in causa.colum.2. in 2.volum. & pulchrè Bart.in l.vlti.ff.de appell.recipien.& in d.l.omnes populi, in vltim.quæstio.nume.53.5.quæstio princ. & Alexan. consilio 189. Maturè digestis, in 3.colum.2. volum.* quod quidem intelligendum est esse verum, non modò si statutum expressè sonaret in specialem personam, sed etiam si verbis quidem esset generale, sed in effectu speciale, & in odium particularis personæ, vt sensit Ioan.Mo. *in cap. si tibi absenti,de præben.in 6.quem refert,& sequitur Bald.in cap.cum ordinem,in fi. de rescript. & idem tenuit Petr.de Ancha. consilio 150. optimis rationibus.sequitur Abb.& Felin.& Deci.in dict.cap.cum omnes,de constit.& probat text.in l.primæ, & l.qui grauatos, C. de censib.& censit. lib.11. & Ias.in l.1. ff. de legib. & in l.prima.ff. quod quisque iur.& per Bald.in rubr.de constit.nu.14. & ibi idem Abb.num.2.* Et ideo Seueri. *in d.l.omnes populi, nume.56. vers. quam decisionem,de iustit. & iu.* inferens ad plura statuta tenuit, quòd statuta afferentia vtilitatem communitati, & damnum ciuibus particularibus, non valent, vbi ponit plura exempla, & sequitur etiam consulendo Paris. *consil.27.Notula,nu.61.& 62.in secundo.*

de Mercatoribus forensibus expellendis.

34 ¶ Imo non valet † statutum, nõ tantùm contra vnum ciuem in specie, sed nec etiam contra plures in specie factum, vt quòd omnes mercatores forenses expellantur de tali ciuitate; & si non exierint, amittãt bona, quia tale statutum non valebit, vt tenuit Bal. *in c.1.de for. fidelita.* & plura adducit ad hoc Seueri. *in d.l.omnes populi, num. 64.* nisi adsit legitima causa, vt ibi per eos.

de Successionibus.

35 ¶ Valebit tamen, † si verba sint directa ad plures personas generaliter, vt si dictum sit; mulieres dotatæ non succedant, vt per Bald. *in l.iudices, C.de appellationib.& in l. quisquis, Codic.quorum appellat.non recip. & latè in l.maximum vitium, Codic.de liberis præter.* ideo dicebat Bal. *in §.quibus,in prima constitutio. Cod.* quòd licèt valeat statutum generale cogens affines ad compromissum, tamen non valebit, si cogat particularem personam. similiter Bart. *in l. nemo externus, per illum textum, Cod.de Iudæis,* dixit, quòd licet valeat statutum generale, quòd frumẽtum tali precio vẽndatur, non tamen valebit, si factum sit contra specialem personam, quòd nõ possit vendere frumentum suum vltra in tanto precio, sequitur Ias. *in l.1.ff.de legi.numero 6.*

de Cõpromisso.

de Frumẽti venditione taxata.

36 ¶ Notandum † tamen, quòd licèt talia statuta non valeant, intelligendum tamen, quòd reuocari debeãt, aliàs donec non reuocentur, valebunt, vt inquit Angel. *in l.2.in princip.ff.quod quisque iur. & Abb.in cap.consuluit, el 3. de appell.& sequitur Crot.in d l.omnes populi, num.45.versicul. decima conclusio.*

37 ¶ Aduertendum etiam, † quòd licèt non possit fieri statutum in præiudicium particularis personæ, poterit tamen benè fieri in fauorem & commodum particularis, *l.Dorotheum, C. de decur. lib.10. quem textum ad hoc ibi not. Ang. & Ioan.de Platea, & tenet Alb.in prima parte statut. quæst. 17.& Bald.in l.leges generales, C.de legib.& Anchar.in c.propter tua debita,in 10.no.de rescrip.in 6.* quia cùm regulariter fiant ob virtutem, vel benemerita in patriam, hoc concernit etiam fauorem publicum, vt declarat Bal. *in auth.habita, C.ne fil.pro pa. & Crot.in d.l.omnes populi, nu.149. versic.quærit Bar.an statutum,& Ias.in d.l.1.ff.de legib.num.9.*

38 ¶ Item & tertiò notandum, quòd † statuta etiam in odium, & pręiudiciũ particularium facta valebunt concurrentibus tribus. Primò, quòd fiat ex causa rationabili, vt per Ang. *in l.impetrata, C.sent. rescin.non pos & probat tex.in l.dãnato, C.de hæret.& idem Ang.consi 62.nobilis miles,& Ias.in d.l.1.ff.de legi.nu.8.vers.limita tamen,& Can.in d.c.cùm omnes,de constit.* Secundò debet concurrere, quòd tale statutũ fiat per omnes de consilio, neq; sufficeret, q̃ fieret per maiorem partem, vt tradit Ang. *consi.267.visis & examinatis, & consil.137. visis omnibus statutis, & Bald.in l.milites, circa fin. Cod.de testam.milit. & Bart.in l.totiens,ff.de pollici.& in l.ambitiosa, Cod. de decre. ab ord. facien.* Tertiò oportet, quòd vniuersitas, quæ talia conficit statuta, habeat regalia, vt per Bar. *in l.Antiochensium,ff.de priuil.cred.& per Anton.de But.in c.cùm omnes,de const.* Et ideo † ex hoc concludendum, q̃ valebit statutum cogẽs subditos ad molendum in molendinis ciuitatis, quãdo ex hoc fieret præiudiciũ laicis non subditis, vt per plura concludit Crau. *in tracta. de antiq. temp.in 4 par.num.250.est mihi car.353.*

39

de Molendinis.

40 ¶ Item & quartò † aduertendum, quòd quando statuta fiunt in præiudicium tertiæ personæ particularis ex causa, puta fauore publico, oportet quòd pretiũ damni resarciatur illi, *l.2. Cod. pro quibus cau.serui.præm.liber. accep.& pulcrè declarat Alex.cons.289.in 2.vol.vt per plura etiam simil.confirmat Ias.in l.Barbarius, ff.de offi.prætor.nu.36. & pluribus seq.& pulchrè etiam An.de Iser.in c.1.§.similiter,de Cap.qui cur. vend.& in c.1. ver.plaustrorum, quæ sint reg. & in c.1. §.post natale,de pa.tenen.& Luc.de Pen.in l.vlt.in ver.donauerit, C.de loca.præd.ciu.& in l.1.C.vt rust.ad nullum obseq.de no.eo.lib.*

Damnũ priuato refundẽdũ, quod ex particulari datum est.

41 ¶ Octauò non valẽt statuta † circa ea, quæ sunt principi Reseruata, vt no.Bar. *in l.non ambigitur, ff. de legi.& in d.l.omnes populi, ff. de iust.& iur.in 3.q.tertiæ q.princ. in fi.& ibi Seueri.nu.46.vers.item,dum Bar.hic voluit,post Bar.ibi,num.26.* nam & in generali potestate non veniunt ea, quæ principi sunt reseruata, *c.quod ad translationem, ff.de offi.leg.cum concor. ęquib.per Dec.cons.403.num.2.& seq.* Ideo non valet statutum, quòd qui ceperit bannitum, habeat centum nummos de consensu principis, quia ærarium ad eum spectat. Bar. *in l.1.in prin.in fi.nu.3.& 4.ff.de iusti.& iu.*

42 ¶ Nonò non valet † statutum dans occasionem calumniis, ideo nõ valet statutum, quòd fuga omni casu faciat plenam probationem, vt per Ang. *de malef.in vers.fama,nu.mihi 34.* vbi etiam, q̃ nõ valet statutũ, q̃ fugiens de rumore facto, capitaliter puniatur: nã & nõ valebit statutũ, q̃ credatur testi malã rationẽ allegãti, vt dicit Bal. *in l.si non speciali circa fi. C.de test.sequitur Dec. in l.quæ dubitationis,nu.6.de reg.iur.* sic etiã non valet statutũ, q̃ vsurarius possit conuinci per vnũ testem de veritate, vel tres de fama, vel quatuor singulares, vel confessionẽ extraiudicialem, *vt pulchrè cõsuluit Fed.de Sen.cons.17.quæ refert & sequitur Seuer.in d.l.omnes populi,nu.47.ver. Dominus Feder.de Sen.* ¶

deCalũniis

de Testib.

¶ Fallit tamen, nisi id fieret ex iusta causa ad impediendam proteruiam magnatũ, puta si extet statutum, quòd

quòd teſtes recepti contra magnatem non poſſint de falſo accuſari, vt conſuluit Bart. quem refert Seueri. in dict.l. *omnes populi, nume. 49.* & dictum fuit ſupra in tertia cauſa.

de Solēnitatib. 43 ¶ In † ciuilibus autem poſſunt ſolemnitates probationū tolli per ſtatutum, vt quod priuata ſcriptura plenam faciat fidem etiam in teſtamentis, vt per Bald. in d. l. *ſi non ſpeciali.* & tradit Pariſ. *conſi.27.num. 59. in 2. & conſi. 68.nu.18.in 3.* Bald. Ang. Alex. & Iaſ. *in 2.not. in l. quædam.§. numularios.ff. de eden.*

de Teſtamentis.

de Cauſæ cognitione.

Ideo videmus, quòd non valet ſtatutum, quòd liceat pronunciare ſine cauſæ cognitione, vt dixit Ioan. And. *in cap.vlt.de appell.in 6.* & Bald. *in l.2 ff.de iureiur.* & Felin. in cap. *eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit.colum.8.& 9.* & Hippol. *conſ.48.nu.41.*

Licet tamen poſſit tollere ſolennitates iudiciorum & probationum, non tamē poterit tollere ea, quæ ſunt de ſubſtantia, vt declarat Bart. in l. *prolatam. C. de ſentent.* & Seueri. in repet. *l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. nu.50.*

de Contumacia.

Valebit tamen ſtatutum, quòd abſens dummodo legitimè citatus, poſſit capitaliter puniri, vt per Bald. in l. *ne diu. C. de pœ. & in tract. ſtatu. in verb. abſens, & in ver. accuſare.* quia quod abſens nō damnetur, eſt de iure poſitiuo.

de Formæ omiſſione in Statutis. 44 ¶ Decimò non valet ſtatutum, † ſi forma ſolita, & requiſita in condendis ſtatutis non ſit ſeruata, vt ſi ſtatutum non eſt in ſcriptis redactum. *l. humanum, C. de legib.§. conſtat. Inſtit. de iure natur.* aliàs nulla eſſet differentia inter ſtatutum & conſuetudinem. & licet plures etiam contrarium tenuerint, vt per Abb. & Felyn. in rubrica, *de conſtitu.* tamen concordantur opiniones, quòd ſcilicet ſcriptura non ſit de ſubſtantia ſtatuti, ſed bene de accidenti neceſſario ad inducendam obligationem pro obſeruantia ipſius ſtatuti, vt declarat Bald. in d. l. *humanum.* & per Pet. de Anchar. *in regula, nemo. de reg. iuris. in 6.* & Dec. in dicta rubrica, *de conſtit. in penult. colum. in prima lect.* & dicit And. Sicul. *in cap. 1. num. 198. de conſtitut.* quòd ſtatutum requirit ſcripturam, quæ portat pondus diei & æſtus. & Bald. *in l. prima ff. ſi cert. pet. nu. 5. circa medium. verſi. in eo tamen, quod dicit ſtatutum.*

¶ Item requiritur, quòd ſint regiſtrata in volumine ſtatutorum, aliàs dicentur extrauagantia, & non ligabunt maximè ignorantes, vt per Bald. in cap. *in cauſis, in fin. de re iudi.* & per Ang. in l. *omnes. C. de petit. bon. ſubl. lib.10.* & Iaſ. *in l. omnes populi, in prima lect. nu.8. & 9. ff. de iuſt. & iur.*

¶ Item requiritur publica authoritas, aliàs non valent. *l.2.§. poſtea. & §. ne diutius. ff. de orig. iuris. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. l. decernimus. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. conſulta diualia, in fin. C. de teſtam.* & tradunt Bald. *in l.1. nu.1. ff. de legib.*

Item requiritur, quòd in ipſo ſtatuto faciendo non interuenerit dolus: quòd ſi interueniſſet, non valebit, vt tradit Bald. *in c.2. de iureiur. quem ſequitur Iaſ. in l.1. num.5. ff. de legib.*

Item ſtatuta non debent eſſe præcipitanter facta, ſed matura præcedente deliberatione, & conſultatione cum ſapientibus, vt pulchrè Bald. *in d. l.1. num. 1. in fin. de legib.*

Item requirunt diem & Conſulem, quando nouiter promulgantur, licet non, ſi ſint antiqua, vt dicit Bald. in *in prima conſtitu. Cod. §. hæc igitur.* vbi dicit id menti tenendum, quia pluries vidit de facto, & idem tradit in l. *exemplo. Codic. de probation. & in rubrica, Codic. de fide inſtrument.* ſequitur Seueri. in l. *omnes populi, nume.130. in fine. de iuſtit. & iur.*

Item debent eſſe clara & certa, nam aliàs ſi eſſent obſcura & ambigua, allegari non poſſent, vt inquit Bald. in cap. vlt. *de conſtit. columna vltima, verſi. vlterius notæ.* ſequitur Dec. in l. *quo tutela. §. quæ in teſtamento, de reg. iur. in fin.* & Felyn. *in rubr. Decret al. num.4.*

¶ Item requiritur, quòd ſint confirmata à Principe, de quo latè dicam infra, capitul. *36. de confirmat. ſtatu.*

## CAP. XXXV.

## *Statuta quos ligent.*

### SVMMARIVM.

1 *Statutis illius loci ligantur, cuius forum ſortimur.*
2 *Statuta extra ſtatuentium Territorium non ligant.*
3 *Statuta laicorum Clericos non ligant, etiam quod in clericorum fauorem ſint. limita tamen quo ad quærenda, nu.4. & multis aliis modis, nu.7.8.11.12 13.14. & 15.*
5 *Statutum fauorabile regulariter comprehendit Clericos: non enim æquiparantur forenſibus.*
6 *Statuta laicorum, bona clericorum nō afficiunt etiam patrimonialia, nec quærenda.*
9 *Statutum dans formam Probationibus, videtur deciſionem cauſæ reſpicere.*
10 *Statutum Bononienſe diſponens Creditum vltra centum libras non Probari per teſtes, an liget clericos.*
16 *Statuta non ligare Principes cum ampliationibus, nū. 17. & 18. & quid in delegatis ab eis, nu.19.*
20 *Statuta non ligant ſuam Ciuitatem, licet ſingulos ſic.*
21 *Statuta non ligant Forenſes regulariter, quod amplia, vt nū. 22. vſq; ad 25. limitæ verò, vt nu.26. vſq; ad 30.*
31 *Statutum non ligat Subditos extra territorium, quod amplia, vt nu. ſeq. vſq; ad 33. & limitā vſq; ad 40.*
41 *Statuta ligāt regulariter Infantes, Minores, Mulieres, &c. limitatur tamen, niſi eſſet contra ius commune, & nu.42.*
43 *Statuta ligant Iudæos, niſi lex Moſaica, quæ inter eos eſt ſeruanda, repugnaret. nu.44.*
45 *Statuta Mercatorum eos, etiam in aliis foris, quàm ſuis litigantes ligat, niſi verba ſtatuti dirigantur ad eorum iudices.*
46 *Statuta non ligant Ciues factos per priuilegium, ad eorum priuilegiorum præiudicium, & incommodum.*
47 *Statuta non ligant Exemptos per priuilegium, etiam quòd habeant clauſul. non obſtante, quia ei derogandum eſt ſpecialiter.*
48 *Statuta non ligant Ignorantes, maximè pœnalia. limita tamen multis modis vſq; ad nu.53.*
54 *Statutorum ignorantia non præſumitur.*
55 *Statutorum Scientia per præſumptionem, habet remedium reſtitutionis in integrum, & clauſula, ſi qua iuſta, &c.*

1 DVM quærimus † generaliter, qui ſtatutis ligentur, illud primò ſciendum, quòd illi omnes, qui ibi forum ſortiuntur, ſtatutis etiam eius loci ligantur. à pari enim procedunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari, vt not. Innoc. & ibi Ant. de Butr. in rub. *de conſuet.* & Feder. *conſi.96. apparet.* & ita arguit Cuman. *conſi.139. P laicus, in 2. colum.* & Alexand. *conſi. 209. ponderatis. colum. 1. in 2. volum. cum ſimil.* de quibus per Dec. *conſi.283. & diligenter, nu.9. & conſi.639. viſa conſultatione. nu. 11.*

2 ¶ Secundò conſiderandum, † quòd ſtatuta non ligāt extra territorium ſtatuentium, vt eſt text. & ibi not. omnes, *in l. vlt. ff. de iuriſd. omnium iud.* imò licet generaliter loqueretur, non debet tamen trahi ad caſum, qui non comprehenderetur ſub iuriſdictione ſtatuentium, *cap. à nobis, il primo.* vbi Abb. not. *de ſenten. excomm.* & no. Bart. in dicta l. *ſi quis ſub conditione, in fin. ff. de cond. inſtit.* & Bald. in l. vlt. §. *in computatione, in fi. C. de iure deliber.*

3 ¶ Ideo dicimus, † quòd ſtatutum laicorum non ligat clericos etiam in eorum fauorem, *cap. bene quidem. 96. diſtinct. cap. eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit.* & ideo Cardin. in repe. *c. perpendimus. de ſent. excomm. verſi. & per hoc deciditur alia quæſtio.* ſtatutum prohibens fieri alienationem bonorum immobilium, niſi de licentia cōmunitatis, non vendicat ſibi locum in alienatione rerum eccleſiaſticarum, neque in clericis alienantibus, refert & ſequitur Dec. *conſi.124. placet mihi nu.3. verſ.6. vt etiam ſupra dictum eſt.*

4 Quod tamen † intellige quo ad quæſita, non quo ad quærenda, quia ſtatutum laicorum poteſt præiudicare eccleſiaſticis, quo ad quærēda, licet non quoad quęſita,

vt not.Bald.*in rub. de constit.colum. 2. versic. quæro, an valeat statutum.* & idem Bald.*consil. 9. inter consilia Pet. de Anchar. quod incip.factum,super quo in vltima col.* & And. Sicul. *num. 41.colum. 20. in primo. & consil.34.col.vlt.in 2.* & Dec. *consil. 588.viso puncto,num. 15.*

5 Attamen † regulariter loquendo statutum laicorum fauorabile, comprehendit etiam clericos, vt per Bald. *in l.1.colum.9.C.de summa.Trin.Calder.in repet.c. perpendimus. de sent.excomm in 8.quæst.* Ant.de But.*in c.quæ in ecclesiarum, col.1.de constit.* & Abb.vbi omnes,*in c.ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit.& in c.quod clericis,pen.col.de foro compet.& in c.constitutus,per illum text.de in integr.restitutio. & in cap.ex literis, in princip. de vita, & honesta. cleric. & Domi.in cap. vltimo, in princip. de offic. deleg. in 6.& Lap. alleg.101. in ciuitat.Floren.colum. 5.* Clerici enim non æquiparantur forensibus,quia habitant in ciuitate,&sustinent onera spiritualia ipsius, vt pulchrè considerat Pau.*consil 296. ad primum,colum.1.in antiq.& melius Petr.de Anch.consil.60. ista quæstio est parum dubia,vers.praterea,& Lap.d.alleg.101.*

6 Amplia † vt non liget nedum personas clericorum, sed nec bona eorum, vt per Bart.*consil.180.Domini Priores, Alex.consil.17.viso instrumento,colum.penult.in quarto.Are.consilio 132.in causa, quæ vertitur. Sicul.consil.14. 2.dub.in secundo. & consil.1. colum.3. in tertio, & latè Felin. & Dec. in c. ecclesia sanctæ Mariæ,de constit.* & si bona essent patrimonialia clericorum,vt tradunt omnes *dicto cap.ecclesia, & in c.vltimo, de vita & honest.cleric.& Oldrad.consil.83. an episcopus,* & nedum respectu bonorum acquisitorum, sed & quærendorum.Ioan.Andr.& Gemin. *in c.vlt.de immun.eccles.in 6. & Felin.in d.c.ecclesia S.Mariæ, q.9.*

Amplia etiam in clericis minoribus constitutis, vt tradunt omnes *in d.c.ecclesia.*

Amplia etiam in clericis coniugatis, qui contraxerunt cum virgine, & incedunt in habitu & tonsura, respectu duntaxat priuilegij canonis & fori,vt per omnes *in c.1.de cler.coniug. in 6. & per Lap. alleg.118. col.vlt. & Felin.in d.c.ecclesia,q.17.*

Amplia etiam, si causa tractaretur in foro seculari, quia quoad decisionem causæ, clericus non ligabitur statutis laicorum,vt per omnes *in d.c.ecclesia,& per Bal.& Pau.in l.priuilegia,& l.omni innouatione, C.de sacrosanct.eccles. Paris.consil.2.num.116.in quarto.*

Amplia etiam si causa principaliter ageretur contra laicum,sed incidenter contra clericum, ita Abb.*in d.ca. ecclesia,in 3 not.arg.c.tuam,de ord.cogn.*

Amplia etiam, si statutum adduceretur pro clerico contra clericum, vt per Felin.*in d.c.ecclesia,q.10. & Ant.de But.cons.45.incip.statuto ciuitatis Parmæ.*

Amplia,quòd imo etiam laici non ligabuntur respectu iuris indiuidui, quod habent cum ipsis clericis, vt per Aret.*cons.25.viso themate.*

Amplia vt nõ ligent & laicos litigantes cum clericis in foro ecclesiastico, etiam si statutum adduceretur in fauorem ecclesiæ contra laicos, vt concludit Abb. *in c. quod clericis,de foro comp.col.9.ver.si verò statutum, & consuluit Aret.cons.45.visis articulis,per totum.*

Amplia,vt nõ ligent etiam legata ad pias causas: nam valebit testamentum quoad hæc legata etiam non seruata forma statuti, vt per Alexand. *consilio 103. columna 2. & 3.numero 8.& sequen.in tertio,&Paris.consil.45.primum,nu. 23.in tertio.*

7 ¶ Fallunt tamen † præmissa, nisi extaret statutum expressum, quòd clerici non gauderent beneficio statutorum laicorum, quia valeret hoc statutum, neque ideo diceretur contra libertatem ecclesiæ,vt scribit Bald. *in l.1.in 6.q. C. de contrahend.emptio. & in authent.cassa.ver.sed quæritur, C.de sacrosanct.eccles.* licèt enim clericis ius commune tolli non possit, priuilegia tamen & protectio statutorum auferri potest.vt no.Bal.*in l.si quis curialis,per illum textum Cod.de epis.& cler. & in l.de quibus, vers.6.quæritur,ff. de legi.* vbi in specie dicit, quòd statutum potest à beneficio suo exceptuare clericos,nec erit ideo contra libertatem ecclesiæ, quia qui beneficiũ suum impedit, nullam facit iniuriam.

Fallit secundò, nisi clericus vellet pro se tantùm vti, non contra:nam id facere non potest,vt pulcrè per Bal. *in l.de quibus,colum.16. de legi.vers.sextò quæro, & in l.1. in fine, Cod.de contrahenda emptio. & in l.omni innouatione, Cod. de sacrosanct.eccles. & per Ias.in d.l.de quibus, colum.3. & Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, quæstio.8.vers.sed hunc primum casum, de consti. & Abb.ibi in fine, & consil.6. casus, primo volum. & Alex. consil.110.statutis,& consil.sequen.secundo volumin.* & licèt glo. *in cap.nouit, in verbo,quicunque, ad fin.de iud.* dicat quòd ecclesia potest acceptare legem in sui fauorem inductam, sed contra se eam recipere non tenetur: quam gloss. sequuntur ibi Innoc.Abb.& alij,& similis est glo.*in cap.2. in glo. vltim. in fin.de mutu.peti.* quòd quis non tenetur acceptare contra se illud, quod ad eius petitionem non est ei concessum, & idem dixit gloss.*in authent. quas actiones,in verb.excluduntur, vbi Bartol. de sacrosanct.eccles.* tamen procedunt d.glo. quando aliquid est concessum ecclesiis in specie in eorum fauorem,& priuilegium,quia fauor in odium non debet retorqueri,*vulg.l.quod fauore, de legi.* at limitatio ista procedit in his, quæ in specie, & principaliter non sunt cõcessa in fauorem clericorum, sed singulariter in statutis laicorum.

Fallit tertiò etiam,vt non procedat, quando causa agitaretur inter clericum,& laicum,quia sicut tale statutum non obseruaretur pro laico contra clericum, sic & clericus non poterit eo vti,vt pulchrè tradit Aret.*consil. 45. visis articulis, & tradit etiam Abb.in c. quod clericis, de foro compet.colum.9.versicu. si verò statutum.* & licèt Aret. vbi suprà loquatur, quando causa vertitur coram ecclesiastico, tamen idem videtur, quando coram seculari, quia Abb.indistinctè loquitur.

8 ¶ Quòd autem † dictum est, statuta laicorum non ligare clericos,limitatur, quando clericus ageret coram seculari,quia statutis laicorum disponentibus circa ordinem iudicij ligarentur, vt tradit glo. & omnes Scrib. & maximè Maria. Soc. post Abb. *in c.quod clericis, de foro compet. & Abb.idem dicit in c.1. in primo not. de constit. & omnes in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. vbi latè Felin. colum. 16. vers.septima declaratio,& colum.29.versi.tertius casus, & Cum. d.consi.130.P. laicus.* Ideo si clericus litigaret coram laico ligaretur statuto de compromissis faciendis inter consanguineos, quia tale compromissum est de ordine iudicij,& processu litis, vt inquit Bald.*in l.si iudex, in fi.ff.de his,qui sunt sui vel ali. & in l.1.in fine, Cod. quæ sit longa consuet. & ita consuluit Corn.consil.114.quamuis primo aspectu,in secundo volum.& quamuis Bald.in cap.cùm venissent, columna tertia, de eo, qui mit.in poss.rei seru. cau.* quem etiam videtur sequi Alex.*consil.210.ponderatis,colum.1.in secundo,* contrariũ sentire videtur, tamen non loquitur, quando clericus coram laico litigaret,vt nos loquimur.

9 ¶ Circa † quæ hoc omnino notandum, quòd statutum dans formam, & modum probationibus, non videtur de ordine processus, & iudicij, sed videtur potius prospicere decisionem causæ, ita Bartol.*in l.ictus fustium, in vltima quæstione, Codic.ex quibus causis infa.irroge. & Bald.in l.prima, ad finem, quæ sit long consuetud. & Aret. in cap. dilecti,columna penult.de iud.& Felin. in cap.quod clericis,in fin. de foro compet.& Calcan.consil.2.colum.24. Cuman.dict.consil. 130.& Aretin.consilio 45. visis articulis, & Alexand. consilio 167. viso processu,secundo volum.Andr.Sicul.consilio 31.benè etenim,pe. colum.in 3.volumine.*

10 ¶ Sed tamen † quòd statutũ Bononiense disponens, quòd creditum vltra 100. lib. non possit per testes probari, non liget clericos etiam litigantes in foro seculari, etiam si tale statutum simul cum aliis generaliter sit confirmatum à Papa, tenet Alex.*consil.210. ponderatis his, col.4.versi.accedit prædictis,nu.12.in 2. & latius Paris.consil.106. ad confirmationem colum.1.in 3.*

11 ¶ Limitatur † & secundò,quãdo statutum disponeret circa solennitatẽ adhibendã tempore contractus, quia ligabit-

ligabit etiam clericos contrahentes. ita Abb. in repet. c. *ecclesia sanctæ Mariæ, antepen. colum. de constit. & in dict. cap. quòd clericus, de foro compet. colum. 7. vers. ego verò*, vbi etiam Aret. *col. vlt.* vbi etiam Andr. Sicul. & Fely. *in c. 1. col. 11. de sponsal. & in d. c. ecclesia, in 8. q. vers. quartus casus.* & Federic. de Sen. *cons. 85. statuto ciuitatis Perusinæ.* & Paul. *cons. 159. in præsenti causa visis, in fi. in antiquis*, & Alexan. *cons. 93. visis & ponderatis, 2. vol. & cons. 209 statutis, eo.*

12 Limitatur † tertiò, vt procedat quando statutum dirigeret verba in personas, quia tunc verè non ligat clericos, secus si dirigeretur in rem; quia tunc & clerici ligabuntur, si de re illa contrahant. ita Abb. in dict. c. *quod clericis, col. 8. & in repe. d. c. ecclesia, col. antepen.* vbi Felyn. *q. 8. vers. quintus & vltimus casus, & etiam in quæst. 15.* & Paris. *cons. 40. nu. 8. in 3.*

13 Limitatur † quartò, quando statutum iniecisset vinculum ante clericatum: quia licet post efficeretur clericus, tamen ligaretur illo statuto, ideo si stet statutum, quòd primogenitus excludat secundogenitum, si postea secundogenitus efficiatur clericus, ligabitur illo statuto, vt tenet Abb. in d. c. *quod clericis, col. 9. de foro compet. & in d. c. ecclesia, col. vlt.* & idem tenet Io. Andr. *in regula, sine culpa, in fi. in mercur.* & Fely. in d. c. *ecclesia, q. 15.* & Paul. *cons. 339. ad primum, in 3. dub.* similiter & statutum, quòd extantibus masculis fœminæ excludantur, excludet fœminam factam monialem post statutum. & hanc dicit communem Are. in d. c. *quod clericis, in fi.* quamquam in hoc exemplo Alex. *cons. 211. col. pen. vol. 2.* videatur tenere contrarium, asserens rationem differentiæ inter hunc casum & casum præcedentem de primogenito.

14 Limitatur † quintò, vt non procedat circa ea, quæ sunt laicorum, licet & in aliqua parte spectent ad clericos, vt circa bona emphyteutica ecclesiarum: quia quoad vtile dominium, quod spectat laicis, seruabuntur statuta laicorum, vt per Andr. de Iser. *in c. 1. quæ sint regal. cum pluribus concord.* de quibus per Alex. *cons. 9. ponderatis, col. 1. in 5. col. 101. visis, in pen. col. in fin. in primo.* nam & in materia feudorum seruantur statuta & consuetudines laicorum, vt per Hostiens. Anton. & Abb. in d. c. *quod clericis, de foro compet.* vbi Abb. *col. 5. vers. quandoq; causa agitur coram sæculari, & not. in c. cæterum, de iudi. & in c. verum, & in c. ex transmissa, de foro compet.* & latè Paris. *cons. 1. nume. 145. in 2. & cons. 21. nu. 62. eod. volum. & cons. 22. nu. 85. eod. volum.*

15 Limitatur sextò, † quando statuta laicorum essent in specie approbata per summum Pontificem, vt concludit Felyn. post alios in c. *ecclesia sanctæ Mariæ, in 2. not. nu. 3. de const.* vbi etiam Dec. *num. 18.* qui plura allegant etiam in criminalibus, vt in crimine hæresis, est tex. apertus *in c. vt inquisitionis, in prin. de hæreti. in 6.* & per plura in specie ista consuluit Paris. *cons. 2. Et si. numero 138. & sequent. in quarto volum.*

de Principe. 16 ¶ Secundo statuta † non ligant Principem, quia inferior non habet potestatem in superiorem, *c. cum inferior, de ma. & obe. cum simil.* & in specie consuluit Roman. *cons. 59. ad discutiendum, colum. 3.* & Ioan. Andr. in addit. ad Spec. *in tit. de instru. edi. §. porrò, in addi. in vers. hæc subscriptio, in ver. mulieres*, & declarat Bald. *in auth. hoc amplius, col. 2. C. de fideicom.* & quòd non ligent Papam, tradunt omnes in c. 1. *de constit.* vbi Fely. & Dec. *nu. 18. & 19.* imo non ligatur etiam statutis præcessorum suorum, vt ibi concludunt, & Paris. *cons. 2. Et si, nu. 142. & seq. in 4.*

de Papa. 17 ¶ Quæ extenduntur † etiam, si princeps ipse confirmasset dicta statuta, vt tradit glos. *in c. vlt. de consue. in gloss. magna, in 4. requisito*, vbi etiam Curt. *num. 649.* & Felyn. *in c. 1. col. 9. de constit. in vers. 4. declaratio.*

de Delegato. 18 ¶ Secundo extenditur, † vt procedat nedum in Principe, sed nec etiam in Delegato à Principe, quia sicut Princeps non tenetur seruare statuta, etiam si delegatio fieret ordinario: ita pulchrè Bald. in c. *licet, in fi. de offi. ordin.* refert & sequitur Fely. *in c. cum dilecta, col. 19. vers. limita quartò, in fi. de rescript.* quod tamen intellige verum, quòd non tenebitur seruare statuta ciuitatis disponentia circa iurisdictionem, quia intelliguntur de ordinaria, sed bene tenebitur seruare statuta respicientia iustitiam & decisionem causæ, vt expresse videtur sentire Bald. in d. c. *licet*, & clarè Angel. & Alex. in l. *ex imperfecto. C. de testam. per text. ibi cum gloss.* & tradunt etiam Io. Andr. Anto. & Imol. & Barbatia. in rubrica *de consuet.*

19 ¶ Limita † tamen prædicta, nisi tale foret statutum, quòd inniteretur naturali æquitati: quia licet Princeps non teneretur statuto, teneretur tamen naturali æquitate. ita Bald. *in c. 1. §. vlt. qui feu. dare pos. sequitur Laud. in tract. de Princip. q. 287. & 305.*

de Statuentibus. 20 Tertio non ligabunt † statuta ciuitatis ipsam ciuitatem in vniuerso, licet ligent ciues vt singulos, quia statuta non ligant statuentes, vt declarant Bald. & Floria. per illam text. *in l. venditor, §. si constat, ff. commu. prædi.* & Ioan. Andr. *in regula, cui licet, in Merc. in 6.* & Ang. & Paul. & Alex. *in l. 1. in prin. ff. quod quisq; iur.* vbi Ias. *nu. 6.* & Abb. cū quo transeunt cæteri, *in c. ex literis, in pen. not. de constit.*

de Forensibus. 21 ¶ Quarto statuta † regulariter non ligant forenses, sicut nec consuetudo, *c. vt animarum, de constit. in 6. not. in l. vlt. de iurisd. omni. iudic. & in c. certificari, de sepultur. & in c. quæ contra. 8. di. & omnes in rubrica de consuetu. & in l. de quib. ff. de legi. & in l. cunctos populos*, C. *de summa Tri. & fid. catho.* & Bart. *in tracta. represal. in 5. q. prin. & in not. q. tradit Ang. cons. 73. quòd dicta actio*, & Paul. *cons. 353. statutum, in antiq.* & Roma. *cons. 222. ista captura*, & Albe. *in prima parte sta. q. 9.* & latissimè Crot. in repet. l. *omnes populi, de iusti & iure, nu. 158. cum plur. seq.* & statutum loquēs de ciuibus & subditis, non extenditur ad forenses, Paris. *num. 12. in præsenti, num. 10. in 3. vbi etiam num. 11.* quòd statutum disponens prohibēdo, & impediendo personas, non comprehendit forenses, *ibi latè.*

22 Amplia † primo, vt procedat etiam respectu rerum existentium extra territorium, quia statutum ad illas non extenditur, vt per Bart. in d. l. *cunctos populos, col. 10. C. de summa Trin. & fid. cathol.*

23 Amplia † secundo, etiam si forenses possiderent bona in loco statutorum, dummodo tractaretur de onere, quod imponeretur personis pro rebus, vt sunt collectæ, *l. munerum, §. patrimoniorum, ff. de mun. & hon.* Aret. *cons. 132. in causa. quæ vertitur.*

24 Amplia † tertio, etiam si res forensis esset apportata in loco statuti, dummodo contra eius voluntatem, ideo non subiacebit statuto volenti, quòd res furtiua capta à Iudæo non restituatur domino sine pecuniis, Abb. in *c. quod clericis, col. 9. vers. sic & ex hoc infero, de foro comp. Crem. singul. 81. pone, Iudæi.*

25 Amplia † quarto, quòd neque beneficio ipsorū statutorum possunt vti forenses, etiam in materia successionum, vt per Bart. in tracta. represal. *in 5. q. prin. & in l. cunctos populos, Cod. de summa Trin. & fid. cathol.* & per Ang. *cons. 73. quòd dicta*, & per Alex. *cons. 44. colum. 4. vers. cum ergo, in 5. vol. cum concor. de quibus per Paris. cons. 12. in præsenti, nu. 24. & seq. in tertio.*

26 Limita † primo, quando forensis faceret aliquem actum in loco statuti, quia non ad illum actum ligabitur statuto, *d. c. contra mores. 8. dist. in ver. peregrini. & in c. illa. 12. dist.* tradunt. Innoc. Bal. Anto. Imo. & Sicul. in rubr. *de consuetud.* Aret. *cons. 11. procedendum, col. vlt. inferunt Scrib. in locis prælegatis*, quòd contrahens in loco aliquo, subijcitur statutis illius loci quo ad illum contractum, iuxta l. *si fundus. ff. de euict.* pariter & delinquens in aliqua ciuitate ligatur statutis illius. Bar. quē ibi omnes sequuntur, *in l. de quibus. ff. de legib. in 5. q. prin.* & tradunt Bartol. & cæteri in d. l. *cunctos populos.*

27 Limita † secūdò respectu bonorum forensium sitorum in loco statuti, quando statutum ipsum disponeret circa bona, vt per Bart. *in d. l. 1. col. 6. C. de summa Trin. & fi. cath.* & per Alex. *cons. 44. Alphonsus, col. 2. in 5.* & Fel. in d. c. *ecclesia Sanctæ Mariæ, columna 30. ver. quintus & vltimus casus, de constitut.* & Abbas in dict. capit. *quod clericis, de foro competen. colum. 7. versic. quandoque statutum concernit rem*, & plura

& plura ad hoc congerit Crau. *consi. 291. præsupponitur, nu. 14. & seq. pluribus. vbi latè.* secus si disponeret circa personas, quia non ligaret forenses etiam quo ad bona ibi sita, vt latè per Alber. Bru. in tract. *de statu. excl. fœm. in 6. artic. prin.* & per Paris. *consi. 53. Dominus Hieronymus, num. 86. in 3. volum.*

Limita tertiò, vt non procedat in statutis disponentibus circa ordinem iudicii, quia forenses litigantes in eo loco tenebuntur dictis statutis, licet secus in decisiuis, vt per glo. & omnes in d. c. *quod clericis, de for. compet.* Bald. *in l. 1. C. de constit. pecun.* & Seueri. in repet. *l 1. Cod. de summa Trin. colum. antepen.* & Felyn. latè in d.c. *ecclesia Sanctæ Mariæ, colum. 17. versi. septima, declaratio. colum. 29. vers. tertius casus.* & Calcan. *consi. 2. faciunt, quæ dicta sunt in prima conclusione huius cap. de clericis, in prima limit.*

28 Limita † quartò respectu successionis bonorũ, quæ competunt forensi, quia quo ad successionem illam ligabitur etiam forensis statutis illius loci, in quo bona sunt sita, vt tradunt omnes *in d. l. 1. C. de summa Trin.* & Ioan. de Ana. *in consi. 4. in 3. dub.* & Paul. *consi. 377. super istis dubiis, in antiq.*

29 Limita † quintò, nisi extaret expressum statutum, ꝙ forenses ligarentur statutis, quia valeret tale statutum, vt per Bart. *in l vnica. C. de auro corona. lib. 10.* & Alex. in addit. ad Bartol. *in l. 1. Cod. qui profess. vel æta. excus. lib. 11.* & Barto. *in l prima, Cod. de mul. & in quo loco.* & Bald. *inl. etiam Cod. de execut. rei iudic.* Abb. *in c. 2. colum. 7. versi. secunda conclusio, de immu. eccle.* Alex. *consi. 101. visis, colum. 3. in primo.* & Aret. *consi. 132. in causa, quæ vertitur. col. 2.*

30 Limitatur † sextò in oriundo ex loco statuti, licet alibi domicilium haberet, quia si in loco originis reperiatur, ligatur statutis dicti loci originis. ita Imo. & Maria. *in c. sanè. il primo. de foro compet.*

de Subditis extra Territorium existentibus.

31 ¶ Quinta sit conclusio, † quòd statutum non ligat subditos extra territorium, *c. vt animarum, §. 1. de const. in 6.* vbi quòd statutum furtum puniens non ligat subditum furtum facientem extra territorium, quia statuta non ligant subditos extra territorium tam circa contractus, quàm circa delicta, vt docet Bart. *in l. 1. C. de summa Trin. in penult. colum. & omnes in l. vlt. de iurisd. omn. iud.* & hanc dicit communem Fel. in c. *à nobis. il primo, de sent. excomm.* & Alex. *consi. 111. ponderatis. 1. vol.*

32 Amplia, † vt procedat etiam quo ad bona subditorum alibi existentia, quia ad ea non extenduntur statuta: vt per Bart. quem ibi sequuntur omnes *in l. 1. C. de summa Trin. col. 10. ver. sed posset dubitari.* & latè Alex. *consi. 16. viso titulo quæstionis. & consi. 128. consideratis, in primo. & consi. 31. viso, eod. vol.*

33 Limita † primò, nisi actus haberet ortum in territorio, vt si extat statutum, quòd nullus mercetur, vel tale quid agat extra ciuitatem: nam subditi etiam extra ciuitatem id facientes punientur, vt declarat Gemin. in dict. c. *vt animarum, de constitut. in 6.* & ibi etiam Philipp. Franc. & not. Bart, & Bal. *in l. vlt. C. de commer. & mercat.*

34 Secundò limita, † quando statuta respicerent res existentes in territorio, quia tunc comprehendet subditos, vbicunque sunt respectu dictarum rerum. ita Gemin. in d.c. *vt animarum.* & Bart. *in d. l. 1. C. de summa Trin. in in 6. col. versi. quartò quæro. & col. 7. ver. sextò est videndum, per l. rescripta, §. vlt. de muner. & honor.*

de Testamentis minorum.

35 Tertiò limita, † quando statutum contineret prohibitionem fauorabilem respectu fragilitatis, vel consensus, vt si extaret statutum, quòd minor vigintiquinque ann. non posset condere testamentum: nam licet faciat testamentum extra territorium, ligabitur tali statuto. Bart. *in dict. l. 1. C. de summa Trin colum. 7. in 6. quæst. quia aliàs de facili fieret elusorium dictum statutum.* idem tradit Roman. *consi. 39. in proposita quæstione.* Capra *consi. 21. cum de duobus quæratur.* Alexand. *consi. 41. visis, in quinto.* & Sicul. qui dicit hanc esse communem. *consi. vltim. columna 16. in tertio.*

36 Quartò limita, † nisi extaret statutum speciale, quod subditi extra territorium delinquentes, vel contrahentes puniantur, vel subiaceant statutis dicti loci, quia tale statutum valeret, & tunc tenerentur. ita Bart. *in d. l. 1. C. de summa Trin. quæst. penult. & in quæst. 8. versi. aliquando ciuis, per l. 2. ff. de euictio.* & idem Bartol. in l. *mercatores. Cod. de commer. & mercat.* & Roman. *d. consi. 39. per text. in l. vltim. de de decre. ab ord. facien.* & per Alexand. *dicto consi. 41. visis, in quinto. & consi. 111. ponderatis, in primo.* licet ibi referat aliquos tenentes contrarium.

37 Quintò limita, † vt non procedat quo ad statuta disponentia circa ordinem iudiciorum & processuum, quia tunc illis ligabuntur subditi etiam respectu eorũ, quæ extra territorium egerunt. ita Bart. *in d. l. 1. quæst. pen. C. de summa Trin. per text. in l. 3. in fin. ff. de testam. & l. 2. ff. quemad. testam. aper. & dictum fuit supra in prima conclusione huius cap. de Clericis, in prima limitat. & in quarta conclusio. in secunda limitat.*

38 Sextò limita, † quando subditus habitans extra territorium vellet vti statuto fauorabili ciuitatis suæ, vel priuilegiis patriæ suæ, quia potest, vt tradit Bart. in l. *Imperatores. §. idem rescripserunt ff ad municip.* & plenè And. Sicul. *consi. 73. Magnanimus. 4. vol.*

39 Septimò limita, † quando delictum extra territorium committeretur per subditum cõtra patriã suam & ipsam ciuitatem, & non contra certam personam, quia quoad hoc ligabitur statutis patriæ suæ.

40 Octauò limita † quo ad voluntariã iurisdictionem: nam sicut iudex potest extra territorium suum exercere iurisdictionem inter subditos, ita & statutum quo ad voluntariam iurisdictionem ligabit subditos extra territorium, iuxta *l. 2. ff. de offi. proconf. & leg. gloss.* Abb. & alii in c. *nouit. de offi. lega.* quod tamen intelligendum est, nisi illud, quod esset expediendum, competeret non iure communi, sed iure speciali, vt est text. iuncta gloss. *in c. statutum, de præbend. in 6.* & tradit Roman. *singul. 40. incipien. tu habes. & Boer. decisio. 30. quæritur,* Crot. in repet. l. *omnes populi, nu. 160.*

de Infantib. Minoribus, Mulierib. Absentib. Furiosis.

41 Sexta conclusio, † quòd statuta ligant infantes, minores, mulieres, absentes, & furiosos, & similes, vt per Bart. in l. *de quibus. ff. de legibus.* licet ipsi non interueniant in condendis statutis, gloss. magna post med. *in l. 2. C. quæ sit lon. consuet. per text. in l. sine hærede. §. Lucius. ff. de admin. tut. l. Diuus. ff. de offi. præsi. l. 3. ff. de parric.* & tenet Bart. *in dict. l. 2. quæ sit longa consuet. quæstio. 32.* & Bald. *in l. vlt. ff. de in integ. rest. min. & consi. 441. visis statutis. colum 3. 5. volum.* & Salic. *in l. 1. C. quæ sit longa consuetu. ad fin. vbi dicit hanc esse communem.* & not. Abb. in cap. *constitutus, de in integ. restitut. in 8.* not. & And. Sicul. *consi. 44. illud afferam. in vltim. dub. in 3. volum.*

42 Limitatur † tamen hæc conclusio, nisi statutum puniret aliquid, quòd de iure communi non esset punibile, quia hoc casu non ligabitur minor & cæteri, de quibus supra. nam cum regula sit, quòd homicidium casu perpetratum sit impunibile. *l. 1. C. de sicar.* tamen si statutum sit in contrarium, minor non comprehendetur, *c. 2. de delict. puer.* hoc fuit singulare dictum Rom. *sing. 816. incip. tu audisti. & consi. 120. circa primum.* vbi consuluit, quòd statutum quoddam mandans carcerari debitorem in casibus à iure communi non permissis, non comprehendit minores. idem etiam consuluit Barbat. *in consi. 6. in primo dubio, in 4. vol.*

de Iudæis.

43 ¶ Septima conclusio, quòd statuta ligant etiam Iudæos, vt per Bald. in l. *spadonem. §. iam autem. ff. de excusat. tutor.* & latè in statuto pœnali consuluit And. Sicul. *consi. 63. illud in medium licet adducere, in quarto volum. & consi. 15. clementissimi, in princip. 1. volum.* & Socin. *consilio 70. & consilio 62.*

44 Limitatur † tamen prædicta conclusio, nisi lex Mosaica repugnaret, quia inter eos in primis lex Mosaica seruanda, vt per Card. *consi. 30. in tit. de testam.* & Barb. *consi. 65. illud in medium, in tertio.* quod quidẽ videtur procedere etiã in criminalibus, vt scilicet si pro aliquo delicto lex Mo-

lex Mosaica imponat vnam pœnam, & statutum aliam, quòd inter ipsos Iudæos seruabitur pœna legis Moysis, quia rationes Cald. militant etiam in criminalibus. & tradit Fel. in c. *1. num. 45. de const.* & Curt. in c. *vlt. de consuet. nu. 754.*

de Mercatorum statutis.

45 ¶ Octaua cõclusio, † quòd statuta mercatorum, quæ proculdubio tenent inter eos ipsos, ligant etiam litigantes in alio foro, quàm coram suis iudicibus, & etiam in foro ecclesiastico, dummodo verba dicti statuti non sint directa ad iudices speciales ipsorum mercatorum. ita pulchrè Bald. & Salic. in l. *2. C. de constit. pecun.* vbi etiam Paul. de Cast. & latius Seueri. *in repet. l. omnes populi, de iust. & iur. nu. 12.*

de Ciuibus allectis & priuilegiariis. de Scholaribus.

46 ¶ Nona conclusio † sit, quòd statuta non ligant eos, qui per priuilegium facti sunt ciues, in quantũ dicta statuta concernant incommodum eorum contra priuilegia, quæ prius habebant, vt si per statutũ scholares habeantur pro ciuibus, non tamen ligabuntur statutis de soluendis gabellis, & subeundis oneribus, & aliis præiudicialibus. ita Bar. in l. *3. §. si emancipatus. ff. de bon. pos. contra tab.* & Bald. in auth. *habita, in 1. colum. C. ne fil. pro pat.* & probat opti. text. in l. *vltima. C. de præpos. agen. in rebus, & in l. 1. C. de honora. vehic. lib. 11.* & vtrobique Bartol. & latius Seueri. in repetit. dictæ leg. *omnes populi, numero 92. & sequent.*

de Exẽptis.

47 ¶ Decima conclusio fiat, † quòd statuta non ligant exemptos per priuilegium, etiam si statutum haberet clausulam, non obstantibus, vt concludit Bart. in l. *placet. col. penult. vers. item quæ personæ. C. de sacrosanct. eccles.* quia nunquam videtur derogatum priuilegiis, nisi de eis specialis fuerit facta mentio. tex. & gloss. in l. *3. C. de silen. lib. 12.* quam dicit singularem Bald. in cap. *1. in fin. quo temp. mil & in l. non plures. C. de sacrosanct. eccles. & in l. vlt. C. si contra ius, vel vtil publ. & not. in cap. cum ordinem, de rescrip* & in specie consuluit Alex. *consi. 101. visis, in prima colum. in fin. in versic. fortificantur prædicta.* & Paris. *consilio 25. numero 38. in primo.*

de Ignorantib.

48 ¶ Vndecima conclusio constituitur, † quòd statuta regulariter non ligant ignorantes, maximè si sint pœnalia, quia pœna tenetur quis respectu delicti, sed ignorans non dicitur delinquere. *cap. in lectum. 23. quæst. 2. cap. si verò, de sent. excom. l si quis ignorans ff. loc.* ideo scripsit Bal. *in l. data opera. Cod qui accu. non poss.* quòd ciuis nouus, qui scilicet nuper venit ad habitandum in ea ciuitate, iustam habet causam ignorantiæ statutorum ipsius, allegat l. *& qui cum vno. §. final. de re mil.* idem tenet Roman. *consi. 92. præpositæ consultationis.* scientiam enim, & non ignorantiam volumus obligari, inquit text. *in l. generali. C. de tab. lib. 10.* & probat text. *in l. vltima, de decre. ab ordi. facien & in l. Methrodorum, ff. de pœn. & in l. prima, circa finem. C. de fal. mo. & in l. communitatem. §. dominus. ff. de pub.*

49 ¶ Limitatur † tamen prædicta conclusio, nisi statutum fuisset publicatum, & lapsum tempus, quo incipit ligare, nam tunc ignorantia non excusat, *clemen. 1. in fin. vbi glo. vltima, de conces. præben. l. causam. §. verum. de electio. cap. 1. §. 1. de foro competen. cap. 1. de postul. prælat. cap. vlt. qui matrim. accusa. poss.* nam tali casu præsumitur quilibet habere notitiam eorum, quæ publicè facta sunt, & publicata. c. *quod dicitis. 16. distinct. cum concor.* ibi alleg. in glos. & not. Abb. in cap. *quosdam, de præsumpt.* & tradit Roman. *consi. 59. ad discussionem, in 3. dub.* & est gloss. communiter approbata in l. *si tutor petitus. Cod de peric. tut.* Ias. *in §. si quis agens, num. 8. in fin. Inst. de action.* idem quando fama extaret publica de tali statuto. Alexand. *consi. 79. num 3. in tertio.* & Bart. *in l. 1. §. in pari. ff. de arb.* & latè Gramm. *decis. 36. num. 16. & seq.*

50 Secundò limitatur, † nisi foret ignorantia affectata, quæ contra haberet præsumptionem, quia non excusabit, *cap. eos. vbi Gemi. de temp. ordin. in 6. glos. in cap. proposuisti. in verbo, non probatur. 82. distinct.* Roman. *consil. 481. præsentis consultationis.* tali enim casu probari non potest ignorantia per iuramentum, vt ibi per Roman. *colum. vlt.* & per Alexand. *consi. 71. videretur, colum. 1. in princ. & facit text. in l. qui contra. Cod. de incest. nupt.* & consuluit Paul. *consi. 295. viso suprascripto, in 1. colum. 1. volum.* & in specie est gloss. *not. in clem. 1. in verb. scienter. de consanguim. & affin.*

51 Tertiò limitatur, † nisi fuisset in culpa, & negligentia non inuestigando, & perquirendo, an contra eum actum extaret aliquod statutum, iuxta text. *in l. 3. §. sed si sic. ff. de in rem verso. l. qui hominem. §. si nullo. ff. de solut.* & pulchrè Paul. *consi. 295. viso, & præscripto, col. 1. in primo. & consi. 168. viso puncto. circa fin. in secundo.* & Cranet. *consi. 225. de tribus. num. 8.*

Quartò limitatur, quando in statuto adesset clausula decreti, vt quia annullaret omnia in contrarium facta, *cap. 1. de conces. præben. in 6. cap. postquam, de præben. in 6. gloss. in cap. eo tempore. per illum text. de electio. in 6.* not. Abb. in cap. *cæterum, in vlt. colum. de rescript.* & hanc limitationem tradunt Anto. & Imol. in cap. *cognoscentes, de consti.* licet contrarium videatur tenere Card. *in clem. 1. in 18. q. de elect.* de quo vide per Crot. in l. *omnes populi, de iustit. & iur. num. 70.*

52 Quintò limitatur, † nisi statuta prohiberent allegari posse ignorantiam: nam tale statutum valet, & seruandum erit, vt per Bald. in l. *Diuus, in prin. ff. de falsi.* & per Bald. *in l. 1. ff. de legibus.* & Abb. in cap. *ad falsariorum, in prin. de crim. fal.* & Bald. *in l. 1. in 3. colum. versi. item dicta constitutio. C. de cad. tollen.* quod tamen statutum intelligendum erit de ignorantia crassa, non probabili, vt per Salic. in l. *ita nobis pudor. C. ad legem Iul. de adult.* & per plura hoc idem tenet Crot. in d. l. *omnes populi, nu. 71.*

53 Sextò limitatur prædicta conclusio † quo ad statuta concernentia commodum, & vtilitatem alicuius: nam prosunt etiam ignorantibus, vt si stet statutum, quòd quis capiens bannitum lucretur centum, nam etiam ignorans tale statutum, si ceperit bannitum, habebit dictum præmium, vt per Bart. in d. l. *omnes populi, num. 38.* vbi Crot. *nu. 71. circa fin. in ver. secunda conclusio.*

54 Notandum tamen † postremò, quòd licet aliàs ignorantia præsumatur, nisi probetur scientia, iuxta l. *verius. ff. de probatio.* tamen in statutis secus est, quia quilibet maior præsumitur habere scientiam statutorum loci, in quo habitat, vt per Bald. in l. *leges. C. de legi. cap quosdam, & c. quanto, de præsumptio.* not. Scriben. in cap. *ignorantia. & in cap. præsumitur, de reg. iur.* & per Bart. in l. *is potest ff. de acquir hæred. cum simil.* de quibus per Alexand. *consi. 165. dubitatur. col. 2. nu. 3. 6. volum.*

55 Item etiam aduertendum, † quòd dato, quod præsumatur scientia, tamen poterunt restitui ex capite ignorantiæ, si probabitur iusta ex clausula, si qua mihi iusta causa extiterit, vt not. Innocent. Anton. & alii in rubr. *de consuet.* vbi etiam Sicul. *col. 14.* & tradunt etiam omnes *in l. 1. Cod. de summa Trinit.* & Aret. *consilio 11. columna 3.*

## CAP. XXXVI.

## *de Reformatione statutorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Statuta cum per viam confirmationis addendo, vel corrigendo Reformantur, noua dicuntur, vt futura tantum comprehendant: nihil verò addito, vel correcto, præterita quoque comprehendant.*

2 *Reformare est sub alia forma reuocare.*

3 *Reformationes statutorum vt ligent, duo requiruntur, & quæ quibus si careant, Potestas statuta iurans non ligabitur.*

4 *Reformandi statuta in generali potestate data est mandati forma attendenda.*

5 *Reformatio si antiquum statutum in aliquo corrigat, in expresso tantum intelligitur correctum.*

6 *Reformationes statuta corrigentes, quare magis ab illis reformatis, quàm à iure communi Interpretationem recipiant.*

7 *Reformationes post statuta edita etiam illis derogantes, seruandæ sunt.*

8 *Refor-*

8 *Reformandi ſtatuta, poteſtas certis perſonis mandari poteſt, vt à populo facta reformatio cenſeatur, valeatq; niſi limites datos exceſſerint.*

9 *Reformandi ſtatuta intelligitur conceſſa poteſtas, dummodo iuſta euidentiq; cauſa id fiat.*

10 *Reformatio vt liget, oportet quod vſu poſtea recepta fuerit.*

11 *Reformatores an poſſint in totum tollere ſtatutum, vel contrarium facere.*

12 *Reformatio an tollat ſtatutum, ſi non facit de eo expreſſam mentionem.*

13 *Statuta an ſint Suſpenſa, ſtatim data poteſtate reformatoribus.*

14 *Reformandi poteſtate data, an pro vna vice, vel pluribus videatur data.*

15 *Statutis Correctis, vel Reuocatis, an intelligantur Correcta, vel Reuocata etiam Reformationes.*

1 ALIQVANDO † reformantur ſtatuta per viam confirmationis nil addito, vel correcto, & iſto caſu comprehendũt etiam præterita, *l. Aurelius. §. ſi teſtamento. ff. de lib. leg.* Aliquando reformantur addendo, vel corrigendo, & tunc dicuntur noua ſtatuta, & ideo non comprehendunt præterita, ſed tantum futura, ſed incipiũt ligare, vt ex tunc, vt in auth. *vt fac. nouæ conſtit. §. vltim.* vbi Iac. de Belui. ita Bald. in l. *ius autem ciuile, nu. 2. ff. de iuſt. & iur.*

2 ¶ Reformare † autẽ eſt reuocare ſub alia forma, vt probat text. in l. iuris gentium. §. *adeo. ff. de pact. in verbo, reformari. & in l. præcipiunt ædiles. ibi, reformare.* & ad ſuos mores formare. *ff. de ædil. edic. & in l. 1. §. & cum triplici. ibi, tollitur, vel reformatur. C. de caduc. tollen.* & tradit Dec. in l. *lecta, in prin. ff. ſi certum pet.*

3 ¶ Et nota, † quod ad hoc, vt reformationes ſtatutorũ ligent, duo requiruntur. Primò, quòd ſint factæ ab his, qui ſtatuta cõdiderunt, vel à ſuperiore. Secundò, quod ſint redactæ in volumine ſtatutorum, aliàs dicuntur extrauagantes reformationes, quæ non ligant præſertim ignorantes, & ideo Poteſtas iurans ſeruare ſtatuta, non ligabitur his & ſimil. reformationib. extrauagantibus, vt pulchrè declarat Bald. in c. *in cauſis, in fin. de re iudic.* & tradit Angel. in l. *omnes. C. de petitio. bono. ſubla. lib. 10.* & Iaſ. in l. *omnes populi, in 1. lect. num 8. & 9. ff. de iuſtit. & iur.* & tradunt etiam Scriben. in cap. *ſtatutum, de reſcript. in 6. & glo. in cap. in ſumma. 19. diſt.* & Bartol. in l. *1. Cod. de exact. trib. lib. 10.* & in ſpecie reformationis, licet omnia prædicta non alleget, conſuluit Pariſ. *conſilio 47. ſi conſideramus, nume. 37. in tertio.*

4 ¶ Sciendum tamẽ, † quod in generali poteſtate data reformandi ſtatuta attendenda eſt forma mandati, & ea diligenter ſeruanda, iuxta l. *diligenter. ff. mandati. & l. non diſtinguemus. §. ex compromiſſo. ff. de arbitr.* ideo nũquam intelligetur conceſſa poteſtas derogandi conſtitutionibus editis à Principe, neque poterunt approbare ſtatuta inhoneſta. ita in ſpecie Seueri. in repet. l. *omnes populi ff. de iuſtit. & iure, num. 8.* & tradit latè Bart. in l. *ambitioſa. de decre. ad ordi. facien.* & per eundem, & alios Scrib. *in prima conſtit. Cod.* & per Anch. & alios in proœ. *6.* & in d. l. *dotalem. ff. de teſtam.*

5 ¶ Item notandum, † quod ſi reformatio corrigit in aliquo ſtatutum antiquum, in illo tantum expreſſo intelligitur correctum, in aliis autem omiſſis à reformatione ſtabitur ipſi ſtatuto antiquo, non autẽ iuri communi, quia in non correctis dicetur confirmatum prius ſtatutum, iuxta l. *ſancimus. cum ibi notatis. Cod. de teſtament.* nam ſicut caſus omiſſus à ſtatuto decidẽdus eſt ſecundũ terminos iuris communis, ita & caſus omiſſus à reformatione remanet in diſpoſitione ſtatuti reformati, argumen. d. l. *ſancimus. & l. præcipimus. Cod. de appell.* & ita in ſpecie tenet Paul. de Caſt. *in ſecunda conſtit. Cod. col. 1. & in l. 1. C. de nouo Cod. confirm.* aſſerens ſe ita conſuluiſſe, & ita quoque in terminis conſuluit Pariſ. *conſi. 56. agitur. nu. 23. cum pluribus ſeq. in 1. volum.* & per reformationem nunquam intelligitur derogatum primo ſtatuto reformato, niſi id expreſſe dicatur, *vt ibi tradit ipſe, nu. 28.* nam non eſt abſurdum, quòd reformatio in parte corrigat, & in parte non, *vt ibi etiam per eundem, nu. 23.*

6 ¶ Quare † tales reformationes magis recipiẽt interpretationem à ſtatutis reformatis quàm à iure communi, quia in habentibus ſymbolum facilor eſt tranſitus, vt in ſpecie cõſuluit Pet. de Anch. *cõſ. 94. iſta Domina in ver. non obſt. cum ſim. de quibus per Dec. conſil. 65. & pro tenui, nu. 4. & conſ. 301. in cauſa, num. 10.* & ſequitur in terminis reformationum, Pariſ. *d. conſi. 56. nu. 27. in primo.*

7 ¶ Et reformationes † editæ poſt ſtatuta ſeruãdę ſunt, etiam ſi ſtatuta ipſa tollant, vel illis derogent, ſecũdum Bart. *in prima conſtit. Cod. & in l. ſi vt certarum. ff. de teſta. mil. & per omnes in l. pacta nouiſſima. C. de pact.* & per Hipp. in l. *1. §. ſerui. ff. de quæſt. colum. 4.* & in ſpecie de reformationibus ſtatutorum tradit Pariſ. *conſi. 47. ſi conſideramus, nu. 12. in 3. volum.*

8 ¶ Poteſt † autem mandari poteſtas reformãdi ſtatuta certis perſonis, ſecundum Bart. in l. *omnes populi. ff. de iuſti. & iur. in 5. quæſt. ſecundæ princip. num. 20.* quo caſu reformatio ab eis facta cenſebitur facta à toto populo, vt per eundem Bartol. *ibi in prima quæſt. ſecundæ princ.* & per omnes in rubrica. *C. quæ ſit longa conſuet.* quod ſi limitata data fuerit talis poteſtas, & ipſos limites exceſſerint, non valebit reformatio, quia mandati fines diligenter ſunt obſeruandi, vt ſupra dixi. & in ſpecie de reformatione tradit Bartol. in d. l. *omnes populi, in prima quæſt. princ. verſ. 3. caſu eſt, num. 5.* quem alii ibi pluribus comprobant, & in his quoque terminis reformationis idem conſuluit Pariſ. *d. conſ. 47. ſi conſideramus, nu. 24. in 3.*

9 ¶ Hæc † autem poteſtas reformãdi conceſſa intelligitur, dummodo id faciant cum cauſa iuſta, & euidenti, vt per Bart. in l. *ſi hominem. ff. manda.* quem ſequitur Iaſ. in *repe. l. omnes populi, de iuſti. & iur. nu. 16.* & Felyn. *in cap. 1. nu. 72. de conſti.* poſt Abba. *in cap. ſtuduiſti, in primo no. de offic. deleg.* & in terminis noſtris Pariſ. *d. conſi. 47. nu 32.* vbi tenet quòd tales reformatores non poſſunt ſtatuere contra prius ſpecialiter ſtatuta, niſi ex magna, & euidenti cauſa.

10 ¶ Oportet autem, † quòd vt reformatio liget, fuerit poſtea vſu recepta, aliàs non, vt per Abba. & alios, vbi etiam Felyn. *nume. 7. & 16. in cap. cognoſcentes, de conſtit.* & tradit etiam Bart. *in d. l. omnes populi, in quinta quæſt. princip.* & de reformatione in ſpecie tradit Bald. in auth. *omnes peregrini. C. communi. de ſucceſſ.* vbi dixit, quòd ſi facta fuit quędam reformatio contraria ſtatuto, quod tamen ſtatutum poſt reformationem fuit obſeruatum, præualebit ipſum ſtatutum reformationi, quod pluribus in ſpecie reformationis comprobat Pariſ. *d. conſ. 47. nu. 33. & ſeq. in 3.* vltra quem idem tenet Cępol. *conſ. 13. incip. ſtante quodam, nu. 10.*

11 ¶ Et cum reformatores habeãt † poteſtatem reformandi, videtur, quòd non poſſint in totum tollere antiquum ſtatutum, & nouum de directo contrarium facere, quia reformatio non tollit actum in totum, iuxta glo. *in cap. ſtatutum, de reſcr. in 6. cum pluribus concor.* de quibus per Dec. *in cap. 1. de conſti. in 2. lect. in 2. no. eſt mihi num. 4.* & in ſpecie etiam conſuluit Pariſ. *d. conſ. 47. nu. 36.*

12 ¶ Neque dicetur † reformatio tollere ſtatutum, niſi de eo mentionem expreſſe faciat, iuxta not. per Bartol. in d. l. *omnes populi, in tertia quæſt. princ.* & per Paul. in l. *non eſt nouum. ff. de legi.* & per Bald. *in l. penult. in fin. Cod. per quas perſon. no. acquir.* & Dec. *conſi. 3. & diligenter, num. 7.* maximè ſi primum ſtatutũ habeat clauſulam derogatoriam, vt per Bartol. *in dict. quæſt. 3 ver. circa ſecundum, num. 31.* & pluribus in ſpecie reformationis comprobat Pariſ. *d. conſil. 47. num. 38. & ſeq.*

13 ¶ Sed an † creatis reformatoribus, & data eis poteſtate reformandi ſtatuta, reformanda ſint ſuſpenſa, vel exequi debeant? Reperio, quòd Bald. *in cap. 1. de conſtitu.*

*num. 19.*

*num.19.post Bart*ol.*in l.Iulianus,ff.de condi.inde.* tenet, quòd non erunt ſuſpenſa,ſed poterunt exequi,iuxta l.*purè, in prin.ff. de except. doli,* & idem tenuit Bald. in c. *cum omnes, de conſtit.* quæ comprobantur: quia cum reformationes non ſint publicatæ, nil poſſunt operari, *vt in auth. vt factæ nouæ conſtitu.* & ſequitur etiam And. Sicul.*in d.cap.1. de conſtitu.num.186. cum pluribus ſequen.* licet reperiam, quòd idem Bald.*in l.Barbarius,colum.5. in fin. de offic. prætor.* dicit, quòd ſtatim data poteſtate reformandi videntur ſtatim ſuſpenſa ſtatuta, quem refert, & ſequi videtur Iaſ. *in l.1.num.28.de legi.*

14 ¶ Notandum † quoque, quòd data poteſtate reformandi intelligitur de prima vice tantum, & quòd vltra eam non poterunt iterum reformare.ita pulchrè conſuluit Alexan.*conſi.119.quoniam omne datum,num.mihi.31. in 6.volum.per l.boues.§.hoc ſermone,de verb.ſign. cum concord. per eum allegatis ibi,* quem refert & ſequitur Tiraq. in repet. *d.§.hoc ſermone,in regula,ſub.nu.122.*

15 ¶ Reuocatis autem ſtatutis † intelliguntur reuocatæ etiam reformationes ſuper eis factæ,vt ſcribit Bald.per illum text.*in l.1.in prin. C.de Lati.liber.toll.* & latè per addit. ad Abb.*in c.1.de conſti.num.3.in addi.in litera f.in prin.& in fi.* & ibi in fine, an correcto ſtatuto intelligatur correcta reformatio ipſius,*alleg.Paul.conſi.220.* & quòd reuocatis ſtatutis cenſeantur reuocatæ etiam reformationes, tenet ibidem Andr. Sicul. *in dict. capit.primo, de conſtitut. numero 27.*

## CAP. XXXVII.

## *de Confirmatione Statutorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Confirmans ſtatutum regulariter nil de nouo dare dicitur, fallit niſi ſtatutum confirmatum fuerit nullum.nu.2.*
3 *Confirmans ſtatuta,tantum iuſta confirmaſſe dicitur.*
4 *Confirmatio per ſuperiorem debet fieri ex certa ſcientia ad ad hoc vt validum reddat ſtatutum.*
5 *Confirmatio generalis refertur ad ſtatuta valida, non ad inualida.*
6 *Confirmatio etiam fit per iuramentum magiſtratus, & iudicis.*
7 *Confirmatio Principis ſtatutorum inualidorum habet vim priuilegij,non ſtatuti,& quæ inde item inſurgat vtilitas.*
8 *Confirmatur ſtatutum inualidum,etiam Conſuetudine. Item Pacto.num.9.*
10 *Confirmatio in criminalibus & pœnalibus ſtatutis requiritur,& quare.*
11 *Statuta condendi populus poteſtatem habet habitu, non actu, niſi confirmatio ſequatur.*
12 *Statutorum condendorum poteſtate à populo tradita,vel delegata,egent tamen illa confirmatione eiuſdem populi.*
13 *Confirmatio ſtatutorum facta per appoſitionem pœnæ contrauenientibus,an teneat,vel fieri poſſit.*
14 *Statutorum in reuocatione, an requiratur authoritas ſuperioris,ſicuti in confirmandis.*
15 *Confirmationis tempus, an attendatur, niſi redeant per talem reuocationem ad ius commune, vbi etiam quando confirmatio trahatur ad præterita.*
16 *Statutorum condendorum conceſſa facultate etiam ſine confirmatione præſentia Principis tunc in eo loco operatur, vt egeant confirmatione.*
17 *Statuta circa flumina, & cætera reſeruata Principi, requirunt omnino confirmationem.*
18 *Confirmatio conceſſa,quando etiam ad futura ſtatuenda abſque alia confirmatione extendatur.*
19 *Confirmatio quando fit cum aliqua exceptione confirmat in reliquis confirmationem.*
20 *Statuta cõfirmata non tolluntur per nouam reformationem non confirmatam.*
21 *Confirmatio omnino requiritur tunc, quãdo tractatur de intereſſe ſuperioris confirmantis.*

1 REGVLA eſt,quòd † qui confirmat,nil dat de nouo,*l.ſi donare.§.1.ff.de don. inter virum & vxor.* Bald.in l.*ex placito,in 2.colum. C.de rerum permu. & in cap. cum contingat,in 3. colum.* vbi inquit, quòd ſi Papa vel Princeps confirmat ſtatuta alicuius loci, non propterea dicuntur ſtatuta Papæ, vel illius Principis, ſed dicentur ſtatuta illius loci,à quo confecta fuerunt.

2 ¶ Fallit † tamen iſta concluſio, niſi ſtatuta vel actus confirmatus eſſet nullus, quia tunc confirmans dicitur facere de nouo.*l.adoptio.la ſeconda,* & ibi not.Angel.*ff. de adopt.§ vlt,vbi gloſſ.Inſtit.de tutel.* quod intelligendum verum, quando Princeps confirmaret ex certa ſcientia, non ſimpliciter,& generaliter,vt per Bart.in l.*ſi conſtat, in 2.not.per illum text.ff.de appell.* & per Iaſ.*in l.more,num.30.*
3 *ff.de iuriſd.om.iud.* Certum eſt tamen, † quòd confirmans ſtatuta ſimpliciter alicuius ciuitatis,intelligitur confirmare ea duntaxat,quæ iuſta ſunt, vt eſt gloſſ.& ibi Bart. & Doct.*ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. cum pluribus concord.* adductis per Iaſ.in d.l.*more, num.38.* & latè Pariſ. *conſil.33. vt præſens, numero 53. in tertio. vbi plura adducit, & etiam numero 55.*

4 ¶ Ad hoc autem vt valeat confirmatio ſtatutorum facta per ſuperiorem,requiritur,quòd ſit facta ex certa ſcientia, vt conualidet ipſum ſtatutum.ita Innoc. *in c.1. in glo.in ver.infirmatur,de tranſact.* quæ tamen certa ſcientia non præſumitur,niſi probetur,ſecundum Innoc. & Doct.in c.*porrecta,de confir.vtili vel inuti.cum aliis, de quibus per Hipp.ſingulari 37.* Duplex eſt enim confirmatio,alia in forma communi,& iſta nullum ius tribuit,vt per Spec. in tit.*de lega.§.nunc oſtendendũ,ver.11.per c.vlt. de confirm.vtili vel inutil.cum pluribus concord.de quibus per Dec.in c.1.num.5. de confirm.vtili,vel inutili.& conſilio 638.communitas Spediæ,in fine,* quanquam authoritatem maiorem tribuat,*vt ibi per eum,* vbi quòd dicitur in forma communi facta confirmatio,quando ſine cauſæ cognitione facta eſt. Alia & ſecunda eſt confirmatio ex certa ſcientia, quando fit cum cauſæ cognitione,& exprimitur in ipſa confirmatione tenor actus confirmati, vt per Dec.*in dict. capit.1. num.6.* & de iſtis duabus ſpeciebus confirmat. vide pulchrè Barba. inter conſilia Alexand. *conſil.123.ſcripſit Eccleſiaſticus,num.mihi 18.in quarto,* Pariſ.*conſil.106.numero 3.4. 5.6.in tertio.* in dubio autem, vt dixi, non præſumitur facta ex certa ſcientia, ſed in forma communi, quanquam plures contrarium tenuerint, vt per plura concludit Dec. in rubrica *de confirma. vtili, vel inutili,numero tertio,& conſilio 72.& conſilio 142.& conſilio 341.* licet & ipſe ſibi contrarius ſenſerit contrarium, *mihi conſi. 649. procedendo, numero 18.* vbi etiam *numer. 19.* concludit, quòd confirmatio geminata habet vim clauſulæ, ex certa ſcientia,vt per eum.& talis confirmatio facta ex certa ſcientia, operatur quòd ſtatuta etiam nulla intelligentur confirmata, vt per eundem Decium *conſilio 516. numero duodecimo.* Item operatur,quòd ſtatuta dicuntur confirmantis,puta Papæ vel Principis, non municipii, quando ſcilicet alias forent nulla, ita Bald. in l. *ex placito. Cod. de rerum permutatio.* ſequitur Sicul. *in cap.primo,de conſtitu. numero decimo tertio,* & tradit etiam Pariſius *conſilio 27.Hieronymus, numero duodecimo, in tertio,* & ideo tales confirmationes multum operantur,vt latè per eundem Pariſ. *conſilio 33.vt præſens,numero 14.in 3.* & ibidem *numero.51.* dicit,quòd ad hoc vt confirmatio dicatur facta in forma ſpecifica,duo requiruntur. primo, vt fiat cum clauſula, ex certa ſcientia; ſecundo,quod cum cauſæ cognitione fiat.Imo.*nu.52.* dicit poſt Alexand.quod etiam ſi dictum fuiſſet in confirmatione,quod cauſa cognita facta fuiſſet,ſi ex breuitate temporis apparet, quòd non potuit interuenire, quod non dicetur facta in forma ſpecifica.

5 ¶ In generali autem † confirmatione ſtatutorum, *vt ſupra dixi,* ſolum iuſta, & æqua confirmata videntur, vt vltra Iaſ.pluribus comprobat Hip.*conſi.10.caſus dubitationis,nume.53.& ſequent.* attamen quando in volumine ſta-

tutorum reperiuntur ſtatuta valida, & inualida, tunc confirmatio Principis ſubſequuta refertur tantum ad valida & iuſta, non autem ad inualida & iniuſta, vt voluit Io. And. in c. *dudum, in fi. de deci.* refert & ſequitur Bal. *in l. bonorum. C. qui admitti, in 1. colum.* ſequitur etiã & comprobat Fely. *in c. qualiter & quando, il primo, 112. colum. ver. 4. limitatur, de accu.* & Alexan. *conſ. 109. viſo ſtatuto. 8. colum in fi. 1. vol.* & latè Hip *conſ. 75. & reſecato, nu. 25. & ſing 166. confirm.*

6 ¶ Poſſunt etiam † dici cõfirmata ſtatuta quoad Magiſtratum & Iudicẽ, ſi iurauit ſeruare ſtatuta ipſa, quia per tale iuramentum dicentur ab eo confirmata, vt dixit Bald. *in conſi. 284. per ſtatutum, in 1. vol. in antiquis.* vbi dicit, quod ſi Princeps capiens aliquam ciuitatem, iurat ſeruare ſtatuta ſua, talia ſtatuta eo ipſo cenſentur confirmata, quod etiam pro ſingulari refert Hip. *ſingulari. 71. iuramentum.*

7 ¶ Notandum tamen, †℘ quando princeps confirmat aliquod ſtatutum inualidum, vt quando ſtatutum tolleret ſolemnitates teſtamentorum: nã tali caſu non valeret, vt ſtatutum, ſed valeret, vt priuilegiũ, vt eſt rex. *in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta.* vtilitas autem eſt non modica, quia ſi poſtea derogaretur omnibus ſtatutis d. ciuitatis, non intelligeretur derogatum huic, quia diceretur priuilegium, non ſtatutum. *l. Decurionibus. Cod. de ſilen. lib. 12.* Bald. in c. *ſancimus, in fi. in tit. quo temp. mil. & in l. non plures, C. de ſacroſanct. eccleſ & in l. 1. in 1. colum. de conſti. Prin. & in §. ſi quæ vero per illum text. C. de nouo Cod. confir. & no. in c. cum ordinem, de reſcrip.*

8 ¶ Poteſt † etiã confirmari ſtatutum nullum Conſuetudine, vt pulchrè docet Ant. *in c. dilectus, in 5. col. de conſue.* refert & ſequitur Dec. *in c. cum omnes, col. 1. & in c. quæ in eccleſiarum, col. 4. ver. ſed obſtare videtur, de conſti.*

9 ¶ Poteſt etiam † Pacto confirmari, nam plus poteſt ſtatutum pacto vallatum quàm ſimplex, vt per Bald. in c. *venientes, col. vlt. de iureiur.* ſequitur Iaſ. *in l. non impoßibile, in vlt. verbis, ff. de pactis. & in l. vlt. colum. 6. C. eod.* & Dec. *in d. capit. quæ in eccleſiarum, cloumna 3. ver. vel ſecundo dicamus, de conſtit.*

10 ¶ Confirmatio † autem ſuperioris requiritur in omnibus ſtatutis pœnalibus, & crimin. quia concernunt materiam iuriſdictionis, & fiſci, quæ ad ſolum Principem ſpectat, ita Bald. in l. *omnes populi. de iuſt. & iur. num. 2.* vbi quærit, an ad validitatem ſtatutorũ requiratur confirmatio ſuperioris. *& col. 2. in fin. in verſ. item ad cauſarum deciſionem ciuilem non criminalem.* & ℘ requiratur confirmatio ſuperioris ad validitatem ſtatutorum, tenet Bal. *in l. humanum, Cod. de legi. & in l. vlt. poſt Cyn. C. de iu. om. iud.*

11 dicens quòd licet omnis populus † habeat poteſtatem condendi ſtatuta, *iuxta d. l. omnes populi,* id tamen intelligendum habitu, non actu, niſi ſequatur confirmatio, quanquam Iaſ. in hoc videatur contrarium tenere *in d. l. omnes populi, in repe. nu. 35. in fi.* licet dicat opi. Bald. de conſuetudine obſeruari, quia omnia ſtatuta confirmantur à Principe hodie.

12 ¶ Sed † & illud non omittendum, quod ſi populus mandat, vel delegat aliquibus poteſtatem cõdendi ſtatuta, quod facere poteſt, vt tenet Bart. *in d. l. omnes populi, in vlt. q. 2. q. prin.* ſi illi quibus mandatum fuit, faciant ſtatuta, confirmãda tamen erunt ab eodem populo, aliàs non valebunt, vt per plura concludit Seue. *in d. leg. omnes populi, nu. 31.* vbi quòd ſi mandatur factum ipſum tãtum faciendi ſtatuta, debent confirmari: ſecus ſi mandaretur ipſa iuriſdictio, vel mandaretur ipſum factum cum clauſula, quod talia ſtatuta pro ll. haberentur iuxt. doct. Bald. *in l. 2. §. exactis. il 1. ff. de ori. iur.*

13 ¶ Item † & illud ſciendum, quòd aliquãdo ciuitates, vt ſtatuta ſua valeant abſque confirmatione ſuperioris, imponunt pœnã iudicibus ſuis contra iudicantibus. item Aduocatis contra patrocinantibus. iſte enim modus procederet quoad ſtatuta valida, ſecus quoad inualida. Item ſolent etiam pro cõfirmatione addere, quòd nullus iudex iuriſdictionẽ aliquã habeat ſuper his, quæ contrariantur tali ſtatuto inualido, quod an poſſint facere, Bart. *in extraua. qui ſint rebelles, in ver. pen. incip. mille librarum, nu. 2.* vbi cõcludit, quòd valebit quoad auferendum ius agendi, ſecus excipiendi. ſequitur etiam Seuer. *alia allegans in d. l. omnes populi, nu. 45. verſ. huic conſequenter.*

41 ¶ Illud quoq; † non omittendum, quod ſicut ſuperioris authoritas requiritur in confirmandis & validandis ſtatutis, ita quoq; in illis reuocandis, maxime quando non poterãt ſtatuta fieri ſine ſuperioris authoritate. fallit tamen, niſi per talem reuocationem redirent ad ius commune, vt declarat pulchrè Bart. *in d. l. omnes populi num. 33.* & ibi Seue. *num. 71.* & Crot. *num... & omnes poſt Barto. in l. omnium, C. de teſtam.* & per Abb. & alios *in c. cum acceßiſſent, de conſt. & in c. dilecto, per illum tex. de præb.* & Iaſ. *in l. ſi vnus, §. pactus, num. 8. ff. de pact.* & Pariſ. *conſi. 48. numero 9. in 3.*

15 ¶ Quamquam autem † ſtatuta ſint confirmata, non attendetur tempus ipſius confirmationis, ſed tempus confectionis ad cognoſcendum, an acta facta pendente confirmatione contra ipſa ſtatuta teneant, *vt tradunt Scrib. in l. tutor, §. vltimo. ff. de teſtam. tut. & in l. 2. C. eod. tit. & l. ſi certarum. §. vltimo. de teſta. mil. & l. conficiuntur, §. ſi miles. ff. de iure codi.* & in ſpecie tradit Bart. in repet. *l. omnes populi, num. 35. de iuſt. & iure.* & ibi Alexan. *in addit.* Et quãdo confirmatio trahatur ad præterita, tradit ibidem Bart. in d. l. *omnes populi, num. 44. ver. tertio caſu. quem ibi omnes ſequuntur.* fallit tamen, niſi ſtatutum confirmatum eſſet inualidum, quia tunc ſumeret vires à confirmatione, ideo non extenderetur ad præterita, Crot. in d. l. *omnes, nu. 83. & 84.*

16 ¶ At & hoc † notatione dignum, quod licet ciuitas habeat poteſtatem à ſuperiore condendi ſtatuta etiam ſine confirmatione, attamen ſi princeps reperietur reſidere in eo loco tempore, quo conduntur ſtatuta, ſtatuta non valerent ſine eius confirmatioe, vt dixit Bal. in l. *humanum, in quarto no. C. de leg. & in l. priuatorum, in prima colum. C. de iur. om. iud.* ſicut etiam dicimus, quod ſi dubitatur de mãdato procuratoris, admittetur cum cautione rati. *l. 1. C. de procura.* quod tamen verum eſt, ſi dominus ſit abſens, verum ſi adſit in ciuitate, non admittetur cum ea cautione, ex quo facilè poteſt explorari eius voluntas. *l. mutus, §. is, qui curatorem. ff. de procur.* quem ad hoc not. Bald. & Angel. in leg. *non ſolum. §. qui aliena, de procura.*

17 ¶ Præcipue autem † requiritur confirmatio eorum ſtatutorum, quæ diſponunt circa flumina, & portus, ex quo hæc ſunt de reſeruatis ipſi Principi, *leg. 2. §. ſi quis à Principe, & toto tit. ne quid in loco publico. l. ſi in publico. §. vltimo, & l. quod Princ. ius. ff. de aqua plu. arc. & not. in l. quominus. ff. de flumi.* & in ſpecie de ſtatutis circa flumina confirmandis à Principe conſuluit Pariſ. *conſi. 105. circa præſentem, num. 10. & ſequent. in primo.* quod tu potes extendere ſimiliter ad vias, ad theatra, campos, muros, & portas ciuitatum, eadem ratione. quæ tamen intellige vera, dummodo ciuitas illa faciens ſimilia ſtatuta, non haberet regalia: nam ſi haberet, poſſet ea facere, & valerent ſine confirmatione, vt per Pariſ. *dict. conſilio 105. numero 13.*

18 ¶ Verum quia † regulariter confirmatio refertur ad ſtatuta iã facta, non autem ad facienda in futurum, aduertẽdum, quòd aliquãdo ſolet ſupplicari ſuperiori per ciuitates ſubditas, ℘ placeat eos regi ſecundum ſtatuta, & ordinationes eorum tã factas quàm faciendas: ideo ſi Princeps ſimpliciter ſcribat ſibi placere, talis ciuitas poterit etiam noua ſtatuta & licita condere abſque alia confirmatione, quia cum ſupplicatio ſit non tãtum de præteritis, ſed etiã de futuris, ideo conceſſio debet ſecundum ſupplicationem intelligi. *l. inſulam. ff. qui pot. in pig. hab. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. cum concord. & ita in terminis reperio conſuluiſſe Pariſ. conſilio 20. pro vera, numero 7. 8. & 11. in ſecundo.*

19 ¶ Quando autem † confirmatio ſit de ſtatutis excipien-

piendo aliqua eorum, hæc exceptio videtur multo magis confirmare confirmationẽ ipſam in reliquis, dummodo reliqua etiam ſint iuſta, aliàs non, & ad illam regulam, quod exceptio firmat regulam in nõ exceptuatis in ſpem in materia confirmationis, vide Bolo. *conſ.31. cor mundum, in 5. col. in fi. in ver. & ſi diceretur.*

20 ¶ Illud autem † eſt indubitatum, quòd ſi prima ſtatuta fuerint confirmata à ſuperiore, & poſtea per nouam reformationem fuit in aliquo derogatum, talis derogatio non confirmata, non tollet primum ſtatutum confirmatum, ita conſuluit in ſpecie Pariſ. *conſ.81. in præſenti, nu.28. & ſeq. in 3. vol.*

21 ¶ Certum † eſt verò tunc maximè requiri ſuperioris confirmationem, quando agitur de intereſſe ipſius, alias ſtatutum nullum eſſet, & non valeret, vt not. Bald. *conſ.407. præſupponendum eſt, 2. vol.* & Paul. de Caſt. *conſ.256. videtur manifeſtè, in 2. col. poſt med. in 2. vol.*

## CAP. XXXVIII.

## *Statuta à quo tempore Ligent, & quanto tempore, & de eorum publicatione.*

### SVMMARIVM.

1 *Statuta poſt duos menſes à publicatione Ligant, quæ publicatio requiritur nec ſufficit ſcientia, fallit hoc tamen num. 2. vſque ad 5.*

6 *Publicatio. vt liget ignorãtes poſt duos menſes non ſufficit fieri in ciuitate metropolitana. ſed in tota prouincia.*

7 *Statuto ſtante, quòd nullum ſtatutum faciendum valeat niſi certis locis publicatum foret, ſi tamen abſq; tali publicatione aliquod fiat, quare valeat.*

8 *Publicatione facta ſtatuta ligant ſemper, & an etiam actiones, & quando à ſtatutis deſcẽdentes, & quæ ſint perpetuæ.*

9 *Statuta deputatorum ciuitatum quanto tempore durẽt maximè quando tempus poſuerunt in eorum arbitrio.*

10 *Statutorum vires per appellationem ſuſpenduntur, præſertim ſpecialiter facta cõtra certam perſonam. Et quando & intra quod tempus appellari poſſit, nu.11.*

12 *Statuta, eorum ſuſpenſionis tempore tranſacto, reaſſumunt vires priſtinas.*

1 STATVTA † omnia ligãt poſt duos menſes à die publicationis, vt in auth. *vt factæ nouæ conſti.* & not. gloſſ. & Doct. in c. *cognoſcentes, de conſti. & per glo. in data 6. libri Decretal.* & Bart. in l. *omnes populi. ff. de iuſti. & iur. in quinta q. prin. eſt nu.37. vbi Seue. nu.79. & Crot. nu. 98. & ſeq.* & dixi à die publicationis, quia publicatio requiritur, quia ſcientia non ſufficit, ſed requiritur publicatio, vt not. Bal. in l. *vnica. §. vlt. C. de cadu. tollen. cum concor.* de quibus per Dec. in c. *cognoſcentes, de conſti. nu.15.*

2 ¶ Fallit † in Scientibus, quia ſtatim ligantur. *l. vltima. ff. de decre. ab ord. fa.* & ita tenet Bar. ibi, & ſequitur ibi Seue. *d. nu.79. & Cro. num.89. & Dec. in c.2. de conſti. nu.15. & 16.*

3 ¶ Fallit † & ſecundò, niſi foret conſtitutio priuilegium continens, quia aſſumit naturam priuilegii, & ideo in commodum priuilegiati ſtatim operantur effectum ſuum, iuxta tex. *in l. penult. in fi. C. de decurio. lib. 10.* & tradit Bart. in d. l. *omnes populi, nu.37. in fi. & Cro. nu.71. ver.2. concluſio, & glo. in proœ. clem. & Scrib. in d. c.2. de conſti. vbi Dec. in prima lectu. nu.17. plura adducit.*

4 ¶ Fallit † & tertio, niſi præfixum foret tempus à ſtatuto, quo ligare inciperet, vt ſi dictum fuiſſet, ex nunc, quia ſtatim ligabit. quod intellige quantum ad hoc, vt actus ſit nullus, ſed non reſpectu pœnæ, vt eſt gloſ. not. *in clem. 2. de hæret.* quam ibi ſequuntur Card. & Imol. & & Barba. *conſi.34. 1. volum.* & Dec. poſt Abba. & Felyn. in d. cap. *cognoſcentes, num. 14. de conſtit. in prima lect. & in 2. nume. 6.*

5 ¶ Fallit etiam † in ſtatutis factis ab inferiore à Principe & non confirmatis ab eo: quia in his eſt tempus arbitrarium, vt declarat Dec. in d.c. *cognoſcentes, nu.15.* conſiderando ſcilicet tempus, quo verò ſimile eſt, quod ſciuerint, vt ibi per eum.

6 ¶ Publicatio autem † ſtatutorum fieri debet in prouincia tota, & in ciuitate; aliàs ſi eſſet facta tantùm in ciuitate metropolitana, non ligaret ſtatim poſt duos menſes ignorantes, vt tradit Abb. in d.c.2. *de conſtit. in fi.* dum loquitur de ſtatutis factis Romæ, & ibi Dec. *in ſecunda lect. nu.6. circa med. ver. ſecundo prioribus ſcriptis.*

7 ¶ Quid modo † ſi extaret ſtatutum, quòd nullum ſtatutum in futurum fiendum valeret, niſi foret publicatum in certis locis: contingit poſtea factum fuiſſe ſtatutum non generale, ſed ſpeciale in fauorem alicuius ciuis, quod non fuit publicatum ſecundum formam dicti prioris ſtatuti in locis in eo nominatis, an valebit tale ſtatutum. Et dicendum, quòd valebit, vt tenet Bald. dicens ſe ita cõſuluiſſe *in l. leges, vt generales, C. de legi.* quia illud ſtatutum dans formam publicationi intelligi debet de ſtatutis generalibus, non de ſpiritualibus, quæ vim habent priuilegii, & ſequitur Seue. in d. l. *omnes populi, nu.79. in fi.*

8 ¶ Poſtquam autem † publicata fuerint ſtatuta, & cœperint ligare, ligant perpetuò, à quocunque habente poteſtatem facta fuerint, vt concludit Bart. in dict. l. *omnes populi, in quarta q. quintæ partis, eſt mihi nu.52.* vbi etiam Seue. *nu.85.* Actiones autem deſcendentes ex d. ſtatutis, ſi facta erunt ſtatuta à populo, quia habent vim iuris ciuilis, erunt perpetuæ, ſi verò factæ à Magiſtratu ſeu iudice, & ſint pœnales, durabunt tantum anno. ita Barto.
9 ibi. & Seue. *nu.86.* Et quid † in ſtatutis ſeu decretis deputatorum ciuitatum, & antianorum, an expirent finito eorum officio, maximè ſi ſe retulerint ad eorum arbitrium, vt ſi conceſſerint ſaluum conductum, donec dixerint reuocandum. eſt pulchra, & dubitabilis quæſtio, quam diſputauit Benedic. de Plumbi. & eam refert Seueri. in d. l. *omnes populi, nume.86. in ver. vidi etiam frequenter,* vbi tandem concludit, quòd erit perpetuus, donec reuocatus fuerit ſaltem à ſucceſſoribus.

10 ¶ Per appellationem † quoque ſuſpenduntur vires ſtatutorum, ſi quis ab eorum iniquitate appellauerit, quod fieri poteſt. *l.1. §. ſolent. ff. quando appell. ſit,* maximè ſi ſtatuta ipſa ſint facta in præiudicium ſpecialiter certæ perſonæ, *vt in l.1. & l. qui grauatos, C. de cenſib. li.11.* & tradit Bart. in d. l. *omnes populi, in vlt. quæſt. prin. eſt num.53. & dicam*
11 *etiam infra.* Sed pulchra eſt dubitatio, † vſque ad quod tempus appellari poterit. & dicendum, quòd intra decem dies à die ſcientiæ, vt not. Bart. *in l. fin. de appell. recip.* agendo autem poterit per annum, in d. l. *qui grauatos. C. de cenſi.* ſupplicando autem iuxta doctr. Bald. *in l.1. Cod. de Lati. li. toll.* excipiendo autem poterit perpetuò, *ar gmnrè, ff. de doli except.* & ita in ſpecie tenet Seue. in d. *l. o es*
12 *populi, nu.88. de iuſt. & iur.* Aliquando † etiam ſuſpenduntur ſtatuta ad tempus, quòd ſi id fiat tranſacto tempore reaſſument vires abſque noua publicatione, & ſtatim ligabunt. ita Ang. & Paul. de Caſt. in l. *ſi vnus. §. ſi cum reo. ff. de pact.* ſequitur Seue. in d. l. *omnes populi, nu.88. ante verſiculo, ſexto principaliter.*

## CAP. XXXIX.

## *Statuta quomodo Tollantur, vel ſuſpendantur.*

### SVMMARIVM.

1 *Statuta eadem qua conduntur ſolennitate, tolluntur.*

2 *Statutis recognoſcentium ſuperiorem in tollendis eadem requiritur authoritas, prout in condendis, fallit, vt num. 3.4.5.6.*

7 *Statutorum in Reuocatione dicta de confirmatione habent locum etiam quòd confirmatio non ſequatur.*

8 *Statuta etiam non possunt Interpretari sine confirmatione.*
9 *Reuocare Princeps statuta potest etiam motu proprio, & absque statuentium facto.*
10 *Reuocare possunt statuentes eorum statuta. fallit tamen hac reg. nu 11. vsq; ad 19.*
20 *Clausula derogatoria quæ aliam clausulam primi statuti tollat, & quando.*
21 *Clausula, quòd tenor præcisè seruetur, an habeat vim derogandi sequentibus statutis.*
22 *Clausula, quòd tenor habeatur pro expresso æquipollet speciali derogationi.*
23 *Statuta quòd non suspendi possint sub pœna, stante statuto, quando possint suspendi, absq; pœnæ incursione.*
24 *Reuocantur statuta etiam per actum vniuersitatis vniuersaliter factum.*
25 *Statuta specialia etiam magistratus possunt ex causa Reuocare, non modò statuentes.*
26 *Statuti Derogatio, quando Retrotrahatur.*
27 *Statutis reuocatis, & omnes reformationes reuocari circa ea.*
28 *Magistratus iurans seruare statuta, ligabitur ad id, quousq; fuerint correcta.*
29 *Statutum reuocatum si sit & tamen obseruatum, Reuocatio ei non obstabit.*
30 *Reuocatur statutum etiam per nouum ius commune superueniens. Item per tolerantiam. Item per contrariam consuetudinem.*
31 *Reuocetur ne statutum pacto priuatorum. & an per subauditum intellectum, nu. 32.*
33 *Reuocatio præsumitur durare.*
34 *Reuocata statuta allegans incidit in crimen falsi. fallentias, vide 18. vsq; ad fin.*

QVIA non debet reprehensibile videri, si secundum varietatem temporum statuta quandoque variantur humana, vt inquit text. in c. *non debet, de consangu. & affin. cum plurib. concord. ibi in gloss. 1. allegatis,* ideo videndum quomodo tollantur statuta, & eorum vires, ac potestas minuantur.

Solemnitate eadem, qua factum est.

1 ¶ Primò ergo † statuta tollũtur eodem modo & eadem solemnitate, qua fiunt, quia nil magis naturale est quam eodem genere quodque dissoluere, quo colligatum est, *l. nihil tam naturale, de reg. iur.* Omnis enim res per quascunq; causas nascitur, per easdem dissoluitur, *c. 1. extra de reg. iur. & probatur in l. 1. C. quando lic. ab emp. disce. & in §. vlt. Inst. quibus mod. toll. ob. & per Bart. in l. actor. ff. rem rat. hab. in pen. col.* & per Ias. *in l. quemadmodum. 2. not. de acquir. poss. & in l. 1. col. 5. vers. quinto nota. Cod. quando non pe. par.* & in specie de statuto, quod possit reuocari, tradit Bar. *in d. l. omnes populi, nu. 33.*

Reuocatione per Authoritatem eorum qui condiderunt.

2 ¶ Sicut † ergo in cõdendis statutis factis à recognoscẽtibus superiorem requiritur superioris authoritas, ita etiam in reuocãdis illis requiritur superioris authoritas. vt latè per Bart. in dict. l. *omnes populi, in 4. q. 3. prin. in vers. iuxta prædicta quæro, est nu. 33.* & ibidem Seue. *nu. 71.* & per Bald. *in l. omnium, C. de testa. & in l. ex placito. C. de rerum permuta.* & Imola *in l. ex facto, 2. col. de vulg. & pup.* alias 2. non confirmata non derogabunt primis confirmatis, vt per Paris. *cons. 81. in præsenti, nu. 28. & 29. in 3.*

3 Fallit, † nisi haberent authoritatem à Principe, vel aliter faciendi statuta sine authoritate superiori, quia poterunt etiam sine ea reuocare, vt dicit Barto. *ibidem.* idem esset, si non requireretur authoritas, *vt dixi,* sed tamen interueniisset ex abundanti, quia poterit tale statutum reuocari etiam sine ipsius superioris confirmantis authoritate, vt videntur sentire Bald. & Fulgo. in d. leg. *omnium. de testament.* & declarat Seuerin. in dict. leg. *omnes populi, d. num. 71.* & Dec. in c. *cum accessissent. de constit. in 3 not. ver. 2. conclusio prædicta.*

4 Fallit † secundo, quando reuocando dict. statutum etiam à superiore confirmatum vellent redire ad ius commune, quia poterunt reuocare etiam sine superioris authoritate. ita Bar. ibidem, in d. l. *omnes populi,* & Seueri. & no. Abb. in c. *cum accessissent, de const.* licet eam dubitabilẽ dicat ibidem Dec. *in 3. not. col. 2. ver. 3. non habet locum.* & Crot. in d. l. *omnes populi, nu. 62.* & Paris. *cons. 92. pro primi nu. 55. & seq. in 4.*

5 Fallit † tertio, quando superior confirmans motus fuisset ad id faciendum ob simplicem fauorem statuentium: quia licet confirmatio fuisset necessaria, tamen possent reuocare sine superioris authoritate, vt videtur tenere Bald. in l. *ex placito, C. de rer permu.* & sequitur Dec. in dict. cap. *cum accessissent. eod. 3. not. colum. 2. vers. vel secundò dici potest.*

6 Fallit † quarto, quando statutum à superiore confirmatum cum clausula annullatiua habet conditionem resolutiuam tacitè subintellectam: nam eueniente tali conditione, poterit reuocari statutũ, & ei contraueniri etiam sine superioris confirmatione, vt tradunt Abb. & Anch. in d. c. *cum accessissent,* vbi si Canonici fecerunt statutum super certo numero Canonicorum cõfirmatum à superiore si augebuntur fructus præbendarum, augeri poterit etiam per statutũ numerus Canonicorum non obstante confirmatione: quia illa conditio in ipso statuto & confirmatione tacitè subintelligitur, nisi facultate Ecclesiæ exercuerint, & ita in specie tenuit Crot. in d. l. *omnes populi, nu. 73. versi septima conclusio.* & not. Io. And. in c. *dilecto, de præben.*

7 ¶ Quæ autem dicta sunt supra de confirmatione requisita in reuocatione statutorũ, extenduntur, vt idem dicatur, si non sequetur confirmatio, seu præcedat authoritas statuendi data à Principe iis, qui non habebãt: nam si statuunt, non possunt postea dicta statuta reuocare sine authoritate etiam Principis, iuxta not. per Bart. *in l. 2. §. vlt. de op. lega.* nam tali casu ipsi non dicentur statuere, sed is cuius authoritate statuerunt, *clem. 1. de supplen. negl. prælat.* & tradit Rom. *cons. 16. visis,* & sequitur Crot. d. l. *omnes populi, nu. 63.*

8 ¶ Item extenduntur, † vt si non poterunt sine confirmatione reuocare, nõ poterũt etiã interpretari, quia qui non potest tollere, non potest interpretari, vt not. Ang. Bald. & Imol. in l. *ex facto, in prin. ff de vulg. & pupil.* vbi Alex. plura adducit concord. & And. Sicul. *cons. 27. in 2. vol.* & in specie statutorũ hoc tradit Dec. in d. c. *cũ accessissent, de constitut. in 3. not. in vers. & adde pro tali casu. & not. in l. vlt. C. de legi. & in l. 2. §. si quid verò, C. de vete. iure enuc.* & idem Dec. *not. in cap. 2. in primo not. de offi. delega.* & sic facies conclusionem regularem. quòd in omnibus casibus, in quibus statuentes non poterunt reuocare, non poterunt etiam interpretari, & è contra.

9 ¶ Quòd si statuentes, † vt dictum est, possunt statuta reuocare, multo magis poterit ipse Princeps motu proprio absque facto statuentium reuocare, quia statuta dicuntur ius positiuum, ita Bald. consuluit *consil. 187. in causa præsenti, circa finem vers. sed quid ponamus. 2. volum.* & sequitur Crau. *in tract. Antiquita. parte 1. nu. 13.*

10 ¶ Ex quibus stat † regula, quòd statuentes possunt reuocare statuta per se facta, quæ plures patitur limitationes, prout plures sunt casus, in quibus non possunt
11 reuocare. & primus erit, † quem supra retuli, videlicet quando in statutis intercessisset confirmatio, non autem in reuoaatione, quia talis reuocatio non valebit, *vt suprà latè conclusum fuit.*

12 ¶ Secundus casus † est, quo reuocari non potest statutum, quando esset iuratum & confirmatum à superiore ex necessitate: nam cum etiam in reuocatione requiratur superioris confirmatio, non præsumitur ipse velle esse author periurii. Ita Bart. in d. l. *omnes populi, de iust. & iure. nume. 32.* quem sequitur Seuer. *ibi, nume. 70.* & Crot. *num. 55.*

13 ¶ Si verò statutum † non requireret cõfirmationem superioris, licet esset iuramẽto vallatum, tamen posset reuocari, vt tenet ibi Bartol. Seuer. & Crot. & est ratio, quia cum possint tollere statutum, possunt in consequentiam tollere iuramentum, quod non videtur præ-

stitum

stitum Deo, sed ab vno alteri, *vt not. in cap. dilecto, de præben.* & Card. *in clem. 1. in 3. quæst. de regular.* & per Fely. in c. *cum acceßissent, nume. 16. de constit.* Nam qui iurat seruare statuta, intelligitur iurasse seruare, donec sint correcta, vt inquit Abb. in cap. *venerabilem, in vltimo not. de elect. & ibi gloss. vltima, & not. in cap. vltimo, de iureiurand. in 6.* & sequitur etiam Dec. in d. c. *cum acceßissent, nume. 5. in fin. verbis*, & Seuer. in dict. l. *omnes populi, num. 89. versi. nam qui iurauit seruare*, & Paris. *consil. 92. pro primi, nume. 43. & 45. in quarto.* imo contraueniendo simpliciter absque expressa reuocatione statuti, censentur prius tacitè reuocasse ipsum statutum, ne sint periuri, vt tradit Card. *in d. clem. 1. de regular. in tertia quæst. in fin.* & sequitur Felyn. in dict. c. *cum acceßissent, numero 16.* & Dec. *numero quinto, in vltimis verbis.*

13 ¶ Tertius casus † est, quando statuentes iurassent non simpliciter seruare statutum, sed contenta in ipso statuto, quia tunc reuocare non possunt, cum se non referant ad statutum, ita concludit Abb. in dict. c. *cum acceßissent*, & Fely. *ibi, num. 17.* & Dec. *numero 6. ver. retenta tamen communi, post Card. in d. clem. 1. de regula.* quod intelligendum, quando respiceret fauorem aliorum non iurantium tantum: nam si respiceret fauorem iurantium duntaxat, posset quocunque casu reuocari, vt declarat Dec. *ibi.*

14 ¶ Vnum tamen notandam, † quòd licet reuocarent, & valeret reuocatio: attamen periuriũ incurrerẽt: nam licet nemo possit legem sibi imponere, à qua non liceat recedere, *l. si quis in principio, de legat. tertio*, & ista sit ratio, quare statuentes possint reuocare statuta etiam iurata, attamen non sequitur per hoc, quòd contraueniendo iuramento non incurrant periurium, ita Crot. in dict. l. *omnes populi, nume. 55.* Dec. in dict. c. *cum venissent. de constit. numero 7.*

15 ¶ Hoc tamen etiam diligenter † animaduertendum, quòd statutum iuratum non intelligetur per secundum contratium reuocatum, nisi in ipso secundo apposita sit clausula, non obstãte iuramento; quia iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ, vt per Bartol. in d. l. *si quis in principio, & in authen. sacramenta pub. C. si aduer. vend.* & per Alex. in l. *sancimus, C. de testa.* & in specie hoc tradit Crot. *ibi. nu. 56.* Quod etiam intellige verũ dummodo primum statutum haberet tantum iuramentum appositum, quòd si haberet vltra iuramẽtum etiam clausulam derogatiuam, tunc clausula, non obstante, generalis non sufficeret, quia non operatur suum effectum, quando sunt duo impedimenta. Ita Crotus *ibi, nume. 57.* per not. per Bald. *in l. 1. in 5. colum. C. de fur.* quod etiam intellige, quando secundũ statutum non esset factum in specie ad reuocandum primum, sed vt nouum fieret statutum: nam si factum fuisset, vt expresse reuocaretur illud statutum per viam legis vel statuti reuocantis, tũc per clausulam, non obstante, etiam generaliter ac simpliciter prolatam, nulla facta speciali mentione de iuramento censerentur statuta etiam iurata reuocata, ita Crot. *ibi, numero 58. allegat Domin. in capit. cum non deceat, de elect. in 6.*

16 ¶ Quartus casus, † quo statuta reuocari nõ possunt, est, quando transiuerunt in contractum, iuxt. l. *item eorum, §. ex ijsdem. ff. quod cuiusque vniuer.* & not. Bart. in dict. l. *omnes populi, num. 29. ver. secundo casu. vbi infert num. 30.* quòd si extet statutum, quòd qui venerit ad habitandum in tali castro, habeat immunitatem perpetuò si quis sub ea fide venit ad habitandum, non poterit in eius præiudicium tale statutum reuocari, quia per illud videtur quasi cõtraxisse cum ipsa ciuitate, quod pluribus comprobat ibi Seuer. *nume. 67. vers. secundo casu.* & per Crottum *ibidem, nume. 53. vers. secunda conclusio*, & tradit etiam Alexand. *consil. 101. primo volum. & consil. 54. quarto volum.* & Ias. in l. *ciuitas, colum. 2. ff. si. certum petat.* & Dec. *in c. nouit, col. 8. de iud.*

Fallit tamen prædicta conclusio, nisi causa subesset, 20 vt propter magnam ingratitudinem: quia concessio non tantum gratuita, sed etiam pretio facta potest propter ingratitudinem reuocari, *l. Titius puerum, ff. de obseq. liber.* & in specie hanc fallen. tradit Crot. in d. l. *omnes populi, d. nu. 53. vers. quod fallit.*

Fallit & secundo, nisi concessio illa per statutũ fuisset concessa subdito: nam hoc casu poterit quandocunque reuocari, vt tenet Anto. de But. & ita limitat hanc Bart. conclusionem in c. *nouit, de iudi.* sequitur etiam ibi Deci. & Alexand. *consi. 226. visis, in secundo volum.* & Crot. in d. l. *omnes populi, nu. 53. vers. limitatur secundo.*

¶ Multo magis ergo poterunt reuocari, si concernant commodum & vtilitatem ipsorum statuentium, vt per Bald. in l. *ex placito, C. de rerum permu.* & not. Crot. in d. l. *omnes populi. nu. 61.*

17 ¶ Quintus casus est, quando illi qui reuocassent, id fecissent ex potestate sibi attributa de cõdendis statutis: quia in generali potestate concessa condendi statuta, non venit facultas corrigendi antiqua, hoc dixit Bar. *in prima consti. C. eod. §. quibus.* refert & sequitur Felyn. *in c. 1. de constit. num. 71. in fi.*

Fallit, nisi vellent reuocare ex magna causa, quia possunt, *argum. l. si hominem, ff. manda.* & tradit Bart. & Fely. *in locis præallegatis.*

Fallit secundo, nisi vellent reuocare statuta à se confecta virtute dictæ concessionis facultatis condendi statuta, quia possent, & ideo Bart. loquitur de antiquis statutis reuocandis, non de nouis, hoc expresse tenuit Bald. *in tit. de pace Constan. num. 9. vers. deinde quæro*, sequitur Andr. Sicul. in c. *cum acceßissent, de const. nu. 41.* quia sicut qui habuit facultatem condendi testamentum à Papa, potest etiam illud reuocare: ita etiam in statutis dicendum, quæ vltimis voluntatibus æquiparantur. Adde tu, quòd cum sit data facultas statuendi, reuocandi, & cancellandi, dicuntur etiam statuere, *l. 1. & l. cancellauerat, ff. de his, quæ in testamento delen. auth. nauigia. Cod. de fur. auth. cassa, Cod. de sacrosanct. eccles.* & hoc tradit etiam Ang. *in l. omnium, C. de testam.*

18 ¶ Sextus casus, † quo non potest reuocari statutum, præsertim sine expressa superioris confirmatione, est quando statutum, quod intenditur reuocari, concerneret fauorem vel bonum publicum, ita Lap. *allegatione 86. incip. in quæstione vertente, in 1. colum.* & Card. *consil. 130. incip. in ecclesia cathedrali*, & sequitur Crot. in d. l. *omnes populi, nu. 60. de iust. & iur.* assignans rationem, quia difficilius reuocantur, quæ publicum commodum concernunt, quàm quæ priuatum.

19 ¶ Septimus est casus, † quando primum statutum haberet clausulam derogatoriam, vt quia prohiberet aliud statutum fieri in cõtrarium, & quod si fieret, non valeret: nam tale statutum non poterit reuocari per aliud statutum in contrarium posteà factum, nisi facta fuerit expressa mentio de primo cum clausula, non obstante, ita post Cyn. relatis pluribus opinionibus tandem concludit Bart. in d. l. *omnes populi, num 31.* vbi etiam Seueri. & Crot. *num. 53. vers. 3. conclusio.* & idem tradit etiam Bart. *in extrauag. ad reprimendum in versi. non obstante.*

Fallit, nisi secundum statutum emanasset ex rationabili causa, quæ mouisset statuentes ad statuendum contrarium: nam tunc derogaret primo etiam clausula, non obstãte, non addita, vt per Crot. *ibi, in vers. quod tamen limitatur.*

Fallit secundo, nisi secundum statutum non habens clausulam derogatoriam specificam, esset iuramento vallatum: quia iuramentum supplet vim illius clausulę, iuxta ea, quæ traduntur de testamento iuramento firmato, per Bald. & Alex. *in l. sancimus, C. de testam.* & in specie comprobat Crot. in d. l. *omnes populi, num. 54. vers. credo posse etiam*, maxime si haberet clausulã generalem, quia simpliciter dictum fuisset, non obstantibus statutis. ita Crot. *ibi.*

20 ¶ Clausula autem † specialis derogatoria, quæ sufficiat

ciat ad derogandum primo ſtatuto habenti aliam clauſulam derogatoriam, quæ debeat eſſe, declarat Bart. *in l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. pub.* nam generalis cauſula derogatoria dicitur iſta, non obſtante quacunque lege: ſpecialis verò dicetur, non obſtante lege vel ſtatuto poſito ſub tali titulo vel rubrica. imo hæc dicetur ſingularis & indiuidua mentio. At ſi diceretur, non obſtante quacunq; lege in contrarium faciente, hæc non eſſet indiuidua, ſed ſpecialis derogatio, quæ ſufficeret. idem etiam ſi diceretur, non obſtante quocunq; ſtatuto derogatorio, quod hoc fieri prohiberet.

21 ¶ Et notãdum etiam, † quod ſi primum ſtatutum habet clauſulã, quod tenor eius præcisè debeat obſeruari, illud verbum, præcisè, habebit vim clauſulæ derogatoriæ ad ſequens ſtatutum, quod fieret in contrariũ, vt tenet ibidem Crottus *numero 59. in prin. allegat Abb. in c. 2. de reſcript.*

22 ¶ Eſt etiam notandum, † quòd vbicunque requiritur ſpecialis derogatio ſtatutorum, ſi dicant ſtatuentes, quòd tenor ipſorum habeatur pro expreſſo, hoc ſufficiet, vt per Bald. *in c. cum dilecta, in vlt. colum. de reſcript.* & ſequitur Crot. *d. nu. 59.*

23 ¶ Sed hic quæro † de pulchra quæſtione, extat ſtatutum, quòd ſtatuta facta contra rebelles, non poſſint ſuſpendi ſub tali pœna; quæro, an iſtud ſtatutum, quod ſuſpendi prohibet, poſſit ſuſpendi, & ſi ſuſpendatur, an ſuſpendentes incidant in pœnam. Bald. *in l. 2. C. de ſeru. expor.* tenuit, quòd poterit, & ſi fiat, non incident in pœnam, quod tamen declara, vt per Seuer. *in d. l. omnes populi, de iuſtit. & iure, nume. 93. in 3. columna verſic. decimotertio quæritur.*

24 ¶ Notandum quoque, † quòd ſtatuta non tantum tolluntur per aliud ſtatutum reuocãs præcedentia, ſed etiam per vnicum actum vniuerſitatis vniuerſaliter, & in conſilio factum in contrarium, dummodo factum ſit ſcienter. *c. pro illorum, vbi Abb. in vlt. not. de præben. idem in cap. cum acceſſiſſent, de conſt.* vbi Fely. & Dec. *in vlt. no. eſt num. 4. de conſt. & Pariſ. conſ. 92. pro primi, nu. 44. in 4. volum.*

25 ¶ Et non † tantum ſtatuentes, ſed etiam Magiſtratus poſſunt reuocare ſtatuta ex noua cauſa & iuſta, ſi ſtatuta ſint ſpecialia, ita Bal. *in l ſi hominem, ff. manda. quem ſequitur Fely. in c. 1. nu. 72. de conſtit.*

26 ¶ Item notandum, † quòd ſtatuti derogatio non trahitur retro, vt ſcilicet compræhendat præterita facta in exequutionem d. ſtatuti, niſi in reuocatione dictum fuiſſet, quod ſtatutum antiquum haberetur pro nunquam facto, per ea quæ not. per Ioan. Andr. *nouell. in cap. vltim. de elect. in 6. & ſequitur in ſpecie Bald. in l. ius ciuile. num. 3. ff. de iuſt. & iur. ad quæ vide, quæ infra dixi, dum loquutus ſum, an lex abrogata poſſit allegari, in 7. fallen.*

27 ¶ Pariter † etiam notandum, quod reuocatis ſtatutis intelliguntur reuocatæ etiam omnes reformationes factæ circa dicta ſtatuta, vt docet Bald. *per illum tex. in l. 1. in princip. de Lati. liber. tollen.* ſequitur Andr. Sicul. *in c. 1. de conſtit. num. 27. & dixi ſupra, c. 35. de reformatione ſtatutorum. verſic. vlt.*

Reformationes.

¶ Et an creatis reformatoribus & data poteſtate eis reuocãdi effectus ſtatutorum reuocãdorum ſit ſuſpenſus? Dic quòd non, *vt dixi ſupra, d. c. 35. de reformatione ſtatutorum, verſ. antepen. incip. ſed an creatis.*

28 ¶ Magiſtratus † autem, qui iurauit ſeruare ſtatuta, ligabitur eis, & tenebitur illa ſeruare, donec fuerint correcta: quia iuramentum habet tacitam conditionem, niſi correcta fuerint, vt voluit glo. vltima *in cap. venerabilem, de elect. & in cap. 2. de iureiurand. in 6.* & in ſpecie tenet Seue. in dict. l. *omnes populi, numero 89. 66. in verſic. nam qui iurauit.*

29 ¶ Licet autẽ ſtatutum fuiſſet expreſſe reuocatum, ſi tamen ſemper non obſtante reuocatione fuit obſeruatum, reuocatio nil obſtabit quia non dicetur interruptum, quod ſemper viguit, *cap. vlt. vbi Are. 4. diſt. & tradit Bald. in auth. omnes peregrini. circa prin. C. communia de ſucceſſ.* & in ſpecie Seueri. in d. l. *omnes populi, nume. 89. in fin.* & facit ratio vltra eum, quia & ſtatutum quodlibet ſi vſu nõ ſit receptum, nil operatur, vt eſt gloſſ. in c. 1. *de treu. & pace, cum plur. concor.* de quibus per Dec. *in conſi. 262. in cauſa, num. 7. verſ. vlt. non obſt.* & plura adducit Hip. *in pract. crimin. in §. aggredior, nu. 40.*

30 ¶ Tollitur autem ſtatutũ & aliis modis, non tantum per contrariam voluntatem ſtatuentium: nam tollitur per ius commune in contrarium ſuperueniens, vt not. in cap. 1. *de conſt. in 6.* & in ſpecie Bald. in rubric. *de conſtit. numero 9.*

per Ius commune in contrarium ſuperueniens.

¶ Tollitur etiam per tolerantiam in contrarium factam, ſicut dicimus, quòd bannitus toleratus non poterit offendi, licet non ſit de banno liberatus. ita Bald. & Saly. *in l. nullus, C. de Iudæ. cum concord. de quibus per Alex. in conſi. 1. circa primum dubium, in vlt. col. 2. vol.*

per Tolerantiam in contrariũ.

¶ Tollitur quoq; ſtatutum contraria conſuetudine, *vt not. in l. de quibus de legibus, & in l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. & in c. vlt. de conſue.* & per Pariſ. *conſi. 98. circa præſentem, numero 81. in primo volum. quod quomodo procedat, vide ibidem, numer. 82.*

per Cõſuetudinem cõtrariam.

31 ¶ Pacto † autem priuatorum an poſſit tolli, reperio, quod Bald. in rubric. *de conſt. nume. 15.* tenet, quod non, & allegat Innoc. *in cap. in noſtra, de procur. & not. in l. nemo poteſt, de leg. 1.* ſed dicendum, quòd quoad eorum ſpeciale intereſſe poſſunt recedere, ſi non concernat fauorem publicum, ſed ſi fauorem publicum concerneret, non poſſet, *iuxta not. in l. ius publicum, de pactis.*

per Pactum priuatorũ.

32 ¶ Illud autem † certum eſt, ſtatutum nunquã intelligi reuocatum per ſubauditos intellectus, *vt not. gl. in ver. petendi, in cap. cupientes. §. quod ſi per 20. de elect. in 6. & tradit Pariſ. conſ. 56. Agitur, nu. 31. in 2.*

per Intellectum ſubauditum.

33 ¶ Statuta autem præſumuntur durare, neque reuocata præſumuntur, niſi probetur reuocatio, *iuxta l. ſancimus, C. de teſtam. & l. præcipimus, Cod de appell.* & in ſpecie not. Andr. Sicul. in c. *cum acceſſiſſent, de conſt. num. 35. & vltra eum eſt gloſſ. in §. ſi. in ver. niſi in auth. de non alienan. & tradit etiam Dec. in c. 1. de conſt. in prima lect. num. 11. verſ. & ratio manifeſta videtur.*

34 ¶ Poſtquam † verò conſtet ea reuocata fuiſſe, non poterunt allegari ad deciſionem cauſarum, imo illa allegans incidit in crimen falſi, ſecundum gloſſ. & Bart. *in l. vlt. ff. de falſ. & gloſſ. in ver. valet, in c. nouit, de iud.* & de allegante ſtatutum correctum, quod incidat in crimen falſi, loquitur Bald. *in l. 1. poſt prin. C. de Iuſtin. Cod. confirman.* & eſt ratio, quia poſtquam eſt abrogata, non eſt amplius lex, ideo allegans eam, allegat quod non eſt, & ſic falſum, vt tradit Bart. *in l vlt. in 5. col. C. de edic. diui. & traduut omnes in c. 1. de conſt.* Fely. *num. 20. cum ſeq. & Dec. nu. 11.*

Fallit primo, niſi allegetur ratio ipſius legis, quia correcta lege, non ideo cenſetur correcta ipſius ratio. *gloſſ. in ver quicunq;, in c. nouit, de iudi.* licet è contra correcta ratione legis, cenſeatur correcta lex. quod quomodo procedat, *tradit Dec. in d. c. 1. in 1. lect. nume. 11. verſ. tertio concluſio glo. de conſt.*

Fallit ſecundo, quando non adduceretur ad deciſionem cauſarum, ſed tantum in argumentum & ad ſimilitudinem, *vt per Bart. in d. l. vlt. ff. de falſ. & in l. 1. in fin. prin. ff. de coniungen. cum eman. lib. cum concor. de quibus per Felyn. in d. c. 1. de conſt. num. 20. verſ. primus, quando non adducitur.* quanquam contrarium videatur eſſe verius, vt tenet gloſſ. *in l. 1. in prin. per illum text. in ver. imaginem, Cod. de Lat. lib. toll. & pluribus comprobat Dec. in d. c. 1. de conſt. in 1. lect. num. 11. verſ. 2. concluſio gl.*

Fallit tertio, quando lex non eſſet in totum abrogata, & allegaretur in partibus non abrogatis, ſecundum Bald. *in d. l. 1. in 4. colum. C. de Lati. lib. tollen. cum aliis, de quibus per Felyn. in dicto cap. 1. de conſt. num. 21. & Dec. in prima lect. nu. 11. verſ. & iſta concluſio.*

Fallit quarto, quando lex abrogans reprobaretur, & ſtatutum abrogatum obſeruaretur de conſuetudine, *iuxta cap. cum omnes, de conſt. ibi, ſecundum priorem conſuetudinem.*

*nem. ſequitur Felin. in d. c. 1. de conſtit. num. 22. ad quorum corroborationem faciunt ea, quæ ſuprà dixi hoc eodem cap. verſic. licet autem ſtatutum fuiſſet.*

Fallit quintò, quando lex abrogata tranſiuiſſet in priuilegium, quia abrogari non potuiſſet, *vt tradit Inno. in d. c. nouit, de iud. & ſequitur Felin in d. c. 1. de conſt. nu. 22. verſi. idem ſi eſſet. ad quæ faciunt, quæ ſuprà dixi hoc eo. c. verſ. quartus caſus.*

Fallit ſextò, niſi lex abrogata foret canonizata, maximè per Papam *ſecundum glo. in c. in primis, in verſi. lex Cornelia, 2. q. 1. quam ſequitur Abb. in c. 1. de præſumpt. & Felin. in d. c. 1. num. 22. verſi. idem ſi lex abrogata.*

Fallit ſeptimò, niſi eſſet decidendus caſus præteritus ante legem abrogatam, quia ad illius deciſionem poſſet allegari, *vt per Bart. in d. l. fin. de falſ. & per Bart. in l. 1. C. de Iuſtin. C. confir. & Felin. in d. c. 1. nu. 22. verſi. idem ſi eſſet decidendus. pro quibus faciunt, quæ ſuprà dixi hoc eo. c. verſic. item notandum, quod ſtatuti derogatio.*

Fallit octauò, niſi ſtatutum abrogatum allegaretur ad corroborationem legis nouę, *per c. ſuper eo, de cogna. ſpiri. ſequitur Fel in d. c. 1. nu. 22. verſ. idem etiam, ſi allegaretur.*

Fallit nonò, quando lex abrogata concordaret cum noua, quia poſſet allegari *ſecundum Archid. in c. vlt. de off. lega. in 6.* quod quomodo poſſit exemplificari, vide Felin. *in d. c. 1. de conſt. nu. 22. verſic. item quando lex abrogata, & Deci. ibid. nu. 11 in fi. verſi. 4. lex correcta.*

Fallit decimò, quando lex ſiue ſtatutum non eſſet correctum in ſubſtantia, ſed tantùm in cortice, *vt voluit Anto. de But. in c. quod dilectio, de conſang. & affin. per illum text. iuncto c. non debet, eo. tit. ſequitur Feli. in d. c. 1. num. 22. verſ. idem, quando lex non eſt correcta.*

Fallit vndecimò, ſi allegaretur pars reſecata ratione tantum ſuperfluitatis, non iniquitatis, quia poterit allegari, *vt tradit Domin. in c. ſi Romanorum, 19. diſt. & ſequitur Feli. d. nu. 22. verſi. idem ſi allegaretur pars*

Fallit duodecimò, niſi allegaretur, vt moneretur iudex de errore, propter quem lex ipſa vel ſtatutum correctum fuit, ne & ipſe incideret in ſimilem errorem, *vt probatur in c. legimus, 37. di. & ſequitur Feli. d. nu. 22. verſic. idem ſi allegaretur, vt oſtendat.*

Fallit decimotertiò, niſi allegaretur ad cognoſcendam mentem ſtatuentium, qui abrogarunt ſtatutũ antiquum, *iuxta glo. in ver. valet, in c. nouit, de iud. & ſequitur Felin. in d. cap. 1. num. 22. verſicu. idem ſi allegetur ad cognoſcendam mentem.*

Fallit decimoquartò, quando lex allegaretur per eũ, qui non recognoſceret in ſuperiorẽ abrogantem ipſam legem vel ſtatutum, *text. cum glo. fin. in c. cùm deuotiſſimam, 12. q. 2. & ſequitur Felin. d. c. 1. nu. 22. verſ. idem quando lex allegatur per non recognoſcentem.*

Fallit decimoquintò, ſi allegaretur non vt obſeruaretur, ſed vt ſciat quis eam refutare, *ſecundum Gemin. in c. legimus, il 2. 37. diſt.* vel ſi allegaretur, vt plura ſciamus, *ſecundum Io. de Ana. in rubr. de ſortileg. col. 2. & Feli. vbi ſupra.*

Fallit decimoſextò vltra Feli. niſi allegaretur, vt antiquitatis nil penitus ignoretur, *§. 1. Inſt. de teſtam.*

Fallit decimoſeptimò, niſi quis allegaret legem correctam clauſam in corpore iuris, vel ſtatutum clauſum in volumine ſtatutorum: quia tunc allegans non puniretur de falſo, licèt malè faceret, *vt declarat Barto. in l. 1. in prin. ff. de coniungen. cum eman. libe. & probatur in c. de auctoritate, de priuil. in 6 & per Bart. in l. omnes populi, in fin. ff. de iuſtit. & iure. & in d. l. fin. de falſ.*

Fallit decimooctauò, niſi allegaretur in argumentum per habentem poteſtatem legis condendæ, *cap. volumus, & cap. quæcunque, 2. quæſtione prima, & per Alexandr. in additio. ad Bartol. in dicta leg. vltima, ff. de falſis.*

# TRACTATVS CRIMINALIS CLARISSIMI AC CELEBERRIMI IVRISCONSVLTI D. TIBERII DECIANI VTINENSIS Comitis, Equitisque Illustrissimi;

# Liber Tertius.

## CAP. I.

## *quid sit Accusare.*

### SVMMARIVM.

1 *Crimina quot persequimur modis.*
2 *Accusare, quid sit, quidq; accusatio, & defensio, accusationis definitio per authorem, num. 3.*
4 *Accusatio quotuplex.*
5 *Accusasse an dicatur simpliciter libellum producens, vbi tex. in l. eum patronum, §. vlt. de iure pat. & tex. in l. qui cum maior, §. accusasse, ff. de bon. libert. conciliantur.*
6 *Accusatio propriè est quando agitur ad pœnam corporalem, non pecuniariam, & condictio ex l. quæ sit.*
7 *Accusare latè sumpto vocabulo & pecuniarias pœnas, quamuis rarò, prout etiam actio criminalia respicit, nu. 8.*
9 *Accusatio pro actione quandoque sumitur & econuerso.*
10 *Accusatio in dubio semper pro criminali sumenda est persecutione, actio pro ciuili, & an proprietas ista sit attendenda, & quando non.*
11 *Accusatio, denunciatio, & incusatio, quomodo differant.*

1 VIA † crimina omnia persequimur quinque modis, videlicet vel per Accusationē, vel per Denunciationem, vel per Exceptionem, vel per Inquisitionē, vel per viam Notorij, *vt habetur per omnes in rubr. extra de accusa. maximè Io. de Ana. Fel. & Soc.* ideo prius videndum, quomodo accusatione persequamur delicta, & quomodo se habere debeat ipse accusator in persequendo, & reus aduersus accusatorem se tuendo, & iudex circa eam in iudicando.

2 † Verùm quia, vt suprà dictum fuit in primo libro, in princ. prius de significatione verborum videndum est, ne ab æquiuocis confundatur intellectus, & vt accusator, qui primus est in iudicio considerandus, instructus in iudicium veniat, quibus vti debeat elocutionibus, & vocabulis, vt officium suum exequatur: Ideo aduertendū, quòd in iure plura sunt & nomina & verba, quibus hunc actum persequendi crimina per accusationem significamus. Et primò excutiamus significationē huius verbi, Accusare & Accusatio. Est Accusare, † de aliquo apud iudicem legitimè conqueri, vt puniatur. Accusatio aūt est iniuriarum vel delictorum expositio, sicut defensio accusationis contraria est iniuriarum & delictorum obiectorum dissolutio, *vt definit Arist. Rhet. ad Alex. c. 4. in prin.* Scribentes aūt in rubr. C. de accusat. & in Decret. eo. tit. si definiunt, quòd Accusatio est delatio alicuius criminis ad vindictam publicam in iudicio legitima interueniente descriptione: siue vt definiebat Maria. Sozi. *in d. rubric. extra de accu. nu. 2.* est ius deferendi criminis alicuius hominis doli capacis ad vindictā publicam in iudicio interueniente legitima descriptione: nam, vt ipse inquit, accusatio non est facti, ideo non debet definiri per verbum delatio, quod est facti, sed per hoc genus ius, cùm sit iuris, sicut actio, quæ est ius persequēdi in iudicio, &c. *Inst. de actio. in prin.* Ego tamen puto breuius ac verius sumpto exemplo ab actionis defi-
3 nitione, sic posse definiri. Accusatio † est ius vlciscendi solenni & pœnali iudicio iniurias ac delicta. Dixi Ius, quia sicut actio est ius persequendi, ita accusatio est ius vlciscendi. Dixi ideo, *Vlciscendi*, propter vindictam publicam. Dixi, pœnali iudicio, ad differētiam ciuilium actionum. Dixi, solenni, propter inscriptiones, & alia solennia requisita, *de quibus in l. libellorum. ff. de accusa. l. 3. C. de his qui accu. non poss.* quæ non conueniunt inquisitioni, aut denunciationi, *l. ea quidem, C. de acc. l. 1. §. quies, ff. de off. præf. vrb. l. diuus. ff. de custod. reor.* & si dicas persequēdi, cùm persequi sit nomen generale, *l. pecuniæ verbum, §. persequutio, de verborum significa.*

4 ¶ Et † ideo Bart. *in l. libellorum, §. sed & si aliud, ff. de accus. num. 2. & post Iac. Butr.* dixit, quòd accusatio potest sumi dupliciter, videlicet & pro iure accusandi, sicut & actio, pro iure agendi, aliquando & pro libello siue carta, in qua libellus ipse accusationis est inscriptus. Et si primo modo sumatur, & de pluribus delictis quis sit vno libello accusatus, tot censebuntur accusationes, quot sunt delicta. Si verò secundo modo capiatur significatio, tūc vnica erit accusatio, licèt plura contineat delicta: quod infert ad interpretationem statutorum, vt per eum.

5 ¶ Sed † ex præmissis quæri potest, an accusasse dicatur, qui simpliciter libellum accusationis produxit, an potius requiratur perseuerantia vsq; ad finem iudicij ad hoc, vt accusasse dicatur? Et in hac quæst. videntur duo iura ex diametro contrariari: nam tex. *in l. eum patronum, §. vlt. de iure patr.* inquit: Qui nomen detulit, accusasse intelligendus est, nisi abolitionem petat. At in l. qui cum maior, §. accusasse, ff. de bo. liber. dicitur, accusasse eum dicimus, qui crimina obiecit, & causam perorari vsque ad sententiam effecit: cæterum si antè quieuit, non accusauit: sed si appellatione interposita desiit, benignè dicetur non pertulisse accusationem. Accurs. *in d. §. vlt.* sentiens hanc antinomiam, dixit conciliando, ꝙ dispositā *in d. §. vlt.* procedebant attēto rigore edicti & verborum eius: dicta autem *in §. accusasse*, procedere ex mente & ex benigna interpretatione edicti. quæ quidē solutio Bart. non placuit eo in loco: atque ideo ipse aliam commentus est, quòd scilicet tex. *in §. vlt.* procedat, quando accusator quotidie & diligentissimè expeditionem vrgeret: nam assidua illa instantia verè accusasse dicetur, nisi abolitionē petat, cùm tamen in §. accusasse, presupponendū sit accusatorē nō fuisse solicitū in persequenda accusatione, sed statim ea porrecta tacuisse & destitisse. quæ Bart. solutio pariter, vt & ea Accurs. mihi non placet, quia meram sapit diuinationem, cùm nullum sit verbum in illis legibus, quod tali diuinationi coniecturam aliquam, ne dicam fundamentum, præbeat, cùm de instantia & solicitudine accusatoris nulla mentio. quinimo, si talis accusatoris instantia consideranda

foret,

foret;§.ille, accusasset, vrget acerrimè contra Bar.solutionem, dum disponit, quòd & si accusator accusationem fuerit adeo sollicitè prosequutus,vt sententiam impetrauerit,tamen si interposita appellatione destiterit, non dicetur accusasse; ergo instantia & solicitudo non est in causa, vt quis dicatur accusasse,vel nō. Quare putarem aliter intelligendas has leges, vt scilicet sensus sit ambarum, vt is accusasse dicatur, qui non destitit ab accusatione; qui autem destitit, non dicatur accusasse: & in hac regula concordat vtraque, verùm quando dicatur accusator destitisse,non aperit,§.accusasse, quod tamen declarat d. §. vlt. quòd scilicet tum demū destitisse dicatur, cùm abolitionem petierit. certum est enim, ꝙ qui desistit ab accusatione per solam pœnitentiam abolitione nō impetrata, punitur,quam si impetrauit,non punitur,*l.1.§.si quis autem, & l.ab accusatione, & l.aut priuatim, ff. ad Turpil. & l.2. C. de abolit.* Et præterea hic sensus colligitur etiā ex vltimis verbis,§.accusasse,dum dicitur inferendo ex præmissis,ꝙ si pendente appellatione decesserit libertus,patroni filius admittetur, quia non dicetur accusasse.hęc enim verba innuunt, quòd requiritur ea cessatio, quæ pœnam non mereatur. sicut enim per abolitionem desistendo non punitur,vt dixi: ita etiam desistendo ob mortem accusati immunis est à pœna Turpiliani,*l.in senatus, §.si propter,ff.ad Turpill.*

¶ Constat autem, quòd cùm dupliciter agi possit de crimine,ciuiliter scilicet, quando agitur de re familiari & ad interesse priuatum, & criminaliter ad vindictam publicam,*l.vlt.ff.de priua.delict.l.vlt.ff.de fur.l.1.C.quando ci-*
6 *uil.actio crim.præiud.l.interdum,ff.de pub.iu.* accusatio †propriè dicetur, quādo criminaliter ad publicā vindictam crimen agitur, vt pœna corporalis, non pecuniaria infligatur, & ideo text. *Inst.de pub.iud.in princip.* dicit, quòd publica iudicia non ordinantur per actiones, sed per accusationes. Quare Bar.*in l.1.in 3.q.ff.de condi. ex lege,* dixit,quòd si delictum ex forma statuti puniatur, condemnatus ex statuto, non dicetur condemnatus condictione ex lege, sed accusatione ex lege: quia condictio ex lege, est actio, quæ non conuenit criminibus persequendis,sed tantùm accusatio. Et eadem ratione motus dixit Spec.*in tit.de accus.versi.quid si primo,* ꝙ si in libello quis vtatur hoc verbo, Accuso talē, & peto eum puniri, quòd dicetur accusatio criminalis, & pœna erit fisco applicanda,quod tamen intelligendum putat Alex. *in l.viro atque vxore,ff.solu.mat.* si subiecta materia id patiatur:puta quia verè de delicto accuset,secus si de nullitate contractus, vel de similibus, quæ criminali iudicio conuenire non possunt. quod etiam attestantur passim interpretes per illum tex.*in l.si quis maior, C.de transact.* de qua tamen cōclusione latius infrà differetur, dum verba libelli accusationis considerabimus.

7 ¶ Certum est tamen, † quòd quanquam id verum sit ex propria verbi accusare, vel accusatio, significatione, quòd accusare dicimur criminaliter,non ciuiliter,& ad pœnam corporalem non pecuniariam; latiori tamen sumpta significatione & hæc ipsa comprehendet: nam quod attinet ad pœnam pecuniariam,l.Iulia de annona pecuniariam infligit pœnam, *l.2.ff. ad l.Iul. de anno.* & tamen eius prosequutio accusatio dicitur, *l. mulierem,ff.de accusa.* sic & pro sepulchro violato pœna imponitur pecuniaria,*l.3.ff.de sepul.viol.* & tamen in ea actione accusare quis dicitur,*l.qui sepulchra, C.eod.ti.* similiter & cùm de re ciuili ciuiliter persequenda agitur, accusare quandoque dicimur, *l.qui accusare, C.de eden.* & tradunt omnes *in d l.viro atque vxore,ff.sol matr.* attamen id est obseruandū, quòd rarò proprietate huius verbi abutuntur Iureconsulti, adeò vt & si iniuria sit crimen, & priuatum delictum, *toto titu. ff. de iniu.* attamen iniuriarum actio semper nominatur, nō accusatio. similiter & in crimine sepulchri violati,de quo antè loquebamur, quoties de pecuniaria pœna agitur, actio, non accusatio nominatur sæpius ab Vlpiano *in l.3. & à Marcello in l.de sepulchro, ff. de sepulch.viola.* & tamen hæc actiò non tantùm ad rem familiarem pertineat, sed etiam ad vltionem, *lege sepulchri violati actio,eodem titulo,* atque ideo posset accusatio nuncupari. idem etiam videmus obseruatum in crimine termini amoti: nam & ex eo datur actio, non accusatio, quia scilicet pecuniaria pœna ex lege Iulia statuta fuit, *lege agraria,ff. de term.moto.* Quinimo & Labeo residuæ pecuniæ publicæ actionem nominauit, non accusationem,*in l.cum eo.ff.ad legem Iul.pecul.* quæ sanè ea duntaxat ratione innituntur: quia in his omnibus de re pecuniaria agitur, ad quam non accusationis, sed actionis verbum pertinet: nam & licèt in crimine albi corrupti contempta Prætoris maiestas vindicetur, attamen actionem nominat,nō accusationem eius criminis prosequutionem Pau.*in l.si familia,ff.de iurisomn.iud.*

9 ¶ Nec mirum, † quòd quandoque lata sumpta significatione accusatio pro actione sumatur, cùm & actio sæpè pro accusatione vsurpari soleat, *vt in l.si maritus, §.si negauerint, ff. de adulte.* dum primò idem Iurisconsultus qui dixerat de negantibus se accusaturos, postea in fine de eisdem loquens vtitur his verbis, eum qui se negauerit acturum, postea non audiendum. & Accursius *in l. prima,§.consequens,in ver. hanc actionem, ff.de susp.tuto.* exponit hoc verbum,*actio,* id est accusatio. sic & in lege presbyteri la prima,*Codic de episcopis & clericis,* exponit actionem falsi, id est accusationem. & idem in lege prima *ff. de crimin.stellio.* sic & Alciat. Parer g.*libro secundo, capite vigesimo sexto* scribit,legi in C. Theodo.actionem internecij, pro accusatione homicidij. & Tullius pro Milon. perduellionis actionem interdicit. & alibi sæpè apud probatos authores legi potest, præsertim si addatur aliquod nomen, quod indicet de criminali accusatione agi,*vt in rubrica, & omnibus legibus sub ea positis, C. quando ciuil. actio crim. præiud.* ibi enim actionis nomen sumitur tanquam genus, quod distinguitur per adiectiones illas,ciuilis,& criminalis,qua ratione & capitalem actionem appellat text.*in l.penul.ff.si ex nox.caus.agā.* sic & in lege diuus, ff. de crimi. expil. hære. dicitur crimen agere, & criminaliter agi,*in l.vlt. ff. de furtis.* & hoc etiam est regulare, vt quando agitur pro priuatis delictis, ciuiliter agere,non accusare dicamur, *lege si pro furto, §. furti actio, & §.condictio,ff.de cond.fur. & in l.non debet,ff.de dolo malo.* Et quòd ex lata significatione nomen hoc accusatio, adaptetur etiam causæ ciuili, tradunt Cano.*in cap.in tua, de testi.vbi Abbas numero primo,& in cap.omnibus,5.q.6. vbi Gemi-*
*nianus,* & tradit etiam consulendo Feder.de Sen.*cons.24.* *Titius.* vbi dicit hoc comprehendi ex præcedentibus, & sequentibus, in quam significationem proferens tale nomen accipere voluerit.

10 ¶ In dubio autem seruanda † erit vocabuli proprietas, vt si proferatur verbum accuso, vel nomen accusationis,intelligatur de criminali propriè: nam regulariter verba in proprio significatu sunt accipienda,*lege prima, §.qui in perpetuum, ff. si ager vectigal.cap.susceptum, de rescript.in sexto. & ita in specie docet Specul.in titu. de accusationibus,§.primo, versic. quid si primo dixit, & sequitur Anton.de Butrio in capitul.dilecti,de iudicijs, & in rubrica de accusationibus, quibus tamen refragatur Romanus in dicta lege, viro atque vxore, solut matrimonio:* motus hac ratione, quia cùm verba hęc capi possint & criminaliter & ciuiliter, dicta lege, qui accusare, *Cod.de edendo,* in pœnalibus semper verba sunt capienda in mitiorem partem,*lege præses,ff.de pœn. c in pœnis,de regul.iur.in sexto.lege semper in dubijs, de regu.iur.cum similibus.* Et hanc opinionem puto veriorem in dubio ex hac alia ratione, quia verba in dubio contra proferentem sunt interpretanda, *lege veteribus ff.de pactis, cum similibus.* si ergo in libello apposita sint ista verba, *vt in casu Speculat.* debent contra libellantem interpretari. Dixi autem,in dubio, quia si constaret de mente proferentis ex præcedentibus,& sequētibus, vel ex subiecta materia, aut aliis coniecturis, tunc non essemus in dubio, *vt in specie sentit Federic.d.consil.24.*

¶ Licèt

11 ¶ Licèt autem † accusatio, & denunciatio diuersa sint, *vt suprà dictum est in principio huius capituli, & tradunt omnes in rubrica Cod. de accusationibus, & extra eodem titulo*, tamen tam ampla est significatio huius vocabuli, vt etiam denunciationem comprehendat, *vt est tex. cum glo. in cap. 2. de accusationibus, & sequitur Cæpolla consil. 64. super articulo, numero 2. in fine*, sed & accusare differt ab incusare: nam vt inquit Seruius exponens illud Virgilij primo Æneid.

*Talibus incusat, gressumq; ad mœnia tendit.*

inquit, Incusamus nobis maiores, accusamus pares vel inferiores.

## CAP. II.

## *Accusatio, an & quomodo differat à Denunciatione, & verbum Defero, ab Accuso verbo.*

### SVMMARIVM.

1 *Denunciare, & denunciatio quid sint.*
2 *Deferre, & accusare, pro eodem sæpè ponuntur.*
3 *Defertur non solùm crimen, sed & reus de crimine, & quid nomen rei deferri, significet, & quid recipi, & quòd primò indicatur, seu defertur, secundò accusatur, tertiò conuincitur, & quid importent ista omnia, num. 4.*
5 *Delatoris nomen magis est inuisum, quàm accusatoris, & quare, & quòd delatio etiam fit per suppositam personam.*
6 *Deferre etiam dicimur bona spectantia ad fiscum, ab alijs possessa, & quare isti etiam sint odibiles.*
7 *Arguere verbum, in quo differat à verbo, accuso, & quid argumentum significet.*
8 *Arguere pro accusare quandoque sumitur, & an arguens accusasse dicatur in materia statutorum, cùm in accusatione probatio requiratur. 9.*
10 *Nuntiare, vel Denuntiare pro accusare sumuntur, & quid nuntiator sit, & denuntiator, & quid eorum officium; & qui eo vterentur.*
11 *Indicare propriè quid sit.*
12 *Postulare cum ablatiuo, quid significet, & quando iungitur genitiuo, & quid sit propriè postulare, 13.*
14 *Queror, & conqueror, quid propriè & impropriè contineant, & significent, & quòd quamuis expostulatoria sint, & ciuiliter, tamen aliquando pro accusatione sumuntur & querela dicitur tantum post litem contestatam.*
15 *Insimulare quamuis non significent verè accusationem, tamen aliquando ipsam repræsentant.*
16 *Criminari, vel crimini dare, quid sibi velint, & criminatio aliquando etiam pro accusatione sumitur.*
17 *Accusare multis vocabulis, ac eloquutionibus exprimimus, vt mortem exequi, reum facere, dicere publico iudicio, instituere capitale crimen, impetere reum, & similibus, vsque ad finem cap.*

1 DENVNCIARE † secundũ Dy. *in tract. malef. sub rubr. quomodo de maleficijs cognoscatur per denunciationẽ*, dicitur, quòd denũciare est deferre aliquem reum criminis, *per l. ea quidem, C. de accusa. & l. ab accusatore, §. denunciatores, ff. ad Turpil.* Eandem definitionẽ sequutus est Guido de Suz. *in tract. de malef. sub rub. de denunciationibus*, quæ tamen expositio inutilis est, quia exponit verbum per aliud verbum, quod etiam expositione indiget, cùm & id quæri potest, quid sit deferre reum criminis. quare melius definiuit Sal. *in d. l. ea quidem, sequitur Ang. in tractat. malef. in ver. necnon ad denunciationem, in prin.* videlicet quòd denũciare est crimen alicuius deferre apud iudicem sine inscriptione legitima, vt puniatur. verùm quia de denunciatione latius infra sumus loquuturi, quando modum persequendi delicta per denunciationem explicabimus, ideo cùm hic nõ sit proprius locus, ad ibi dicenda Lectorem relego. Hoc enim vnũ hic tractandũ est, quod ad declarationem significationis verborũ ad accusationem spectantium attinet.

2 ¶ Deferre † ergo verbum sæpè etiam sumitur pro accusare, *vt in l. iubemus, C. ad legem Iul. repetund.* ibi, in publicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet, *& in l. pen. C. qui accus. non poss.* ibi, delator atque accusator emerserit: nam copula ibi stat positiuè, vt scilicet idem sit delator, & accusator, *vt alibi sæpè*, vt per Ias. *in l. 1. ff. de iusti. & iu.* ad idem opt. tex. *in l. qui de crimine, C. de accu.* dum dicitur, quòd qui de crimine publico in accusationẽ deductus est, ab alio super eodem crimine deferri non potest, & idem colligitur ex text. *in l. hi tamen, §. vltim. ff. de accusa. & dicitur in l. cùm patronum, in fi. de iu. patr.* quòd qui nomen detulit, accusasse dicitur.

3 ¶ Dicitur autem † deferri & crimen, & reus de crimine, *tex. in d. l. iubemus*, de reo textus in dicta lege, *qui de crimine*, & alibi sæpè. sed & nomen rei deferri dicebat, cùm delator vel accusator reũ iudici nominabat, quem accusaturus erat, in cuius iudicis potestate erat perpensa accusatoris persona & accusati, & criminis genere, nomen datum recipere vel non: quòd si recepisset, tũc dicebatur nomen inter eos receptum, quo facto delator ipsum solenniter accusabat, id est, facta subscriptione, *vt in l. libellorum, de accusa.* quod & Tul. his verbis indicat, *secundo in Verrem.* serui cuiusdam nomen defertur, is accusatur, ficti testes in eum dantur, rem cunctus Senatus Catinensium iudicat. Et idem Tullius pro Clau. atq; vt intelligatis Cluentium non accusatorio animo, non ostentatione aliqua, aut gloria adductum, sed nefariis insidiis proposito ante oculos vitæ periculo nomen Opianici detulisse.

¶ Atque idem quarto, in Verrem, de eodem Verre loquens inquit, palam de sella ac tribunali pronunciat, si quis absentem Stheniũ rei capitalis reum facere vellet, sese eius nomen recepturum, & simul vt ad causam accederet, nomenque deferret, Agathinum nouũ affinem atque hospitem cœpit hortari. Hic tum repentè Pacilius quidam accedit, ait, si liceret nomen absentis deferre, se velle: iste verò & licere, & fieri solere, & se recepturum. itaq; defertur, edicit statim vt cal. Decembris adsit Sthenius Syracusis. Neque postremò & illud eiusdem Tul. secũdo de Inuen. omittam, qui ita scribit. in quodam iudicio, cùm venefici cuiusdam nomen delatum esset, & quia parricidij causa subscripta esset, extra ordinem nomen esset acceptum, & quæ sequuntur: & paulò pòst & ea causa parricidij subscripta, & ea re nomen extra ordinem acceptum esset. Deferebatur ergo primum nomen rei, postea solẽni subscriptione accusabatur. Ideo tex. *in l. cùm patronum, §. fina. ff. de iure patr.* inquit, eum qui nomen liberti detulisset, accusasse
4 intelligendum etiam, nisi abolitionem petat.

¶ Vlpianus tamen † in l. indicasse, ff. de verbo. sign. 4. gradus constituit sub hoc verbo, indicare, vt scilicet is indicasse dicatur, qui detulisset, mox arguisset, deinde accusasset, postremò conuicisset, adeò vt primus sit gradus in toto genere accusationis, Deferre nomen rei, tertius aũt accusare, quanquam putem Vlpianum verbũ illud, accusasse, intellexisse pro eo, quod est causam contra reum dixisse præsentem, vt & Alciat. *super d. l. indicasse*, rectè sensit, & apud Tul. sæpissimè in eam significationem reperies hoc verbũ, accusare, id est, in reum causam dicere, quasi quòd deferre reum, sit libellum contra reum proponere, arguere sit argumentis & probationibus in libello narrata, & crimen obiectum comprobare, accusare causam ipsam accusando reum præsentem orare, & dicere, conuincere, id est, id efficere,
5 vt condemnetur.

¶ Propriè † autem delatoris nomen magis est inuisum, quàm accusatoris, quasi quòd delator sit, qui spe præmij etiam calumniosè passim omnes paratus sit in discrimen capitis deferre, quod videtur probare tex. *in l. 3. in fin. C. de malef.* dum dicitur, accusatorem autem criminis huiusmodi, non delatorem esse, sed dignum magis esse præmio arbitramur, *cui adstipulatur l. nulli, in fine,*

C. de

*C. de episcopis & cleri. ibi, nec delatoris nomen suspicionemq; formident.* & in l. *nostris, Cod. de calum.* dicitur, quòd delatores etiam dicuntur (intelligit calumniatores) qui per suppositas personas alios deferunt. Sed plerumque confunduntur hæc nomina, *vt dixi, & probat l. pen. & vlt. C. qui accusa. non possunt.*

6 ¶ Sed & delatores † dicũtur, qui bona ad fiscum spectantia vel caduca ab aliis possessa deferunt, *de quibus loquuntur omnes leges sub ti. C. de delator. & de his qui se deferunt, lib. 10. & in l. inter quatuor, ff. de diuer. & temp. præscr. & in l. de ferre, ff. de iur. fisci,* & hi quoq; sunt omnibus inuisi, & execrabiles, *vt inquit tex. in l. ex varia, C. de delat. li. 10.* præmium enim cui inhiant cum aliorum iactura ipsos execrabiles reddit, cùm eis tertia pars bonorum, quæ fisco inferũt, pro præmio tribuatur, vel aliquando etiam dimidia, *vt habetur in l. 2. C. de his, qui se defer. lib. 10. & in l. edicto, §. extat, ff. de iure fisci, vbi glo.*

7 ¶ Quanquã † aũt ex tex. *in l. indicasse, de verb. sig.* appareat verbũ, arguere, differre à verbo, accuso, prout verè differt: nam accusare est delicta alicuius corã iudice exponere, *vt supr. dictum fuit:* arguere verò est delicta ipsa exposita probare, & argumentis conuincere, *vt probatur in l. tutela, C. de in integ. rest. & in l. si voluntate, C. de rescin. vend. & in l. desiderium, ff. depos. & in l. delictis, §. vlt. ff. de noxa. in l. licet, §. possumus ff. nau. caup. stab. & in l. 1. Cod. de plus peti. & alibi sæpe.* nam & hinc deriuatũ est nomen hoc, argumẽtum, quod indicium & probationem significat, *l. 1. in prin. ff. de quæstio.* cùm argumentũ, teste Tul. nil aliud sit, quàm ratio rei dubiæ faciens fidem, *vt dixit etiam glo. in rubri. C. de probat. vbi Scrib. & Bal. in l. conuenticulam, C. de episc & cler. & probatur in l. si duo patroni, §. Marcellus ff. de iureiu. & in l. qui filium, §. vl. ff. ad SC. Treb. & in c. ad Apostolicæ, circa med. de re iu.*

8 *in 6.* Attamen † & sæpè arguere, sumitur pro accusare, *vt in l. diuus, §. sed & caput, in fi. ff. de custo. & exhi. re. vbi gl. & in l.*

9 *lege Corn. §. idem diuus, ff. de sica.* Ex quib. videtur decidi q. † quam proponit Alb. *in d. §. sed & caput,* si exter statutũ, q; arguenti de hæresi denturr 100. an si quis accusauerit, nõ tamen probauerit hæresim obiectã, an debeat cõsequi præmiũ? nam iure cautũ reperitur probationẽ requiri, adeò vt nec arguisse dicatur, nisi cõuicerit, atq; ideo, q; nec premiũ cõsequi valeat, *vt probat tex. iuncta gl. in l. si quis in graui, §. si ex stipulatu, ff. ad Syll. vbi gl. in ver. arguerit, & idem probat tex. in §. seq. & in l. 2. in prin ff. de adul. & in d. l. indicasse.*

10 ¶ Præmissis quoq; † affinis est significatio verbi, *Nunciare,* vel *Denunciare:* nam & pro accusare sæpissimè sumptum reperitur. nam & Paulus *in l. ab accusatione, §. nũciatores, ff. ad Turpill.* nunciatores appellat, qui delicta produnt apud iudices, & hanc quoq; significationem vtitur verbo hoc nunciare, *tex. in l. qui sepulchra, C de sepul. viol. ibi, siue quicunq; alius accusauerit, vel ad officium nunciauerit.* & de hoc verbo, denunciare, in eandẽ significationem sumpto est tex. *in l. ea quidem, C. de accu. ibi,* ea quidem quæ per officium Prę sidib. denunciãtur. Hi aũt nunciatores, vel denunciatores non tenebantur libellum accusatorium solenniter proponere, sed tantùm notoria exhibebant iudici, id est notas quasdam significantes delictũ ac delinquentem, de quibus notoriis loquitur in specie d. §. nunciatores, *& in d. l. ea quidem, & in l. diuus, ff. de custo. reor.* vbi quòd ex his notoriis siue eulogis statuitur, neminẽ esse facilè ac temerè condemnandum. vtebantur autem præcipuè hoc modo denunciandi crimina Apparitores & Irenarchæ, *de quibus in l. vlt. §. 1. ff. de mun. & hon. & in d. l. diuus,* qui etiam stationarij milites fortè appellantur ab Vlpia. *in l. 1. §. vlt. ff. de off. præfe. vrb.* & hoc, appellat officiũ tex. *in d. l. ea quidem, & de his etiam videtur loqui tex. in l. 1. C. de custo. reor. ibi, siue eũ cura publicæ sollicitudinis produxerit.* Quot autem sint denunciationum species, quod esse debeat horum nunciatorum officium, latè infrà dum ex professo de denunciatione loquemur, differemus.

11 ¶ *Indicare* † quoq; verbũ, pro accusare sæpè sumitur, *vt in l. vlt. §. 1. C. de accusa. & probat tex. in l. lege Corn. in fi ff. de iniur.* dum opponitur indicans accusato per hæc verba, & ei qui indicasset, siue liber, siue seruus sit, pro modo substantię accusatæ personæ tenet, & probare etiam videtur tex. *in d. l. indicasse, ff. de verbo. sign.* nam indicare propriè est clarè demonstrare, & quasi indice ad oculum ostendere, *§. vlt. Inst. de pub. iud. ibi, quasi per indicem.* sed quid differat indicare, ab accusare, & index ab accusatore, abundè declarabimus infra aptiori loco.

12 ¶ *Postulare* † similiter est verbum accusatorium, quod aliquando ablatiuo iungitur, vt postulare reum crimine expilatæ hæreditatis, *in l. hæres viri. ff. de nego. gest. & in l. 2. ff. de custod. reor. ibi, si quis seruus capitali crimine postuletur.* & quandoque iungitur genitiuo, *vt in l. capitis rei, ff. de fideiuss.* dum dicitur, capitis rei postulati fideiussores ex contractu citra vllam prę scriptionem à creditore, qui reum postulauerit, rectè conueniuntur. & de postulatis reis etiam loquitur *d. l. 2. §. vlt. ff. de custod. & exhib. reo.* & postulare de suspecto tutore, *latè in l. 1. in princ. & §. damnis, & §. consequens, & per totum illum tit. ff. de suspect. tuto.* à quo verbo & postulatio pro accusatione deriuatur, in quẽ sensum sumitur *in l. si qua per calumniam, in prin. C. de episcop. &*

13 *cle.* quanquam propriè postulare, † sit generaliori significatione desiderium suum, vel amici in iure apud eum, qui iurisdictioni prę est, exponere, vel alterius desiderio contradicere, *vt tradit Vlpia. in l. 1. §. postulare, ff. de postulan. & in l. 4. §. hoc edictum, ff. de dam. infect. & in l. 2 ff. de fideiuss. tu.*

14 ¶ Sed & † verba hæc, *Queror,* & *Conqueror,* sunt verba expostulatoria, & accusatoria, sed propriè lamentationem extraiudicialem continent potius, & officium potius retinendum requirunt, quàm vindictam iniurię, vt passim est legere apud Tull. & alios Latinos authores: apud nos autem similiter potius ciuilem actionem, & modestam querimoniam continet, quàm criminalem accusationem, *vt probatur in l. 1. C. rerum amot. & melius probatur in l. 1. § quod autem, ff. de offic. præfect. vrb.* vbi inquit Vlpia. quod autem dictum est, vt seruos de dominis querentes præfectus audiat, sic accipiemus non accusantes dominos, sed si verecundè expostulent. ex quo tex. colligit ibi Alberic. quòd hoc nomen, querela, quod à verbo queror, descendit, propriè non refertur ad ius ordinarium, sed extraordinarium. & ideo si statuto caueatur, quòd querelæ bannitorum non audiantur, intelligetur illud nomen querelæ, non de querelis iure ordinario propositis, sed extraordinario, allegat quasdam leges ad hoc, quæ mihi nil probant, ideo concludit, quòd ex quo lata sumpta significatione vocabuli omnes querelarum species continentur, siue iure ordinario, siue extraordinario, quòd odio furum omnes comprehendentur, & de illis seruorum querelis modestè proponendis habemus etiam tex. *in l. 2. §. sed dominorum, ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur.* Hoc etiam sciendum, quòd querela, & querimonia non dicitur propriè ante litem contestat. sed tantùm post, *vt est tex. in c. placuit. ver. is autem cuius, 16. quæst. 3.* ibi intra constituta tempora præsidem adeat, libellum ei porrigat, & hoc in querimoniam deducat. ex quo infertur, quòd si quis promiserit non mouere querelam in tali re, vel de tali re, per simplicem petitionem, & expostulationem ante litem contestatam non dicetur mouisse querelam, & ideo ex hoc non dicetur incidisse in pœnam promissam in casu contrafactionis. *ita Natta in repet. clem. sæpè, de verborum significatio. in prin. in colum. 8. in fin. versicul. sed quid de promittente, allegat ad hoc Archid. in c. si episcopus, 11. q. 3. numer. secundo.* qui tamen eo in loco non loquitur de querela in hanc significationem sumpta, sed de querela, prout est species appellationis, *iuxta text. in l. si ab arbitro, vbi glo. & Bar. latè, ff. qui satisd. cogan. & idem Bar. in l. 2. C. quomodo & quando iud.* sed decisio quæstionis propositæ per Nattam dependet ab illa quæstione, an ad hoc vt quis incurrat in pœnam, sufficiat attentasse, & cœpisse, si non sequatur effectus, *de qua infra suo loco latè.*

¶ Querela ergo propriè dicitur, quãdo oppressus reclamat, & expostulat, vt sibi via iuris succurratur, *c. querelam,*

*lam, vbi omnes Scrib. de procur. cap. querelam, de iureiur.* ex quo sequitur, quòd cùm dicitur aliquid factum ad querelam talis, non sequitur hæc consequentia, ergo ad mandatum, instantiam, & accusationem talis, sed ad simplicem lamentationem tantum, & ita consuluit Dec. *consi. 125. in causa spoliationis, in vlt. col. vers. querela enim dicitur.* Postremò hoc etiam certum est, quòd verba ista, & accusationem criminalem sæpè significant, *vt in l. querela falsi, C. de fal. & in l. 1. §. cùm patronus, de officio præfecti vrb. & tradit glo. in c. Maximianus, in ver. querelam, 80. dist. & est tex. in c. cùm contingat, de foro comp.* quod ex subiecta materia de qua fit sermo, facilè cognoscetur, vt etiã de his vocabulis agere, & actio, ꝙ secundum subiectam materiam aliquando accusationem significent, *tradunt omnes in l. viro & vxore ff sol. matr. & And. Sicul. in c. dilecti, 4. colum. de iud.* & quòd hodie querela sumatur pro accusatione tradit etiã Cæpol. *cons. 64. super art. nu. 2. in fi.* sed verè de proprietate sermonis ciuilem potius cõtinet expostulationem, quàm criminalem ad vindictã sanguinis, *vt dictum fuit, quod comprobatur ex not. deci. Io. And in c. prælatis, de homicid. in 6. in primis verbis,* vbi voluit, quòd licèt clerici non possint accusare criminaliter ad pœnam sanguinis, nisi protestẽtur, quòd non intẽdunt talem pœnam infligi, tamen si clericus non dicat, accuso talem, sed conqueror de tali, ꝙ excusabitur, quia tale verbum non importat vindictam sanguinis, & ita monet clericos, vt hoc verbo semper vtantur, ne incurrant irregularitatem: simplex aũt querela dicetur non solennis, & ideo si statutum mandet super aliquibus causis procedi ad simplicem querelam, intelligetur id est sine libello, & sufficiet querimoniam suam in actis verbo explicare, *ita Bal. in l. 1. C. vt in poss. lega. & idem probat tex. in l. si quis se iniuriam, C. de accusa.*

15 ¶ *Insimulare*, pariter verbum est accusatorium, licèt solennem accusationem non significet, *vt videtur text. in l. ea quidem, C. de accus. ibi, verum falsis, nec ne notorijs insimulatus sit perpenso iudicio dispici debet*, & ibi loquitur de denunciationibus, quæ fiunt citra solennia accusationum, *vt ibi dicitur, de quo etiam Budæ. in annot. in Pandect. in l. ab accusatione. ff. ad S C. Turpi.* aliquando tamen & solennem accusationem significat, *vt probatur in l. 2. C. de exhib. reis*, dum scribitur, ex longinquo si quis est acciendus, non prius insimulanti, id est accusatori accommodetur assensus quàm solenni lege se vinxerit. ex quo tamen tex. colligi potest, quòd si nõ fuisset adiecta expositio illa, id est accusatori, verbum insimulãti, captum fuisset in sua propria significatione, scilicet sine solennibus accusationum: sed & apud Tul. sæpè insimulare pro accusare, & insimulatio pro accusatione sumitur, vt est illud in Verrem 6. primum insimulatio est repentina capitalis atque inuidiosi criminis, & illud pro Fonteio, in falsam atque in iniquam probrorum insimulationem vocabatur, & alibi sæpè.

16 ¶ Criminari item† vel crimini dare, & crimen opponere, vel intendere, est accusare, *vt in l. vlti. §. 1. Cod. de accusa. & in l. neganda, C. qui accusa. non poss. & tradit Imol. in l. is, qui reus ff. de pub. iud. numero 11. versicul. tu adde.* Hinc etiam criminatio pro accusatione, *vt in l. si accusatoribus, Cod. de acc. ibi, criminatione etiam nunc perseuerante.* quinimo & hoc simplex nomen crimen, pro accusatione sumitur, *vt in l. nullum crimen ff. de regulis iuris, & in l. si cui crimen, ff. de accusatio. & in l. adulteram, C. de adult. ibi, inchoatum crimen.* & in hũc sensum etiam hoc nomen crimen, exponit Accurs. *in l. secunda, Cod. de genera. aboli.* & in hunc quoque sensum vsurpauit Tullius quinta in Verrem, dum inquit, de qua cùm dixero totum hoc crimen Decumanum perorabo: nam perorare dicimur accusationem, non crimen, id est delictum.

17 ¶ Plura† quoque sunt alia vocabula atque aliæ elocutiones, quæ accusationem significant, vt mortẽ exequi, *in l. prima, ff. de accusation. & in l. secunda, §. pupillis. eod. tit.* Et reum facere publico iudicio, *l. prima, ff. de accusa. l. Senatus, C. qui accusa. non poss. l. inter liberos, §. penultim. de adult.* Dicere publico iudicio, id est, accusare, *l. secunda, in fin. prin. ff. de accusa. ibi*, sed & testamento paterni liberti vel materni mulieribus publico iudicio dicere permissum est. Item prosequi mortem alicuius, id est accusare ob mortem, *l. non ignorat, C. qui accusa. non poss.* Et subire accusationem, *in l. de crimine, in fin. C. eodem.* Vindicare necem fratris, scilicet accusando, *l. sororem, C. de his quib. vt indign.* pulsare, id est accusare, *l. clarum, C. de auth. præstan. ibi, pulsatis in criminalib. causis.* Instituere magnum ac capitale crimen contra aliquem, *in l. si magnum, C. qui accusar. non poss.* Exercere accusationem, *l. si sororem, C. eo.* Deducere in accusationem, *l. 2. in fi. C. de aboliti.* Implere accusationem, id est probare, *l. 1. C. de aduo. di. iudic. l. is qui reus, in fi. ff. de pub. iud.* Impetere reum, *c. nulli, de accusa.* Defendere necem alicuius, id est, necem alicuius vindicare accusando, *l. non prohibentur, C. qui acc. non poss. in fi. vbi glo. Bal. & Sali. & Bart. in l. 1. in prin. ff. de excep.* Premere crimine, *lege neganda, Cod. qui accu. non poss.* Pulsare accusatione, *c. tantis, 81. dist.* Professio aduersus aliquem, id est accusatio, *c. neganda. 3. q. 11.* Obijcere crimina, *l. 1. C. qui acc. non poss.* Reum facere, *l. 2. §. si publico, ff. de adult.* Allegatio lenocinij, *l. accusatio, d. §. si publico.* Intromissa accusatio, *l. adulterij, C. de adul.* Reus constitutus libertus à patrono, *l libertus, la 1. ff. de in ius voc.* Intentare crimen, *l. qui pupill. §. vlt. & l. cum passa, §. incesti, de adul.* Exequi, id est accusare, exequutio, id est accusatio criminalis, *l. 1. & l. qui iudicio, & l. hi tamen omnes, ff. de accusa. & l. & eum, ff. de vi pub. & l. 2. de calum.*

## CAP. III.

## *Quid primùm debeat considerare Accusator.*

### SVMMARIVM.

1 *Accusatores, sui officij immemores, veluti canes euitandi, & vt monstra in repub.*
2 *Accusator si illegitimus sit. frustra reus accusatur.*

COGNITA earum vocum significatione, quæ primum mentis accusatoris conceptum significant, hoc est ipsum actum accusandi, consequitur, vt se ad ipsam accusationis materiam accingat. Verum quia quilibet antequam id, quod intẽdit, aggrediatur, quod circa illud sit eius officium, diligẽter prospicere debet, ne scilicet in eam incidat turpitudinem, vt ignoret, quę sint eius partes circa ea, in quibus versari intendit, quo nomine Q. Mutium Scæuolam, Seru. Sulpitium reprehendisse testatur Pompo. *in l. 2. §. Seruius autem Sulpitius, ff.*
1 *de orig. iur.*† si enim officij sui immemor vindictæ vel lucri obcæcatus amore personam accusatoris indutus, omnia misceret, iusti & æqui immemor, omnibus certè se inuisum præberet, & veluti rabidus canis ab omnibus & euitaretur, & quibuscunque modis impeteretur tanquam veneficum quoddam in Republica monstrum. & ideo quia nos Christi Redẽptoris nostri cultores Christianis scribimus, & Christianum accusatorem instituere intendimus, primum cogitandum esse dicimus accusatori, an hoc accusatoris officium, quod suscipere intendit, Christiano liceat; mox si in genere liceat, an sibi liceat, videlicet an is sit ex numero earum personarum, quæ ad accusationem inuitantur, vel potius earum, quę prohibentur, & num contra ipsius personam aliquid per accusatum opponi possit, quod ipsum à limine iudicij repellere valeat. Nota est enim regula iuris, quòd prius de personis tractandum, siue ciuiliter, siue criminaliter agatur, *l. sed initio, C. de procur. l. quidam, ff. de iure dot. l. rescrip. §. si quis accusatorem, de mun. & hon.* & ideo passim
2 dici solet,† si legitimus non fuerit accusator, frustra fatigatur accusatus, *cap. 1. de accu. quod etiam tradit Oldr. consi. 124. quòd remissio, in princip.* quibus perpensis ad alia mox animum intendet, quæ accusationem suam vel instruere vel defendere valeant.

CAP.

## CAP. IIII.

## *an Christiano liceat Accusare & quomodo fiat laudabile hoc officium.*

### SVMMARIVM.

1 *Accusare Christiano, an sit licitum, & iniuriam vlcisci, & qualiter, quibúsve casibus, nu. 2.*
3 *Accusans ne odio insurgat contra aliquem in irreparabilibus, sed ad correctionem.*
4 *Sancti viri quare aliquos morte puniuerint.*
5 *Accusatio publicam vindictam vtilitatemq; communem respicere debet etiam in clericis pro suæ vtilitate ecclesiæ.*
6 *Accusantium lucri causa, illaudabile officium, qui odio sunt apud omnes, nullamq; habent excusationem, & nu. 8.*
7 *Accusationes publicæ à priuatis fieri non est bonæ institutæ Reip.*
9 *Accusatores lucri causa, non honoris, vel licitis causis inductis, sunt præ cæteris odio summo habendi: cum scelus sit eloquentiam ad hominum salutem inuentam ad eiusdem perniciem conuertere. nu. 10.*
11 *Accusatores lucri causa, quid cogitare, ac agere debeant, quanquam graue pondus substineant.*
12 *Accusatores lucri causa tanquam perditæ vitæ homines, è ciuitate expellendi essent, & quare.*
13 *Accusatorum turpium aliquorum miser ac turpis finis, per exempla demonstratur. nu. 14.*
15 *Accusantium bono zelo, laudabile quam sit officium & publicæ salutis custodes appellantur.*
16 *Accusatorum præmio digni quamuis visi sint, aliquando tamen publicam sumpsere pœnam.*
17 *Accusationem licitam facit intentio, sicut & negotiationem, & iuramentum, & quando & qua pœna de iure canonico puniatur. nu. 18.*
19 *Accusatores qui scripturis vel allegationibus adiuuant, an laude digni dicantur, vbi consulentes aliqui contra reos referuntur.*

1 NON licere Christiano † accusare Christianum, ipse Saluator noster Christus monere videtur, Lucæ quinto, in fine, dum inquit, Audistis, quia dictum est, oculum pro oculo, dentem pro dente: ego autem dico vobis, non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram, & ei, qui vult in iudicio tecum contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. & idem eiusdem Lucæ c. 6. inquit, Diligite inimicos vestros, & benefacite ijs, qui oderunt vos; benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. Et dicitur Leuit. 19. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Et Ecclesiastici 10. dicitur, iniuriæ proximi ne memineris, & nil agas in operibus iniuriæ. Cuius contrarium videtur suadere illud, quod habetur Leuit. 5. si peccauerit anima, & audiueris vocem iurantis, testisque fuerit, quòd ipse vidit, & conscius sit, nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Et ipsemet Christus apud Ioan. 18. dum alapa cæderetur maxilla eius, noluit aliam maxillam præbere, sed cædentem reprehendit dicens, si male loquutus sum, perhibe testimonium de malo: si autem bene, cur me cædis? Quinimo videtur, quod vindicta manibus proprijs liceret de iure veteri, cum dicatur scriptum esse in lege, Diliges amicum, & odio habebis inimicum tuum, *vt dicitur in cap. cum in lege, 23. q. 4. qui textus assumptus est ex dictis Greg. super cap. Math. 22. & est bonus textus in cap. si quis peruentus, vbi etiam gloss. not. 22. q. 2. & in cap. si audieris, vbi etiam gloss. 23. quæst. 5.* & licèt is, qui propria authoritate se vindicabat peccaret, tamen lege non puniebatur, *vt pulchrè declarat Archid. in d. c. cum in lege.* vbi tamen gloss. distinguit, an se cum odio vindicaret vel sine, *de quibus videndum per gloss. in c. omnis autem lex, 3. dist.*

2 ¶ Verum ne his, † quæ difficultatem non habent, & iam certa sunt, incassum laboremus concludendum accusationem Christiano licere, dummodo hæc diligenter obseruet.

¶ Primo, quod accuset pro Damno reparabili, non irreparabili: nam vt inquit August. *in sermo. Domini in monte,* omnia in quibus improbitatem aliquam patimur, in duo genera diuiduntur, quoniam vnum est, quod restitui non potest, alterum quod potest: sed in illo, quod restitui non potest, vindictæ solatium quæri solet. sed quid prodest tibi, quòd percussus repercutis, vel alius in tui vindictam: nunquid propterea illud quod in corpore tuo læsum est, restituitur? quod cum minimè dici possit, reliquum est, vt hæc sint fomenta tumidi animi.

3 ¶ Secundò quòd non Odio † ad accusandum insurgat in his, quæ restitui non possunt, sed bono zelo, vt scilicet delinquens emendetur, neque alijs pari noceat ratione. nam idem Augusti. in loco præallegato, exponens verba illa Saluatoris, si quis percusserit alteram maxillam tuam, inquit, Neque tamen per hæc verba vindicta prohibetur, quæ ad correctionem valet. ipsa enim pertinet ad misericordiam, neque impedit illud propositum, quo quisque paratus est ab eo, quem correctum esse vult plura proferre, teneat igitur quisque Christianus in hoc iniuriarum genere, quod per vindictam luitur iste modus, vt accepta iniuria non surgat odium, sed paratus sit animus plura perpeti. Et idem Au-
4 gustinus paulo infra: Sancti autem † iure nonnulla peccata morte punierunt, quo & viuentibus vtilis metus incuteretur & ipsis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset, si viuerent. & ea ratione Helias multos morte affecit, de qua cum exemplum dedissent discipuli, reprehendit eos Christus non exemplum prophetæ, sed ignorantiam vindicandi, animaduertens eos non amore correctionis, sed odio desiderare vindictam, sed postquam eos idem Christus docuit diligere proximum, infuso etiam spiritusancto, non defuerunt huiusce licitæ vindictæ exempla. Nam & verbis Petri Ananias & vxor eius exanimes ceciderunt. & Paulus Apostolus tradidit quendam Sathanæ in interitum carnis, & ideo Augustinus in regula sua inquit, non iudico vos maleuolos, quando crimen alterius indicatis, magis quippe innocentes estis indicando crimen, quam si fratres vestros quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permitteretis.

5 ¶ Tertiò, vt ad Vindictam † Publicam communemque Reip. vtilitatem omne suum dirigat officium, *vt docet Thom. 2. 2. q. 68. artic. 1.* & ideo dicitur *in c. Maximianus, 23. q. 3.* quod licet clericis accusare coram laicis, non tam vlciscendi causa, quam tuendæ ecclesiæ. neque enim inquit, apostolus Paul. vitæ suæ transitoriæ, sed ecclesiæ Dei consuluit, quando contra illos, qui eum occidere conspirauerant contrariam eorum, vt tribuno panderetur, effecit. ideo Plato in Euthypeo, in quo de sanctitate loquitur, circa princip. inquit, sanctum esse in iudicium trahere eum, qui iniustè aliquid egit vel circa cædes vel sacrilegia, siue pater, siue mater, seu quis alius deliquerit, modò id faciat, vt patriam his veluti peste quadam liberet.

6 ¶ Quartò ne Lucri † causa talem personam induat: tunc enim nullam prorsus potest excusationem sub specie honesti prætendere. ideo nimirum si tales odio sunt apud omnes. Hanc enim eloquentiam Tacitus de claris orator. appellat lucrosam & sanguinantem his verbis, Nam lucrosæ & sanguinantis huius eloquentiæ vsus recens ac malis moribus natus, atque vt dicebat Aper, in locum teli repertus. Et horum illaudabile esse officium tradit Io. And. *in add. Spec. in tit. de teste, in fin. in verf. Episcopus quærebat,* & pulchrè Oldra. *consil. 167. ante omnia, in princ. allegat c. si quis episcopus, 2. q. 7.* & pulchrè etiam Ioan. Fab. Instit. *de pub. iud. in princ. circa fin.* quod

probat, quia lex habet hos pro inimicis, *iuxta §. propter lites, Inst. de excu. tut.* sed inimicitias sequitur odium, & odium peccatum. concludens eum, qui bono zelo & propter bonum publicum accusat, non peccare, sed si pro odio vel quæstu, nil odiosius reperiri potest, allegat. *c. accusatores. 3. q. 5.* inferens ex his quòd quamquam aliquæ reperiantur leges quæ vocant hoc laudabile officium, *vt in l. nulli. C. de epis. & cler. in fi. & l. si quis in hoc genus, eo. tit. l fi. C. de malef. l. fi. ff. ad l. Iul. repe. l. iubemus, & in Auth. de non alienan. §. etiam.* tamẽ sunt intelligendæ procedere, quando ex publicæ quietis zelo id fieret, & non aliter.

7 ¶ Quinimo † Aristot. Polit. *lib. 6. c. 5.* inquit, quod bene instituta Respublica curare debet, vt publicæ accusationes quàm rarissimè fiant, cuius documentum sequuta est sapientissima Venetorum Resp. penes quos nullus priuatus potest hoc munus publicæ accusationis saltem ob quæstum obire, sed ex lege munus idem aduocatorij magistratus, qua in re magis naturam rerum imitari videntur sapientissimi patres illi, sapientiúsque concordiæ ciuium consuluisse, quam Romani, penes quos cuilibet priuato licitum erat ad accusationem prosilire & contra reos orare. nullus enim priuatus ciuis potest accusationis personam sibi sumere absque maxima inuidia & incredibili odio eius & propinquorum eius, cui diem dixerit, quæ sunt certa semina seditionum & discordiarum ciuilium, quod incommodum peregregiè vitarunt Veneti, vniuersum hoc accusandi munus magistratui publico demandando: quod & Seneca *lib. 3. de benefic.* comprobat variis exemplis, dicens sub Tiberio Cæsare fuit accusandi frequens & quasi publica rabies, quæ omni ciuili bello grauius togatam ciuitatem confecit. hinc etiam leges nostræ cauerunt, ne cui liceret plusquàm duos accusare, vt inquit Venule. *in l. hos accusare. §. lege Iulia, de accusa. & est tex. in l. cum rationibus. C. qui accu. non poss.*

8 ¶ Neque se excusent, † & hoc illaudabile officium defendant quidam recentiores patroni causarum, qui passim sibi licere putant quoscunq; accusare, lucri tantum spe moti, quòd placere dicant Deo delinquentes punire, & quòd hoc est iustitiæ ac legis præcipuum munus. His enim respondet tex. *in cap. si omnia, 6. q. prima,* his verbis: ideo si aliquis putat se in hoc Deo placere, quòd delinquentes accusat, & vt meliores fiant, dicit, se hoc agere, in vanum laborat, & plus inuidiæ stimulis agitatur, quàm charitatis. & ideo tex. etiam assumptus ex Synodo Romana *in c. si quis episcopus, 2. q. 7.* accusationem appellat genus illaudabilis intentionis. & Tacitus lib. 3. annal. reprehendit Mamercum Scaurum, qui cum Scianum accusaret, se maiorum exemplo excusabat, qui accusauerant, dicens infamen esse hanc operam, atque ea honestas dehonestari familias. quare funestam etiam accusatoris vocem appellat tex. *in l. pen. C. qui accusa. non pos.* quam si fit alicuius familiaris amputari potius oportet, quàm audiri, vt ibi dicitur. Verum tolluntur omnes excusationes, quòd spe lucri id faciant, quod turpem quæstum appellat tex. *in l. qui accusare. ff. de accusa.* Quanquam igitur olim plures clarissimi viri accusauerint: nam & L. Crassus, & M. Antonius, & P. Sulpitius I. C. nostri, & Tul. accusarunt, & alij quàmplures. sed, vt inquit Tul. of. lib. secundo, quem refert Luc. de Pen. *in l. 2. C. de delator. lib. 10.* non est hoc veluti professione quadam faciendum, nec vnquam, nisi aut Reip. causa, vt duo Luculli, aut pro hospitibus & amicissimis in clientelam receptis, vt M. Cato, Cn. Domitius, & alij, illíque tyrannicè & miserè oppressis, aut semel tantùm florente adolescentiæ ætate, ad gloriam consequendam. tunc enim non tam accusatio quàm defensio est existimanda, vt pluribus etiam comprobat Tul. in diuinatione in Verrem, & prima etiam actione in eundem; & ideo idem Tul. pro M. Cælio inquit: Mouetur quis ad accusandum vel pietate, vel necessitate, vel ætate. si voluit accusare, pietati tribuo: si iussus est, necessitati; si quid gloriæ sperauit, pueritiæ. cæteris non modò nihil est ignoscendum, sed & acriter resistendum; nam vt inquit Plut. in Lucullo, iudicia publica & reorum publicæ accusationes institutæ fuerunt olim iuuenibus ad eloquentiæ studium exercendis & ad animorum egregiam contentionem, vt quemadmodum generosi canes naturæ instinctu visas feras statim aggrediuntur: sic etiam nob. iuuenes in ciues improbos impetum egregium pro salute Reip. conciperent. & Apule. in 2. sua magicæ defensione, circa princip. in inuidiam & odium trahens aduersarium inquit: Neque autem gloriæ causa me accusat, vt M. Antonius Cn. Carbonem, C. Mutius Aul. Albutium. P. Sulpitius Cn. Norbanum. C. Furius M. Aquilium, C. Curio Q. Metellum, quippe eruditissimi iuuenes laudis gratia, primum hoc rudimentum forensis operæ subibant, vt aliquo insigni iudicio ciuibus suis se notos redderent. qui mos incipientibus adolescentulis ad illustrandum ingenij florem apud antiquos cõcessus iamdiu obsoleuit. & Augustin. *confess. lib. 1. c. 18.* reprehendit dicens, cum homo eloquentiæ, famam quærit, astans ante hominem iudicem circumstante hominum multitudine reum, quem accusat, inimicum suum odio immanissimo infestans vigilantissimè cauet, ne per linguæ errorem barbarismum incurrat, dicens fortè inter hominibus, cum debuisset dicere inter homines, & ne per mentis fauorem & laudis faustum hominem auferat ex hominibus, non cauet.

9 ¶ Illi ergo † inuisi omnibus ac summo odio habendi sunt, qui neq; ad propriam vindictam aut suorum exequendam, neq; pro patriæ, neq; pro hospitum, aut maxima familiaritate coniunctorum salute neq; illustris alicuius gloriæ ardore adolescentes excitati accusationes suscipiunt, sed solo turpis lucri desiderio & cupiditate commoti omnes passim lædunt, omnibus sunt infensi, nullos timent, nullius habent rationem, modò loculos impleant. est enim inquit Tul. *2. offic.* Duri hominis, vel potius vix hominis videtur periculum capitis inferre multis. id enim cum ipsi periculosum est, tum etiam sordidum ad famam, committere, vt accusator
10 nominetur. neque † enim sine scelere fieri vllo modo potest, eloquentiam ad salutem & conseruationem hominum datam ad mortalium pestem perniciemq; turpis lucri duntaxat gratia conuertere. & Quintil. *lib. vlt. cap. 7.* inquit, ad deferendos reos præmio duci, proximum esse latrocinio.

11 ¶ Qui ergo † sola lucri cupiditate nulla alia honesta causa mouetur ad accusandum, cognoscere debet multa in eo esse oportere, quæ nullis vnquam in his hominibus reperias. primum innocentiam atq; integritatem vitæ singularem, omni prorsus vitio, quin & vitij suspicione carentem. nihil est enim quod minus ferendum sit, quàm rationem vitæ ab altero reposcere eum, qui non possit suæ reddere. Deinde verus non mendax, non cauillis abundans, non procax, non maledicus sit oportet, ne turpem quæstum, petulantia, cauillationes, mendacia, & malignitas animi grauiorem faciant. Item vt in actione crimina impetere tantùm videatur, non hominem, vsq; adeo, vt vel necessitate coactus, cum alio honestiori quæstu vitam ducere non valeat, ad accusandum accesserit, id solum à dijs optaturus, vt quandoque liceat sibi tali quæstu non indigere. Hæc enim possunt apud aliquos inuisæ operæ odium aliquanto temperare. Cogitare enim debent, vt inquit Tul. pro L. Murena, accusationis munus non paruam rem esse, sed nimirum omnium maximam. Magnum est enim te ad ea comparare, quibus possis hominem à ciuitate vel ex humanis exturbare, qui & per se & per suos & verò etiam per alienos defendatur. omnes enim ad pericula propulsanda concurrimus, & qui apertè inimici non sumus, etiam alieniissimis in capitis periculis amicissimorum officia & studia præstamus.

¶ Verum

12 ¶ Verum quia † hi, qui ad hæc accusandi officia se tam sordidè deijciunt, lucri causa, vt docet experientia, semper sunt vitæ perditæ ac vitiosis moribus, ideo publico edicto eijciendi essent è ciuitate. nam cum nullius sint existimationis apud probos, nihilq; in eis sit, quod infamiam in qua viuunt, timeant: quid esse potest, quod eorum effrenem audaciam retinere possit, qua omnes pariter & nocentes & innocentes perdant? & ideo Tul. prima, in Verrem, inquit, nullam salutem Reip. maiorem esse quàm eos, qui alterum accusant, non minus de laude, de honore, de fama, ac vitæ suæ existimatione laborare, quam illos, qui accusantur de capite & fortunis suis pertimescere. Qui enim nil habent, quod amittere timeant? quid esse potest tam sceleratum, tam impium, quod tentare non audeant?

13 ¶ Quamquam tamen † & hi tolerentur in ciuitate, vidi ego aliquos: pauci enim tam perditæ sunt frontis, vt tam illaudabile munus veluti artificium aliquod suscipere audeant, adeo vt vix vnum aut duos in ciuitate reperias, qui nomen hoc accusatoris non perhorrescant, & abhorreant. Vidi inquam omnes ferè, qui hoc munus sunt professi, tandem furijs propriæ conscientiæ agitatos, miserè vitam egisse, pœnásq; proteruiæ suæ ad extremum dedisse. Vidi enim vnum in ciuitate mea huiusce professionis hominem tandem coactum xenodochi hospitium supplicem impetrare, ac demum ibi miserrimè animam efflasse. Vidi & alium in ciuitate Venetiarum, qui accusationibus se publicè venditabat, quam quam primo multo lucro exultaret, at demum vel leuem ob causam, procacitate tamen eius maledicæ linguæ & in Magistratus licentiosè subortã carceribus diu mancipatum, demum summa in miseria lucrum omne inhonestum atq; animam simul consumpsisse.

14 ¶ Video & tertium, † qui licèt aliquibus iam annis omnibus accusare volentibus se patronum prostituat, & ad hanc vsque diem glorioſus non modico lucro exultet, attamen iam propè eminens ipsius exitium extare omnes facile noscere possunt, cum iam pœnas luere incipiat perditæ indolis filijs pluribus circumseptus, adeo vt vix vnum reperias huiusce ordinis hominem, qui diu tali officio exultet, & glorietur.

15 ¶ Non tamen † negarim vtile esse in Rep. accusatores aliquos extare, vt metu cõtineatur improborum audacia. Verumtamen hoc ita etiam puto vtile, modò qui accusant, probatæ sint vitæ & existimationis, neque vllo moueantur quæstu, sed solo publico bono, & vitiosorum odio pacísque ac publicæ quietis amore: hi enim si qui reperiantur, non modò excusandi, sed & summa laude digni censendi sunt. vt enim inquit text. *in l. eum qui, in princ. ff. de iniur.* qui nocentem infamat, non punitur iniuriarum: peccata enim nocentum nota esse & oportere & expedire. certum est enim maxime Reip. expedire, vt extent accusatores, qui delinquentes persequantur. Quinimo hi dicuntur publicæ salutis custodiam gerere laudemq; maximam & præmium consequi debere, *vt inquit tex. in l. 1. §. sanè, C. de famo. lib.* modò id bono faciant zelo, *vt dictum est.* vt enim inquit tex. *in c. & qui emendat, 45. di.* qui bono zelo petit vindictam, vt castiget delinquentes, eleemosynam facere dicitur.

16 ¶ Quamquam autem † sæpe accusatoribus sint constituta præmia, *vt in l. 1. §. accusatoribus, de falsa mone. & in l. quisquis. C. ad l. Iul. ma. & in l. non omnes, §. vlt. ff. de re mili. & in l. lex Cornelia. §. vlt. ff. de iniur. & in l. 2. ff. de iure fisci. & in l. edicto. §. hæredes. eo. tit.* & apud Tacitum & Suetonium sæpe præmia delatoribus constituta legimus, sed & delatores sæpe castigatos, præsertim à Tito, *vt apud Sueto. in Tito, c. 8. & Xiphili. in eodem Tito.* & à Domitiano *apud eundem Suet.* qui vocem eius celebratam hanc fuisse dicit: Princeps, qui delatores nõ castigat, irritat. & à Traiano, *vt author est Plin. in panegyrico.*

17 ¶ Attamen † & horum quæstus non licitus, ideo infensi & inuisi omnibus. Intẽtio ergo sola accusationem licitam faciet, sicut de negociatione inquit tex. *in c. qualitas lucri, de pœn. dist. 5.* sicut etiam dicimus de iuramento, quòd sit malum vel bonum ex iurantis intentione, *c. ita. 22. q. 1.* Qui igitur spe lucri ad accusandum prosilit, is omni odio dignus. adeo vt Specu. *in tit. de accusatore, nume. 15.* dixerit, quòd licèt non accusando tanquam indignus priuatur hæreditate, pati tamen debeo potius priuari, quam pœnitentem & dolentem de delicto accusare, *iuxta cap. accusasti, extra, de accu. & c. odio, 86. di.* Et ideo
18 tex. † *in d. c. accusasti, inquit:* Accusasti aliquem, & per tuam accusationem occisus est, nisi pro pace feceris, x l. dies in pane & aqua, cum septem sequen. annis pœniteas; si autem per tuam delaturam debilitatus est, per tres debes quadragesimas pœnitere. & Andr. Sicul. *in c. cum contingat, de foro compe. nume. 29.* miratur, quòd Abbas Sicul. Pan. consuluerit in causa criminali contra reum, & dicit, quod ipse nunquam voluit consulere contra reos, vbi ageretur de vita, aut membro amittendo. Bologni. tamen *consil. 57.* consuluit contra reos capitaliter puniendos, & similiter contra reum consuluit Ang. *consil. 217.* in causa accusationis, & ideo reprehenditur Bart. qui in l. si dominium. ff. de fur. tenuit, quod fur possit puniri etiam in loco, in quo contractauit, vt inquit Maria. *in c. 1. de raptor. nume. 16.* & quod gloss. etiam *in l. capitalium, §. famosos,* de pœnis posuit vnam opinio-
19 nem contra fures. Ex quibus tollitur † etiam illa defensio scriptis accusatores adiuuantium. nam licèt prohibitus aduocati officium exercere, non prohibetur in scriptis allegare & consulere, *vt per Bart. in l. Paulus, §. Paulus, de legatio.* nam id dixit Bart. ad minuendum pœnam prohibitionis, non vt surgeret odium accusationis, velle enim occultè scriptis idem consequi, quod funesta voce cõsequaris, hoc non est excusare factum, sed fraudare legem.

¶ Cum igitur omnes accusent vel ad propriam ipsorum vel suorum vindictam, vel necessitate officij coacti ad publicam vtilitatem, vt Denunciatores, vel ad præmium consequendum, vt Quadruplatores, videndum est de singulis ac primum de his, qui vel suam vel suorum iniuriam prosequuntur.

## CAP. V.

## *de Accusatoribus, qui ad suam vel suorum Vindictam accusant.*

### SVMMARIVM.

1 *Accusantibus ad suam vel suorum prosequendam iniuriam, quid cogitandum sit, & agendum, cum non passim liceat criminaliter agere.*

2 *Accusantium vehemens Dolor fauorabilior causa est cæteris omnibus, & ideo præfertur multipliciter cæteris, vt num. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*

9 *Prosequens iniuriam suam est fauorabilior prosequente suorum iniuriam, & quod intendat ius iniuriam suorum, mortem.*

10 *Suorum nomine qui contineantur, sed præcipuè in materia qui sint illi. num. 11.*

12 *Suorum appellatione etiam naturales continentur. si vere naturales sunt, & qui isti dicantur ad differentiam vulgò quæsitorum.*

13 *Suorum appellatione etiam Amicus singulari amicitia coniunctus continetur, quia amicitia consanguinitati præponderat.*

14 *Suorum appellatione, contineri amicos, iure quamuis cautum non sit, tamen per interpretationem continetur prout amicus sine mandato agit, ita prosequitur eius iniuriam.*

15 *Amicus pro amico multa potest exequi, prout pro consanguineo, dummodo amicitia sit singularis & gaudebit præuilegijs prosequentium iniuriam suorum.*

1 QVI † ſuam vel ſuorum vindictam proſequi intendit, id primum cogitet laudabilius eſſe ſemper exiſtimari, vel ab accuſatione deſiſtere, vel actionem temperare. nempe ciuiliter ad damnum tantum conſequendum vel iniuriæ æſtimationem potius quàm criminale & famoſum iudicium intentare. maximam etenim probitatem atque animi modeſtiam præ ſe fert, qui ne fama lædatur, aduerſarij accuſationis acerbitatem actionis leuiori nomine temperat. atquè ideo Tul. pro Quintio Næuium in odium iudicum rapere conatur, quòd honeſtiori iudicio conflictari, cum poſſet, caput nihilominus Quintij, & exiſtimationem oppugnaret. quamuis enim & iure liceat criminaliter agere, non tamen ita paſſim honeſtum putatur, *iuxta regulam l. non omne quod licet, honeſtum eſt, ff. de regu. iur.* atque eo nomine etiam ſe excuſat Tul. idem pro Cecinna.

2 ¶ Quod ſi iuſtum † dolorem temperare non valeat, atque omnino deliberet criminali iudicio experiri, certus eſſe poteſt cauſam hanc propriè vel ſuorum iniuriæ perſequendæ in iure fauorabiliorem eſſe quacunq; alia, quam poſſet prætendere, pluraq; ſibi eo nomine concedi ſingularia & ſpecialia, quæ ſi aliam cauſam prætenderet, non concederentur.

3 ¶ Primò enim licet † pluribus ex cauſis prohibeantur homines accuſare, *vt infra videbimus in ſeq. c.* attamen in caſibus, in quibus quis proſequitur ſuam vel ſuorum iniuriam, admittitur regulariter, dato quòd alias non admitteretur, vt ait Marcellus *in l. hi tamen. ff. de accuſat.* & ea ratione Vlpia. *in l. qui iudicib. ff. eod.* inquit, quod licèt damnatus iudicio publico ius accuſandi non habeat, ſi tamen liberorum vel patroni mortem eo iudicio vel rem ſuam exequatur, ab accuſatione non repelletur, *& idem dicitur in l. vxor, & in l. Senatus. C. qui accu. non poſſ. & in c. omnibus. 4. q. 6.*

4 ¶ Secundò, nam pluribus † accuſantibus præfertur ille, qui ſuam & ſuorum proſequitur iniuriam. *l. ſi plures, ff. de accuſat. l. ſepulchri, ff. de ſepul. viola.*

5 ¶ Tertiò, nam & † ſi lege prohibeatur, ne quis duos vno tempore de diuerſis delictis reos facere poſſit, hoc tamẽ fallit, ſi ſuam vel ſuorum proſequantur iniuriam, *l. hos accuſare, §. lex Iulia, in fi. ff. de accu. l. cum rationibus. C. qui accu. non poſſ.*

6 ¶ Quartò, licèt † alijs accuſantibus poſſint opponi plures præſcriptiones, proſequenti tamen ſuam vel ſuorum iniuriam non poſſunt, *l. ſi maritus ſit in magiſtratu, §. lex Iulia. ff. de adult.*

7 ¶ Quintò, † quamuis qui ſpe præmij accuſatoris funguntur officio, infames ſint, qui tamen ſuam aut ſuorum proſequuntur iniuriam, nullam prorſus infamiæ notam patiuntur, *vt inquit text. in l. 2. in princ. ff. de iure fiſci.*

8 ¶ Sextò, † licèt abſolutus nõ poſſit de eodem crimine denuo accuſari; fallit tamen, niſi is, qui ſecundo loco vult accuſare, ſuam vel ſuorum iniuriam proſequeretur, & ignoraſſet primam accuſationem, quia denuò iſte poterit accuſare, *tex. eſt in l. ſi cui. §. 1. de accuſa.*

9 ¶ Sed † & hoc ſcire debet, quòd fauorabilior eſt, qui ſuam iniuriam propriam perſequitur, quam qui ſuorum, quod ſatis probare videtur text. *in d. l. hi tamen. ff. de accuſa. in princ.* vbi generaliter dicitur, quod qui accuſare prohibentur, poterunt tamen accuſare, ſi ſuam proſequantur iniuriam, & ſic generaliter loquitur de quacunque iniuria. at dum loquitur de perſequentibus offenſam ſuorum, non vtitur illo generali vocabulo iniuriæ, ſed dicit, mortémve propinquorum defendant, quaſi quòd in omni ſua propria iniuria proſequenda id habeant priuilegium, ſed in ſuorum offenſis, tum demum cum mortem duntaxat propinquorum vindicant.

10 ¶ Vt igitur † certus ſit, an his priuilegijs vti valeat, id etiam noſſe oportet, quando dicatur ſuorum iniuriam proſequi. qua in re variè videntur ſenſiſſe iuris Interpretes, cum in hoc diſſentiant, qui nomine ſuorum contineantur. Nam Accuſ. *in l. pen. in gloſſ. 1. C. ad S. C. Turp.* dixit, quòd appellatione ſuorum, veniunt omnes ij, qui inuiti teſtimonium ferre non coguntur, idem tenuit Specu. *in tit. de accu. §. 3. in princ.* qui autem ſint illi, qui inuiti non coguntur ferre teſtimonium, & ratione coniunctionis ſanguinis prohibentur teſtificare, docent omnes per illa iura *in l. 3. & in l. lex Iulia, ff. de teſt. & hanc opinionem videtur comprobare text. clarus in l. 2. in princ. ff. de accuſa. & hanc opinionem ſequitur Bald. in l. 1. C. qui accuſa. non poſſ.* & enumerantur vſque ad ſeptimum gradum *in d. l. 3. §. lege Iulia, & d. l. lege Iulia. ff. de teſti.* Gofred. verò *in ſumma de teſti.* intelligit omnes intelligi ſuos, pro quibus poteſt agi actione iniuriarum, *de quibus in l. lex Cornelia. ff. de iniur. & in §. fin. Inſtit. eodem tit.* Saly. autem *in l. iniquum. C. qui accu. non poſſ.* dixit, quod illi continentur appellatione ſuorum, pro quibus agere poſſumus ſine mandato tanquam pro coniunctis, *de quibus habetur in l. ſed & hæ. ff. de procur. & in l. 1. in fin. & ll. ſequen. ff. de poſtul.* & plura circa hoc, qui dicantur ſui, tradit Bartol. *in l. 2. ff. de accuſa. vbi Alexand. amplè in add. & in l. cui eorum, §. affinitatis, ff. de poſtul. & in l. cum alienam. C. de lega. Bald. & Angel. in l. 1. in fin. ff. de procur. & in l. 1. C. qui accuſa. non poſſ. & Saly. in l. exigendi, C. de procur. & omnes Cano. in c. de cætero, de teſti. & in c. nonnulli. §. 1. de reſcrip. & in c. fin. de poſtul.* Quæ omnes opiniones in terminis noſtris poſſunt procedere maxime ſimul coniunctæ. Ex quibus

11 colligitur, † quòd hæ perſonæ in materia noſtra dicuntur contineri appellatione ſuorum, parentes, pater ſcilicet, mater, auus, auia, & omnes deſcendentes. item filij, & qui liberorum appellatione continentur. item frater, ſoror, patruus, amita, nepos ex fratre, ſobrinus, ſobrina, vel ex ſobrino natus aut ex ſobrina, Maritus pro vxore, non è contra. *§. patitur, Inſtit. de iniur.* Socer, Socrus, Gener, Nurus, Vitricus, Nouerca, Priuignus, Seruus, Patronus, iuxta tamen declarationem tex. *in §. ſeruis autem, Inſt. de iniur.*

12 ¶ An autem † filij naturales in hac materia comprehendantur appellatione ſuorum, adeo quod ſi pater vellet perſequi mortem filij ſui naturalis vel ſpurij, poſſet, & gauderet priuilegio proſequentis ſuam vel ſuorum iniuriam Bald. *in l. 1. C. qui accuſa. non poſſ. nume. 33. ver. quoad ſecundum,* concludit, quod etiam naturales venient appellatione ſuorum, *l. de tutela. ff. de capi. diminu. l. nec parentes, ff. de in ius vocan. l. libertum, C. de interd. matri.* quando verè ſcilicet eſt naturalis, ideſt ex concubina retenta in domo, quia ſtat præſumptio, quòd ſit filius eius, qui eam tenet in domo: ſecus in quæſitis vulgò, maxime reſpectu patris, qui incertus eſt, *leg. vulgo concepti, ff. de ſtatu hominum l. quia mater. ff. de in ius vocan.*

13 ¶ Sed † & Amicum ſingulari amicitia coniunctum contineri appellatione ſuorum, tenuit idem Bald. *in d. l. 1. C. qui accu. non poſſ. d. nume. 33. allega. l. coloni. C. in quib. cau. colo. cenſi. lib. 11. cum alijs ibi per eum adductis,* licèt fateatur hoc non ex proprietate ſermonis, ſed fictè. Nec mirum hoc eſſe debet, nam ſi naturali affinitate coniuncti admittuntur propter maximum & naturalem amorem, quo coniunguntur ob ſanguinis iura, multo magis idem dicendum in amicis, nam & ius amicitiæ potentius appellat Tul. in Lælio, hac efficaci ratione id comprobans, quòd ſcilicet ex propinquitate beneuolentia tolli poteſt, ex amicitia non poteſt. ſublata enim beneuolentia amicitiæ, nomen tollitur propinquitatis. Remanet ergo illud, in quo neceſſario beneuolentia permanet, anteponendum eſt ei, à quo beneuolentia remoueri poteſt. ſed & diuus Thom. *in opuſc. de dilectione Dei, & in 2. 2. partis ſuæ ſummæ, quæſt. 27.* aſſerit amicitiam conſanguinitati præponderari, & ex ordine ſcripturæ colligitur, amicitiam præferendam *in lege, ſi*

*ge, ſi ſeruus plurium. §. vlt. ibi, legatarij charitas & neceſſitudo, ff. de leg. 1. & in l. Theopompus. ibi amici mei & cognati. ff. de do. præleg. & in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff de vulg. & pup. & in l. affectione. ff. de don.* Amicitia enim eſt veluti quædam fraternitas, *l. verum, in princ. iuncta gl. ff. pro ſocio, & Iaſ. not. in l. quæ dotis, colum. 13. in 3. caſu, ff. ſolut. matr. & Sozi. conſ. 263. capio primum, colum. 6. ver. ſed adiſta reſpondeo, 2. volum.* Nam vt inquit Ariſt. ex veteri prouerb. *lib. 9. Eth. c. 9.* mihi amicus eſt alter ego. refert etiam Andr. Sicul. *conſ. 3. clementiſſime, colum. 5. ver. item adduco iura, 2. volum.* & dixit etiam Alberic. de Roſa. *in l. ſed & hæ perſonæ. ff. de procura.* amicitiam plus habere ponderis, quàm fraternitatem. Et ideo generaliter receptum eſt, vt diſpoſita de conſanguineis reſpectu pietatis & amoris, locum habeant etiam in amicis maxima amicitia coniunctis, *vt tradit Panor. in c. requiſiuiſti, colum pen. de teſta. per gloſſ. ibi, in verbo præſumitur, & per gloſſ. in c. 2. in ver. expreſſerit, de teſta. in 6. quem ſequitur Alexand. in l. exigendi, colum. 2. ver. & id quod dicitur, & ibi etiam Iaſ. not. colum. 5. verſi. contrariam opi. C. de procura. & idem Iaſ. in l. ſi res obligata, colum. 2. ver. adde aliud. ff. de lega. 1. & in l. Titia, colum. 6. ver. vltimo circa iſtam, ff. de verb. oblig. & conſ. 70. conſtat ex inſt. colum. vlt. 1. volum. & Fely. in cap. quoniam Abbas, columna tertia, ver. capio illud, de offic. delegat.*

14 ¶ Et quanquam † Bald. *in d. l. 1. C. qui accu. non poſſ.* dicat amicum abuſiuè comprehendi ſub nomine ſuorum, & idem dixit Roma. *in l. ſi verò. §. de viro, nume. 49. ff. ſolut. matr.* vbi dicit, quod Bal. loquitur referendo communem vſum loquendi. & Io. de Ana. *in c. cum dilectus, colum. vltim. de accu.* dicit in ſpecie non caueri iure, quod appellatione ſuorum, veniant amici. Attamen poſſet facilè comprobari, quòd in materia noſtra, quod amicus accuſans pro vindicanda cæde amici, gaudeat priuilegijs proſequentis ſuam & ſuorum iniuriam ſaltem per interpretationem. nam ſicut coniunctus pro coniuncto admittitur ad agendum ſine mandato, ita & amicus pro amico, *vt tenuit Specul. in titu. de Aduoca. §. obijcitur. verſicu. eſt & quartus ordo, & Scribentes in c. vltim. de poſtul. & in l. ſed & hæ. ff. de procura. & in l. inuitus, & in l. exigendi, C. de procur. & in l. mandatum, C. manda. & Bartol. in l. non ſolum, §. qui alieno, verſic. ita intelligunt, ff. de procur.* quod tamen intelligendum dummodo amicitia non fuerit vulgaris, *vt per illum text. declarat Fulg. in l. tutori, C. de neg. geſt.* Et licèt aliqui tenuerint contrarium, iſta tamen eſt magis communis, *vt per Iaſ. qui reſpondet contrarijs in d. l. exigendi.*

15 † & ideo dicit Hoſt. Io. Andr. & Anto. de But. *in d. c. fin. de poſtul.* quod quemadmodum ſacerdos, qui prohibetur poſtulare, poteſt tamen pro coniunctis perſonis poſtulare, ſi neceſſitas vrgeat, *vt probat ille text.* pari ratione poterit & pro amico poſtulare. ad quæ accedat, quia ſicut quis poteſt vim cõſanguineo illatam impune propulſare, *vt tradit Bald. per illum text. in l. raptores, in 2. no. C. de epiſc. & cler.* ita & licebit vim amico maximè familiari illatam propulſare, vt voluit idem Bald. *in l. vt vim, ff. de iuſti. & iure. colum. 3. verſic. quinto quæritur.* dicens tales amicos æquiparari conſanguineis, cum amicorum plurium vna ſit anima in pluribus corporibus, *ſecundum Ariſt. Eth. 9. c. 8. quod dictum Bartol ſequitur Corn. conſil. 107. viſa inquiſitione, colum. 3. verſicu. quinimo etiam, 1. volum. & Dec. conſil. 469. nume. 1.* Nam & idem Bald. *in c. cum inter R. ſeniorem, de elect. in verſicu.* dicit ſtatutum, licet amico ſanguinem amici redimere, *quæ etiam coadiuuantur ex not. dicto Arch. in c. ſtatuimus, de elect. in 6. & in c. non ſolent, 2. q. 6.* vbi ſcripſit, quod licèt non audiatur appellans, niſi cuius intereſt, vel cui eſt mandatum, *l. 1. ff. de appella. recip.* amicus tamen pro amico appellans audietur, *& ſequitur Alexand. in addi. ad Barto. in d. l. 1. & Luc. de Pen. in l. 1. colum. 2. verſicul. item ſcias, C. de caſtr. pecul. milit. lib. 12.* Et ideo dicit text. *in l. 1. C. ſi per vim vel alio mo.* quod amicus etiam ſine mandato admittit ad recuperandam poſſeſſionem, qua amicus abſens erat ſpoliatus. & quod amicitia idem operetur, quod coniunctio ſanguinis, & quod veniat appellatione ſuorum, cõſuluit etiam Tho. Gram. *conſi. 56. in cauſa inquiſitionis, nume. 22. & ſequen. Et facit etiam in propoſito, quod dicitur per Scrib. in c. ſuper eo, il ſecõdo, de teſtibus,* vbi licet in cauſa matrimonij admittantur mater & ſoror, tamen id fallit, quando eſſet magna diſparitas inter ipſos litigantes, diſparitatem autem dicunt probari tum ex numero & qualitate conſanguineorum & affinium, tum etiam ex numero & qualitate amicorum, quod etiam pluribus comprobat Pariſ. *conſ. 58. Agit coram Domino, nume. 38. 4. volum.*

## CAP. VI.

## *Qui accuſare poſſint.*

### SVMMARIVM.

1 *Accuſatores omnes regulariter admittũtur, maximè in publicis iudicijs, & ita neganti accuſatoris Habilitatẽ, incumbit probatio.*
2 *Prohibitio aliquorum firmat regulam in contrarium.*
3 *Accuſantis perſona, præſumitur Habilis, niſi contrarium probetur, cum habeat regulam pro ſe, & dicitur habere fundatam intentionem, iudexq; debet pro eo pronunciare in dubio, nume. 4.*
5 *Accuſator etiam debet conſiderare defectus proprios inhabilitantes ſuam propriam perſonam, non autem ſolum reus eoſdem accuſantis defectus.*
6 *Accuſatoris iudicium primo fiendum, ſi reo commodum ſit, cum exceptiones contra perſonam primò diſcutiantur.*
7 *Accuſator quibus ex cauſis repellatur, ſummatim recenſetur.*

VM, vt diximus ſupra, triplicem eſſe ſpeciem accuſatorum, eorum ſcilicet qui accuſant proſequentes ſuam vel ſuorum iniuriam, & qui ob publicam vtilitatem, & qui ſpe lucri, ſciendum eſt, † quòd omnes
1 regulariter & in dubio admittuntur, maximè in publicis iudicijs, *vt eſt text. in §. 1. Inſtit. de publ. iudi. & eſt gloſſ. in rub. C. qui accuſ. non poſſ.* nam, vt inquit Paul. *in l. ab ea parte. ff. de probat.* quòd ab ea parte, quæ dicit aduerſarium ſuum ab aliquo iure prohibitum eſſe ſpecialiter lege, vel conſtitutione, id probari oportere. *& idẽ probatur in l. exceptionibus, eodem titul. in §. vltim.* vbi qui dicit excipiendo aliquem prohiberi eſſe procuratorem, id probare debet, & dicit Bald. *in d. rubr. C. qui accuſ. non poſſ.* quòd omnis perſona præſumitur habilis ad accuſandum iure proprio, vel publico, niſi per legem ſcriptam, vel per probationes factas in iudicio probetur inhabilitas. nam
2 cum videamus certas † perſonas in ſpecie prohiberi, ſequitur quòd aliæ omnes regulariter admittantur, cum vnius excluſio ſit alterius incluſio. *l. cum prætor. ff. de iudic.* & ideo Marcellus *in l. qui accuſare. ff. de accu.* inquit, qui accuſare poſſunt, intelligemus, ſi ſcierimus, qui non poſſunt. & ideo poteſt dici hoc edictum de accuſatoribus eſſe prohibitorium, quia leges tantùm diſcutiunt, & enumerant, qui prohibeantur, & ideo concepta eſt rubrica negatiuè. C. qui accuſ. non poſſ. & ideo prohibitorium appellari poteſt, prout & edictum de teſti. *l. 1. ff. de teſtib.* edictum de procuratoribus. *l. mutus. §. cum quæritur. ff. de procurat.* & edictum de poſtulando. *l. 1. ff. de poſtul.* ſunt enim generaliter omnia permiſſa, quæ à iure non reperiuntur conceſſa. *l. nec non. ff. ex qui. cau. maio.*

3 ¶ Ex quibus † ſequitur, quòd ſatis eſt accuſatori proponere accuſationem ſuam, quia quo ad eius perſonam habet fundatam intentionem, cum pro ſe habeat regulam, quod quilibet admittitur, niſi probetur prohibitus. nam qui habet regulam pro ſe, verè dicitur habere fundatam intentionem, *vt eſt gloſſ. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & in rubr. extra eod. tit. de reg. iur. in 6. & gl. pen. in clem. vlt. de reſcrip.* neque enim dicitur eſſe in dubio is,

bio is, qui pro se habet regulam. ibi dicitur fouere ius certum, *vt dicit Bart. in l. quoties. ff. si quis caut. & in l. 2. colum.*
4 *1. ff. si quis in ius voc. non ier.* & iudex † etiam debet in dubio pro eo pronunciare, qui regulam habet pro se, nisi contrarium probetur, *vt dicit Bald. in l. si tutor. in fin. C. de ser. com. man. & in cap. 1. colum. 2. extra de alien. iudic. mut. cau. fac. & Alberic. secunda parte statut. quæst. 158. si ex forma statuti, in fin. Signorol. multa adducens, cons. 22. in quæstione. nume. 9. Pet. de Anchar. cons. 268. dubium. Corne. cons. 204. quamquam, in princ. 3. volum. & cons. 323. animaduertens. colum. 1. 4. volum. Cuman. consil. 117. in testamento. colum. vltim. Cur. sen. consi. 11. statuto Parmensi. colum. 1. versic. vltim. facit, Ias. in dicta l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. Dec. in cap. translato. 2. lect. colum. 2. de constitutio. & in l. 1. nume. 6. ff. de reg. iur. & cons. 8. cum in causa. post princ. & cons. 475. in causa quæ Mantuæ. colum. 1. & cons. 498. viso casu. nu. 5. & cons. 552. viso eleganti. nu. 4. seq. & Alex. cons. 79. nu. 5. in 7. vol.*

5 ¶ Quare licèt † magis spectet ad reum, quàm ad accusatorem, considerare causas, quibus quis accusare prohibeatur, quia munus est, ac onus rei id probare, atque ideo debuissem, infra, dum officium rei prosequemur, explicare personas, quæ accusare non possunt & causas, quæ quempiam ab accusando repellunt, & ideo locus ibi aptior fuisset ista perscrutandi: attamen quia & accusator diligenter examinare debet personam ipsius, & an patiatur defectum aliquem, propter quem sit repellendus, quia parum prudens quis & iniquus foret, si sciens se repelli posse à limine iudicij ad accusandum prosiliret, vt postea non sine nota, & maiore sui animi dolore repellendus sit, ideo volui hic examinare causas omnes, propter quas persona accusatoris repelli possit ab accusatione, consulens accusatorem, vt ipse seipsum diligenter probet, & examinet num legitimus sit, nam turpius ejicitur, quàm non admittitur hospes. *capit. quemadmodum, in princip. extra de iureiuran-*
6 *do, gloss. si in capit. litteras, de restit. spoliato.* nam & † Tull. *ad Heren. capit. 6. in fin.* inquit, in publicis quæstionibus caueri legibus, vt vnde si reo commodum fit, iudicium de accusatore fiat, vtrum illi liceat accusare nec ne. nam & regula est communis, quòd exceptiones contra personas prius sunt examinandæ. *l. si quæramus. ff. de testam. l. non ignorat. & l. de crimine. vbi Salic. in princip. C. qui accusar. non poss. & inquit text. in capit. 1. de accusat.* & ideo certus esse potest accusator, quòd reus omnia tentabit, vt eximat se à vexatione accusationis, atque ideo opponet omnia, quæ poterit ad eum repellendum. quare optimum est consilium, vt ipse præueniat, & omnia prius contempletur, quæ contra eius personam opponi possunt, vt replicationes, & remedia parare possit contra exceptiones proponendas, si id iure facere poterit, sin autem vt saltem desistat, potius quàm expectet se per iudicem repelli.

7 ¶ Scire † ergo debet accusator, quem ab accusatione repelli generaliter ex omnibus infrascriptis causis, quas singulas ordine prosequemur. Primò ratione Sexus, secundò ratione Status, tertiò ratione Ætatis, quartò ratione mentis Defectus, quintò ratione Sanguinis, sextò ratione Reuerentiæ, septimò ratione Officij, octauò ratione malæ ipsius vitæ & Vilis: nonò, quia Condemnatus, vel Excommunicatus, decimò quia Suspectus, vndecimò, quia Forensis, duodecimò quia Socius criminis, decimotertiò quia & ipse Accusatus, decimoquartò quia Plures alios accusauit, decimoquintò quia Inimicus, decimosextò quia repelleretur Testis, decimoseptimò quia primo Denunciauit de eodem crimine, decimooctauò quia & ipse potest Accusari & Recriminari, decimononò quia per Transactionem Renunciauit, vel per Pactum promisit non accusare, vigesimò quia primo Spoliauit, postea accusauit, vigesimoprimò quia alieno nomine, vel supposito nomine Accusat.

## CAP. VII.

## *Sexus ratione, qui prohibeantur accusare.*

### SVMMARIVM.

1 *Mulieri regulariter an sit prohibita accusatio in publicis iudicijs.*
2 *Intellectus cap. sanè, in fin. 15. quæst. 3.*
3 *Mulieri ius vindictæ non competit, sicut non potest remittere inimicitiam, & quo iure.*
4 *Mulieri vindicta facti non competit, sed iuris vtiq; in casibus.*
5 *Mulieres quare passim non admittantur ad accusationem, quotuplex sit ratio, vbi multa contra mulierum defectus.*
6 *Mulier in grauibus casibus cur repellatur à testimonio, & ab accusatione, nume. 7.*
8 *Mulier quibus casibus ab accusatione non repellatur ratione sexus.*
9 *Mulier suam, suorúmve iniuriam persequens, admittitur ad accusandum.*
10 *Vxor de nece mariti, an accusare queat, & de sponsa quid. & quo iudicio, publico, an priuato.*
11 *Commater an accuset de nece compatris: & communis opinio est, quòd vt & alij affines, non sit omni except. maior. nume. 12.*
13 *Mulier intendens accusare, debet ante omnia probare se esse de suis.*
14 *Mulier tunc admittitur, quando proximiores non existunt, vel ipsemet offensus.*
15 *Mulier sua, sed tantum naturalis, an sit admittenda ad accusationem, & spuria, & incestuosa.*
16 *Persequi suorum iniuriam non modo ad mortem, sed & ad alias extenditur iniuriarum species, publici tamen iudicij.*
17 *Mulier quando non admittatur pro suorum iniuria, nume. 18. 19. 20. 21. 24. 25.*
22 *Mulier in crimine læsæ Maiestatis, an ad accusandum, an verò ad iudicandum admittantur.*
23 *Mulier in crimine de Annona, an admittatur, & ibi de intellectu aliquorum iurium circa hoc.*
26 *Hermaphroditus, an ad accusationem admittatur, & quando.*
27 *Mulier in casibus quibus ad accusandum admittitur, an debeat se subscribere ad talionis pœnam.*
28 *Mulier calumniosè accusans, punitur.*
29 *Mulier de quibus seipsam deferre possit.*
30 *Vir ad accusandum regulariter admittendus est, mulier verò etiam officio iudicis repelli potest.*

CVM nato homine statim quæramus masculus sit, an fœmina, ideo non absurdè quærentes causas, quibus homines arceantur ab accusatione, primum locum causæ sexus tradidimus.

1 ¶ Mulier † igitur regulariter videtur prohiberi ab accusatione in publicis iudicijs, vt probat text. *in l. 1. & in l. qui accusare, in prin. ff. de accusatio. qui text. etiam referuntur in cap. prohibentur. 2. quæst. 1. & idem probatur in l. 2. eod. titu. ff. de accusat.* dum dicitur, quòd certis ex causis concessa est mulieribus publica accusatio: si enim certis tantùm ex causis, ergo in contrarium regula. *l. ius singulare. ff. de legibus, idem pariter probat text. in l. de crimine. C. qui accusa. non poss. & refertur in cap. de crimine. 15. quæstio. 3.* & licèt passim omnes hanc regulam prohibitiuam teneant, videtur tamen in contrarium vrgere text. à nemine ponderatus *in l. Senatusconsulto. C. qui accusa. non possunt.* vbi quòd Senatusconsulto Liboniano prohibitum fuit mulieri accusare crimine l. Corneliæ. ergo ante Senatusconsult. hoc poterat recusare. Responderi tamen potest, quòd eo Senatusconsul. non erat principaliter cautum, quòd mulier prohibetur, cum hoc esset regulare, sed principaliter per illud S. C. cautum fuit, quòd contra regulam prædi-

prædictam posset accusare, si res ad eam pertineat, adeo quòd per ipsum S. C. fuit limitata regula prohibitiua
2 etiam in crimine falsi, non autem facta. Sed magis † obstat tex. *in cap. sanè. in fine, 15. quæst. 3.* vbi in specie loquens de muliere accusante inquit, cum enim generaliter legibus hoc (scilicet accusare) eis (scilicet mulieribus) permissum inueniatur, nisi quis specialiter aliqua lege hoc prohibitum ostenderit, eius distinctio locum non habebit. sed respondetur, quòd ille text. loquitur de crimine simoniæ, in quo asserit leges generaliter concedere accusationem etiam mulieri: sed cum quidam vellent distinguere inter sacerdotes, & alios, quòd scilicet posset alios accusare, sed non sacerdotes, text. ibi hoc improbans dicit, quòd cum generaliter sit permissum mulieri accusare de crimine simoniæ, non est admittenda ea distinctio, quæ legibus non probatur. & ideo statim subdit illud, quod hanc regulã prohibitiuam clarè confirmat inquiens. Verum cum contra generales regulas quędam crimina specialiter excepta sunt, in quibus mulieri accusare permittitur, inter quæ fornicatio non numeratur, patet, quòd huiusmodi accusatio infirmetur, & quòd mulier accusare non possit: facit etiam, nam in popularibus actionibus, quæ omnibus patent, mulier non auditur, nisi doceat de interesse. *l. mulieri. ff. de popul. actio.*

3 ¶ Ratio † autem huius regulæ adduci potest, quia vindictæ ius non competit mulieribus, *vt per gloss. in c. 1. §. hoc autem notandum. in gloss. mag. in fi. in tit. de his qui feud. da. poss. & per Ang. in l. pro hærede. §. fi. ff. de acqui. hæred. & in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. & consil 67. ex themate. & per Bald. in l. cum inter veteres. C. de fideicommiß. lib.* Nam & mulier non potest leuare, siue remittere faidam, id est, inimicitiam. *vt est gl. in d. §. hoc autem. quam sequitur ibi Bald. & cæteri omnes in §. & quia vidimus. & similiter glos. in cap. 1. in tit. an mutus, vel imperfect. Ang. in l. filius qui patri, ad fin. vbi etiam Aret. colum. penult. ff. de vulg. & pup. & idem Ang. in l. pro hærede. §. vlt. ff. de acq. hære. & idem consil. 67. municipali. & Flor. in l. per fundum, col. 2. ver. aduerte tamen. ff. de ser. rust. præd. & Io. de Ana. in c. cum oporteat. colum. 3. versi. nunquid autem, de accus & consi. 27. viso casu, colum. 1. & Corn. consil. 55. pro decisione, colum. 4. 1. volum. Iaſ. in l. cum filiofamilias. colum. 19. ver. 5. facit. ff. de legat. 1. & Dec. consil. 537. accuratè, num. 6.* Quod tamen Bald. *in d. §. hoc autem.* dicit procedere de iure Longobardorum, non autem
4 Romanorum. † Et quo ad hoc dicendum, quòd vindicta facti non competit mulieribus, sed vindicta iuris in casibus sibi permissis vtiq; competit, *vt pulchrè declarat Ang. in consi. 89 viso & facto & statutis. & Dec. in c. in præsentia, num.*
5 *57. de probat. & in l. fœminæ. ff. de reg. iur. num. 53.* Ratio † ergo est, quam adducit tex. *in l. 1. §. sexus. ff. de postul.* ne s. contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant, nec virilibus officijs fungantur mulieres. *& probat tex. in l. vltim. C. de arb. l. cum prætor. ff. de iud. l. fœminas. ff. de procu. l. alienam. C. de procur.* nam & ea ratione tutrix nullius esse potest, præterquam filiorum. *l. 1. 2. & vlt. C. quan. mul. tu. off. fun. poss.* Item quia mulieres suapte natura sunt mendaces, *vt tradit Ari. lib. 1. Animal. c. 9.* & Barb. *consi 54. col. 11. ver. capio nunc mulierem. 1. vol.* quin & in mulieribus periurium promptum est, *vt inquit Iustinia. in Authen. de nup. §. qui verò nunc sequitur.* & ea ratione abrogat legem Iuliam Miscellam, quæ à mulieribus eo in casu iuramẽtum exigebat. & ad idem tex. *not. in Auth. vt sine prohi. mat. §. quia verò multam.* vbi quia notum erat Imperatori ferè toties peierare mulieres, quoties iurarent. ideo & ibi vt periurij tolleretur occasio, etiam quandam veterem abrogauit constitutionem, quæ & ab ipsis mulieribus iusiuran-
6 dum exigebat. Atq; † ideo ea ratione in pluribus causis præsertim grauioribus testes esse prohibentur, vt in testamento. *l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. & Instit. eod. §. testes.* vbi gloss. pro ratione assignat suspitionem falsitatis, *ex l. vlt. C. de fideicomm.* & similiter in causis criminalibus maximè capitalibus reijcitur mulieris testimonium certè de iure canonico. *capit. forus. vbi glos. & Abb. de verbor. significat. cap. mulierem. vbi gloss. not. 33. quæst. 6. & in cap. ex eo. 15. quæst. 3. & in cap. quoniam. & in cap. tam litteris, de testib. Alex. consil. 64. viso themate. post prin. 1. volum.* Ac etiam de iure ciuili, secundum Iacob. de Are. *in d l. qui testamento. §. mulier. ff. de testam. quem refert Io. And. in addit. Specul. in tit. de testi. §. 1. ver. item quòd mulier. & Gand. in tract. malef. sub rubr. de furib. colum. 4. versi. pone quæstionem de facto. & Oldr. consil. 145. quæritur. & Alex. consil. 11. circa primum dubium, colum. penult. vers. respondi supra, 1 volum.* & dicam latè infra suo loco. Nimi-
7 rum † ergo, si mulier regulariter ab accusatione repellitur, cum ob eius prauam naturam facilè præsumatur calumniari mendaciter, immo & peierare, ac etiam quia ob eius fragilitatem sexus præsumitur facilis, vt corrumpatur, sicut de teste dicunt Scrib. in locis prælegatis. Item quia nimium vindictæ appetentes, iuxta illud Iuuenal. Satyra 17.

*Vindicta nemo magis, quàm fœmina gaudet.*

Quem ex nostris refert Luc. de Pen. *in l. 1. C. de mul. & in quo loco. lib. 10.*

8 ¶ Casus autem, † in quibus permittitur mulier accusare, nunc sunt enumerandi, vt sciat mulier, si se ad accusationẽ præparat, quo casu tuta erit ab exceptionibus accusandi, quæ personam ipsius ratione sexus repellant.

9 ¶ Primus ergo † casus est, quando suam, vel suorum iniuriam prosequeretur. *text. est in d l. hi autem omnes. ff. de accus. vbi gl. & in rubr. C. qui accus non poss. & in l. 3. §. sed & si mulier. ff. de lib. exhib. & l. 2. ff. de accusa. l. vxor. C. qui accus non poss. l. si fœmina C. ad Turpil.* vbi quòd si desistit, punietur Turpil. & de Sorore prosequente necem fratris, est text. Soror.
*in l. sororem, in princ. C. de his, quib. vt indig.* & ideo pari ratione videmus, quòd licèt mulier postulare prohibeatur, vt supra dictum fuit, tamen pro coniunctis poterit. *l. 1. §. vltim. ff. de postul. & Dec. tradit in l. fœminæ, nume. 9. ff. de reg. iur.* Et de consobrina vindicante mortem consobrini, est Consobrina.
tex. *in d. l. vxor. C. qui accus. non poss.* Qui autem veniant appellatione suorum, dictum fuit in cap. præced. vbi videndum.

10 ¶ An autem vxor † possit accusare de nece mariti, nullam habemus legem id expresè decidentem, attamen Bart. *in d. l. 2. de accusat. nume. 2.* probat hoc argumentum à maiori. nam si potest accusare de morte soceri. *d. l. 2. ff. de* Nurus.
*accus. coniuncta l. lege Iulia. ff. de testi.* qui socer coniungitur sibi mediante persona mariti, multo ergo magis poterit accusare pro nece mariti, cum quo vna erat caro. Quod Sponsa.
etiam verum erit in sponsa, vt s. possit admitti ad accusandam necem sponsi, *arg. tex. in l. in legibus. ff. de testi.* vbi ꝙ sponsus etiam dicitur gener, *& tex. in l. non sint. C. de bo. quæ liber.* in quo æquiparantur maritus, & sponsus. & hoc expresè sentit, & tenet Alberi. *in l. 1. ff de accus.* & de vxore vindicante mortem mariti, loquitur Bald. *in l. de crimine. in fin. C. qui accusa. non poss.* Quod tamen intelligendum est, dummodo vxor mariti mortem publico iudicio prosequatur. nam priuato iudicio non admittitur ad vindicandam iniuriam mariti. nam, vt inquit Paul. *in l. quod si viro. ff. de iniur.* si viro iniuria facta sit, vxor non agit, quia defendi vxores à viris, nõ viros ab vxoribus æquum est. Et quòd vxor possit pro nece mariti accusare, latè comprobat Boer. *decisio. 233. vxor an possit.*

11 ¶ Dubitari tamen potest, † an commater possit accu- Commater.
sare de nece compatris? & reperio Bald. *in l. 1. C. qui accus. non poss. num. mihi 36. est in col. 1. versi. sed an commater.* tenere quòd sic licèt fateatur se nescire vllum text. ad id allegare. sequitur etiam Alex. *in l. generaliter. nume. 4. ff. de in ius vocan. vbi Iaſ. colum. 1. & idem Alex. consi. 34. in processu. 2. colum. versi. ad hoc etiam, in fin. est num. 8. 3. volum. & Ioan. de Ana. in cap. cum dilectus, col. pen. versi. quid de compatre. extra de accus. Iaſ. in l. apertißimi, col. 2. versi. sexta causa. C. de iudi. licèt meliorem alleget Bal. in l. 1. C. vnde vi. cum debuit allegare. C. qui accus. non poss. & idem tenet And. Sic. in c. coram. num. 29. de offic. deleg. & Curt. sen. in tract. de testib. conclu. 30. in fi.* & facit ratio pro præmissis, quia coniunctio spiritualis æquiparatur coniunctioni sanguinis, *vt est text. in c. 1. in princip. 30. quæst 3. &*

*gloss.not.in c.sequent. quod incipit, pictatium, in ver. multo magis* vbi dicit, quòd immo plus potest spiritualis, quàm carnalis. *& ad idem gl. etiam c. qui dormierit. 27. q. 2.* & ideo dicebat etiam gloss. *in c. aut facta, in ver. parentum, de pœnit. dist. 1.* non minus etiam puniendum, qui interimit patrem spiritualem, quàm qui naturalem, quem sequitur Alex. *in addit. ad Bart. in l. Diuus ff. ad leg. Pomp. de parricid.* Ideo videmus, quòd sicut cognatio sanguinis impedit matrimonium, ita & cognatio spiritualis, immo & plus, *vt tradit Panor. in c. vlt. col. 3. extra de purgat. canon. & not. Scriben. in tit. extra de cognat. spirit. per totum.* ideo sicut filius non potest in ius vocare parentem naturalem, non poterit pariter spiritualem, *vt no. omnes in l. generaliter. vbi etiam Iaf. ff. de in ius vocan. Ang. & Fulgo. in l. adoptiuum, eodem titu. Alexan. in l. 1. in prin. C de in ius vocan. Bald. in c. 1. §. vlt. colum. 4. versic. dubitatur tandem. titu. de prohib. feud. alien. per Feder. & tradit etiam Ang. Aret. in §. pœnales. colum. 4. versicul. ex quo infertur. vbi etiam Iaf. colum. 10. versic. nunquid ergo. & Gomes. colum. 11. versic. & omnia prædicta. Instit. de actio.* quidquid ibi in contrarium dicat Ioan. Fab. *in ver. & in eum, in prin.* qui tamen *in §. sunt præterea. versic. sed & si quis, colum. 1. eod. tit.* sibi contrarius priorem & cõmunem opinio. sequutus est. Hinc etiam videmus, quòd coniuncti cognatione ista spirituali, si sint iudices, possunt recusari, vt suspecti, *vt tenuit Specul. in titu. de appellat. §. nunc dicamus. versic. circa hoc autem. & Ioan. Andr. in cap. Romana. §. quod si obijciatur. vbi etiam Gemin. colum. penult. de appellatio. in 6. & in cap. cum speciali. super glos. quarta. vbi etiam Imo. colum. 4. & Panorm. colum. 2. versic. & pone exemplum. & Dec. etiam ibi, colum. 2. de appellatio. & Iaf. in l. cum apertissimi, colum. 3. C. de iudic.* pariter etiam, sicut affines repelluntur à testimonio, pariter repelluntur & hac spirituali affinitate coniuncti, *vt voluit Bald. in dicta l. generaliter. ff. de in ius vocan. Fulgos. in l. 4. §. prætor ait, eod tit. Salic. in l. testis idoneus. ff. de testib. Alex. consi. 143. quoniam abunde. colum. 2. versicu. quidam etiam ex illis testibus. 2. volum.* & *consil. 34. viso processu, col. pen. versic. ad hoc etiam accedat. 3. volum.* quamquam in hoc non pauci contrarium tenuerint, *vt Bart. cons. 92. in quæstione. colum. 3. vers. nec obstat. & Bald. in l. parentes. colum. 2. versic. quæro igitur, vtrum. vbi etiam Salyc. C. de testib. Rom. Alexan & Iaf. in dicta l. generaliter, de in ius vocan. Ioan. de Ana. in c. cum dilectus, ad fi. de accus Alex. in addit. ad Bar. in l. in legibus. ff. de testib. & consil. 42. in causa & lite. col. vlt. versic. nec obst. quòd vnus in tertio. & cons 125. viso themate, col. 2. in quarto. & cons. 186. viso processu, colum. 2. vers. non obst. etiam si diceretur, in septimo. Corn. cons. 66. visa copia, col. 3. vers. ostenso itaque, in tertio. Fely. in cap. cum nuncius, colum. 1. de testib.* in qua

12 difficultate stat communis opin. † quòd non repellantur ex toto, non sint tamen omni exceptione maiores, quibus tamen, an sit adhibenda fides, vel non, arbitrium iudicis erit, *vt per Fulg. cons. 11. emphyteuta. & Alexand. cons. 237. perspectis, colum. vlt. versic. & posito. 6. volum. & tradit Dec. in cap. cum speciali, colum. 2. vers. 3. Abbas concludit, de appell.* Ex quibus omnibus colligitur, quòd appellatione suorum veniunt, & hi coniuncti cognatione spirituali. & ideo Paul. de Cast. *cons. 295. viso suprascripto puncto, & contentis in eo, col. 4. versic. & confirmantur prædicta. 1. volum.* dixit, quòd sicut, qui permittit alium defendere aduersus omnes, non intelligitur promittere aduersus semet & suos, *per not. in cap. petitio, de iureiur.* ita neque contra compatrem & commatrem. & sicut excusatur, qui receptat patrem affinem. *l. 2. ff. de recept.* pariter & qui compatrem receptaret. Et quod commater possit accusare de cæde compatris, sequutus est etiam Steph. de Bertrand. *cons. 278. viso processu, num. 14. in secundo volum. & Boer. decis. 233. vxor, an possit. circa fin. est num. 4. & And. Sicul. in cap. communia, de offic. deleg. colum. 5. vers. ego adduco.*

13 ¶ Aduertat † tamen mulier, quæ intendit accusare ob iniuriam suorum, quòd ante omnia debet docere se esse talem, quæ in numero suorum comprehendatur, vt est tex. *Gordia. in l. non ignorat. C. qui accusa. non poss.* vbi dicitur, quòd ea, quæ vltionem filij, & mortem prosequi allegat, non temere ad accusationem est admittenda, nisi prius matrem se esse probauerit, multo ergo magis id in alijs seruandum erit.

14 ¶ Et quòd mulier † posset prosequi suorum iniuriam, hoc ita demũ procedit, si alij proximiores non existant, qui velint accusare, vel ipse offensus, nam si mater habeat filios pupillos, vel minores habentes tutores, vel curatores, & velit filiorum iniuriam prosequi, tutor vel curator filij præferretur. *l. Senatus. C. qui accus. non poss. vbi latè Bald.*

Filia naturalis.

15 ¶ Quæ autem † dicta sunt de fœminis prosequentibus iniuriam suorum, sunt intelligenda de suis etiam naturalibus, licèt non legitimis, nam & filia naturalis poterit de nece patris accusare, *vt tenet Bart. in l. 2. nume. 3. de accusat. allegat. l. 3. ff. de liber. cau.* Quinimo dicit ibi Bart. quòd etiam spuria, & incestuosa filia admittetur, quia leges loquuntur per verba naturalia, quæ comprehendunt etiam spurios & incestuosos. *& idem tenet Bart. in l. cum scimus. C. de agric. & censi. lib. 11. nu. 4. & in l. hos accusare. §. omnibus. num. 8. ff. de accusat. & per Imo. & Alex. in l. ex postfacto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. & per Felyn. in cap. in præsentia, nu. 31. & seq. de probatio. & dictum etiam fuit supra in præced. cap.*

Spuria. Incestuosa.

Recusatione iudicis.

16 ¶ Hoc etiam aduertendum, † quòd quamquam iura supra allegata loquantur de morte tantum suorum vindicanda, locum tamen habent etiam in vindicanda qualibet iniuria, dummodo sit publici iudicij, *vt tenuit Bart. in dicta l. 2. ff. de accusat. num. 5.* quia iniuria facta vni ex coniunctis, dicitur facta omnibus coniunctis. *l. 1. & 2. ff. de lib. cau.*

17 ¶ Notandum tamen, † quòd licet regulariter suam iniuriam prosequens admittatur ad accusandum, *vt supra docui,* id tamen fallit, quando vellet maritum accusare de adulterio, nam licèt sibi facta sit iniuria, non tamen potest accusare, & hoc expresè lex Iulia declarat, *vt inquit text. in l. 1. C. de adult.* & est ratio, quia de iure ciuili maritus cum soluta coiens non cõmittebat adulterium, vt ibi dicit glos. infra latius dicemus, dum materia adulterij tractabitur.

Adulterium.

18 ¶ Secundus casus, † quo mulier admittitur ad accusandum, quando scilicet vellet accusare aliquem de falsitate commissa in aliquo testamento, & similiter in testamento liberti paterni vel materni. *l. 2. §. 1. ff. de accusat.* pro alia tamen falsitate mulier accusare non potest, *l. & si ad te. C. de falsi sequitur Gand. in tract. malef. sub rubr. qui accus. poss. vel non, num. 4. vers. item accusat. & Aug. de Arim. in addit. ad Ang. de malef. vers. nec non ad querelam. num. 18.*

Falsitas.

19 ¶ Tertius casus † est in crimine hæresis, *cap. vergentis. extra de hæret. & no. in l. de crimine. C. qui accus. non poss. & in l. Manicheos, C. de hæret. & tradit Spec. in tit. de accusatore. §. 1. versic. 16. Carrer. in tit. de hæret. num. 107.* nam & hoc est crimen exceptum in quibuscunque alijs accusare prohibitis, *vt per Spec. in loco prælegato, num. 37.*

Hæresis.

20 ¶ Quartus est casus † in crimine sacrilegij. *l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cleri. cap. in primis. versi. de persona presbyteri. 2. q. 1. vbi refert d. l. si quis in hoc genus.* & datur potestas cui libet accusandi, ergo & mulieri.

Sacrilegium.

21 ¶ Quintus in † crimine simoniæ. *l. si quemquam. C. de epis. & cler ver. cum sanè, & c. sanè. 1. q. 3. vbi text. apertus in fi. & sequitur Spec. in loco prælleg. d. num. 16. & etiam est tex in c. certis de causis. ver. vlt. ead. cau. & quæst.*

Simonia.

22 ¶ Sextus in crimine † læsæ Maiestatis, *vt videtur probare tex. in l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iul. maiest.* vbi quòd in quæstionibus læsę maiestatis etiam mulieres audiuntur. nam & coniurationem L. Catilinæ Fuluia mulier detexit, & M. Tullium Consulem in iudicium eius instruxit, qui tamen text. videtur probare tantum, quòd admittatur ad indicandum, vel dicendum testimonium in hac causa, non autem ad accusandum. sed & id probare videtur tex. *in cap. fin. incip. nullus. 6. quæst. 1.* quod & sensit Specul. *in dicto num. 16. prælegato.* Et facit, quia cum istud sit crimen exceptum, in quo omnes etiam inhabiles admittuntur, *vt per Specul. in d. §. 1. tit. de accusatore, nume. 37. & hoc etiam no. Angel. in l. 1. ff. de accus. vbi allegat quandam nouam constitutionem*

Maiestatis crimen.

nem

*nem Federici, cuius verba recitat Cyn. in l. quiſquis, in fi. C. ad leg. Iul. maieſt.* & hoc idem, quòd mulier poſſit accuſare de crimine læſæ maieſtatis, tenuit gloſſ. *in l. de crimine. in verbo, proſequatur. C. qui accuſa. non poſſ. vbi etiam Bart. & gloſſ. in l. 2. in ver. teſtamentaria. ff. de accuſat. & text. in cap. certis de cauſis. §. in Digeſtis. 15. quæſt. 3. & Hip. de Marſ. in l. de minore, in prin. col. 2. verſ. & ſubdit etiam. ff. de quæſtionib.*

Annonæ crimen.

23 ¶ Septimus caſus † in crimine de Annona, *vt per Spec. in loco præalleg. d. num. 16. & Salic. in l. de crimine. verſic. oppono tunc. C. qui accuſ. non poſſ. alleg. l. vlt. ff. ad leg. Iul. de anno. & l. mulierem. ff. de accuſat.* licet illa iura mihi non plenè probant, quia non dicit, quòd poterunt accuſare, ſed tantum quòd audietur mulier coram præfecto annonæ circa ea, quæ ad vtilitatem annonæ ſpectant, quaſi quòd audiatur etiam eius conſiliũ, non tamen ſequitur, quòd ſolemniter accuſans audiatur. Verum eſt, quòd cum titulus de annona connumeretur inter publica iudicia, & lex illa vltima ſita ſit ſub eo tit. colligi poteſt, mulierem etiam in accuſatione audiri poſſe, quod pariter dico de text. *in l. mulierem, de accuſ.*

Suſpecti tutoris crimen.

24 ¶ Octauus caſus † eſt de ſuſpecto tutore, poteſt accuſare. *§. conſequens. Inſtit. de ſuſp. tutor. & l. prima. §. conſequens. ff. eod. & tenet idem Spec. dicto num. 16. & Salic. in l. de crimine. C. qui accuſ. non poſſ.*

Si Eccleſiaſtica per Prælatum dilapidentur.

25 ¶ Nonus caſus, † quia poteſt accuſare de dilapidatione bonorum eccleſię per Prælatum, *cap. licet Hely. ver. aliys, de ſimon. cap. ſi quis presbyterorum, de reb. eccle. non alie. c. quia. 3. quæſt. 2. & tenet Specul. dicto §. 1. tit. de accuſatore, num. 16.* quod intelligendum eſt procedere, quãdo prælatus accuſatus eſſet ſuperior mulieris, quia tunc verè agitur de eius intereſſe. *ita pulchrè Ang. in l. 2. ff. de accuſatio. quem ſequitur Aug. de Arim. in additio. ad Ang. de mal. in ver. necnon ad querelam, num. 18.*

26 ¶ Quod ſi dubitetur, an † Hermaphroditus poſſit accuſare, recurrendum ad l. cum quæritur. ff. de ſta. homi. vt ſi magis incaleſcat in ſexu virili poſſit, & ſi magis in fœminino, non poſſit, niſi in caſib. exceptis, de quibus §.

27 ¶ Dubitari quoque † poſſet, an mulier in caſibus, in quibus admittitur ad accuſandum, teneatur ſe ſubſcribere ad pœnam talionis. & Ang. *in tract. malef. in ver. nec non ad querelam, nume. 17.* tenuit quòd ſic, allegat *l. de crimine. C. qui accuſ. non poſſ.* qui text. videtur immo contrarium probare, ſi rectè inſpiciatur, licèt gloſſ. Bald. Salic. & alij Scriben. aliter ſentiant, quòd ſcilicet immo tenetur inſcribere, niſi aliquo caſu expreſsè per leges eximatur ab hoc onere, & ideo de iure canonico videtur deciſum, quòd non teneatur ſe inſcribere, *vt tradit Hoſt. in ſumma de accuſ. §. quis poſſit. & eſt gloſſ. in cap. de crimine. 15. quæſt. 3. & in §. mulierem. 2. q. 1.* & Ioan. Fab. *in §. conſequens. Inſtit. de ſuſp. tut. & ita declarat Aug. de Arim. in addit. ad Ang. in tract. malef. in ver. nec non ad querelam, nume. 18. in fin. illius addit.* & ibi etiam Hieron. Cucal. *in addit.* dicit hanc eſſe communem. & Canon. *in capit. ſuper his, de accuſ. in gloſſ. 2. vbi Maria. num. 22.* vbi quòd pro iſta opinio. quòd non teneatur inſcribere, adducunt etiam tex. *in l. 1. §. accuſationem, verſi. at quin. & in l. mulier. ff. ad Turpill.* quæ tamen iura verè non probant. licet enim dicant, quòd mulier quando proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam deſiſtens ab accuſatione, non teneatur Turpilliano; non tamen ſequitur, ergo non tenetur etiam ſe ſubſcribere, & hoc etiam animaduertit Imo. *in dicto c. ſuper his. & etiam Abb. ibi. quãquam Io. de Ana. ibi. colum. 3. ver. in gloſſ. 2. ibi, ne quis, conetur inducere, quòd probent. de quo tamen latius dicemus infra in materia inſcriptionis.*

Subſcriptio.

Calumnia.

28 ¶ Neque tamen † putet mulier, quòd licèt admittatur in prædictis caſibus ad accuſandum, quòd ſi calumniosè accuſauerit, quòd non puniatur, quia immo punietur, *vt per Alex. conſil. 11. circa primum. in 2. dub. eſt mihi, num. 4. 1. vol.*

29 ¶ Seipſam † autem mulier deferre poteſt de his, quæ non poſſunt capere. *l. deferre, in prin. & §. ſed omnem. & l. ait Diuus. ff. de iu. fiſ. & l. edicto. 2. reſpon. eod. tit.*

30 ¶ Scito tamen, † quòd regulariter quis admittatur ad accuſandũ, niſi opponatur. *l. ita demum. & l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procur. & in l. 1. §. accuſationem. ff. ad Turpill.* attamen in muliere ſecus: quia iudex etiam ex officio poterit repellere, cum ad ipſius officij decorem ſpectet, ne permittat mulieres coram eo poſtulare. *ita in terminis Sal. in l. non ignorat. num. 4. C. qui accuſ. non poſſ.*

## CAP. VIII.

## *Status perſonæ ratione, qui prohibeantur accuſare, vt Seruus.*

### SVMMARIVM.

1 *Seruus quare accuſare prohibeatur, licet accuſari queat etiam ſi ſuam velit iniuriam proſequi, ſecus autem ſi ſui domini, num. 2. Fallit tamen vt num. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 13.*
3 *Statuliber an accuſare poßit.*
6 *Seruus in crimine ambitus, an admittatur accuſans.*
12 *Seruus ſi non opponitur ſibi, vel ſupplicauerit, admittitur ad accuſandum.*
14 *Liberti quemadmodum ſerui non accuſant, maximè clericos.*
15 *Monachus quare accuſare non poßit. Fallit tamen num. ſeq.*

1 SERVVS accuſare † prohibetur, nam cum accuſatio ſit actus iure ciuili introductus, quod attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullis habentur. *l. quod attinet, de reg. iur.* nam ſeruitus morti comparatur. *l. ſeruitutem. ff. eod. tradit Gand. in tract. malef. ſub rub. qui accuſ. poſſ. vel non. nu. 2.* nam ſi in ciuilibus agere non poteſt. *l. ſeruus. C. de iudic.* minus poſſe debet in criminalibus. *& ita arguit Spec. in tit. de actore, num. 17. verſi. item quòd eſt ſeruus.* & idem tenet Rofred. *in ſua Summa, parte prima, ſub rubr. de perſonis litigantium, eſt mihi cap. 1. num. 2. vbi num. 3.* aſſignat etiam rationem, quare poſſit ſeruus de crimine accuſari, & tamen ipſe non poſſit accuſare, quia ſcilicet delicta non debent remanere impunita, & hoc reipub. intereſt. at licet ſeruus non accuſet, tamen alio accuſante, vel iudice inquirente poterit delinquens puniri.

2 ¶ Quod extenditur, † etiam ſi ſuam propriam vellet iniuriam proſequi, *vt per gloſſ. in c. omnibus. 4. quæſt. 7.* niſi contra ipſius patronum vellet proſequi, quod quidem conceditur ei, ſecundum tamen terminos, de quibus infra, dum tractabimus de prohibitis ob reuerentiam, quã quis præſtare debet.

Statuliber.

3 ¶ Extende pariter † idem eſſe in ſtatulibero, vt tradit Gandi. *d. tit. qui accuſ. poſſ. vel non, num. 3.* allegat l. ſtatuliberum. ff. de ſtatulib. quæ tamen probare non videtur, niſi dixerit, quòd probat ſic inducendo. nam dicitur in prin. quòd ſtatuliber pendente conditione eſt, & dicitur ſeruus hæredis, ergo pro ſeruo habetur pendente conditione, ſed id melius probat tex. *in l. ſtatuliberi à cæteris. ff. eo. tit. de ſtatu libe.* vbi quòd ſtatuliberi à ſeruis nihil penè differunt, maximè in criminalibus, *vt ibi dicitur.*

¶ Sunt tamen aliqui caſus excepti, in quibus ſeruus accuſare poteſt, prout & de muliere diximus ſupra.

Hæreſis.

4 ¶ Primus eſt in crimine † hæreſis, *vt declarat Carrer. in tract. de hæret. num. 107. allegat l. famoſi, & l. ſeq. C. ad leg. maieſt.* arguendo de maieſtate humana læſa, ad maieſtatem diuinam.

Maieſtatis crimen.

5 ¶ Secundus eſt caſus † in crimine læſæ maieſtatis humanæ, *vt eſt tex. in l. penult. C. qui accuſ. non poſſ. l. meminiſſe. C. ad l. Iul. maieſt. & l. famoſi, eo. tit. l. vix certis. vbi gloſſ. & Scriben. ff. de iudic. Bart. in l. 1. C. de preci. Imper. offer.* & eſt ratio, grauitas delicti. & quia talia crimina à cõmuniter contingentibus occultè fiunt, neq; poſſunt, niſi per domeſticos regulariter propalari. *l. conſenſu. §. ſuper plagis. C. de repud. l. fin. §. licentia. C. de iure delib. cum ſimil.*

Ambitus.

6 ¶ Tertius in crimine † ambitus. *ita Gandi. ſub d. titu. qui accuſa. poſſ. num. 3. allegat l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambi.* quæ tamen mihi non probat, niſi dixeris, quòd ſicut ibi damnatus eo cri-

eo crimine ambitus, si alium accusauerit, & conuicerit, restituitur aduersus suam condemnationem, & hoc ex priuilegio dicti criminis: ergo idem dicendum in seruo, qui prohibetur accusare, sicut & damnatus publico iudicio, vt infra dicemus suo loco. sed neque ista inductio concludit, ex quo specialia non sunt cumulanda. *l. singularia. vbi no ff. si cer. peta. cum concord. quæ nota sunt.*

Annonæ fraudatæ crimen.

7 ¶ Quartus in † crimine fraudatæ annonæ, quia nedum extraneum, sed & proprium dominum accusare potest, *vt habetur per glos. & alios in dicta l. vix certis. ff. de iudic. per illum text. & ad idem tex. in l. prima. ff. ad legem Iul. de anno.* & hoc propter interesse publicum.

Census fraudati crimen.

8 ¶ Quintus in † crimine fraudati census, *vt est text. in d. l. vix certis.*

Monetæ falsæ crimẽ.

9 ¶ Sextus casus † in crimine falsæ monetæ: nam si potest accusare proprium dominum, *vt dicitur in l. vix certis. ff. de iudic.* multo magis alium, in quo non concurreret reuerentia, quæ debetur domino.

Testamenti suppressi crimen.

10 ¶ Septimus casus est, † quando seruus vellet accusare de tabulis testamenti suppressis, quibus sibi libertas dabatur: nam poterit accusare etiam patronum. *d. l. vix certis. & probatur etiam in l. nullo. ff. de fal.*

de Nece domini.

11 ¶ Octauus casus, † quando vellet necem domini accusare, quia poterit. *l. 1. vbi Bart. num. 1. & 3. C. de preci. imper. offer.* & licet ille text. loquatur in supplicatione, tamen idem videtur in accusatione, quia sicut illæ duæ causæ faciunt admitti supplicationem serui, atrocitas scilicet criminis, & fidei exemplum: ita & si in accusatione hæc duo concurrent, ex identitate rationis admittenda erit, quod etiam suaderi videtur per text. *in l. 1. C quibus ex causis serui. pro præm. liber. accip.* vbi seruus, si necem domini accusauerit, & eius necis reum conuicerit pro præmio libertatem consequitur, ergo necesse est, quòd accusatio fuerit legitimè prius recepta.

Si non opponatur.

12 ¶ Nonus casus, † quando accusasset, & nil sibi fuisset oppositum, vel supplicasset, & impetrasset, quia poterit prosequi, & impetrata exequi. *l. vniuersis. C. de precib. Imper. offeren.*

Si seruus pro libero habeatur.

13 ¶ Decimus casus † præter alios, quando communi opinione pro libero habitus fuisset, nam tali casu valebit accusatio, *arg. not. in l. Barbarius. ff. de offic. prætor.*

Liberti.

14 ¶ Et quod dictum est in seruis, † quòd scilicet non possint accusare, idem dicendum etiam in libertis, quia accusare non possunt, maximè clericos. *cap. accusatores, in fin. 3. quæst. 5.* cum enim non possint ordinari. *cap. quicunque. 54 distinct.* ergo neque accusare. *cap. ipsi Apostoli. & cap. testes. 2. q. 7.* & quòd non possint accusare, probat etiam tex. *in cap. nullus. 3. quæst 5.*

15 ¶ *Monachus* † quoq; pari ratione accusare non potest, quia subditi sunt Abbati, & monasterio, & seruis æquiparantur. Item, quia in causa sanguinis se nullo modo ingerere possunt. *capit. sententiam sanguinis. ne cler. vel mona.* vbi inquit text. sententiam sanguinis nullus clericus dictet, aut proferat, sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut vbi exerceatur, intersit. Nec quisquam clericus litteras dictet, aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas. *Idem probat tex. in cap. primo, & capit. clericis, eodem titulo. & in cap. his à quibus. 23. quæstio. 8. in cap. in Archiepiscopatu, de raptoribus. cap. illud sanè. 24. quæst. 3.* si enim non possunt sententiam sanguinis dicere, & in iudice præsumatur tantum zelus iustitiæ, multo minus poterunt accusare, cum in accusatore præsumatur vindictæ desiderium, & quòd non possit accusare, est tex. *in capit. ex parte, in fine. de accusationibus.*

16 ¶ Fallit tamen, † quando monachus accusaret pro beneficio ecclesiæ suæ, & de consensu Abbatis sui, quia tunc admittetur. *cap. monachi, il secondo. decima sexta, quæstio. prima. per quem tex. hoc tenet gloss. quam ibi omnes sequuntur in capit. ex parte, in gloss. in verbo, licet. de accusationibus. vbi Aret. numero sexto.* vbi concludit, quòd tali casu poterit petere expensas à monasterio pro prosequenda accusatione, *& sequitur etiam Marianus.*

## CAP. IX.

## *Filiusfamilias, quando Accusare possit, vel non.*

### SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias an Accusare possit, & in quibus admittatur, & quare.*

2 *Patris consensus in his, in quibus sibi vsusfructus quæritur, requiritur, & in quibus alijs.*

1 FILIVSFAMILIAS † non posse accusare saltem absque consensu patris, tenuerunt plures, *per text. in l. vltim. §. necessitate. C. de bo. quæ lib.* vbi quòd si filiusfamil. velit agere, pater compellitur consentire: ergo requiritur eius consensus, *& l. tam ex contractibus. ff. de iud.* & hoc expresè tenuit gloss. *in d. §. necessitate. in gloss. magna. circa fin. in ver. item an in publica accusatione.* dicens, quòd per dicto §. necessitate. sunt correcta iura contrarium innuentia, *vt l. inter liberas. §. filiusfamilias. & l. filium famil. de adul. de quibus statim loquar.* communis tamen opinio est in contrarium, quòd sc. in publicis iudicijs, & criminalibus possit accusare & stare in iudicio, & est ratio, quia in his, quæ publicum ius spectant, non attenditur ius patriæ potestatis. *l. nam quod ad ius. ff. ad Trebell. & l. filiusfam. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* Et quod filiusfam. possit accusare, probat text. apertus *in l. inter liberos. §. filiusfamilias. & l. filium familias. ff. de adulter.* quinimmo etiam in priuatis iudicijs apparet filium posse sine patre stare iudicio. *l. & si condemnatus. ff. de noxal. & in l. 3. ff. de cond. fur. & hoc tenuit Spec. in tit. de actore. §. 1. num. 28. versic. sed nunquid in publicis. & in tit. de accusatione. §. 1. nu. 5. ver. quid si accusator sit filiusfam.* vbi ponit etiam formam, quomodo pater debeat præstare consensum suum. *& Gandi. in tract. malef. sub rub. de filio famil. & vtrum possit accusare. & idem tenet Dy. Bart. & Imo. in l. fi. §. 1. ff. de verb. oblig. & Bart. in d. l. inter liberos. §. 1.* & mouetur hac ratione, quia per §. necessitate. requiritur consensus patris in ijs duntaxat, quorum vsusfructus quæritur patri, sed in criminalibus nihil quæritur, ergo. *Item probatur hæc opinio per tex. quem ibi Bart. ad hoc ponderat in l. post legatũ. §. si filiusfam. ff. de his, quib. vt indig.* vbi quòd filiusfam. potest etiam inuito patre accusare de falso testamento, licet actioni patri competenti præiudicare non possit. *idem videtur innuere Bart. in l. si filij nomine. ff. de iniur. per illum text.* vbi quòd in casibus, in quibus non quæritur vsusfructus patri, non requiritur eius authoritas. Ang. tamen *in d. l. inter liberos. §. 1.* dicit quæstionem esse dubitabilem, sed quod tutius est adhiberi consensum patris. *idẽ quoq; tenuit Ang. in tract. malef. in ver. nec non ad querelam. num. 81. vbi etiam Aug. de Arim. idem tenet in addit. & etiam Hyero. Cuch. qui dicit hanc esse communem, allegando alios concord.* & quòd ab hac in iudicando non est recedendum, & quòd filius sine patris consensu legitimam habeat personam, dum accusat de crimine, tenet Pet. de Anch. *consil. 73. visis omnibus, in prin.* ergo poterit & accusare. Et in specie, quòd possit accusare sine patris consensu, tenuit consulendo Bald. *cons. 408. factum sic proponitur, quidam minor. 3. vol.* vbi mouetur ea ratio. quia in his, in quibus non quæritur vsusfructus patris, non requiritur eius consensus. *& idem tenuit Steph. Aufr. in addit. ad decisio. Capel. Tholosa. decisio. 175. Item fuit quæsitum, si filiusfamilias.*

¶ Sed tamen in contrarium videtur text. *in l. sed & si vnius. §. ait prætor. ff. de iniur.* vbi filiofam. ita demum competit actio iniuriarum, si absens sit pater, vel furiosus, vel mente captus, adeo q; si pater præsens sit, & agat, quod differat, vel remittat iniuriam, filius agere non potest, vt ibi dicitur: ergo probatur aperte, quòd filius sine consensu patris, vel nisi ex causa, puta si pater absit, vel furiosus sit, non potest agere, & secundum illum text. intelligitur etiam text. *in l. lex Cornelia. §. illud quæritur, & §. seq. eod. tit.* dum dicitur, quòd filius potest agere ex lege Cornelia, neq; requiri debet ab eo cautio de rato: quia intel-

intelligitur, ſi pater abſit, *ſecundum tex. in dicto §. ait prætor. ad idem facit tex. in l. ſi longius. §. ſi filiusfamilias. ff. de iudic.* vbi ita demum poteſt agere filiusfamilias pro noxa ſibi illata, ſi pater longius abſit, & non ſit, qui patris nomine agat. Et ſi ipſe filiusfamilias legationis, vel ſtudioſorum gratia abſit, & furtum, vel damnum iniuria paſſus ſit, poterit vtili iudicio agere, ne dum pater expectatur, impunita ſint maleficia, quia pater venturus non eſt, vel dum veniat, ſe ſubtrahat is, qui noxam commiſit.

¶ Concludendum eſt filiumfamilias, ſi agat criminaliter publico iudicio, poſſe q̃dem agere etiam ſine conſenſu patris, & ita procedat communis opinio, & iura pro ea allegata. & eſt ratio, quia cum interſit Reipub. ne delicta remaneant impunita, filiusfamil. accuſando publico iudicio non tam cauſam ſuam, quàm publicam agere dicetur. *l. in popularibus. ff. de procur.* & ideo ſicut procuratorio nomine etiam ſine conſenſu patris poteſt pro alio interuenire, *vt communiter omnes tenent in dicta l. vlt. §. neceſſitate. C. de bo. quæ lib. & eſt tex. expreſſius in cap. qui generaliter, de procurat. in 6.* ita poterit hoc caſu tanquam procurator publicus publicam agens cauſam, Item quia † vt dicebat Bart. *ſupra allegatus in dicta l. poſt legatum, & dicta l. inter liberos.* conſenſus patris in ijs tantum requiritur, in quibus quæritur patri vſusfructus: ſed in his publicis iudicijs nil acquiritur, quia non dicuntur eſſe in bonis noſtris, *vt not. in l. 2. C. qui accuſ non poſſ.* ergo nimirum, ſi ipſius conſenſus in ſimilibus non eſt neceſſarius. quanquam iſta ratio facilè poſſet euitari, quia conſenſus patris requiritur in omnibus, in quibus illi poteſt præiudicari, *vt not. in dicta l. fin. C. de bonis, quæ liber.* ſed ſi filius accuſaret publico iudicio, poſſet deſiſtere, & puniri Turpilliano Senatuſconſulto. item poſſet calumniosè inſtituere actionem, & puniri de calumnia, & condemnari etiam in expenſis, in quib⁹ omnibus nulli dubium, quòd verteretur patris intereſſe, ſed tamen tenenda communis, *vt dixi*, propter fauorem publicum, & præſertim, quia licet communiter allegetur gloſſ. *in dicta l. fin. §. neceſſitate. C. de bonis, quæ liber.* quam ſupra in principio huius capit. allegaui contra communem, & dicatur, quòd ipſa tenet ibi conſenſum patris requiri etiam in publicorum criminum accuſatione, tamen videtur ibi ſentire contrarium, & ſic ſtare pro communi, quia propoſita quæſtione, an in publica accuſatione per filium inſtituenda requiratur conſenſus patris, duas dat reſponſiones. Primam, quòd ſic, & ideo infert, q̃ illa lex corrigat *d. l. inter liberos. §. filius. & l. filiumfam. ff. de adult.* ſed non reſidet cum hac prima ſolutione, ſed tranſit ad aliam dicens, aliud in accuſatione publica, aliud in priuatis, & ciuilibus actionibus, *& allegat l. nam quod. ff. ad Trebellia.* & cum hac videtur reſidere Accur. nam nota eſt concluſio communis, quòd quando gloſſ. refert plures opiniones, neque exprimit, quã ſequatur, videtur reſidere cum vltima, *vt eſt gloſſ. in l. qui filium, §. Sabinus. in glo. fin. ff. ad Trebell. & Bart. per illum tex. in l. bona fides. ff. depoſiti. cum concordan. de quibus per Fely. in cap. 1. de conſtit. nu. 107. & Iaſ. in l. ſi idem. § fin. num. 3. de iuriſdict. omnium iudicum. & per Cur. conſ. 63. Antiquiſſima, num. 13. circa principium.* in priuatis autem & ciuilibus, & popularibus actionibus requiritur cõſenſus patris, quia principaliter agitur de priuato intereſſe, non de publico. & procedunt iura in contrarium allegata.

## CAP. X.

## *Clerici, quando laicum Accuſare poſſint, vel econtra.*

### SVMMARIVM.

1 *Clericus quod laicum accuſare non poſſit, regulare eſt, præſertim vbi pœna ſanguinis ſit ingerenda, immo prohibetur etiam poſtulare, & quare. Fallit num. 2. 4. 5.*

3 *Clericus proteſtans, quòd non intendit reum pœna ſanguinis puniri, licitè accuſat.*

6 *Laicus clericum non accuſat multiplici ratione. Limitatur tamen hæc concluſio quatuor modis, vt nume. ſequent. at q. etiam num. 23.*

7 *Laicus clericus proſequens ſuam, vel ſuorum iniuriam, in quo foro, & an ciuiliter, & criminaliter accuſare poſſit.*

8 *Crimina excepta quæ ſint, & in quibus Laicus clericum licitè accuſat. & an de dilapidatione poſſit, num. 9.*

10 *Laicus clericũ in crimine notorio, an poſſit accuſare, & quare.*

11 *Laicus, negligentibus Prælatis in puniendis criminibus clericorum licitè accuſant clericos, & tur. tanto magis, quando crimen eſt notorium per confeſſionem rei, quia poſt eam accuſatori exceptiones declinatoriæ non opponuntur.*

13 *Laicus crimen clerici notorium per aliud, quàm per confeſſionem, quibus caſibus, & quomodo accuſet, & quibus repellatur per exceptiones accuſator.*

14 *Laicus vt procedat contra clericos in accuſatione, non debet eſſe Suſpectus, ſed quòd præſumatur eſſe Bonæ vitæ, & quòd moueatur bono zelo.*

15 *Laicus clericum vt accuſet, debet eſſe talis conditionis, vt poſſit aſcendere ad ordinem, & an ſit vera iſta concluſio, & in Bigamo & Vxorato.*

16 *Oppoſitiones contra laicum accuſantem debent fieri ante litis conteſtationem, cum ſit dilatoria exceptio.*

17 *Clericus clericum regulariter accuſare poteſt. Fallit vt num. 18. & 19.*

18 *Clericus Minor, an maiorem accuſare poſſit, & qualiter intelligenda ſit iſta cõcluſio? & quibus concurrentibus procedat?*

20 *Coruus coruo oculum non extrahit.*

21 *Laicum clericus coram iudice ſeculari, ſi accuſauit, an poſt litis conteſtationem laicus clericum eundem de calumnia etiam coram eccleſiaſtico iudice impetere poſſit, & inhiberi facere iudici ſeculari, ne procedat.*

22 *Clericorum appellatione qui veniant, vt poſſint clerici à laicis accuſari, videlicet, an primæ tonſuræ clericus, & ſimilia.*

23 *Laicus clericum accuſare, & iudex punire poteſt in caſu aſſaſſinij. ſi de eo conſtet, quia eſt de exceptis.*

ET quia ordo clericalis ſtatum immutat, ideo congruenti ordine, cum ſupra de prohibitis accuſare ratione ſtatus loquuti fuerimus, ſubijciendum etiam, quando conſtitutus in ſtatu clericali poſſit laicum accuſare, vel econtra.

1 ¶ Et regula ſit, † quòd clericus laicum accuſare non poteſt. *cap. nullus clericus. 11. q. 1.* nam neq; clericus admittitur regulariter in teſtem contra laicum. *cap. teſtimonium. ead. cau. & quæſt.* quæ etiam eo maximè procedunt, quando accuſatio inſtitueretur de crimine, pro quo ingerenda foret pœna ſanguinis. *cap. his à quibus. 23. quæſt. 8. cap. 1. ne cleri. vel mona. & ita tenet gloſſ. in capit. laicos. 2. quæſt. 7. & opti. tex. in cap. ſicut Sacerdotes. eadem cauſa. & quæſtio.* Quinimo clericus prohibetur poſtulare, ne alicui noceat. *cap. 2. de poſtulan.* ergo multo magis prohibendus accuſare.

2 ¶ Limitatur tamen † prædicta regula caſu, quo ſuam vel eccleſiæ ſuæ proſequeretur iniuriam. eo enim caſu admittetur ad accuſandum, dummodo nulla pro eo delicto ſit ingerenda pœna ſanguinis. *capit. cum ſit generale, de foro competen. cap. prælatis, de homicid. in 6. cap. olim, de iniur. cap. grauis, de reſtitutio. ſpoliatorum.* Notandum tamen, Si iniuriam ſuam vel ſuorum pro ſequatur.

3 † quòd poſſet etiam de delicto, pro quo poſſet imponi pœna ſanguinis, accuſare, dummodo proteſtaretur ſolemniter, quòd non intendit accuſatum pœna ſanguinis puniri, *vt eſt textus in dicto capit. Prælatis, de homicid. in 6. & tenet etiam Panormit. in cap. cum P. Manconella, de accuſationibus. numero 10.* Stante enim tali proteſtatione, nullam incurreret irregularitatem, etiam ſi ob talem accuſationem iudex ingereret pœnam ſanguinis, *vt not. gloſſ. in cap. Maximianus. 23. quæſtio. 3. & in capit. vnum ſolum. 23. quæſtio. 5.* quamquam Ioann. Andr. *in dicto capit. Prælatis, de homicid. in 6.* conſulat clericos, quòd in accuſationibus non vtantur verbo, accuſo, ſed tantum verbo, conqueror. quam tamen cautelam, licèt non obſeruarent, dum tamen vterentur proteſtatione, de qua ſupra, certè tuti forent Proteſtatio.

à pœna

à pœna irregularitatis, vt tenet etiam Maria. *in d. cap. cum P. Manconella, num. 12. & Felyn. ibi, nu. 5. & sequitur Gemi. & Fran. in dicto cap. Prælatis.*

Ciuilis actio.

4 ¶ Limitatur † secundò, nisi ciuiliter ageret, quia cessat ratio pœnæ sanguinis. nam potest interesse suum prosequi ciuiliter, quo casu licet videretur iudici imponere pœnam sanguinis, tamen nil esset imputandum clerico accusanti. *cap. 2. de homic.*

Exceptio.

5 ¶ Limitatur, & tertiò, † nisi per viam exceptionis clericus crimen opponeret, etiam pro quo veniret ingerenda pœna sanguinis, *vt notant omnes in cap. super his, de accusationibus. & tenet Ioann. de Anan. in cap. cum P. Manconella, in fine. eodem titulo.* & latius infra dicetur, dum tractabo materiam de criminibus oppositis per viam exceptionis.

6 ¶ Econtra † similiter laicus clericum accusare non potest, *cap. secundo, tertio, & quarto secunda, quæst. septima. cap. beatus. 6. quæst. 1. cap. 2. 11. quæstio. 1. cap. de cætero, de testib. dicto capit. cum P. Manconella, de accusatio. cap. laicos. 2. quæst. 7.* Ratio autem huius conclusionis multiplex assignatur. Primò, quia non sunt eiusdem, sed diuersę conuersationis. Secundò, quia laici sunt oppido infensi clericis, ideo suspecti de calumnia. Tertiò, quia vita, & conuersatio clericorum debet esse secreta, ideo à laicis cognosci non potest. Quartò, quia non debent admitti ad accusandum eos, quorum castitatem & grauitatem nolunt imitari. Quintò, quia & laici non recipiunt clericos accusantes laicos, & hæ omnes rationes habentur in d. c. laicos. Sextò, quia pro meritis subditorum disponitur à Deo via rectorum. *cap. primo, secundo, quæstio. septima.* ergo debent laici sibi imputare, si habent malos sacerdotes & prælatos, quia pro eorum demeritis Deus permittit eis malos prælatos, *pro quo text. opti. in capitulo, audacter. octaua, quæstio. prima. & inquit Iob 24.* Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. & Oseæ 13. Dabo eis Regem in furore meo. Septimò, quia non potest maior à minori iudicari, neque obligari. *cap. quarto. secunda quæstio. septima. & glos. vltima in dicto cap. laicos.* Octauò, quia non oportet seruos Dei litigare. *capit. sicut sacerdotes. eadem causa, & quæstione.* Nonò, quia Christus sibi Sacerdotes reseruauit castigandos, neque voluit à laicis infamari, & calumniari, sed ipse proprio flagello sacerdotes peccantes è templo eiecit. *cap. accusatio. 2. q. 7.* Decimò, quia sacerdotes non sunt lacerandi ab hominibus, sed potius ab omnibus fidelibus portandi, *dicto capitulo, accusatio.*

Si iniuriam suam vel suorum pro sequatur.

7 Limitatur primò ista conclusio, † si suam, vel suorum prosequantur iniuriam, quia tunc accusare poterunt, dum tamen coram iudice laico accusent, *vt declarat glos. in dicto capitulo, laicos. secunda, quæst. septima. & probat. text. in capitulo, de cætero, de testibus. & capit. omnibus. quarta, quæstio. sexta. & capitulo. prohibentur. secunda, quæstione prima.* quam limitationem intelligunt quidam, vt possit ciuiliter tantum, non criminaliter accusare, vt voluit Hugo, & Archidiaco. *in dicto capitulo, laicos. quos refert Præpositus ibi, & Ioann. de Turrecrem. in capitulo primo, eadem quæstio.* Sed veritas est, quòd poterit etiam criminaliter accusare coram iudice clerico, non coram laico, nisi ciuiliter tantum vellet accusare. *& ita declarat Præpositus in dicto capit. laicos. & Marian. in dicto cap. cum P. Manconella, de accusat. num. 5.*

8 ¶ Limitatur † secundò in criminibus exceptis, quæ sunt ista, videlicet

Hæresis.

Hæresis. *capitul. sacerdotes. 2. quæstio. 7. & not. in cap. oues, eadem quæstione.*

Simonia.

¶ Simonia. *capitul. tanta. vbi not. extra de simonia.*

Maiestatis crimen.

¶ Læsæ Maiestatis crimen. *cap. sane. 15. quæstio. tertia.*

Sacrilegiū. Dilapidatio bonorum eccleſiæ.

¶ Sacrilegium. §. *qui autem. 17. quæst. 4.*

¶ Dilapidatio bonorum eccleſiæ. *capit. non licet. 12. quæ-*

9 *stio. 2. & videtur tenere glos. in summa. 2. quæstio. 7.* † licet in contrarium videatur glos. *in cap. constitutus in verbo, conditionibus. 16. quæst. 1.* quæ communiter videtur approbata, quòd scilicet Parochianus non possit suum curatum accusare de dilapidatione, etiam si sua interesit, & suã ideo videatur prosequi iniuriam, quia potest ciuiliter, sed non criminaliter accusare. & istam limitationem in prędictis primis quatuor casibus tenet glos. *in dicta summa. 2. q. 7. & eam ibi sequuntur Gemin. Ioann. de Turrecrem. & Præpositus & Abb. Felyn. Ioan. de Anan. & Marian. in dicto cap. cum P. Manconella, num. 5. de accusat.*

Crimen Notorium.

10 ¶ Limitatur tertio in crimine † notorio, de quo laicus poterit clericum accusare, vt videtur tenuisse *glos. 1. in cap. ex parte. ff. de testib. in princip.* vbi tenuit, quòd laicus potest accusare clericum publicum fornicatorem, & concubinarium, quia tenetur illum vitare. & licet Ioan. And. Goffr. & Host. & alij quidam *in dicto cap. ex parte.* teneant contra glos. quia non sequitur, debet euitari, ergo potest accusari, vt in excommunicato. tamen Anto. *ibi, num. 13. versic. ad primum concordando* dicit, quòd de notorio tũc poterit accusare, si fuerit de eo infamatus, quia tunc dicitur vilis persona, & ideo potest à laico accusari, allegat glo. *in d. cap. cum P. Manconella.* subdens, q̃ verè non valet argumentum, quo vtitur glos. debet euitari, ergo potest accusari. sed tamen, quòd dictum ipsum glos. est in se verum, dummodo sit pro infami habitus notoriè, quæ opinio rationi consona videtur, & æquitati: nam tali casu cessant rationes, ob quas laicus non potest accusare clericum, quia in notorijs cessat timor odij & calumniæ, & ideo non potest id opponi, *iuxta cap. proposuit, de appell.* Ideo videmus, quòd licet magistratus non possit cognoscere de criminib⁹ suorum officialium, quia sunt suspecti; fallit tamen, si fuerint notoria, quia euanescit omnis suspitio, cum nil aliud facere possit magistratus stante notorietate, quàm punire, *vt per Bart. in l. si quis fortè. §. 1. ff. de pœn.*

Vilis persona.

¶ Neq; dicas, licèt cesset hæc ratio in notorijs, tamen aliæ, quas supra allegauimus, propter quas prohibitus est laicus accusare clericum, non cessant, ergo debet adhuc remanere dispositio. §. *affinitatis. Instit. de nupt. l. quid ergo. §. notantur. ff. de his, qui not. infam.* quia dico, quòd si rectè cõsiderentur omnes supra allegatæ rationes, cessant in crimine notorio, de quo est notoriè infamis clericus.

11 nam † si Prælati negligentes sunt in puniendis criminibus, de quibus omnes clamant, non debent laici arceri, quin possint mediante accusatione excitare diligentiam prælatorum ad punienda delicta, ne malus clericus bonos laicos corrumpat, & scandalo sit omnibus. nam reuerentia præstanda bonis, & bonis saltem præsumptiuè, non autem notoriè malis, quod probatur ex text. *in l. 1. C. de quæstionib.* vbi licèt seruus, vel libertus non admittatur ad testificandum contra dominum, vel patronum in causa criminali, tamen quando crimen est factum notorium ex alijs probationibus poterunt admitti, quia præscriptionis inuidia euanescit, *vt ibi dicitur.* & licet glo. ibi, & alij dicant, quòd dictum illorum erat nullum: fateor, nisi concurrerent alia, quæ faciant notorium, secus si concurrant vt ibi, quia & eorum dictum aliquid operabitur: & hanc puto veriorem.

12 ¶ Quæ tamen conclusio † absque dubio procederet, quando crimen esset notorium per confessionem ipsius rei, quia exceptiones declinatoriæ, quæ opponuntur contra accusatorem, non repellunt eum, postquam reus est confessus crimen, *vt declarat Bald. in l. criminis. in vlt. col. C. qui accus. non poss.* quia hæc exceptio contra accusatorem non est de his, quæ reddunt iudicium retroactum nullum, ideo non obstante inhabilitate accusatoris, poterit iudex condemnare. *& ita pulchrè declarat Aret. in d. c. cum P. Manconella, num. 17. & 18.*

Hæresis Schisma. Simonia.

13 ¶ Sed quando † notorium foret crimen aliter, quàm per confessionem, tenerem eo casu distinguendũ, quòd aut vult accusare de crimine, propter quod quis potest euitari, etiam si nulla præcedat sententia, vt in crimine hæresis. *cap. sanè il secondo. 24. quæst. 2.* Item in crimine scismatis. *c. quia diligentia, de elect.* Item in crimine fornicationis notorio. Item in crimine simoniæ commissæ in ordine. §. *verum. 22. distin. cap. si quis à simoniacis. 1. q. 1.* his casibus poterit: aut vult accusare de crimine etiam notorio, in quibus

quibus expectanda eſt ſententia, antequam fiat infamis, *vt in cap. ſciſcitantibus. 15. quæſt. vlt. capit. nonne. 8. q. 4. cap. laudabilem. vt lite pend. cap. à memoria, de diuor.* & tunc non poterit, quæ diſtinctio probatur etiam ex dictis per gloſſ. 1. *in c. cum non liceat, de præſcript.* & aſſignat rationem, quia in prioribus criminibus ſuſpenduntur clerici ipſo iure, & cuilibet conceditur ipſos euitare mero iure: in alijs autem non licet hæc facere, niſi per ſententiam forent excommunicati, vel ſuſpenſi, vel depoſiti, *vt not. in iuribus præallegatis. & in capit. reperiuntur. 1. quæſt. 1.*

14 ¶ Omnes tamen † prædictos caſus, in quibus concluſum eſt laicos poſſe clericos accuſare, intellige procedere, quando laicus, qui vellet accuſare, non eſſet aliter ſuſpectus de falſitate, vel inimicitia, ſed eſſet probatæ vitæ, & haberet ideo pro ſe præſumptionem, quòd moueretur bono zelo, & hoc ante omnia quærendum eſt. *cap. quærendum, & cap. is qui. 2. q. 7. & tradit Ioan. de Turrecre. in c. 1. ead. q. & omnes, in d. c. cum P. Manconella.*

15 ¶ Item intelligendi † prædicti caſus, in quib⁹ diximus laicum poſſe accuſare clericum, ſi talis ſit laicus, qui ſaltem habitu poſſit aſcendere illum ordinem, in quo accuſandus reperitur conſtitutus *iuxta tex. in cap. ipſi Apoſtoli, in fi. 2. quæſt. 7.* ideo irregularis non poterit clericum accuſare, vt videtur tenere Innoc. *in d. cap. cum P. Manconella, de accuſat.* vbi tamen Mar. Soci. contrarium tenet, quia ſequeretur, quòd neque bigamus, neque corpore vitiatus, neq; vxoratus poſſent accuſare, quod tamen omnes admittunt. Et licèt in vxorato poſſit conſiderari, quòd moriatur vxor, & ſic fiat habilis, ita & in irregulari poſſet conſiderari, quòd abſolueretur, & quòd in bigamo diſpenſaretur, ideo concludit hæc, quæ poſſunt eſſe non debere conſiderari, ſed tantum præſentem ſtatum temporis, ſcilicet quo accuſat. quam opinionem ſequitur etiam ibi Felyn. & eam puto ego quoq; veram, quia tex. in dicto cap. ipſi Apoſtoli. quod vnicum eſt fundamentum contrariæ opinionis, non loquitur in criminibus exceptis, aut in caſibus, in quibus limitatur regula ſupra poſita, quòd laicus clericum non accuſat, ſed loquitur generaliter, nos autem loquimur in caſibus exceptis, de quibus ſupra, & infra.

16 ¶ Limitatur † quartò ſupra dicta regula, quòd laicus repellitur ab accuſatione clerici, vt procedat, ſi opponatur ante litis conteſtationem. nam cum ſit dilatoria omnis exceptio, quæ contra perſonam accuſatoris opponitur, debet ante litis conteſtationem opponi, quæ ſi poſt opponatur, non reddet iudicium nullum. *ita gl. & omnes in d. c. ex parte, de teſti. & in c. ſuper his, de accuſ. & ſequitur Maria. in d. c. cum P. Manconella. num. 6. in fi. de accuſ.*

17 ¶ Clericus † autem clericum accuſare poteſt regulariter. *cap. ex parte. cap. licet. & cap. veniens, de accuſat. & toto illo titul.*

18 ¶ Limitatur † tamen hæc concluſio. Primò in omnibus caſibus, in quibus quis de iure ciuili repelleretur ab accuſatione. *cap. de accuſationib. 3. quæſt. 5. & cap. præced.* ideo malæ famæ clerici non admittuntur. *capit. cum dilectus, de accuſa.* niſi in caſibus exceptis, quia in illis admittuntur, etiam contra non diffamatos, & in hoc melioris ſunt conditionis, quam laici, *vt in cap 1. de confeſſ. & cap. vlt. 15. q. 3. tradit etiam Abb. in dicto cap. cum P. Manconella. num. 11. & ſequitur Fely. num. 5.*

19 ¶ Limitatur ſecundò, niſi minor † clericus vellet maiorem accuſare, qui non poſſet, *cap. clericus. & c. maiorum, 2. q. 7.* quæ iura licèt videantur ſatis aperta, aduertendum tamen, quòd ſi generaliter intelligantur, vt ſonat litera, videbuntur iniuſtitiam continere, ideo ſic intelligenda, quòd minor, qui ſcilicet ſit ſuſpectus, puta cuius fama laborat, non accuſat maiorem: aliàs enim clericus minor bonæ famæ poteſt accuſare clericũ etiam maiorem, *cap. lator, ea. q. 7. & ita declarat, & intelligit gloſſ. in d. c. clericus, & in d. c. maiorum. vbi etiam omnes Scrib. idem tenent.* Pro iſta tamen limitatione Spec. *in tit. de accuſ. §. 1. num. 27.* adducit ſatis coloratam rationem dicens, quòd ſi minor poſſet maiorem accuſare, non poſſet iuſtè procedere pœna talionis, cum regulariter calumniantes ad vindictã poſcat ſimilitudo ſupplicij, *c. quiſquis, 2. q. 8. c. licèt, & c. ſuper his, de accu.* nam ſi epiſcopus vel presbyter de tali crimine accuſarentur, pro quo eſſent degradãdi, ſi accolytus, vel ſubdiaconus accuſaſſent, non poſſet in eos ſimilis pœna exerceri. ſed ipſemet Spec. reſpondet, & bene, cp ſufficit, ad ęquandam pœnam talionis, vt alia ęquipollenti, & ſimili pœna puniri poſſint, cum non ſit nouum, vt vna pœna loco alterius ſubrogetur. *c. quia iuxta, 5. q. 6. & c. 1. de calum.* item potes tu & aliter reſpondere, cp illa degradatio non conſideratur ſimpliciter vt pœna, ſed conſideratur pœna, quę poſt degradationem à laico eſt inferenda. degradatio enim nõ fuit inuenta ad pœnam, ſed ad remouendum obſtaculum impediens pœnam corporalem, quæ ob ordines ſacros infligi non poterat. Spe. autem in loco præallegato videtur tenere contra hanc limitationem, quem ſequitur etiam ibi Io. And. *in addi. in ver. ſtandũ.* nam aliàs, vt ipſe inquit, pauci eſſent accuſatores, quia rarò pares accuſantur à paribus. nam, vt ipſe inquit, vetus eſt
20 prouerbium, quòd † coruus coruo oculum non extrahit, quod idem ad verbum dixit, & tenuit Rofred. *in tract. libellorum de iure canonico, in ſeptima parte. ſub rubrica, de laicis, qui repelluntur ab accuſatione clericorum, in fine.* tenenda ergo declaratio de qua ſupra, vt ſcilicet ſolus minor ſtatus non repellat, ſed aliquid operetur, ſi ſimul cum alio defectu iungatur, vt quia minor non ſit ita bonæ famæ, vt maior quem accuſat, & ſimil. ¶ *Et de materia huius capituli videndus Spec. in tit. de accuſat. §. tertiò videndum, verſ. in clericorum autem accuſatione, & ver. ſeq. & idem in tit. de accuſatore. §. 1. ver. item quod eſt laicus. & verſi. ſequen. eſt num. 27. & Gandi. in tract. mal. ſub rubr. de his qui accuſ. non poſſ. verſi. item laicus clericum. & ver. ſeq. & Bonif. de Vital. in tract. malef. ſub rubrica. qui accuſare poſſunt, verſ. item repelluntur volentes clericos, & alias eccleſiaſticas perſonas accuſare, eſt ſub nume. 21. & Ang. in tract. malef. in ver. nec non ad querelam, verſi. quæro, an laicus, eſt num. 82. vbi etiam Aug. de Arim. & Hieron. Cuchal. in addit.*

21 ¶ Et in † hac materia pulchrè diſputauit quæſtionem Federic. de Senis, *conſil. 93. factum quod proponitur*, quæ talis eſt, an ſi clericus laicum accuſauit coram iudice ſeculari, & poſtea facta litis conteſtatione, & probationibus laicus velit accuſare eundem clericum de calumnia vel de falſo, an poſſit hoc facere, & an poſſit hãc accuſationem producere coram eccleſiaſtico iudice, & facere, quòd eccleſiaſticus iſte inhibeat laico, ne ſuper prima querela procedat. & ibi concludit, quòd non poteſt impediri primus proceſſus, de qua tamen latius infra tractabitur in materia iuriſdictionum, & declinatoriæ reſpectu incompetentiæ.

22 ¶ Sed poſtremò pulchra dubitatio eſt, † qui veniant appellatione clericorum, & in ſpecie, an laicus poſſit accuſare clericum primæ tonſuræ, & dubitationem facit, quia talis dicitur ſine gradu; *cap. clericus ſi tonſura dimiſſa, de vi. & hone. cler.* ſed contrarium tenuit Gemin. *in c. ſicut ſacerdos. ſecunda, quæſt. 7.* nam licèt verè & propriè talis non dicatur in gradu ſacro, *& ita procedit tex. in d. cap. clericus.* tamen larga ſumpta ſignificatione vocabuli dicitur conſtitutus in ordinibus ſacris, *gloſ. no. in ſumma, 23. diſtin.* Item clericorum appellatione in fauorabilibus ipſis veniunt etiam in minoribus conſtituti, *vt tradit Abb. in rubrica de vita, & honeſt. cler. & probatur in cap. cleros, 21. diſtin.* ſed iſtud eſt fauorabile clerico in minoribus conſtituto, quòd non poſſit accuſari à laicis, qui ſunt infenſi clericis regulariter, *capit. laicos. & cap. laici. ſecunda, quæſt. ſeptima.* ergo non poterunt accuſari, *& hanc partem tenuit Corſet. in ſuis ſing. in verſi. accuſatio, incip. an laicus, & illum ſequitur Thom. Gram. voto. 33. incip. in cauſa clerici, num. 3.*

¶ Vltra tamen ſupradictas limitationes datas ad illam
23 regulam, † quòd laicus non poteſt accuſare clericum, adde & iſtam, quòd poterit accuſare de aſſaſſinio. nam ſicut ſecularis iudex poteſt clericum de aſſaſſinio punire, ſi de eo conſtet, *vt no. Ioan. And. in cap. pro humani, quod eſt*

*primum, vbi etiam omnes de homic. in 6. & per Dec. in cap. 2 secunda colum. de rescript. & Thomam Gram. voto 11. in causa venerabilis, num. 4. & seq.* & facit etiam quia si pro 4. criminibus supra exceptis in secunda limita. potest laicus accusare, pariter debet posse etiam pro hoc, quod connumerari potest inter excepta, *per d. cap. 1. de homic. in 6. & quæ ibi not. omnes.*

## CAP. XI.

## *Mentis vel Corporis Defectus, quando impediat.*

### SVMMARIVM.

1 *Furiosus, Mentecaptus, & Infans, quare impediantur accusare.*
2 *Prodigus, cui bonis interdictum est, an impediatur accusare.*
3 *Prodigus sicut ex delicto accusatur, ita accusari ipse posse videtur, cum etiam contractus sibi proficuus ab eo factus teneat. quod intellige vt inf. num. 4.*
5 *Prodigus bonorum, communiter & morum, & famæ.*
6 *Cæcus an vt à postulando repellitur, ita ab accusando.*
7 *Cæcus an testari, & quot adhibitis testibus possit.*
8 *Cæcus quomodo se subscribat ad pœnam talionis, & cæcorum perfectiora esse phantasmata.*
9 *Cæcus an iudex esse possit, & senator.*
10 *Cæcus postulare non potest pro alio & quare.*
11 *Cæcus magistratum gerere non potest, & qua de causa, cum iudex esse possit.*
12 *Cæcus suam, vel suorum iniuriam prosequendo accusare valet, qui potest pro se postulare, quamuis non pro alio.*
13 *Cæcus, stante statuto, quòd quilibet Accusare possit, non includetur: cum tantum iure ciuili prohibeatur, non diuino, vel gentium.*
14 *Surdus, non autem Surdaster prohibetur Accusare, & surdus à natura, quia mutus etiam est, secus si ex accidenti, præsertim si sciat legere, & scribere.*
15 *Surdus an Matrimoniũ contrahere possit, & distingue, vt ibi.*
16 *Surdus & Mutus à naturà, an possit accusare.*
17 *Mutus & Surdus ex accidenti, prosequendo suam suorumve iniuriam accusare poterunt.*
18 *Furiosus, Mentecaptus, & Infans non possunt accusari. Idem in surdo, & muto à natura, & cur etiam in casibus exceptuatis non admittantur ad accusandum.*

1 FVRIOSVS, Mente † captus, & Infans accusare non possunt, quia quidquid vident, ignorant, *argu. l. Fulcinius, §. adeo ff. ex quibus cau. in possess. ea. l. 1. C. de falsa mone.* & hoc in specie tenet Bal. in rubrica C. *qui accusa. non poss. num. 3.* & Maria. *in c. 1. num. 10.* allegantes hanc rationem, quia in iudicijs voluntas requiritur, cum in illis dicatur quasi contrahi, *l. 3. §. idem scribit, ff. de pecul. & idem tenet Ang. in tract malef. in versi. necnon ad querelam, nume. 30. vbi Aug & Hieron. in addi.*

2 ¶ *Prodigus* quoque, † cui bonis est interdictum, accusare non potest, vt tenet Ang. *vbi supra, & idem Ang. Inst. de except. §. præterea, il secondo, nume. 22.* quia æquiparatur pupillo habenti tutorem, vel minori habenti curatorem, *l. si curatorem, C. de in integ. rest. & d. l. Fulcinius. §. adeo. ex quibus cau. in posses. ea. & tradunt omnes in l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig. & Bald. in l. 1. C. de cura. fur.* cuius conclusionis etiam ea potest afferri ratio, quia tales habentur infames, & viles, & ideo à Censoribus notabantur, *vt author est Macrob. lib. 2. cap. 4.* & publicè etiam mulctabantur, *vt refert Strabo, lib. 16.* & ideo sepulcro etiam patris non dignabantur, vt tradit Laertius in Democrito. Quinimo lex erat Solonis in hæc verba. Qui patrimonij sui versuram fecerit, infamis esto, vt refert idem Diogen. in eius dictis, ideo eis nullo modo cum populo agere licebat, neque concionari, vt tradit Aeschines in oratione aduersus Thimarcum.

3 ¶ Sed in contrarium † facit, quia prodigus ex delicto obligatur, *vt voluit gloss. in l. si quis in tantam, in 3. q. vbi Bart. colum. 3. ver. quæro, an dominus, & omnes Scriben. C. vnde vi, & idem Bart. in d. l. is cui bonis, col. vlt. versi. quæro, nunquid prodigus delinquens. vbi etiam Paul. ad fi. & Alex. col. 4. ver. quærit etiam, & Iaf. colum. 8. ver. 2. quærit. ff. de verb. oblig. & Ang. in d. l. Fulcinius, §. adeo. & Dec. in l. furiosi, colum. 2. versic. & supradicta, de reg. iur. & Paul. cons 183. in causa quæ vertitur, colum. vltima, ver. nec obstat statutum, 1. vol. & Alexan. cons. 24. opportunè, col. 2. 1. volum. & Steph. Bertran. cons. 248. Donatio, num. 8. 1. volum. & Maria. in cap. ad audientiam, nu. 16. de homic. & probat opti. tex. in l. sed & si ex parte, §. quanquam. ff. quod cum eo.* ergo videtur, quòd pariter possit de delicto accusare, & præsertim, quia sicut minoris contractus valet, si sibi prosit, ita pariter videtur prodigus, qui minori æquiparatur, possit accusare, quia hoc ei prodesse videtur, cum suam vel suorum prosequitur iniuriam. nam & in specie tradit Bart. Paul. & alij *in d. l. is cui bonis*, quòd prodigus potest omnia facere ad sui commodum: nam vt inquit ibi Paul. tunc tantum fingitur carere iudicio prodigus, cum dilapidat, quæ dilapidatio non potest cadere in casu nostro, ergo. & idem tradit ibi Ripa, numero quadragesimo sexto.

¶ Sed tenenda opinio supra firmata, quæ communis est, quòd prodigus scilicet non possit accusare: & ratio potest esse, quia prodigus ille est, qui modum tenere nescit, neque tempus, neque finem habet expensarum, *lege prima, in princip. ff. de cura. fur.* & ideo prodigi nullus est sensus, *vt tradunt omnes post gloss. ibi in lege mutum, §. primo. ff. de acquirenda hæreditate, & in lege, certi condictio, §. quoniam. ff. si certum petatur,* & Bart. *in l. is cui. ff. de verb. oblig.* dicit quòd prodigus non obligatur iuramento, quia iuramentum debet habere tres comites, veritatem, iustitiam, & discretionem: sed prodigus non habet discretionem, neq; iustitiam, vt perpendat qualitatem personarum loci, & temporis, ergo. Si igitur admitteretur ad accusandum, profusus foret in expensis, ideo periculum ne & iudices, & testes corrumperet, & notarios: nimirum ergo, sic repellendus. & licèt ipse obligetur ex delicto, non sequitur, ergo, potest accusare. nam cum obligatur, delictum iam est cõmissum, ideo meritò puniendus, aliàs delictorum daretur occasio, & ipsi aditus alia delicta perpetrandi, sed prohibetur accusare, ne detur ei occasio delinquendi, & profundendi bona sua. & licèt ad vtilitatem † eius possit contrahere, vt dictum est, in contrario, id verum, quando constat, quòd verè est in eius commodum: at in accusatione hoc non constat, cum possit esse etiam calumniosa, & ideo sibi damnosa, & ob pœnam talionis, & ob expensas, *vt dictum est.* Accedat, † quia prodigus bonorum est à cõmuniter contingentibus etiam prodigus morum, & famæ suæ, *vt not. in cap. prælatorum, per illum tex. num. 3. de accusa. & pulchrè Bald. in proœ. Decret al. Rex pacificus, nume. 26.* meritò igitur tanquam infamis repellendus, vt cæteri infames, *de quibus infra suo loco.*

6 ¶ *Cæcus* quoque † & captus oculis repellitur ab accusando, quia repellitur etiam à postulando, *argum. l. 1. §. casum, & §. cæcum. ff. de postula. & ita tenet Ang. in tracta. malef. vbi supra, videlicet in ver. necnon ad querelam, num. 30. quem ibi sequitur Aug. & Hiero. Cuchal. in addit.* Ego tamen dubito valde, an vera sit hæc conclusio. nam tex. *in arg. adducti videlicet d. §. casum,* loquitur, quando pro alio vellet postulare: nos autem loquimur in eo, qui non pro alio, sed pro se, id est prosequendo suam vel suorum iniuriam vellet accusare. talis enim necessario non debet videre insignia magistratus, & illa reuereri, quam rationem assignat tex. *in d. §. casum* nam potest libellum voce sua dictare, & produci facere *iuxta l. libellorum, ff. de accusa.* & ideo cum accusare sit actus, qui potest etiam à cæco fieri, videtur quòd ab eo repelli non debeat. nam videmus quòd & cæcus potest esse testis in actibus illis, qui percipi possunt absque sensu visus, *vt no. Ang. in Auth. de hæred. & fal. in cap. hinc nobis, in tertia colum. & habetur per Abb. in cap.* 7 *cum causam, de testi.* Similiter † videmus, quòd licèt testator debeat videre testes, sicut & testes ipsum testatorem,

*l. si*

*l. si non speciali, vbi Paul. col. 2. & Corn. in princ. C. de testa.* attamen si testator sit cæcus, poterit testari adhibito 8. teste. *l. hac consultissima, C. qui test. fa. poss.* pariter ergo videtur dicendum, quòd possit cæcus dictare accusationem, & per alium producere.

8 ¶ Neq; dicas, † quòd cum accusator teneatur se subscribere ad pœnam talionis, quòd si sit cæcus non poterit id facere: quia dico, quòd per notarium poterit eius consensus, & obligatio ad pœnam talionis scribi: quia subscriptio manu propria non est de forma. quinimo solet dici, quòd cæcorum sunt perfectiora phantasmata, secundum philosophum, *vt refert Lancel. Dec. in l. cæcus. ff.*
9 *de iud.* Adde, quòd & iudex † esse potest cæcus. *l. cum prætor, & l. cæcus, ff. de iud.* quia iudicio, & mentis cogitatione non caret, licèt alba, & nigra visu priuatus discernere nequeat, atq; ideo & senator esse potest, & plures cæcos legimus maximè sapientes, vt refert Tul. Tuscul. lib. 5. quinimo & ex nostris Iur. con. plures fuerunt cæci, & quidem magni nominis, vt Appi. Clau. Liuius, Drusus, Cassius, Longinus, & Cn. Aufidius. Ideo cum possint esse iudices, non video, quid obstet, quin possint etiam ac-
10 cusare. & licèt † postulare non possint, id est, quia cum pro alio postulent, imputandum ei pro quo postulat, qui alium, qui captus non foret oculis, eligere potuit. & indecorum est ob magistratus grauitatem, vt coram eo quotidie prostet, qui eum venerari non possit, cum & vertere terga possit magistratui postulando, cum faciem ipsius non videat, quòd non est in accusatore, qui, vt dixi, potest per alium libellum accusatorium producere, & eius præsentia non requiritur in actu quolibet, prout in
11 postulante. Neq; etiam † obstat, quòd cæcus magistratum gerere non potest, *d. § cæcum, l. 1. de postul.* quia illud est, quia in magistratu non modo iudicium, prudentia, virtus, & regendi ac iudicandi peritia requiritur, quæ sola sufficiunt in iudice, sed præter hæc omnia decoris cuiusdam, & splendoris publici habenda est ratio, *l. re-*
12 *scripto, in prin. ff. de mun. & hono.* Quare putarim † cæcum, si suam & suorum prosequatur iniuriam, posse accusare ex supradictis, quiquid senserit Ang. & alij. & comprobatur, quia licèt cæcus pro alio postulare non possit, *vt dicitur in d. §. cæcum.* attamen pro se poterit, vt probatur ibi arguendo à contrario sensu: ergo & accusare poterit, quanquam reperio etiam Bald. *in rub. C. qui accus. non poss. col. pen. in fi. est sub num. 10.* tenentem, quòd cæcus, & surdus non possint regulariter accusare, sic dictante iure ciuili
13 vel moribus hominum. concludit † tamen, quòd si extaret statutum, quòd quilibet posset accusare, poterunt & isti, quia non prohibentur iure diuino, vel naturali, vel gentium, sed tantum iure ciuili, quem etiam simpliciter refert, & sequi videtur Carrerius *in pract. crim. sub tit. de hæret. num. 107.*

14 ¶ *Surdus* quoque † repellitur, dummodo verè sit surdus, id est, si nil audiat, nam secus si esset Surdaster, *arg. eorum, quæ not. in l. discretis, C. qui testa. face. poss. & not. Ang. in tractat. mal. num. 30.* Quam tamen conclusionem veram intelligerem, quando quis esset surdus à natura, quo casu etiam mutus sit, necesse est. hoc enim casu admitterem procedere conclusionem suprafactam, *iuxta not. in d. l. discretis*, secus. autem si ex accidenti factus esset surdus, maxime si sciret legere, & scribere, *vt habetur in d. l. discretis.* quia in primo casu præsumitur nõ adesse mens,
15 & intellectus, in secundo verò secus. & idem dicimus † in matrimonio, quòd mutus, & surdus à natura non potest contrahere, secus si ex accidenti, *vt tradit Ias. in d. l. discretis, in primo no. in fin. & in vlt. col. versic. nunquid autem mutus, vbi respondet c. cum apud, de sponsal. & idem notatur per Scrib. in l. humanitatis, C. de impub. & in l ex facto, in prin. ff. de vulg. & pup. & per Ias. in l. mutum, num. 4. ff. de acqui. hære.* quanquam immo & qui surdus est, & mutus à natura, potest matrimonium contrahere, si bono sensu, & intellectu polleat, & probatur *in d. cap. cum apud, in fi. de sponsal. & in cap. tuæ eo. tit. & in cap. dilectus, & cap. cum locum, eod. met. tit. & in cap. sufficit, 27. q. 2. & not. etiam Scrib. in l. 1. in prin. de verb. oblig* Sed
16 in præmissis † concludendum puto, quòd surdus, & mutus à natura accusare non possit, quia neq; loqui, neque scribere nouit. & ideo non potest explicare consensum suum & voluntatem suam. At si ex accidenti tale pateretur impedimentum, & scribere sciret, putarem ex præmissis eum accusare posse, cum nullam legem contrarium disponentem habeamus, & possit adimplere omnia officia accusatoris saltem scribendo, & legendo. Neque obstat si dicatur, quòd mutus etiam ex accidenti procurator bene potest esse in administrando aliena negocia, sed non in iudicio. ergo idem in surdo, *l. mutus. ff. de procur.* vbi in specie dicitur, q̃ neq; mutus, neq; surdus potest constitui procurator ad agendum, ergo neq; ad accusandum. quia respondetur id verum alieno nomine, sed proprio nomine, vt prosequatur suam & suorum iniuriam, vtiq; poterit per ea, quæ supra diximus de cæco, qui pro alijs postulare prohibetur, non autem pro se.
17 & sic concludendum, † quòd mutus, & surdus à natura non poterit accusare: ex accidenti verò poterit, si possit consensum, & volũtatem suam certè exprimere, & prosequatur suam vel suorum iniuriam, vt dixi, alias non.

¶ Et quod dictum est de surdo, idem dicendum & de Muto, quia à pari procedunt, *d. l. mutus, de procura. & alijs iur. supra adductis*; nam & mutus potest esse testis, si nutu vel per scripturam deponeret, *vt per Spec. in titu. de teste, §. nunc transeundum, ver. quid de muto. vbi Ioan. And. in addi. & est communis opi. vt per Abb. & alios in c. de testibus, extra de testi. & Alex. & alios, in l. 1. in prin. ff. de verb. oblig.*

18 ¶ Accusari similiter † non poterunt furiosus, mente captus & infans, *vt tenet Spec. in tit. de accusato. num. 6.* quia delictum sine dolo non punitur, sed nullus potest esse in his dolus aut culpa, cum careant iudicio. ergo non poterunt accusari, vt probat text. *in l. quod infans. ff. de rei vend.* qui loquitur de infante, & furioso, & idem probat tex. *in l. infans. ff. ad l. Corn. de siccar.* dicens, quòd infantem innocentia consilij tuetur: furiosum verò fati infelicitas, *& no. in l. impunitas, C. de pœnis.*

¶ Et idem dicendũ in muto, & surdo à natura, in quo non præsumitur regulatus sensus, vt supra dictum est, quia militat eadem ratio, quæ in infante, & mẽte capto, quia in eo pariter dolus esse non præsumitur.

¶ In alijs autem, in quibus potest cadere dolus, secus, vt in pueris, *vt habetur in toto titulo extra de delict. pueror. & dicemus infra latius.*

¶ Et nota, quòd etiam in casibus exceptuatis, puta læsæ Maiest. & hæresis, hi non admittuntur, *vt per Carrer. in tract. de hæret. num. 107. & dicam infra, lib. 5. c. 27. num. 5.*

## CAP. XII.

## *Aetatis ratione, qui prohibeantur accusare.*

### SVMMARIVM.

1 *Pupillus accusare non potest, nec etiam popularem intentare actionem, etiam cum tutoris cõsensu, nisi ad eum pertineat. num. 2. limita, vt nume. 3. 4. 6. 7. 8.*
5 *Pupillus in crimine læsæ maiest. an accuset.*
9 *Exceptio, an pupillus habeat legitimã personam, id est tutoris authoritat. an præcedere debeat.*
10 *Tutor an pupilli, vel suo proprio nomine accuset.*
11 *Maior 25. annorum & maior 14. an possit accusare vltra casus præscriptos, in quibus admittitur, & qualiter num. 12.*
13 *Fides in teste maior requiritur quàm in accusatore, & quare.*
14 *Argumentum de maiori ad minus non valet.*
15 *Accusatori minori suggeritur & suppletur per curatorem, non autem id in teste fieri potest, etiam minori.*
16 *Popularis actio integram requirit personam, id est quæ ex prætoris edicto possit postulare.*
17 *Mulier & adultus, an à pari in accusando procedant?*
18 *Minor, quòd possit accusare si suam, vel suorum prosequatur iniuriam cum tut. authoritate.*

19 *Minor etiam de cõsensu patris, sine tutoris autoritate dati liti, non potest ad accusandũ admitti in iniuria etiam sibi facta.*

20 *Minor quando excusetur à calumnia, & à pœna talionis.*

21 *Minor non prosequens suam iniuriam, vel suorum, etiam de consensu curatoris non potest accusare.*

22 *Minor non potest procurator, vel denuntiator maleficiorum constitui.*

23 *Maior 17 anno. potest intentare actionem popularem.*

24 *Minorem de adulterio accusare, est prohibitum, ne ætatis calore matrimonia infestet.*

25 *Minor in criminibus seu actionib. spiritualibus pro maiore habetur. & ideo de simonia & matrimonio & simil. accusat.*

1 PVPILLVS † regulariter non potest accusare, *l. 2. §. pupillus. l. qui accusare, ff. de accusa. c. prohibetur, secunda, q. 1.* & hoc propter defectum consilij, cum quidquid videat, ignoret, *leg 1. C de falsa mo. l. quod infans. ff. de rei vend.*

2 *l. qui iurasse. ff. de iureiur.* Neq; † enim pupillo permittitur etiam popularem actionem intentare, nisi causa ad eum pertineat, *l. mulieri, & pupillo. ff. de popul. act.* Immo non potest accusare pupillus etiam cum consensu tutoris, *vt tenet gloss. in ver. alieno, in fi. C. qui accu. non poss & idem tenet ibi Cyn. nu. 2. & Bal nu. 15. & est gl. etiam in cap. in omnibus, 4. q. 6. & tradit Rofred. in libel. iur. cano parte 7. sub rubrica, de his, qui accus. non poss. ratione ætatis, Gandi. in tract. mal. sub rubrica, qui accusare possunt, vel non, num. 5. Ang. in tract. mal. in vers. necnon ad querelam, num. 29. vbi etiam Aug. & Hiero Cuch. in addit.*

3 ¶ Limitatur primò, † ista conclusio, vt non procedat, quando filius pupillus vel pupilla, vellet prosequi mortem patris vel aui sui, *vt dicitur in d. l. 2. ff. de accusa.* ex quo collige vnum, ad quod non video aduertisse Scriben. quòd per istum tex. probatur, quòd licèt duo defectus concurrant, quia scilicet mulier & pupilla, tamen ad prosequendum mortem patris, & aui admittetur, ergo multo magis ad prosequendam propriam iniuriam, sed aliorum quàm parentum, & aui videtur, quòd non possit, quia cum d. l. 2. loquatur tantum de parente & auo, videtur in cæteris prohibere, *arg. l. cum prætor, ff. de iud.* sed tex. *in l 3. §. sed & si mulier.* videtur aduersari, cum generaliter dicat mulierem & pupillum publico iudicio posse facere reos, dum suas suorumq; iniurias exequãtur: atq; ideo videtur, quòd pupillus admittatur ad prosequendam iniuriam omnium, qui suorum appellatione continentur, quasi & licèt l. 2. de accusa. exprimat tantùm mortis, & aui, aliorum tamen mortem, & iniuriam, qui suorum nominatione continentur, non excludat.

Si Mortem Patris vel Aui velit vindicare.

4 ¶ Limitatur secundò, † quando pupillus vellet accusare de falso ex l. testamentaria. s. lege Cornelia, testamentum patris, & aui, *vt ibi dicit gloss.*

In Falso.

5 ¶ Limita † tertiò, in crimine læsæ Maie. quia in eo poterit pupillus accusare, vt in terminis loquens tamen per verbum forte, *tenet Spe. in tit. de accusatore, nu. 17. in ver. item excipitur, quòd est pupillus.* pro qua opi. facit ratio: nam qui prohibentur testificari, prohibentur & accusare, & è contra, & sic valet arg. iste potest testificari, ergo & accusare, *vt est de mente gl. fi. in l. qui iudicio, ff. de accu. & in c. 1. 4. q. 3. & probat tex. in c. 1. 4. q. 3.* sed in crimine læsæ Maiest. pupillus admittitur in testem, *vt est glo. in l. inuiti, la 2. ff. de testi. & facit tex. in l. de minore, in princ. ff. de quæst.* ergo poterit etiam accusare. & hoc etiam in specie tenet Ang. *in d. l. 2. §. pupillus, in fi. de accu. & idem tenet etiam in specie Maria. Soc. in c. 1. de accus. num. 11.*

In Maiestatis crimine.

6 Limita quarto † ex ratione prædicta etiam in crimine hæresis, vt scilicet admittatur pupillus ad accusandum, quia crimen hæresis, & læsę Maie. ęquiparantur. *c. vergentis, & ibi Doct. de hære. c. licèt Heli. de simo. authen. Gazaros, C. de hære.* Imò maior ratio in crimine hæresis, in quo læditur Maiestas diuina, quàm in crimine læsæ Maie. in quo læditur tantum humana. & scimus quòd in crimine hæresis testes omnes etiam aliàs inhabiles admittuntur, *c. in fidei fauorem, de hære. in 6. & no. omnes in d. c. vergentis, in d. auth. Gazaros, & Bal. in l. 1. C. qui nu. tut. & in l. actor, 3. col. C. de prob.*

In Hæresi.

7 Limitatur † etiam & quintò, quòd pupillus potest se ipsum deferre ex omnibus causis, quibus est incapax bonorum, *l. ait diuus. ff. de iure fisci.* In Caduc. caussa.

8 Quæ † tamen limitationes procedunt, si cum pupillo interueniat consilium, & authoritas tutoris, *vt dicitur ex-* Modus Accusandi.

9 *presse in d. l. 2. de accu. & Scrib. in locis præallegatis.* † Sed pulchra tunc occurrit dubitatio, an ante omnia, vt admittatur pupillus, requiratur legitimatio personæ suæ, vt s. probetur interuenisse tutoris authoritatem? & breuiter concludendũ, quòd sic, quia legitimatio psonæ respicit ius naturale, *vt tradit Bar. in extraua. ad repri. in ver. figura, & in l. nec quidquam. §. de plano, de off. Procon.* & ita tenet Carrer. *in tract de hære. nu. 108. in fi.* vbi concludit, q; nisi præcedat legitimatio, processus erit nullus, pro quib. facit, quia talis authoritas debet à principio ante accusationem interuenire, aliàs si subsequeretur, non cõfirmaret actum iam à principio nullum, *l. vniuersis, C. qui dari tu. pos. & no. in l. fi. C. si aduer. rem iud. & Ro. consil. 50. incip. idem in præfata.*

10 ¶ An autem † tutores possint nomine pupilli accusare, vel debeant accusare nomine proprio de iniuria pupilli, traditur in l. 2. C. qui accu. non pos. *& d. l. 2. §. pupillus. ff. de accus.* & nos infra latius trademus sub cap. 36. Alieno nomine, quando quis accusare possit. Tutores?

11 ¶ Minor autem † annorum 25. & maior 14. an possit accusare, diu altercatum inter maiores nostros, atque ideo variæ scriptæ sunt opiniones secundum varia ętatis tempora intelligendo semper vltra casus suprascriptos, quibus dixi pupillum admitti: nam si pupillus admittitur, multo magis admittetur maior, qui maiori pollere iudicio præsumitur. Minor.

¶ Prima ergo fuit opi. Vgolini, antiqui Glossat. *quam refert Accur. in d. l. 2. §. pupillus, in gloss. magna, circa med. ff. de accu.* qui tenuit, quòd minor 20. annis non possit accusare.

¶ Primò, quia sicut non potest esse testis in criminali. *l. testimonium. ff. de testi.* pariter videtur, quòd non possit accusare: quia vt supra dictum est, videtur valere argumẽtum à teste ad accusatorem. *l. qui cum maior. §. 1. ff. de bo. liber.* maior autem viginti, & minor vigintiquinq; possit, & hanc opinionem per dictum fundamentum tenere videtur Accur. *in d. l. 2.* quia hanc vltimam post illam Azo recitat, *vt per gloss. in l. qui filium. §. Sabinus, in gloss. fi. ff. ad Trebell. & per Bart. in l. bona fides, ff. depos. cum concor.* hanc etiam tenuerunt Iacob. de Rauen. Iacob. But. & Pet. & Cyn. *in l. 2. C. qui accusa. non pos. hanc quoq; sequutus est Bart. in d. l. 2. §. pupillus, num. 2. & in l. qui accusare, nume. 4. ff. de accusa.* & hæc videtur magis communis opin. quam etiam Bartol. in d. §. pupillus, dicit Spec. sequutum, quod tamen falsum est, *vt infra dicam.* & hanc tuetur Alex. *in l. in prouinciali, §. fi. de noui. ope. nunc. col. 2. vers sed dicas.*

12 ¶ Secunda † fuit opin. Azo. *in summa, C. qui accusa. non poss.* quam primo loco refert Accur. *in d. §. pupillus*, quòd scilicet possit minor vigintiquinque annis, & maior 14. accusare, accedente tamen consensu curatoris. Primò, quia vt supra dictum fuit, hoc edictum de accusationibus, est prohibitorium, vt qui non prohibetur expresè admitti debeat, sed minor expresè non prohibetur. ergo. Secundò, quod prohibetur in pupillo, arguendo à contrario sensu videtur concessum in eo, qui non est pupillus, & sic in adulto. *l. si minor. ff. de verb. obl.* sed accusatio prohibetur pupillo, *d. l. qui accusare, de accus.* ergo adulto concessa videtur. Tertiò hanc opin. videtur probare tex. *in l. clarum, C. de author. præstan.* vbi dicitur quòd minoribus 25. annis in criminalibus, & agentibus, & pulsatis adesse debent curatores, sicut pupillis tutores: ergo admittit, quòd in criminalibus possint minores accusare cum consensu curatorum. Quartò arguendo à speciali: nam speciale est in crimine adulterij, quòd minor non admittatur ad accusandum, *l. si maritus, la seconda. §. lex Iul. ff. de adult.* vbi expresè dicitur, quòd lex Iulia de adult. specialiter quosdam adulterij accusare prohibet, vt minores annis 25. si hos prohibet specialiter, ergo in contrarium est ius commune, *l. ius singulare, ff. de legi. l. 1. ad municip.*

*municip. & hanc opin. tenet etiam Rofred. in tract. libellorum iur. cano. ſub rubrica de his, qui accuſare non poſſunt ratione ætatis. eandem tenuit Spec. (licèt vt dixi, Bartol. in d. §. pupillus, referat tenere ſuam opin.) in tit. de accuſatore, num. 10. & ibi Io. And. ſequitur. eandem quoq; ſequutus eſt Gandin in tract. malef. ſub rubrica, qui accuſ. poſſ. vel non, nume. 9. idem quoq; tenuit per præd. argumenta Abb. in cap 1. de accuſ. nu. 10. & Ang. in tract. malef. in ver. nec non ad querelam, num. 29. vbi Aug. & Hieron. in addi.* qui omnes reſpondent æquiparationi factæ de teſte ad ac-
13 cuſatorem, quia nõ eſt eadem ratio, † nam in teſte maior requiritur fides, iudicium, & prudentia, propter maius præiudicium, quod per eius dictum infertur reo, quàm inferatur per dictum accuſatoris, & ideo videmus, quòd non valet cõſequentia, iſte admittitur ad accuſandum, ergo & ad teſtificandum, *vt probatur in cap. licèt Heli, de ſimon. & in c. per tuas, eo. tit.* quia minus eſt accuſare, quàm teſtificari, & ideo non ſequitur, licet quod eſt minus, ergo & quod eſt maius, *cap. cui licet. de reg. iur. in 6.* ita ergo & è contrario non procedit iſta conſequentia, teſtis repellitur à teſtimonio, ergo & accuſator ab accuſatione: quia
14 eſſet † arguere de maiori ad minus, quod argumentum non valet, quia nõ ſequitur, negatur quod eſt plus, ergo negatur, quod eſt minus, *vt no. in gloſſ. in cap. cum in cunctis,*
15 *in princ. de elect. & no. in l. ſui pacto, de ſer. expor.* † Item & alia diuerſitatis ratio inter teſtem, & accuſatorem eſt, quia quoad accuſatorem defectus conſilij in minori ætate poteſt ſuppleri per curatorem, *d. l. clarum, C. de auth. præſtan. in fi.* ſed non poteſt ita ſuppleri in teſte, quia non eſt ſuggerendum teſti, & ideo examinatur in ſecreto remo-
to curatore, *vt in cap. venerabilis, de teſti. & l. nullum C. de teſti. & hanc tenet etiam Bald. in rubrica. C. qui accuſa. non poſ. num. 5. ver. item propter ætatem.* Item eſt & alia ratio diuerſitatis, quam aſſignat Ang. *in l. 2. C. qui accuſ. non poſ.* quia maius præiudicium vertitur in accuſatore quàm in teſte, quia accuſator tenetur ad pœnam talionis, *l. fi. C. de accuſ.* Item & ad expenſas, & alias pœnas, ſi calumniatur, quod non eſt in teſte. ſed certè ad hanc diuerſitatis rationem facilis eſt reſponſio: nam & teſtis periculum graue ſubit falſitatis, & condemnationis ad intereſſe, ſi falſum diceret.

¶ Tertia fuit opinio Ang. & Saly. *in l. ſecunda. C. qui accuſa. non poſſ.* quòd minor annis 25. nullo caſu admittitur ad accuſandum, niſi proſequantur ſuam, vel ſuorum iniuriam. Primo per rationem poſitam *in d. §. lex Iul. l. ſi maritus. ff. ad l. Iulia. de adult.* vbi dicitur, quòd ideo lex Iulia ſpecialiter prohibuit minorem accuſare poſſe de adulterio, quia (inquit) non viſus eſt idoneus accuſator, qui nondum robuſtæ eſt ætatis. ſed iſta ratio eſt generalis, & militat in quocunq; alio crimine æquali & ſimili adulterio vel etiam maiori: ergo vbi eadem ratio, ibi idem ius, *l. illud. ff. ad l. Aquil. l. illud, C. de ſacroſanct. eccl. cap. cum dilecta. de confirm. vtili, vel inu.* Secundo dicebat Ang. *vbi ſupra*, quando minor accuſans non proſequitur iniuriam propriam, iſtud ius vel facultas accuſandi non poteſt dici eſſe in patrimonio minoris. aut ergo vis, quòd ſolus admittatur ad accuſandum, & hoc eſt falſum, ſcilicet contra l. clarum, *C de auth. præſtan.* aut vis, quod admittatur cum curatore, & iſtud pariter fieri non poteſt, quia in his quæ ſunt extra adminiſtrationem bonorum, neq; authoritas curatoris attenditur. *l. cum in vna, §. tutor, de appellat.* ſed nec etiam tutoris authoritas, quod eſt plus, *l. ſi. ff. de cura. fur.* & hoc argumento vtitur etiam in alio propoſito, Bart. *in l. de pupillo, in prin. ff. de no. oper nunc.*

¶ Quarta fuit opinio Areti. *in d. c. 1. de accuſa. col. vlt.* qui voluit, quòd maior annorum 14. minor autem 17. non poſſit accuſare, ſi non proſequitur ſuam vel ſuorum iniuriam. quod ſic probat hoc vnico fundamento. Minor annis 17. licet adultus non poteſt agere populari actione in fauorem publicum, *vt eſt text. in l. popularis actio. ff. de po-*
16 *pul. act.* vbi quòd popularis † actio requirit perſonam integram, id eſt, quæ ex edicto Prætoris poſtulare poſſit: ſed minor annorum 17. poſtulare prohibetur, *l. 1. §. pueritiam, ff. de poſtulan.* quia prætor ratus eſt (vt inquit ibi Vlpian.) moderatam eſſe ætatem annorum 17. ad procedendum in publicum. ergo & accuſare. nam ſi minor ea ætate prohibetur actionem popularem exercere, multo minus accuſationem publicam; tum quia maius periculum in hac quam in illa; tum etiam quia plus emolumenti conſequeretur in populari, quia pœna ſibi eſſet applicanda, *l ſi cui. ff. de verb. ſign.* Maior autem annorum 17. non poterit ſecundum Aret. accuſare etiam cum curatoris authoritate, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, quo caſu poteſt, vt ibi per eum exemplo mu-
17 lieris, † quæ licet prohibeat regulariter ab accuſando, tamen poteſt proſequi ſuam vel ſuorum iniuriam, *vt dictum fuit ſupra:* ergo multo magis adultus, quia in defendendo ius publicum facilius admittitur adultus quàm mulier, *d. l. popularis actio, iuncta l præcedendi.*

18 ¶ Teneo ego indiſtinctè, † quòd minor poſſit accuſare, ſi ſuam proſequatur iniuriam vel ſuorum: quia etiam in crimine adulterij permittitur ſuam proſequi, *d. l. maritus, §. lex Iulia. ff. ad l. Iul. de adul.* & in hoc omnes concordant, intercedente tamẽ authoritate curatoris, *vt dictum*
19 *fuit.* quinimo plus † dico, quòd ſi minor patrem haberet, cuius conſenſu & authoritate intercedente vellet accuſare de iniuria ſibi facta, hoc facere non poſſet ſine curatore dato liti. *ita reperio conſuluiſſe Bal. conſ. 408. factum ſic proponitur, 3. volum. vbi allegat Specul. Gandin. & Guliel de Cun. id tenentes, vt per eum quem refert, licèt corrupto numero, & ſequitur Hip. de Marſil. in l. 1. in princ. num. 18. ff. de quæſtion. &*
20 *Thom Gram. conſ. 16 incomprehenſibilis, num. 16.* & hoc † etiam ſi feruore ætatis accenſus ad accuſationem proſilierit, excuſatur à pœna calumniæ, *l. ſi maritus, §. lex Iulia. ff. de adul.* item ſi deſtiterit ab accuſatione, ſimiliter non punietur, niſi pretio corruptus deſiſteret, ſicut mulier. *ita Ang. not. per illum text. in l. ſi fœmina, C. ad Turpil. & in l. mulier. ff. eo. & ſequitur Aug. de Arim. in addit. ad Ang. in tract. malef. in*
21 *ver. nec non ad querelam, eſt num. 67. in fin.* Si verò † non proſequatur ſuam vel ſuorum iniuriam, teneo, quòd non poterit accuſare etiam accedente conſenſu curatoris, prout tenet Vgoli. & cæteri, quos ſupra retuli, in ſecunda opinione, & verè iſta eſt communis & melioribus ra-
22 tionibus fundata. Quib⁹ addo, † quia minor non poteſt eſſe procurator, *l. minor. ff. de procur.* Et magis in ſpecie dico, quòd minor non poteſt conſtitui in officio denunciatoris maleficiorum, ita clarè tenuit Dyn. *in l. de pupillo, ff. de no. ope. nun. quem refert, & ſequitur Bal. in l. 1. in princ. C. in quib. cau. in integ. reſti. non eſt neceſſ. & idem etiam clarius tenuit Bal. idem in l. exigendo, num. 5. C. de procur.* ſi ergo non poteſt eſſe ſyndicus ad denunciandum maleficia nomine publico, quod quidem nõ poteſt negari reip. intereſſe, pariter & multo minus poterit admitti ad accuſandum. Accedat, quia lex in quantum fieri poteſt, ſubuenit minoribus, ne ob imbecillitatem ſenſus ſe periculis obijciant, *l. 1. ff. de min. l. vlt. C. de legit. tut.* ideo prohibiti cenſendi ſunt accuſare, ne ſe periculo talionis, & calumniæ & expenſarum ſubijciant. Et quòd minor etiam prohibeatur accuſare, niſi ſuam vel ſuorum proſequatur in-
23 iuriam, *tenuit gloſ. in c. omnibus. 4. q. 6.* Neq; † obſt. conſideratio Aretin. quòd ſicut maior 17. annis poteſt intentare actionem popularem, *d. l. populares, de pop. acti. iuncta l. 1. §. pueritiam, de poſtul.* ita ergo & accuſare. quia reſpondeo non valere argumentum de populari actione ad accuſationem iudicij pub. quando non proſequitur accuſator ſuam vel ſuorum iniuriam, quia in popularib⁹ actionib. tales actiones poſt litem conteſta. efficiuntur propriæ agentis, & ſic perinde eſt, ac ſi ſuam proſequeretur, non popularem actionem, *l. ſi cui. ff. de verb. ſig.* quod non eſt in accuſationibus delictorũ, vt ibi dicitur: ergo nimirum ſi facilius admittetur in popularia actione quàm in publico iudicio. Et licèt maior 17. annis poſtulare poſſit, d. §. pueritiam, tamẽ illud eſt, quia in aduocato non recipit ſubſtantiam iudicium, ſed in principali, *vt in ſpecie declarat Bart. in l. de pupillo, de noui oper. nunc. in princ. num. 2.*

14 ¶ Et maxime † non poterit accusare de adulterio, quia hoc specialiter & nominatim cautum est l. Iulia de adul. *d. l. si maritus, §. lex Iulia. de adul* & est ratio, quare hoc crimen hanc expressionem habet, ne scilicet iuuenis ætatis calore matrimonia infestet, contra l. quamuis adulterij. C. de adul. *vt declarat pulchrè Rofred. post Dominum suum Azo. in tract. libel. iur. cano. sub rubrica, de his, qui accusa. non poss. ratione ætatis, num. 4.*

¶ Limitarem tamen non procedere regulam prædictam in crimine læsæ maiest. & hæresis, & in omnibus in quibus potest pupillus, per ea quæ dicta sunt in princip. huius cap. nam si pupillus in his potest accusare, multo magis poterit minor, *& ita not. Ang. in l. 2. §. pupillus, ff. de accusat.*

15 ¶ Limitatur etiam, † vt non procedat in criminibus spiritualibus, quia in spiritualibus minor habetur pro maiore, & ideo in his accusare poterit, vt de simonia, & simil. *& ita in specie tenuit Aug. de Arim. in add. ad Ang. in tract. mal. in ver. necnon ad querelam, num. 29. allegat Specul. in tit. de actore, §. 1. vers. si autem sit maior, & est mihi num. 10. vers. item mulier vel vir minor,* qui tamen nil dicit ibi de accusatione, sed tantum quòd in actionibus scilicet ciuilibus spiritualibus minor pro maiore habetur, vt in causa matrimonij, quia potest agere etiam sine curatoris authoritate: nil tamen dicit de accusatione criminali, sed tamẽ idem videtur, quia militat eadem ratio, *de qua per Scrib. in cap. si annum, de iudi. in 6.*

¶ Minor autem dicetur etiam, qui non compleuit annum 25. sed illum adhuc agit, *d. l si maritus sit in magistratu, §. minorem, ff. de adult.*

## CAP. XIII.

## *Coniunctionis sanguinis ratione qui repellantur.*

### SVMMARIVM.

1 *Parentũ cum filijs controuersias, intra domos terminari congruentius videtur.*
2 *Pater filium non accusat, sed offert & sententiam præscribit, & ipse ita est Accusator atq; Iudex, vno tamen casu accusationem instituit. num. 4.*
3 *Filius furtum committens patri, furti non tenetur.*
5 *Pater inauditum filium non potest occidere, sed accusare.*
6 *Pater ob Insidias contra se à filio paratas, quòd non debet obliuisci pietatis in filium, exemplo Dauid, L. Gellij & Fuluij Senatorũ, qui talem filium etiam hæredem instituit.*
7 *Patri lex arbitrium cur concessit, vt præsidi sententiam dictaret in filium, vbi infertur.*
8 *Parentum Acerbitas nimia damnatur, notabilibus exemplis.*
9 *Pater quia occidere potest filium adulterum, tanto magis filios de adulterio accusare, si tamen suam, non alienam pater iniuriam prosequatur, num. 10.*
11 *Pater filium de crim. læsæ maie. accusare potest, alias puniretur, vbi exemplum L. Bruti.*
12 *Frater de quibus criminibus fratrem accusare possit, & qua pœna plectatur, si in his quibus prohibetur eum accuset, & qua ratione, numer. 13. & quando in atrocioribus accuset, nume. 32. 33. 34. & 35.*
14 *Tria præcipuè Deo grata, concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier bene consentientes.*
15 *Amor fraternus sicut superat omnes, ita è contra inter eos odiũ fit inexpiabile, & grauius alijs longiusque perdurat.*
16 *Frater egenum fratrem alere tenetur, nec conueniri potest frater in ciuilibus, nisi inquantum potest, nec ab eo carceratur, ergo tanto minus accusabit.*
17 *Fratres ex vno latere tantum coniuncti, possint ne alter alterum accusare.*
18 *Fratrem vterinũ, an comprehẽdat statutum de fratre loquens.*
19 *Fratrum appellatione, an comprehendantur patrueles.*
20 *Frater fratrem naturalem tantum, an accusare possit, cum fratres naturales, fratres nuncupentur.*
21 *Fratres electione assumpti, qui iurati vocãtur, an accusare ad inuicem possint. Et qualiter in eorũ successione procedatur.*
22 *Fratres scholarum, fraternitatum, & sodalitiorũ, an debeant abstinere ab accusationibus confratrum, cum instituantur ad charitatem, misericordiam, & pietatem exercendam.*
23 *Fratri collactaneo, an permittatur alterum fratrem accusare, & alumno suum educatorem, & in quo æquiparentur veri fratres, & collactanei.*
24 *Fratres adoptiui, vel arrogati, de stricto iure accusant, cum proprie non contineantur sub nomine filiorum vbi sanguinis ratio habetur.*
25 *Fratres spirituales, id est à sacro fonte leuati accusantur inuicem, quamuis æquiparentur veris, nec possint inter se matrimonium contrahere.*
26 *Fratres spirituales quod non possint se accusare, quia filius spiritualis patrem spiritualem non vocat in ius, non valet argumentum.*
27 *Frater fratrem nõ accusat de crimine capitali, ergo nec agnatus agnatum, non sequitur.*
28 *Edictum hoc, qui accusare possint, vel non, est prohibitorium.*
29 *Consanguinei omnes excepto fratre accusare possunt consanguineum.*
30 *L. si magna. C. qui accus. non poss. loquens de fratre, an habeat locum in socio, cum societas sit genus fraternitatis.*
31 *Socius, an conueniri possit vltra quam facere possit.*

1 CONGRVENTIVS † videtur (inquit Valeria & Gall. Impp. *in l. 4. C de pat. potest.*) intra domum controuersias parentum cum filijs terminari: sed si ita res fuerit, vt pro iniurijs eorũ ad vindictam procedendũ sit, aditus præses prouinciæ, si prouectam ad inclementiores iniurias improbitatem filiorum deprehenderit, lęsam pietatem seuerius vindicabit. Et Alexander Imperator Artemidoro patri scribens *in l. 3. eo. tit.* inquit, Si filius tuus pietatem patri debitam non agnoscit, castigare iure patriæ potestatis non prohiberis, acriore remedio vsurus, si in pari contumacia perseuerauerit, eumq; præsidi prouinciæ oblaturus dicturo sen-
2 tentiam quã tu quoq; dici voluetis. & ex quo tex. † colligo vnum, qđ me legisse nusquã memini, qp pater filium non accusat solemniter, sed tantum illum offert, & sententiam præscribit. alias enim, *vt j. dicam,* neque teneretur subscribere, & si desistit, nõ punitur, & ipsemet est accusator & iudex, vt hic dicitur in isto tex. ergo est quidã extraordinarius modus. neq; proprie potest dici competere accusatio patri contra filium de crimine, sicuti neque in priuatis delictis potest dici competere actio, vt dicitur
3 *in l. serui & filij ff. de fur. in prin.* vbi Vlp. inquit, qp † filij furtum qdem nobis faciunt, ipsi aũt furti non tenẽtur. neq; enim qui potest in furem statuere, necesse habet aduersus furem litigare, *& idem probatur in l. nec quicquã. §. de plano. ff. de off. Proconsul.* concludendũ ergo, qp pro priuatis delictis, & leui iniuria pater non accusat filium, sed tantum vel castigat, vel conqueritur, & offert præsidi, vt castigẽt.
4 vnus † est tamen casus, in quo accusationem etiam instituere potest, quãdo scilicet pater vitæ suæ paratas à filio insidias contendat: tunc enim accusationem instituere potest, *vt dicitur in l. propter insidias, C qui accu. non poss.*

5 ¶ Et ideo dicitur *in l. 2. ff. ad l. Corn. de sica.* † quòd pater inauditum filium occidere nõ potest, sed accusare eum apud præfectum præsidemve prouinciæ debet.

¶ Et hæc, quæ de patre dicta sunt, possunt intelligi de auo, proauo & cæteris ascendentibus, qui parentum appellatione veniunt, quia & hi hos habent in potestate, & ideo militat eadem ratio.

6 ¶ Sed † tamen lex non adeo facile, etiam in crimine insidiarum paratarum, licentiam parenti concedit accusandi, qn eum moneat pietatis naturalis, dum *in d. l. propter insidias,* inquit, modo pietas, & ratio naturalis animi tui intentionem non reuocet. quasi diceret, licet ciuilis lex hoc tibi patri permittat, vt filium accuses, memento tamen hoc abhorrere ius sanguinis & naturæ. nam non

omne

omne quod licet, honestum est. patria enim potestas in pietate, non in atrocitate aut vindicta consistere debet. *l. Diuus, in fin. ff. ad l. Pomp. de par.* cuius rei exemplum nobis præstitit sapientissimus ille Rex Dauid, qui Absalon filium suum & si cum pellicibus patris fædè concubuisset, & Amon fratrem occidisset, ipsique patri & Regi insidias strueret, hæcque omnia nota essent patri: attamen audita eius morte triduo illum luxit exclamans, fili mi Absalon, Absalon fili mi, quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te, vt habetur secundo Regum. c. 18. Hac quoq; naturali pietate motus L. Gelius omnibus Reip. Romanæ honoribus vsq; ad censuram functus, cum pro explorato haberet filium cum nouerca incestum admisisse, & de parricidio cogitasse, vniuerso senatu adhibito in consilium defendendi se filio potestatem fecit; qui cognita causa & à senatu & à patre purgatus, velut innocens est absolutus: quòd si impetu iræ abstractus sæuire festinasset, admisisset magis scelus, quam vindicasset. sic & Fuluius senator cum aduersus Teterrimum filium auxilium Senatus implorasset, vt suspectus filius de parricidio, & ob id latens per Triumvirum conquereretur, ac iussu patrum comprehensus esset, cum ipse Fuluius Censor foret, non modò eum non notauit, aut puniri permisit, sed etiam decedens eum, quem genuerat, hæredem fecit, non quem fuerat expertus. Quibus & illud addendum, quod Valer. Max. *lib. 5. c. 9.* refert de patre quodam ignoto, qui filio sibi insidianti in vasta solitudine iugulum obtulit, tantum abfuit, vt eum accusaret, vel de eo vindictam sumi cuperet.

7 ¶ Qua pietatis ratione † mota lex arbitrium patri concessit, vt præsidi sententiam in filium dictaret, multum de parentum pietate confisa, pro seueritate non vteretur *d. leg. 2. C. de pat. potest.* Et ideo inquit Papin. *in l. nec in ea, §. vltim. ff. de adult.* ideo patri & non marito mulierem & omnem adulterũ permissum est occidere, quòd plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit. pari ratione quoque receptum est, quòd si pater filium præsidi offerat de capitali crimine accusatum vel inquisitum, non debebit præses filium vltimo supplicio damnare, & sic ordinaria pœna, sed mitiori, ne scilicet patrem faciat ministrum impietatis in filij sanguinem, *vt est text. in l. milites agrum, §. desertorem. ff. de re mil. quod per illum textum asserunt Salyc in dicta leg. propter insidias, & Capol. cau. 1. & Felyn. in cap. accusasti, vltima colum. de accusa. & August. de Arim. in add. ad Angel. de mal. in ver. Nec non ad querelam, nu. 21. & Mars. in d. leg. 2. ff. de sicar. nu. 11.*

8 Quæ † ideo hic commemoranda duxi, vt moneantur parentes officij & pietatis suę, & non id tantum videant, quod sibi licet, sed quod pietati consonum videtur, neue paterni nominis obliuiscantur, dum nimium iræ ac dolori indulgent: nam pœnam filio indictam, ni ferini sint & nimium inhumani animi, magis ipsi patientur quam filij. quamquam & aliquos parentes tam acerbos viderim, qui vel ad leuem iniuriam cõdonandam, nempe matrimonij absq; eius consensu contracti, nec quidem turpiter, nullis vnquam potuerint precibus aut lachrimis filij factum suum irreparabile deflentis, etiam in ipso passionis Domini nostri Iesu Christi die & veniam humillimè etiam fune collo adiecta implorantis, neq; etiam & Magistratuum & totius ciuitatis pro filio publicè intercedentis flecti aut commolliri, quam animi duritiem summè Deo displicuisse certò scio, quod & non leuibus infortunijs in alios filios ipse Saluator indicauit.

In Adulterio. 9 ¶ Potest † & pater filium de adulterio accusare, vt tenuit Bald. *in l. iure, C. ad l. Iul. de adul. in fin. vbi allegat text. cum gloss. in l. sed si maritus. ibi, cum pater accusare posit, ff. qui & à quibus ma.* nam si pater potest filiam adulteram occidere, *l. patri. ff. de adult. l. Grachus, C. eod.* multo ergo magis accusare, *vt probatur in l. nec in ea. §. sed qui occidere. ff. eod. de adul.* & quòd pater possit filium accusare de adulterio, probat text. *in l. is, cuius ope. §. pen ff. eo. met. tit. de adul.*

10 ¶ Prædicta † tamen intelligenda sunt, quòd pater potest filium vel filiam accusare, intellige, dum suam iniuriam persequitur, secus si alienam: quia omnes prædictæ leges loquuntur de accusante pro iniuria propria, non pro aliena, *& ita Accur. intelligit text. in l. 2. ff. de sicar. & declarat etiam Salyc. in d. l. propter insidias, C. qui accusa. non poss.* In Iniuria propria.

11 ¶ Poterit † & filium pater de crimine læsæ ma. accusare, quia omnes tenentur tale crimen propalare, alias ipsi puniuntur, *l. quisquis, §. pen. & vltim. C. ad l. Iul. ma.* ne ergo ipse parens pœnam incurrat, poterit filium accusare, neque paternum dicetur officium offendere, cum prima charitas incipiat à se ipso, *l. præses, C. de seru. & aqua.* pro quibus stat illud L. Bruti exemplum, qui Consul filios Regnum affectantes virgis cæsos securi percuti iussit patrem exuens, vt Consulem ageret, malens orbus viuere, quam publicæ deesse vindictæ, vt inquit Valer. *lib. 5. c. 8.* Quæ etiam dici possunt vera in crimine hæresis, quod supra sæpius est dictum æquiparari crimini læsæ Ma. imò maius esse. In Maiestatis crimine. In Hæresi.

12 ¶ Frater quoque † non potest fratrem accusare de grauioribus criminibus, licèt possit de leuioribus. *l. si magnum, C. qui accusa. non poss.* vbi dicitur, quod si magnum ac capitale crimen & non leue contra fratrem suum instituit, non solum audiendus non est, sed etiam exilij pœna plectendus. & ad idem text. *in leg. si sororem, eodem titul.* vbi inquit text. si sororem tuam leuiorum commissorum ream facis, accusationem non prohiberis exercere, quo temerarié commissa congrua vltione plectantur. Ex quibus colligimus, quòd in grauioribus, non modo frater prohibetur fratrem accusare, quinimò & si accusat, punitur, adeo quòd inter crimina exilio digna connumeratur & hoc, fratrem accusare, *d. l. si magnum.* Frater.

13 ¶ Horum autem † ratio est, quia vt inquit Hesiodus, nec germano quisquam est æquandus amori. & vt inquit Quint. declama. 321. nulla potest amicitia esse tam felix, quæ fraternitati æquiparari possit. Nil enim est aliud frater, inquit P. Nigidius apud Gel. *lib. 12. cap. 10.* quam ferè alter. Et vt inquit Valer. *lib. 5. cap. 5.* quam copiosæ suauitatis illa recordatio est in eodem domicilio, antequam nascerer, habitaui quo frater, in eisdem incunabulis infantiæ tempora peregi, eosdem appellaui parentes, eadem pro me voto excubuerunt, parem ex maiorum imaginibus gloriam traxi, chara est vxor, dulces liberi, iocundi amici, accepti affines, sed postea cognitis nulla potest tam magna accedere benevolentia, quæ priorem exhauriat, quam à ventris matre atque eisdem vberibus exhausimus, ob quæ Antigone apud Sophoclem dicit, se fratrem viro ac filijs anteponere. his enim amissis alios facilè comparari posse, fratrem verò si parentes obierint, nunquam sibi nasciturum esse, quod etiam retulit Aristo. *Rhet. tertio, cap. 46.* cui similem etiam sententiam dixit Dario vxor Nitaplærmis apud Herodotum in Thalia. & ideo apud Iurecon. nostros, fratres dulcissimi sæpe appellantur, *vt in l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de lega. 2. & in l. Thais, §. sorore. ff. de fideicommiss. liber.* & charissimi, *in §. Lucius, in ea. lege.* ideo cum per accusationes capitales oriantur discordiæ & inimicitię capitales, vt infra dicemus, lex abhorret hoc actiones, quæ tales seminant inter fratres discordias. nam,

14 vt inquit † Ecclesiastes *capit. 25.* in tribus placitum est, spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier sibi bene consentientes. & Salomon *Prouer. 6.* inquit sex esse quæ Deus odit: septimum autem, hoc est eum, qui seminat inter fratres discordias, detestari animam eius, & ideo fratrum discordia pessimum crimen

15 appellatur, *Gene. cap. 37.* Atque † ideo sicut amor fraternus omnes superat, præter paternum; ita & ê contra si inter eos exoriatur odium inexpiabile, semper perdurat & grauius. nam, vt inquit Plutar. de amore parentum

erga liberos, ſicut ab altiori loco cadens maiori cadit ruina, & ſicut omnia quæ arctiori ſunt vinculo coniuncta, ſi diſſoluantur, grauiorem edunt crepitum, & impoſſibili vnione diuiduntur, ita & quo maiori vinculo connexa eſt amicitia, grauiori odio diſſoluatur, neceſſe eſt. Quare & Ariſt. Polit. 7. fratrum contentiones & iras acerbiſſimas dijudicat, quæ confirmantur exemplo Habel & Chain, Eſau & Iacob, Romuli & Remi, & ſimilium plurium. ideo prudentiſſimè puto, ſapientiſſimeque, iure cautum fuiſſe, ne frater fratrem grauiori de crimine accuſaret, ne inter eos odia capitalia, quæ vel ipſa natura abhorret, hac occaſione alerentur. pro
16 quibus etiam facit. † nam cum frater teneatur egenum fratrem alere, *vt tenuit gloſſ. in l.1. vbi Cyn. Bartol. & alij. C. de alen. lib. & gloſſ. in l. ſi quis à liberis, §. vtrum. in ver. iuſtè, vbi etiam Bartol. de lib. agn. & gloſſ. in l. qui filium, in gloſſ. pen. ff. vbi pup. educ. debe.* atque ideo ſi frater conueniatur etiam in ciuilibus à fratre non poteſt conueniri, niſi in quantum fratre, & ideo nec carcerari poterit, *vt per Iaſonem, in §. ſed & ſi quis, numero 4. Inſtit. de act.* quanto minus poterit accuſare, vt priuet eum vita, quem alere cogitur, & quem neque carceri demandare poteſt. item ſi lege antiqua mortuo fratre ſine filijs relicta vxore tenebatur frater vxorem ducere relictam fratris, vt ſuſcitaret ſemen fratris ſui, & primogenitum filium ex ea nomine fratris appellaret, quod ſi non feciſſet, grauiter puniebatur, *vt habetur Deutero. cap. 25. & Gen. cap. 18.* nonne inhumanum videtur, quòd frater fratrem accuſet, vt ex humanis tollatur is, quem mortuum ſuſcitare in ſemine ſuo tenetur?

Conſangui nei. Vterini. 17 ¶ Sed hic † inſurgere poteſt dubitatio, an hæc, quæ dicta ſunt de fratribus, locum habeant de vtrinque coniunctis tantum, an etiam in coniunctis ex vno ſolum latere, puta in conſanguineis tantùm, vel vterinis tantum. & quamquam non legerim hanc difficultatem in his terminis tactam: puto tamen comprehendi & ex vno tantum latere coniunctos, vel ſint conſanguinei, vel ſint vterini. nam licet duo vincula magis ſtringant, tamen omnes etiam propriè fratres dicuntur, & hodie etiam agnationis vinculo cõiunguntur, & in eodẽ gradu eſſe dicuntur, *vt in authen. ceſſante, C. de legi. hæredi. & in l. 1. §. 2 gradu, ff. de grad. & in l. meminimus, C. de legit. hæred.* quamquam præferantur vtrinque coniuncti in ſucceſſione, *d. auth. ceſſante, & auth. poſt fratres, C. eodem.* At-
18 que ideo † conſuluit Sozi. *conſil. 1. in caſu ſupra narrato. 1. volum.* quòd ſtatutum loquens de fratre, comprehendat etiam vterinum. ad quæ etiam comprobanda facit: nam vterque naturali vinculo coniunguntur, & magis certo vterini quam conſanguinei tantum. & ideo cum vt dixi, leges iſtæ, quæ prohibent fratrem à fratre accuſari, ſint fauorabiles, nempe factæ ad conſeruandum amorem & concordiam inter eos, puto iure optimo comprehendi & hos, qui vtrinq; non ſint coniuncti.

Patrueles. 19 ¶ Quamquam † autem ſciam appellatione fratrum, etiam patrueles contineri, ſecundum aliquos: tamen quia verior & magis communis opinio eſt, quòd non comprehendantur, *vt tenet Bartol. in l. Lucius, §. quæſitum. ff. de lega. 3. & per Alexand. conſ. 221. colum. 1. in 6. & Dec. conſi. 461. in princip. & Pariſ. conſ. 37. nume. 63. in 2. & Ruy. conſ. 53. in 3.* & quia etiam amor non eſt adeo vehemens, nec eſſe debet inter patrueles vt inter fratres, ideo non puto diſpoſitionem harum legum ad hos extendi, cum verè & propriè fratres appellari non poſſint, *vt tradunt omnes in locis præalle. & Bru. in tracta. de ſtatu. excl. fœm. in 12. art. nume. 206. & ſeq.*

20 ¶ Verumtamen puto † concluſionem prædictam, quòd frater fratrem accuſare non poſſit, extendi etiam ad fratrem naturalem tantum: quia cum lex loquatur per verbum illud naturale, frater, iuris ciuilis ſolemnitates & regulæ non attenduntur. *l. parentes, ff. de in ius voc. l. tutelas. §. ex nouis, de capi. dimi. quod etiam tenuit Salyc. in d. l. ſi magnam, C. qui accu. non poſſ. & dictum fuit ſupra in alio* Naturalis frater.

*propoſito.* & facit, quia ex communi vſu naturales tantum etiam appellantur fratres, *vt per Fel. in rubrica Decretal. numero 12.*

Iurati fratres. 21 ¶ At quid dicendum † de fratribus electione aſſumptis, quos nos *Fratres Iuratos* appellamus, an & iſti prohibeantur accuſare? & videtur, quòd prohiberi debeant: nam cum iuramento ſe copulauerint & conſenſu, videtur quòd maximo vinculo ſint coniuncti, & quod ſemel placuerit, non poſſit amplius diſplicere. nam fratres veros ſors & caſus facit, non electio, at iſtos electio propria facit, ideo videtur, quòd maior cenſeatur inter ipſos amor. neque dubitandum, quòd tales animorum coniunctiones valeant, & eundem effectum operentur, quem operantur fraternitas naturalis, etiam in ſuccedendo, maxime ſi forent milites & Principes, *vt probatur in l. licèt, C. de pact. vbi Fulg. & in l. nec apud, C. de hared. inſtit. & per Alexand. in l. ſi pater, eodem titu. & idem in l. centurio, colum. 4. in fin. vèr. tertio, iuxta expoſitionem huius literæ, ff. de vulg. & pup. & Roma. conſ. 43. ad primum quæſitum, & latè Deci. conſil. 516. quoniam cauſa, prima & ſecunda colũm.* Verum contrarium verius videtur: quia lex prohibens fratrem, conſiderat naturalem coniunctionem ſanguinis; & lex diſponens in caſu vero, non habet locum in caſu ficto, *vt per Bartol. & alios in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap.* & ideo ſicut dixi, non extendi ad patrueles, multo magis non extendetur ad hos iuratos. quamquam ego abſtinendum potius ab accuſatione his fratribus conſulerem, ne quem ſemel tanto animi conſenſu, & teſte ipſo Deo omnium authori inuocato, in fratrem elegit, hoc funeſto officio perdat. Et idem dico Scholarũ & Sodalitiorum fra-
22 † de fratribus, quos vocamus ſcholarum & ſodalitiorum tres. & fraternitatum: nam licèt vere non comprehendantur ſub nomine fratrum, quando ſanguis & natura conſideratur: tamen verè & hi abſtinere deberent ab accuſationibus confratrum: nam hæ confraternitates principaliter ad tria fuerunt inſtitutæ, ad diſciplinam ſimul pro peccatis ſumendam, ad actus charitatis, pietatis & miſericordiæ exercendos, & demum ad ſimul orationibus, & contemplationibus vacandum, *de quibus per Archid. in c. ſi quis, 42. diſt. & in c. ſi qui clericorum, 11. q. 1. & in c. ſanè, 17. q. 7. in c. concuſſionis, prima, q. 1. & tradunt Innoc. & alij in cap. inter dilectos, de dona. & in c. dilecta, de exceſſ. prælat. & per Bartol. & alios, in lege 1. ff. de collegi. illici.* ideo cum accuſando confratrem offendant charitatem, recedunt ab officio, cui ſe addixerunt.

Collactanei fratres. 23 ¶ Iam verò † quid de fratribus collactaneis dicendum, qui etiam fratres appellantur, *vt per gloſſ. in l. ſi collactaneus, ff. de manu. vind.* an vnus poterit alterum accuſare? & videtur quòd non: nam ſi alumnus non poteſt ſuum educatorem accuſare, *l. iniquum, C. qui accuſa. non poſſ.* pariter videtur, quòd duo ab eodem alumno educati ſic coniuncti videantur, vt alter alterum accuſare prohibeatur: nam videtur, quòd æquiparentium alumnus & educator & collactanei inter ſe. Item æquiparantur fratres veri & collactanei: nam ſicut iuſta cauſa manumittendi minori 20. annis eſt, ſi manumittat educatorẽ ſuum, pariter iuſta eſt, ſi manumittat collactaneũ, *d. l. ſi collactaneus.* Item ſicut iuſta cauſa eſt ipſi minori 20. annis, ſi manumittat fratrem carnalem & proprium, pariter & iuſta eſt, ſi collactaneum manumittat, *l. ſi minor, & d. l. ſi collactaneus, ff. de man. vind. & idem dicitur in §. eadem, l. alia Sentia, Inſti. quib. ex cau. ma. non li.* Sed ſi proprietatem verborum ſpectemus, certum eſt, quòd appellatione fratrum, hi non continentur, niſi hoc à lege exprimatur. & licet alumnus accuſare non poſſit educatorem, id eſt ratione reuerentiæ præſtandæ & ingratitudinis effugiendæ, quæ ratio non militat in collactaneis. Et quòd alumnus differat à filio vero, *text. eſt in lege, quidam cum filium. ff. de verb. oblig.* Puto tamen, vt quod ſentiam, exponam, ratione publicæ honeſtatis reijciendos eſſe hos ab accuſatione, quos ſancta illa mammarum & educationis ſocietas mutuúſque amor cum ipſo communi

muni lacte imbibitus cõiunxit. impium enim videtur & iniquum ac ab humanitate abhorrens, quòd is eum accuſet, quem idem lac, ijdem mores, ijdem deniq; educatores pari affectu educarunt, *arg. d.l. iniquum, C. qui accuſa. non poſſ. & leg. ſi quis alumnam, C. de nup. & dicam infra in cap. ſequen.*

Adoptiui & Arrogati.

24 ¶ Quid demum † & de fratribus adoptiuis, vel arrogatis dicendum erit? & breuiter concludendum, quòd ſtricto iure accuſare poterunt, quia hos neque ſanguis, neque lac, neque educatio coniunxit, ſed ſola patris adoptantis vel arrogantis electio. nam vbi ſanguinis ratio habetur, adoptiuus ſub nomine filiorum non comprehenditur, *c. 1. §. adoptiuus, in tit. ſi de feud. fuer. controuer. inter do. & agna. iuncto c. 1. qui feud. da. poſſ. & c. 1. de ſucceſſ. feud.* & licet nuptiæ prohibeantur inter hos, id tamen verum durante adoptione, non autem alias, *vt eſt text. in §. inter eas quoque, Inſtit. de nup.* nam & adoptiui propriè non veniunt appellatione filiorum, *leg. 2. §. adoptiui, de vaca. mune. §. 1. ver. ſed adoptiui, Inſtit. de excuſa. tut. & tradit gloſſ. in §. 1. in ver. quale, in Authent. de hæred. & fal. & in §. 1. in ver. hoc obſeruando in omnibus, in Authent. de trien & ſemiſ. & no. omnes in l. ſi arrogator, ff. de adopt. & pulchrè Angel. in l. cum in adoptiuis, colum. 2. C de adopt.* ſunt enim filij ficti, non veri, *vt dicit Bald. in l. fideicommiſſum, ff. de condi. & demon. & in conſ. 24. Statuto ciuitatis, 1. volum.* & ideo hos imaginem naturæ appellat text. *in l. filio, quem, in princip. ff. de lib. & po. & latè comprobat Sozi. poſt Alexand. in leg. adoptiuum, ff. de in ius vocan.* & hos appellat filios abuſiuos *Bald. in cap. cum in cunctis, in fin. de elect.* multo ergo magis hi inter ſe fratres imaginarij, ficti & abuſiui dicentur.

Spirituales fratres.

25 ¶ Pari ratione † quoq; non prohibebuntur fratres ſpirituales, qui fuerunt à ſacro fonte leuati, quia hi inter ſe nil habent commune, licèt ipſi leuati appellentur filij leuantis, & æquiparentur filijs veris, *c. 1. in princip. 30. q. 3. & tradit Alexand. in add. ad Bartol. in l. Diuus, ff. ad l. Pompe. de paricid. vbi etiam Marſil. in fi.* Et licèt etiam ipſi, qui leuati ſunt, cum filijs leuantis non poſſint matrimonium contrahere, *c. 1. & 3. extra de cogna. ſpiritua. cap. ſuper quibus, & ſequen. 30. q. 3.* ſed dixi nihil hos inter ſe commune habere quoad iſta externa & iudicialia criminalia vel ciuilia, licèt quoad ſpiritualia habeant cognitionem vt dixi, *vt tradit Bald. in auth. niſi rogati, colum. pen. ver. ſed tunc*
26 *quæro, C. ad Trebel.* Neque valet † argumentum, filius ſpiritualis non poteſt in ius vocare vel accuſare patrem ſpecialem, *vt no. in l. generaliter, & in l. adoptiuum, ff. de in ius vocan.* ergo neq; ſe ipſi fratres inuicem, quia in filijs concurrit reſpectu patris & reuerentia & ingratitudo vt dixi, quæ non concurrit in fratribus, *vt etiam ſupra dixi.* Item non valet argumentum, prohibitum eſt matrimonium inter hos fratres, ergo & prohibita accuſatio: quia ſequeretur, quòd inter omnes inter quos prohibitum eſt matrimonium, prohibita foret & accuſatio, quod tamen eſt falſum, *vt ſupra deductum fuit.*

¶ Neque ideo vera eſt opinio (ni ego fallor) cuiuſdam D. Amanelli de Claris aquis *in ſing. ſuo 146. incip. no-*
27 *ta quòd ſicut*, vbi adnotauit † quòd ſicut frater non poteſt fratrem accuſare de crimine capitali, *d. l. ſi magnum*, ſic
Agnatus. agnatus agnatum de crimine capitali accuſare non poteſt, *allegat ad hoc l. 1. §. accuſationem. ff. ad Turpil.* quem credo voluerit inducere in illo ver. an hoc interſit, plenam habuerit aliquis accuſandi facultatem, ſed propter perſonarum coniunctionem ab hac accuſatione ſubmoueatur. quaſi quòd dum dicit text. propter perſonarum coniunctionem, intelligendum ſit de quacunque coniunctione agnatorum. quinimo ſi Accurſium ſequamur ibi in gloſſ. in verbo coniunctionem, dicendum foret,
Cognatus. quòd & cognatus proximum cognatum accuſare non
28 poſſet. ſed vt † dixi, puto eos decipi: nam cum edictum hoc eorum, qui accuſare poſſint vel non, prohibitorium ſit, vt ſcilicet omnes admittantur, qui non prohibentur, cum fratres tantùm prohibeantur, dicta lege, ſi magnum. cæteri agnati, & cognati admiſſi cenſeri debent, argumen. leg. cum prætor, de iudicijs. quod etiam eo magis verum crediderim. quia textus, quos ibi Accurſius allegat ad probandum, cognatum non poſſe accuſare proximum cognatum, nullum verbum de cognatis habent, ſed tantum loquuntur de fratre, & de libertis, & de parentibus, & filijs, vt lege, ſi magnum, *C. qui accuſa. non poſſ.* quæ loquitur de fratre, lex penult. eodem titulo, loquitur de ſeruis, qui prohibentur accuſare, dominos, lex, qui accuſare, loquitur de mulieribus pupillis, militibus, Magiſtratibus, criminoſis, infamibus, turpem quæſtum recipientibus, denique de filijs, & libertis, & nuſquam de alijs agnatis, vel cognatis, & idem dicendum de lege, hi tamen, eodem titulo, de accuſat. quę loquitur tantum de filijs, & libertis. cum igitur Accurſius has ſolas leges alleget, quæ nihil probant quoad prohibitionem cognatorum, non eſt attendenda eius expoſitio nulla lege fundata, *lege, ancillæ, vbi Iaſon. C. de furtis.* & ideo dum text. *in dicto. §. accuſationem*, dicit propter perſonarum coniunctionem, intellige, vt filiorum & fratrum, de quibus alia iura loquuntur, non
29 autem de alijs. Et quòd † cæteri conſanguinei, excepto fratre, poſſint accuſare, tenuit expreſsè Specul. *in titulo de accuſatore, §. primo. numero decimoquarto, allegat l. 2. in fine. C. de abolit. ibi, & qui cognatos ſuos in accuſationem deducunt.* Neque dicatur, quòd pro opinione gloſſ. *in dicto §. accuſationem*, vrgeat textus *in capitulo ſimiliter, tertia, quæſtione quinta*, vbi expreſsè dicitur, in ſancta ſynodo expreſsè ſancitum fuiſſe, quòd nec ſuſpecti aut infames, aut gratioſi, aut calumniatores, vel affines, aut ſcelerati, aut facilè litigantes ſuſcipiantur accuſatores. & ſimilis eſt textus in capitulo, accuſatores, vel teſtes, eadem cauſa, & quæſt. ibi, nec conſanguinei, quia reſpondetur, quòd illi textus loquuntur de teſtibus non de accuſatoribus, *vt ſentit expreſsè gloſſ. in dicto capitulo*, ſimiliter, dum dicit, quòd affines inter ſe bene admittentur ad accuſandum, & allegat dictam legem vltimam. C. de abolitio. *pro quo intellectu facit capitulum præcedens, incip. conſtituimus, & capitulum ſequens, incip. accuſatores, quæ loquuntur de teſtibus*, & in dicto capitulo, accuſatores, dicitur expreſsè, quòd conſanguinei accuſatoris non admittuntur. *& ita in ſpecie intelligit d. text. capituli, ſimiliter, Marianus Socinus in capitulo, accuſaſti, in fine, eſt numero octauo, de accuſa.* vbi etiam clarè tenet, quòd affinis poteſt accuſare affinem.

Affinis.

30 ¶ Ex quibus etiam videtur † malè loquutum Cynum *in dicta lege, ſi magnam, C. qui accuſa. non poſſ.* qui voluit, quòd lex illa loquens de fratre, locum habeat etiam in ſocio, & magno amico: motus, quia ſocietas eſt genus Socius. Amicus ma gnus.
fraternitatis, *lege, verum, in principio. ff. pro ſocio*, vbi quòd ſocius conuenitur ſolummodo, in quantum facere poteſt à ſocio, & non vltra, cum tamen frater inſolidum teneatur, vt ibi dicit gloſſ. *in ver. fraternitatis.* quia vt inquit ibi textus, honeſta conuentio ſocietatis præcedens facit inhoneſtum, quòd quis vſque ad egeſtatem conueniatur. nam & contrarium in ſpecie tenuit Salycetus in dicta lege, ſi magnam, numero quarto, tum quia regula eſt permiſſiua, quòd quilibet admittitur ad accuſandum, qui expreſsè non prohibetur, *vt dictum fuit ſupra.* ſed ſocius non reperitur expreſsè prohibitus, ſed tantum frater, ergo. tum quia lex fratrem repellit ratione ſanguinis, cuius ius nunquam deſinit, aut tolli poteſt. *lege, iura ſanguinis, ff. de regulis iuris.* cum tamen ſocietas multis modis finiatur, §. *finitur. Inſtit. de ſocie.*
31 Neque obſtat, † quod Salycet. adducebat, quòd ſocius non poſſit conueniri, vltra quàm facere poſſit. nam illud eſt propter cõmunionem quæſtus, & damni à principio conuentam, quæ communicatio non eſt impedimento in delictis, quia ſocius non participat lucrum aut damnũ ex ſocij delicto. Præterea dico falſum etiam eſſe, quod tenet gloſſ. in dicta lege, verum, ſupra adducta, quòd ſcilicet frater poſſit conueniri vltra quam facere

facere possit. nam contra eam tenuit Ioan. Fab. *in §. sed & si quis, Instit. de actio.* quem sequuntur ibi Angel. & Iason *numero quarto, vt etiam supra dictum est*, moti hac ratione, quia frater tenetur alere fratrem egenum, *vt tenuit gloss. in lege prima, vbi etiam Bartol. C. de alen. libe. cum aliis adductis per Iason. vbi supra*, & ista verior esse videtur, & ideo tenenda, cum maior ratio pietatis militet in fratre quàm in socio, & probat textus *in d. l. verum*, qui assignando rationem, quare socius non possit teneri vltra quàm facere potest, inquit: cum societas ius quodammodo fraternitatis in se habeat. si ergo ius fictæ fraternitatis hoc operatur, dico fictæ, cum vtatur dictione Quodammodo denotante fictionem, ergo multo magis operari debet ius veræ fraternitatis, cum plus operari semper so'eat veritas, quàm fictio, & natura quàm ars. *l. adoptio. ff. de adopt. lege, ad certum. ff. loca. lege, confessionis ff. de interrog. act.*

Quodammodo dictio nota fictionis.

¶ Conclusio tamen supra facta, † quòd frater non
de Insidijs fratri à fratre factis. 32 potest fratrem accusare in atrocioribus, fallit & limitatur, nisi accusaret eum de insidijs sibi fratri accusanti paratis. quia si pater, cuius maior, longe est amor, potest filium accusare, *lege, propter insidias. C. qui accusa. non poss. & dictum fuit supra, in principio huius capituli*, multo magis poterit & frater, *& ita tenet Salyc. in dicta lege, si magnam.*

¶ Limitatur secundo, † vt non procedat, quando fra-
si Patri à fratre insidiæ structæ. 33 ter accusaret de insidijs paratis communi patri, hoc tenent Cyn. & Salyc. *in dicta* lege, si magnam, *per textum in lege secunda. ff. ad legem Pompe. de parricidijs*, vbi frater non indicans patri, quòd ei parantur insidiæ à fratre, punitur. Et licèt posset ille textus euitari, quia loquitur in indicante, non in accusante, inter quos longa est differentia, vt infra suo loco dicemus: & quia ibi punitur frater non indicans, quia præsumitur quasi socius criminis: Attamen puto veram limitationem tum ob reuerentiam paternam, tum vt communis parentis vitæ consulatur, atq; vt parricidia, quæ tam atrox continent facinus euitentur, & vindicentur.

¶ Limitatur tertio † in crimine læsæ Maiestatis *per re-*
in Maiestatis crimine. 34 *gulam leg. quisquis, C. ad legem Iuli. Maiest. & est text. in l. penult. & vltima. C. qui accusa. non poss. & tradunt omnes in d. l. si magnam, eod. tit.*

¶ Limitatur quarto † similiter in crimine hæresis, quod
in Hæresi. 35 grauius est crimine læsæ Maiestatis, *& probat textus in capitulo, literas, extra de præsumptionibus, & tenet in specie hanc limitationem Salyc. in d. l. si magnam, circa princip.*

## CAP. XIIII.

## *Reuerentiæ, & Ingratitudinis euitandæ causa, qui prohibeantur accusare.*

### SVMMARIVM.

1 *Filius patrem regulariter non potest accusare cum vitæ suæ sit author, & idem de omnibus descendentibus est dicendum. & quid in adoptiuo, & naturali, nu. 2. 3.*
4 *Filij adoptiui, dum sunt in potestate, ratione patriæ potestatis, parentes non accusant.*
*Idem in filio emancipato, & quare.*
5 *Alumnus quare repellatur ab accusatione.*
6 *Pedagogos accusare non licet, habentur enim loco patrum, & quomodo antiquitus reputarentur.*
7 *Discipuli præceptores suos non accusant, immo ipsos excusare potius tenentur, & substentandi si sint egeni.*
8 *Discipulus præceptori, vt patri obedire debet, & multa in fauorem præceptorum exempla traduntur.*
9 *Quæstor Prætorem, vel præsidem, quia patris loco sunt, accusare non potest.*
10 *Serui, & Familiares dominos non accusant sub pœna gladij.*
11 *Episcopus à familiaribus potest accusari, quia sanctam familiam tenere præsumitur, & eam approbasse, quamuis index eos si videtur, repellere possit ab accusatione.*
12 *Episcopi familiaru in eius domo nutritus à teneris annis propter vitium ingratitudiuis ab accusando an repellatur.*
13 *Episcopum familiares laici non accusant.*
14 *Episcopum cubicularij, & cæteri non ita Domestici, an accusare possint.*
15 *Episcopum familiares excommunicati, accusare non possunt.*
16 *Episcopus familiares, quia sint criminosi, non potest repellere. sed bene ex capite reuerentiæ.*
17 *Liberti patronos, ne libertates contra libertatis datorem exerceantur: arcẽtur ab accusando, immo neminem accusare possunt de iure canonico, nume. 18.*
19 *Vasallus, feudi dominum quare accusare non possit.*
20 *Clericus eum à quo beneficium habuit non accusat, sub beneficij priuatione.*
21 *Domini, & Patroni, & alij, quibus reuerentia debetur, an & quando possint eos, à quibus sibi reuerentia debetur, accusare, & tribus numeris sequentibus.*
25 *Vxor an maritum accusare possit.*

1 
ILIVS † patrem accusare non potest, *lege, qui accusare, in fine, ff. de accusationibus, qui textus transumptus est in capitulo, prohibentur, secunda, quæstione prima*, quanquam illa verba, de filijs, in Pandectis Florentinis non legantur, sed vera est conclusio: quia si frater fratrem accusare non potest, *vt supra in precedenti capitulo dictum fuit, & probat textus in lege, si quis magnam. C. qui accusare non possunt.* multo minus poterit filius patrem, quem etiam in iudicio ciuili si sine venia vocauerit, punietur, *lege quarta. §. prætor ait, & lege vltima. ff. de in ius vocando.* non enim est ferenda filij impietas, qui parentem authorem vitæ suæ capitali iudicio tam inofficiosè, & ingratè impetere audeat, & si libertus, vt infra dicam, propter reuerentiam quam debet patrono, non potest patronum accusare, & si accusat, vti ingratus punitur, multo magis id est etiam in filio obseruandum, qui & magis debet patri, à quo vitam & libertatem ac facultates accipit, quàm libertus, qui patrono libertatem tantum debet.

2 ¶ Non tantum autem † prohibentur filij parentes ac-
Descendentes. cusare, sed & descendentes omnes ascendentes suos: quia hi omnes veniunt parentum appellatione, & sic quoque filiorum appellatione omnes descendentes, *dicta lege quarta. §. parentes. ff. de in ius vocan.* Quod tamen fallit in adoptiuo, qui potest parentes patris adoptiui vocare in ius, *lege, patris adoptiui, ff. de in ius vocando*, vbi ratio assignatur, quia scilicet non sunt parentes eius, *& probantur etiam hæc in lege, sed si hac, §. si filius, & §. sequen. eodem titulo.*

3 ¶ Quæ conclusio procedit † etiam in parentibus, &
Naturales liberi. filijs naturalibus, dummodo certus sit pater: aliàs si sit incertus, verificabitur tantum in matre, quæ certa est, nulla habita distinctione, quòd sit naturalis: quia in his, in quibus ius naturale, & naturalis reuerentia consideratur, ius ciuile parum operatur, *vt dicitur in d. l. 4. in fin. cum duabus ll. sequentibus.*

4 ¶ Item procedit † etiam in adoptiuis parentibus & fi-
Adoptiui liberi. lijs, dum sunt in potestate, quod tamen iure magis patriæ potestatis, quàm iure naturæ id obseruatur, *vt inquit text. in leg. adoptiuum, ff. de in ius vocan.* nam filij adoptiui neque naturalem patrem, neque adoptiuum accusare poterunt, prout nec in ius vocare, *dicta lege adoptiuum.*

¶ Item procedit etiam in filio emancipato, inter
Emancipatus. quem & filium in potestate, in hoc nulla videtur esse differentia, nisi quòd qui est in potestate, etiam petita venia non potest patrem in ius vocare: quia cum sit in eius potestate, lis nulla inter eos esse potest, *l. lis nulla, de iud.* at emancipatus potest petita venia vocare, *l. vltima,*

*rima. C. de in ius vocan.* Cum igitur ratio tantùm ſanguinis naturalis non patriæ poteſtatis, quæ ciuilis eſt, conſideranda ſit in accuſatione, concludendum eſt emancipatum quoque accuſare non poſſe, cum emancipatio ſit iuris ciuilis, *l. ex hoc iure, de iuſt. & iure.* & iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſint, *l. iure ſanguinis, de reg. iur.*

Alumnus. 5 ¶ Alumnus † quoque eadem ratione reuerentiæ, & ingratitudinis euitandæ cauſa repellitur ab accuſatione educatoris ſui. *text. eſt clarus in l. iniquum, C. qui accuſa. non poſſ.* vbi Imper. inquit, Id, quòd alumnus educatorem accuſet, etiam iniquum & à beatitudine ſui ſeculi alienum. Nec mirum, quia educatores habentur loco parentum, atque ideo in ius ſine venia vocari non poſſunt, *vt tenuit Alcia. in l. vltima, in ver. matris, C. de in ius vocan. adducit l. 1. ff. de obſequi. à liber. patr. præſtan. §. vltimo.* ibi, indignus militia iudicandus eſt, qui patrem, & matrem à quibus ſe educatum dixerit, maleficos appellauerit. Hæc enim lex non poteſt niſi de alumnis loqui: nam ſi de veris tantum parentibus loqueretur, fruſtra addita fuiſſent illa verba à quibus ſe educatum dixerit. ergo appellatione parentum, veniunt & alumni. Qua ratione ſicut minor viginti annis poteſt patrem manumittere, & filium, ſic & educatorem ſuum, nutricem, & alumnum. *l. ſi minor, cum tribus legibus ſequen. ff. de man. vin. §. eadem lege, ver. iuſtæ autem cauſæ, Inſti. quibus ex cau. ma. non licet.* vbi Angel. ex eo text. colligit alios ſanguine coniunctis æquiparari, & alumnum dici de familia.

¶ Eadem quoque ratione licèt non omnes mulieres poſſint ſuſpectos tutores poſtulare, ſed hæ ſolæ, quæ pietate neceſſitudineque ductæ ad id deſcendunt, inter has tamen connumeratur nutrix, ſicut mater, & auia. ſic & alumni capiunt legata ex imperfecto teſtamento educatoris, ſicut & filij veri, *leg. in teſtamento. ff. de fideicommiſſ. liber.* Nec poteſt pater prohibere, quin filia nubat filio eius, qui illam educauit, *l. patrem, C. de nup.* Neque educator teſtis eſt idoneus pro alumno, quem educat, *vt per Bald. in l. parentes, colum. 2. verſicu. quæro igitur, vbi etiam Salyc. in princip. C. de teſti.* Alumnus autem meus propriè dicitur, quem ego alui, *vt per Dec. conſ. 613. Domina Catarina, num. 4.*

Nutrix. Mater. Auia.

Pædagogi. 6 ¶ Pædagogos quoque † facilè credi poteſt accuſari non poſſe, cum æquiparentur patri, filio, & fratri, & alijs ſanguine coniunctis, & alumno, *in l. ſi minor, cum tribus legibus ſequen ff. de manu. vind. & in lege, eadem lege, verſica. iuſtæ autem cau. Inſtit. quibus ex cauſ. ma. non lic.* vbi pariter iuſta cauſa manumittendi eſt, ſi minor viginti annis manumittat pædagogum, ac ſi manumitteret patrem, fratrem vel alumnum, *& hanc æquiparationem perpendit ibi Angel. Aretinus, quem etiam ſequitur Boerius deciſione. 318. ſed quid de patre, numero quarto, in fine.* Nihil enim non debere debet pædagogo gratus homo, cuius cura melior ſit effectus atque adoleſcentiæ, & pueritiæ pernitioſos affectus euitauerit. Verum eſt tamen hoc munus olim demandari ſolitum ſeruis domeſticis, & ideo pædagogium appellat mancipium Vlpianus *in lege, quæſitum, §. ſi inſtructum, ff. de fun. inſt.* Huius autem pædagogi tam neceſſarius vſus videtur, vt Caſſius exiſtimauerit hæredi, & legatario grauato, vt proprium ſeruum manumittat, remittendam manumittendi neceſſitatem, ſi eius ſerui tam neceſſarius ſibi foret vſus, vt eo carere non expediret, veluti pædagogi ſui, ſiue liberorum, quanquam Caſſij ſententia non fuerit recepta, vt voluntati teſtatoris inſeruiat, vt inquit Metianus *in lege Caij Caſſij. ff. de fideicommiſſ. lib.* cuius vſum neceſſarium eſſe ſentiens Diogenes, cum venderetur Cretæ, dixit præconi, vt clamaret ſe vendere ſeruum, qui ſciret imperare liberis. atque ideo ea lege magni non emit Xeniades, vt ei liberos ſuos concrederet. & hac de cauſa Alexander Leonidam pædagogum ſuum ſummè amauit, vt author eſt Plutar. in vita Alex. Atq; ideo ſummæ erant apud alumnos ſuos authoritatis, adeo vt aliquando coacti ſint Imperatores pædagogos filiorum ſuorum nimium ſuperbè & auarè ſe gerentes grauiter caſtigare. Nam Sueto. *in Aug. cap. 67. in fin.* inquit, pædagogum miniſtroſque Caij filij per occaſionem valetudinis mortiſque eius ſuperbè, auaréque in prouincia graſſantes, oneratis graui põdere ceruicibus præcipitauit in flumen. Qui etiam aſperiores vel leniores tradebantur pueris, & adoleſcentibus, vt eorum mores poſtulabant. nam & idem Sueto. *in Claudio, cap. 2.* refert datum fuiſſe in pædagogum Claudio quendam barbarum, & olim ſuperiumentarium (vt ipſe inquit) ex induſtria, vt cum durus ac truculentus foret, illum quibuſcunque de cauſis quàm ſæuiſſimè cœerceret.

Diſcipulus. 7 ¶ Diſcipulus † quoq; præceptores ſuos accuſare non debere admitti crediderim, cum magiſtros ſuos non incuſare, ſed excuſare debeant, vt fecit Celſus *in l. dicere, ff. de arbit. quem ad hoc ponderat Bartol. ibi, & in l. interdum, §. Stichi promiſſor, & ibi Iaſ. in fine. ff. de verbor. oblig. & Oldra. in l. quæſitum, §. primo. ff. de fundo inſtruct. & Bald in l. vltima, colum. 2. C. de pœna iud. qui male iud. & Abb. in capit. primo, colum. ſexta, verſicu. ſed vide, de poſtula. prælato.* Quare præceptores egeni à diſcipulis ſunt ſuſtentandi, vt ſuſtentatus fuit Sabinus à ſuis, *vt author eſt Pompo. in l. ſecunda. §. primus Diuus Auguſtus. ff. de ori. iuris*, & ideo Cuma. *conſil. 135. ad primum, colum. penult. verſicu. præterea cum conſtet*, conſuluit, quòd diſcipulus non eſt idoneus teſtis pro præceptore ob affectionem, & reuerentiam, quam ei debet. Nam & Alexand. Magnus, tantus Imperator, *vt in apopht. ſuis refert Plutarchus*, Ariſtotelem, cui traditus fuerat formandus, ſumma veneratione proſequebatur, dicens ſe illi non minus quàm patri Philippo debere, quòd à patre viuendi, à præceptore bene viuendi initium accepiſſet. Nam & Horatius Vmbris maiorum optat tenuem & ſine pondere terram, Spiranteſque crocos, & in vna perpetuum ver, Qui præceptorem ſancti voluere parentis Eſſe loco. Et Marcus Antonius Philoſophus Imperator, vt author eſt Capitolinus, imagines præceptorum ſuorum aureas in lara-
8 rio ſemper habuit. & † dicit Bartol. *in l. omnes populi, de iuſti. & iure, numero duodecimo*, quòd diſcipulus debet obedire præceptori, ſicut patri. & hinc illud quoque receptum eſt, quòd ſi iudex ſequitur opinionem præceptoris ſui, excuſatur in ſyndicatu, vt tenuit Oldradus *in l. prima. §. quæſitum. ff. de fundo inſtru. & Abb. in cap. 1. ſeptima colum. de poſtula. prælato. & Angel. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. & ſequitur Socin. conſil. 44. in præſenti conſultatione, colum. 3. in princip. verſicu. nam dicebat Odofre.* Quare Seneca de benefic. *lib. 6. capit. 16.* dicit, non poſſe medico, & præceptori mercede tantùm ſatisfieri, ſed amore, in hæc verba, infinitum erit, ſi latius exempla congeram, quibus apparet parua magna conſtare. Quid ergo, quare medico, & præceptori plus quiddam debeo, quàm merces ſit illa exigua conuenta? quia ex medico, & præceptore in amicum tranſeunt, & nos non arte, quam vendunt, obligant, ſed benigna & familiari voluntate. Ideoque Octauius Auguſtus in maxima annonæ penuria iuſſit peregrinos omnes vrbem egredi exceptis medicis, & præceptoribus, *author Suet. in Auguſt. cap. 42.*

Quæſtor. 9 ¶ Quæſtor † quoque Prætorem vel Præſidem vel alium quempiam Rectorem prouinciæ, cum quo miſſus fuiſſet, accuſare non poterat, *authore Tul. prima in Verrem his verbis.* Nam prætorem Quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere à maioribus noſtris accepimus, nullamque iuſtiorem aut grauiorem cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quàm coniunctionẽ ſortis, quàm prouinciæ, quàm officij, quàm publicã muneris ſocietatem. Quamobrem cum Prætor Quæſtori parentũ numero ſit, cum piè accuſare non poteſt, neq; ferè vnquam venit in contentionem de accuſando, qui Quæſtor fuiſſet, quin repudiaretur. itaque neque L. Philoni in C. Seruilium nominis,

minis deferendi potestas est data, neq; M. Aurel. Scauro in L. Flaccum, neq; Cn. Pompeio in T. Albutium, quorum nemo propter indignitatem repudiatus est, sed ne libido violãdæ necessitudinis authoritate iudicum comprobaretur.

Serui. 10 ¶ Serui pariter dominos † accusare non possunt, sicut nec familiares, *l. pen. C. qui accusa. non poss.* immo si accusauerint, gladio puniuntur, vt ibi dicitur, vocẽ enim funestam, inquit ibi Archad. amputari oportet potiusquàm audiri, *cuius verba referuntur in cap. vltim. §. si quis, 3. q. 11.*

Familiares. 11 ¶ Fallit † tamen hoc in episcopo & alijs prælatis, quia episcopus non potest repellere familiares suos illum accusantes: & ratio est, quia cum debet tenere familiam sanctam & fidelem, & illos semel approbauerit, non potest amplius illos improbare, *c. nulli, de accusat. vbi omnes.*

Sublimitatur tamen hæc limitatio de episcopo, vt licet episcopus non possit repellere dictos familiares, poterit tamen iudex, si sibi videbitur, illos repellere, *vt declarat gloss. 1. in d. cap. nulli, & Felyn. ibi, numero quarto, & alij scrib.*

12 ¶ Secundò sublimitat † Abb. *ibi nume. 6.* & Fel. pariter, *num. 6.* nisi talis familiaris esset nutritus in domo episcopi à teneris, & sic foret eius alumnus, *iuxta l. iniquum, C. qui accusar. non poss.* nam propter vitium ingratitudinis videtur, quòd repelli debeat. quod tamen verum non puto, quia militat & in tali ratio text. *in d. c. nulli, quam gloss. ibi, & omnes assignant*, videlicet, quia debuit mores eorum inquirere, & cum eos semel approbauerit, non potest improbare, cum sibi sit imputandum, quare tales in domo retinuerit. Hæc enim ratio, immo multo maior militat in nutrito in domo, quia tanto magis est in culpa, quòd ipsum bonis moribus non instruxerit, & si corrigibilis non erat, cur tandiu penes eum illum passus est. Ideo cum militet eadem ratio, non video, cur idem ius non sit statuendum, iur. vulg.

Nutritus in Domo.

13 ¶ Tertiò intellige, † nisi dicti familiares essent laici, quia cum stet regula, quòd laici nõ possint accusare clericos, *c. de cætero, de testi. & dictum fuit supra latè.* ideo minus hi poterunt, concurrentibus duobus impedimentis, *& ita tenet ibi Abb. in fi. & Fel. nu. 6. in 2. limit.*

14 ¶ Quartò intellige, † dummodo tales familiares prælati essent eius cubicularij, & sic quorum mores propter assiduam conuersationem facilè potuisset cognoscere, secus si alij forent, cum quibus nõ adeo frequenter conuersaretur, & sic cessaret ratio illius text. *ita Abbas in cap. dilecti filij, num. 8. in fi de excep. & Fel. qui alia allegat, in d. cap. nulli, num. 6. in 3. limit.*

15 ¶ Quintò sublimita, † nisi familiares episcopi forent excommunicati, quia ratione communionis euitandæ repellentur, *vt tenet Io. And. & omnes in d. cap. nulli, & sequitur ibi etiam Fel. num. 6. in 4. limit.*

16 ¶ Sextò intellige † hanc limitationem de episcopo, vt non possit familiares suos repellere ab accusatione, quando opponeret eis aliquod crimen, quia tunc militat illa ratio, quòd sit in culpa, cur prauam alat familiam. secus ergo, quando nollet repellere ex causa criminis, sed tantum ex causa reuerentiæ, quia tunc poterit repellere, *vt probat text. in d. cap. vltim. §. si quis. 3. q. 11.* nam text. *in d. cap. nulli*, procedit tantùm eo casu, quo episcopus accusatus à familiari vellet eum repellere, quia criminosus, non quia familiaris, nam talis exceptio de crimine non admittetur stante familiaritate, *vt tenet ibi, nume. 9. in fi. & Fely. d. nume. 6. in vltima limita.* ex quo constat, quòd ista limitatio de episcopo, non conuenit regulæ. non enim vitiat regulam, immo concordat cum ea, quòd scilicet, & prælatus potest repellere familiares suos. si hoc tantum contra eos exciperet, quòd essent familiares, secus autem si opponeret, quòd essent criminosi, quia tunc ex hac causa non posset eos repellere stante familiaritate, & ista est veritas, quod etiam sensit Dec. *in d. cap. dilecti, de excep. colum. 4. in prin. versicul. & cautela est secundum Maria.* & sic regula supra firmata, quòd serui, & familiares non possint accusare dominum, extendatur etiam seruis, & familiaribus prælatorum. Hæc tamen extensio limitatur, vt non procedat, quando dominus contra hos accusantes non opponeret simpliciter de familiaritate, sed quòd essent ob crimen repellendi. nam tali casu familiaritas non modò non obstabit, quinimo & confirmabit accusationem ipsam, secundum tamen declarationes, de quibus supra.

Liberti. 17 ¶ Liberti eadem ratione † reuerentiæ, & ingratitudinis effugiendæ prohibentur accusare. *l. qui accusare, in vltimis verbis, ff. de accusa. l. vltima. C. qui accusa. non poss.* non enim permittendi sunt liberti, vt ceruicem erigant contra patronos, *l. 2. C. de liber. & eorum liber.* iniquum enim esset, vt libertatem cõtra libertatis datorem exercerent, *idem tenet Gandi. in tracta. malef. nume. 20.* Honori enim hoc patronorum tribuendum est, *vt dicitur in l. honori, ff. de obsequi. patro. præstan. & tradit etiam Specul. in titulo de accusatore, nume. 25.* † Quinimo de iure canonico libertus non 18 modò patronum accusare non potest, sed nec etiam quemlibet alium. *capitu. nullus, tertia, quæst. quinta.* & ad præmissa, quòd libertus non possit accusare patronum, *tex. est no. in l. si manumissori, C. de obsequi. patro. præstan.* ex quo colligitur ratio, quia non videtur patronus ideo seruum manumisisse, vt illum haberet aduersarium.

Vasallus. 19 ¶ Vasallus etiam † eadem ratione dominum feudi accusare non poterit. hoc enim modo ingratus efficeretur, *argumento text. in capit. primo, quibus mod. feud. amit. vbi gloss. in ver. concubuerit, & quæ not. ibi omnes, & sequitur Bonifa. de Vital. in tracta. malef. sub rubrica de his, qui accusa. non poss. ver. item prohibentur filij.* & est ratio, quia Vasallus iurat fidelitatem domino circa sex. & primum est de incolumitate, idest vt non sit damno vitæ suæ. *c. de forma, 25. quæst. quinta*, & ibi gl. prima, circa finem, tenet expresse, quòd Vasallus non potest dominum, cui fidelitatem iurauit, accusare, licèt non videam illam gl. ab alijs adductam.

Clericus. 20 ¶ Clericus quoque † prohibetur accusare eum, à quo beneficium habuit, *iuxta text. in cap. vlt. de postulan.* immo priuabitur beneficio, *vt ibi dicitur.*

21 ¶ Sed quid † dicendum è contra, an scilicet sicut prædicti non possunt accusare Parentes, Alumnos, Dominos, Patronos, & similes, an hi, quibus debetur reuerentia, poterunt accusare eos, à quibus ipsis reuerentia debetur. & Spec. *in dicto titulo de accusatore, nu. 25.* tenet quòd non, quia Patronus libertum accusans perdit bonorum possessionem, *lege, qui cum maior, in princip. ff. de bo. liber.* Quod tamen ego verum non crederem, quia tunc non potest accusare, quando vult bon. possessionem liberti. si ergo non curaret de bonis eius, nullam legem video, quæ illum arceat. & ideo Spec. *in loco prælegato* loquitur per verbum, fortè.

Patronus.

in Iniuria propria. 22 ¶ Limitantur † tamen omnia supradicta, vt proscripti accusare non possint, nisi suam vel suorum prosequantur iniuriam, quia eo casu poterunt, *l. hi tamen. ff. de accusa. & per plura concludit Saly. in l. iniquum, C. qui accusa. non poss.*

in Maiestatis crimine. 23 ¶ Secundo limitantur, † vt possint accusare in casibus exceptis, videlicet læsæ maiest. qui casus expresè excipitur *in l. pen. C. qui accusa. non poss.* dum tamen sit grauis iniuria, *lege, si sororem, & l. si magnum, C. qui accusa. non poss.*

in Hæresi. 24 ¶ Item in crimine † hæresis, *vt in cap. litteras, de præsumpt. & c. legi, quæst. 8. tractant etiam Scrib. in d. c. nulli, de accusat.*

Vxor. 25 ¶ Vxor autem, † an maritum accusare possit dubium videtur ex dicto Catonis seni. relato per Gel. *noct. Atti. lib. 10. c. 23.* in hęc verba, In adulterio vxorem si deprehenderis, sine iudicio impunè necaueris, illa te si adulterares, digito non auderet contingere, neq; ius est.

Cap.

## CAP. XV.

## *Officij ratione quod exercent, qui prohibeantur accuſare.*

### SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus, qui accuſare poſſunt, & qui non, & quo tempore, & quibus ex cauſis, nu. 2 3.4.5.6.*

2 *Magiſtratus etiam proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam, quinimo nec vxorem de adulterio poteſt accuſare.*

3 *Magiſtratui quare occidere adulteros ſit permiſſum, & non accuſare de adulterio.*

4 *Magiſtratus, accuſare an poßit.*

5 *Magiſtratus, Poteſtas, & imperium, nomina hæc, quid importent, & differant inter ſe.*

6 *Alternatiua ſi ponatur inter genus & ſpeciem, non ſeruat naturam ſuam.*

7 *Magiſtratus maiores, & minores qui fuerint tempore Rom. Reip. ante occupatum imperium & hodie qui dicantur.*

1 MAgiſtratus, †qui iuriſdictionem habent, accuſare non poſſunt, ſi tamen talem magiſtratum gerant, ex quo & ipſi in ius euocari non poſſint, *l. qui accuſare. ibi. alij propter magiſtratum. ff. de accuſat. relati. in 6. prohibentur. 2. q. 1.* ideo epiſtola Diui Adr. cautum eſt, ꝙ magiſtratus, in quo magiſtratu ſunt, anno illo non ingrediuntur iudicium proprium, neque perſequendo, neque fugiendo. *l. pars literarum. ff. de iudi.* Quæ regula vera eſt etiam in crimine adulterij, vt ſcilicet maritus dum eſt in magiſtratu, non poſſit vxorem de adulterio accuſare. *l. ſi maritus in magiſtratu. ff. de adul.* quamquam aliàs adulterij crimen plura habeat priuilegia, vt not. *in l. tranſigere. C. de tranſact.* Idem tenuit Specul. *in titul. de accuſato. §. 1. ver. item quod eſt magiſtratus. mihi num. 20.* idem tradit Gandi. *ſub rubrica, qui accuſ. poſſ. num. 10.* idem Ang. *in tract. mal. in ver. nec non ad querelam. ver. quintodecimo repellitur. mihi num. 31.* Vbi Angel. duplicem aſſignat rationem huius concluſionis. prima eſt propter potentiam accuſantis, ſecunda quia ſi accuſaret, & ſuccumberet, nõ poſſet ob calumniam durante magiſtratu puniri pœna talionis, *l. nec magiſtratibus. ff. de iniur.* neque poſſet carceribus mancipari, vt requiritur, *l. vlt. C. de accu.* & dum eſſet in fine officij, facile poſſet effugere, & ſic eludere iudicium. Quam vltimam rationem Aug. de Arim. ibi *in addi.* non admittit, ex quo hodie per conſuetudinem ſublata eſt pœna illa talionis, & ſubſcriptio, ſed Angel. ex hoc non meretur reprehendi, quia loquitur ſecũdum iura, quibus vigebat d. talionis pœna. aſſignat enim rationem d. l. qui accuſare. quo tempore nulli dubium, quod vigebat pœna illa, & in vſu erat. Sed ex alio poſſet impugnari d. ſecunda ratio Angeli: quia ſi in magiſtratu accuſaſſet, & in ipſo calumniatus fuiſſet vel abuſus poteſtate ad concuſſionem, certe etiam in magiſtratu puniri poſſet, vt eſt tex. & ibi gl. *in ver. vel adminiſtrante. C. ad l. Iul. repe.* quia l. nec magiſtratibus. de iniur. & aliæ ſimiles, quibus prohibetur magiſtratus in ius vocari, limitantur & locum non habent, quando in ipſo magiſtratu deliquiſſent, vt declarat Roma. *conſi. 415. quoad primum. ver. ſecundò, & fortius.* Quare verior prima ratio, ne ob potentiã magiſtratus opprimantur, & concutiantur accuſati, & ſic ob timorem cõcuſſionis, & impreſſionis, *arg. l. ſi per impreßionem. C. quod me. cau. & l. 1. C ſi quacunq; præd. poteſtate. & l. 2. C. ſi rect. prouin. & l. 1. C. ne lice. poten.* quia vt inquit ibi tex. intereſt omnium, & præcipue maiorum, ne importunis potentium interceſſionibus opprimantur. Item eſt & alia ratio, ne ſcilicet magiſtratus à cura publica, quam aſſidue & diligenter gerere debent, his medijs abſtrahantur, *argu. l. quibus. ff. de verb. ſig. & l. vlt. §. 1. C. de aſſeſſor.* ibi, neque enim facile credẽdum eſt duabus rebus vnum ſufficere. nam cum vni iudicio adfuerit, ab altero eum abſtrahi neceſſe eſt.

2 ¶ Quæ regula †extenditur, vt procedat etiam ſi Magiſtratus tali accuſatione vellet proſequi ſuam vel ſuorũ iniuriam. non enim & hoc caſu poteſt accuſari, vt Accurſ. voluit *in l. ſi maritus ſit in magiſtratu. §. lex Iul. in verſic. obijcitur. ff. ad l. Iul. de adul.* quod probatur ex eo, quod neque de adulterio poteſt vxorem accuſare, *d. l. ſi maritus.* vt dixi ſupra.

3 ¶ Neque huic †extenſioni obſtat, ſi diceretur, quod ſi licet marito etiam exiſtenti in magiſtratu, & ſimiliter patri exiſtenti in magiſtratu adulterum, & adulterã occidere, *l. marito. in fi. ff. de adul. l. Graccus. C. eo.* multo ergo magis videtur, quod poſſit accuſare, quod etiam videtur ſenſiſſe Spec. *in tit. de accuſa. §. 1. num. 20.* quia facile reſponderi poteſt, quia quod adulteri poſſint occidi impune, illud eſt conceſſum cõpatiendo humanæ intemperantiæ, qua difficile eſt iuſtum dolorem temperare, *d. l. Graccus.* qui dolor poſtquam per temporis lapſum, puta vel per diem efferbuerit, non licet occidere, vt habetur *in iur. præallega.* quæ ratio ceſſat in accuſatione. nã ſi dum eſt in magiſtratu, non accuſat, poterit poſt finitũ accuſare, & ſic licet differatur accuſatio, non tamẽ tollitur, preſertim, quia paruo tẽpore differtur, cum magiſtratus ſint annui, quod etiam conſiderat text. *in d. l. pars literarum. de iud.* ibi, anno illo, quo ſunt in magiſtratu.

4 ¶ Limitat prædictam concluſionem, † quod magiſtratus durante magiſtratu non poſſit accuſare, Specul. *in loco præallegato, verſi. ſed quid de minoribus magiſtratibus.* vt non procedat in minoribus magiſtratibus, vt in defenſoribus ciuitatum: putat enim hos poſſe accuſare, quia poſſunt & in ius vocari, *d. l. nec magiſtratibus. ff. de iniur. l. quemadmodum. §. ſi magiſtratus. ff. ad l. Aquil. & l. 1. C. vt omnes tam ciuil. quam milit.* quam limitationem probat optime tex. *in d. l. qui accuſare. ff. de accuſa.* dum expreſſe ibi dicitur, quod alij prohibentur accuſare propter magiſtratum poteſtatemve, in qua agentes ſine fraude in ius euocari non poſſunt, & ſic limitate loquitur, eos duntaxat magiſtratus prohiberi accuſare, qui non poſſunt in ius euocari. Contra quã tamen limitationem aliàs ego ponderabam verba illa poſita *in d. l. qui accuſare.* propter magiſtratum poteſtatemve. † ponderabam enim dictionẽ

5 illam alternatiuam, *ve*, cuius natura eſt poni inter diuerſa, *l. exigendi. l. quia bene te. C. de procura. cum ſim.* & tunc ſic colligebam, ſi poteſtatis nomine intelligendi ſunt maiores magiſtratus, *l. 2. ff. de in ius vocan.* quia verbũ hoc, poteſtas, in perſonam magiſtratuum imperium ſignificat, *l. poteſtatis verbo. ff. de verborum ſig.* & illud quidem merum, quod maioribus tantum competit, *l. imperium. ff. de iur. om. iud.* ibi, quod etiam poteſtas appellatur. ergo dũ ille tex. loquitur de magiſtratu, vt differat à poteſtate ex natura alternatiuæ ibi additæ, intelligi debet de minoribus magiſtratibus, ſicut etiam videmus nomen hoc imperium, regulariter comprehendere tam merum, quam mixtum, *d. l. Imperium.* at ſi dicto nomini Imperiũ, addas cum alternatiua hoc nomen poteſtas, ſic ſcribendo, Imperium poteſtatemve, per nomen poteſtas, intelligetur de mero, per nomen Imperium, intelligetur de mixto. *l. qui dolo. ff. ad l. Iul. de vi publ. & no. in d. l. nec magiſtratibus.* & facit tex. *in l. 1. ff. de rebus dub.* & quod omnes notant *in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. cod. tit.*

¶ Sed quia vera eſt limitatio ex eo, quia text. *in d. l. qui accuſare.* reſtringit prohibitionem ad eos duntaxat magiſtratus, qui in ius vocari non poſſunt, qui maiores tãtum ſunt. ideo ad prędictam ponderationem reſponde,

6 quod cum alternatiua † ponitur inter genus & ſpeciẽ, non ſeruat naturam ſuam, ſed exponitur, ve, pro ideſt, vt eſt gl. not. & ibi no. Bart. *in l. 2. ff. ad leg. Aquil. in verbo, vel pecudem.* & idem tradit Bart. per illum text. *in l. vbi pactum. C de tranſactio.* ideo pariter dici poteſt, quod cum primo text. *in d. l. qui accuſare.* apponat nomen generis, videlicet magiſtratu, quod comprehendit maiores, & minores: dum poſtea addit, poteſtatemve, addit ſpeciem. & ideo exponendum eſt propter magiſtratum, id eſt, poteſtatem, hoc eſt merum imperium, *iuxta l. poteſtatis verbo. ff. de verborum ſignif.* cum enim regula *d. l. qui accuſare.* ſit, vt qui

Magiſtratus minores.

non possunt in iudicio conueniri, non possint accusare: & certum sit, quod minores magistratus vocari possint, *dicta l. nec magistratibus. ff. de iniu.* ergo consequens sit necessariũ, vt minores magistratus accusare possint, præsertim cum in eis cessent rationes regulæ, de quibus supra: non enim in minoribus tantus est timor cõcussionis, & impressionis, cum non ita magna sint prædiți potestate, prout in maioribus, neq; tam magnum sit præiudicium Reipub. si minores magistratus, qui in magnis non se exercent, aliquando distrahantur ab eorum officio, prout esset in maioribus magistratibus.

7 ¶ Maiores autem † & minores magistratus, qui forẽt tempore Reipub, Romanæ, id est ante occupatum Imperium, docet Aul. Gell. *lib. 13. cap. 14.* sed quod attinet ad id, de quo loquimur, maiores magistratus sunt, qui imperium & potestatem habent, id est merum & mixtum, vt in Vrbe Rom. Consul Præfectus vrbi, Præfectus prętor. Prætor, in prouincijs vero Proconsul, Prætor, Præses, & omnes prouincias regentes. *l. 2. ff. de in ius vocand. l. sed & si per Prætorem. §. hæc clausula. ff. ex quib. cau. ma.* Minores autem dicuntur, qui sine Imperio, & potestate sunt, *dicta l. nec magistratibus. de iniur.* quales sunt magistratus municipales, *l. magistratib. ff. de iur. omni. iud. l. ea quæ. ff. ad municip.* vt communiter videntur tenere Scribentes *in d. l imperium.* de qua tamen re, quia non est sine difficultate, videnda sunt quæ ibi præter aliorum opinionẽ scripsi.

## CAP. XVI.

## *Sacramenti ratione, qui prohibeantur.*

### SVMMARIVM.

1 *Milites accusare propter iuramentum non possunt & quare, limita tamen nu. 8. 10. vsq; ad fin.*
2 *Dictio, propter, causam demonstrat.*
3 *Militum accusationi quomodo sacramenti ratio sit impedimento.*
4 *Milites quare auctorati dicerentur, & non erant sui arbitrij, & ideo ab accusationibus, procurationibus, & alijs, non posse à militia distrahi.*
5 *Clerici cum sint milites cœlestis militiæ, an & quando accusare possint.*
6 *Aduocati cum & ipsi militare dicantur, an accusare possint.*
7 *Milites nostri temporis quia non iurant, neque sunt in expeditione, ab accusatione non repelluntur. & quid de his qui manent otiosi domi, vel ad custodiam ciuitatum.*
9 *Milites nostri temporis si in ciuitatibus vagantur & stipendia mereantur, an ab accusatione arcendi sint, iudicis arbitrio remittendum esse. Qui prohibentur etiam prædia comparare concussionis euitandæ causa.*
11 *Annonam magis expedit Reipub. conseruare, quam pacem.*
12 *Miles veteranus, quare non arceatur ab accusatione.*
13 *Miles alium militem in castris, coramq; iudicibus militiæ, accusare non prohibetur.*

1 MIlites † quoque accusare non possunt, *l. qui accusare. in prin. ff. de accusat. ibi, alij propter sacramentum,* vt qui stipendia merentur. ad idem text. *in cap. prohibentur. 2. q. 1.* & tradit Specul. *in titu. de accusato. §. 1. vers. item excipitur. nu 19.* Gandi. *sub rubrica; qui accus. poss. num. 9.* Ang. *in tracta. mal. in ver. nec non ad querelam. ver. 11. prohibentur. num. 28.*

Rationem huius cõclusionis assignant prædicti, quia cum militiæ vacare debeat, non debet alijs impediri negotijs, *l. militem. C. de procur.* Verum mihi non videtur aliunde petendam esse rationem, quam ex ipsomet Iurisconsulto. qui hanc ponit conclusionem *in d. l. qui accusare.* qui dicit alios prohiberi accusare propter sacramentũ,
2 vt qui stipendia merentur. cum ergo dictio, *Propter,* † rationem & causam demonstret, *l. 1. §. ex incendio. ff. de incen. ruin. nau.* & per Bar. *in l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod inter.* certum esse debet sacramentum esse in causa, propter quã milites ab accusatione arcentur.

3 ¶ Sed videndum, † quomodo ista ratio sacramenti sit impedimento accusationi. & dicendum quod inter cætera, quæ milites militiæ sacramento pollicebãtur, hoc etiam vt nunquam à castris vel signis iniussi recederẽt, vt refert Liui. *lib. 22. ab V. C.* & Cinci. *lib. 5. de re milit.* quod quidem sacramentum etiam si Romę adhuc se continerent, eos ligabat, adeo vt & tunc pro absentibus haberentur, vt inquit Vlpia. *in l milites plane. ff. ex quib. cau. ma.* quare cum & stipendia mererentur, & iuramento forẽt
4 obnoxij ærarij, & auctorati, † dicebantur quasi serui sub auctione vẽditi, vt tradit Var. *lib. 4. de lingua Lat.* & meminit Horati. *sermo 2. Saty. 7.* illo carmine.

*Quid refert vri virgũ ferroq; necari*
*Authoratus eas?*

¶ Quod etiam scripsit Vegeti *de re mil. lib. 2. c. 5.* cum igitur stipendio & sacramento deuincti sint, iam constat eos non esse sui arbitrij, atq; ideo accusationib. & alijs similib. negotijs impediri non posse, q̃ illos à militia distrahant. & ea ratione etiam miles non potest esse procurator, neque etiam pro parentibus aut pro vxore, vt dicitur *in l. militem. C de procur.* ex vtilitate publica, vt ibi dicitur, ne scilicet sacramenti religione neglecta rempublicam deserat.

5 ¶ Extendit † Angel. vbi supra hanc conclusionem, vt procedat etiam in clericis, qui sunt milites, cœlestis militiæ, qui pariter accusare non poterunt, *l. cõsulta diualia. C. de testa. l. repetita. C. de epis. & cler. not. gl.* Bart. & Imola *in l. miles. ff. de re. iud.* opprobrium enim esse dicitur clericis, si peritos se velint disceptationum esse forensium, *vt in d. l. consulta. & d. l. repetita.* ne scilicet & ipsi à diuinis officijs, quibus assidue debent esse intenti, abstrahantur. q̃ quidem & verum puto, præsertim in publicis iudicijs, in quibus reo imponenda est pœna sanguinis, quam canones abhorrent, per ea quæ supra late dicta sunt supra *cap. 10. hoc eo. lib.* Clerici.

6 ¶ Extendit etiam 2. Ang. vbi supra, † vt procedat hæc conclusio etiam in aduocatis forensibus, vt scilicet accusare non possint, cum & ipsi militare dicantur, *l. aduocati. & l. fori. C. de aduo. diuer. iud. & not. in d. l. miles. vbi gl. de re iudi.* Quã tñ extensionẽ nõ puto verã, quia nulla est ratio q̃ prohibeat aduocatos accusare: nã neq; iuramẽto sunt obnoxij, neq; officiũ aliquod habent publicũ, q̃ reipu. interfit, si illud deserant, quin & proprium est eorũ officium vt inter forẽses iudiciorum strepitus semper versentur accusationes, componant & defendant etiã pro alijs multo. ergo magis & nomine ꝓprio id exequi poterunt. neque bonum est simile militis armatæ militiæ, ad hunc forensis militiæ in eo, in quo diuersa est ratio, vt in casu nostro. vt videmus, q̃ sicut miles nõ potest accusare, ita non potest esse alterius procurator, *d. l. militem. C. de procur.* & aduocatus potest pro alio procurator esse, ergo poterit & accusare. posset tamen forte saluare extensio in aduocato fisci tum ea ratione, ne causa fisci, id est publica deserat: tũ etiam illa, ne ipse sub fisci nomine priuatos cõcutiat, arg. text. *in l 3. C. de aduo. fisci.* Aduocati.

7 ¶ Limitatur autem † præd. conclusio, secũdum Spec. vt non procedat in militibus nostri temporis, quia neque sunt in expeditione, vt regulariter erant antiqui. ita Spec. *in d. tit. de accusato. num. 19 in fin. & in tit. de procur. §. 1. ver. item quod est miles. nu. 21.* vbi etiam Io. Andr. *in add.* idem quoque ad literam ante eum tenuit Roffred. Beneuen. *in rub. libell. iuris Pontif. sub rubric. de his, qui accu. non poss. ratione sacramenti.* idem quoque tenuit Salyc. *in d. l. non prohibentur.* & Ang. *in tract. mal. in ver. nec nõ ad querelam. num. 28.* Quam tamen limitationem veram intellige de his, qui morantur in domibus suis, vel otiosi manent in ciuitatibus sub nomine militum positorum ad custodiam ciuitatum, & palantes per ciuitatem sceleribus potius incumbunt quam militiæ, & de his in specie loquuntur Roffre. & Spe. secus autem in his, qui sunt in expeditione & in castris: quia cum in eis militet etiam ratio illa, ne deserant militarem disciplinam, de qua supra, militabit & dispositio, q̃ accusare non possint propter publicã vtilitatẽ, dato q̃ sacrm non seruẽt more Romano.

¶ Notan-

8 ¶Notandum tamen,†quia puto in hoc maxime versari debere iudicis arbitrium & prudentiam, vt etiã milites illi,qui in ciuitatibus vagantur, si stipendia mereãtur,ab accusatione arcẽdi sint. nam sæpe hoc genus hominum cum arma ferant,& armorum disciplinam profiteantur,prompti sunt ad minas,iniurias & concussiones priuatorum,vt habetur *in c.paratus.in fi. & in c.militare.23.q.1.* & tradit Bal. *in auth.sed nouo iure. C. de seruis fug.* & per Ial. *in §.ex maleficijs.3.col. Insti.de act.* & tradit etiã Ancha. *in c peccatum.col.14. de reg.iur.in 6.* dicẽs eos esse malæ conscientiæ.& idem tradit Imol. *in c.vlti col.vlt. de iureiur.* Qua ratione concussionis scilicet euitandæ, prohibentur milites in prouincijs,in quibus militant, prædia cõparare. *l.milites.ff.de re mil.* inquit enim Lucanus,

*Nulla fides pietasq; viris,qui castra sequuntur.*

Atque ideo si iudex viderit quendam ex d.militibus otiosis audacem & petulantem ac Trasonem quendam præ se ferentem,iuste ac laudabiliter eum ab accusatione repellet ex rationibus prædictis.

in Iniuria sua & suorum. 9 ¶Limitatur secundo prædicta conclusio,†quod milites accusare non possunt,nisi suam vel suorum prosequãtur iniuriam,vt est tex.apertus *in d.l qui accusare. iuncta l.hi tamen.ff de accu & apertior in d.l.non prohibentur. C.qui accu.non poss.* & idem tenent Roffi.Speculat.Gandi.Ang. & Salyc. *in locis præallegatis.*

in Maiestatis crimine. 10 ¶Limitatur tertio, † vt non procedat in criminibus exceptis:in his enim poterit etiam miles accusare, vt in crimine læsæ ma. *l.nullus & l.seq.C.ad l.Iul.ma.* Quam limitationem tenent similiter Roffred.Spec. & alij de quibus supra.idem ergo dicẽdum in crimine hæresis, quod æquiparatur crimini læsæ ma.imo grauius est. Idẽ quoque dicit Salyc. *in d.l.non prohibetur.* In crimine fraudatæ annonæ,qui allegat *l. militem. de accu.* sed voluit allegare *l.mulierem.§.milites.ff. de accusa.* vbi text.clarus,& assignat pulchram rationem, quia cum pro pace publica excubent,multo magis pro salute & vita publica debent excubare.sed & pulcher tex.qui similibus vtitur verbis, *in*

in Annona fraudata. 11 *l.famosi in prin.ff.ad l.Iul ma* ex quibus iur. notãdum†magis expedire reip.conseruari annonam, quam pacẽ, vel quam delicta puniri.& hãc limitationem in specie fraudatæ annonæ sequitur Roffred.& Spec.vbi supra.

Veteranus. 12 ¶Limitatur quarto†in milite veterano:hic enim accusare poterit,ex quo militia missus est.nam sicut potest pro alio procurator esse, *l filiusfam.§.veterani.ff.de procura.* cum tamen miles non posset *l militem.C. de procura.* pari ratione poterit etiam accusare. non enim iam sunt milites,cum honestam obtinuerint missionem.ideo non militant rationes sacramenti & auocationis à militia, quæ impediunt militem,pro quibus optime facit text. *in l.sed & milites §.veteranus ff.de excu.tut.*& tradit gl. *in ver. veterani.in d.§.veteranus.l filiusfam de procurat.*

In Militari delicto. 13 ¶Limita quinto†præter Scrib.vt non procedat conclusio suprafacta, quãdo miles vellet alium militem accusare in castris & coram iudicibus militaribus. tali cũ casu putarem & militem admitti posse, quia cum sit in castris,& militares iudices summarie & absque iudicij figura soleant criminalia expedire iudicia,cessant rationes, quæ arcent ipsos milites ab accusatione, pro qua limitatione facit ratio: nam si pro commilitone potest esse procurator *d l.filiusfamil.§.veterani.vbi not omnes. ff de procur.* ergo poterit etiam commilitonem pro commilitonis iniuria accusare.

## CAP. XVII.

## *Vitam malæ & perditorum morum ratione, qui prohibeantur.*

### SVMMARIVM.

1 *Infames ob proprium delictum multis rationibus repelluntur ab accusando & qui sint proprie infames, nu.2. & 3.limita num.5 vsq; ad 11.*

4 *Fœnerator testamentum fratris instituẽtis turpem personam non impugnat.*

7 *Infamis an infamem accusare possit,& de quo infame intelligatur.nu.8.*

9 *Approbatus conuersatione ab accusato non repellitur ab accusatione.*

10 *Accusatus suum accusatorem volens accusare admittitur, etiam si non prosequitur suam vel suorum iniuriam.*

11 *Infamis infamia iuris, an facti possit accusare de iure ciuili, & quid de iure canonico nu.12.*

13 *Ius canonicum etiam Suspectos de crimine, repellit ab accusatione.*

14 *Infamiæ dantur plures gradus sicut & honoris.*

15 *Iudex circa famam qualiter debet arbitrari: aut constat per rumorem aut per notorium in admittendo, vel repellendo accusatorem.*

16 *Infamis plurium delictorum, & perditæ vitæ repellendus est ab accusatione.*

17 *Testamenti inofficiosi querela procedit si sit institutus infamis infamia etiam facti vel iuris.*

18 *Infamia facti quæ dicatur & sub nu.20.*

19 *Officiales,vel Birroarij,quia dicuntur infames ob vile exercitium an repellantur ab accusando?*

20 *Infamia facti vt repellat ab accusando oportet esse notoriam apud omnes probatæ vitæ, alias non diceretur constare de infamia facti.*

21 *Accusatus de crimine, vel contra quem opponitur crimen, q̃ offerretur probari, an statim repelli debeat, vel probato homicidio repelli debeat,an vero requiratur condenatio.*

22 *Crimina ante condemnationem ab accusatione quæ repellant,& quæ non.*

23 *Delictum ante condemnationem, de iure canonico repellit ab accusatione.*

24 *Infamis, id est condemnatus ob causam ciuilem, an repellatur ab accusando quid si ob criminalem.*

25 *Infames admitti ad accusationem, si prosequantur suam vel suorum iniuriam,an intelligatur de infamibus ob delictum publicum vel priuatum.*

26 *Delicti nomen quid proprie comprehendat, & quid improprie,& an comprehendat dolum.*

27 *Crimmis nomine,quid comprehendatur & an dolus in contractu commissus,veniat,qui purgetur per actionem ex cõtractu.nu.29.*

28 *Stellionatus crimen,quid differat ab actione pignoratitia,& an infamet.*

30 *Infamis ex ciuili actione potest accusare de iure ciuili, nõ autem ex criminali & delicto, etiam quod ciuiliter agatur.*

31 *Infamis si pendente iudicio efficiatur infamis ante tamen infamiam accusauerit, an possit prosequi accusationem suã, post infamiam.*

32 *Accusatio proposita coram iudice qui habeat potestatem procedendi de iure,& de facto,poterit admitti à quocunq;, vel inhabili proposita.*

33 *Infamis se talioni subscribens, vel carceri se mancipans, donec probet delictum, an tollat omnem suspitionem surgentem ex infamia.*

34 *Damnatus ob arbitri sententia ob delictum an sit infamis, ita vt repellatur ab accusando: & idem & magis si ab arbitratore sit condemnatus confessione etiam rei, secus si à statuto & quare.nu.35.*

36 *Damnatus pœna extraordinaria an sit infamis, & repellatur ab accusando.*

37 *Damnatus etiam publico iudicio, sed per inquisitionem, non autem per accusationem,an possit accusare.*

38 *Absens damnatus ex contumacia,quia non videtur ob delictũ damnatus, an repellatur ab accusando, & quo tempore elapso non audiatur & dicatur infamis.*

39 *Condemnatus, soluens condemnationem antequam sit damnatus euitat infamiam,& an istud procedat tam in iudicio ciuili,quam criminali.*

40 *Accusandi habilitatẽ nõ habentiũ speciales casus tanquã infamiũ enumerãtur, videl. primo homo malæ existimationis in sua ciuitate,nu.41.histriones,& alij nu.42.vsq; ad fi.*

1 REpelluntur†etiam ab accusatione, qui infamiam aliquam incurrerũt ob delictum proprium, vt est text. *in l. qui accusare. ibi, alij propter delictum proprium, vt infames. ff. de accu. quæ verba relata sunt etiam in c. prohibentur. 2. q. 1. & probatur in l. criminis accusationem. ibi. si tibi existimatio integra est. C. qui accu. non poss. & in l. 1. C. de infami. lib. 10.* Qui autem sint infames, aliqua ex parte connumerantur *in l. qui iudicio. ff. de accu. in c. constituimus. 3. q. 5. in c. infames. 6. q. 1. in c. quærendum. 2. q. 7. c. si qui sunt. & c. qui crimen. 2. q. 1. c. canonica. c. similiter. & c. seq. 3. q. 5.* infames autẽ proprie dicuntur, qui sunt infames infamia iuris, quando scilicet aliquo publico iudicio vel tali, quod infamiam irrogaret, damnati sunt, vt dicitur *in l. qui iudicio. ff. de accusat.* & homicidæ, malefici, hæretici, fures, sacrilegi, & similes, *de quib. in iur. præallegatis.* Item qui ipso iure infamiam incurrunt etiam absque condemnatione, vt qui artem ludicram exercet, & qui in scœnam vt histrio prodijt, qui lenocinium fecit, vel facit, & similes, *de quibus late in tit. de his, qui not. infam. ff. & C.* tales enim qui scilicet vel ipso iure infames sunt, vel condemnati per sententiam infames efficiuntur, accusare non possunt: nam neq; popularem actionem intentare possunt. *l. popularis actio. ff. de popul. actio.* & hanc conclusionem firmat Roffred. *in libel. iur. Pontif. sub rubrica de his, qui accusare non possunt propter delictum proprium.* & Spec. eiusdem Roffre. simplex relator, *in tit. de accusatore. nu. 21.* & Ang. de mal. *in ver. necnon ad querelam. ver. sexto ab accusatione repellitur infamis, est nu. 23.*

2 ¶Rationes†autem huius conclusionis duæ assignantur. Prima fuit Cyni *in l. qui criminis. C. qui accusar. non poss.* quia accusator si ob calumniam succumbat in pœnam calumniæ, efficitur infamis. *l. si. C. de accusa.* sed si infamis admitteretur, in eo non posset habere locum d. pœna infamiæ, si calumniaretur, quia iam existimationem amisit & famam, *l. cognitionum. §. 1. ff. de var. & extraord. crim. l. 2. C. vt infra cert. temp.* Secunda assignatur ratio, quia cũ propter malam vitam & perditos mores, sicut propter delictum infamiam incurrerit, præsumendum est omne malum de eo etiam in calumnioſe accusando per regulam, semel malus, *l. Cassius. ff. de sena.* quã rationem sequitur Ang. vbi s. & Hip. *in practi. crim. §. diligenter. nu. 205.*

3 ¶Sed & tertiam rationem addo, † quia nõ debet admitti ad id obijciendum alteri, cuius nota ipse prægrauatur, iuxta illa Iuuenalis carmina.

*Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?*
*Qui cœlum terris non misceat & mare cœlo?*
*Si fur displiceat Verri, si homicida Miloni,*
*Clodius accuset mœchos, Catilina Cethegum.*

Et alibi idem

*Loripedem rectus derideat, æthiopem albus.*

Hinc & Horatius,

*Cum tua præuideas oculis malè lippus inunctis*
*Cur in amicorum vitijs tam cernis acutùm.*

Atque ideo prouerbio vsurpatum, Nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego, vt per glos. *in l. quoniam. C. de hæret. & in l. si duo. ff. de dolo. & in c. cõtra Christianos. de hæret. in 6.* ad

4 quæ accedat†not. dictũ Bal. *in l. improbum fœnus circa prin. C. de infam.* vbi voluit, quod nullus fœnerator possit accusare de inofficioso testamẽtum fratris, quod turpem personam instituerit, cum & ipse, qui accusat, sit turpis. Et ideo maritus concubinas tenens, nõ potest vxorem de adulterio accusare, vt perdat dotem, vt tenet gl. *in ca. vlt. de adult.* & Paul. *consi. 128. hæc mulier, in antiq. cum concord.* de quibus per Hipp. *sing. 234. paria delicta. & in l. patre vel marito. 2. col. in fi. ff. de quæstio.* Nam & Tul. in Salust. inquit: Carere debet omni vitio, qui in alium paratus est dicere. Hos etiam reprehendit Apostolus *ad Rom. 2.* Qui prędicas non furandum, furaris? Qui dicis nõ mœchandũ, mœcharis? Qui abominaris idola, sacrilegium facis? nõ enim potest aliorum mores corrigere, qui non corrigit sũos, inquit tex *in cap. necesse. 48. dist.* & iniquum est, vt vir ab vxore pudicitiam exigat, quam ipse non exhibet. *l. si vxor. §. iudex. de adult.* & ideo pulchre consuluit Deci. *consi. 151. maximi ponderis. num. 22. col. 2. ver. certe nulla ratio.* quod & summus Pontifex non debet posse Cardinales incusare, quod vocati non venerint, cum & ipse dum esset in minoribus, vocatus à præcessore, venire recusauerit.

Fœnerator.

in Iniuria sua vel suorum.

5 ¶Limitatur primo†ista conclusio, vt non procedat si suam vel suorum prosequantur iniuriam, *d. l. qui accusare. iuncta l. hi, qui. C. qui accu. non poss.* ita Roffred. etiam in specie limitat *sub d. rubrica de his, qui accu. non poss. propter delictum proprium.* & Specu. *in d. tit. de accusator. §. 1. nume. 21. & num. 37. & in tit. de accusatio. §. tertio. in prin. & not. in c. omnibus. 4. q. 6. & in c. de catero. extra de test.* quia hęc limitatio est generalis in quacunq; specie prohibitorum, vt dicitur *in d. l. hi qui.* & Spec. *d. nu. 37.* Notandum tamẽ, quod gl. 2. *in l. qui iudicio. ff. de accu.* intelligit hoc verũ in infame, qui est infamis, vel damnatus ob delictum priuatum, secus si ex delicto publico iudicij, quia talis non poterit accusare etiam prosequendo suam vel suorum iniuriam, quam gl. not. ibi Bar. *in secunda oppo.* dicens tamen, quod an verum dicat, non intendit tunc disputare: sed reperio, ꝙ eam reprehendit Aret. *in c. 1. de accu. nu. 41. in fin. & nu. 42.* de quo tamen j. latius dicam *in hoc cap. in 7. limit.*

in Hæresi & Maiestatis crimine, &c.

6 ¶Limitatur †secundo in criminibus exceptis, videlicet in crimine Hæresis, læsæ Maiestatis, Simoniæ, & fraudatæ Annonæ. nam his casib. infames accusare poterunt, vt in his terminis tenet Roffred. & Speculator *in locis supra allegatis. & est tex. in l. famosi. ff. ad legem Iul. ma.* & gl. *in l. qui iudicio. ff. de accusat.* & sequitur Ang. *in d. versic. necnon ad querelam. num. 23.* Item in crimine testamenti falsi. item in crimine fraudati census, vel pecuniæ publicæ. item in crimine perduellionis. item in crimine falsæ monetæ, sacrilegij, maleficorum, latrocinij, assassinij & simil. quia propter atrocitatem horum delictorum admittuntur ad accusandum etiam infames, vt in omnibus prædictis tenet hoc idem Maria. Sozi. *in ca 1. de accusationib. nu. 9. versi. primus. si suam.*

7 ¶Limitatur †tertio in infame, qui vellet accusare infamem eiusdem notæ, qua & ipse infamis est: nam tali casu admittetur, *arg. leg. in arenam. C. de inoffic. testam.* & faciunt quæ dixi supra in tertia ratione huius conclusionis, & voluit etiam gl. *in l. 3. §. lege Iulia. in verbo, palam, circa med. versi. item fallit cõtra pariter infamem. ff. de testi.* licet loquatur in teste, sed scimus in hac materia valere argumentum de teste ad accusatorem, vt qui prohibetur, vel non prohibetur testificari, pariter in eo casu prohibeatur, vel non prohibeatur accusare, vt not. *in c. de catero. de testi.* & ideo licet testis infamis & hæreticus repellatur, tamen admittetur contra hæreticum. *l. quoniam. C. de hæret.* & horum est ratio, quia quos per facinus coinquinat & æquat, vtroſq, similis pœna comitari debet, *lege, si quemquam. in fi. C. de epis. & cler. & facit tex. in l. viro atq; vxore. ff. sol. mat.* vbi in specie in accusatione paria delicta mu-

8 tua compensatione tolluntur.† Quæ tamen intelligenda sunt, quando foret infamis accusandus ex causa alterius criminis non numero, sed eiusdem vel similis speciei: secus si foret socius eiusdem criminis numero: nã eo casu nõ admitteretur ex alio, quia scilicet socius criminis, iuxta tex. *in l. si filium. ff. de lib. cau. gl. in l quidam Titiũ. ff. si quis omissa cau. testa. & in l. si non solus. §. 1. eo. tit. & in l. 2. §. idem ait, si in publico. ff. ne quid in loco pub.* Neque præmissis refragari videtur Spec. *in tit. de accusato. §. 1. num. 21. circa fi.* ibi, infamis autem infamem non potest accusare, nisi prius illum tolerauit. vbi expresse concludere videtur, quod infamis non potest infamem accusare, nisi prius illum tolerauit, quia vera non esset eius opi. sic simpliciter intellecta, sed intelligenda est secundum legem, quam allegat, iuxta no. per Bar. *in l. non solum. §. liberationis verba. ff. de lib. leg.* sed pro opi. sua adducit tex. *in c. qui crimẽ. 6. q. 1.* qui loquitur in reo & accusato, qui erat tunc in ipso reatu criminis, id est pendebat tunc eius accusatio, quo casu certum est, quod accusatus non potest accusare. *l. is qui reus. ff. de publ. iudi.* non autem loquitur, de infame accusante alium infamem, qui tunc non esset accusatus

Socius criminis.

cuſatus neque penderet eius accuſatio, de quo nos nũc loquimur.

9 ¶ Limitatur quarto, † niſi infamis ille accuſans conuerſatione fuiſſet & familiaritate approbatus ab accuſato, quia tunc non poterit repelli. *c. nulli. de accuſ. vbi omnes no. & bona gl. in c. pagani. in gl. vlt. 2. q. 7. & bonus tex. in ca. ſi hæreticus. 2. q. 7.* poteſt em̃ ei obijci illud, quod dicit Vlpia. *in l. ſi vxor. in fi. ff. ad l. Iul. de adul.* Serò accuſat mores eius, quos primo approbando confirmauit.

10 ¶ Limitatur quinto, † niſi infamis vellet ſuum accuſatorem accuſare, quia tunc poteſt, ita Bar. *in l. is qui reus. nu. 6. ff de pub. iud.* & Bal. *in l. 1. nu. 20. C. qui accu. nõ poſſ.* & Imo. *in d. l. is qui reus. nu. 13. in ver. tu adde. & facit tex. in l. 2. §. 1. ff. de* iure fiſci. nam lex diſpenſat ſæpe contra regulas iuris communis, quando quis vult ſe vlciſci contra ſuum delatorem, maxime calumnioſum, quia admittit accuſationem, *l. deferre. §. 1. ff. de iure fiſci.* Quæ vera ſunt, etiam ſi accuſando non proſequeretur ſuam vel ſuorum iniuriam, quia in hoc ſtat ſpeciale: aliàs enim vt dictum fuit ſupra, in prima limita. quilibet infamis admittitur ad accuſationem, quando ſuam vel ſuorum iniuriam proſequitur, & ita declarat Bar. & Imola *in locis præallegatis, in d. l. is, qui reus.*

Infamis infamia facti.

11 ¶ Limitatur ſextò, † vt non procedat in infame infamia facti, non iuris: nam talis poterit, de iure ciuili accuſare, & hoc quia eo iure non reperitur expreſſe prohibitus, ergo intelligitur permiſſus. *l. qui accuſare. ff. de accuſa. & dictum fuit ſupra c. 6. huius libri.* & hoc tenuit Roffre. *in libel. iur. Pontif ſub rubrica de his, qui accuſ. non poſ. propter delictum, num. 3.* & Specu. eius merus relator, *in tit. de accuſator. §. 1. nume. 21. ver. ſed quid de his, qui ſunt infames de facto.* idem quoque tenuit Bar. *in l. qui accuſare. num. 7. ff. de accu.* & hanc quoque de iure ciuili veram eſſe atteſtãtur Pan. Imola, Aret. Io. de Ana. & Sozi. *in c. 1. de accu.* & hanc dicit communem Hiero. Cucal. *in add. ad* Ang. de mal. *in verſic.*

12 *necnon ad querelam. ſub nu. 23.* De † iure autem canonico dicunt omnes in locis præallegatis, quod infamis etiam de facto accuſare non poterit, *vt eſt gl. in c. ipſi Apoſtoli. 2 q. 7.* & tenuit Ioan. And. & Imola *in c. omnipotens. in gl. 1. de accuſat. & probatur in c. tua. de ſponſal. & in c. querelam. 2. q. 1.* &

13 eſt ratio, quia † iura canonica repellunt non ſolum criminoſos, ſed etiam ſuſpectos de crimine, *vt in capit. ſi qui ſunt. & in c. teſtes. in ver. abſq; vlla ſuſpicione. 2. q. 7.* ſed certum eſſe poteſt infamiam facti reddere ſaltem ſuſpectũ infamem, quia illi etiam tãquam ſuſpecto indicitur purgatio canonica, *vt in c. cum* P. *Manconella. de accu. & probat opti. tex. in c. vlt. de teſti.* vbi quod accuſatus de crimine, quia de facto ſaltem eſt infamis, *vt ibi dicit glo.* repellitur, & probatur etiam *in c. querendum. in fi. in ver. viles perſonæ. eod. titu.*

¶ Anto. autem *in d. c. 1. de accuſ.* tenuit, quod tam de iure ciuili, quam canonico, cum non ſit expreſſe de hoc deciſum, ſtabitur arbitrio iudicis, qui conſideratis perſonarum qualitatibus, & alijs circunſtantijs admittet, vel nõ admittet, prout ei magis expedire videbitur, cuius opi. ſequitur etiam Areti. ibi, *num. 40. ver. placet mihi.*

14 & confirmatur, quia etiam † in infamia dantur gradus, ſicut in fama & honore, vt ſcilicet aliqua infamia ſit maior altera, vt tradit Bald. *in l. ſed & milites. §. 1. quem legit cũ prin. illius legis. ff. de excuſ. tuto.* & ſi teſtis infamis infamia facti repellitur à teſtimonio, vt tradit Alex. *conſil. 11. nu. 4. 1. volum.* idem ergo & in accuſatore dicendum, cum de vno ad alium ſumatur argumẽtum, vt dictum eſt ſæpius, & idem tenet Ale. *conſi. 11. nu. 20. 4. vol.*

15 ¶ Ego autem † puto ſimiliter opin. Anto. veram onerantem arbitrium & iudicis conſcientiam. dico tamen, quod iudex poteſt etiam ex his regulare & diſtinguere arbitrium ſuum: aut enim videt aliquem de facto infamatũ de aliquo ſpeciali crimine, non tamen plene conſtat, niſi per rumorem & famam, puta, quia audit ſuſurrari, quod talis occidit hominem, & hoc caſu non reijciet tam de iure ciuili, quam canonico. Ratio eſt, quia illa ſola fama, vel rumor ille nõ facit probationem, immo neque etiam plenum indicium, *vt not. in cap. licet Heli. de ſimon. & dicemus infra ſuo loco.* Aut ibi conſtat delictum, quod infamiam inducit eſſe notorium, puta quia notorie conſtat accuſatorem tenere concubinam ſimul cum vxore, vel quod duas habeat vxores vel cõcubinas, iuxta glo. *in §. vltimo. in Authen. quibus mod. nat. efficiunt. legi.* & hoc caſu tenerem omnino repellẽdum, cum videatur quaſi ipſo iure infamis propter notorium, vt declarat Bald. *in*

16 *l. neminem. C. de inceſ. nup.* Aut vero † talis accuſator eſt infamis nõ modo de vno delicto, ſed de pluribus, tanquã homo malæ vitæ & perditorum morum, & talis fama penes multos increbuit: & tunc puto repellendum, cũ præſumptionem habeat contra ſe. Et has infamiæ differentias reperio, quod in ſpecie tradit Bal. *in l. 1. C. de ſumma Trinita. & fide cathol. in quinta oppoſitio. eſt ſub num. 5.* † pro

17 quibus etiam facit, quod de iure ciuili frater poteſt accuſare teſtamentum fratris tanquam inofficioſum inſtituta turpi perſona. & licet nõ declaretur, quæ ſit turpis perſona, niſi qui eſt infamis, vt habetur *in l. fratres. & l fratris. C. de inofficioſo teſtamento.* ideo videretur, quod p̃cederet querela tantum, quando inſtitutus eſſet infamis infamia iuris, & tamen communis eſt concluſio, q̃ procedat etiam ſi ſit infamis infamia facti. ita pulchre gl. *in l nullam. C. ex quibus cauſis infamia irroget.* quam ſequitur Paul. & Ioan. Fabri *in d. l. fratres.* & idem Paul. *in conſil. 268. ad primum videtur, dictas ſorores. colum. ſecunda. verſicu. palam autem eſt primo volumine.* & idem tenet Bald. *in dicta l. fratres. in tertio notab. & gloſſ. in §. ſoror. in verbo, turpibus. Inſtit. de inofficioſo teſtamento.* & ſequitur Dec. *conſilio 530. viſo puncto. in princ.*

18 ¶ Infamia autem facti dicitur, † quando alicuius opinio eſt grauata apud bonos & probatos viros, vt per gl. *in cap. infames. §. porro. tertia quæſt. ſeptima.* & plura exempla huius infamiæ ponit Azo *in ſumma titu. ex quibus cauſis infamia irrog.* tradit etiam Dec. *dicto conſil. 530. num. 3.* & tradit etiam Fulgoſ. *conſi. 71.*

19 ¶ Et aduertendum, † quod ideo dixi, arbitrium iudicis exercendum in hoc, an infamia facti repellat ab accuſatione, quia quidam ſunt ea notati infamia, & tamẽ æquum non eſſet eos repelli, vt ſunt apparitores, quos nos officiales, vel Birroarios, vel Sbirros, vel zaffos vocamus: nam licet hi notati dicantur infamia facti ob vile exercitium, quod profitentur, vt tradit Bal. *in l. vltima. in octaua quæſtione. C. de ædilitio edicto. in fine. & in l. 2. verſicul. ſed Innoc.* vbi etima Salyc. *C. de teſtibus.* & Innoc. *in ca. in literis de teſtibus. & in capitu. inſinuante. de officio delega.* tamen non erit æquum hos repelli, cum immo in hoc potiſſimum verſetur eorum officium, vt malefactores infeſtentur, & capiant, ideo & deferant, & accuſent.

Officiales. Birroarij, Sbirri. Zaffi.

20 ¶ Poſtremo notandum, † quod in caſibus, in quibus infamia facti repellit, debet talis infamia eſſe notoria apud omnes probatę vitę, & ideo probari debet per plures teſtes loquentes de notorio: alias enim non diceretur conſtare de infamia facti, etiam ſi vere eſſet criminoſus, ſed occultus, quia infamia facti nihil eſt, quam macula & ſordes vitæ, penes probos diuulgata, vt declarat Bald, *in c. teſtimonium.* vbi Felyn. *nume. decimoquinto. de teſtibus.* & ſequitur Pariſ. *conſil. ſexageſimo quarto.* Iulius, *numero decimooctauo. tertio volum.* Et quomodo probanda ſit infamia facti, docet Maria. Soci. *in cap. qualiter. de accuſationibus. quæſtione nona, articulo decimooctauo.* & Felyn. *remiſſiue vt in cap. inquiſitionis. §. vlt. in fi. de accuſationibus.* & Iaſ. *in §. ſic ita q̃. numero vigeſimoſecundo. circa med. Inſtit. de action.*

21 ¶ Sed pulchra adhuc † reſtat difficultas excutienda, an ſi quis fuerit accuſatus de crimine, ſtatim poſſit tanquam criminoſus repelli, vel etiam ſi non ſit accuſatus, ſed contra quem reus ſimpliciter opponeret crimen, quod offerret ſe probare, puta quia opponeret, q̃ eſſet homicida, & vellet probare homicidium, an eſſet audiendus & repellendus accuſator probato homicidio? & communiter concluditur, quod de iure ciuili admittetur, quia vt repellatur, requiritur condemnatio, ſicut

Accuſatus de crimine.

etiam dicunt de teſte, *iuxta cap. ſuper eo. & cap. teſtimonium. de teſtibus.* quamquam in contrarium videatur glo. quam ibi ſequitur Bar. *in l. qui iudicio. ff. de accuſat. per text. in l. 2. §. lege Iulia. de teſtib.* vbi damnatus vel conuictus, quod pecuniam acceperit propter teſtimonium dicendum, vel non dicendum, repellitur à teſtimonio. ſimilis text. *in l. accuſator. ff. de præuar.* vbi præuaricator de eo crimine conuictus prohibetur accuſare. & ſic videtur, quod paria ſint, quod ſi quis condemnatus, vel conuictus: ſed con-
Condemnatus. 22 cluſiue dicendum, † quod regulariter crimen ante condemnationem non repellit ab accuſando, quia ante cõdemnationem nõ efficitur infamis. l. athletas. §. calumniator. ff. de his, qui not. infa. Fallit tamen, niſi tale eſſet delictum, quod immediate, & in ſpecie redderet ſuſpectum accuſatorem de calumnia, vt ſi pecuniam accepiſſet pro accuſando, & qui duas propoſuerunt accuſationes, & qui ſubornati falſum teſtimonium dixerũt, vt dicitur expreſſe *in l. qui accuſare. cum l. ſequ. ff. de accuſ.* nam ex his delictis ꝓbatis reſultat immediate præſumptio calumniæ in ipſa accuſatione. Ideo probatis his criminibus repellitur, licet non ſit condemnatus. & in his terminis procedunt *dictus §. lege Iulia. & dicta l. accuſator.* & in his terminis etiam intelligenda glo. *vltima in d. l. qui iudicio.* In alijs autem criminibus ſecus eſt, puta ſi opponeretur homicidium, adulterium, vel ſimilia, quæ non lædunt immediate fidem eius, quia poteſt quis hominem occidere ad vindictam, & iuſto dolore & ira percitus, & tamen eſſet homo integræ fidei & talis, qui nunquã calumniaretur. Et quod in illis criminibus, quæ inducunt præſumptionem calumniæ, non requiratur condemnatio ad repellendum accuſatorem, probat tex. *in d. l. qui accuſare.* vbi poſtquam dixit infames ob delictum repelli ab accuſatione, addit, quod alij prohibentur propter turpem quæſtum, vt qui duo iudicia aduerſus duos reos ſubſcripta habent, nummoſve ad accuſandum, vel non acceperunt. & in l. ſequen. ſubijcit. Alij propter ſuſpitionem calumniæ, vt illi, qui falſum teſtimonium ſub- 27 ornati dixerunt: ſi enim ſemper requireretur condemnatio, ſuffeciſſet dixiſſe, quod infames ob delictum repelluntur. nam nullus dicitur infamis, niſi ſit condemnatus. *d. l. athletæ. §. calumniator.* Superfluum ergo fuiſſet addere delicta illa, ſi & in illis requireretur condemnatio: nam ea ſequuta repelleretur, quia infames & condemnati non ſimpliciter propter delictum. & hoc idem ſentit Aret. *in cap. 1. de accuſ. num. 35. & ſequen.*

23 ¶ De iure autem † canonico certum eſt, quod delictũ ſolummodo abſque condemnatione repellit, vt *in cap. quæritur. & in cap. ipſi Apoſtoli. 2, quæſt. 7.* & non ſolum ſi clericus accuſatur, ſed etiam ſi laicus in foro eccleſiaſtico, vt probatur *in cap. qui crimen. in verbo, quicunq;. 6. quæſt. 1. & c. alieni. 2. quæ. 7.* quia ius canonicum magis abhorret accuſationes propter crimen calumniæ, quam ius ciuile. & ita etiam tenent omnes *in d. c. 1. de accuſ. vbi Aret. nu 37.*

Condemnatus ob cauſam ciuilem. 24 ¶ Limitatur ſeptimo † prædicta regula, quod in- 29 famis, id eſt cõdemnatus ob delictum, repellatur ab accuſatione, vt non procedat, ſi fuiſſet condemnatus ob cauſam ciuilem, ob quam effectus fuiſſet infamis. nam ſicut infamis ob cauſam ciuilem poteſt eſſe procurator, vt no. Cyn. & Guliel. *in l. 1. §. hoc edicto. ff. de poſtul.* quos refert & ſequitur Bal. *in l. Caſſius. nu. 6. ff. de Senat.* ſecus ſi ob cauſam criminalem, vt ibi tradunt, pariter idem dicendum videtur, vt accuſator repellatur tantum, quãdo ex cauſa criminali redditus eſt infamis, nõ ſi ex ciuili: & eſt ratio, quia infamia ex cauſa ciuili minor eſt, quam quæ reſultat ex cauſa criminali, vt no. Innocen. *in ca. qualiter. & quãdo. de accuſ.* & ſequitur Bal. *in l. in re mandata. C. mand. in vltimis verbis. & in l. qui depoſitum. C. depoſ.* & hanc limitationem ſequitur, & auream eſſe dicit Andr. Sicul. *in cap. Imperatorum. extra de iuram. calum. num. 16. 17. & ſeq.* pro qua facit gl. no. quam ibi extollit Bar. *in l. qui iudicio. in gl. ſecun-*
25 *da. ff. de pœn.* vbi voluit, quod licet infames † admittantur ad accuſandum, ſi ſuam vel ſuorum proſequantur iniuriam, attamẽ id verum in infamibus & damnatis ob delictum priuatum, ſecus ſi ob delictũ publici iudicij, quia etiam proſequendo ſũam, aut ſuorum iniuriam nõ poterit, quæ ſi facit differentiam inter condemnatum ex iudicio publico vel priuato, multo magis admittenda erit inter condemnatum ex iudicio ciuili, puta tutelę vel depoſiti. Verum eſt, quod reperio Aret. *in d. c. 1. de accuſa. num. 42.* cõtrarium tenere, motum ſolummodo per tex. *in l. qui accuſare. ff. de accuſatio.* vbi generaliter dicit, quod infamis propter delictum repellitur, ſed appellatio delicti comprehendit omnem dolum, etiam in contractu adhibitum, vt dicitur etiam de hoc verbo, crimen. *l. 1. §. 1. ff. de crim. ſtell. iuncta l. 1. in prin. ff. de pig. actio. & no. gl. in l. 1. C. ſi aduer. delict.* Cui tamen ego aſſentiri non poſſum, quia non videtur, ꝙ I. C. *in d. l. qui accuſare.* voluerit delictum in ea latiori ſignificatione accipere, vt comprehendat etiam dolum in contractu interpoſitum, & ſic actionẽ ciuilem ex contractu: nam quæ poſtea ſubſequuntur, declarant, ꝙ voluerit intelligere de delictis proprie, ſ. publicis vel priuatis, nõ autem de ciuilibus actionibus,
26 licet infamantibus. Et certum eſt, quod delicti † nomen proprie loquendo priuata tantum & publica iudicia comprehendit, vt probatur, *ex rubrica, Inſtit. de obligat. quæ ex delicto. & de obligat. quæ ex quaſi delicto.* vbi expreſſe dicitur, quod illæ differunt ab his, quæ ex contractu proficiſcuntur. *& in rub. ff. de priua. deli.* & probat etiam tex. *in l. quis ſit fugitiuus. §. noxas. ibi, quæcunq; committuntur ex delictis nõ publicis criminibus.* & dixi ſupra *in lib. primo. cap. ſeptimo. de delicto.* Et licet verum ſit, quod vox iſta delictum, ſit generalis ſignificationis, vt ibi dixi: tamẽ proprie ſi ſumat, comprehendit priuata tm̃ delicta & publica, vt *ibi dixi.*

¶ Præterea non eſt verum, quod gl. *in l. 1. C. ſi aduer. delict.* quam allegat Aret in. dicat, ꝙ nomen hoc delictum, comprehendat etiam dolum in cauſa ciuili, ſed dixit tãtum, ꝙ eſt generaliſſimæ ſignificationis in hoc, ꝙ compehendat tam ea, quæ fiunt ex animo, quam non ex animo: crimen † vero ſit genus ſubalternum, continens
27 ſub ſe ea tm̃ crimina, quæ dolum requirũt. & ſic gl. nullam fa cit mentionem de cauſa ciuili, ſed ſemper loquitur de criminali. Et licet Aret. pro eius opi. adducat etiã tex. *in l. 1. ff. de crim. ſtell. iuncta l. 1. in fi. ff. de pig. actio.* tamen tãtum abeſt, vt illa iura confirment, quod ipſe intendit, vt potius efficaciter tollant: nam ſi *in l. 1. §. vlt. de pig. actio.* dicitur, ꝙ ſi quis cum æs vere pignori daret, affirmauerit aurum eſſe, tenebit pignoratitia contraria actione præter ſtellionatum, quem fecit: ergo aperte docet ille tex.
28 † quod crimen ſtellionatus differt ab actione pignoratitia, quæ eſt ciuilis, & pariter d citur. *in dicta l 1. ff. de crim. ſtellion.* ꝙ actio ſtellionatus, neq; publicis iudicijs, neque priuatis actionibus continetur. ergo appellatione criminis, non poteſt ex eo inferri, quod ciuilis actio contineatur, ſed totum co ntrarium, & probatur quia crimẽ ſtellionatus infamat. *l. quid ergo. §. vltim. de his, qui nt. infam.*
29 atque ideo † falſum eſt fundamentum Areti. dum dicebat, quod appellatio criminis, comprehendit dolum commiſſum in contractu, qui purgatur per actionem ex contractu: quia bene fateor, ꝙ ex dolo commmiſſo in contractu poteſt reſultare crimen & delictum, vt falſitas commiſſa in contractu. Sed nego, quod per actionẽ ciuilem ex contractu purgetur, & tollatur ipſum delictum, quia contrarium probat text. *in d. §. fin.* dum dicit, quod datur actio pignoratitia pręter ſtellionatum: ergo datur illa actio ciuilis non ad extinguendum & purgandum crimen ſtellionatus, ſed præter & vltra ipſum crimen, adeo quod de vtroq; tenebit ciuiliter. ſ. & crimi-
30 naliter. Teneo † ergo limitationem prædictam, quod ſ. infamis ex ciuili actione de iure ciuili accuſare poſſit. qa nõ dr̃ infamis ex delicto, vt requirit *l. qui accuſare.* ſed ex ciuili actione, quę neq; orit ex delicto, neq, ex quaſi delicto, ſed ex contractu. nã inter obligationes, quæ oriũtur ex delicto vel quaſi, nũquam reperies obligationes prouenientes ex contractu, vt *Inſtitu. de oblig. quæ ex quaſi delict.*

*delict. in princ.* Fateor tamen, quod ſi pro priuato delicto, puta furti, iniuriarū & vi bonorum raptorum ciuiliter agatur, ex tali condemnatione infamiam irrogari, quia talis infamia oritur ex delicto, non ex contractu. de hoc enim eſt tex. expreſſus *in l. infamem. ff. de publ. iudi.* qui concludenter probat, quæ ſupra, contra Aretin. per me deducta fuerunt. nam ipſe loquit̃ de ſententia lata in cauſa ciuili oriente ex contractu, puta depoſiti, tutelæ, & ſimil. non autem ex delicto principaliter.

Accuſatus de infamia. 31 ¶ Limitatur octauo, † quando infamis accuſationem propoſuiſſet, antequã vere eſſet infamis: nã licet poſtea pendente iudicio talis efficiat̃, non tñ ideo impediretur proſequi accuſationẽ ſuam, vt eſt tex. qui ita cõmuniter & bene intelligitur, *in l. is, qui reus. in ver. inchoatus. ff. de publ. iudi. & facit text. in l. neganda in fi. C. qui accuſ. non poſſ. & in l. deferre. §. 1. ff. de iure fiſc.* & ratio eſt, quia multa facta tenẽt, quæ fienda non cõcederent̃ inchoari. *l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.* Item alia eſt ratio, vltra Scrib. quia cum, vt ſ. dictum fuit, iſtæ exceptiones cõtra perſonã accuſatoris ſint dilatoriæ, debẽt ante litẽ cõteſtatã opponi, & ſic reſpiciũt initiũ iudicij: ergo q̃dquid poſtea ſuperueniat, non curandum, *arg. l. adulter. §. ſi eo tempore. ff. de adulter.* hanc limitationem tenuit expreſſe Bal. *in l. 1. C. qui accuſa. non poſſ. in 6. col. verſi. modo ſequitur. eſt mihi nu. 20.* & Bar. *in d. l. is, qui reus. ff. de pub. iudic.* vbi Imola, *col. 9. ver. in ea gl. & eſt ſub nu. 13.* & Angel. *in tract. malef. verſ. necnon ad querelam. verſi. quæro. ſi prædictæ perſonæ. & eſt ſub nu. 40. verſic. quidam repelluntur.*

Si Iudex de Facto & Iure procedere poteſt. 32 ¶ Limitatur nono, † niſi accuſatio ꝓponeretur corã iudice, qui haberet poteſtatẽ procedẽdi de iure & de facto. poterit. n. talis iudex admittere & infamẽ & quemcunq; aliũ ſimilem inhabilẽ, ita pulchre declarat Bal. *in l. vbi pactũ. in vltimis verbis. C. de pact.* ſequitur Aug. de Arim. *in addi. ad Ang. de malef. in ver. necnon ad querelã. nu. 23. in fi. addit.* præter quæ adde tu Bal. *in l. quid ergo. §. ex compromiſſo. ff. de his, qui not. infam.* vbi tenet, ꝙ vbicunq; iudex procedit extra ordinẽ & de facto, talis ſententia non infamat.

¶ Limitatur decimo, ſecũdum Hipp. de Marſil. *in ſua pract. crim. §. diligenter. num. 205. & 207. & ſeq.* vt non procedat ſupradicta concluſio, † quando infamis accuſans ſe
33 ſubſcriberet ad Pœnam Talionis, *iuxta l. libellorum. ff. de accuſ. & l. 3. C. qui accuſ. non poſſ. cum ſimil.* Item quando ſe Carceri manciparet, donec accuſationẽ probaret, iuxta tex. *in l. vlt. C. de accuſat. & l. 2. C. de exhiben. reis. & c. ſi quis. 2. q. 8.* nam hæc faciẽdo (inquit ipſe) tollit omnem ſuſpitionem, quæ inſurgit ex infamia, cum nemo præſumatur carnem ſuam ita odio habere, vt ſi ſciat ſe calumniari, velit corpus ſuum obijcere tã manifeſto periculo, præſertim cum in carceribus detento nulla ſit ſpes euaſionis, ideo cum ceſſet cauſa ſuſpitionis, quæ infamẽ repellit, nempe regula, ſemel malus, vt ſupra dictum fuit, debet ceſſare & eius diſpoſitio, iur. vulg. præſertim quia illa prima ſuſpitio, ſemel malus, tollitur per longe grauiorem, ꝙ ſcilicet nemo ſit tã fatuus, qui ſe tã manifeſto periculo exponat, & dicit hoc eſſe nouũ dictum ſuũ.

¶ Quod tamen mihi nullo modo probatur, quia infamis ſe ſubſcribendo & carceres intrando, nil noui facit, quod quilibet alius accuſator non teneatur facere, etiamſi non ſit infamis: nam quilibet accuſans non tãntum infamis tenetur ſubſcribere & carceres ingredi, etiam ſi ſit in dignitate conſtitutus, vt dicitur *in d. l. vlt. C. de accuſ.* Infamis ergo in hoc caſu nil operaret̃, & ad nullum maius onus obligaret infamem accuſantem, quam obligatus ſit quilibet etiã bonæ vitæ & famæ, & ſic ſuſpitio illa, qua laborat infamis, qua cæteri non tenẽtur, nihil operaretur, ꝙ quam ſit abſurdũ nemo eſt, qui non videat. Atque ideo ſequeretur & ſecundum inconueniens, quod leges prohibentes infamem accuſare, fuiſſent ſuperfluæ, cum eo tempore omnes indiſtincte accuſatores tenerẽtur & ſubſcribere & carceres ingredi, & per conſequẽs & infames: ergo potuiſſent pariter indiſtincte accuſare. Item nõ ea ſola eſt ratio, quare prohibeantur infames, ꝙ ſ. ſemel malus, &c. ſed & odium ipſorum, *vt ſupra concluſum fuit, in prin.* cum nemo poſſit id vitiũ alij obijcere, quo ipſe maxime eſt inuolutus, *vt ſ. late dictum fuit,* quæ ratio militat etiã in ſubſcribẽte: & ideo videmus, ꝙ infamis procurator eſſe non poteſt. *l. infamibus. C. de procur.* non propter ſuſpitionem, de qua in regula, ſemel malus, ſed quia infames à iudicijs ſunt repellendi. Item & tertio licet ſe ſubſcribens & carcerem intrans poſſit, ſi calumniatus fuerit, puniri, tamen melius eſt imminẽti periculo occurrere, quam poſtea vindicare. *l. vlt. quib. ex cau. in int. reſtit. non eſt neceſ. l. 1. C. quan. lice. vnicu ſine iud. ſe vind.* Poſtremo & quarto limitationẽ hanc deſtruit tex. *in l. quamuis. la ſeconda. in fin. C. de adul. ibi, extraneos autem.* vbi quod extranei prohibẽtur accuſare de adulterio, & occurrẽs Imperator tacitæ obiectioni, quã quis poſſet facere de ratione cõſiderata per Hipp. quod ſ. arceri nõ deberẽt, quia omnino ſe ſubſcribũt, & carcerẽ intrãt: ergo non vĩ dubitandũ, quod calumnioſe accuſant, inquit, quod multi tã ꝓterui & perditæ vitæ reperiũtur, qui eo periculo nõ obſtãte falſis cõtumelijs matrimonia deformãt. ergo patet, quod illa ratio nõ eſt ſufficiens ad admittendũ ꝓhibitos ad accuſationẽ, quia calumnioſi ſæpe confidũt falſis probationib. accuſationes ſuas ꝓbare, & ſic pœnã talionis euitare. Videmus. n. quod & qui vere ſunt rei, carceri tamen ſe mancipant, & falſis probationibus ſæpe pœnam promeritam effugiunt.

34 ¶ Limitatur vndecimo præter alios, † vt non procedat cõcluſio ſupra firmata, quod infamis, id eſt damnatus ob delictum, accuſare non poſſit, quãdo eſſet damnatus ab arbitri ſentẽtia, quia nõ diceretur infamis, etiã ſi de furto, vel alio ſimili delicto damnatus fuiſſet. text. eſt clarus *in l. quid ergo. §. cum autem. ff. de his, qui not. infa.* vbi gl. in ver. non facit. plus dicit, quod etiã ſi in proceſſu facto coram arbitro, reus confeſſus fuiſſet delictũ, quod infamaret, & ex dicta confeſſione lata fuiſſet ſententia ab arbitro, non tamen ideo efficeretur infamis. idem ergo multo magis dicendum erit in ſententia lata ab arbitratore, vt tenet in ſpecie ibi Ang. & habetur *in l. furti. §. pactus. eo. tit. de infam.* Bar. tamen *in d. §. cum autem.* dicit
35 † prędicta nõ procedere in arbitris datis ex forma ſtatuti, & ſic neceſſario, non voluntariè electis, nam hi ſunt iudices, & ideo eorũ ſentẽtia infamaret, quinimo plus dixit Iac. de Bellouiſo *in pract. ſua crim. in tit. de diuer. pœnis.*
36 *col. penul. ver. & nota bonum argumentum.* quod ſi quis † etiã pro delicto ſit condemnatus pœna extraordinaria, non erit ideo infamis, quia vt quis per condemnationem ſit infamis, requiritur, quod condemnetur pœna ordinaria. adducit gl. not. quæ hoc etiam clare tenet *in l. 1. C. de modo mulct.* vbi dicit, & nota pro condemnatis Bononiæ bonum argumentum, quod non ſunt infames, cum extraordinarie condemnentur. quod tamen dictum non admitto, quia hodie extraordinarie ſemper procedit. *l. ordo. ff. de pub. iud. iuncta l. hodie. ff. de pœn.*

Dãnatus ex Inquiſitione. 37 ¶ Limitari poſſet † duodecimo in eo, qui damnatus eſſet etiam publico iudicio, ſed per inquiſitionem, non autem per accuſationẽ, vt videtur tenere gl. *in l. 3. §. præterea. in ver. debeat. ff. de ſuſpect. tut. & in l. vlt. C. eo. per text. & ibi etiam gl. in d. l. 1. C. de mo. mulct. & in l. 1. C. ſi tut. vel cura. non geſſ.* Verum non puto limitationem hanc iure ſubſiſtere ex his quæ tradit Barto. *in l. infamem. num. 7.* vbi late Alex. *in addit.* & ibi etiam idem tenet Imol. & ſequitur etiam conſulendo Fulgoſ. *conſi. 71, mulier. in 2. col.* ſuper quo non inſiſto, quia longum eſſet diſcutere ſingulas cauſas, ex quibus quis incurrit infamiam, vel non. Hoc tantum dico, me multum mouere ad improbandam hanc limitationem, quia inquiſitio ſine infamia prędicente eſſe nõ poteſt. *cap. qualiter & quando. il ſecondo. de accuſatio. vbi omnes.* ergo ſaltem infamia facti infamatus dicitur. concurrẽte ergo infamia facti ſaltem & condemnatione non puto ſolemnitatem illius ordinis, quod accuſatio requiratur impedire, quo minus vere infamis efficiatur.

Absens ex contumacia damnatus.

38 ¶Limitari decimotertio posset in eo, qui † esset damnatus absens ex contumacia. nam talis infamis esse non videtur, quia talis non videtur damnatus, quia vere sit delinquens, sed qui absens non fuit defensus, *iuxta l. qui repudiantis. §. fi. ff. de inoff. testam. & l. si ideo. in princ. ff. de euict.* & in specie videtur tenere Barto. *in l. ictus fustium. ff. de his, qui not. infam.* & Bal. *in l. 1. ff. de hæred. instit.* & ideo dixit Angel. *in l. infamem. ff. de publ. iudi.* quòd si statuto caueatur, ꝙ bannitus absens habeatur pro confesso, non ideo erit infamis, per gl. *in l. 1. C. de mo. mulct an.* quam opi. sequitur consulendo, & multis comprobat Andr. Sic. *consi. 3. clementissimi Dei, colum. 1. & 2.* Contrarium tamẽ reperio tenuisse Fulgos. *d. consil. 73. colum. 3. versi. nec rursum refragatur.* quia non debet esse melioris conditionis cõtumax, quã obediens & comparens, *vt per eum.* Pro quorum cõcordia putarem sic distinguendum, quod scilicet aut damnatus absens ex contumacia vult, & paratus est comparere & purgare innocentiam suam: & tunc admittetur, quia iam apparet, quod non fatetur se deliquisse, immo negat, nisi permiserit labi tempora data ad comparendum post contumaciam, quia tunc videretur confiteri delictum? aut vero non vult comparere, vel permisit labi tempora, vt dixi, & tunc putarem sententiam infamare, & successiue non admitti debere ad accusandum tanquam infamem: quia illa præsumptio, quod fuerit damnatus ex contumacia, tollitur per pertinaciam, in qua continuat.

Soluẽs pœnam ante infamiæ irrogationẽ.

39 ¶Limita decimoquarto, † nisi talis accusatus de crimine, quod infamat, soluisset condemnationem & pœnam pro tali delicto impositam, antequam condemnaretur: quia non ideo efficitur infamis, immo hæc tradit cautela delinquentibus, vt si velint euitare infamiam, soluant condemnationem, antequam condemnetur, per tex. *in l. si reus paratus.* vbi Bar. Bal. Ang. Paul. & cæteri Scribentes. *ff. de procur.* & sequitur Boer. *dec. 206. & videtur num. 4.* quod dicunt procedere tam in ciuili iudicio, quam criminali. Ego tamẽ in criminali nullo modo admitterem, nam solutio inducit delicti confessionem. *l. ad solutionem. vbi gl. & omnes. C. de re iud.* & in specie hoc idẽ etiam tenet Fulg. *d. consi. 71.*

40 ¶Et licet prædicta † sufficiant quoad hoc caput infamiæ, ita generaliter pertractasse, quia vt dixi, circa species & casus, in quibus qui incurrit infamiam, vel non, alius est tractatus: attamen vt etiam quoad specialia aliqua ex parte satisfaciam aduocatis, qui summe cupiunt habere decisiones in singularibus speciebus, quæ eis in dies occurrunt: Sciant igitur omnes infrascriptos tanquã infames iuribus expressis repelli, vel iure canonico, vel ciuili, videlicet:

41 ¶ Qui malæ sunt † Existimationis in sua ciuitate, & quorum vita accusationi est obnoxia. *l. non omnes. §. à barbaris. de re milit. l. de minore. §. vltimo. ibi, vel cuius existimationis quisq; in sua ciuitate sit. & facit etiam text. in l. cum hi. §. sed & personarum. ff. de transactio.* & ideo inquit Callistra. *in l. 3. in prin. ff. de testib.* quod in exploranda fide testiũ in primis spectanda est conditio cuiusque, & an honestæ & inculpatæ vitæ, an vero notatus quis & reprehẽsibilis sit, arguendo de teste ad accusatorem, quod argumẽtum validum esse sæpe dictum fuit, & dicetur, & probatur etiã ꝙ dictum est supra *in ca. canonica. 3. quæst. 5. ibi, vel quorum vita est accusabilis.*

Histrio. Turpes.

42 Item histriones, † & turpitudinibus subiectæ personæ repelluntur. *cap. 1. 4. quæst. 1. & pulchre tex. in cap. pro dilectione. de consecrat. distinct. 2.* Item omnes delinquẽtes, & omnes incestus macula polluti, & omnes eis assentientes. Item raptores & qui seniores impetunt, *quæ probantur in cap. si quis à vero. & cap. consanguineorum. 3. q. 4.* Item clericus, qui episcopum suum accusat, aut ei insidiator extitit *cap. clericus. 3. quæst. 4. & ca. hi qui. eadem causa, & quæstione.* nam & detractores tantum episcoporum infames sunt, & ab accusatione repelluntur. *ca. detractores, eadem causa, & quæstio. cap. deteriores. 6. quæst. 1.* Item ijs, qui cum bestijs depugnandi causa in arenam intromissi sunt, ius accusandi ademptum est. *l. qui iudicio. ff. de accusat.* Item qui artem ludicram & lenocinium fecerũt. *d. l. qui iudicio.* Item histriones repelluntur. *c. 1. 4. q. 1.* Spec. *in tit. de accusatore. §. 1. nu. 31. vers. item quod est histrio.* Item malefici, homicidæ, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incestuosi, venefici, suspecti, criminosi, periuri, & qui raptũ fecerunt, vel qui falsum testimonium dixerunt, seu qui ad Sortilegos, Diuinosq; concurrunt, similesq; eorum. *cap. constituimus. 3. q. 5. & in cap. similiter. & cap. nullus. ibidem.* Item hęretici. *cap. Pagani. 2 q. 7.* Item qui pręuaricationis, calumniæve causa quid fecisse iudicio publico pronunciatus est, ius accusandi non habet. *d. l. qui iudicio.* Item concubinarij publici. *cap. cum dilectus. extra de accusationib.* & Specul. *in titu. de accusatore. §. 1. versic. item quod est publicus concubinarius. nu. 31.* Item ꝙ aliàs crimen cõtra eũ probatum est, propter quod fuit à testimonio repulsus, licet non sit infamis. *cap 2. in fi. de ord. cognit. cap. super eo. de electio. c. prohibemur. 2. q. 1.* & Specu. *in d. §. 1. tit. de accusatore. num. 27. versi. item quod alias.*

Scænici. Lenones. Histriones. Malefici. Homicidæ. Fures. Sacrilegi. Adulteri. Venefici. Suspecti. Criminosi. Periuri. Testes falsi. Hæretici. Prævaricator. Calumniator. Concubinarij.

## CAP. XVIII.

## *Fidei ratio, quos prohibeat.*

### SVMMARIVM.

1 *Pagani, & Iudæi repelluntur ab accusatione fidelium Christi, etiam in criminibus exceptis, imo nec testes esse contra eosdem, quamquam Christianus contra Iudæos possit testificari.*
2 *Hæretici an repellantur, & qui hæretici, & quo iure.*
3 *Iudæi serui dicuntur Christianorum, & ab accusatione repelluntur.*
4 *Iudæi dicuntur infames.*
5 *Iudæi omnia exoptant mala Christianis, & enixe orant in festo Mardochei 15. Calen. Martij pro desolatione ecclesiæ, & Christianorum: legem q3 habent, vt studeant occidere Christianos, & impune in eos delinquere.*
6 *Fide vacillantes infames sunt.*
7 *Iudæus Iudæum, & Paganus Paganum, & Hæreticus hæreticum accusare possunt. Et tales prosequendo suam suorumve iniuriam non repelluntur, num. 8.*
9 *Blasphemus cum non sit fidelis Deo, ideo nec hominibus, ergo nec accusare, nec testificari potest.*
10 *Excommunicatus etiam repellitur propter periculum participationis.*

1 PAgani, & Iudæi † repelluntur ab accusatione fidelium Christi. *cap. pagani. 2. quæst. 7.* quod adeo verum est, vt etiam de criminibus exceptis accusare non possint, vt sentit ibi glo. 1. neque enim etiam testes esse possunt contra Christianos, vt dicitur *in cap præceden. incipien non potest.* vbi etiam ratio assignatur, quia non est illis fides adhibenda, qui veritatis à se fidem abiecerũt. In accusatione autem, inquit text. *in dicto capit. Pagani.* æqualitas fidei inter accusatorem & accusatum semper consideranda est, vt is qui accusat, semper vel par vel superior inueniatur. Ad idem bonus text. *in capitu. suspectos. 3. quæst. 5. ibi, & qui rectam non tenent, aut docent fidem. & in cap. canonica. ead. causa. & quæst. ibi, vel quorum fides nescitur. & in cap. nullus. ea. cau. & quæst. ibi, nullus infidelis, &c.* Ideo cautum, vt Iudæus contra Christianum testimonium ne dicat, quamquam contrà Christianus, contra Iudæos possit dicere. *capit. Iudæi. de testibus. & clement. prima. eodem titu. & l. quoniam. C. de hæret. & capitu. cum sit. de Iudæis.*

Paganĩ, Iudęi.

2 Et quæ † dicuntur de Iudæis & Paganis, idem & de Hæreticis dicendum. *c. hæreticus. 2. q. 7.* vbi gl. 1. videtur innuere, quod de iure canonico repelluntur hæretici, nõ de iure ciuili, maxime ij, qui proprie non sunt hæretici, sed large. Bar. *in l. cunctos populos. in 9. q. C. de summa Trin. & fide cath.* Alex. *consi. 70. colum. penult. & consi. 35. in fi. 1. volum. & consilio 179. in fin. secundo volum.* & ratio est, quia cum in errore & superstitione sua semper viuant, dicũtur cõtinue delictũ cõmittere, *vt no. per gl. & Scrib. in l. nõ erit. §. dinus. ff.*

Hæretici.

*nus.ff.de iureiur.& in l.multum intereſt.ff.de verbor.oblig.& in*
3 *l.idem Iulia.§.conſtat.de lega.1.* Item & †alia ratio quoad Iudęos: quia ſicut ſeruus repellitur ab accuſatione, *vt ſupra dictum fuit, cap.8.* pariter ergo & Iudæi, qui ſerui Chriſtianorum dicuntur, vt per omnes *in c.& ſi Iudæos.de Iudæ.* & per Roman.& Alex. *in d.l.multum intereſt.de verb.oblig.*
4 Sed & alia †ratione repellũtur, quia ſunt infames. *auth. Gazaros.C.de hæret.* & iam ſatis abunde docuimus in prę-ced.cap.infames ipſo iure accuſare nõ poſſe. Item quia
5 ſuſpecti ſunt, †cum contra Chriſtianos omnia exoptẽt mala, maxime Iudæi, vt experientia docet, immo ſummis precibus orant pro deſolatione Eccleſiæ & Chriſtianorum, vt in feſto Mardochei, quod celebrãt 15.Calend.Martij, conterunt enim ollas in ſynagogis dicentes, ſicut contritus eſt Aman, ſic conteratur velociter regnum Chriſtianorum. quin & ab eorum Rabi leges ſunt ſcriptæ in Abodozora, vt ſtudeant Chriſtianos occidere, & in puteis deijcere lapidibus ſuperiniectis: impunitaque eſſe omnia delicta in Chriſtianos commiſſa, nimirum ergo ſi & ipſi ab accuſatione Chriſtianorum

Vacillantes in fide.

6 repelluntur. Et idem † dicendum de his, qui in fide vacillant, quia & hi ſunt infames. *c.ſi quis à vera 3.quæſt.4.*

7 ¶ Limitatur prædicta concluſio, vt non procedat in Pagano, vel Iudæo, vel hæretico accuſante Iudęum, Paganum, vel hæreticum: quia hi poſſunt ſe inuicem accuſare, quia nil Catilina Cethego, vt *ſupra dictum fuit in præceden. cap.* & probatur hæc limitatio *in cap.ſi hæreticus.2. quæſt.7.* ſicut etiam ſupra eodem cap. præceden. dictum fuit, quod infamis poteſt infamem accuſare.

In Iniuria ſua & ſuorũ

8 ¶ Limitatur † ſecundo, vt non procedat, quãdo ſuam vel ſuorum proſequerentur iniuriam, quia tunc admittentur ex regula generali. *l.hi tamen.ff.de accuſat.& l.qui iudicio eod.tit.* quorum verba ſunt repetita *in c.prohibentur. in verſi.hi tamen.2.quæſt.1.* quod ſcilicet omnes, qui prohibentur accuſare, admittentur tamẽ, ſi ſuam vel ſuorum proſequantur iniuriam.

Blaſphemus.

9 ¶ Blaſphemus quoque † publicus, vel condemnatus poteſt hac ratione repelli ab accuſatione: quia non poteſt eſſe fidelis hominibus, qui Deo extat infidelis. *c.non poteſt.2.quæſt.7.& cap.qui ſine peccato & cap.in grauib.3.quæſt. 7.& cap.aliqui.3.quæſt.4.* nam & blaſphemi prohibentur eſſe teſtes, & infames ſunt, ideo nimirum ſi repelluntur. Et quod ab accuſatione repellãtur, hoc in ſpecie tenuit conſulendo Pet.de Ancha *conſi.416.plures.col.2.verſi.tertia exceptio.*

Excommunicatus.

¶ Excommunicatus quoque † propter periculũ participationis. *c.pia.de excep.* Bal. *in rubr.C.qui accu.nõ poſ.col.3. ver.quæritur.* Ang.de malef. *in ver.necnon ad quærelam.6.col. verſ.7.excommunicamus.* Specul. *in tit.de accuſ.§.1.verſic.item quod eſt anathematizatus & excommunicatus.*

## CAPVT XIX.

## *Societas in crimine, quando repellat ab accuſatione.*

### SVMMARIVM.

1 *Socius criminis repellitur ab accuſatione, nec contra ſocium torqueri, nec teſtificari poteſt, nec confeſſio valet contra ſocium, vſq; ad nu.4. Limitatur iſta regula, vt num 5.6.7.8.*

9 *Socius criminis quibus verbis poterit exceptionem ſocij criminis proponere, & ſibi non præiudicare, quia confitendo de ſe excipit.*

10 *Accuſare prohiberis, iſta exceptio, an ſit dilatoria, vel peremptoria.*

11 *Exceptio dilatoria etiam poſt litis conteſtationem opponitur, ſed ſtatim.*

12 *Negatio & exceptio contra accuſatorem, & exceptio & negatio vnico contextu, idem important in materia noſtra.*

13 *Exceptio, non debes admitti ad accuſandum, quia particeps es criminis, an iſta tacita confeſſio poterit condemnari.*

14 *Confeſſio implicita an poſſit acceptari pro parte, & hoc, an procedat etiam in criminali, & quare.*

15 *Allegans turpitudinem ſuam, an & quãdo audiatur, & contra quem, & num.ſeq.*

1 SOcius criminis † repellitur ab accuſatione ſocij. *l.ſi filium.C.de liber.cau.* vbi ſoror vendens filium genero conſcio, quod eſſet ſibi ſororius, non poteſt generum accuſare, neque ab eo accuſari. vtriſque enim ſocijs criminis (inquit) accuſator deeſt, per quem text.hoc tenet gl.quam ibi Bald.ſequitur *in rub.C.qui accuſ.non poſ. & in l.qui accuſare.vbi gl.in ver.vt mulier.circa fin.ff.de accuſat.* idem tenuit Spec. *in tit.de accuſatore.§.1.ver.item repellitur, quia fuit ſocius.eſt nu.10.allegat cap.veniens.il primo.de teſtibus.* vbi ſocius criminis repellitur à teſtimonio contra ſo-
2 cium, quod etiam † probatur *in l.quoniam.C.eod.titu.de teſtib.* & ſæpe dictum eſt valere argumentum de teſte ad
3 accuſatorem. hinc & illud prouenit, † ſocium criminis non poſſe contra ſocium torqueri. *l.repeti.§.vlt.de quæſt.*
4 immo & confeſſio † ſocij criminis non præiudicat ſocio. *cap.1.extra de confeſſ.* & quod non poſſit accuſare, tenet etiam Gandi. *in tract.malef.ſub rubri.qui poſſint accuſare.* & Roffred. *in tract.libel.iu.pontif.ſub rubr.ſocij criminis, & & participes repelluntur ab accuſatione.* & Angel.de malef. *in ver.necnon ad querelam.in ver.19.repellitur.eſt ſub nume.35.* idem tenuit Fulgoſ. *conſi.173.in cauſa inquiſitionis.* qui etiã allegat tex. *in l.ſi quemquam.C.de epiſ.& cler.*

5 ¶ Limitatur prædicta concluſio, † vt procedat, quando talis eſt ſocius eiuſdẽ criminis, ſecus ſi diuerſi, id eſt in diuerſo loco & perſona cõmiſſi, vt voluit gl. *in l.quoniam.de teſtib.in verbo, participes.in prin.* vbi etiam Paul.de Caſt.hoc not.nam ſi ego te accuſarem de homicidio in perſonam Caij, tu vero opponeres mihi de homicidio commiſſo in perſonam Lælij, certe non ideo repellerer ab accuſando de iure ciuili, niſi forte & pro eo homicidio ego fuiſſem condemnatus: ſed tunc non repellerer vti ſocius, ſed vti infamis, vt dictum fuit ſupra *ca.17.* De iure autem canonico repellerer non quidem vt ſocius criminis, ſed vt criminoſus, qui eo iure repellitur, etiamſi non fuerit condemnatus, ſed de delicto probaretur, *vt ibi late dictum fuit.*

6 ¶ Limitatur ſecundo, † vt procedat in criminalibus, ſecus in ciuilibus, per tex.not.qui non adducitur à Scribent.in hac materia, *in l.2.ff.de cond.ob turp.cau.* vbi ſi dedi pecuniam iudici, vt ſententiam pro me ferret, quamuis iuſtam, poſſum tamẽ pecuniam ipſam repetere & condicere, quamquam ſim ego quoque particeps & ſocius criminis, ex quo in cauſa etiam quamuis iuſta ſuccumbere debeo, vt ibi not.

n Exceptis criminib.

7 ¶ Limitatur tertio, † vt non procedat in criminibus exceptis, vt hæreſis, læſæ maieſtatis, ſimoniæ, falſæ monetæ, ſacrilegij, maleficij, & in omnibus deniq; , in quibus ſocius criminis indicium facit contra ſociũ, de quibus infra ſuo loco. hanc limitationem tradit Salyc. *in l.ſi magnum.num.5.C.qui accuſ.nõ poſſunt.* & ante eum idem tenuerunt Roffre. *in locis ſupra allegatis.in prin.* maxime Specul. *dicto nu.10.* & Aug.de Arim. *in addit.ad Ang.d.nu.35.* & de ſimonia vide Hoſtien *in ſum.eod.tit.num.10.circa finem.*

In Iniuria ſua & ſuorum.

8 ¶ Limitatur quarto, † quando accuſans, licet foret ſocius criminis, proſequeretur ſuam vel ſuorum iniuriam: nam tunc admittetur. ita tenet Roffre.ſub dicta rubrica, ſocij criminum, in fi. nihil allegat, ſed potuit allegare regulam generalem. *l.hi tamen.ff.de accuſatio.* poteſt enim eſſe, quod accuſatus, dum ambo furarentur in domo patris vel conſanguinei, occiderit patrem vel ipſum conſanguineum, ne ipſos in furto deprehenderet. tali enim caſu poſſet accuſari a ſocio furti de tali homicidio: nam licet ſit diuerſum delictum, ex eadem tamen cauſa ortum habuit, neque poteſt probari tale delictum, niſi appareat, & manifeſtetur furtum, ideo tali caſu poſſet accuſare. Similiter poſſet accuſare de furto facto fratri, dato quod & ipſe fuiſſet dicti furti ſocius, per prædicta.

9 ¶ Sed pulchra † eſt dubitatio, quomodo reus poterit

hanc

hanc exceptionem proponere contra accusatorem, & sibi non præiudicet. nam si opponit, quod sit sibi socius in crimine, ergo fatetur se & illud crimen commisisse: ergo nil sibi proderit talis exceptio, cum omnino ex sua confessione veniat condemnandus. *l. qui sententiam. ff. de pœn. c. 1. de confess. c. nos in quemquam. 2. q. 1.*

Glo. in l. si filium. C. de lib. cau. docet primo, ꝙ reus in hæc verba excipiat: Nego me delictum commisisse, ꝙ si commisissem, non posses accusare, quia socius esses & particeps ipsius criminis. idem dixit gl. *in c. 1. de testib. in 6. in verbo, assequuto.* quam formam etiam approbat Bal. *in l. cum mulier. num. 6. versicu. deinde quæro. ff. sol. matrimo. & in l. si magnum. colum. 1. versi. sed qualiter reus. C qui accus. non possunt.* & Salyc. etiam sequitur *in d. l. si filium. C. de liber. cau.* sequitur etiam Hostien. *in summa. tit. de fimo. numero 10. circa fin.* Ipsam tamen videtur impugnare idem Saly. sibi contrarius *in d. l. si magnum.* motus hac ratione, quia si ista exceptio est dilatoria, ergo debet opponi ante litis cõtestationem. & tamẽ in casu nostro negando se delictũ commisisse, contestatur litem, antequam opponat contra personam accusatoris. *l. ita demum. C. de procurator. ca. inter monasterium. de re iudic.* Hipp. de Marsil. *in l. 1. §. diuus Antoninus. ff. de quæst. nu. 11.* tangit hanc difficultatem, *& ibid. nu 15.* saluando cautelam glo. respondet obiecto Salyc. de litis contest. Dicens negare, † quod ista exceptio, prohiberis accusare, sit dilatoria, quinimo dicit esse peremptoriã. adducit gl. *in c. 1. in versi. per sententiam. de excep. & in c. ex parte. in versi. testes idoneos. de testibus. & in c de testib. in vltima glo. eodem tit.* & ad idem adducit tex. *in c. licet causam. §. post hæc. in ver. vnde quia talis exceptio. de probat.* ergo poterit etiam post litem contest. opponi.

¶ Sed hæc responsio vere non procedit in casu nostro, neq; verum est: nam tex. in d. c. licet. & gl. per eum allegatæ non loquuntur de exceptione, quæ fit contra personam accusatoris, de qua nos loquimur: sed de ea, quæ fit contra personas testium, quæ necessario post litem contestatam debet opponi, cum ante testes nõ examinentur: & nulli dubium, ꝙ exceptiones, quæ opponuntur contra accusatorem, sunt dilatoriæ, sicut quæ opponuntur in ciuilibus contra actorem. *l. 2. §. vlt. de excep.* & in specie, quod exceptiones, quæ opponunt contra personam accusatoris, sint dilatoriæ, tenet Vber. de Bob. *in tract. exceptio. supra rubrica secunda, quibus modis agentes suo nomine ciuiliter & criminaliter accusantes a iudice repellant.* & idem tenet Specul. *in titu. de accusatore. §. primo. vers. item repellitur. quia fuit socius. nu. 10. versi. & hæc exceptio est dilatoria. qui loquitur in terminis nostris de exceptione, quod est socius criminis.* & idem tenet Ang. de malef. *in versi. necnon ad querelam nu. 40. & 54.*

11 ¶ Alio quoque † modo respondet ibidem Hippol. ꝙ dato quod sit exceptio dilatoria, tamen potest etiam incontinenti post litem contestatam opponi, iuxta nota. per Innoc. *in c. pastoralis. de excep.* & per Roma. & alios *in l. lecta. ff. si cer. peta. cum concor. ibi adductis.*

¶ Ego puto clare posse etiam aliter responderi, quod
12 cum vnico cõtextu † sit facta negatio & exceptio: exceptio, quæ procedere debuit, fingitur præcessisse, & est perinde, ac si dictum fuisset, nõ potes accusare, & si posses, nego me commisisse: quia in his actibus, qui incontinenti fiunt, non consideratur ordo scripturæ, sed videt prius ille actus factus, qui præcedere debuit, vt not. *Bal. in l. cum in testamento. §. hæc verba ff. de hæred. insti.* vbi etiam Ange. Imo. & Alex. *in l. 2. §. prius ff. de vulg. & pup. & in l diuortio. in prin. ff. sol. matri. & in consi. 81. lecto. col. 4. 3. volu.* & Dec. *consi. 409. in fi.*

¶ Aliam quoque formam exceptionis tradunt gloss.
13 præallegatæ, & etiam Salicet. *vbi* s. † quod simpliciter opponat hoc modo, nõ debes admitti, ad accusandum, quia particeps criminis es: neq; tamen ideo ex tali tacita, & incidenti confessione delicti condemnari poterit, si probabit, quod accusans sit socius, stante quod illegitimus sit accusator. & hoc idem tenuit Bart. *in l. si confessus. C de custo. reor.* vbi quod confessio rei etiam in iudicio incidenter tamen facta, & in consequentiam non principaliter super processu nullo ex defectu personæ accusantis, non sufficit ad condemnationem.

¶ Hipp. *in d. §. diuus Antoninus. nu 12.* dicit posse morderi hanc formam per dictum Innoc. *in c. qualiter & quando. il secondo. de accusat.* vbi voluit, quod confessio in processu nullo, est sufficiens ad condemnationem, quia in confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando. & vt ibi per Hipp. late *nu. 12.* & demum idem ibi, *num. 14.* saluando hanc formam dicit, quod dictum Innoc. verũ est, quando confessio facta esset principaliter, secus si incidenter & in consequentiam, *vt ibi per eum.* Sed hanc eandem oppositionem de d. doctr. Inno. & eandem responsionẽ fecit Bar. de quo Hip. mentionẽ nõ facit *in l. si confessus. nu. 2. ff. de cust. reo.* Et hãc eãdem simplicem formam exceptionis prohiberis accusare, quia socius, tenent & approbant Bal. *in d. l. cum mulier. nume. 6. versi. deinde quæro. cum mulier excipiens. ff. solu. matri.* quem ibi etiam
14 sequitur Immo. *num. 20.* dicẽtes, † quod excipiens ex tali confessione non poterit condemnari ex duobus. Primo, quia inducta ad exclusionem, non debent contrarium effectum inducere. *l. ex facto ff. de hæred. insti.* Secundo, quia talis confessio non est simplex, sed implicita cũ negatione, ideo separari non potest, & in parte acceptari, & in parte non. *l. si quidem. C. de excep.* & per Bar. *in l. nemo ff. eo.* & licet ipsi non videantur trãsire cum hac ratione: quia dicunt, quod posset procedere in ciuili, sed non procedat in causa criminali, de qua nos loquimur, stante quod poterit iudex nõ accusator dicere, accepto totam hanc exceptionem, neque eam intendo diuidere, quod scilicet vterque vestrum est reus & socius, & sic pro nunc condemno reum: tamen puto ad hoc posse facile responderi, quod cum per accusationem primo loco sit processum, non poterit iudex reijcere accusatorem, & postea ipse ex officio condemnare, quia condemnaret nulla existente accusatione contra l. libellorum. ff. de accu. & cum nulla præcessisset accusatio legitima, neque etiam inquisitio, certe condemnari nõ posset. & si vellet postea iudex inquisitionem formare, non posset ex tali confessione eum cõdemnare, ex quo facta in alio iudicio, vt not *in c. exceptionem obijciens. de reg. iur. in 6 & dicam infra in materia confessionis.*

15 ¶ Sed & vltra præmissa vnum aliud obstare videtur: † nam nemo audiri debet allegans turpitudinem suam. *l. transactione finita. C. de transact. l. si creditoribus. C. de ser. pig. da. l. filios. cum gl. C. de reuo. his quæ in frau. alie sunt. & no. in l. 2. ff. de cond. ob cau. & in ca. inter dilectos. de fid. instrum. & in cap. cum super. de conces. præbend. & in cap. non sane. 24. q. 5.* sed hic reus allegando socium delicti, allegat turpitudinem suam, ergo.

¶ Quare respondeo, quod præmissa regula locum ha-
16 bet, † quando quis agendo allegaret turpitudinem suã, secus si excipiẽdo, quia potest. *l. vlt. C. de act. & obl.* & Bal. *in l. post mortem. circa fi. ff. de adop.* maxime quando opponens vel excipiens tractat de damno euitãdo, vt declarat Bar. *in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. procurator. col. 4. de iureiuran. dum allegat l. de tutela. C. de in integ. rest.* sequitur Alex. *consi. 65. in præsenti consultatione.* & præsertim prædicta procedunt, qñ allegans eam allegaret contra participem eiusdem, vt declarat Io. And. *in addit. ad Spec. in ti. de donat. §. 1. ver. item pone aliquis.* & Salyc. *in l. alias. col. pen. eo. tit.* & Bu. & Pan. *in d. c. cum super. de conces. præbend.* & Alex. *consi. 59. viso instrumento. ad fi. 1. vol.* Cæpol. *cons. 58.* Frãciscus *col. 2. ver. secũdo respondetur.* late Fely. *in c. lator. col. 1. de re iudi.*

¶ Puto tamen ego in practica tutius fore, quod reus volens hanc obijcere exceptionem, simpliciter opponat ipsum repellẽdum: quia si verũ foret, ꝙ ipse delictũ cõmisisset, quod tñ verum nõ est, fuisset ipse accusator socius criminis, & ideo protestãdo, quod per talem exceptionem in nihilo sibi præiudicari intendit, instat illũ reijci à limine præsentis iudicij tanquam illegitimum.

Ista

Istaenim exceptio concepta est sub conditione, si verum esset delictum à se commissum, quæ conditio nihil ponit in esse, iur.vul.& scimus exceptiones sic sub conditione opponi posse & valere.

## CAPVT XX.

## *Participationis, seu Conuersationis prohibita ratione, quomodo repellantur.*

### SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus vel Anathematizatus, Suspensus & similes, quare accusare non possint. & excommunicatus ab anathematizato differt, num.2.*
3 *Accusatus, si Communicauerit cum accusante excommunicato, an possit ipsum repellere.*
4 *Excommunicatus etiam prosequendo suam suorumve iniuriã, non admittitur ad accusandum propter participationis timorem, & etiam in casibus exceptis. num.6.*
5 *Excommunicatus, etiam parte non opponente, ex iudicis officio repellitur.*
7 *Excommunicatus, excommunicatum, an possit accusare.*

Anathematizatus & Excommunicatus.

1 EXcommunicatus, † vel anathematizatus accusare prohibetur. *c.1.& 2.c.exceptionem. de excep.c.cum dilectus.de accusat.* tradit Spec. *in tit. de accusatore. §.1.vers. item quod est anathematizatus & excommunicatus, num.30. in fi.* probat tex. *in c.post cessionem. de probat.* vbi excommunicatus prohibetur esse procurator.& etiã text. *in c.ad probandum.de re iudi.* vbi sententia excommunicati non valet.quinimo dixit Bonif.de Vital. *in tra.malef. sub rubric.de his, qui accus.non poss.in 4. col. ver.item excommunicatus.* quod excommunicatus, Interdictus, suspensus & similes, accusare non possunt.& probat etiam tex. *in c. intelleximus. de iud.* vbi excommunicatus non potest in iudicio aliquẽ conuenire, licet ipse conueniri possit, ne de suo peccato commodum reportet.& dicit text. *in c.conspiratores.3. q.4.* quod anathematizatorum vox neminem potest offendere.& *in ca.seq.* idem dicitur hoc addito, ꝙ illi dicũtur anathematizati, quos episcopi scriptis, vel eorũ statutis omnes anathematizauerunt,& omnes etiam, qui per sanctorũ Patrũ statuta sunt anathematizati, ab accusatione repelluntẽ. Scimus aũt maiorem esse anathematizationem, excommunicatione. illa enim separat à corpore Christi & ecclesiæ, hæc vero à fraterna tantum societate. *cap.vlt.incip.Engeltrudam.3.quæst.4.*

Interdictus Suspensus.

2 ¶Ratio autem † prædictæ conclusionis est periculũ participationis, vt tradunt omnes *in locis præallegatis.* & Ang. *de malef.in ver.necnon ad querelam.vers.7. est sub nu.24.* & hanc rationẽ probat tex. *in c.pia.de excep. in 6.* quæ etiã ad hoc allegat Bal. *in rubr.C.qui accu.non poss.nu.5.vers.quidã repelluntur propter periculum participationis.* & licet ille text. loquatur in ciuilib. vt sensit etiam Augu.de Arim. *in addit.ad Ang in loco præalleg.* tamen multo magis idem dicendum in criminalibus, quia facilius quis admittitur ad agendum ciuiliter, quam ad accusandum criminaliter, vt diximus supra *ca.17.* Et vera est ratio ista, quod participãdo peccat, tam ille, qui est excõmunicatus, & ea nõ obstante vult conuersari, quã ille, qui cum eo versatur, & participat. Immo plus peccat ipse excõmunicatus participando, *ca.illud, de cler.excommu.minist.* dum ibi dicitur, & clerico excommunicato multo magis nõ vitare, quã non vitari periculosum existit. Non vitare siquidem, cũ in eo sit excommunicatus sine delicto non põt, sed cum ex alijs pendeat, poterit sine suo delicto non vitari.

3 ¶Ex quibus extenditur † prædicta conclusio, vt procedat etiam si accusatus Communicauerit prius cũ ipso excommunicato, quem postea accusantem vult repellere, quod videtur contra tex. *in c.nulli.de accu.* vbi ꝙ qui mores accusare prohibiti cũ eo conuersando semel approbauit, non potest illum accusantẽ repellere, sed hoc non obstante vera est prædicta extensio, & probatur ex tex. valde not. *in ca.à nobis.de excep.* vbi assignat ratio, quia maior est excommunicatio eius, qui est excommunicatus, & participat, quam eius, qui cum nõ sit excommunicatus cum excommunicato participat, cum secundus à cõmunione infidelium sit exclusus, primus vero cõmunione fideliũ sit priuatus. allegatur etiã ad hoc text. *in d.c.exceptionẽ. de excep. in fi.* qui tamen non ita clare probat, & ita per illa iura Tanc. Vincen. & Io. And *in d.c.nulli.* & ratio etiã clarior est, quia si admitteretur ad accusandum, iterum communicando cum reo, cum iudice, notarijs & alijs iudicij ministris peccaret, & ideo maius esset peccatum, *argu.ca.cum tanto.de consue.* & hoc etiam tenet Maria *in d.c.nulli nu.8.*

4 ¶Extenditur † secundo, vt procedat prædicta cõclusio, quod excommunicatus non possit accusare, etiam si suam vel suorum prosequeretur Iniuriam, quia semper militat ratio participationis, quæ ipsum excludit. Et dicit Fed.de Sen. *consi.116.incip mirandum.* quod mirãdum est, ꝙ aliquis Canonista possit dubitare, an excommunicatus prosequens suam vel suorum iniuriam admittatur ad accusandum, cum ratio, propter quam excommunicatus nõ habet legitimam personam standi in iudicio, sit participationis timor, & vt censuræ ecclesiasticæ magis timeantur, & contumaciæ vetitum reprimat: & si repellitur excommunicatus ciuiliter agendo, adeo quod neq, spoliatus possit petere se restitui, multo magis repelli debet ab accusatione, cum illaudabile genus sit intentionis accusatio. & pro hac etiã extensione facit gl. *in c.omnibus.4.q.6. allegat ca.1.ead.quæst.*

5 ¶Extenditur tertio, † vt non admittatur, etiam si reus accusatus nil opponeret, quia iudex debet eum ipse ex officio repellere *d.c.exceptionem. in fi. de excep.* & tradit etiam Ioan.de Ana. *in d.c.nulli. de accus. in fi.* vbi etiam Imola & Socin.

6 ¶Extenditur quarto, † vt procedat etiam in casibus exceptis, puta hæresis, & læsæ maiestatis, quia cum militet & in his ratio participationis euitandæ, & aliæ, de quibus supra, idem ius est statuendum. & idem in specie in causa hæresis tenet Carrer. *in pract.crimin. in ti. de hæret. nu.107. vers.defectu autem.*

7 ¶Fallit tamen vnico casu prædicta conclusio, † quando excommunicatus alium æque excommunicatũ vellet accusare. nam sicut Iudæus Iudæum, hæreticus hæreticum, infamis infamẽ accusare poterit: *l. quoniã multi. C.de hæret. l.in arenam. C.de inoff.testa. & dictum est supra. cap. 17. & 18.* ergo pariter & excommunicatus poterit excõmunicatum accusare: quia cessat timor participationis quoad eos, cum sint iam excommunicati. & ita tenent Scribon. *in d.c.nulli. de accusat. post gl. ibi, in verbo, familiaritate.* quamquam non videam, quomodo etiam hoc casu possit euitari participatio aliorum, scilicet iudicis, notariorum & similium, immo maior erit timor, ex quo duo sunt excommunicati in iudicio versantes, quam si esset vnus tantum, ideo & hoc casu ex ratione prædicta putarem repellendum.

## CAPVT XXI.

## *Quæstus ratione, qui prohibeantur ab accusatione.*

### SVMMARIVM.

1 *Pecuniam accipiens vt accuset, vel non, similiter si proferendo testimonio, repellitur.*
2 *Pecuniam recipiens, vt accuset, quando teneatur de falso.*
3 *Auaritia peruertit opiniones, & sensus humanos hebetat.*
4 *Authoritas legis, vel Prætoris facit licita, ea quæ sunt illicita.*
5 *Accusator habens duo iudicia contra duos reos subscripta, quare arceatur ab accusatione, & quid si suam, suorumve iniuriam prosequatur. nu.6.*

Qui

1 QVi Pecuniam † acceperunt, vt accusarent, vel non accusarent, repelluntur hi propter pactum factũ, de quo infra suo loco, licet turpis sit quæstus illi propter turpem quæstum in re odiosa, *l. qui accusare. circa fin. & l. qui iudicio. in fi. ff. de accus.* & tenuit Azo *in summa. C. qui accus. non pos.* & Rofre. *in libel. iur. pontif. sub rub. de his, qui repelluntur ab accusando propter turpem quæstum.* & Specul. qui eum ad literam refert *in d. ti. de accusatore. §. 1. ver. item quod ipse recipit pecuniam. num. 22.* nam & alia quæ de se sunt licita, efficiuntur illicita, si pecunia pro quæstu accipiatur. *l. generaliter. cum l. seq. incip. veluti. de verb. obl.* & similiter pro ferendo testimonio prohibitum est pecuniam recipere. *l. eadem. in prin. ff. ad l. Iul. repe.* vbi, Venuleius in §. 1. clare disponit eum, lege Iulia repetun. teneri, qui ęs acceperit ob accusandum, vel nõ accusandum, cuius verba referuntur etiam à Gratiano *in c. eadem. 1. q. 1.* & talis etiam crimine concussionis tenetur, vt *in l. 2. ff. de concuss.* cuius etiam verba relata sunt à Gratiano *in c. concussionis. 1. q. 1.* Imo dicunt Rofred. & Specul. in locis præ-
2 allegatis, quod tales † de falso tenentur, allegant *l. 1. §. 1. ff. ad leg. Cornel. de fals.* quod tamen non ita indistincte verum esse puto, sed ita demum, si constiterit eum pretio falsam accusationem instituisse, prout dicitur *in d. §. 1. de* aduocato & teste, qui pecuniam suscepit, vt falsam aduocationem, vel testimonium falsum præstaret: ergo dum adhuc dubitat in limine iudicij, an falsa sit accusatio, non potest teneri de falso, nisi forte probaret, ꝙ pecuniam recepisset, vt falsum in specie diceret. similiter etiam dum Rofred. & Specul. dicunt, quod talis punietur etiam tanquã calumniator, nõ poterit verificari, nisi vel si probata fuerit calumnia ante litem contestatã, vel expectetur iudiciũ, per ꝙ appareat eum calumniatũ fuisset. & probat tex. *in l. 1. ff. de calum.* quod etiam dicendum est de l. Rhemia. qua tenentur hi, qui pecuniã recipiunt tanquam calumniatores. *l. 1. §. calumniatoribus. ff. ad Turpill.* & ita intelligit Gandi. *in tract. malef. sub. rubr. qui accus. poss. vel non, col. 2. versic. item repellitur. est mihi nume. 14.* & Bonif. de Vital. *in tract. malef. sub eadem rub. col. 3. versi. item qui recepit.* Et ratio præmissorum est, quia vt dicitur *in c. accusatores. 3. q. 5.* auaritia † plerunq; sensus hebetat humanos, &
3 peruertit opiniones, vt pecuniam putent quasi mercedem prudentię: & ea ratione videmus, quod pactum, ne corrumpatur seruus, valet. *l non impossibile. ff. de pact.* tamẽ si precium accedat, fit illicitum. *l. iurisgentium. §. si ob maleficium. ff. eod. titu. de pact.* & ideo dicitur *in l. 2. in prin. ff. de iure fisci.* quod qui accusant non ea intentione, vt præmiũ consequantur, non sunt infames, quasi à contrario sensu infames sint, si precium suscipiant. 9

4 ¶ Neque præmissis obst. † si diceretur, quod imo denunciatoribus & accusatorib. plerunque solet dari prę-
mium, ne delicta remaneant impunita, vt j. suo loco dicemus: quia respondetur, tunc licere propter authoritatem legis vel prætoris, quæ facit licita ea, quæ alias sunt illicita, *arg. no. in l. iuste possidet. ff. de acquir. posses.*

5 ¶ Et ex hac eadẽ ratione dicitur etiã, quod † qui duo iudicia aduersus duos reos habet subscripta, arcetur ab accusatione. *d. l. qui accusare. in fi. de accus.* cuius verba referuntur à Gratiano *in c. prohibentur. 2. q. 1.* & ratio est secundum Rofred. in loco prælleg. quia cum duos accusauerit, præsumitur, ꝙ quęstus gratia velit tertium accusare. Item puto aliam rationem, quia cum omnib. teneatur se subscribere, si succumberet, non sufficeret forte eius vita tot pœnis, si omnes accusationes fuissent capitales, quod etiam probat tex. *in l. cum rationibus. C qui accusa. non poss.* intellige tamen prædicta, quando quis vellet tertiũ accusare de diuersis criminibus, & separatis iudicijs, secus si de eodem crimine, vel eodem iudicio. *l. 1. C. si reus vel accusat. mor. fuerit.*

6 ¶ Fallit tamen prædicta conclusio, † nisi quis suã vel suorum prosequeretur iniuriã, quia poterit etiam tertium accusare. vt clare dicitur *in d. l. cum rationibus.* vbi gl. & probat tex. *in l. inter. §. fi. ff. de iniur.* vbi permittitur ei, qui duos habet delatos reos tertium iure mariti accusare. Sed quid dices, an vt ista limitatio locum habeat, requiratur, quod in singulis his tribus accusationibus suã vel suorum prosequatur iniuriam, an sufficiat hoc esse in tertia tantum? ꝙ verius puto, quia duas primas potest instituere iure sic generaliter permittente, tertiam autem potest etiam prosequi non ex iure cõmuni, quia regulariter, vt dictum est, quis non potest tertio accusare, sed ex speciali iure, quia scilicet suam vel suorũ prosequitur iniuriam. *d. l. cum rationibus.*

## CAP. XXII.

## *Suspitionis ratione, qui prohibeantur accusare.*

### SVMMARIVM.

1 *Suspecti in aliquo, ante discussionem opinionis eorum non admittuntur ad accusationem, maxime contra clericos.*
2 *Calumniose qui aliquem semel accusauit, & condemnatus sit, ab accusando reijcitur.*
3 *Testimonium falsum qui aliàs dixerit, repellitur accusans: & quid si non offendendo, sed defendendo fecerit, nu. 4.*
5 *Ignotus, vel Alienigena ab accusando repellitur tanquam suspectus, qui eadem ratione non promoueri possunt.*
6 *Gratiosus, id est qui Amicitijs facile flectitur, suspectus redditur.*
7 *Litigiosus, Rixosus, Inimicitijs studens, & facilis ad detrahendum, famæ, quando suspecti sint in accusando.*
8 *Argiuos populos antiquitas notauit tanquam litigiosos.*
9 *Ptolemaica lis, & Argiua calumnia, prouerbia vnde orta.*
10 *Rabulæ forenses, Aduocati, Procuratores litium, & contentiosi Notarij, Suspecti habentur ad accusandum.*
11 *Debitorum excussio non fit, antequam cogantur fideiussores, si debitor rixosus sit.*
12 *Qui Inhumanitate naturæ, gaudent Odijs, & omnes oderũt, facile repelluntur ab accusatione.*
13 *Pauper quare repellatur ab accusando. Et in magistratibus diuites ponendos ex Aristot. Limita, vt nu. 16. & 21.*
14 *Pauper quis dicatur, statur iudicis arbitrio, & in materia nostra dicitur, qui non excedit quinquaginta aureos. nu. 15.*
17 *Pauper diuitijs, moribus, & nobilitate æquiparantur in materia nostra, sicut & testis.*
18 *Paupertas, Ignobilitas, Aegritudo & mors inter mala non connumeranda, exemplo Epaminundæ, qui vnica veste vtebatur, & respuit à rege Persarum magnam auri quantitatem oblatam.*
19 *Paupertas cum honestate vitæ, & morum coniuncta, quare nõ repellat statim ab accusatione, & erit in arbitrio iudicis id discernere, num. 20.*
21 *Pauper iniuriam suam, vel suorum prosequẽs admittitur ad accusandum.*
22 *Pauper subscribens se ad pœnam talionis, vel se carceri mancipans, an repellatur.*
23 *Viles personæ repellũtur ab accusatione nobilium, præsertim personarum, & magnæ auctoritatis.*
24 *Viles quot modis dicuntur, & qui sint viles, & qui sint admittendi, remittitur iudicis arbitrio.*
25 *Viles dicuntur etiam illi, qui sunt infames.*
26 *Pauperes & viles non admittuntur, quia amittere famam non curant, nec pœnam corporalem.*
27 *Iudex quæ perpendere debeat in admittendo, vel repellendo viles ab accusatione.*

SIcut dicente, Iuliano Cæsare, innocens nullus esse posset, si accusare sufficeret, ita tranquille viuere nunquam satis licebit, si quibuslibet promiscue sit concessum hoc accusationis tanquam telum, quod impune in optimos quosque pro libidine quilibet, vel suspectissimus contorquere valeat.

¶ Et quamquam & ij, de quibus supra loquuti sumus, tanquam suspecti reiiciantur: attamen habent certam causam in specie, pp quã remouent, quæ in specie suspi-

tionem

tionem illam inducit; hîc verò tractaturi ſumus in genere de pluribus ſuſpitionum cauſis in genere.

1 Qui enim † in aliquo ſuſpecti ſunt, non audiuntur, antequam eorum diſcutiatur exiſtimationis ſuſpitio vel opinio, vt qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conſcientia, quóve merito, ſi pro Deo aut vana gloria, pro inimicitia vel odio, aut cupiditate iſta præſumpſerit. *c. ſi qui ſunt. 2. q. 7.* & maximè prædicta procedunt in accuſatione clericorum. *c. clericos. 2. q. 7.*

Calumniatus. 2 Semel † igitur calumniatus, id eſt, qui aliquem calumniosè accuſauit, & de calumnia condemnatus ſit, repellitur ab accuſando, quia præſumetur etiam nunc calumniari. *l. ſi cui crimen. §. iiſdem. in fi. ff. de acc. vbi gl. in ver. admittendum. adducit concord. & facit text. in c. ſimiliter. ibi, aut calumniatores. & in c. ſeq. incip. nullus. ibi, nullus calumniator. 3. q. 5.* & ideo inquit Vlp. *in l. qui iudicio. ff. de accuſat.* quòd calumnia notatis ius accuſandi ademptum eſt.

Subornatus vt falſum teſtim. 3 ¶Item qui aliàs † ſubornatus teſtimonium falſum dixerit in cauſa criminali, redditur ſuſpectus de calumnia, ideo repellitur ab accuſatione. *l. alij. ff. de accuſat.* præſumitur enim, quòd ſicut ſe ſubornari permiſerunt, vt periurio Deum & partem offenderent, ita & multò magis faciles erunt, vt calumnientur abſq; periurio accuſando. valet enim argumentum de teſtificatione ad accuſationem. *l. qui cum maior. §. 1. ff. de bon. liber. & no. gl. in l. 2. ff. de accuſ.* & ſequitur Ang. *in tract. malef. in verſ. nec non ad querelam. nu. 33.*

4 ¶Limitantur † tamen prædicta, & interpretationem recipiunt, vt vera ſint, quando quis calumniatus eſt offendendo reum, ſecus ſi defendendo, quia tunc non inſurget præſumptio prædicta, ex quo non in eodem genere mali. ita pulchrè declarat Bar. *in l. is, qui reus. nu. 6. verſ. ſecundò oppono.* & illum ſequitur ibi Ang. *colum. 3. in vltimis verbis.*

Ignotus. Alienigena 5 ¶Ignotus † quoque & alienigena eadem ratione, quia ſuſpectus ab accuſatione repellitur. *c. canonica. 3. q. 5.* nam & eadem ſuſpitionis ratione promoueri non poſſunt. *c. quando. 24. diſt. & 98. di. per to.* & tradit Spe. *in ti. de accuſatore. §. 1. ver. item quòd eſt alienigena. eſt mihi nu. 30.*

Gratioſus amicitia flexibilis. 6 ¶Gratioſus † quoq;, qui ſ. amicitiis facilè flectitur, ſuſpectus in accuſando redditur, *c. ſimiliter. 3. q. 5. facit l. præſes. C. de tranſa.* gratiæ. n. & amicitiæ peruertunt iudicia. *c. accuſatores. ea. q.* quod etiam Spec. affirmat *in d. §. 1. de accu. nu. 30. ver. item quod eſt gratioſus.* timeri enim facilè poteſt, ne ſimilis in gratiam amicorum calumnietur, vel ab accuſatione eadem ratione deſiſtat.

Litigioſus, Rixoſus, inimicitiis ſtudens. 7 ¶Litigioſus † pariter, & rixoſus, & qui inimicitiis ſtudet, & facilis eſt ad detrahẽdum vnicuiuſq; famæ, ſuſpectus eſt in accuſando. *c. nullus. 3. q. 5.* tales. n. p̃ſumuntur calumnioſi & exoſi legib. vt tradit And. Sic. *in clem. vt calumnijs. de re iud.* vbi *col. 2.* tenet, q̃, qui facilè litigãt, repellendi ſunt & ab accuſatione, & à teſtimonio, idem tenet *con. 7. ſapienter. col. 11. 2. vol. & con. 31. omnia quæcunq;. col. 2. in 4.* Quę tñ intelligenda puto vera dumtaxat, quando etiam iniuſtè litigaret, & rixaretur, vt ſolent litium concinnatores, & vitilitigatores, ac maximè litium redemptores, qui etiam à poſtulando repelluntur. *l. ne quidquam. §. circa. ff. de offi. procon.* nam & hi redemptores litium, ſi de quota litis paciſcantur, damnantur. *l. ſi remunerandi. §. Maurus ff. mand. & l. ſi contra. & l. per diuerſas. C. eo. l. litẽ. C. de ꝓcu.* †quo 8 nomine Ptolemais illa an° infamis, & pariter Argiui po- 9 puli, à quib. prouerbia illa, †Ptolemaica lis. i. e. calumnioſa, & Argiua calumnia. hos. n. populos notauit antiquitas tanq̃ Sycophantas, & litium auidos, ob quod etiam malè audierunt Ægyptii, quos Amianus appellat genus hominũ controuerſum, & adſuetudine perplexius, liti- 10 gandi lætiſſimum, & vt ad noſtros † redeamus, ea quoq; nota laborant Rabulæ illi forenſes aduocati, procuratores litium: & cõtentioſi notarii. nam & hi ſuſpecti habentur, cùm ſi quis ſatisdare cogatur, nõ liberatur dando ſimiles in fideiuſſores, vt voluit gl. *in l. ſi quis ſtipulatus. §. fi. ff. de verb. obl. & in l. 2. in prin.* vbi Alex. *nu. 2.* & Ias. *num. 6.* 11 *ff. quiſatiſda. cogan.* Nam & aliàs † licèt ſit regulariter neceſſaria excuſſio, antequam vrgeantur fideiuſſores, vel qui bona hypothecata poſſident, attamen limitatur regula illa, vt non procedat, quando debitor ipſe rixoſus eſt & litigioſus, vt voluit Rom. *in l. ſi. ff. ſi cert. peta.* quem ſequuntur Alex. & Ias. *in d. l. 2.* præſumuntur enim hi oẽs faciles ad calumniandum, ne deſit eis materia Tribuna- 12 lia damnato eorum more proterendi. Qui autem † inhumana eorum natura quemlibet oderunt, atq; ideo odiis gaudent & inimicitiis; facilè repelluntur ab accuſatione, *c. omnes. in fi 3. q. 5.* & tradit Spec. *in tit. de accuſato. §. 1. ver. item quòd odit quemcunque.*

Pauper. 13 ¶Suſpectus † quoque dicitur pauper, & ideo ab accuſatione repellitur, *l. nonnulla. ff de accuſa. ſcripta in cap. prohibentur. 2. q. 1.* nam & pauper à teſtimonio repellitur. *l. 3. in prin. ff. de teſti. c. teſtium. 9. q. 3.* nam hæc duo, accuſare, & teſtimonium dicere, adeo ſunt adfinia reſpectu perſonarum, quæ accuſant vel teſtimonium dicunt, vt valeat argumentum de vno ad aliud, vt ſæpè dictum eſt *l. 2 ff. de accuſat.* & quòd pauper ab accuſando repellatur, reſpondit egregiè Pet. de Anch. *con. 416 pluries. 2 col. ver. quarta exceptio.* & Modernus Hippol. *in pract. crim. in §. diligenter. num. 206.* Hinc Tul. volens probare, Verrem iniuſtè Sthennii accuſatorem admiſiſſe, quarta in Verrem inquit: Hic tũ repentè Pacilius quidam homo egens, & leuis accedit, & ait, ſi liceret, ſe velle nomen abſentis deferre: nam, vt inquit Menand. Philoſoph. in Gorg. Pauper, & ſi iuſtã cauſam dixerit, aliquid accipiendi gratia dumtaxat dixiſſe exiſtimatur, non pro veritate.

¶Ratio autem huius concluſionis aſſignatur per Specul. *in tit. de accuſato. §. 1. ver. item quòd eſt pauper*, quia timet lex, ne ob paupertatem facilè corrumpatur à diuite. & quanquam Auguſt. de Arim. *in addi. ad Angel. in tract. malefic. in ver. nec non ad querelam. in verſi. decimo octauo repellitur pauper, num. mihi 34.* reprehendat hanc rationem, eò motus, quòd ſi pauper pauperem accuſaret, ceſſaret hæc ratio, attamen ab hac impugnatione facilè tueri poteſt ratio Specul. quæ veriſſima eſt. nam non timet tantùm lex, quòd accuſans ab accuſato corrumpatur; quod cõſiderat Auguſt. ſed quòd à quocunque accuſati etiam pauperis inimico corrumpatur. & hanc rationem in teſte paupere repellendo aſſignat *in d. l. 3. in prin. de teſti. ibi*, vel egens ſit, vt lucri cauſa quid facilè admittat. pauperes. n. præſumuntur de facili à diuitibus corrumpi, *c. & ſi quæſtiones. de Simon.* ſic & paupertas adoptantis reddit eum ſuſpectum, *l. nec ei. §. eorum. de adopt.* & ideo reprehendit Ariſtot. illam Rempub. in qua pauperes magiſtratus gerunt, ob hanc nempe ſuſpitionem, ne corrumpantur à diuitibus, dum *Polit. 2. cap. 7.* inquit. Hi autem magiſtratus ſumuntur ex plebe omnes, vt multoties contingat homines valdè pauperes in hac poteſtate conſtitui, qui propter egeſtatem venales fiunt. quod clariùs oſtendit eodem libro, capite nono, dum de magiſtratibus Carthaginenſium tractans inquit. Non ſolùm enim optimos, verùm etiam ditiſſimos cenſent in magiſtratib. eſſe ponendos. quaſi impoſſibile ſit, qui egenus exiſtat, eum benè magiſtratum gerere, aut quietem optare. quod autem pauper accuſare non poſſit, tradunt omnes *in cap. 1. de accuſa.*

14 ¶ Et quanquam in dubio, † vbi lex quantitatem patrimonii non exprimit, qua quis pauper dicatur, ſtetur iudicis arbitrio, vt per omnes *in l. conſtante. ff. ſol. mat. & in auth. præterea. C. vnde vir & vx. cum plurib. concord. de quib. per Aug. de Arim. in addi. ad Ang. in trac. male. vbi* ſ. attamen ſæpè lex ſolet taxare quantitatem, qua quis pauper dicatur, vt *in §. ſed noſtra. Inſt. de ſucceſ. liber. gl. in §. fi. in ver. pauper. in auth. de exhib. reis. & in leg. paupertas. de excuſa. tuto.* & in materia 15 noſtra † is demum pauper ab accuſando repellitur, cuius facultates 50. aureos non excedant, *dicta leg. nonnulli. ff. de accuſa. & d. c. prohibentur. 2. q. 1.* & tradit Spec. *in ti. de accuſato. §. 1. ver. item excipitur cõtra accuſatorem, quòd eſt pauper.* & tradit etiam Bartolus *in leg. qui accuſare. primo no. ff. de accu.* in

*cu.* in hoc ergo legis limitationi ſtãdum erit, quia vbi lex clarè loquitur, ceſſant coniecturæ & arbitria, *l. ille aut ille. §. fi. de leg. 3. l. ancillæ. C. de fur. l. continuus. §. cùm ita. de verborum obligat.*

16 ¶ Limitantur † tamen & declarantur prædicta, niſi foret pauper honeſtæ vitæ, & optimorum morum, ac probatæ conſcientiæ, vt voluit glo. *in d. l. nonnulli. & in d. c. prohibentur.* & Specul. in loco prædallegato. nam & tutor ille ſuſpectus dicitur, qui moribus, non tantùm facultatib. ſuſpectus eſt. quamuis enim pauper ſit, fidelis tamen & diligens, remouendus non eſt, quaſi ſuſpectus, inquit *lex, ſuſpectum. ff. de ſuſpe. tut.* & text. *in §. vltimo. Inſtit. eod. titu.* & Pompo. etiam inquit *in l. ſi quis ſtipulatus. in fi. ff. de verbor. oblig.* quòd plerunque idonei fideiuſſores non tam patri-
17 monio, quàm fide quoque exiſtimantur. † Ad quæ accedit pulcher textus *in l. humilem. C. de inceſtis nuptijs*, quòd mulier alioqui bono genere propagata propter paupertatem vilis non habebitur, quin ęquè ſenatori poſſit nubere. & ibi Bald. inquit, quòd non refert, an quis ſit pauper diuitiis vel moribus, & etiam licèt teſtis pauper repellatur: fallit tamen, niſi ſit honeſtæ vitæ, & bonæ conuerſationis, vt per gl. & Doct. *in c. ſi qui teſtium, de teſti. & in § ſancimus in auth. eod. titu. cum ſim.* vt per Alexand. *conſi. 65. in fi. 1. volum & conſi. 149. colum. 2. in fi. in 5.* & Aret. *conſi. 13. col. 7. ver. ad ſecundum de paupertate.* & Dec. *con. 163. colum. 4.* non enim cùm de fide hominis tantùm agatur, culpanda eſt
18 fortuna. nam & Sinon apud Maro. 1. Æne. dixit. Nec ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam mẽdacémque improba, finget. & Ambroſ. in cap. illa. 15. q. 1. inquit: † Paupertatem & ignobilitatem, ægritudinem & mortem nemo ſapiens mala dixerit, neq; in malorum ſorte numerauerit: plures enim pauperes fideles ac iuſti reperti ſunt. nam & Epaminundas ille magn⁹ adeo pauper fuit, vt vnicã tantùm veſtem toto tempore vitæ ſuæ habuerit, ita vt ſi fortè fulloni ob innumeras ſordes aliquando danda eſſet, eo die domi ſe continere neceſſe haberet, quòd alia ſibi veſtis non eſſet, qua indutus in publicum prodire poſſet, & tamen hic magnam ſibi auri quantitatem à Perſarum Rege miſſam conſtanti fide recuſauit, author Ælia. variarum lecti. lib. 2. c. 43. & lib. 5. c. 5. qui etiam lib. 3. c. 42. refert, quòd cum quidam Ephialtæ paupertatem exprobraſſet, adde tamen reſpondit Ephialtes, quòd & iuſtus ſum, quaſi nil referat, ſi quis in loculis nil poſſideat, fidei autem in pectore multum. Animus enim diues ſpectatur, non arca, inquit Tul. Parad. vltimo, quod comprobat illud Nili Philoſophi dictum: Paupertas honeſta inuincibilẽ legis athletam cõſtituit. & Sabinus noſter Iuriſcon. eo nomine à Pomp. celebratur *in l. 2. circa fi. in ver. ergo Sabinus. ff. de orig. iur.* quòd non amplas haberet facultates, ſed ab auditorib. ſuis ſuſtentaretur. Atque ideo Caliſtra. *in l. 3. ff. de teſti.* monet iudi-
24 cem, vt in expendenda teſtium fide conſideret ante omnia, an vita ſit honeſta & inculpata, an notata & reprehenſibilis, mox conſideret, an locuples vel egenus. mai⁹ ergo momentum habent vita & mores, q̃ paupertas vel diuitiæ, vt ex ordine ſcripturæ colligitur, quæ collectio à iure approbatur, *l. quotiens ff. de vſufru. l. generaliter. §. quid ergo. ff. de fideicom. liber. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos ff. de le. ſecundo, cap. mandato. de præben. in 6.* Concludendum ergo,
19 † quòd ſi vitæ honeſtas ſit perſpicua, & iudici nota, pauper non eſt ſtatim ab accuſatione repellendus, pro qua concluſione facit efficax ratio: nam paupertas tribuit coniecturam ſuſpicioni, non probationem indubitatam, vt dictum fuit §. ſed vna coniectura effiacior alterã minùs efficacem tollit, *l. Diuus. ff. de in int. reſt.* ergo verum erit, quòd vitæ honeſtas & integritas, quæ in animo cõſiſtit, ex quo fides, & calumnia perpenditur, præferretur paupertatis coniectura, quæ nihil habet commune cum animo ipſo, ſed tota à fortuna, quin & ſæpè à Stoica quadam diuitiarum negligentia dependet.

20 ¶ Iudicis ergo partes erunt in admittendo vel non admittendo pauperem ad accuſationem, primò vitam eius diligenter circum, & introſpicere, & præcipuè cauſam, quæ ipſum in paupertatem adduxit: nam ſi culpa eius in cauſa fuerit, certum erit ipſum eſſe reiiciendum, iuxta textum *in l. pen. ff. de iure do.* quem ſingularem dicit ad hoc Paul. *in l. etiam. §. fi. ff. ſol. matr.* & Baldus *in c. quæ in eccleſiarum num. 18. de conſtit.* & bon. text. *in l. vlt. §. vlt. ff. quæ in frau. cred.* & gl. *in c. non ſatis. in ver. debitum. 86. diſt.* & no. ẽt Alex. *in l. non tantum. in prin. col. pen.* & ibi Iaſ. *in fi. ff. de re iud.* & idem Iaſ. *in auth. res quæ. num. 22. Cod. commun. de leg.* dignum eſt enim, quòd malè meriti egeſtate laborent, *l. bona fides. ff. depoſiti. l. quiſquis. ff. ad leg. Iul. Maieſt.* quòd ſi econtrà iudici cõſtet de bona vita, & quòd in paupertatis calamitatem inciderit, nulla ſua culpa, non peccabit, ſi admittet, præſertim ſi aliæ coniecturæ atq; alia accidentia non reclament. verùm ſi dubius ſit iudex de eius fide, hoc caſu tãquam ſuſpectum benè reiiciet.

21 ¶ Limitatur † & ſecundò principalis concluſio, vt nõ procedat, quando pauper ſuam vel ſuorum iniuriam proſequeretur, quia vt ſæpè §. dictum eſt, licèt plures ab accuſatione repellantur, ii tamen omnes ſemper admittuntur, ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur. *dicta leg. nonnulli. iuncto prin. leg. ſequen. ff. de accuſat.* & conſuluit Petrus de Ancha. *dicto conſilio 416. plures. 2. col.* dum conſiderat pauperem repellendum, præſertim ſi eius nõ interſit. In iniuria ſua vel ſuorum.

22 ¶ Limitat † & tertiò, Hippol. de Marſi. hanc concluſionem, quòd pauper repellatur ab accuſatione, *in pract. crim. §. diligenter. num. 205.* vt non procederet, quando accuſans, licèt ſuſpectus & pauper ſe ſubſcriberet ad pœnã talionis, & carceri ſe manciparet, quaſi quòd cùm nemo odio carnem ſuam habere præſumatur, his tollatur omnis ſuſpicio ex pauperate inſurgens, quam limitationem, quia §. c. 17. in 10. limi. validiſſimè impugnaui, & ex ibi adductis eam non probo, ideo neque hîc ſequendam cenſeo.

23 ¶ Viles quoque † perſonæ hoc numero ſuſpectarum cẽſendæ ſunt, vt ſ. ab accuſatione præſertim receptæ authoritatis, & nobilium virorum, vt eſt pulcher tex, *in l. nõ dent, ff. de dolo.* & pulcher etiam tex. *in c. quærendum. 2. q. 7.* nã & à teſtimonio tales repelluntur. §. *ſi verò ignoti. in auth. de teſti.* & tradit Bart. *conſi. 111. quæritur & in dubium reuocatur, col. 2. in fi.* & Ancha. *con. 64. in cauſa quæ vertitur. col. 2. & conſ. 227. ad corroborationem. col 3.* Corn. *con. 157. col. 2. ad fi. 4. volu.* & Aret. *con. 71. ad fi.* Quibus adſtipulatur, quòd & ſi iniuria illata filio ſit communis & patri, atq; ideo remittere illam pater poſſit; attamen ſi pater ſit perſona vilis & abiecta, filii verò honeſta, nõ poterit pater talem iniuriam remittere, *l. ſed & ſi vnius. §. filijfamiliâs, verſicu. interdum. ff. de iniur.* Viles perſonæ.

24 ¶ Verùm † qa viles variè in iure accipiuntur: quidam .n. viles dicũtur à villa, quos nos ruſticos vel villanos appellamus. Quidam viles, quia vile exercent officium, vt Hiſtriones, Ioculatores, Funambuli, & ſimiles, de quib. *in l. 1. ff. de his, qui no. infam. & in c. vnico, de vita & hon. cler. in 6.* Et qui Cauponas exercent, *l. humilem. §. 1. C. de inceſt. nupt. l. 1. C. de natur. lib. & l quæ adulterium. C. de adul.* Procuratoris quoque officium dicitur viliſſimum, vt per gl. *in §. fi. Inſt. de excep.* & per Bar. *in l. ſi quis procuratorem. C. de decur. li. 10.* & Iaſ. *in proœ. ff. nu. 17.* Et notarii quoque ac tabellarii officiũ vile dicitur, vt voluit Old. *conſ. 75.* & Bart. *in l. 1. C. de man. prin.* & Ang. *conſi. 284.* Et apparitores, cuſtodes, ac deniq; qui abiecta officia vel deformia miniſteria, vel turpia lucra, ac denique officiorum fæcem ac colluuiem exercẽt,
25 de quibus *in l. ne quis. C. de dign lib. 12.* Quidam etiam † viles dicuntur, quia infames ſunt infamia iuris vel facti, de quibus *toto tit. ff. & C. de infam.* & hi omnes humiles etiam dicuntur. Ideo non de his omnibus æquè cenſendum eſt, vt repellantur, & indiſtinctè, ſed ita demum ſi iudici videbitur, perpẽſa ſ. vitæ qualitate eiuſdem, qui vilis dicitur, & accuſati perſona, put conſiderat tex. *in d. l. nõ debet. & in d. §. filijſa.* Nam abſurdum eſſet, q̃ notarius alioqui receceptæ fidei, & honeſtorum morum repelleretur ab accu- Hiſtriones. Ioculatores. Funambuli. Notarius.

ab accuſatione ciuis, licèt nobilis, ſed ita demum repelletur & is & alii ſimiles, ſi hominem maximę integritatis & innocentiæ vellet accuſare, & cum ipſo vili exercitio paupertas etiam aliqualis concurreret, vel alia adminicula, quæ fidem minuerent, vt in ſimili tradit Bar. *con. iii. col. 2. in fi. incip. quæritur.* vbi quòd licèt ſimplex paupertas non repellat à teſtimonio tantùm addita alii ſuſpitioni, puta quia famulus multùm addet momenti, vt repellatur, idem tradit Rom. *con. 382.* & Ancha. *con. 64. col. pen.*

26 ¶ Quæ omnia † ſuprà dicta de pauperibus, & vilibus corroborantur, quia non ſine cauſa hi ſuſpecti habentur: nam à calumnia quis abſtinet vel virtutis & innocentiæ amore, & hæc virtus à communiter contingentibus rarò in ſimilib. reperitur, aut pœnæ timore, pœnæ in quâ vel infamiæ, vel corporalis vel pecuniariæ, quarũ tamen nullam timent. infamia. n. quantumcunq; grauis, modica eſt pœna vili & ignobili, vt probat opt. tex. *in l. 2. Cod. vt intra cer. tempus. ibi,* & ſi perſona vilior fuit, cui° damnum famæ non ſit iniuria. quem text. ad hoc in ſpecie adducit Bal. *con. 116. quod petitur circ. prin. 3. vol.* Et pariter pœnas corporales leuiores exiſtimant, vt inquit Bar. *in l. 1. §. vlt. ff. de pœn. per l. hoc opere, in fi. ff. de ope. liber. & gl. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de off. præſid.* vbi q̃ tenuioris fortunæ homines non plus oculũ exiſtimant, quàm porcellum, quam ibi ſequitur Bar. *& in auth. niſi breuiores. C. de ſentent. ex breuic. recit.* pecuniarias autem pœnas non timent, cùm non ſint ſoluendo; ideo nimirum ſi ſuſpecti habentur, & ab accuſatione repellantur.

27 ¶ Temperanda aũt † erunt omnia, vt dictũ eſt iudicis arbitrio, cuius prudentiæ lex hæc & ſimilia remittit, vt dicit *in l. 3. ff. de teſti.* vbi Bar, & Alex. *in l. Gracchus. C. de adul.* vt ſ. perpenſis omnib. vitæ tam accuſantis quàm accuſati morib. ac etiã grauitate delicti vel admittat vel reiiciat, & ſi admittat grauibus eum propoſitis pœnis deterreat, atq; etiam quandoq; in carcerem coniiciat talionis pœnam minatus, ſi calumniatus fuit, ne ſ. cuiq; humili & abiecto liceat quantumcunq; graues viros ſolicitare, & infamiæ periculum conſtituere.

## CAPVT XXIII.

## *Patriæ Ratione.*

### SVMMARIVM.

1 *Forenſis ab accuſatione an repellatur, quamuis publicum ſit crimen, & quare, & quid ſi ſtatuti diſpoſitione vti nolit accuſator, ſed iure communi in pub. iudiciis.*
2 *Parochianus qui non eſt, non poteſt accuſare presbyterum de concubinatu.*
3 *Forenſes, qui admittantur, & quibus in caſibus, diſtinctionis fœdere, concluditur de iure ciuili.*
4 *Forenſis de iure municipali indiſtinctè non admittitur, niſi cõcordet ſtatutum cum iure communi. nu. 5.*
6 *Statutum dicens quemlibet admitti ad accuſandum, non intelligitur l. publicorũ iudiciorũ ſed priuatorũ illius ciuitatis.*
7 *Forenſis in crimine læſæ Maie. admittitur indiſtinctè.*

1 FORENSIS † quoque ab accuſatione repellitur, ſi crimen ſit publicum, & non proſequatur ſuam aut ſuorum iniuriam, vt voluit gl. vlt. *in fi. in l. is qui reus. ff. de pub. iud.* quanquam. n. crimen ſit publicum, atq; ideo omnib. ſit permiſſa accuſatio, hoc tamen ciues tantùm comprehendit illius ciuitatis, quia alienigena videtur ſuſpectus, & ignorare ea, quæ fiunt in aliena ciuitate, *ca. canonica. 3. q. 5.* & tradit Spec. *in tit. de accu. §. 1. ver. item quòd eſt alienigena.* Itẽ quia ſua non intereſt, cùm nil habeat cũ populo illius ciuitatis commune. & hoc ẽt tenuit Ang. *in rub. de pub. iud.* & hanc concluſionẽ ſequi videtur Aug. de Arim. & Hiero. Cuchal. in addi. ad Angel. *de male. in §. nec non ad querelam. in ver. in crimine autem publico, nu. 13.* pro qua eſt gl. *in rubr. ff. de popul. act.* vbi dixit, q̃ actio popularis datur cuilibet de populo illius ciuitatis, quia aliàs ſua nõ intereſſet. Idem ſuadet tex. *in l. in prouinciali. §. vlt. ff. de noui ope. nunc.* vbi ſi quid in publico ſolo fiat, omnes ciues op° nouum nunciare poſſunt: quòd ſi ciues, ergo qui ciues non ſunt, excluduntur. per quem tex. Paul. ibi, nu. 4. dixit, quòd ſtante ſtatuto, quòd quilibet poſſit accuſare, non poterit forenſis accuſare, quia ſua non intereſt ſtatuta illa obſeruari, neque illorum beneficio gaudere debet, quod & clarius voluit Bal. *in d. §. vlt. l. prouinciales.* vbi tamen id verum eſſe dicit, quando ex ſtatuti diſpoſitione vellet accuſare, ſec° ſi vellet vti iure communi in publicis iudiciis perſequendis; hoc enim caſu vult omnes ciues Romanos admitti. Hanc quoq; concluſionem ſequutus videtur idem Bal. *in c. ex parte A. nu. 6. ver. dicit Bar. de teſti.* vbi referens Bart. concludit, q̃ extante ſtatuto, q̃ de priuato delicto quilibet poſſit accuſare, intelligetur de quolibet eiuſdem populi, ad quod allegat gl. *ibi, in ver.*

2 *tacito.* quæ voluit, † quòd qui non eſt de parochia, non poteſt accuſare presbyterum de concubinatu, quibus conſonat dictum Bald. & Pauli *in l. 1. §. huius ſtudij. ad fi. ff. de iuſt. & iu. nu. 11.* vbi ſcripſerunt, quòd ſi ſit facta iniuria ſacerdoti, quilibet de populo illius ciuitatis poterit accuſare, ſecus ſi forenſis, quia eius non intereſt. Parochianus.

¶ Contrarium tamen videtur voluiſſe gl. *in l. 2. §. pen. in ver. actoris. ff. ne quid in loco pub.* vbi videtur voluiſſe, quòd & is, qui eſt de aliena regione, poteſt eo vti interdicto, ne quid in loco publico fiat. & hanc etiam partem tenuit Bal. *in l. is, qui reus. ff. de accuſa.* vt refert ibi Imol. nu. 26. quæ comprobantur his rationibus. Primò, quia iura indiſtinctè admittũt omnes ad accuſandum in publicis iudiciis, ergo generaliter intelligenda, *vt Inſti. de pub. iud in prin. & l. 1 §. conſequens. ff. de ſuſpe. tu. ibi, omnib. patẽre.* Secundò, quia quando conceditur publica accuſatio, intelligitur conceſſa in vniuerſum omnibus, qui prohibiti per legem aliquam non reperiuntur, vt eſt tex. *in l. palam. §. Senatus ff. de ritu nupt.* ſed forenſis non reperitur prohibitus, ergo. Tertiò, quia facta eſt ſuprà regula generalis, q̃ quilibet põt accuſare, qui non reperitur prohibitus: ſed iſte prohibitus non reperitur, ergo. Hanc quoq; partem tenuit idem Imo. *in l. 1. ff. de pub iud. nu. 3.* & Ang. ſibi contrarius *in l. vlt. in fi. ff. de priua. delict per gl. in d. l 2. §. pe. ne quid in loco pub.* Et hi reſpõdent illi rationi in oppoſitum obiectæ, quòd non interſit, quia ſatis forenſium intereſt malis hominibus purgari illã ciuitatem, per quam fortè ipſe eſt transiturus, ſicut videmus, quòd verba illa l. 12. tab. ſi aqua pluuia nocet, interpretantur, id eſt, nocere poterit, *l. Labeo. ff. de ſtatu l. b.*

3 Ego verò † pro concordia & diffinitione huius controuerſæ quæſtionis ſic putarim diſtinguendum, q̃ aut loquimur de iure communi, aut de iure municipali. Primo caſu aut loquimur de publicis iudiciis, aut de popularibus actionibus, aut de priuatis delictis. ſi de publicis loquimur iudiciis, in quibus publica eſt indicta accuſatio ob publicum intereſſe, *Inſt. de pub. iud in prin.* nam ſicut Reip. intereſt habere plures defenſores, *l. 4. ff. de oper. noui nunc.* ita & plures accuſatores, vt malis hominibus purgetur ciuitas; quod quidem non modò illius intereſt vrbis, ſed & orbis totius, vt ſcilicet delinquentes puniantur, ne veluti contagione quadam alios inficiant. hoc ergo caſu ſentio, omnes indiſtinctè etiam forenſes admitti ad accuſandum, quia nullum in hoc priuatum intereſſe ſpectatur, ſed tantùm publicum, & ideo cùm fauor publicus verſetur, lex generaliter omnes admittens nullam debet reſtrictionem recipere, vt forenſes excludat. *l. ſi quis in graui. §. vtrum. ver. hoc quoque.* vbi Bartol. *ff. ad Syllan.* & per Bart. *in l. 1. §. nunciatio. ff. de nou. oper. nun.* ſecundo vero caſu ſi tractemus de popularibus actionibus, & tunc quia hæ actiones ius populi tuentur, *leg. 1. ff. de pop. act.* ideo cùm forenſis de eo populo non ſit, neque dici poſſit, quòd ſui populi ius conſeruet, non admittetur ex ea ratione, quia eius neque principaliter intereſt, neque incidenter. idem dico, & ſi de priuatis delictis tractetur, in quorum accuſatione ii tantùm admittuntur, quorum intereſt, non alii, *lege vltima, Digeſt. de priuatis delictis.*

4 ¶ Secundo verò casu principali,† quãdo loquimur de iure municipali, puto indistinctè forenses non admitti, siue statutum nouum inducat delictum, siue in antiquo & veteri delicto statuat publicam omnibus accusationẽ præter vel contra ius commune. sicut.n.forensis non ligat statutis ciuitatis,in qua forensis est, ita nõ potest eorum bẽeficio gaudere,& hoc casu procedit dictum Bal. *in d.c.ex parte A.* & Paul.*in d.l.in prouinciali.§.vlt.de no op.nun.* vbi dicit se ita consuluisse, put verè eũ cõsuluisse reperi, *cõs.156.inc.statutũ ẽ.relatum.in fi.1.vol.* & hanc differentiam inter inter ius commune & municipale, facit etiam expresè Bald. in d.§. vlti. pro qua facit efficax ratio: quia cùm de iure communi non admitteretur ad accusandũ, si vult admitti, necesse est, quòd imploret beneficium statuti, quod quidem forensi non est permissum, quib. consonat consil. Pet.de Anch. *416.incip.plures exprædictis.* vbi voluit stante statuto, quòd stetur dicto cuiuslibet denunciantis, non tamen comprehẽdetur forensis. Ad
5 idem concordat † not. decisio Bald. in rubrica, C.*qui accusa.non poss.num.10.* vbi in hac eadem quæstione,an forensis possit accusare ex forma statutorum, distinguit,quòd aut accusat in casu permisso per ius commune,& admittetur; aut præter ius commune, & sic beneficio soli° statuti, & tunc non admittetur, quia non potest gaudere
6 beneficio dicti † statuti; & quia (inquit) dato,quòd statutum diceret, quòd quilibet possit accusare, nõ tamen propterea erit lex publicorum iudiciorum, sed priuatorum illius duntaxat ciuitatis, & hoc idem quoque sensit Maria.Soc.*in c.cum P.Manconella.nu.13.de accu.* vbi sequitur d.distinctionem Bal. dicens se de facto obtinuisse, quòd cùm per statutum Senense prẽter ius commune induceretur, quòd si quis officio aliquo publico functus fuisset in ea ciuitate, non possit ad idem officium eligi intra certum tempus sub certa pœna, quòd forensis, qui volebat accusare quendam, quòd contrauenisset dicto statuto,repelli deberet,prout repulsus fuit.

¶ Qui verò dicantur forenses, & an comprehendantur sub statutis punientibus delicta,latiùs ỹ.suo loco exponemus,vbi aptior locus.

7 ¶ In crimine † autem læsæ maiest.admittetur forensis indistinctè,vt per Gigan.in tract. *de crim.læsæMaiest.in tit. qui accusare poss.q.1.*

## CAPVT XXIIII.

## *Accusatus, quando possit accusare, vel non.*

### SVMMARIVM.

1 *Reus factus non antè accusare potest, quàm expurgatus fuerit.*

2 *Accusatus,antequam suum nomen sit inter reos receptum potest suum accusatorem accusare,nisi aliud obsistat.*

3 *Accusatus si de maiori crimine accuset,& accusatorem,& extraneum accusare potest. Et de pari,vel minori,quãdo suam vel suorum iniuriam prosequatur, & qualiter intelligatur, nu.4.& 5.limita,vt nu.6.*

7 *Reus post nomẽ suum inter reos receptum extraneũ accusat de maiori crimine, nisi proponeret accusationem ad inchoandum tantum.*

8 *Reus post receptum suum nomen inter reos non potest suum recriminari accusatorem, quia non relatione,&c.fallit, vt num.9.10.*

11 *Accusatus, vt accusare possit de maiori crimine, oportet, vt maius etiam sit præiudiciale,aliàs non noceret.*

12 *Accusatus,prosequens suam vel suorum iniuriam, an tam ante, quàm post nomen receptum inter reos, accusare, & tam de maiori quàm de minori,possit?*

13 *Accusato an liceat suum accusatorem reaccusare de maiori crimine post nomen receptum, si suam prosequatur iniuriã.*

14 *Reus excipiendo vel se defendendo,etiam quòd maius opponat crimen,non admittitur, secus si per modum accusandi procedat,& qualiter admittatur,& quando.*

15 *Accusatus volens accusare de crimine cõnexo,an possit:vt mulier accusata de adulterio, si accusare velit maritum, accusantem de lenocinio.*

16 *Crimen superueniens, postquam reus est receptus inter reos, an habilitet ad accusandum,accusatum.*

17 *Reus receptus inter reos, officium iudicis an implorare possit, vt accusator eius puniatur. & an ordinariè accusare possit, & an ante sententiæ prolationem vel post.*

18 *Iudicis officium specialiter imploratur in crimine calumniæ, & quare non sic in alijs casibus.*

19 *Reus incipiendo, non coarctat iudicem post nomen receptum inter reos.*

20 *Accusatore reaccusato, & tacente, iudex procedit contra ipsum.*

21 *Reus reaccusare suum accusatorem post conclusionem in causa non potest etiam de his criminibus,de quibus etiam post nomen receptum posset, etiam quòd esset differenda post expeditam primam causam. limita,vt nu.22.*

23 *Accusator post cõclusum in causa potest accusari à reo,si quid falsi commiserit in processu.*

24 *Accusatus post suam accusationem expeditam, potest reaccusare,præsertim si obtinuerit absolutionem.*

25 *Accusatus, post expeditam causam,poterit reaccusare,etiam si famam amiserit, & iniuriam suam,suorumq; non prosequatur,dummodo extraneum non accuset,etiam prosequẽdo suam suorumq; iniuriam,nu.26.*
*Et ad quos damnatos extendatur,nu.27.*

28 *Accusatus volens prosequi inchoatam per se accusationem, etiam si amiserit ciuitatem & libertatem, imò etiam contra extraneum procederet. limita,29.30.*

31 *Damnatus ad mortem, volens accusationem prosequi, an suspendat executionem? limita vt nu.32.33.*

34 *Reus reaccusare an debeat coram eodem iudice, vel alio remissiuè.*

35 *Laicus à clerico accusatus coram iudice laico,an reaccuset clericum coram iudice ecclesiastico,remissiuè.*

36 *Reaccusationum mutuarum species quot, quæ etiam Rhetoribus nota fuêre.*

37 *Vulnerarunt se inuicem duo,alter præuenit in accusando, an alter accusatus reaccusare ante citationem possit accusantem primum.*

38 *Practica quid seruet in istis mutuis accusationibus, distinguendo an delicta sint paria,nec ne,vide optimè.*

1 SI quis reus fact° † sit,purgare se debet,nec antè potest accusare,quàm fuerit excusatus.constitutionibus.n. obseruatur, vt non relatione criminis, sed innocentia reus purgetur, inquit Vlpia. *in l. is qui reus. de pub.iudi.* Quæ conclusio probatur etiam *in l. neganda. C.qui accu.nõ poss.* reassumpta *in c.neganda. il 2.3.q.11.* vbi per Stephanum Papam assignatur hæc ratio,quia non est credendũ contra alios eorum cõfessioni, qui criminibus implicantur, nisi se priùs probauerint innocentes, quoniam periculosa est, & non debet admitti rei aduersus quemcunque professio. Eadem conclusio probatur *in l.1. C.qui accu.non poss.* Verùm quia hęc conclusio plures recipit declarationes, ideo constituendæ sunt infrascriptæ conclusiones, quæ totam materiam absoluent, & explicabunt.

2 ¶ Prima ergo sit conclusio, † quòd accusatus antequã nomen ipsius sit inter reos receptum (quod quando fiat, infrà suo loco,dicetur,) potest accusatorem suum accusare,nisi alio impedimento teneatur,& est ratio, q.a hic nulla lege prohibitus reperitur, *l. is qui iudicio. & l.qui accusare.de accu.* Neque huic conclusioni obstabit,si opponatur, quòd accusatus primò videatur factus inimicus accusantis, mediante ipsa accusatione. ergo tãquam inimicus repellendus, *c. cum P.Manconella, de accusa.* & dicam in seq. c. nam respondetur,quòd illud,quòd inimicus ab accusatione repellatur, procedit de iure canoni-

co, non ciuili. Item quòd illa regula inimicitiæ fallit, qñ reus vellet suum accusatorem recriminari, vt latè concludit Maria.Sozi. *in d.c.cum P.num.65.ver.sed tu aduerte, & etiam num. 66.*

3 ¶ Extenditur † autem hæc conclusio, vt possit accusatus accusare, & extraneum quemlibet & suum accusatorem, si de maiori crimine accuset, quàm ipse sit accusatus, vel etiam de pari aut minori, quando suam vel suorum prosequitur iniuriam, secundum opinio.Azo. quæ communis est, vt per gl. *in d.l.is qui reus.* & ibi per Bart. in sua distinctione. & hanc dicit communem Maria.Sozin. *in c.1.de mutu.peti.nu.67.* & probat tex. *in l.neganda.C.qui accusa.non poss.*

4 Extende etiam, † vt possit de pari vel minori crimine accusatorem suum accusare, quando illud par vel minus delictum prę̃iudicium afferret primo, vt videtur ꝓbare tex. *in l.quoniam Alexandrũ.C.de adul.* qui tñ mihi non ꝓbat: nam ibi accusatus de adulterio non reaccusabat accusatorẽ, sed excipiebat contra eius personam, quòd accusare non poterat, obstante crimine lenocinii, cùm constaret ipsum adulteram vxorem post adulterium recepisse. replicabat accusator, quòd ista non poterat accusatus opponere, quia seruus erat, & deciditur, quòd priꝰ de statu adulteri quærendum. patet ergo, quòd reus non reaccusabat, sed se defendẽdo excipiebat, & notum est, aliud esse excipere, aliud accusare, & dicam ꝯ. & sic non video, quomodo hæc extensio procedere possit, quamquam illam sequatur Maria. vbi s. & licèt ad hoc etiam allegetur l.præses.C.ad l.Flau.de plagi. tamen & ille tex. non probat, quia loquitur in exceptione proposita contra accusatorem, non autem in accusatione. nam ibi excipiebat accusatus de crimine plagii cõtra accusatorem, quòd non erat Dominus serui, ergo sibi non competebat accusatio.

5 Extende, vt † possit de pari & minori reaccusare etiam non præiudiciali, si producat accusationem ad hunc tãtùm finem, vt interrumpatur tempus datum ad accusandum, non autem vt velit tunc prosequi. nam admittetur productio, vt absoluto ipso reo possit ipsam idem prosequi, vt probatur *in dict.l.neganda.in fin. C.qui accu.non pos.*

6 ¶ Limitatur autem † ista conclusio, quando vellet reaccusare de pari vel minori non ꝓsequens suam vel suorum iniuriam, & accusaret, vt prosequeretur, non vt inchoaret tantùm. his enim casibus accusare non poterit. & istam conclusionem sic intelligit Io. And. in addit. ad Specu. *in tit.de accusator. §.1.nu.26 super ver.in libro Rofred.* & Henric.Boich. *in d.c.1.de mutu.peti.*

7 ¶ Secunda sit conclusio, † quòd postquam nomen rei accusati est receptum inter reos, extraneũ potest accusare de maiori crimine, non autem de pari vel minori, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, vel nisi tantum proponeret ad inchoandum, non ad ꝓsequendum, iuxta *d.l.neganda.* & ita concludit Bar. *in d.l.is qui reus.nu.1.in fi. de pub.iud.*

8 ¶ Tertia erit conclusio, † quòd postquam nomen rei est receptum inter reos, non potest accusatus suum accusatorem recriminari, & accusare, vt probat tex. *in d.l.is qui reus.* quia non relatione criminum, sed innocentia reus purgari debet, vt ibi dicitur. neq; n. mutua petitio locum habet in criminalibus, vt per gl.pe. *in fi.in c.1.de mutu.peti. & in c.at si clerici, de iud. & d.c.neganda.il secondo.3.q 11. gl.in c.nullus.de foro compe. & in c.cuius in agendo 3.q.8. & text.* 11 *in c.prius.3.q.11. & In l.1. C.qui accu.non poss. & gl.in c. cùm dilectus.de arb. & in c.dilectorum.de testi.cogen.* omnes Scrib. *in d. c.1.de mutu.peti.* & Archid. *in d.c.neganda. & d.c.prius.* Barto. Ang. & Imo. *in d.l.is qui reus. & in d.l.1. & d.l.neganda.* Ang. in tract. *male.in ver.nec non ad querelam.num.63.* vbi Aug. in addi. Spec. *in tit.de accusa.§.1.nu.26.* vbi etiam Io.And. in addi. Gandi. in tract. *malef.sub titu. de filiofam. ver. vtrum possit accusare.nu.40.* Bonifa. de Vital. in tract. *malef.sub titu. quid sit accusatio, in forma accusationis porrectæ per syndicum, nu.35.*

9 ¶ Fallit primò † hæc conclusio, quando vellet accusationem inchoare non prosequi, vt s. etiam dictum fuit, & probatur in d.l. neganda. licèt enim reus iste accusatus condemnaretur, & fieret infamis, posset tamen hanc accusationem iam inchoatam prosequi. *d.l.is qui reus.in fi. de pub.iud.* & tradunt omnes ibi, & cæteri s. adducti. & Maria. *in d.c.1.de mutu.peti. nu.70.* & dictum fuit s. sub cap. 17. dum tractabatur, quando infamis repellatur ab accusatione, in 8. fallen.

¶ Fallit secundò, † quando accusaret de crimine maiori & præiudiciali, ex quo nasceretur peremptoria exceptio. Exemplum, si accusasses me, quòd vulneraui Titiũ die tertio Augusti, & ego te reaccusarem, quòd imò tu eum occidisti die prima Augusti: est enim maius homicidii, quàm vulneris delictum. Item est præiudicialis accusatio mea tuæ: quia si tu Titium die primo occidisti, impossibile est, quòd ego illum vulnerauerim die tertia, cùm esset mortuus, & successiuè parit etiam mihi exceptionem peremptoriam, quæ potest quandocunq; vsq; ad sententiam opponi. *l.maritus.§.præscriptiones.ff.de adult.* & hæc fuit opinio Azo. quam refert glos. *in d.l.1.C.qui accu.non poss.* & sequitur Bart. *in d.l.is qui reus.2.col.in fi.* & Angel. ibi. & Imo. & Maria. post Abb. *in d.c.1. de mutu.peti. nu. 71.* Neque his obstat fundamentum Saly. *in d.l.1. C.qui accu.non poss.* qui contrarium tenet hac ratione, quia ita est peremptoria prima accusatio ad secundam, sicut econtrà secũda ad primam: nam pariter impossibile est, quòd ego vulnerarim die tertio Augusti Titium, si verum est, ꝙ tu eũ occidisti die primo: sicut econtrà impossibile est, quòd tu eum die primo Augusti occideris, si verum est, quòd ego die tertio vulnerauerim viuum. nam respondetur, quòd quando delicta essent paria, fortè procederet argumentum: sed cùm præsupponamus delictũ homicidii maius esse delicto vulneris, & certum sit duo vincula potentiora esse, *authen.itaque. Cod.commu.de succes.* sequitur, quòd ista secunda accusatio tanquam maior & potẽtior sit prius excutienda. Item & aliter præter Scriben. respondeo, quòd prima accusatio non potest dici proposita ad perimendam secundam, sed tantùm ad accusandum. secunda autem proculdubio fuit proposita, & ad accusandũ, & ad perimendum primam: ergo attendi debet, quòd principaliter fuit in intentione, *argu.l.ex parte.in prin.ff.famil.ercis. & l.creditor. §.1.ff.mand.* prima ergo accusatio non poterit, vti exceptio peremptoria, considerari, quia ad id principaliter non fuit proposita, sed benè secunda. Hanc autem limitationem probat text. *in d.l.1. C.qui accu.non poss.* quem ad hoc omnes communiter adducunt, qui quidem benè probat limitationem quoad grauitatem delicti, non autem quoad præiudicium. similiter & ad comprobandam hãc limitationem adducitur textus in d.l. neganda. qui similiter ꝓbat quo ad grauitatem delicti, non quoad præiudicium. neque etiam probant text. *in l.quoniam Alexandrum.C.de adult. & text. in l.præses. C.ad l.Flau.de plagi.* vt dixi s. in prima conclusione, in secunda extensione. Ang. tamen in d.l.is qui reus, ponit exemplum præiudicialis accusationis pulcherrimum. Dicit enim se obtinuisse pluries de facto, quòd si statutum puniat calumniosè accusantem pœna falsi, ꝙ accusatus poterit accusatorem reaccusare tanq̃ calumniatorem de falso, si pœna falsi foret maior quàm pœna delicti, pro quo accusabatur, & supersedebitur in prima accusatione: secus si dicta pœna falsi foret par vel minor. Et aduertendum, † quòd vt hæc fallentia procedat, oportet, quòd simul concurrant hæc, quòd reus vellet reaccusare de maiori delicto, & eo quidem præiudiciali, aliàs secus, vt omnes tenent, quanquam Angel. solus in dicta leg. is qui reus, videatur contrarium voluisse, qui tamen communiter reprehenditur, vt inquit Maria. *in dicto capitulo primo, de mutu. pet. numero septuagesimo secundo.* Quam tamen limitationem puto ego veram ex eo, quia hęc secunda accusatio videtur potiùs exceptio quædam ad defensionem proposita, quàm accusatio ad vindictam.

12 Fallit tertiò,† quando accusatus prosequeretur suam vel suorũ iniuriam, quia posset indistinctè accusare tam post nomen inter reos receptum, quàm ante; & tam de maiori quàm de pari vel minori delicto, & ita communiter tenetur, *vt per glo.3. in prin. in d.l.is,qui reus.* quam ibi sequitur Ang.*per d.l.neganda.* pro qua opi.facit text.*in l.1. C.de calum.& in l.2.§.si publico,de adul.* vbi etiã Bart.& Ang. dicentes,quòd licèt ille text.loquatur,quando per viam exceptionis opponitur lenocinium, tamẽ habet illa exceptio vim accusationis, quia non tantùm repellit, sed facit etiam vt puniatur,& tamen ibi eramus post nomen receptũ, & ideo nulla alia rõne admittitur, nisi quia suã prosequitur iniuriam,quanquam Bar. in d.l. is qui reus, aliter senserit,& hoc idem per text. *in d.§.si publico,* voluit Sal.*in d.l.1.C.qui accu.non poss.* nam si id admitteretur,*in d.§. si publico,* ex alia ratione, quàm quia suam prosequeretur iniuriam: Extraneus similiter, cuius non interesset, accusare potuisset, quod tamen verum non est, vt dicitur *in §.extraneus.ea.l.* Verum est,quòd gl.magna in d.l.is qui reus, secundum opinio. Rogerii videtur tenere contrarium, quòd scilicet imò post receptum nomen nũquam liceat accusato reaccusare de quocunque crimine,etiam si suam prosequeretur iniuriam,sed Imola ibi eam reprehendit,& omnes reprehensioni consentiunt.Verum est quoque, quod plures tenuerunt, quòd l.negãda. C.qui accu.non pos.quę est fundamentum huius limitationis, loquatur ante nomen receptum, non post: sed malè secundum Petrum, cuius opi. sequitur Sal. *in d.l.1. C. qui accu non poss.num.10.* Et mouetur, primò, quia lex generaliter loquitur, ergo generaliter intelligenda. Secundò, qa dicitur ibi, priusquã crimen, quo premuntur,exuerint. nam neq; possunt dici premi crimine, nisi post nomen receptum,neque exui crimine,nisi illud induerint,cùm priuatio præsupponat habitum,*l.decem.de verb.oblig.* Tertiò,quia text. se refert ad scita veterum iuris conditorũ, nempe ad d.l.is qui reus,quę loquitur post nomen receptum,licèt ad hanc vltimam responsionem facilis sit responsio, vt respondet Imola in d.l. is qui reus. Quartò addo ego nouam rationem ponderando text. in d.l. neganda. in fin.dum dicitur, ita tamen vt & ipsi inscriptiones contra eos etiam pendente accusatione deponere possint. nulli enim dubium, quòd illa verba, etiam pendente accusatione, intelliguntur etiam post nomen receptum, quia certum est, vt s. dictum fuit, qp etiam post receptum nomen accusatus potest accusare ad hunc finem tantum,vt recipiatur accusatio,& in ea supersedeatur vsq; ad expeditionem sui reatus, vt est tex. *in d.l.is qui reus.in fi. & in d.l.1. C.qui accu.non poss.* qui text. loquitur in specie de inscriptione,prout tex. in d.l.neganda. si ergo pars illa vlt. l. neganda, in qua datur exceptio ad præcedentem regulam, loquitur etiam post nomẽ receptum, sequitur quòd etiam prima pars, in qua traditur regula, loquatur post nomen receptum, aliàs exceptio nõ esset de regula,Contra l.nam quod liquidè.§.fi.de penu lega. Item certum est, quòd sequentia declarant præcedentia,*l.sed Iulianus.§.proinde.ff.ad Maced.* tradit Bar. *in l.cætera. §.vlt.* vbi Alex. & Ias. *de leg.1.cum simil.* cùm igitur certi simus, quòd vltima pars d. l. loquatur etiam post nomen receptum, non video, quid impediat, quò minùs etiam
13 præcedentia sic intelligantur. Quod autem † attinet ad illam quæstionem,an accusato liceat reaccusare accusatorem de maiori crimine post nomen receptum,si suam prosequatur iniuriam. Angel.in d.l.is qui reus,tenuit qp non, quia talis exceptio grauioris criminis est dilatoria, non peremptoria,ideo non poterit post litem contesta. & sic post nomẽ receptum opponi, nisi fortè post litem ipsam contestatam superueniisset,*l.2.Cod.de consor.eiusd.lit.* communis tamẽ opinio est cõtra Ang. vt attestatur Maria.*in d.c.de mutu.peti.num.73.vers.aduerte etiam.* secundum tamen declarationem Barto. *in d.l.is qui reus.* quem ibi sequitur Imola *num.8.* quando scilicet maius crimen esset tale, ex quo resultaret exceptio peremptoria, quãquam opinio. Ang.teneat Saly. *in d.l.1.C.qui accu.non poss.num.10. vers.sed post nomen receptum.& etiam nu.11.* Ego verò puto † totam vim consistere in modo opponendi: nam si excipiendo & se defendendo maius crimen opponit, dico non esse admittendum, quia verè hæc est exceptio dilatoria, ideo post nomen receptum non poterit opponi, *d.l.maritus.§.præscriptiones.de adul.*si verò in vim accusationis proponit, & tunc si suam prosequitur iniuriam, teneo quòd possit, non vt differatur,sed vt vnitè procedatur. nam certa est regula, quòd omnes, qui prohibentur accusare,indistinctè poterunt accusare, si suam vel suorum prosequantur iniuriam,nisi expresè etiam eo casu prohibeantur,*l.hi tamen.ff.de accusa.* sed in casu nostro nulla reperitur prohibitio,ergo. Et hanc concusionem probat text.qui cauillum non recipit, *in d.l neganda, C.qui accu.nõ poss.* arguendo à contrario sensu,vt facit ibi gl. nam dum dicit, negandam esse licentiam accusatis,qui non prosequuntur suam iniuriam in pari vel minori reaccusandi: ergo si non sit par vel minus delictum, sed maius,concedetur,si suam prosequatur iniuriam,præsertim cùm tex. ille loquatur etiam post nomen receptum, vt s. induxi. Et pro hac mea differentia inter excipientem & accusantem facit l. 2. §. si publico, de adul. vbi mulier potest reaccusare maritum de lenocinio non excipiendo ad finẽ, scil.vt differatur aduersarii accusatio, sed benè vt puniatur mediante eius accusatione. & præmissa procedunt, siue vterque prosequatur suam aut suorum iniuriam,siue accusatus tantùm, vt tenent Bar. Ang. & Imola *in d.l. is qui reus.*& Salyc. *in d.l.neganda.* & Maria. dicit communẽ *in d.c.1.de mutu.peti.nu.73.ver.& prædicta procedunt.*

15 Fallit quartò, quando † accusatus vellet accusare de crimine connexo, vt tenuit Bar.*in d.l.is qui reus. de pub.iud. per l.2. §. si publico. de adul.* vbi admittitur vxor accusata de adulterio ad reaccusandum maritum de lenocinio, & hoc nulla alia ratione inquit Bar.nisi quia connexum est crimen cum adulterio,in quo tamen Bart.communiter reprehenditur, vt per Ang.& Im.*in d.l.is qui reus.* & Scrib. *in l.1.C.qui accu.non poss.& in c.1.de mutu.peti.* vbi Maria.*nu. 74.per tex. in d.l.2. §.extraneus autem.* vbi dicitur, quòd extraneus adulter reus factus à marito, non põt reaccusare eũdem maritum de lenocinio, & tamen ita connexũ est lenocinium cum adulterio hoc secundo casu sicut in primo. sed dicunt eam esse rationem differentiæ inter §. si publico, & §. extraneus, quia mulier accusando de lenocinio, prosequitur suam iniuriam, ex quo præsumitur à marito lenone subducta,*l.1.§.pœnas autem.in fin.C.de rap.virg.* quæ ratio non militat in extraneo. Quam rationem sentit & ipse Bart. *in d.§.si publico.nu.1.* quem omnes ibi sequũtur. Considerandum tamen puto,quòd & alia videtur esse ratio differentiæ. nam in §. si publico, videtur loqui text. indistinctè de vxore obiiciente in vim exceptionis crimen lenocinii marito etiam ante nomẽ rei receptum: sed in §. extraneus, loquitur tantùm post nomen receptum,vt ibi expresè dicitur, & probat etiã clarè text.*in §.qui hoc dicit. s. ea.l.* Item *in §.si publico,* non dicitur, quòd per accusationem vxoris maritus puniatur de lenocinio, sed ex officio, si sibi videbitur. in §. verò extraneo dicitur, quòd per accusationem extranei iam recepti inter reos non damnabitur. quamquam Ang.in d. l.is qui reus, tenuerit, quòd speciale sit in vxore in d. §.si publico, & videtur sequi Maria.in d.c.1. nu.75. quod tamen non sequor ego, cùm non desint rationes diuersitatis,de quibus suprà, & allegare speciale absque ratione specialitatis,est refugium miserorum, vt per glos. *in l.filium,quem habentem, C.fam. erc.* Illud tamen est menti tenendum, quòd text. in §. si publico, locum habet non modò in oppositione lenocinii commissi ad adulterium committendum, sed etiam commissi per retentionem vxoris post adulterium commissum, vt tenet Imola *in d. l.is qui reus.* & licèt Maria. *in d.c.1. de mutu.peti. num.74. in fi.* dicat,hanc extensionem sibi periculosam videri: attamẽ eam optimè probat textus *in §.lenocinij, s. ea.l.2.* vbi Vlpia-

æquipa-

æquiparàt istos duos casus,lenocinii scilicet receptæ pecuniæ pro adulterio à marito,& retentæ vxoris in domo post scientiam adulterii.

16 ¶Fallit quintò,†quando crimen,de quo accusatus accusatorem reaccusare intẽdit,superuenisset, postquam nomen eius receptum fuerat inter reos: tunc enim poterit reaccusare,si antè ẽt potuisset:quia nil est,quod sibi imputari potest, vt in specie tenet Imola *in dicta lege is qui reus.* & Maria. *in dicto capitulo primo, de mutu.peti. numero sexagesimo septimo.*

17 Fallit sexto, † quando accusatus iam receptus inter reos non reaccusaret ordinariè, sed imploraret iudicis officium,vt accusator eius puniretur. hoc enim liceret, *per l.1.C.de calum.* vbi accusatus,antequã expediatur contra se sententia, vellet implorare officium iudicis, vt cõ- 19 demnetur accusator de calumnia, non autem post sententiam, & ita illum textum intelligit glo. Bar. & Angel. *in d.l.is qui reus,de pub.iud.& in l.1.C.qui accu.non poss.* Salyceto tamen in d.l.1.non placet iste intellectus, quia sequeretur, quòd in omnibus casibus, in quibus regulariter 20 non admittitur reaccusatio, posset implorari officium iudicis, & sic per indirectum fieri, quod directo fieri nõ posset; nam officium iudicis succedit loco accusationis, *l querela.C.de fal.* vbi glo.1. & in hoc idem videtur sentire Barto.*in l.vlt.C.de accu.* Bart. igitur in d. l. is qui reus, dat alium intellectum, quòd scilicet illud est ratione connexitatis,quam habet calumnia cum accusatione,quem 21 tamen intellectum reprehendit ibi Imola & Saly. in d. l. 1. sed & alium intellectum tradit ibi Bart. quòd admittitur ibi nõ tantùm ad implorandum officium, sed etiam ad accusandum, quia suam prosequitur iniuriam, & istũ approbat etiam ibi Imola. considerabam ego, quòd tex. 22 in d.l.1. non videtur loqui secundum iuris ordinarii & communis terminos, sed secundum consuetudinem, quæ regulariter est contra vel præter ius commune, *l. de quibus. ff. de legi. l. 1. C. quæ sit longa consue. cum simil.* & quòd loquatur ille textus de consuetudine, probat verbum, solet, in prin. illius l. positum, & verba illa, contra consuetudinem in fine eiusdem legis. Dum ergo quæritur de veritate præd. conclusionis, an accusatus possit accu- 23 satorẽ de calumnia accusare, postquã nomen suũ est inter reos receptum,dico tenendum,quòd nõ accusando, sed benè excipiendo & implorando officium iudicis, & in his terminis loquitur text. *in d.l.1. C.de calumn.* nam ꝓpriè ad officium iudicis spectat calumniantem punire, *l.1.§.sed non vtique, ad Turpil.* & verbum illud,*desideras*, quo vtitur d. lex 1. denotat implorationem officii iudicis,vt 24 probat textus *in l.qui cùm maior*, §.*si libertus. ff. de bo. lib.* vbi verbum, desiderauerit puniri, opponitur verbo accusa-
18 uerit. Hoc autem † quòd possit accusator puniri de calumnia ex imploratione iudicis officii facta per reum, speciale est in crimine calumniæ: nam non idem posset facere de quocunque alio crimine, & ratio specialitatis est, quia hoc crimen prouenit & nascitur ex ipsamet accusatione accusantis, sicut dicimus de expensis, & interesse in ciuilibus actionibus,quæ debentur officio iud. & possunt per reum peti etiam post litem contestatam im- 25 plorando officium iud. *l.ædiles.*§.*item sciendum.de ædil.edic.* & not. per omnes *in l. properandum. C od. de iud. & in l. eum, quem temerè. ff.eod.tit. & in l. terminato. C.de fruct. & liti. expensis,& in c.finem litibus,de dolo & contu.* & tradit Bar. *in d.l. 1.ff. ad leg. Turpil.* quæ ratio cessaret in aliis delictis, quæ 26 non contingerent crimen per accusatorem obiectum, quod etiam patet, quia in accusationibus accusator se à principio subscribit ad pœnam talionis, imò & carceribus sæpè detinetur, adeo quòd & ab ipso principio re° & ipse quoad calumniam constituitur.*l.vltima, Cod.de accu. cum simil.* Fallentia ergo ista non procedit ob imploratione officii iudicis: quia verè,vt dicebat Saly. idem esset, si imploraretur officium per reum, vt accusator condemnaretur de quocunque alio crimine: sed fallentia procedit, quando reus vult accusatorem puniri de calumnia, quia hoc potest petere non per viam accusationis, sed per implorationem officii iudicis, & ista est veritas,ni fallor.

Fallit septimò, quando accusatus etiam post nomen receptum inter reos, vellet reaccusare accusantem, per viam tamen exceptionis, per text.*in l.2.§.si publico.de adul.* de cuius tamen intellectu suprà dictum fuit in quarta fallen. cum qua hæc videtur eadem. & ideo miror, cur & Bar. *in d. is qui reus.* & Maria. *in d.c.1.de mutu.peti. num. 78.* distinxerint, & separauerint has fallen. cùm super eodẽ text.fundentur: ideo vnica sit, necesse est. Verùm si, prout proponitur,hæc fallentia consideretur,certè falsa est, quia in §.extraneus verò,ea.l. contrarium dicitur in extraneo,adeo quòd hæc limitatio videtur procedere tantùm in vxore: sed veritas est, † quòd excipiendo potest reus ẽt post nomẽ receptum opponere crimen, vt iudex ex officio, si sibi videbitur, condemnet, non autem potest per accusationem arctare iudicem, vt super ea iudicet,vt etiam s̃.dixi in 4.limita.

Fallit octauò, † nisi accusator mutuò accusatus taceret,& nil opponeret,quia hoc casu poterit iudex procedere, quia sibi imputetur, si non reclamauit, vt voluit *gl.2.& pen.in d.l.is qui reus.ff.de pub.iud.* vbi idem tenet Imola,& facit *l.reum.C.de procur.& l si mancipium.* §.*si communi. ff.communi. diui.* quam limitationem sequitur etiam Maria.*in d.c.1.de mu.pet.nu.79.*

¶ Quarta sit principalis conclusio, † quòd reus non potest reaccusare accusantem post conclusionẽ in causa etiam de his criminibus, de quib. posset etiam post nomen receptum accusare, hoc tenuit Cyn.& Sal. *C.qui accu.non poss.* Bar.& Ang. *in d.l.is qui reus.*

Quæ quidem conclusio † procedit,etiamsi proponeretur talis reaccusatio, vt ea differretur post expeditam primam,*arg.c.pastoralis.de cau.poss.& propr.*

Sed sublimitatur hæc fallentia, nisi crimen, quod obiici nunc intenditur, superueniisset post conclusionem in causa, *per not. in d.capitu.pastoralis.* & per ea quæ dixi suprà in 5. fallen. præcedentis tertiæ conclusionis, quæ sequitur etiam Maria. *in d.c.1. de mutu.peti. num.80.* Et ideo ex hoc†ego in practica infero,quòd si post cõclusionem in causa accusator falsum aliquid commisisset in scriptu ris & processu,vel tentasset iudicem corrumpere, posset accusare à reo & puniri, quia ex eodem facto tale delictũ superueniisset. & quia hæc accusatio concerneret innocentiam rei,quam demonstrare non posset, nisi detegeretur hæc falsitas.

¶ Quinta sit conclusio, † quòd accusatus post causam suæ accusationis expeditam poterit accusantem reaccusare,maximè si sit absolutus. *d.l.is qui reus.de pub.iud.*& Maria.*in d.c.1.de mutu.peti.nu.81.* Absolutus.

¶Extende prędictam conclusionem,vt procedat non modò si reus fuisset absolutus, sed etiam si condemnat°, dummodo tali condemnatione, qua neque ciuitatem, neque libertatem amisisset,vt probat tex. *in d.l. is qui reus*, vbi Bar. & reliqui Scrib.

¶Extende † secundò,vt possit accusare eius accusatorem reus condemnatus, etiamsi ex tali condemnatione famam amisisset: nam nõ obstante quòd sit infamis, poterit accusatorem suum accusare, etiam si suam vel suorum iniuriam non prosequeretur,vt tenuit glo.*in d.leg.ĩ qui reus.in ver. amiserunt*, vbi † quòd non poterit tamen extraneum accusare, etiam si suam prosequeretur iniuriã, ex quo infamis, quæ ad comprobandam hanc extensionem adducit in argumentum, *leg. 1.ff. de bo. dam.* vbi dicitur, ignoscendum ei, qui voluerit sanguinem suum quomodocunque redemptum. qui tamen text.non debuit allegari in proposito, quia loquitur in defendente se, ne capitaliter puniretur, cui ideo licet accusatorem impunè corrumpere, ex quo tamen non rectè sequitur,quòd postquã fuit damnatus,& effectus infamis, quo casu cessat ratio defensionis, & sola ratio vindictæ Infamis.



Desiderare.

considerari potest, possit accusatorem reaccusare. Ad comprobandam etiam hanc extensionem adducit dict. gl. text. *in l. qui cum maior. §. si libertus. ff. de bon. liber.* vbi si libertus accusauit maiestatis filium patroni, & filius patroni calumniæ cum capitis puniri desiderauerit, non debet repelli edicto. idem, si ab eo petitus, retorsit in eũ crimina. Ignoscendum enim (inquit text.) si voluit vlcisci prouocatus. Qui tamen text. pariter non probat hanc extensionem. reus enim in eo text. pendente suo iudicio, reaccusabat & retorquebat crimina: non autem apparet, quòd condemnatus fuisset, vt præsupponimus in hac extensione. Præterea ille textus loquitur ad euitandam pœnam per edictum propositam contra patronos accusantes libertos, vt probat illud verbum, ignoscendum est enim. adducit etiam d. glo. textum *in l. 2. in prin. ff. de iure fisci.* quamquam Imola *in d. l. is qui reus.* & Sal. *in d. l. 1. C. qui accu. non poss.* & Maria. *in d. c. 1. de mutu. peti.* corruptè allegent l. deferre, in qua l. 2. dicitur, quòd qui vlciscendi gratia aduersarium suum deferunt, nõ sunt infames. ergo videtur inferri, quòd possit accusare. sed & pariter lex ista non probat propositum: non enim constat ibi reum damnatum fuisse, quod pro certo præsupponitur in præsenti conclusione; & quòd non fuisset ibi damnatus, probatur per illud vocabulum, aduersarium suum. nam si iam fuisset damnatus reus, nullum ampliùs haberet aduersarium. probare videtur ergo hanc extensionem tantùm text. *in d. l. is qui reus.* arguendo à contrario sensu; nam dicitur, quòd per constitutiones cautum est, damnatos post damnationem accusationem inchoare non posse. Quod quidem dictum Vlpia. ita ibi interpretatur, vt non ad omnes damnatos tales constitutiones pertineant, sed ad eos demum, qui vel ciuitatem, vel libertatem amiserunt. ergo à contrario sensu, si non amiserunt ciuitatem vel libertatem, poterunt accusare. ergo licèt sit infamis, dummodo ciuitatem aut libertatem non amiserit, accusare poterit. Neque huic inductioni obstat responsio Salyc. *in d. l. 1. C. qui accusa. non poss.* quod argumentum à contrario sensu non procedit contra regulas iuris, vt not. *in l. 1. §. 1. de offi. eius.* quia non dicunt Scrib. quòd non sumatur argumentum à contrario sensu contra regulas iuris, cùm quælibet regula patiatur exceptionem: sed dicunt, quòd contra casum legis specialiter expressum non sumitur tale argumẽtum, quod non est in casu nostro, & ita declarat Imola *in d. l. is qui reus. num. 13. de pub. iud. ver. tu adde, in fin.* & Maria. *in d. c. 1. de mutu. peti. num. 82. circa finem.* Ego verò dico, quòd & aliter inducendo probat optimè ille text. hanc extensionem. considero enim, quòd ibi Vlpia. primò dixerat, illud incertum esse, vtrum ita demum accusare possit accusatus, si fuerit liberatus, an & si pœnam subierit? Rationem autem dubitandi & eius, quam proposuerat, in-
27 certitudinis, adducit, inquiens: † est enim constitutum ab Imperatore nostro & Diuo patre eius, post damnationem accusationem inchoare non posse. sed quia poterat dubitari, an illa verba, post damnationem, intelligerentur de quacunque damnatione. ideo Vlpia. interpretando d. constitutiones Princ. inquit: sed hoc puto ad eos demum pertinere, qui vel ciuitatem, vel libertatem amiserunt. cùm ergo interpretando restringat generalitatem illorum verborum, post damnationem, necesse est, quòd excludat alias species, & qualitates damnationum (inter quas est etiam infamia) quæ comprehendebantur sub illa generalitate, cum vnius inclusio sit alterius exclusio. *l. cùm prætor. de iudi. cum vulg.* præsertim cũ vtatur dictione taxatiua, ad eos demum pertinere: nam est perinde, ac si dixisset, ad eos tantùm, vel solummodo pertinere. vt de dictione, *demum*, habetur *in l. 1. ff. de bo. cor.* quæ dictiones excludunt omnes alios casus, vt per gloss. Bal. & alios, per illum tex. *in l. cùm notissimi. C. de præscrip. 30. ann.* Bal. *in l. 1. C. de bo. poss. contra tab.* vbi latè etiam Ias. & Bar. *in l. 3. §. cum Titia. de adim. lega. & in l. 1. ff. si quis ius di. non ob. & no. in l. aduersus. C. si aduer. rẽ iud. & in l. hus solis. C. de reuo. dona.* & ideo ꝓbat ille tex. non tantùm ex vi argumenti à contrario sensu, sed ex propria vi taxatiuæ appositæ in eo.

28 Extende tertiò, † vt procedat etiam in eo reo damnato, qui ciuitatem & libertatem amisisset, si velit accusationem per se ante condemnationem inchoatam prosequi, vt probat tex. clarus *in d. l. is qui reus. in fi.* quæ conclusio ꝓcedit, nedum si accusatorem suum vellet dicta accusatione prosequi, sed etiam si extraneum, secundum Azo. quem communiter omnes sequuntur, *in l. 1. Cod. qui accu. non pos.* & hanc communẽ dicit Maria. *in d. c. 1. de mutu. peti. nu. 83.* quam etiam probat tex. *in l. neganda. C. qui accu. non poss.*

29 ¶ Limitatur secundò conclusio, † vt non procedat de iure canonico, quia accusatus tanquam inimicus nullo casu admittetur, vt per Maria. *in d. c. 1. de mutu. peti. num. 65. sed tu aduerte, & nu. 66.*

30 ¶ Limitatur secundò, † qñ quis fuisset condemnatus ea condemnatione, qua libertatem & ciuitatem amitteret, & probat tex. apertus *in d. leg. is qui reus.* & idem si esset damnatus ad mortem, quia non posset accusare. *l. si quis fortè. ff. de pœn. & leg. cum reis. Cod. eod.* & in hoc conueniunt omnes.

31 ¶ Sed pulchra suboritur difficultas, † an inchoatas accusationes damnatus ad mortem prosequi possit, & interim differri debeat exequutio. gl. vlt. in d. l. is qui reus. concludit, quòd non audiatur per leges prædictas, quæ generalem faciunt regulam, quòd exequutio non differatur, sed contrarium tenuit Bar. in d. l. is qui reus, quem ibi Angel. sequitur, & videtur magis communis: nam in plurib. casib. differtur exequutio, *vt in l. qui vlt. ff. de pœ. & in l. prægnantis. ff. eo.* præsertim cùm certum sit, ꝙ inchoatam per se accusationem pendente contra se iudicio nõ potuit prosequi, ideo non debuit suæ præiudicare, *l. contra maiores. C. de inoff test. l. 1. in fi. C. de anna. exc.* & hanc probat text. *in d. l. is qui reus.* qui generaliter loquitur. & cùm loquatur de his, qui libertatem & ciuitatem amiserunt, videtur procul dubio ẽt eos comprehendere, qui morte sunt damnati, & quam Saly. *in d. l. 1. C. qui accu. non poss.* teneat opi. glo. tamen leuia sunt eius fundamenta, quia iura per eum allegata non loquuntur, quando inchoata iam fuisset accusatio, prout sunt termini nostri, & hanc quoq; sequitur Maria. *in d. c. 1. nu. 84.*

Executio an suspendatur propter cœptã accusationem.

32 Sublimitatur † tamen prædicta conclusio, nisi constaret, quòd ipse calumniosè præuenisset ad differendã exequutionem, casu quo condemnaretur, *arg. l. satis apertè. C. de fals.* quod considerat Imola. *in d. l. is qui reus.*

33 Limitatur † tertiò, nisi accusatus vellet post condemnationem accusare suum accusatorem de calumnia accusationis per eum propositæ pro delicto, pro quo fuit ipse reus condemnatus, quia non poterit, tum quia per condemnationem apparet, accusantem nõ fuisse calumniosum, tum quia sopita iam est causa, quoad omnia, *l. 1. C. de calum.* & dixi suprà *in 6. fallen. 3. conclusionis princ.*

34 ¶ Sed an eo † casu, quo accusatus reaccusare potest, teneatur coram eodem iudice, vel coram iudice accusatoris accusare. hîc non est locus huic quæstioni, cùm cõcernat iudicis iurisdictionem, non personam tantùm accusatoris, sed interim videndus Maria. *in d. c. 1. de mutu. peti. nu. 84. ver. & prædicta procedunt.*

35 ¶ Et an si † clericus accusauit laicum de delicto coram laico prosequens suam iniuram, laicus accusatus possit reaccusare clericum de calumnia coram ecclesiastico, quia pariter hæc quæstio concernit iurisdictionem principalem iudicis', ideo aptiùs infrà discutietur suo loco, interim videndus Fede. de Sen. *consilio nonagesimo tertio, factum quod proponitur.* & sequitur eum Abb. *in dicto capitulo primo, de mutu. peti. numero vigesimo secundo, columna 4. vers. & ad prædicta adde.* vbi etiam Maria. Sozin. *num. 84. circa finem.*

36 ¶ Hæc autem accusatio † accusati contra accusatorem neque fuit Rhetoribus incognita, nam eam mutuam accusa-

Anticatoria.

accuſationem appellat Quintil.lib.3.cap.12. & græcè anticategoriam appellari dicit, duóque eius eſſe genera ſcribit: primum, quo litigatores idem crimen inuicem intentant; alterum, quo aliud atque aliud, de qua etiam mutua accuſatione idem Quintil. loquitur, libro ſeptimo, cap.2.

37 ¶ Poteſt autem † ex præmiſſis pulchra oriri difficultas, an ſ. ſi duo ſe mutuò vulnerarunt, & vnus præuenit in accuſando alterum, an tali caſu alter poterit, antequã ſit citatus, alterum, qui iam accuſauerat, accuſare. & per prædicta dicendum, quòd ſic: quia accuſat antequam ſit citatus, & per conſequens antequam rei nomen ſit receptum, per dicta ſ. in 1. concluſione.

38 ¶ Practica † autem hoc ſeruat, quòd recipitur accuſatio primi: quòd ſi alter etiam antequam aliud fiat, accuſet, recipitur & eius acccuſatio, ſi delicta ſint paria: ſed ſi vnus de morte accuſet, alter de vulnere, etiam quòd accuſans de morte ſit poſterior in accuſando, tamen ſuper eius accuſatione procedetur, quia maius eſt delictum. Sed ſi paria ſint delicta, tunc vtriuſq; recipiuntur accuſationes, & teſtes ſuper eis. cuius autem probationes pro indiciis datæ præualuerint, iudicis arbitrio procedetur ſuper eius querela altera omiſſa. Quòd ſi factum adhuc dubium per probationes remaneret, vtrique citantur, & vtriuſq; recipiuntur conſtituta.

## CAP. XXV.

# *Inimicitiæ cauſa.*

### SVMMARIVM.

1 *Inimicus quo iure repellatur, & quare, & quæ differentia ratio ſit inter Accuſatorem & Teſtem, quoad prohibitionem.*
2 *Romano iure videtur, quòd præferebatur, qui maiorẽ cauſam haberet inimicitiæ in accuſando.*
3 *Inimicitiæ ratione de iure ciuili, an repellantur accuſatores, an verò ſuſpecti reddantur tantùm.*
4 *Vxor ob ſæuitiam probatam auſugiens, non poteſt à marito poſtea accuſari, quia inimicus.*
5 *Commiſsio cauſæ inimico facta, appellatione remota, non tenet.*
6 *Inimicus, an etiam in caſibus exceptis repellatur, & in quibus repellatur, & in quibus non. & quare in crimine hæreſis inimicus admittatur, nu.7.*
8 *Inimicus etiam in Notorijs non admittitur.*
9 *Accuſatus & accuſans, ſi ignorent cauſas inimicitiæ inter ſe eſſe, an accuſatio iam facta tamen teneat, & quid in teſte, num. 10.*
11 *Acta facta ante ſcientiam inimicitiæ, tenent ſicut non confirmantur facta poſt reconciliationem.*
12 *Inimicus etiam præſumptus, an repellatur ab accuſatione, etiam iurans accuſatum ſe odio non habere.*
13 *Inimicorum domeſtici repelluntur, & amici, & de qua amicitia intelligatur: niſi tamen coactus vteretur tali amico, vel confœderationis ratione.*
14 *Inimicus repellitur à ſuggeſtione etiam inquiſitionis. imò & à voluntaria exceptione, vt nu.15.*
16 *Inimicitia etiam occaſione accuſati cauſata repellit, niſi tamẽ dolosè accuſatus eam affectauerit.*
17 *Inimicorum conſanguinei vſq; ad quartum gradum expelluntur ab accuſatione.*
18 *Inimici aduocatus in alia etiam cauſa, ſed criminali, ſimiliter procurator & fideiuſſor repelluntur ab accuſatione. & quid de iudice.*
19 *Inimicus etiam reo non opponente, iudicis officio repellẽdus eſt.*
20 *Inimica mulier etiam repellitur, quia ira eſt propria mulierũ.*
21 *Inimicus de recenti reconciliatus repellitur.*
22 *Reconciliatio ex quibus actibus probata videatur.*
23 *Inimicus diſsimulans, repellitur ab accuſando, & proditor dicitur.*
24 *Amantes ſupra modum etiam ſupra modum oderunt.*
25 *Inimicitia ex cauſa ſpolij, etiam facta reſtitutione repellit.*
26 *Inimicitia leuis an repellat, & de leuitate, & grauitate ſtatur arbitrio iudicis.*
27 *Inimicus longo tempore reconciliatus admittitur.*
28 *Inimicitia affectata non repellit.*
29 *Inimicitia non præſumitur, niſi probetur.*
30 *Inimicitiam probare in genere, an ſufficiat.*
31 *Inimicitiæ cauſam euidentem probare oportet.*
32 *Teſtis etiam non interrogatus debet reddere cauſam dicti ſui ſuper inimicitia, vt probet.*
33 *Teſtes quot requirantur ad probandum inimicitiam accuſatoris, iudicis, & teſtis.*
34 *nimicitia in probanda non tempus quo excipit, ſed tempus quo accuſauit, conſiderandum eſt.*
35 *Inimicitiæ cauſa, & quòd ſit capitalis, probanda eſt. Et iſta ſunt in iud. arbitrio. nu.36.*
37 *Capitales inimicitiæ quæ ſint, & ex quibus fontibus hauriantur, & qui ſint iſti fontes.*
38 *Iniuriæ omnes verſantur aut circa corpus, aut famam, aut bona, aut circa nobis adhærentia.*
39 *Inimicitia contrahitur circa corpus vulnere, verberibus, percuſsionibus, ſi fuerint atroces.*
40 *Inimicitia contrahitur, tenendo aliquem in vinculis, quando ſit cauſa nocendi, vel infamandi: ſecus ſi vt debitorem.*
41 *Inimicitia ex iniuria in corpus illata, vt ſi armis domo expellatur, contrahitur. Idem eſt ſi corpus torquetur alicui, vel affligitur. nu.42.*
34 *Inimicus dicitur cauſam præbens, vt aliquis in corpus offendatur: & hoc procedit in quacunq; accuſatione, ſiue proſequatur iniuriam ſuam vel ſuorum, ſiue non. nu.44.*
45 *Accuſati & accuſatoris conuerſatio inducit colluſionem inter eos.*
46 *Status cauſam mouens, eſt inimicus, cùm ſeruitus morti æquiparetur.*
47 *Matrimonialem cauſam mouens dicitur inimicus, cùm talis cauſa dicatur grauiſsima.*
48 *Monachum aſſerere aliquem, cùm ſit ſpecies ſeruitutis, iniuria eſt.*
49 *Famam tangere dicuntur cauſæ legitimitatis, quia inhabilitant ad dignitates, & infamant.*
50 *Cauſæ omnes, quæ notant aliquem infamia, vt tutelæ, pro ſocio, depoſiti, &c. inducunt inimicitiam, ſicuti quando tractatur, vt quis officijs priuetur, nu.51.*
52 *Verbalis iniuria, vt fur & latro, licèt veritas diceretur, inimicitiam inducit, calumnioſè tamen prolata.*
53 *Libellis famoſis atrox inducitur iniuria & inimicitia, quod etiam facto accidit, & qualiter.*
54 *Propalans ea, quæ infamiam irrogant, eſt mihi inimicus, cùm honor vitæ præferendus ſit.*
55 *Bona mea auferens, ſiue vi, ſiue clam, inimicus dicitur, ſi non eſt res vilis. Item occupans poſſeſsionem, vel vxorem alterius.*
56 *Lis mota ſuper iniurijs factis in corpus, vel in famam, inimicitiam inducit, maximè de omnibus bonis, quamuis appelletur quaſi capitalis. nu.57.*
58 *Lis quando eſt de poſſeſsione, & non de proprietate, vel de alio incidenti, non dicitur grauis.*
59 *Aduocatus in capitali cauſa & fama, an repellatur vti principalis: ſimiliter procuratores & fideiuſſores in talibus, ſi gratis faciunt, quia ſecus ſi ſpe lucri.*
60 *Iudex inquirendo ex officio ad nullius ſuggeſtionem, an repellatur tanquam inimicus, cùm loco accuſatoris ſubrogetur? an verò quia exequitur officium ſuum, ſecus ſit dicendum. Et quidem ex coniecturis videndum eſt, vide optimè.*
61 *Iudex lata ſententia, an duret inimicus ita vt repellatur, & diſtingue, aut acquieuit, aut non ſententiæ, aut iuſtè, aut iniuſtè vel imperitè iudicauit.*
62 *Teſtis ſponte in cauſa capitali deponens, eſt ſuſpectus, & quid ſit ſpontè deponere. nu.63. & quando etiam coactè reſpectu eius, contra quem depoſuit, fallit, vt nu.64.*
65 *Teſtis qui ſemel aduerſus vnum depoſuit, ſi iterum deponat, an inimicus præſumatur. Et an quando non repellitur, quì ſemel*

*semel depoſuit, ſi pluries deponat, repellatur, & quando & de intellectu c.2.§.in criminali.4.q.3.& nu.66.*

67 *Iniuria facta conſanguineis, nobis facta dicitur, & vſq; ad quẽ gradum extendatur.*

68 *Amicitia alicuius cum inimicis meis, & Conuerſatio, an ſit indicium inimicitiæ contra me? & quid operetur, limita, vt num.69.*

70 *Offendens cohabitantem mecum, me offendere dicitur, & pacem fregiſſe, ſi extaret.*

71 *Inimicorum meorum participes, id eſt, conſilium præbentes, vel auxilium, inimici ſunt, vel eiuſdem factionis vt Guelphi, & Gebellini.nu.72.*

73 *Complices inimicorum, dicuntur inimici, qui dicuntur ſocij, ad malum expelluntur.*

74 *Auxilium præſtans armis, equis, &c. dicitur inimicus, ſicut mutuans pecuniam inimico.*

75 *Oſculantẽ oſculari nolens, oblato oſculo, inimicus præſumitur.*

76 *Alloquentem & ſalutantem non ſalutans, vel alloquens, præſertim ſi eſt ſolitus loqui, præſumitur inimicus.*

77 *Minans grauia, ſi ſolitus ea exequi, præſumitur inimicus.*

78 *Nociturum ſe affirmans alicui, vel dicens non diligere, vel ſe inimicum, inimicus præſumitur.*

79 *Diuortium inter coniuges arguit inter eos inimicitiam.*

80 *Obedientia denegata à ſubdito vel inferiore, inimicitiam indicat.*

81 *Artem eandem exercentes an præſumantur inimici.*

82 *Nocere deſiderans alicui, ſi poſſet præſumitur inimicus.*

83 *Nouerca præſumitur inimica priuigno.*

84 *Ruſtici proni ad inimicitias, vnde agreſte odium. & implacabile.*

85 *Inimicitiæ quibus exprimantur prouerbijs, remiſſiuè.*

86 *Inimicitia ſicut in ſpecie probari debet, vt expellat, ita & reconciliatio, vt permittat accuſatorem, aliàs præſumitur durare inimicitia; intellige tamen hæc de inimicitia non leui.*

87 *Reconciliatio quibus probetur modis.*

1 INIMICVS † quoque de iure canonico præſertim repellitur, *c.repellantur.c.cum P. & c. cùm oporteat. & c. meminimus. de accuſ.c.2.3.& 4.3.q.5.* vbi aſſignatur ratio, ne ſcilicet irati nocere cupiant, néve læſi vlciſci velint. nam vt inquit text. in dict.capit.tertio, inoffenſus accuſatorum, & teſtium affectus quęrendus eſt, & non ſuſpectus. De iure autem ciuili inimicus non reperitur prohibitus, *in l.qui accuſare.ff.de accuſa.* vbi gloſſa magna in fin. expreſsè hoc tenet, & etiam Imola *in l.is qui reus. numer.13. de pub. iud.* neque etiam connumeratur *in l. qui iudicio, de accuſa.* neque per gloſſ. in rubrica, C. *qui accu.non poſſ.* Et licèt teſtis inimicus de iure ciuili repellatur, *vt in authent. ſi dicatur. aliàs incip. ſi teſtis productus. C. de teſti.* tamen non eadem videtur ratio prohibitionis in accuſatore, quæ in teſte. teſti enim creditur contra reum, non ſic accuſatori, vt declarat Imola in d. l. is, qui reus, num. 14. & quòd de iure ciuili non repellatur, tenuit etiam Abbas *in cap. 1. de accu. num.8.* & Maria. Soc. *in cap. repellantur. nume.6. de*

2 *accu.* Quinimò videtur, † quòd iure Romano concurrentibus pluribus ad accuſandum, is præferebatur, qui maiorem cauſam habebat inimicitiæ, vt colligitur ex dictis per Tul.in Diuina.in Verr. vbi concurrens in accuſatione Verris cum Q. Cæcilio conatur diluere præcipuum ipſius fundamentum, quo Cæcilius contendebat ſe præferendum, quòd eſſet Verris inimicus. negat enim id Tul. tum ob coniunctionem officii, tum ob conuerſationem aſſiduam, & alia de quibus ibi, quaſi quòd ſi inimicitiam eſſe admiſiſſet, præferẽdus fuiſſet Cæcilius.

3 ¶ Verùm quòd † & iure ciuili ſeruentur prædicta iura canonica repellentia inimicum ab accuſatione, teſtatur Ang. *in tract.malef.in §. & ad querelam.ver.repellitur. eſt mihi nu.36. il ſecondo.* Quod quidem verum intellige, quoad hoc, vt reddatur ſuſpectus, non tñ vt in totum repellatur. Nam, vt inquit Ariſt. Polit.4.c.11. naturale eſt, vt inimicus inimicum odio habeat, & ei ore cupiat malè, nolítque cum eo vel via ipſa communicare. leges enim ipſæ ſemper mala præſumunt de inimicis, vt latè per Hippol. qui plura ad hoc adducit, con.7.num.8. Ea enim eſt natura inimici, vt inimicum quærat offendere quocunque modo, & pluſquam fieri poſſit, vt inquit Angel. *conſi.261. punctus eſt.col.3.in fi. ver.2.quia.* Quilibet enim etiam calumnioſè accuſabit, ſperans inimicum accuſatum banniendũ, & ſic eum de longinquo habiturum, vt vtar verbis Baldi *in l.vlt. per illum text. C.de pact. inter empt. & vend.* Id-

4 eo conſuluit Ang. *conſi.408 incip. probata tanti viri.* quòd ſi propter mariti ſæuitiã & verbera vxor aufugiat, & poſtea maritus eam accuſet de furto, & adulterio, vt dotem lucretur, repelletur à tali accuſatione tanquam inimicus, quem ſequitur Aug.de Arim. in addi.ad Ang. *de malef.in ver. Che hai adulterato, num.mihi 26.* Hinc eſt, † quòd

5 commiſſio cauſæ expediendæ facta inimico cum clauſula, Remota omni appellatione, non valet, quia eſſet cõmittere, quòd faciat iniuſtitiam, vt tenet And.Sicul. *in c. ex tranſmiſſa. de foro compe.* & Dec. *conſi. 175. in cauſa falſitatis.col.2.ver.præterea etiam quantum ad ſuſpicionem.*

Maritus inimicus.

6 ¶ Extende prædictam † concluſionem primò, vt inimicus ab accuſatione repellatur etiam in caſibus exceptis, vt læſæ Maieſt. ſimoniæ, hæreſis, & ſim. vt habetur *in c. per tuas. de ſimo.* & tradit Rom. *in l. ſi verò. §. de vi & ff. ſol. mat. in 5. Fal.* allegat Bart. *in l. in quæſt. ff. ad l. Iul. Maieſtat.* qui tamen loquitur in teſte, non in accuſatore; ſed in accuſatore expreſsè hoc tenuit Ang. *in d.l. qui accuſare. de accu.* & Spec. *in tit. de accuſa. in 3. parte. §. 3. videndum.* allegat *c. cùm l. & A. de re iud.* & text. *in cap. licèt Hoſy. de ſimo.* & ſequitur Aug. de Arim. in addi. ad Ang. *de mal. in dict. verſ. & ad querelam. d. nume. 36. in fi. addi.* & idem tenuit Maria. Soc. *in c. repellantur. de accu. num. 13.* & Alexand. *conſ. 126. in fin. 4. volum.* & Deci. *conſi. 175. in cauſa falſitatis. 3. colum.* qui loquuntur in teſte, & Hippol. *in l. 1. §. præterea. de quæſt. nume. 2.* & Thom. Gramm. *con. 46. in cauſa Magnifici Triſtani. num. 9. & con. 64. in cauſa honorabilium. numero 7. & con. 15. nu. 12.*

De exceptis caſibus.

7 ¶ Attamen aduertendum, † quòd in crimine hæreſis ſuſtineri poſſet, eum etiam de iure canonico admittendum, quia videtur ſuam vel ſuorum omnium proſequi iniuriam, quia quod committitur in religionem diuinã, in omnium committitur iniuriã, *l. Manichæos. C. de hæret.* & ita in ſpecie reperio tenere Franciſ. Squilacen. in tracta. de fide Cathol. cap.5. quod & ego verum puto ex ea ipſa ratione. quanquam Carrer. in ſua pract. crimi. in titu. de hæret. num.107. teneat, etiam in cauſa hæreſis inimicum non admitti.

8 ¶ Extenditur & ſecundò, † prædicta concluſio, vt non admittatur ad accuſandum inimicus etiam in Notoriis, vt tenuit Alex. *con.128.viſa inquiſitione. num.20.4.vol.* allegat Roma. quem latiſſimè circa hoc ſcripſiſſe dicitur, conſi. 323. quod tamẽ nunquam reperire potui. puto tñ verum dictum hac etiam ratione, quia ſi crimen præſupponitur notorium, nullum erit dubium, quòd occultum remaneat, cùm ſaltem iudex ex officio inquiret. ideo nimirũ ſi & hoc caſu reiicietur inimicus, cùm non ſint defuturi alii accuſatores.

De Notorio.

9 ¶ Extenditur tertiò, † vt procedat etiam, ſi accuſatus ignoret, accuſantem eſſe ſibi inimicum tempore, quo accuſauit, vel quod plus eſt, etiam ſi accuſans ignoraret, accuſatũ ſibi dediſſe cauſam inimicitiæ, hoc tenuit Bart. *in l.1.in fi.ff.de his, quibus vt indig.* vbi addi, allegat Franciſcũ de Rampo. & Imol. *in c. Raynaldus, de teſta.* & videtur etiam ſentire Inno. *in c. cum I. & A. de re iud. in fi.* & in ſpecie Alex. *d.con.127.nu.19.* allegat etiam Bal. *in l. præſcriptione, in antepe. col. C. ſi contra ius, vel vtil. pub.* & Rom. *in rubr. de arbi. colum.10.* qui tamen mihi hoc non dicunt, ſed tantùm id, quod dicam infrà in ſeq. amplia.

De ignorantia accuſati.

10 Puto tñ † ego conclu. Bar. dubiã, atq; ideo illam in iudicando aut conſulendo nõ ſequerer. nã ſi loquimur de teſte, & certè teſtis inimicus repellitur, qa ob odiũ & inimicitiã pſumitur deierare in pniciẽ inimici, *d.c.2.3.& 4. 3.q.5.* qſi tẽpore depoſitionis ignorabat cãm inimicitiæ, nil habuit qđ affectũ odii mouere et contra eũ: ergo ceſſat

omnis

omnis ſuſpicio, licèt hanc extenſionem ſequatur etiam in teſte Gramma. *voto 6. incip. in cauſa excellentis Comitis. nu. 5. & 6.* & Iaſ. quoque *in l. ſi ſororem. num. 4. C. de his, quibus vt indign.* videtur ſequi hanc concluſionem, licèt alleget ꝓ ea Innoc. in cap. I. & A. qui tamen in libro meo hoc non dicit. & eandem videtur ſequi Hip. *ſing. 178. inimicus, & in l. 1. §. præterea. de quæſt.* licèt authores vtrobique alleget, qui hoc non dicunt de ignorante.

11 Quod autem † attinet ad accuſatorem, teneo, quòd ſi tempore accuſationis certum ſit eum ignorare inimicitiam, & cauſam eius, admittetur ad accuſandum, & etiam ad accuſationem proſequendam, donec conſtet ad eius notitiam peruenisſe cauſam inimicitiæ. ſtatim enim quòd ſciuit, repelletur, & valebunt omnia per eum acta ignorantiæ tempore: antequam enim ſciret, non poteſt dici iratus, neq; vindictam offenſæ appetiuiſſe. quas rationes conſiderant iura prædicta, tertia quæſtio. quinta. Quæ confirmo ex no. deciſio. Io. And. in addi. ad Spec. *in tit. de teſte. §. 1. in prin. ver. repellatur.* & eſt in litera B. vbi dixit, quòd ſi inimicus primò depoſuit, poſtea reconciliatus eſt, & factus maximus amicus, non per hoc confirmatur prima depoſitio, quia ſatis eſt, quòd tempore, quo depoſuit, erat inimicus & ſuſpectus, quem etiam ſequutus eſt Abb. *in cap. cùm oporteat. de accuſa. num. 6.* ergo idem dicendum erit econtrà, vt ſi amicus depoſuit, vel accuſauit, poſtea effectus ſit inimicus, quòd primum dictum & ipſa accuſatio tenebit, & hoc verum puto.

Præſumptus inimicus.

12 Extenditur quartò, †: vt procedat nedum in inimico vero, ſed etiam in præſumpto, id eſt, in eo, qui cauſam habet inimicitiæ, licèt aſſerat ſe eum odio non habere, etiam ſi ſuper hoc iuret, ſe eum odio non habere. Lex enim præſumit ſtatim, quòd ſubeſt cauſa eſſe inimicum, etiam quòd verè non adeſſet animus nocendi cupidus, vt voluit Innoc. *in c. I. & A. de re iud. in fine. & in c. cum P. ad finem, de accuſa. cum ſimil.* vt per Alexand. *con. 99. in cauſa inquiſitionis. num. 2. 1. volum.* ſequitur Abb. licèt ab Alexand. non adducatur, *in c. cùm oporteat. num. 4. de accuſa.* & Iaſon *in l. ſororem. num. 4. ff. de his, quibus vt indig.* Et licèt dicat in contrarium facere doctr. Bal. *in c. conſtitutus. de reſcrip. in fi.* vbi concludit, quòd vt inimicitia repellat, debet eſſe euidens non dubia, inferens Iaſ. quòd ideo præſumpta non obſtabit, ſed verè doctrina illa Baldi non obſtat. dicit. n. in dubio non ꝓſumi quem inimicum, ſed amicum; imò quòd quis ſit inimicus, eſt contra ius naturę: ideo inquit Bald. niſi probetur manifeſta inimicitia, non repelletur. voluit ergo intelligere dubiam inimicitiam nulla probata cauſa, quia donec non probetur, ſtat præſumptio amicitiæ contraria: vbi autem probata eſt efficax cauſa inimicitiæ: tunc inſurgit maior præſumptio inimicitiæ, quæ elidit illam amicitię, & ſic non ſumus tunc in dubio probata cauſa inimicitiæ. Et hanc ampliationem ſequitur Hipp. ſing. 178. inimicus repellitur, & in lege prima. §. præterea, numero tertio, de quæſtionibus. licèt loquatur in teſte, ſequitur Gramma. *con. 46. numero ſexto, & conſilio 58. numero nono. & conſil. 45. numer. 18. & idem in voto 24. numero primo.* & Decius *conſi. 33. numero ſexto & ſeptimo,* vbi plura & Cæpol. *conſilio 32. numero ſeptimo.* & Hippol. *conſi. 15. numero ſeptimo, & conſilio 31. numero 16.* & Pariſ. *conſilio 2. nume. 56. quarto volumine.* & Iaſon *conſi. 167. numer. 8. volum. quarto.* latè etiam Felyn. *in capitu. cùm oporteat. de accuſa. numero 14. verſicu. item vide. & in capitu. repellantur. num. quinto. eod. titulo.*

Domeſtici inimicorũ.

13 Extenditur quintò, † vt non modò is, qui verè eſt inimicus, repellatur, ſed & eius domeſtici, & qui cum illis verſantur, *c. 3. tertia quæſt. 5. ibi,* vel de inimici domo prodeuntibus, vel qui cum inimicis morantur. ad idem tex. *in l. liberi. C. de inoffi. teſtam.* vbi dicitur, quòd filius dicitur habere iuſtam cauſam exhęredandi matrem, ſi ipſa amicitiam inierit cum inimicis filii, & probat text. *in dicto ca. repellantur. ibi, Cohabitantes cum inimicis, de accuſa. & cap. cùm oporteat. eodem tit. ibi, cum eius hoſtibus Conuerſentur. facit l. 1. §. cùm patronus. in fi. ff. de offi. præfect. vrb. ibi, vel Conſpiraſſe contra ſe cum inimicis ſuis.* & idem tenet Spec. *in titu. de accuſa. §. 1. num. 27. in fi.* & facit text. *in cap. inſinuante. de officio delegati.*

Cohabitãtes. Conuerſantes. Conſpirantes.

dum loquitur de Familiaribus, & de amico inimici, & conuerſante cum inimico. Et quòd hi repellantur ab accuſatione, tenet Io. de Ana. & Socin. in d. capit. repellantur, & idem de contrahente Affinitatem, & Confœderationem cum inimicis, tradit Io. de Ana. *ibi, & in cap. cùm oporteat. colum. 2. de accuſa.* & Hippol. *in d. § præterea. l. 1. de quæſt. numero decimo. & 41. & 52.* & Alexand. *conſi. 2. viſa proceſſu. num. 10. 7. vol.* & Gram. *conſi. 58. num. 7. & 9. 126. nu 3. & 4.* Immò & inimicitia contracta cum Domino, dicitur contracta etiam cum eius officialibus, vt per Craue. *con. 6. nu. 33.*

Familiaris & amicus inimici.

Affinis. Confœderatus.

Quæ tamen omnia intellige de Conuerſatione, Cohabitatione, & amicitia frequenti, & intrinſeca, non autem in perfunctoria & leui, vt declarat Ioannes Andreas & Soc. *in d. c. repellantur. num. 3. & ſequen. de accu.* vbi etiam Io. de Ana. & ſequitur Hippol. *in d. l. 1. §. præterea. de quæſtio. num. 9.*

Item intellige, niſi coactus vi, vel metu conuerſaretur, cohabitaret, vel confœderationem feciſſet cum inimico, iuxta doctri. Bal. *in c. 1 quib. mo feu ami. in vlt. col.* & in ſpecie tradit Hippolyt. *in dicto paraph. præterea. numero vndecimo.*

14 Extenditur ſextò, † vt non tantum inimicus repellatur ab accuſatione, ſed etiam à ſuggeſtione inquiſitionis, vt eſt tex. *in d. c. cùm oporteat. de accu.* & is qui accuſationem vellet proſequi, vt ibi dicitur.

Suggeſtio inquiſitionis.

15 Idem dico, † ſi per viam exceptionis opponeret aliquod crimen, puta contra electum: nam ſicut inimicus repellitur ab accuſatione, ita repelletur à voluntaria exceptione, vt eſt tex. apertus *in c. meminimus. de accuſatio.* vbi Maria *nu. 5. & 6. & in c. ſuper his, nu. 20. & pluribus ſeq. eod. titu.* Dicetur autem voluntarius excipiens, quando ſponte ſe offerret iudicio non vocatus, vt ibi; & idem tenuit Archid. *in d. c. 2. 3. q. 5.* & Felyn. *in d. c. cùm oporteat. de accuſatio. numero 15.*

16 Extenditur ſeptimò, † vt procedat vndecunque fuerit cauſata dicta inimicitia, etiam ſi à facto ipſius accuſati, vt declarat Bar. *in l. 1. in fi. ff. de his quibus vt indig.* ſequitur Petr. de Ancha. *in c. repellantur de accu. nu. 4.* & ibi Maria. *num. 5.* qui ad partes diſputat, & tandem ibi, *nu 9.* hanc tenet, & reſpondet omnibus contrariis, & eandem ſequitur Hiero. Cucha. in addi. ad Ang. *de malef. ver. ad querelam nu 37. in verſ. & nota, quòd non refert à quo fuerit.* & Alex. *con. 99 num. 3. vol. 1.* vbi plures adducit concor. & Fel. *in d. c. cùm oporteat. de accu. nu. 13. circa fi.* & Pariſ. *con. 61. nu. 16. 4. vol. & conſi. 53. nu. 27. eo. volum.* & eſt ratio, quia ſatis eſt, quòd adeſt inimicitia, cui⁹ odium humanam corrumpit rationem, & ideo ſuſpectum reddit inimicum, vndecunque originem habuerit inimicitia. Sed temperãda ſunt prædicta, niſi accuſat⁹ dolosè inimicitiam affectaſſet, vt poſſet illum repellere, vt tradit Alex. *d. con. 99. nu. 3. ver. & poſito. 1. volum.* & Felyn. *in c. cùm oporteat. de accu nu. 12. in fi. & in c. repellantur, nu. 4. eo ti.* & Maria. *in d. c. repellantur. nu. 10. ver. prædicta tamẽ, poſt Abb. ibi.*

Inimicus quiuis.

Dolo inimicus factus.

17 Extenditur octauò, † vt procedat etiam in eo, qui nõ eſſet principaliter inimicus accuſati, ſed patris, aut conſanguineorum ipſius. Extenditur. n. inimicitia vſque ad quartum gradum, *l 1. Cod. ſi qua præd. pote.* & tradit Pet. de Anch. *in d. c. repellantur. nu. 4.* & Bart. *in l. tutor. §. ſi tutor. ff. de ſuſpe. tut.* & Alex. *in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. col. 5. de nou. oper. nun.* & Hip. *in d. l. 1. §. præterea de quæſt. nu. 51.*

Parentum & conſanguineorum ad 4. gradũ inimicus.

18 Extenditur nonò, † in eo, qui fuit aduocatus, procurator vel fideiuſſor in alia cauſa contra me. tales enim repellentur ab accuſatione, vt voluit Anch. *in c. cùm P. Manconella, 3. not. de accu.* quem ibi ſequitur Io. de Ana. & Cuchal. in add. ad Ang. *de mal. in d. ver. & ad querelam. nu. 77. ver. ſed quid ſi aduocato. & not. in l. poſt legatum. §. his verò ff. de his, quib. vt indig.* Sed huic extentioni videtur non leuiter obſtare textus, in *capitulo, poſtremò.* & quod ibi not. Abbas, *2. not. ad finem, de appellation.* vbi aduocatus in vna cauſa, ſi ſit datus

Aduocatus Procurator Fideiuſſor.

sit datus iudex in alia, non potest recusari, & quæ per illum tex. dixit Decius *in cap. primo, de iudi. in prima lect. num. quinto, versi. sed ista dicta. & in secunda lect. numero tertio.* potes tamen saluando extensionem dicere, quòd contrarium loquitur in aduocato in causa ciuili, nos autem loquimur de aduocato aduersario in causa criminali. Item contrarium loquitur in iudice dato, cuius animus in ea causa, in qua nunc datus est, nulla coniectura cognosci potest infestus, cùm ipse se dari non procurauerit, & ideo præsumitur bonus: sed in casu nostro, in quo loquimur de accusatore ex eo, quòd accusat tantùm, præsumitur habere animum infestum, cùm caput rei impetat. fateor tamen, hanc inimicitiæ præsumptionem leuem esse, nisi aliis coadiuuetur coniecturis.

19 Extenditur decimò, † vt debeat repelli inimicus, etiam si reus non opponeret, vt habetur *in cap. meminimus. de accu.* Immò videtur, quòd etiam si reus consentiret, iudex, qui veritatem solam venari debet, deberet illum repellere, *arg. l. vnica. C. si propter inimici. libr. decimo.* & hoc expressè tenuit Maria. *in d. cap. repellantur. de accu. numer. 11. in fi. versi. item quæro, quid si pars.* vbi adducit rationem, quia interest Reip. ne subditi calumniis vexentur. Adde tu aliam rationem, quia nemo dominus membrorum suorum, *l. liber homo. ad leg. Aquil. l. non tantùm. ff. de appell.* ideo non potest renunciare reus huic defensioni, quòd reiiciatur.

Fœmina. 20 Extenditur vndecimò, † vt procedat etiam in muliere, quòd scilicet mulier in casibus, in quibus potest accusare, de quibus vidimus suprà, cap. septimo huius libri, tamen & ipsa si sit inimica, non admittetur, quia & in muliere cadit inimicitia, *l. 1. ibi, & mulieris pariter inimicus. C. de his, qui se defer. lib. 10.* vbi Ang. hoc no. & quãquam gl. *in cap. 1. §. hoc autem notandum. in tit. qui feu. da. pos. & in cap. 1. in tit. an mutus vel imperfe.* dicat, quòd mulier faidam, id est, inimicitiam leuare non potest; tamen illud procedit quoad vindictam sumendam, nõ autem quoad odium, quia cùm inimicitia ex odio, quod est passio quædam animi, oriatur, cuius contrarium est amor, æquè particeps est mulier sicut masculus, vt per Arist. Rhet. libr. 2. cap. 4. Et quòd fœmina inimica accusare non possit, & quòd in ea cadat inimicitia, tenuit expressè Io. de Ana. *in c. cùm oporteat. de accusa. colum. 3. versi. nunquid autem inimicitia cadat in muliere.* vbi etiam Felyn. *nume. 11.* qui Ioan. de Ana verba ad literam transcribit, & sequitur Paris. *con. 2. num. 56. 4. vol.* & Ang. quem Paris. non allegat, *consi. 89. viso facto, colum. prima, versicu. nec dicat quis non contineri fœminas,* & ideo Alexan. *con. 99. in causa, numero 4. in fine. & numero 5. volum. 1.* consuluit, quòd iniuria illata fratri, dicatur illata sorori; & ideo quòd tanquam inimica repelletur à testimonio contra iniuriantem. ira enim propriè est mulierum. scribit enim Ecclesiasticus cap. 25. non esse iram super iram mulieris, quod & tradit Bald. per illum text. in *l. si apud. C. de reuo. don.* Crudeles enim suapte natura sunt, & iurgiosæ, vt inquit Alberic. *in l. filia in orbitate. C. de inof. testa.* & vindictæ appetentes, iuxta illud Iuuenal. Satyra decimatertia.

*Vindicta nemo magis quàm fœmina gaudet.*

Reconciliatus recenter. 21 Extenditur † & duodecimò in inimico de recẽti recõciliato, quia adhuc repelletur, ꝓput etiam à testimonio repellitur, vt est tex. in materia accusationis, in c. 2. 3. q. 5. ibi, qui ante hesternum aut nudiustertius inimici fuerunt, *& in c. per tuas. vbino. per simon.* tradit Innoc. *in c. cùm oporteat. de accusa.* & consuluit Alex. *consi. 99. num. 3. volum. 1.* & idem tenet Rom. *singulari 315. incip. Inno. in cap. cum I. & A. de re iud.* & allegat etiam Bald. *in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtil. pub.* & sequitur Dec. *in c. 1. de iud. in 1. lect. nu. 3. in fi.* & Ripa ibi, *nu. 17.* vbi alios concor. allegat. & idem tenet Fel. *in d. c. cùm oporteat. num. 10.* & latiùs *nu. 12.* vbi dicit, hanc esse communem, de accus. & Hippol. *in l. 1. §. præterea. nu. 4. de quæst. & sing. 179. viget communiter. col. 3.* & Alcia. *in tract. præsump. regula secunda, in 11. limita. in fi.* & Paris. *con. 20. esse Iudæum, nu. 57. in 4.* Et de inimico de recẽti reconciliato tradit Luc. de Pen. *in l. 1. in fi. C. si propter inimi. crea. facta sit, li. 10.* & Igne. *in l. 1. in prin. ff. ad Syllan. nu. 86. & seq.* sunt. n. aliquãdo perfunctoriæ reconciliationes, quæ non ex animo fiunt, vt tradit Bal. post Cy. *in l. 2. in fi. C. de liber. & eor. liber.* & Igne. *in d. l. 1. nu. 89.* & Thom. Gram. *con. 94. & voto 30.* & Carrer. *in pract. crim. car. 29. nu. 118.* & quòd de reconciliato inimico non sit multùm fidendum, ideo talis repellatur à testimonio, consuluit Paul. *con. 273. visa relatione, col. vlt. versi. & licèt dicatur. 1. vol.* & Tiraq. *in tracta. cessante causa. 16. limit. nu. 7. & seq.* vbi latè & Soc. iun. *con. 77. licèt. nu. 42. 1. vol.* & Blanc. *in tract. de indi. nu. 161. & seq.*

22 Ex quibus † autem actibus videatur probata reconciliatio, tradit Ioan. Fab. & alii *in §. vlt. in gl. in ver. dissimulatione. Inst. de iniur.* sed quòd ex mutuis officiis præsumatur vera reconciliatio, plura adducit Tiraq. *in l. si vnquam. C. de reuocan. don. in ver. donatione largitus. numero quadragesimo sexto.*

Dissimulatus inimicus. 23 Extenditur decimo tertiò, † vt procedat etiam in inimico dissimulãte, & qui sit domesticus, & videatur amicus. nulla enim maior pestis quàm domestic⁹ inimicus, vt est glo. no. *in l. 1. in prin. ff. ad Syllan. in ver. à domesticis.* quia tales proditores dicuntur, vt per Lu. de Pen. *in l. seruum. C. de dela. lib. 10.* & Igne. *in d. l. 1. ad Sillan. num. 85.* & Odofre. *in l. defensionis, ante finem. C. de iure fisci. libro 10. & in l. sciant. circa med. C. de his, qui ex pub. ratio cin. eo libro. & in rubrica, colum. 3. & l. vlt. colum. vlt. C. de delator. eod. libro.* Quare si videat iudex domesticum alium sibi domesticum accusare, diligenter aduertat, quia vix potest præsumi, quòd non nisi malo, & doloso animo ex præcedenti aliquo odio accuset, sic & repellet eum, quem sciat antè cõtinuè cum accusato conuersatum fuisse, maximáque signa amicitiæ cum eo ostendisse. ista enim videtur species proditionis, *c. 2. 93. dist.* vbi glo. refert illud dictum Boetii, quod etiam glo. *in d. l. 1. ad Sillan.* in glo. & cæteri Scribent. *in l. data. C. de dona.* Hinc est, quòd & leges ipsæ succurrunt contra eos, quibus fidimus, *vt in leg. si à bonæ fidei possessore. ff. de rei vendi. & in l. si res pupillaris. ff. de admi. tu. gloss. in l. si pecuniam. §. fin. in ver. carere,* vbi Ang. Alex. & Ias. *ff. de cond. inde. glo. in leg. cùm duobus. §. damna. in versi. surreptum. ibi, quid si vxor. ff. si pro socio.* Nam videmus, quòd & inter fratres solent esse acerbissima dissidia & odia, vt legimus de Cayn. & Abel. Iacob. & Esau, Romulo & Remo, Caracalla & Geta, & infinitis aliis. Hinc Arist. 7. Polit. c. 7. inquit, prouerbio dici solere, acerba fratrum bella & contentiones: nam † qui supra modum amant, iidem & supra modum oderunt. sæpè enim videmus dona nobis mitti à simulatis amicis, q̃ nobis sunt exitio. nullus. n. inimicus donat inimico, nisi vt noceat. *leg. nec adiecit. ff. pro socio. l. 1. C. de anno. ciu. lib. 11.* & voluit Bal. *in l. illud. col. pe. 4. q. C. de sacros. eccl.* iuxta ẽt illud:

*Odero, si potero; si non, inuitus amabo.*

Quod refert gl. *in c. turbatum. 37. di.*

Spolians. 25 Extenditur † decimo quartò, etiam si inimicitia causata foret ex spolio, & facta fuisset restitutio: q̃a hoc non obstante dicitur durare inimicitia, vt per Hipp. *sing. 179. in 4. colum.*

26 ¶ Limitatur † modò prædicta conclusio, vt procedat, si inimicitia sit vera & capitalis, secus si leuis: quia tunc non repellitur, dato q̃p & eo casu sit aliqualiter suspect⁹, prout de teste dicit Inn. *in c. cùm oporteat. de accusat.* Bal. & Saly. *in auth. si dicatur. C. de testi.* non. n. ita quis præsumitur calumniari ꝓp leuiori inimicitia, sicut ꝓp graui, *vt in auth. de teste, §. si quis verò dicat. & in l. licet. ff. de arb. facit text. in §. inimicitiæ. Inst. de excu. tu. & in l. si inimicitiæ. ff. de his, quibus vt indign.* & in specie q̃p grauis requiratur inimicitia, vt quis ab accusatione repellatur, tenet Host. *in summa ti. de accu. §. quis possit. ver. sed quæ inimicitiæ,* dicens, q̃p an sint graues, & veræ, stabitur arbitrio iudicis. idem dixit Spec. *in ti. de accusato. §. 1. nu. 9.* possent. n. in fraudem allegari inimicitiæ, vt quis se ab accusatione eximeret, ideo in hoc versabit̃ iudicis arbitriũ, ne fraus fiat legi, *allegat c. inquisitionis. de accu. & c. per tuas. de simo.* idem tenet Io. Andr. *in §. repellantur. de accusa. in ver. inimicis,* vbi etiam Ioann. de Ana. & cæteri.

Inimicus leuis.

*& maxi-*

*& maximè Sozi.num. 8. sequitur etiam Ang. de mal. in ver. & ad querelam.num.36.vbi Aug. & Hiero.Cuch.in addi. & Hip. in l.1.§. præterea.de quæstio.num.70.& Gram.decis.28. num.5. & Fely. in d.c.cum oporteat.de accu.nu.13. ver. item adde.* Et quòd etiam non capitalis inimicitia reddat aliqualiter suspectũ, consuluit Crau.*consi.6.num.32.*

Recõciliatus vere.

27 Limita secundò, in inimico verè postea & longo iam tempore reconciliato, nullo subsequuto signo inimicitiæ.quod probatur à cõtrario per ea, quæ latè deduxi suprà in 12.extensione.

Affectatus inimicus.

28 Limitatur † tertiò, nisi inimicitia fuisset affectata, puta quòd postquam scirem aliquem me velle accusare, ipsum ego accusaui, vel verberaui, vel iniuria affeci, vel ab alio puta à fratre meo affici curaui, vt de teste dicit Alex. *consi.253.quæritur, per totum.6.vol. & consi.99.num.3.ver. & posito.1.volum. & in alio proposito dixi suprà in 7. extensione, in ver. temperanda.*

Probatio inimicitiæ.

29 ¶ Probãda ergo † erit inimicitia, vt repellatur accusator: non enim præsumitur inimicitia, nisi probetur, quin potius amicitia præsumitur, vt per Bald. *in l.si quis testibus. in vlt.col.versi.nota quòd ille.C.de testib.sequitur Gram. consi.42. sunt iam anni.nu.11.Mantua, collega meus honorandus, consil.266. mirum fortè.num.45. & seq.*

30 Neque tamen sufficit † inimicitiam probare in genere, sed oportet, quòd in specie allegetur, & probetur talis causa, quæ inducat capitalem inimicitiam, vt per Bart. *in l.2 de appell.recip. & Thom.Gram.consi.12. & consi.44. & Carrer.in pract.crim.car.296.num.118.in fi.* sicut dicimus de teste, contra quem non sufficit exprimere, quòd sit inimicus, nisi allegetur in specie causa inimicitiæ, & qualitas ipsius, vt per Bald. *in d.l.si quis testibus. in fin. C.de testi. & Imo. in c.Raynutius.col.8. de testa. Ias.in l.1.5. col. C.de testa. & in l.Titiæ textores.in 3.col.de lega.1. & Felyn.in c.cum oporteat.num.14.de accu. & Gram.consi.44.num.8. & voto 34.nu.4. & decis.34.nu. 21. & 22. & decis.86.num.4. & seq.*

31 Item oportet † probare causam inimicitiæ euidentem & manifestam, vt voluit Bal. *in c.constitutus.de rescrip. & Ias. in l.sororem.in vlt.col.C.de his, quibus vt indign.*

Testis.

32 ¶ Et aduertendum, † quòd vt testis inductus ad probandam inimicitiam probet, oportet, quòd etiam non interrogatus reddat causam dicti sui, aliàs nõ probabit, vt dixit Bald. *in l.solam.C.de testi. & sequitur Iacob.de S.Georg. in l.testium.2.col.ff.de testi. & Gramm.decis.34.incip.in præsenti decisione, num.25.*

33 Videtur autem, † quòd Fely. *in c.cum oporteat.num.16.de accusa.* tenuerit, quòd quinq; testes requirantur ad probandam inimicitiam, *per doct.Bart. in leg.hæredes palam. §.si quis post.num.3.ff de testa.* sed aduertendũ quòd Bar. loquitur in reuocatione legati inducta propter inimicitias, quo casu quinq; testes requiruntur, quia & ad constitutionẽ legati tot requiruntur: & eadem solennitas in reuocando requiritur, quę in constituendo, *vt ibi per Bar.* concludendum ergo, quòd ad repellẽdum accusatorem, testem & iudicem propter inimicitiam, ad ipsam inimicitiam probandã sufficient duo testes, quia de pluribus nõ apparet expresse dispositum, *l.vbi numerus. de testib.*

34 Item & hoc † menti commendandum, quòd in probanda inimicitia cõsideratur tempus, quo accusator accusauit, vel testis deposuit: nõ enim sufficit probare eam extare tempore quo excipit, sed debet se arctare ad probãdum, quòd tempore quo accusauit, vel deposuit, erat inimicus, *l.si arbiter.C.de senten.l.1.C.de testa. vbi Ias.colum.4. versi.vltimo antequam venias ad glo. & tradit Dec.in teste, in cons. 163.in causa matrimoniali, nu.11.in antepen.col.*

35 Quòd autem † omnino probãda sit causa inimicitiæ, & quòd sit capitalis, tradit Rom. *in l.1.§.hoc rescriptum.ff.ad Sillan. & Bart.in l.3.ff.de adim.lega. & Gram. consi.44. in causa Martini, nu.7. & 8. & idem voto 34. in causa nobilis, nu.4. & seq. & decis.86 nobilis Ioannes, num.4. & seq.*

Iudicis officium in cognitione inimicitiæ.

36 ¶ Quæ quidem † omnia iusto iudicis Arbitrio erunt consideranda & perpendẽda, vt per Host. *in summa, in tit. de accusa.§.quis possit. versi.quæ sint inimicitiæ. & dixi etiam suprà, & tradunt omnes in c.repellantur.de accu. & Aug. de Arimi. in addi.ad Ang.in versi. & ad querelam.nu.37. & idem quoq; dixit gl.no. & post eam ibi Scrib.in c.2.3.q.5. circa fin. & Dominic.in c. quamuis.de procur.in 6. & Gramma.consi.57.in causa mihi transmissa.nu.9.licet ibi corrupte alleget d.gl. & Fel.in d.c.repellantur. num.3. & Hippo.in l.2.§.præterea.de quæst.num.53.*

37 Quæ verò † sint capitales inimicitiæ, colliget iudex ex his fontibus, ex quibus odia concipiuntur. Duo autem sunt potissimum fontes, ex quibus odium cõcipitur, teste Aristot. inuidia scilicet, & ira. ira autẽ præcipuè nascitur ex dissensione super iusto vel iniusto, pulchro vel turpi, bono vel malo, vt pulchrè docet Plato in Euthyphro, siue de sanctitate. Cùm igitur quis offenditur, irascitur quidem, quia putat se iniustè offensum; cùm litigat, irascitur, quia putat aduersarium iniustè contendere; putatq; malum & turpe se priuari bonis, vt etiã Arist. tradit, *Ethi.lib.5.c.8.* & ideo optimè dicebat Bart. *in l.3.§.vlt. ff.de adim.lega.* quòd vbi sunt atroces iniuriæ, ibi est capitalis inimicitia. iniuriæ autẽ † omnes fiunt aut circa corpus, aut famam, aut bona, aut circa nobis adhærentia. De quibus singulis, postquam hic de inimicitia tractamus, dispiciendum, quomodo ex his causetur inimicitia, & cuius gradus, & ponderis, quæ etiam inseruient in materia iudicis, & testis repellendi ob inimicitiam, & in materia indicij inimicitię, ne scilicet varijs in locis eadem tractetur materia.

Capitalis inimicitia.

38

39 Contrahitur † ergo inimicitia ex iniuria illata in corpus varijs modis, vt vulnere, verberibus, percussionibus, si tamen fuerint atroces, *vt in §.atrox. Institu.de iniurijs. in l. prætor edixit.§.fi.in fi.ff.de iniur.Bart.in l.3.§.fi.de adim.lega.Bal. in l.in his.§.naturalis.sol.mat. & Alex.in consi.99. in causa inquisitionis.num.1.1.volu.Hippo.in l.1.§.præterea.de quæst.nu.55. Blancus in tract.de indi. & tortu.nu.95. & præter eum probat opti.tex. in l.lex Cornelia.vbi Bart. & omnes.ff. de iniur. Alex. in addit.ad Bart.in d.l.3.§.vltimo.ff.de adim.lega. & per omnes in leg.licet.ff. de arbit.in gl.in ver.capitales. & ita Ias.in l.procuratoribus.nu.4. C.de procura. & per Cano.in c.accedens.il secondo.vt lite non contesta.vbi Felyn.colum.2. Paris.consi.20. & si esse Iudæum, num.55. volum.4.*

Vulnera. Verbera. Percussiones.

40 Item carceribus † vel vinculis quem detinendo dicitur contrahi inimicitia capitalis, vt Bald. not. per illum text. *in l.in ipsius.C.fam.er.in 2.not. & in l.ignorat.in fi. C.de exhib.* hoc enim modo dicitur fieri iniuria, *l.cum filij.Cod.quibo.ced.poss. & ita concludit Fel.in d.c.cum oporteat.de accu.num. 13.ver.idem si tenuit te in vinculis. & sequitur Hip.in l.1.§ præterea, de quæst num.48.licet pro hoc alleget corrupte Bal. in l.quamuis, cum voluerit allegare Bald.in d.l.in ipsius. & Blanc.in tract.de ind. & tortu.num.99. & præter allegata per eos, idem tenet Alex. in addit.ad Bart. in l.3.§.vlt.in ver. quæro, quis dicatur capitalis, circa fin.de adim.lega.* Ego verò non ita indistinctè tenendam puto hanc conclusionem, sed ex circunstantijs temperandam. nam aut quis aliquem carceribus detinet causa ipsum offendendi, vel ei nocendi in aliquo, aut vt infamia notaretur, & his ac similibus casibus puto contrahi inimicitiam, *toto tit.C.de priua.carcer.* quia & hęc faciens punitur vt ibi, aut detinuit tanquam debitorem, ne aufugeret, & detentus erat vilis, & tunc puto non contractam ex hoc inimicitiam vrgentem, sicuti nec etiam si iudex ob delictum detineat, nisi in casibus, *de quibus infra loquar. Quod colligitur ex dictis per Ioan.de Ana.in d.cap. cum oporteat.de accu.in 3.colum. ver. nunquid autem qui fuit alias carceratus, & ex dictis per Gramma.consi.46.num.1.et Boer.decis.275. in fin.verbis.*

Carceres. Vincula.

41 Contrahitur † pariter inimicitia ex iniuria in corpus illata, si quis domo sua vi expellatur & armis, vt not. Bal. per illum tex. *in l.Lucius Titius testamento.§.Lucius Titius damam.ff.de legat.2. Alex.in addi.ad Bart. in l.1.ff.de testi.in addit. recip.oppo probato.sequitur Hip.in d.§.præterea.num.50. et Blancus in d.tract.de indi.et tortura, num.200.* hãc enim etiam inter personales iniurias rectè connumero, cùm corpus ipsum eijciendo offendat.

Expulsio ex domo sua.

Tortura vel afflictio in corpus.

42 Torquens † etiam aliquem, vel corpus eius affligens,

dicetur, cum eo inimicitiam contrahere, *vt in specie tradit Blanc. in loco præallegato, num. 99. & Gramma. consi. 46. nu. 1.*

Causam afflictionis dans.

43 Sed & causam præbens, † vt aliquis detineatur, torqueatur, vel in corpus offendatur, dicetur inimicus, & ideo accusans aliquem de crimine capitali, vel procurãs, vt quis capitaliter puniatur, dicitur inimicus, glo. *in l. licet. ff. de arbit. & in §. inimicitiæ. in ver. item si capitales. Instit. de excu. tut. & in §. si vero quis dicat. in ver. de crimine. in authen. de testib. Bart. in l. 3. ff eo. & in l. 3. §. vlt. de adim. lega. omnes in c. accedens, il secondo. vt lite non contesta. Alb. in authent. si testis. col. 2. C. de testib. Hip. in d. l. 1. §. præterea. de quæstio. num. 54. in fin. qui allegat etiam nota. in l. liberi. C. de inoffic. testamen. & idem tenet*

44 *Blanc. in tracta. de ind. & tort. num. 115.* Et videntur † prædicta procedere in quacunque accusatione, etiam si accusans prosequatur suam vel suorum iniuriam: nam aut iustè accusauit, & tunc satis est, quòd curauit vitam vel membrum adimi. ideo necesse est, quòd odium conceptum fuerit, atque ideo inimicitia, *l. 1. §. 1. & fi. ff. de iniur. & §. patitur. Instit. eod.* aut calumniosè accusauit, & tunc multo magis contrahitur inimicitia, vt per Blanc. *in dict. tract. de indic. & tortur. num. 116.* Putarem tamen, quòd si iustè accusans obtinuit, & accusatum condemnari fecit, puta abscissione membri, quòd ex sui parte non dicetur inimicus, quia iam animum ipsius adimpleuit, & exequutus est. Et quòd causa capitalis inducat inimicitiam atrocem, tenet Hippo. *consi. 7. num. 7.* Accusator enim dicitur inimicus, *capit. 1. §. 1. ibi, nec inermes inimici. de resti. spol. & in c. item cum quis. eod. titu. in 6. & in c. meminimus. de accusa.* & ideo ex hoc dicebat Ang. *in tracta. mal. in versi. & ad quere-*

45 *lam. num. 72.* quòd si iudex † videt accusatum conuersari cum accusatore, præsumet collusionem, quia per accusationem contrahuntur inimicitiæ, & ideo non est verosimile, quòd inuicem conuersentur, nisi subsit causa aliqua. Et quòd ex accusatione capitali oriantur inimicitiæ, consuluit Gram. *consi. 46. num. 4.*

Status quæstionẽ mouens.

46 Status quoque † causam mouens, vt si asserat me seruum, dicetur inimicus mihi, quia in seruitutem vult asserere personam meam, ita Bald. *in l. athletæ. §. dat remissionem. in 4. not. de excus. tut.* nam causa status, & capitis æquiparantur, cum seruitus morti æquiparetur, *l. quod attinet, de regu. iur. & Blanc. in loco præallegato, num. 118. & Hip. consi. 3. num. 10.*

Matrimonialem causam iniuste mouens.

47 Idem ergo † dicendum & de eo, qui mouet causam matrimonialem: qui enim iniustè dicit me maritum vel vxorem, dicitur iniuriam facere, vt est glo. in c. mulieri, vbi omnes, de iureiur. æquiparatur enim causæ liberali, vt per glo. *in c. penult. de restit. in integr. & in l. 3. §. quacunque. vbi Bart. de iureiur.* dicitur enim causa grauissima, & æquiparatur criminali, vt per Alex. *consi. 143. quoniam abundè. col. 2. 2. vol. Dec. consi. 210. visis diligenter. & sequitur Blanc. de indic. & tortu. num. 119. cum seq.*

Monachũ quẽ dicens.

48 Pariter † idem dicendum in eo, qui mouet causam status, asserendo quem esse monachum: nam regulæ monachorum sunt species seruitutis, vt ibi concludit Blanc. *num. 120.*

Legitimitatis quæstio.

49 ¶ Famam † autem tangere dicuntur hę, vel similes iniuriæ, ex quibus inimicitia contrahitur. Quæstio scilicet an quis sit filius legitimus, vel nõ: quia si illegitimus, erit infamis, & inhabilis ad dignitates, & successiones, ita Bal. *in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. sequitur Ias. in repet. l. admonendi. num. 280. de iureiur. & Blanc. de indic. num. 122.* cui adde rationem: nam si causa matrimonialis apta est inimicitiã inducere, vt suprà dictum fuit, multò magis & ista, quæ etiam à matrimonio dependet.

Actiones famosæ.

50 Idem dicẽdum, † si tractaretur de aliqua causa, ex qua condemnatus notaretur infamia, vt pro socio, tutelæ, mandati, depositi: istæ enim causæ infamiam irrogant, *l. 1. §. 1. ff. de his, qui not. infa. l. cognitionum. in ver. existimatio. ff. de var. & extraord. cogn. quod etiam tenet Blanc. in loco præallegato. num. 123. & seq.*

Cingulia missio.

51 Et idẽ † dicit ibi Blãcus, si causa tractaretur, vt ego priuarer officijs publicis. hæc enim infamiã irrogant, & generaliter in omnibus causis, quæ infamiæ notam afferũt, de quibus toto tit. ff. de his, qui no. infa.

Iniuria verbalis.

52 ¶ Similiter si quis † conuicium mihi dixit, ac verbali iniuria me prosequutus est, vt quòd sim fur, latro, & simil. licet hæc conuicia veritatem continerent, nam ex his iniurijs contrahitur inimicitia, *l. 1. & l item apud Labeonem. §. 1. ff. de iniur. glo. & omnes in c. veniens, de iureiur. omnes in l. si inimicitiæ. ff. de his, quibus vt indig. Ias. in l. procuratoribus. C. de procur. Hip. in dict. §. præterea. num. 54. circa fi. Blanc. de indici. num. 104. Hippol. consi. 3. num. 12. Gramm. consi. 57. num. 7.* Quæ procedunt tam si extra iudicium, quam si in iudicio proferantur, vt per Sozi. *consi. 146. viso processu. 1. volum. & Corn. qui in eodem casu Sozi. consuluit consi. 80. consuluit 3. volu.* Quæ tamen intellige, si calumniosè fuerint prolata verba: quòd si verè tunc ex parte iniuriantis non putarem contractam inimicitiam, sed ex parte iniuriati tantum, *vt videtur innuere Sozi. d. consi. 146.*

Libellus famosus.

53 Libellis † quoq; famosis fit atrox iniuria, quæ famam lædit, & ideo ex hoc etiam contrahitur inimicitia, *vt habetur in l. lex Cornelia. §. pen. & vlt. de iniu. cum l. seq.* quod non tantùm scripto, sed & facto contingere potest, vt quando Stercore polluuntur fores, vel Cornua foribus affiguntur, *quod probatur ex d. §. vlt. l. lex Corn. ibi, aliudve quid sine scriptura in notam aliquorum produxerit,* quanquam in communi litera dicatur, aliudve quid siue scripturam in notam aliquorum produxerit.

Item si quid fecerit quocunq; modo, *de quo in lege, item apud Labeonem, de iniu.* & plures casus enumerant iniuriarum atrocium Azo, & Hosti. *in summis suis, sub titu. de iniur.*

Detegẽs & propalans iniuriosa.

54 Et dixit † Luc. de Pen. *in l. 1. C. de his, qui se defer. lib. 10.* quòd qui detegit, & propalat ea, quę infamiam mihi ingerunt, dicitur inimicus mihi. Honor enim & fama vitæ præferendus, *l. iusta. in princ. cum glo. de man. vind. l. iusiurandum. il 2. §. procurator. vbi Alex. num. 4. ff. de iureiur.* Qui enim famam suam negligit, crudelis dicitur, *ca. si quis presbyter. de purga. cano. & c. nolo. 12. q. 1.* preciosa est etenim res bona fama, *cap. facta. 11. q. 3. &* mors est quædam ciuilis honorem amittere, *lege penul. ff. de var. & extraord. cogn. l. 1. §. deportatos. de bon. poss. contra tab. l. vlt. de cap. dimi & tradit etiam Blanc. de indi. & tortu. num. 110. & seq.*

Iniuria in bona.

55 ¶ Circa bona † fiunt iniuriæ, ex quib. inimicitia contrahitur, quando nobis auferuntur bona, *c. item cum quis.* vbi Bald. *de rest. spol.* qui dicit hoc procedere, siue vi, siue clam quis auferat, quod etiam ibi sequitur Abb. *in 3. not.* Anto. & Imola, qui referunt vulgare illud prouerbium, quòd non est amicus noster, qui bona nostra tollit. tradunt etiam Ioan. de Ana. Sozi. & Fely. *in c. cum oporteat. de accu.* pecunia enim est vita hominis, & secundus sanguis, *glo. in l. aduocati. per illum text. C. de aduo. diuer. iud. & idem tenet Alber. in authen. si testis. col. 2. C. de testi. & Hippo. in l. 1. § præterea. de quæstio. num. 42. & Blanc. in d. tract. de indi. & tort. nu. 97. & Steph. Bertran. consi. 1. num. 18. 1. vol.* Quæ tamen intelligenda sunt non procedere, si fuerit res vilis ablata, vt per Abb. & alios *in c. accedens. il 2. vt lite non contesta.* & sequitur Blanc. *vbi suprà,* qui etiam nu. 98. dicit procedere prędicta etiam in eo, qui occupat fundos vel possessiones alterius vel vxorem, & idem tenet Hip. *in l. 1. §. præterea. de quæstio. num. 54. post Bald. in d. c. accedens.*

Litis intentio.

56 Non modò autem † inimicitia contrahitur, si iniuriæ fiant vel in corpus, vel in famam, vel in bona facto ipso, sed etiam si lis moueatur de prædictis, vt est glo. *in l. licet. de arbitr. & in d. §. inimicitiæ. Institu. de excu. tut.* nam & lis de omnibus bonis, vel maiori parte ipsorum inimicitiã causat. hæc enim causa æquiparatur criminali, *l. propter litem. ff. de excu. tut. & not. omnes Scrib. in l. admonendi. de iureiur.* Et quanquam Ias. *ibi, num. 171. & in l. properandum. in 3. not. C. de iudi.* teneat contrarium, quia scilicet quęlibet pœna corporalis etiam minima, est maior quacunque pecuniaria, quantumuis magna. & ideo quòd Doctores appellant hanc inimicitiam oriẽtem ex lite bonorum non simpliciter capitalem, sed quasi; attamẽ Blanc. optimè respondet, & defendit *in dict. tracta. de indi. & tortu. num. 125. & seq.*

satis

ſatis eſt enim quòd quo ad hoc æquiparentur, quòd repellant accuſatorem, & hunc etiam ſequitur Gramma. *conſi.46.num.4.& deciſ.33.num.56.& ſeq.* & quòd imo lis de hæreditate arguat inimicitiam, conſuluit Crau. *conſil. 75. num.11.& conſi.31.num.1.& 2.Sozi.iun.conſi.73.in hac conſultatione.num.14.2.volum. qui allegat Corn. conſi.101. quarta colum. 2.volum.*

57 Quæ procedunt † non modò ſi tunc tractaretur de bonis admittendis, ſed etiam ſi ex illa lite probabilis inſurgeret metus amittendi bona vel maiorem partem ipſorum, vel vitam, vel famam, *vt per Blanc. in loco præallegato, nu.128.in fi.& ſeq.*

58 Limita tamen prædicta, † vt non procedant, quando lis non eſſet de Proprietate, ſed de Poſſeſſione, vel de aliquo incidenti, quod non poſſet afferre præiudiciũ principali: quia tunc non dicitur grauis, vel magna cauſa, ſed leuis, *vt per Blanc.in d.tracta.de indic.num.128.ver.intellige prædicta.* idem ſi ageretur de bonis, vel de re parui momenti. leue enim damnum patienter quis ferre debet, *c.terrulas. 12.q.2.l.ſcio.ff.de in integr.reſt.l.ſi oleum.ff.de dolo.* Quod intelligendum conſiderata etiam qualitate perſonarum: nam modica res diuiti, erit maxima pauperi; ſic & modica res maiorum habetur pro re precioſa, quæ omnia iudicis arbitrio perpendentur, *vt per Blancum in loco præallegato, num. 131.& ſequen.& per Hippo.in §.præterea.lege prima.ff.de quæſtio. num.54.*

Limita etiam, vt non procedant finita lite quo ad repellendum teſtem, *vt cõſuluit Sozi.conſi.228.in cauſa Gabrielis.col.3.verſi.præterea inimicitiæ.2.vol.*

Patrociniũ in lite.

59 Aduocatus quoque, † qui patrocinium præſtat in his cauſis, quæ ſunt capitales, vel famam impetunt, vel bona auferunt, repelletur, ſicut & principalis, pro quo patrocinium præſtat, *l.1.§.ſed conſtitutio. iuncta glo.in ver.aduerſario, de calum.& tenet Anch.in c.cum P.3.not.de procur.* vbi idem dicit de procuratore, & fideiuſſore aduerſarij, allegat text. *in l.poſt legatum.§.his verò.ff.de his quibus, vt indign.quam opin.ſequitur etiam Ioan.de Ana.in d.c.cum P.* Et quanquam in contrarium videatur vrgere text. *in l.qui cum natu maior.§. pen.de bon.liber.* tamen ad illum text. reſpondet Blanc. *vbi ſuprà, num.138.cum ſeq.* & ibi ſequitur hanc opin. quia & hi dicuntur præſtare auxilium inimico meo: nam ſi conuerſans cum inimico meo dicitur mihi inimicus, vt ſupra viſum fuit, multo magis ille, qui patrocinium & auxilium præſtat, ſine quo me ita grauiter non offenderet. Ego tamen crederem, quæ dicta ſunt de aduocato, vera eſſe, ſi gratis, & ex ſimplici amicitia præſtaret patrocinium, & multo magis ſi id faceret, vt mihi noceret: at ſi ſpe lucri & mercedis tantum patrocinaretur, non putarem hoc caſu prædictam concluſionem veram, quia amor ſui lucri, non odium aliquod hoc caſu tantum conſideratur.

Inquiſitio motu proprio à iudice facta.

60 ¶ Iudex † quoq; inquirendo ex officio ad nullius ſuggeſtionem pendente ipſa inquiſitione, quia ſubrogatur loco accuſatoris & aduerſarij, ideo eandem naturam ſapere videtur. ſecus ergo ſi ad accuſationẽ vel ſuggeſtionem alterius procederet. *ita Blanc.in tracta.de indic.nu.144. cum ſeq.*

Ego tamen contrarium in hoc puto verius. præſumitur enim motus & coactus ex debito ſui officij, cum aliàs ipſe teneretur in ſyndicatu, vt infrà dicam in modo inquiſitionis, & probat text. *in c.ad hoc.& in c.propoſuit.de appell.* & licet ſubrogetur loco accuſatoris, verum eſt quoad procedendum & ſubminiſtrandum iuſtitiæ veritatẽ, non autem quoad animi affectum. Verum tamen fateor eſſe, quòd ex circunſtantijs etiam iudex inquirendo poteſt argui inimicus, vt ſi contra aliquem vellet inquirere de vita & moribus, vel ſuſcitare vellet aliquod delictum longitudine temporis iam obliuioni mãdatum, vel præter ordinem nimium rigoroſè procederet & acerbè. his etenim caſibus, & ſimilibus faterer inimicitiam contrahi. ſtatim enim quòd inſurgit indicium aliquod, quòd iudex non coactus officio, ſed ex odio procedit, ſtatim inimicitia præſumitur, quæ nil aliud eſt quàm odium ex iniuria cõceptum. & ſatis dicitur iudex iniuriari, quòd cum ſalua conſcientia & honore, ac etiam præter timorem ſyndicatus potuit vexationem hanc & inquiſitionem omittere, & non omiſit, pro quibus faciunt ea, quæ mox dicam de teſte, qui ſi ſponte depoſuit, vel cum poſſet recuſare, noluit, præſumitur inimicus, ſecus ſi coactus depoſuit.

61 Lata autem ſententia, † an adhuc duraret inimicitia potens ad repellendum, diſtinguebat Blanc. *in loco præallegato, num.147.in fin.& ſequ.* quòd ſi ille, contra quem lata eſt ſentẽtia, potuit appellare, & noluit, ſed acquieuit ſententiæ, non contrahatur inimicitia. ſi verò non potuit appellare, obſtante lege vel alio impedimento, & tunc dicatur durare inimicitia. Quod ſi reus condemnatus appellauit, durat inimicitia, vel confirmetur, vel incidatur ſententia, & præſertim ſi fuit reuocata: nam tunc ex parte vtriuſque dicitur extare; nam & iudex tunc videtur offenſus, quia reuocata eius ſententia. ſi verò fuit lata data, tunc ex parte rei tantum dicitur durare inimicitia: licet enim iniuſta ſit tunc inimicitiæ cauſa, attamen quia naturaliter quilibet dolet, & ægrè fert ſe etiam iuſtè puniri, *iuxta l.1.C.de bon.eor.* ideo odium neceſſario cauſatur ex quacunque condemnatione criminali, & ex eo inimicitia. quæ omnia pluribus ibi comprobat Blanc.nu.150. concludens, ideo quòd ſi lata ſententia reus debitum tulit ſupplicium, conſanguinei eius poterunt illum iudicem pro ſuſpecto allegare. & quòd præmiſſa procedunt in ſententia lata in cauſa criminali, in qua impoſita ſit pœna corporalis, vel maioris partis bonorum, vt ibi per eum.

Puto tamen ego aliter diſtinguẽdum, videlicet quòd aut iudex iniuſtè tulit ſententiam corporis afflictiuam, aut maioris partis bonorum; & tunc aut eſt præſumptio, quòd per imperitiam id fecerit, quia verè erat imperitus, in cæteris tamen integer: & tunc ex parte ſui non puto inimicitiam contractam, quia non habuit animum offendendi, & ideo nõ poterit in alia cauſa ab eodem vel à coniunctis repelli. aut præſumptio eſt, quòd non ex imperitia, ſed dolosè id fecerit, & tunc certè recuſari poterit, ex quo ex odio videtur iudicaſſe. ſi verò iuſte iudicauit, non video, quomodo ex parte ſui poſſit odium aut inimicitia conſiderari, cum conſcientia & debito iuſtitiæ coactus ſic iudicauerit etiã inuitus. multi enim ſunt iudices, qui ſentẽtias capitales lachrymis polluunt, iuxta illud Neronis, qui dum ſententiæ capitali ſe ſubſcriberet, nollem inquit, nunc ſcire literas. ex parte tamen ipſius rei condemnati fateor ſemper inimicitiam contrahi, adeò quòd ipſe iudex poterit illum recuſare & etiam affines eius, & ab accuſatione repellere, cum vt dixi, quilibet naturaliter doleat, & ægre ferat ſe vel iuſte vel iniuſte damnari, & hanc puto veritatem.

Teſtimonium ſponta neum.

62 ¶ Teſtis quoque † ſponte deponens contra aliquem in cauſa capitali vel ſimilibus, de quibus ſuprà, dicetur inferius, vt per Barto. *in l.poſt legatum.§.his verò.ff.de his quibus, vt indign.& tradunt Scrib.in c.meminimus. de accuſ.& in c. cum P.eo.tit.& per Blanc.in d.tracta.de indic.num.152.& Alex. in addit.ad Bart.in l.teſtibus.ff.de teſti.* ſponte autem † dicitur deponere, cum neque productus, neque citatus deponet, ſed ipſe ſeſe offert, neq; poterat cogi, vt deponeret, *vt per Scrib.in locis præallegatis*; ſecus ſi coactus depoſuit, *vt per Blanc.ibi, num.153.& 154.* Quinimo etiam ſi non depoſuiſſet, ſed acceſſiſſet ad notarium, vt deponeret, & per eum non defuit, *vt tenet Card.in d.c.cum P.de accuſ.& Blanc. ibi, num.153.in fin.* ſed & ſi coactus deponeret, reſpectu tamen eius, contra quem deponit, præſumetur inimicitia, neq; poterit ideo ipſum teſtem accuſare, *vt per Abb.in d.c. cum P.& Blanc.vbi ſuprà, num.153.in fi.*

Fallit tamen prædict.concluſio, vt ego nouiter puto,

64 † quando teſtis etiam ſponte deponeret, non principaliter, vt ipſum offenderet, ſed vt alium ſibi amicum defenderet, & exculparet. attenditur enim principalis eius in-

tentio, quæ non tendit ad inferendam iniuriam, sed potius repellendam: quo enim ad eum non potest odium præsumi, licèt respectu eius, contra quem deposuit, potest ipse verè repelli, vt inimicus, quia quocunq; modo offensus, vel principaliter, vel incidenter, præsumitur ęgrè tulisse, *vt suprà sæpe dictum fuit.*

65 An autem† qui semel cõtra vnum deposuit, si iterum deponat, præsumatur inimicus, Blanc. *de indi. num. 156. & seq.* plura dicit, & longam facit distinctionem. Ego verò puto decisionem pendere à decisione præcedentis conclusionis: nam in omnibus casibus, in quibus si semel deposuit, repellitur, multo magis repelletur, si bis deposuisset, quia geminatio multa operatur, *vulg. l. balista. ad Trebell.* & ideo nulla alia opus est distinctione. An autem† in
66 casibus in quibus semel deponens non repellitur, si bis deponat, repellatur, puto, quòd & si millies deponeret, non repelleretur, dummodo sponte se non offerat, aut ex alijs coniecturis possit odium ipsius colligi. Et tex. qui allegatur communiter ad probandum, quòd qui bis deposuit, repellitur, hoc non probat, videlicet text. *in c. 2. §. in criminali. 4. q. 3.* hoc enim tantùm dicit, quòd qui ante contra aliquem testimonium dixit, produci contra eundem testis iterum non potest. probat ergo hoc tantum, quòd si semel contra deposuit, non potest iterum tanquam inimicus recipi, non autem quòd si bis receptus est, non possit tertiò recipi, *& idem dicit text. quem ibi refert Gratianus in l. produci. ff. de testi.* vbi omnes Scrib. asserũt ibi, hoc tantum dubitari, an si quis semel testimonium dixerit, idem possit in eadem causa repeti, vel in alia produci. & licèt Budæ. *in annota. ad d. l. produci.* contendat tex. illum corruptum, atque ideo illum emendat hoc modo, produci testis in reum, qui ante in eum testimonium dixit, tamen huic emendationi repugnant omnes codices, quos viderim, vt etiam animaduertit Duare. *disp. anniuer. lib. 1. cap. 29.* cui adde, quod & Pandectę Florentinæ repugnant, & communem habent literam, neque quicquam est, quod impediat, quin ita, vt habetur, legi debeat. probat ergo tex. ille, quòd qui semel in reum testimonium dixit, non potest iterũ in eum produci, quia scilicet præsumitur inimicus, & comprobat præcedentem conclusionem, non autem nouam inducit, quòd scilicet qui bis in aliquem deposuit, nõ possit tertiò admitti, quia stante prima conclusione vera, hæc esset de indubitabili, cum geminatio addat, non minuat. in his autem omnibus, vt suprà sæpe dixi, puto arbitrium iudicis maximas habere 76 partes, qui ex varijs circunstantijs variè etiam & rectè iudicare poterit, vt sæpe suprà dictum fuit.

¶ Externis verò ex causis vel adhęrentibus considerari possunt inimicitiæ, quæ ex his fontibus eruuntur.

**Consanguineorum inimicitia.**

67 Primò ex iniuria † facta consanguineis, quia mihi dicitur facta iniuria, quæ consanguineo meo facta est, vt per Bart. *in d. l. 3. §. fi. de adim. lega. & tradit Blanc. d. tract. de indic. num. 93. & Hip. in l. 1. §. præterea, de quæstio. num. 54.* sic & omnes consanguinei occisi præsumuntur inimici occisoris, vt latè ibi per Blanc. *num. 172. & 173. quæ non transcribo.* & ibi *num. 174.* concludit, quòd talis inimicitia durat vsque ad quartum gradum agnationis vel ad arbitrium iudicis consideratis omnibus circunstantijs, *& consuluit etiã Hip. consi. 31. nu. 16. & Bal. cons. 306. præsuppositio statuto. in prin. 4. vol. in antiq & Alex. consi. 2. viso processu. nu. 9. 7. vol.*

Tu verò dic, quòd illæ tantũ personæ censebũtur inimicæ, quæ sunt à iure specificatæ, vt eis censeatur cõmunis iniuria, *ita pulchrè Soz. consi. 22. in causa Gabrielis, col. pen. ver. præterea inimicitiæ. 2. vol.*

**Conuersatio, amicitia cum inimicis.**

68 Secundò† conuersatio & amicitia cum inimicis meis, arguit inimicitiam contra me; nam amicus inimici mei, dicitur meus inimicus, *l. sciendum. §. accusatio. ff. de legatio. l. liberi, vbi omnes not. C. de inoff. testa. cum concordan. de quibus per Blanc. dict. tract. de indi. num. 163.* sed in contrarium videtur vrgere text. *in l. 1. §. cum patronus. in fi. de offi. præf. vr.* vbi si libertus fiat amicus inimicorum patroni, non offenditur taliter, vt puniatur, nisi cum eis conspirauerit, sic & filius si fiat amicus inimicorum patris, non ideo poterit exhæredari. Sed respondeo, quòd illa procedunt quoad euitandam pœnam, sed non sequitur, quòd ideo non sint saltem suspecti, *vt inquit Ias. in leg. qui iurisdictioni. num. 7. ff. de iurisd. omn. iud.*

69 Limitatur† tamen hæc conclusio, vt procedat in conuersatione longa, secus si modica, *vt per Blanc. ibi, nu. 170.*

Limita secundò, in eo, qui coactè, vel propter iustum metum conuersatur, vt idem Blanc. ibi dicit, *dict. num. 170. in fin.*

Limita tertiò, nisi conuersaretur ad alium effectum, non in mei perniciem, vt declarat Deci. *in l. consilij. §. socij. nu. 3. de reg. iur. vbi addi. plures dat concordan.*

70 ¶ Tertiò si quis† offenderet cohabitantem meum, dicitur me offendere, & si pacem ante feciſſet mecum, dicitur fregisse eam, ita Bald. *in l. 1. C. de episc. & cler & Fely. in cap. repellantur, circa fin. de accusat. & sequitur Blanc. vbi suprà, num. 165.* **Cohabitantis offensio.**

71 ¶ Quartò † participes inimicorum meorum dicuntur inimici mei. participes autem voco, qui consilium præbent vel auxilium, *vt no. in l. prima. C. si rect. prouin. & per Fely. in cap. cum olim. colum. 2. de accusat. & declarat Blan. in tract. de indi. num. 167.* **Participatio cum inimicis.**

72 ¶ Quintò adhærẽtes †& sequaces inimicorum, dicuntur etiam inimici, videlicet qui sunt eiusdem factionis, vt olim Guelphi & Gebellini, Albi & Nigri, vt per Fely. *in d. cap. cum olim. col. 2. de accu. & in rubrica de treuga & pac. & Blanc. vbi suprà, nu. 167.* **Adhæsio & sequela inimicorum.**

73 ¶ Sextò complices † inimicorum, qui dicũtur socij ad malum, vt per Io. And. in c. cum oporteat. de accu. vbi etiam Io. de Ana. in 4. not. & Fely. in d. rubrica, de treuga & pace. nu. 19. & sequitur Blanc. vbi suprà, nu. 169. **Complices inimicorũ.**

74 ¶ Septimò† auxilium præstans vel opem inimicis, puta comeatu, armis, equis, pecunia, vel simil. *tex. vbi Bart. in l. cuiusque dolo. ff. ad l. Iul. ma. Luc. de Pen. in l. 1. C. de his, qui se defer. & Blanc. vbi suprà, num. 171. præter quem vide Bald. consi. 306. præsuppositio statuto. in prin. 4. volum.* & quod mutuans pecuniam inimico, dicatur ei præstare auxilium, & ideo sit pariter inimicus & ipse, consuluit Paul. *consil. 295. viso suprascripto puncto. col. 2. ver. iste autem B. 1. vol.* **Auxilium præstans.**

75 Octauò, non † osculãs oblato osculo præsumitur inimicus, *glo. & post eum omnes, in c. cum super. de offic. dele. Hip. in leg. 1. §. præterea, de quæstio. num. 48. & Blanc. vbi suprà, numero 103.* **Osculum.**

76 ¶ Nonò non alloquens † alloquentem, nec salutans salutantem, maximè si solitus sit alloqui & salutare, præsumitur inimicus, *c. si inimicus. 53. distin. Luc. de Pen. in d. l. 1. de his, qui se defer. lib. 10. glo. in c. cum Adrianus. 63. dist gloss. quam omnes ibi sequuntur, in c. super. de off. delega. Ias. in l. apertissimi. col. 2. ver. & dicit gl. C. de iudi. Fel. in c. repellantur. in prin. de accusat. Blan. vbi supra, num. 109. præter quem Bal. in procem. decretalium. ver. Gregorius. num. 31. vbi Abb. num. 6. & ibi add. in litera, G. & ibi quoque Fely. nu. 22. in fin. & Cassan. consi. 58. licet, nu. 18.* **Taciturnitas.**

77 Decimò, qui minatur † mihi aliquid graue, dicitur inimicus meus, *vt per omnes in d. cap. cum oporteat. de accus. & glo. in l. licet. de arbit. & Bart. in l. 3. §. vlt. de adim. lega. Alberic. in authen. si testis. C. de testi. Hippo. in l. 1. §. præterea. de quæstio. num. 48. & Blanc. vbi suprà, num. 105. & Hip. consi. 3. num. 12.* maximè si minæ essent de occidendo, vt per Alex. *consi. 14. ponderatis. num. 4. 3. vol. & Gram. consi. 57. num. 8.* Quæ intellige vera, dummodo qui minas protulit, solitus foret ea exequi, *vt per omnes in locis præallegatis, & Blanc. nu. 179. & seq.* **Minæ.**

78 ¶ Vndecimò dicens † se nociturum si posset, dicitur inimicus, *c. cum super, vbi omnes no. de off. delega. & Blan. vbi suprà, num. 106.* Similiter dicens se non diligere talem, præsumitur eius inimicus, *vt per omnes in dict. c. cum super. & per Alberic. in l. si inimicitiæ. ff. de his, quibus vt indign & in l. metum. C. quod met. cau. & not. in c. inquisitionis, de accu. & Blanc. vbi suprà, num. 107.* sic & dicens se inimicum, præsumitur verè inimicus, *vt not. in dict. cap. inquisitionis. & Bald. vbi suprà, numero 108.*

79 ¶ Duodecimò diuortio † sequuto inter maritum & vxorem, **Diuortiũ.**

vxorem, presumitur inimicitia inter eos, *l. Cicero. 2. respon. ibi, nec iam marito inimico. ff. de pœn.*

Inobedientia. 80 ¶ Decimotertiò obedientia † subditi vel inferioris denegata maiori arguit inimicitiam, *c. si diaconus. ver. & inimicos. 5. dist. quoniam vetus. 24. q. 1. cum adductis per Blan. vbi suprà, num. 102.*

Artificij eiusdem artifices. 81 ¶ Decimoquartò eandem artem † exercentes præsumuntur inimici, quia animalia eodem cibo viuentia mutuo se odio habent, *Ias. cons. 167. formate. nu. 7. in vltimis verbis. 4. volu.* Mantua, honorandus collega meus, *cons. 122. in præsenti casu num. 12. 1. vol.* vbi in specie ex hoc reijcit accusationem, quanquam putem hanc causam leuem, neque aptam, vt reijciat.

Nocēdi voluntas. 82 ¶ Decimoquintò, † vbicunque potest constare, quòd quis directè vel indirectè, & quomodocunq; noceret, si posset, *vt per Blanc. vbi suprà, num. 94 & 106. vbi concord. adducit, sed vide tu Bal. cons. 306. præsuppositio, in fi. prin. 4. vol. in antiq. & Soz. iun. cons. 77. licet. nu. 43. 1. vol.*

Nouerca. 83 Decimosextò nouerca † quoque præsumitur inimica priuigno, & è contra. Inde & illud prouerb. Odium nouercale, propterea quòd nouercis omnibus innatum sit fatale quoddā & implacabile odium in priuignos. Hinc illud Virg. ecl. 3.

*Est mihi namq; domi pater, est iniusta nouerca.*

Et illud eiusdem in Georg.

*Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ.*

Et illud Ouid. lib. 1. Meta.

*Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.*

Et apud nos glos. *in ca. pastoralis. in ver. principia, de re iud.* solent, inquit, nouercæ in priuignos sæuire.

Rusticitas. 84 ¶ Decimoseptimo rustici † quoque proni ad inimicitias, & truces atque agrestes mores, atque ideo eorum inimicitiæ atrociores & implacabiliores. Hinc illud prouerbium, odium agreste, & illud Martial. lib. 7. Epigram. 57. ad Gallam.

*Hirsutum, & dura rusticitate trucem.*

85 ¶ Maximæ autem † inimicitiæ exprimuntur his prouerbijs, Odium Vatinianum, vel Empedoclis simultas, de quibus apud eos, qui prouerbia collegerunt.

Recōciliationis probatio. 86 ¶ Aduertendum postremò, † quòd sicut inimicitia allegata, vt repellat accusantem, probari debet in specie, *vt suprà deductum fuit:* ita & è contra si allegetur ex opposito reconciliatio, ea probari debet, aliàs præsumitur durare inimicitia. præsumitur enim ex præterito in præsens in his, quæ habent radicem odij capitalis, *ita pulchrè Bald. cons. 163. Cecilia, 3. volu. in antiq. 2. colum.* & hoc intelligit verum ibi in capitalibus inimicitijs, secus in leuibus, quæ dicuntur prouenire ex quadam animi leuitate, & ideo præsumuntur facilè remitti: aliàs, inquit, non esset homo, sed bestia: nam inimicitiæ prouenientes ex animi leuitate, sunt potius quidam impetus animi momētanei, ideo leges de his non curant, vt latè prosequitur ibi Bal. & idem Bald. *cons. 306. præsuppositio statuto, colum. 2. 4. volum.* dixit, quòd inimicitiæ debent considerari secundū consuetudinem patriæ, vt præsumantur durare, nisi probentur remissæ, consuluit Crau. *cons. 9. nu. 6.*

87 Reconciliatio autem † probatur ex conuersatione familiari, *vt per Gramma. voto 30. num. 18.* Item per tactum manuum, vt per Ruyn. *cons. 12. num. 12. volum. 5.* Item si potuit data occasione offendere vel reuocare beneficia, & non fecit, quia præsumitur remisisse iniurias, *glo. not. in l. athletæ. §. dat remissionem. in vers. nisi priusquam. ff. de excusa. tuto. & probat optimè textus in lege, in confirmando, & in lege, vtilitatem. ff. de confirma. tuto. & in lege, tres tutores, in fine. ff. de administra. tuto. & bonus textus in lege, à filio. §. Seia. ff. de adim. legatis.* sic benedictio, & salutatio tollit inimicitiam, Bald. *in proœmio Decretal. in ver. Gregorius. num. 31. & Abb. numero 6. vbi addi. in litera G.* Merita quoque subsequentia faciunt præsumi remissam iniuriam & inimicitiam, *Ias. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure, num. 64. & 69.* Et generaliter ex contrarijs omnibus eorum, è quibus suprà dictum est, probari inimicitiam, probatur & remissio ac reconciliatio; cum idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, *l. & si contra. ff. de vulga. & pupilla. lege, qui filium. ff. de lega. tertio. lege, peculium. §. sicut. ff. de pecul. l. Iulianus. §. procurator. ff. de actio. empt.* Si ergo sopita ex prædictis, & alijs similibus probetur inimicitia, in nulla erit habenda consideratione ad repellendum accusatorem, iudicem, testem, vel ad indicium aliquod inducēdum, vt per Craue. *cons. 2. num. 7.*

## CAP. XXVI.

## *Testis esse prohibitus.*

### SVMMARIVM.

1 *Testis qui esse non potest, an accusare possit, & in quo sit maius periculum; in teste, an in accusatore, num. 2. 3. 4.*

5 *Testis non potest esse, ergo nec accusare, argumentum, vel affirmatiue, quando valeat.*

1 QVi testes esse † prohibentur, prohibentur etiam accusare, *vt probat textus, qui hos coniungit, in c. super prudentia. 14. q. 2. & in cap. ipsi Apostoli. & cap. testes. 2. q. 7. & cap. sanè. 15. q. 3.* & ita in specie arguit Specul. *in titu. de accusa. §. 1. vers. item quod est talis, qui non potest testis esse, & est num. 27. circa med.* & ita quoque arguit Cyn. *in l. 2. C. qui accusa. non poss.* quem etiam sequitur Bart. *in l. secunda. §. pupillus. ff. de accusa.* in illa quæstione, an adultus minor viginti quinque annis possit accusare. dicit enim quòd nō, quia testis esse non potest in causis publicorum iudiciorum, *l. in testimonium. ff. de testib.* & hanc illationem videtur probare text. *in l. qui cum maior. §. 1. ff. de bon. liber.* vbi patronus æquè priuatur hæreditate, si libertū accusat, ac si in eum in causa capitali testimonium diceret. Contra tamen videtur vrgere text. *in capit. licet Hely. in §. cum igitur. in fi. de simo.* vbi super testibus examinatis in causa simoniæ orta quæstione, an essent admittendi, & aliquibus dicentibus admitti omnes debere etiam criminosos, non solùm ad accusandum, sed etiam ad testificandum alijs respondentibus, quòd licèt simonia, & læsa maiestas quantum ad accusationem quasi paria iudicentur, tamen inter personas accusatorum & testium esse vtiq; distinguendum, cum crimina non per accusatores, sed per testes probentur. & ideo gl. *ibi in ver. distinguendum.* dicit, quòd non omnes, qui ad accusandum admittuntur, admittentur etiam ad testimonium, allegat text. qui opti. probat, *in cap. de cætero, de testib.* vbi dicitur, quòd laici de cætero ad accusationem vel testimonium contra clericum nullatenus admitti debent, nisi fortè suam vel suorum iniuriam prosequantur. nec tamē etiam, inquit, ad testimonium, sed ad accusationem possunt admitti: *hoc etiam probat text. iuncta glo. vltima, in cap. cum in tua. Qui matrimo. accu. poss.* vbi quòd non repellitur ab accusando, qui id intellexit ab ijs, qui non potuissent accusare, sed bene repelletur testis, cuius author repelleretur, *allegat gloss. text. in c. licet. de*
2 *testibus, & in cap. fraternitatis. de hæret.* & assignat † eadem gl. rationē, quia maius versatur periculum, quod testis inhabilis & suspectus admittatur, per cuius dictum quis potest damnari, quàm quod talis accusator admittatur, ex cuius dicto nullus vnquam damnabitur. sic videmus, quòd de iure ciuili non est expressum, quòd inimicus ab accusatione repellatur, sed bene à testimonio, *vt in auth. si dicatur. C. de test.*

3 Salycetus tamen † *in lege secunda. C. qui accus. non possunt. colum. secunda. vers. quæro, quid de adulto.* videtur tenere maius verti periculum, quòd quis admittatur ad accusandum, quàm ad dicendum testimonium propter pœnam talionis, qua tenetur accusator succumbens, inferens propterea secūdum Hugolinum, quòd si adultus in causa criminali non admittitur ad testificādum, multo minus admittetur ad accusandum propter pœnam talionis, *argum. leg. primæ. ff. ad Velleia.* idem tamen Salyc. *in d. leg. secunda, colum. tertia, vers. vltimo hanc partem. sub numero quinto*, dicit hoc argumentum procedere negatiuè, non autem

tem affirmatiuè. nam licet teſtis admittatur, non admittetur tamen vt accuſator, quia maius eſt ſibi accuſanti præiudicium, quàm ſi ſimpliciter teſtificaretur. & ne veritas pereat, plures vt teſtes admittuntur, qui non admitterentur vti accuſatores. plures enim alij accuſatores reperiri poſſunt in publicis iudicijs, cùm tamen plures teſtes non ſemper reperiantur.

4 ¶ Sed certè † licèt dicta per Salyc. procedere poſſint in minore, de quo loquitur, quòd ſi non admittitur ad teſtificandum, nõ admittatur etiam ad accuſandum: illud non eſt eo caſu ex vi conſcientiæ de teſte ad accuſatorem, ſed quia cùm legis intentio ſit ſuccurrere minoribus, noluit eos admitti non conſiderando præiudicium ſolummodò accuſati, ſed & accuſantis, ne ſcilicet minor exponat ſe periculo talionis, & calumniæ, prout de muliere dicit tex. *in d.l. 1. ad Velleia.*

5 ¶ Quare puto ego † ſic diſtinguendum, aut conſideramus præiudicium accuſati tantum, aut accuſantis. primo caſu dico non valere argumentum negatiuè ſic conceptum; non poteſt eſſe teſtis, ergo neque accuſare, quia maius præiudicium accuſati, quòd quis admittatur in teſtem contra eum quàm in accuſatorem, quia per dictũ teſtis condemnari poteſt, non ſic per dictum accuſatoris. & licèt multi prohibeantur teſtimonium dicere, qui pariter prohibentur & accuſare, tamen hoc non eſt perpetuum, neque ex vi conſcientiæ equiparationis teſtis & accuſatoris, ſed quia in alijs non poteſt dari ratio diuerſitatis. Affirmatiuè autem dico procedere argumentum hoc modo: poteſt in cauſa criminali eſſe teſtis, ergo poterit etiam accuſare, quia minus præiudicium vertitur, vt dixi, reſpectu accuſati in accuſando quàm in teſtificando, & regulariter valet argumentum de maiori ad minus affirmatiuè, *capit. cui licet, quod eſt plus. de regulis iur. in 6.* Negatiuè autem ſecus, vt ibi habetur. ideo videmus plures ad accuſandum admitti, qui prohibentur teſtimonium dicere. Secundo verò caſu, ſi conſideremus præiudicium ipſius accuſantis, cui lex ſuccurrere intenderet, tunc procederet argumentum ſic collectum: non prohibetur accuſare, quia vertitur periculum talionis, ergo neque teſtificari, quia tale nõ vertitur periculum. Econtra autem affirmatiuè non procederet, quia eſſet arguere de minori ad maius affirmatiuè, quod regulariter non procedit, vt dixi. Quanquam in iure non puto reperiri caſum, quo quis ab accuſatione repellatur propter ſui ipſius præiudicium. Et quanquam Salyc. *in loco præallegato* cõſiderabat maius eſſe periculum in accuſatore reſpectu pœnæ talionis, quàm in teſtificando: attamen dico, quòd poteſt etiam in teſtificando nõ minus periculum verti propter pœnam falſi, quam incurreret, ſi falſum deponet, quæ grauiſſima eſt. Et præterea pœna talionis iam ab aula receſſit, vt infrà ſuo loco dicemus. ideo tenenda diſtinctio ſuprà in primo caſu facta, quam videntur omnes ſequi *in d.c. licet Heli. & in cap. 1. de accu. vbi Maria. num. 11. in fin.*

10 ¶ Item non procedent, † ſi oppoſita exceptione ſpoliationis per accuſatum accuſator opponeret aliam ſimilem expoliationem cõtra ſe factam ab accuſato: quia hoc caſu paria delicta mutua compenſatione tollentur, & ideo procedet accuſatio, vt pulchrè docet Archid. *in d. cap. 1. num. 2.*

## CAP. XXVII.

## *Spoliauit qui accuſatum.*

### SVMMARIVM.

1 *Spolians aliquem maiori parte bonorum, non poteſt illum accuſare, ſi vi expulſiua, vel ablatiua, ſecus ſi per dolum, num. 2. & ſi exceptio expoliationis fuerit facta ante litis conteſt. nu. 3. & ſi fuerit expoliatus ab ipſo accuſante, nu. 4.*

5 *Spoliationis exceptio intra quindecim dies probanda eſt. limita, vt num. 6. 7. 8. 9.*

10 *Excipiens de ſpolio, ſi contra ipſum de alio excipiatur, quid iuris.*

1 SI quis fuerit † ſpoliatus maiori parte bonorum vel omnibus bonis, non poteſt à ſpoliante accuſari, *cap. oportet. 3. quæſt. 2. cap. nullus. 2. quæſt. 2. & cap. 1. de reſtitu. ſpolia. in ſexto, & tradit Spec. in tit. de accuſa. §. 1. verſic. item excipitur contra eum, quod ſpoliauit, num. 13. in fi.* Ratio eſt, quia nudatus & inermis non poteſt ſe contra inimicum defendere, *vt dicunt iura præallegata, & Scrib. in d.c. 1.*

2 ¶ Præmiſſa † tamen intellige, quando fuiſſet ſpoliatus vi expulſiua de immobilibus bonis, & ablatiua in mobilibus, aliàs ſi per dolum fuiſſet ſpoliatus, non procederet concluſio, vt per Io. And. *in d.ca. 1. & Gemin. ibi, colum. 3. verſi quid ſi ſpoliatio.*

3 ¶ Item intellige præmiſſa † procedere, ſi talis exceptio ſpoliationis fuerit oppoſita ante litis conteſta. ſecus ſi poſt, etiam ſi ſpoliatio facta fuiſſet poſt litem conteſtatã, vt tenet Archid. *in d. cap. 2. de reſti. ſpol. in 6. in prin. in ver. perimitur. & Gemin. col. 4. verſi. ſed an poſſet opponi. & Philip. Franc. col. 2. in gl. in ver. perimitur.*

4 ¶ Item intellige † prædicta vera, dummodo accuſatus fuiſſet ſpoliatus ab accuſante: ſecus ſi ab alio, vt tradit ibi Archid. *colum. 1. verſi. actore. & ibi Gemin. colum. 3. verſic. quid ſi reus accuſatus reſtitutus eſt.* quinimo concludunt ibi, quòd ſi quis fuerit à tertio ſpoliatus & bona ablata peruenerint ad manus Titij, qui me accuſat, non potero ideo illum ex vi ſpoliationis repellere, quia exceptio iſta datur tantum contra eum, qui poteſt agere interdicto Vnde vi, *vt ibi concludunt omnes, & ibidem etiam tradit Philip. Franc. colum. 2. ver. de expoliatione verò.* Et in tantùm hęc vera ſunt, vt etiam ſi accuſante domino accuſatus fuiſſet ſpoliatus à procuratore, non repelletur dominus ab accuſatione, vt declarat ibi Gemin. *col. 2. verſi. nota iſtud dictum.*

5 ¶ Item intellige, † dummodo qui talem exceptionem opponit, intra 15. dies probet ſpoliationem, aliàs procedet accuſatio, vt probat text. *in d.c. 1.*

6 Prædicta autem † non procedent in denunciatione euangelica ad pœnitentiam, vt declarat ibi Gemin. *verſi. quæro, quid ſi actor agat.*

7 ¶ Item non procedunt, † quando agitur ciuiliter ad proprium intereſſe, vt idem Geminia. ibi docet, *in verſic. per hoc deciditur.*

8 ¶ Item non procedunt, † quando procederetur per viam inquiſitionis, etiam ſi ille, cõtra quem opponitur, ſit inſtigator, vt ibi ſcribit Gemi. & Phil. Franc. *in §. illum. in verſi. ſecundo nota.*

9 ¶ Item non procedunt † prædicta in notorijs criminibus, vt ibidem tradit Gemin. *col. 5. verſi. quærit hic Io. And. & Philip. Fran. in §. ad hoc. in prin.*

¶ Item non procedunt, ſi paratus eſſet accuſator omnia reſtituere, & ſi non ita facile poſſent omnia reſtitui, ſatisdaret de reſtituendo, cùm primum poterit: nam hoc caſu procedetur ſuper accuſatione, vt ibi per Gemin. *col. 2. verſicu. quid ſi reus probat.* Quæ tamen intellige, dummodo omnia reſtitueret, aliàs & ſi ouum deficeret, non procederet accuſatio, vt idem Geminia. ibi tradit colum. 3. verſic. quid ſi reus accuſatus reſtitutus eſt.

## CAP. XXVIII.

## *Alia Accuſatione implicitus.*

### SVMMARIVM.

1 *Accuſationes diuerſæ, quare eodem tempore proponi nõ poſſint ab vno accuſatore. limita, vt num. 2. 3. 4.*

4 *Accuſationes duæ contra diuerſos, diuerſiſq; libellis proponi poſſunt, non plures.*

5 *Accuſari vno libello poſſunt plures rei de delictis inter ſe connexis, ſicut & plures teſtes de falſo, licèt diuerſis depoſuerint temporibus etiam ſecundum aliquos cum producente. nu. 6.*

7 Adulter

7 *Adulter, & adultera non poſſunt eodem tempore accuſari, & quare; inceſti autem quis poteſt ambos accuſare. & nu. 8.*

9 *Iudex inquirere poteſt etiam de mille reis, non eodem tamẽ libello, ſed pluribus, iuxta pluralitatem factorum & perſonarum.*

10 *Accuſatio plurium niſi opponatur, procedet, et quid in accuſatione adulteri, & adulteræ, num. 11.*

1 NOn poteſt quis eodem † tempore duas, & eaſdem diuerſas accuſationes proponere, & vrgere, *leg. hos accuſare. §. lege Iulia. ff. de accuſa.* Ratio autem eſt timor turpis queſtus, iuxta legem, qui accuſare, §. alij propter turpem queſtum, de accuſationibus, item quia cùm accuſator ſe ſubſcribere teneatur ad ęqualem pœnam, ſi pœna eſſet capitalis vel corporalis, non deberet corpus accuſantis diſcerpi, ſi ſuccumberet, vt ſatisfieret calumniæ in duos vel plures commiſſæ. ſingulę enim cauſæ ſingulas actiones deſiderant, *l. ſingulis. ff. de excep. rei iud.*

2 ¶ Limitatur † primo dicta regula, niſi quis ſuam iniuriam proſequatur, *vt dicitur in d. §. lege Iulia. & in l. cum rationibus. in fin. C. qui accuſa. non poſſ.* idem ſi ſuorum iniuriam proſequatur, *vt dicitur in d. l. cum rationibus.*

3 ¶ Limitatur ſecundò, † niſi plures accuſarentur de eodem delicto, *l. vim paſſam. §. inceſti. & l. qui pupillam. in fi. ff. de adult. & l. 1. C. ſi reus vel accu. mor. fuer. & probatur in l. minorib. C. de his quibus vt indig. ibi, & quoſdam ex reis punitos. & l. Athaletus. ff. de fal.*

4 Limitatur tertiò, † niſi quis plures accuſare vellet de diuerſis delictis, diuerſis libellis, quia poterit duos accuſare, licèt non plures, *& in his terminis loquitur text. in l. cum rationibus. C. qui accuſ. non poſſ. & in l. qui accuſare. §. alij ob turpem, de accuſa. & c. prohibentur. 2 q. 1.*

5 Limitatur quartò, † niſi plures accuſati eſſent de delictis connexis, & dependentibus inter ſe, vt mandans & mandatarius. poſſunt enim iſti, licèt videãtur diuerſa delicta & diuerſis temporibus facta, vno libello accuſari, vt per Bart. *in dict. l. hos accuſare. §. lege Iul. num. 3. & ibi addi. in litera D. & Bald. in dict. l. cum rationibus. num. 7. & not. in dict. leg.*

6 *Athaletus. de falſ.* Item pariter † poterunt plures teſtes in vna cauſa deponentes de falſo accuſari, licet diuerſis temporibus depoſuerint. quinimo & producens eos poterit ſimul cum ipſis teſtibus eodem libello accuſari, vt docet Angel. *in dict. §. lex Iulia.* vbi refert in hac quæſtione varias fuiſſe alias opiniones, & tamen quòd pro hac parte ita conſultum fuit Paduæ, & ipſam etiam opinio. refert Salyc. *in dict. l. cum rationibus.* Nam Accur. & Iaco. de Aret. tenuerunt, quòd nõ poſſent iſti omnes eodem libello accuſari per hanc regulam, de qua ſuprà. & quia erant diuerſæ depoſitiones falſæ, & diuerſæ perſonæ. Federicus verò de Scal. tenuit, quòd plures teſtes eodẽ libello poſſint accuſari de falſo, quia ſuper vna & eadem cauſa & eodem facto deponunt: non tamen vult, quòd teſtes & eos producẽs poſſint eodem libello accuſari, quia diuerſum eſt factum productionis à facto depoſitionis. Bartho. verò de Prato, & Ioan. And. *in addi. Specu. in tit. de accuſato. §. 1. num. 1. verſi. item quòd non poteſt quis eodem tempore.* tenuerunt abſolute, quòd & producens, & teſtes poſſint eodem libello accuſari in hoc caſu tantum, quo appareret præceſſiſſe tractatũ inter eos de faciendo d. falſo examine. Dynus verò indiſtincte tenuit, quòd omni caſu poterunt producens, & teſtes eodem libello accuſari. & iſta eſt verior, & in practica obſeruatur: quia ſi mandans & mandatarius poſſunt eodem libello accuſari, ergo & producens, & productus, quia producens dicitur manda re: nam ſi non ſciret eos dicturos falſum, non puniretur, *l. 1. ff. de falſ. l. qui falſos. C. eod.* ergo præſumitur mãdare ipſis teſtibus, quòd falſum deponant. Item omnes iſti actus tendunt ad vnum finem, ſcilicet ipſius falſitatis deponendæ, puniũtur eadem lege Corn. de falſ. & eadem pœna, ſicut quando plures concurrunt facto colloquio & tractatu ad occidẽdum hominem. nullus enim negabit, quin omnes poſſint eodem libello accuſari, vt dictum fuit ſuprà in ſecunda limitatio. & tamen & ibi quilibet eorum diuerſa fecit facta, & cum iſta opin. etiam reſidet Sal. *in leg. 1. C. ſi reus vel accu. & Barto. in leg. nihil intereſt. ff. de adult.*

7 ¶ Sublimitatur † tamen prædict. limitatio, vt non habeat locũ in crimine adulterij, in quo hoc expreſſe cautum eſt, vt non poſſint adulter, & adultera eodem tempore accuſari, *l. ſi maritus. §. vltimo. ff. de adulter. l. reos. C. eod.* & hoc fauore matrimonij, ne notetur infamia. nam abſolutoria lata pro altero eorum pariet exceptionem rei iudicatę contra accuſantem poſtea alterum: econtra verò condemnatoria non nocebit, vt inquit textus *in l. denunciaſſe. §. vltimo. ff. de adulterijs. & tradit Barto. in dicta lege, hos accuſare. §. lege Iulia. de accuſationibus. & pulchrè Ioan. Andreas in addi. ad Specu. in titulo de accuſato. §. 1. num. primo. verſiculo, item quòd non poteſt quis eodem tempore, in addi. incipi. accuſare, quod procedit etiam, ſi nil opponatur, vt infra dicam in ſexta limit.*

8 Quod autem † hoc ſit in priuilegium, & fauorem honoris matrimonij patet: nam & in hoc crimine adulterij poterit alter, puta adulter vel adultera accuſari, & ſimul eodem libello accuſari etiam leno, vel qui domum præbuit, *lege, nihil intereſt. §. vltimo. ff. de adulter. ſequitur Cynus, & Salyc. in dict. leg. prima. C. ſi reus vel accu. mor. fue. & Bald. in dict. l. cum rationibus. C. qui accuſ. non poſſ.* & hoc idem quòd ſit in priuilegiũ, probatur: nam inceſti poteſt quis ambos accuſare, *l. vim paſſam. §. inceſti. ff. de adul.*

9 Limitatur quinto † ſupradicta regula prin. in iudice inquirente, quia poteſt eodem tempore etiam de mille inquirere, quia ceſſant rationes regulæ, *de quibus ſuprà in princ. dictum eſt, & tradit Ang. tracta. male. in verſi. & Andream auxiliatorem, num. 27.*

Quod tamẽ intelligo ego fieri poſſe in diuerſis inquiſitionibus, ſecus ſi vna tantum: quia diuerſa & ſeparata facta & perſonę non poſſunt eodem libello cumulari, vt tradit Bar. & cęteri, *in l. edita. C. de edendo.* in queſtione illa, an requirantur diuerſi libelli, vbi Alexan. *col. antepenul. & Paul. & Bald. in 18. quæſt. & Cyn. in l. eo quod à multis. Cod. ſi cert. petatur.*

10 Limitatur ſexto, † niſi rei plures accuſati nil opponerent de pluralitate accuſationum vel perſonarum accuſatarum. nam ſi non opponatur, procedet accuſatio vna vel plures, vt per gl. & Bart. *in d. l. hos accuſare. §. lege Iul. nu. 1. & 6. vbi addi. & in fin. ff. de accuſa.*

11 Sublimitatur tamen † hæc limitatio ſecundum Bart. in loco prælegato, in crimine adulterij: quia ſi accuſetur adulter, & adultera ſimul, & nil opponant, tamẽ propterea non valebit accuſatio, *per tex. in l. ſi maritus. la ſecunda. §. vltimo. de adult.* ponderando illa verba, nil agit, poteritq; quaſi neutrum detulerit, à quo voluerit, incipere.

Contra tamẽ hanc ſublimitat. vrget text. *in l. vim paſſam. §. penul. de adul.* vbi licèt non poſſit quis duos de adulterio accuſare, tamen ſi accuſat, & denunciat vtriſque, ne nubãt, ſi vult per abolitionem deſiſtere, debet vtroſque abolere. ergo non erat à principio ipſo iure nulla accuſatio: quia ſi nulla fuiſſet, non requireretur abolitio, vel ſaltem vnius ſufficeret altera remanente. comprobatur etiam per text. *in l. 2. §. accuſationem ff. ad Turpill.* vbi punitur Turpil. etiam qui nullam produxit accuſationem.

Tolli tamen poteſt facilè hoc contrarium, quia in §. penul. abolitio erat neceſſaria in vtroque, quia ea omiſſa poterat alterum tantum accuſare, vt dicitur *in d. l. ſi maritus. §. vltimo.* fuit ergo neceſſaria abolitio vtriuſque, non quia eſſet vtraque valida, niſi opponeretur, ſed ne poſſet ad accuſationem alterius redire, prout potuiſſet *per dict. l. ſi maritus. §. vlti.* Neque pariter obſt. text. *in d. §. accuſationem.* nã ibi punitur, quia deſtitit, & ſic quod ad eum pertinet eo ipſo calumniatus eſt, & in Turpillianum incidit deſiſtendo: nam ibi dicitur, qualiſcunque accuſatio illata cognoſcentis authoritate, non accuſantis voluntate aboleri debet.

## CAP. XXIX.

## *Semel qui accusauit vel Semel accusatus non potest iterum accusare vel accusari.*

### SVMMARIVM.

1 *Accusans semel, & desistens, amplius ad accusandum non admittitur, & qui dicatur destitisse, idem in abolitione priuata, nu. 2. idem de præuaricatore. nu. 3. extende etiam, vt nu. 4. 5. & 8. limita, vt num. 9. 10.*

6 *Interrogatus, an velit accusare, si velle negauit, an possit pœnitere, & accusare, & num. 7.*

11 *Denuncians maleficium, vnde iudex cœpit inquirere cõtra aliquos, an possit denuncians alios accusare, et distingue, prout ibi, & num. 12.*

13 *Accusatione, quod fieri potest, etiam potest per instigationem.*

14 *Denunciator si sit præuentus ab accusatore, an denuo denunciare poterit?*

*Et an si quis priuatus accusauerit, factus officialis, denunciare poterit.*

*Et an incurrat pœnam statuti, non denunciando. nu. 15.*

16 *Accusans, si delicti qualitatem omittat, an possit denuo accusare, an sufficiat addere qualitates.*

1 QVi semel accusauit, † & destitit, non potest iterum ad accusationem redire, *l. qui destitit, quæ est secunda, ad Turpil. probat tex. in l. 2. §. 1. ff. de adult. & in l. accusationem. C. qui accusa. non poss. & clarus text. in l. in Senatusconsulto. §. idem in accusatione. versicu. nam eum. ff. ad Turpill.* dum dicitur, nam eum qui semel destitit, si postea accusare paratus sit, non esse audiendũ, Diui Seuerus, & Antoni. statuerunt. Remittentibus enim actiones suas non est dandus regressus, *l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edict. c. eos. 7. quæst. 1. cap. sic illis. 23. q. 4. cap. periculosus. 7. q. 1. & probat text. in materia in leg. abolitionem. C. de adult.* Destitisse autem dicitur, qui in totum animum agendi deposuit, *l. destitisse. ad Turpil.* Et destitisse etiam dicitur, qui intra præfinitum accusationis à præside tempus reum suum non peregerit. item qui cum aduersario de compositione eius criminis, quod intendebat, loquutus est, *l. ab accusatione. in prin. & §. destitisse, ad Turpill.* item qui affectum & animum accusandi deposuit, *d. l. ab accusatione. §. animo. & hanc regulam probat etiam text. in l. si is. C. ad Turp.*

2 ¶ Amplia primo, † vt procedat etiam abolitione priuata sequuta: nam idem crimen ab eodẽ in eiusdem persona instaurari non potest, *l. mulier. §. vlt. ff. ad Turpil.*

3 Amplia secundo, † idem esse in prꝙuaricatore, vt postquam de præuaricatione conuictus sit, non possit lege accusare, *l. accusator, de præuarica. l. qui iudicio. ff. de accusa.* sed huius est & alia ratio, quia infamis est tali iudicio damnatus, & infames regulariter ab accusatione repellũtur, *ita in specie tradit Accur. in d. l. accusator.*

4 Extende & tertiò, † etiam si destitisset pacto inito, vt reus ei aliquid daret, vel faceret, & tamen promissa adimplere recusaret, *vt est text. apertus in l. quamuis. quæ est 3. C. ad Turpil.* licèt secus foret in ciuilib. *vt ibi dicit gl.*

5 Extende, & quartò, † etiam si ille qui destitit, dum desisteret, protestatus fuisset se postea accusaturum, quia etiam hoc casu volens repetere accusationem, repelletur, *vt not. Bartol. per illum textum in leg. miles. §. socer. de adult.*

6 Extende & quintò, † vt procedat, etiam si non destitisset, sed interrogatus an vellet accusare, negauit se accusaturum: quia tunc si pœnitentia ductus velit accusare, non poterit, *text. est not. in l. si maritus. la seconda. §. si negauerint. ff. de adult.*

7 ¶ Sed videndum † num potius contrarium verius sit, *per l. 3. §. si is cuius interesse. ff. de sepul. viol.* vbi si is cui actio sepul. viola. deferebatur, dicat se nolle agere, poterit pœnitentia ductus postea accusare. Et quanquam plures comminiscantur solutiones, Accurs. & Scrib. vtrobique tamen diuinare potius videntur quàm soluere.

Quare putarim verius dici posse eum, qui interrogatus an velit accusare, negat, posse re integra pœnitere, & accusare, *per dict. §. si is, cui.* Id autem quod dicitur in d. §. si negauerint, esse speciale fauore matrimonij in crimine adulterij, vt scilicet obuietur turpitudini, qua matrimonium inficitur per accusationem adulterij. Scimus enim multa specialia ea de causa in crimine adulterij esse inducta, *vt in l. si maritus. §. vlt. de adult. & in l. denunciasse. §. vlti. eo. tit. & dixi in præceden. ca.* Et ideo praxis obtinuit, vt cùm iudex habita notitia delicti se confert ad offensum, vt eius depositione instruatur de delicto, interpellet in fine reum, an velit accusare, vel quòd procedatur contra offendentem. Qui si responderit nolle, credo, quòd postea pœnitentia ductus poterit accusare ex prædictis, re tamen integra.

8 Extende etiam sextò, † vt procedat etiam si in delicto mixti fori accusasset corã vno, puta ecclesiastico, & postea absoluto accusato ab ipso ecclesiastico vellet iterum accusare coram seculari. dato enim quòd iudex secularis posset procedere alio accusante, ex quo præsupponitur delictum mixti fori, *vt per omnes in cap. cum sit generale, de foro competen.* tamen ad accusationem huius, qui prius accusauerat coram ecclesiastico, & succubuerat, non poterit, *argum. l. si is. de quo. C. ad Turp. ita declarat Imola in cap. cum dilectus. de purga. cano. & Alcia. in cap. 1. de offic. ord. in fin. num. 87.*

9 ¶ Limitatur prædicta † conclusio primò, nisi accusator ex simplicitate destitisset, vel iusto impedimento detentus non fuisset persequutus, *vt est text. in l. vltima. C. ad Turpil.* nam & qui post inscriptionem ante litis contestationem, vel anno vel biennio agere non potuerunt varijs præsidum occupationib. vel etiam ciuilium officiorum necessitatibus districtè in Senatuscon. non incidũt, *l. in Senatus. §. qui post. ff. ad Turpil.*

10 Limitatur secundò, † vt non procedat, quando facta esset generalis & publica abolitio criminis ex causa aliqua: nam poterit postea intra 30. dies repetere eandẽ accusationem, & erit in eodem statu, in quo erat ante abolitionem, *l si quis repetere. & l. aut priuatim. §. triginta dies. ff. ad Senatuscon. Turp. & l. 1. C. de genera. abol.*

Limitari potest tertiò, nisi ad desistendum fuisset errore vel aduersarij dolis inductus, *arg. tex. in l. 2. C. de aboli.*

11 ¶ Sed pulchra insurgit dubitatio, † an si quis denũciauit maleficium iudici, puta quòd domus sua fuit combusta, ob quam denunciationem iudex inquisiuit contra aliquos, nunc verò ille denuncians vult accusare quosdam alios, an possit? Hęc quæstio fuit proposita & disputata per Alber. Gal. *quem refert Spec. in tit. de inquisi. §. penul. versi. vltimo quæritur, sub num. octauo, & sequitur Gandi. in tract. malef. sub rubrica vtrum ille, contra quem fuit per inquisitionem processum, possit de nouo accusare, circa finem,* & omnes concludunt post disputat. ad partes distinguendo sic. Aut à principio quando denunciauit, nominauit eos, quos nunc vult accusare, & ideo contra eos fuit etiam nominatim facta inquisitio, & hoc casu non poterit accusare, quia scilicet elegit sibi viam denunciationis, & inquisitionis, ideo non potest variare, *l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de Tribu. act.* Item quia si absoluerentur isti ab inquisitione, hæc absolutoria pareret exceptionem rei iud. in causa accusationis, *l. si cui. §. ijsdem. ff. de accusa.* Item quia de qua re cognouit iudex, de ea iudicare debet, *l. de qua re. ff. de iudi. ca. cum super. de cau. posse ff. & proprie.* & ideo de admisso eiusdem hominis non est sæpius quærendũ, *l. licet. §. fi. ff. nau. caup. stab.* Aut vero denuncians nullos nominauit, sed tantùm delictum commissum denunciauit, neque dixit à quibus commissum fuerit: & tunc concludunt, quòd poterit postea nominatim accusare, *vt videtur probari in lege diuus. §. primo. ff. de custod. reor. ibi, non quasi pro damnatis, sed quasi re integra quæratur, si quis erit, qui eum arguat.* Et cõfirmatur, quia ipse ardẽtius prosequetur accusationem

satisfationem quàm iudex inquisitionem, *arg.l.1.§.fi.ff.de adul.* neque potest dici denunciando renunciasse iuri accusandi, quod sibi competebat, *l.matri.ff.de inoffi.testa. l.legitima. ff.de petit.hæred.*

¶ Ego quanquam præmissa vera putem vtroque casu proposita, attamen putarem aliter & sic distinguendum,
12 †quòd aut qui denunciauit, id fecit ex debito sui officij, quia denunciare tenebatur ex forma statutorum, & tũc tenerem, quòd non obstante denunciatione facta ex debito officij etiam nominatis delinquentibus, quòd tamen poterit etiam postea suam prosequẽdo vel suorum iniuriam accusare: nam quando duo iura concurrunt in eadem persona, idem est iudicandum, ac si in personis duorum concurrerent, *vt not.in l.tutorem.ff.de his,quibus vt indign.glo.& Bart.per illum text. in l.pupillus.§.sanè.ff.de admin. tut.* Et comprobatur, nam iudex duplicem habens iurisdictionem potest ex vtraque procedere, *text. & ibi Innoc. in c.ex officij debito,de præscript.in c.significauit.de corpore vitiat. & in c.nisi,de præben. & in c.literas, de præsump. & tradit Roma. consi.446.primus propositæ consultationis articulus.* & magis in specie proposita facit, quòd cum maritus possit & iure mariti & iure extranei accusare, poterit excluſus à iure mariti tempore accusare iure extranei, *l.3.§.hoc in maritis. & l.maritus.§.si negauerit.ff.de adult. & l.iure mariti. C.eod. & est text.in l.2.§.1.eo.tit.& in l.si vxor.in prin. & §.sed si ea,eo.tit.* Item hoc idem suadet alia ratio, quia officium suum nemini debet esse damnosum, *l.videlicet.ff.ex quib.cau.ma.l.si quis ex signatoribus.ff.quemad.testa.aper.l.si seruus.§.quod verò. ff.de fur.* ergo cùm denunciauerit ex debito officij nõ debet hoc officium ei obesse, quin possit prosequi iniuriã. Aut nulla necessitate cogente id fecit, sed denũciauit ad hunc finem, vt contra per se nominatos inquireretur, & tunc tenenda opin.Spec. & Gandi. quòd scilicet nõ possit accusare postea, quam suadet & alia efficax ratio: quia
13 quod potest †per accusationem, potest etiam instigãdo, & subministrando facere, & sic vicem accusatoris tenebit. quinimo si succumbet, vti si accusator fuisset condemnatus in expensis, ita & condemnabitur tanquam simplex denunciator & instigator, *& est gloss.not.in c.dilecti.de dolo & contu.in gl.fi.& tradit Cataldi.in tracta.syndica.in q.410. incip.adde,& nota bene,& latè Hip. in pract.crim.§.superest.nu. 2.& 3.* Aut verò denunciando neminem nominauit, & tunc pariter tenenda opin.Specul. per rationes per eum deductas, quam tamen conclusionem veram declaro, dummodo alios vellet accusare, quam eos, contra quos fuit inquisitum, quia tunc multo magis posset, ex quo contra illos nulla appareret inquisitio, vel si eosdem vellet accusare, iuramentum præstaret, quòd delinquentibus ante nullam habuit notitiam. nam si prius habuisset & passus fuisset post notitiam procedi per inquisitionẽ, certè videretur renunciasse accusationi, *d.l.matri ff.de inoffi.testa.& l.legitima.ff.de peti.hæred.*

14 ¶ Succurrit & alia pulchra quæstio, † quid si ille, qui tenebatur denunciare maleficia ex forma statutorum, fuerit præuẽtus ab accusatore, an poterit denuò denunciare, vel si dũ esset priuatus accusauit, postea factus officialis, an possit etiam denunciare? Quo ad primam quęstionem teneo, quòd poterit vtique denunciare, quia tenetur ex debito officij, & præsertim si videat accusationem malè formatam, vel suspicetur de collusione; quòd
15 si non denunciauerit, † an incurrat pœnam statuti imponentis pœnam nõ denuncianti. dic, quòd aut mediante accusatione fuit ille cõdemnatus, & tunc euitat pœnã, quia in crimina.ad euitandam pœnam non refert, à quo dispositio adimpleatur, *l.cum seruus. vbi not.omnes post Bart. ff.de verb.oblig.* aut non fuit condemnatus, & ipse, qui denunciare tenebatur, fuit in culpa, in qua si nõ fuisset, delinquens fuisset condemnatus, & tunc punietur. Circa secundam quęstionem concludendum, quòd non tenebitur iterum denunciare, si ante denunciauit: sed si in aliquo defecisset, & factus officialis cognouisset defectũ, foret in culpa, si iterum nõ denunciaret, & ideo ipse tenebitur, *quæ omnia confirmantur ex dictis per Ang.& Aug.de Ari.in tract.malef.in ver.necnon ad denunciationem.nu.34.*

16 ¶ Hoc autem †notandum, quòd si quis primò accusauit de homicidio, sed omisit qualitatem, puta appensamenti vel proditionis, vel veneni, an vt addãtur hæ qualitates, poterit idem denuò & de nouo accusare, vel potius sufficiet addere qualitates ipsas primæ accusationi? Bar. *in l.senatus.ff.de accu.nu.4.* concludit posse de nouo accusare vsque ad sententiam, sed & etiam post sententiam condemnatoriam, quamuis Specu. & plures contra eum tenuerint, vt ibi in duabus apostillis videre poteris, & ego idem sentio circa tempus ante sentẽtiam, sed de tempore post sententiam, hic non est locus suus.

## CAP. XXX.

## *Condemnatus, vel Absolutus, de crimine non potest iterum accusari de eodem.*

### SVMMARIVM.

1 *Accusatus & absolutus regulariter, iterũ de eodem delicto non accusatur, exemplo peccatorum semel à diuina clemẽtia dimissorum, etiam si fuisset per viam exceptionis absolutus, dummodo exceptio tenderet ad finem ad quem tendunt accusationes, scilicet puniendi.nu.2.& 3.*
4 *Exceptio ex sui natura ad vindictam non tendit.*
5 *Inquisitus & absolutus, non potest accusari, quanquam de iure canonico mitius puniatur inquisitus quam accusatus.*
6 *Denunciatus & absolutus, an accusare possit.*
7 *Absolutus per dispensationem indulgentiam, vel abolitionem, etiam ab altero iudicum, cum duobus esset suppositus, verbi gratia iudici domicilij, & originis nõ punitur, si tamen crimen fuerit notorium, nu.8.*
9 *Absolutus, quia iurauit, non potest amplius accusari, dummodo sit secuta sententia secundum iuramentum.*
10 *Absolutus, transactione intercedente an possit accusari.*
11 *Absolutus ob præscriptionem, id est, lapso tempore, an possit accusari.*
12 *Impunitate promissa, quia quis v.g. fugit ad ecclesiam, non potest amplius à promittente accusari, neque ab alio, intellige hæc in casibus, in quibus quis in ecclesia est tutus.*
13 *Absolutus priuato iudicio, publico non accusabitur.*
14 *Absolutus quia ciuiliter est actum, & crimen commissum non sit, criminaliter agi non poterit ab eodem, à tertio autem poterit. & an in dubio præsumatur innocens, an non probatum.num.15.*
16 *Absolutus vna l.à delicto tanquam genere quod punitur pluribus ll. an virtute alterius l. possit accusari tanquam specie. Et quid si ex vno facto plura oriuntur delicta, vt adulterio & incestu.*
17 *Condemnatus in pœna tantum pecuniaria, an iterum accusari possit vt plectatur corporali.*
18 *Absolutus de vulnere ob pacem secutam ex dispositione statuti, sequuta vulnerati morte, non poterit de homicidio denuo accusari. idem si fuisset additum de lethali vulnere.nu.19.*
20 *Accusanti impositum silentium, eum excludit ac si absolutus esset accusatus, vt non reaccusetur.*
21 *Absolutione sequuta, etiam quòd duret diffamatio, non tamen reiteratur accusatio limita vt nu.22.23.24.25.26.27.*
28 *Absolutus in foro cõscientiæ, potest accusari pro pœna corporali; Item per baptisma absolutus, non est absolutus à delicto, nec à pœna eius.*
29 *Condemnatus ab Abbate secũdum regulam suam, poterit nihilominus ab episcopo condemnari pœna ordinaria.*

1 REgula est, † quòd semel accusatus & absolutus à delicto non potest iterum de eodem delicto neque à primo accusatore, neque à quopiam alio accusari, vt est text. *in leg.si cui.§.1.ff.de accusat.& in capit.de his, extra eodem titu. & in leg.licet.§.fina.ff.nau.caup.stab.* nam & diuina clementia dimissa peccata in vltionem vlterius redire

redire non patitur, *cap. fin. in prin. de pœni. dist. 4. & cap. si illic. 23. quæst. 4.*

2 ¶ Extende hanc regulam, † vt procedat, etiam si fuisset absolutus per viam exceptionis, videlicet quia delictum sibi fuisset oppositũ per viam exceptionis, & tamen fuisset absolutus: nam & hoc casu non poterit per viam accusationis molestari, *argumen. l. quod in diem. §. si rationem. ff. de compen. & not. in cap. super his. de accusat.* Quam tamen conclusionem siue extensionem intellige secundum Bart. *in l. si cui. §. 1. nu. 5.* quando proposita fuisset exceptio ad eundem finem, ad quem solent proponi accusationes, scilicet ad puniẽdum: secus si ad alium finem, vt ibi per eum. nam puta si oppositum fuisset crimen falsi ad repellendum ab accusatione, non prohibebitur iterum per viam accusationis vrgeri.

3 Intellige & declara præter Bar. hanc extensionem, † vt procedat, quando oppositа fuisset exceptio ad puniendum, *vt voluit Bar. & cæteri.* dicas tu, tale crimen, quod per viam exceptionis oppositum posset puniri, vt puta si vir accusaret vxorem de adulterio, & ipsa exciperet de lenocinio, quòd scilicet eius persuasione adulterium commisisset: hoc enim casu, quia ista exceptio attingit causam ipsam & factum adulterij, ideo poterit lenocinium sic per viam exceptionis obiectũ puniri, *l. 2. §. si publico. ff. de adult.* sic etiam si peto à te centum, & probo deberi per duos testes, contra quos tu excipis de falsitate depositionum suarum, & probas, certè non tantum repellentur, sed & puniri poterunt de falso, quanquã obiecto per viam exceptionis. & est ratio, quia ista falsitas concernit negotium, de quo agitur *l. nullum. C. de testi.* Quòd si per viam exceptionis opponeretur aliquod crimen, quod non tangeret negotium principale, de quo agitur, puta si ad debilitandam fidem testium contra me productorum excipio, quòd sunt homicidæ, de quo tamen homicidio nõ fuerant accusati, si probauero homicidium, repellẽtur, sed non ideo puniri poterunt, quia homicidiũ illud non cõcernit causam, de qua tractabatur. ad hoc ergo vt absolutus à crimine obiecto per viam exceptionis nõ possit accusari, oportet quòd tale crimen fuerit, quod potuisset per exceptionem obiectũ ordinaria pœna puniri, *vt probat tex. in c. 1. de except. & in c. 2. de ord. cogni. & tradunt Scrib. in iuribus supra adductis.*

4 Et diligẽter aduertas, † quod qui dicet exceptionem propositam fuisse ad vindictam, id probare debet; quia in contrarium stat regula, quòd exceptio de sui natura non tendit ad vindictam, *d. cap. 2. in fi. vbi not. omnes, extra de ord. cogni.* & similiter qui dicit tale esse delictum, quod etiam per viam exceptionis oppositum potest puniri criminaliter & ordinaria pœna, debet id probare, quia stat & in hoc regula in contrarium, *per tex. in d. c. 1. de except.*

5 Secundò extende, † vt procedat regula, etiam si fuisset primò per inquisitionem accusatus & absolutus ab inquisitione, & postea quis vellet eum de eodem crimine accusare, nam non posset, ita Bart. *in d. l. si cui. §. 1. de accu. num. 4.* & assignat rationem, quia inquisitio succedit in locum accusationis, vt ibi per eum. Et quanquam Inno. & cæteri Scrib. *in ca. cum dilectus. de purga. cano.* referant aliquos tenuisse contrarium, tamen ista est vera, & communis, quia vtraq; & accusatio & inquisitio tendunt ad vindictam, & per vtranq; potest æquè puniri. Et licèt de iure canonico mitius puniatur inquisitus, quàm accusatus, *vt not. in c. qualiter & quando. il 2. de accusa.* & etiam de iure ciuili secundum aliquos mitius punitur inquisitus, quàm accusatus, quia inquisitus non incurrit infamiam, si sit condemnatus sicut accusatus, *vt not. gloss. in l. 4. §. praterea. ff. de susp. tut. & in l. fi. C. eo. tit. & tradunt Bart. & alij in l. infamem. ff. de pub. iud.* attamen quo ad hanc regulam, maior vel minor pœna non potest considerari, quia præsupponimus absolutum ipsum inquisitum, ideo vtroq; iure tam canonico quàm ciuili tenenda est regula, prout etiam tenent Cano. *in d. c. de his. de accu.*

6 Tertiò extende, † etiam si fuisset per denunciationem indicatus & absolutus, quia eadẽ ratio militat in denunciatione, quæ in accusatione cum vtraque proponatur ad vindictam, & ita possit cõdemnari accusatus sicut denunciatus. Et quanquam Inno. *in d. c. cum dilectus. de purga. canon.* videatur tenere contrarium, tamen ista verior & communis, vt refert Marian. *in d. c. de his, num. 7.* Barth. de Salyc. dicentem ita communiter teneri, dummodò diffinitiuè fuerit absolutus à delicto: nam si fuisset absolutus ob ineptam denunciationem, non procederet prædicta extensio, *vt ibi per eum.*

7 Quartò extende, † etiam si per viam dispẽsationis, vel indulgentiæ, vel abolitionis fuisset absolutus, *vt tenet glo. in d. c. de his, quam omnes ibi sequuntur, & glo. per illum text. in c. ex tua, in ver. irritati, de fil. presby. & in c. fi. in glo. penul. de temp. ord. & in c. 2. in gl. 1. de schisma. & Spec. in tit. de abolit. §. porrò. sequitur Deci. consi. 173. in princip.* Quinimo dixit not. verbum Ant. de But. *in c. postulasti. de foro competen.* quòd & si delinquens potuisset puniri à duobus iudicibus duorum locorum, puta domicilij & delicti: si alter ex istis iudicibus puta delicti, qui potestatem habebat dispensandi, cum eo dispenset, non poterit iterum coram alio puta originis accusari; & est ratio, quia sicut si absolutus vel condemnatus fuisset ab altero ex istis, non posset per alterum procedi, ita & si sopitum sit crimen per indulgentiam & dispensationem, quia satis dicitur condẽnatus, cum pœna ei est remissa, neque tamen desinit esse infamis, *vt dicitur in l. vlt. C. de generali aboli.* quia pœna potest demi, culpa perennis erit, secundum Ouid. *vt ibi refert gl.*

8 Intellige tamen † prędictam extensionem verã, quando dispensatio facta fuisset de crimine notorio, secus si de occulto. nam hæc dispensatio habet vim absolutionis à sacerdote factæ, & ideo nimirum, si poterit etiam post peractam pœnitentiam accusari, *vt infrà dicam in limitationibus, ita declarat Spec. in tit. de lega. §. postremo. in prin. sequitur Maria. in d. c. de his, nu. 15. de accu.*

9 Quintò extende, † etiam si quis fuisset absolutus mediante iuramento sibi delato, vel per partem, vel per iudicem in casibus, in quibus potest in criminalibus deferri, de quibus per Bart. *in l. maritus. in fi. ff. de quæstio. & in l. 3. & in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. hoc videtur tenere Bart. in d l si cui. §. 1. nu. 7. ff. de accus.* Et tu potes assignare rationem, quia si absolutio per sententiam & rem iudicatã operatur hunc effectum, quòd non poterit amplius accusari, multo minus absolutus per iuramentum: quia iuramentum maiorem habet authoritatem, quàm res iudicata, inquit tex. *in l. 2. in fi. ff. de iureiur.*

Intellige tamen tu prædictam extensionem procedere, dummodo sequuta fuerit sentẽtia absolutoria secundum iuramentum. *ita not. Ant. de But. & Abb. in c. ex tuarum. in fi. de purg. cano.* & præsupponendo semper quòd accusatio, à qua fuit absolutus per iuramentũ, tenderet ad vindictam & pœnam criminalem, *vt dictum fuit* s̃.

10 Sextò extende, † etiam si fuisset liberatus à crimine transactione, quia sequuta transactione non poterit ab eodem accusari, *vt no. in l. transigere. C. de transact. & per Bar. in l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adult.* sed quia latius dicã de hoc infrà, *c. seq. sub rubrica, pactum & transactio, quando accusationem impediant,* ideo ibi videndum, *& tradit etiã Maria. in d. c. de his. nu. 5. vers. quandoq;, & secundo, de accusa.*

11 Septimò extende, † etiam si quis fuisset absolutus ob præscriptionem, id est, lapsum temporis, puta anni, *iuxta tex. in l. sed si vnius. §. si cum ante. ff. de iniur. & in l. si non conuicẽ. C. eo. tit. & tradit Bal. in l. genero. ff. de his, qui not. infa.* vbi plus dicit, quòd si quis etiam post lapsum tempus confitetur delictum, tamen puniri non poterit: licèt contra hãc decisionem faciant, quæ ipse dicit *in l. properandum. in fi. prin. C. de iudi.* & licèt peremptа sit instantia triennio, attamen si post triennium confiteatur debitum, condemnari poterit. licèt Bal. ibi loquatur in ciuilibus, non in criminalibus, in quib. perimitur omne ius accusandi, lapso tempore, & qui tutus est præscriptione, similis est soluenti, *l. si pupillus. ff. de adminis. tuto. vbi Bart.* verùm quia iste non

est pro-

est proprius locus huius quæstionis, quia hic quærimus tantùm de his, qui accusare vel accusari possunt, ideo alibi latius hanc absoluemus. interim videndus Maria. *in d.c.de his.num.19.ver.quandoque, & secundo.*

12 Octauò extende, † vt procedat etiã si ei fuisset promissa impunitas, quia ad ecclesias confugisset, iuxta not. *in l. præsenti.* C. *de his, qui ad eccles. confug. & in c.sicut antiquitas. ca. miror. c.reum. & c.seq.17.q.4. c.inter alia, de immu.eccl.* vbi qui vult aliquem ex ecclesia extrahere, debet promittere impunitatem ipsi reo iuramento præstito, ideo per eum nõ poterit amplius accusari, *iuxta cap.id constituimus.17.quæst.4.* sed neque per alium poterit accusari de iure canonico, quia semel immunitatem consequutus est priuilegio ecclesiæ, quæ nunquam claudit gremium ad eam confugienti: licèt aliqui contra tenuerint, quòd scilicet tertius, qui non promisit, neque iurauit immunitatem, poterit accusare, quos tamen reprehendit gl. communiter approbata *in d.c.reum. in gl.17.q.4.*

Et hanc extensionem intellige in his casibus tantum, quibus confugiens ad ecclesias tutus est, *de quibus in d.cap.inter alia.* & in locis suprà allegatis, & de quibus infrà loco suo latius: *& de hac extensione vide etiam Maria. in d.c.de his.num.16.de accusat.*

13 Nonò extende, † vt procedat etiam si actũ esset priuato iudicio, puta iniuriarum ad vindictam, & fuerit absolutus; nam tunc non poterit accusari publico iudicio, puta si quis occiderit hominem, & contra eum actum fuerit iniuriarum ad vindictam, non poterit postea l. Corn. de sicarijs accusari, *tex.est in l.prætor.§.1.ff.de iniur.*

14 Idem dicas, † & si ciuiliter actum sit & absolutus, quia crimen non commisit, non quia probatum non fuit, *l.si quis cum totum.ff.de except.rei iud.not. in l.1.C.quando ciu.crim. præiud.not. Innoc. in c.cum dilecti.de purga.cano. & not. etiam in l.si duo patroni.§.Iulianus.ff.de iureiur.* Quæ sunt intelligenda, quando idem qui egit ciuiliter, vellet nunc accusare criminaliter. tertius autem poterit, vt per Bart. *in l.1.ff.vi bo.rap. & in l.qui crimine. C.qui accu.non poss.*

15 In dubio autem † nota, quòd præsumetur absolutus, quia non probatum, non autẽ quia innocens, & quia delictum non commisit, ita Bart. *in l.si duobus.§.fi.ff.de iureiur. & in l.ex duobus.ff.de duo.reis. in 10.q. et declara vt latius per Ant. de But. Io. de Ana. & Maria. in d.c.de his, de accu. vbi latius Maria. nu.17.ver.quandoque & octauo.*

16 Decimò extende, † quando primò fuisset accusatus de crimine, quod posset puniri pluribus legibus, puta tanquam genus, & tanquã species, & fuisset absolutus à pœna vnius legis intentatæ: nam non poterit accusari postea, vt puniatur alia lege. Exemplum qui patrem occidit, committit & homicidium tanquam genus delicti, quo casu punitur l. Cor. de sicar. & committit etiam paricidiũ tanquã speciẽ homicidij, quo casu potest puniri l. Pompeia de paricidijs. si ergo accusatus fuerit de homicidio & absolutus, non poterit postea accusari de paricidio: quia cùm genus contineat sub se omnes suas species, absolutus à genere, censetur absolutus etiam à suis speciebus. Quòd si ex vno facto plura orirentur delicta tanquam diuersa, non tanquam genus & species, puta adulterium & incestus, tunc licèt absolutus fuerit ab vno, poterit tamen de alio accusari: ita pulchrè declarat Barto. *in l.Senatus.num.1.ff.de accusa.* Quod tamen vltimum dictum Barto. verum intelligo, nisi fuisset absolutus ex eo, quia nullum carnale commercium cum ipsa muliere habuit: nam hoc stante non potuit esse adulterium, neque incestus sine copula per ea, quæ dicta sunt in præceden. extensione.

17 Vndecimò extende, † etiam si fuisset à iudice condemnatus tantum pecuniaria pœna, cùm debuisset pœna corporali puniri: nam non poterit iterũ accusari, vt corporali pœna puniatur. hoc tenuit Io. Andr. *in add.ad Spec. in tit.de accusatore.§.1.in vltima add.colum.3. versic.quid si iudex qui debet condemnare.*

18 Duodecimò extende, † quando quis fuisset accusatus de vulnere, & postea sequuta fuisset pax cum vulnerato de vulnere & de toto eo, quod inde sequi posset, & sic absolutus fuisset ex forma statuti, quod habens pacem absoluatur soluendo tantam quantitatem: nam si postea sequatur mors, nõ poterit accusari de occiso. ita pulchrè Spec. *in tit.de accusatore.§.1.num.5.ver.sed pone, A. accusauit. vbi arguit ad partes, & vide Maria. in d. c.de his. colum.pen.ver.pone, quòd primò actum.*

19 Decimotertiò extende, † vt procedat, etiam si fuisset primò accusatus de vulnere tantũ, sed addita fuisset qualitas, læthali vel mortifero, vel dictum, quòd vulnerauit animo occidendi: nam si absolutus, vel condẽnatus fuisset, non poterit sequuta morte iterum de morte accusari: quia satis est, quòd in prima accusatione deducta fuerit mors etiam incidenter. *hæc fuit opin. Feder. de Sen. quam defendit in quæstionibus suis, & refert & sequitur Io. And. in addi. ad Specu. in tit. de actore.§.1.num.6. in addit. in ver. sed pone si.* Secus autem si in accusatione de vulnere nulla fuisset facta mentio de morte, quia tunc non poterit ab eodem accusari, sed bene à tertio, *vt ibi concludit Ioan. Andr. ex mente Feder. quæ opinio coadiuuatur ex ijs, quæ tradit Bart. in l.senatus. ff. de accusat.*

20 Decimoquartò extende, † etiam si non fuisset absolutus, sed ad ipsius instantiam fuisset impositum silentium offenso vel alteri, *iuxta l.diffamari. C. de ingen. man. l.si ea. C. qui accusa. non poss.* nam nõ poterit amplius ab eo, cui silentium fuit impositum accusari, *probat text. secundum vnum intellectum, in c.licèt. de accusa.*

21 Decimoquintò extẽde, † etiam si post absolutionem duraret diffamatio, quòd ipse crimen commisisset, *vt tenet Abb. per illum tex. & commendat ibi Io. de Ana. in c.fi. de collu. detegen. sequitur Lancell. Deci. in l.transfigere. C. de transa. colum. pen. ver. & in quantum Bart.*

22 ¶ Limitatur primo † prẽd. regula, nisi probaretur primum accusatorem præuaricatum fuisse, quia tunc poterit iterum accusari, *vt est text. in l.3.ff.de præuar.* quomodo autem possit probari præuaricatio, vide Bart. *in l.1.§.præuaricationem.ff.ad Turp.*

23 Secundò limita, † nisi qui secundo loco vellet accusare, prosequeretur suam vel suorum iniuriam, & allegaret vel probaret se ignorasse primam accusationem propositam: quia his duobus cõcurrentibus, poterit accusare non obstante, quòd fuisset condemnatus vel absolutus, *text. est in d l.si cui.§.1.de accu.* Quomodo autẽ probetur ignorantia, *gl. in d.§.1.* dicit, quòd eo ipso, quòd non probatur ex aduerso scientia, sed probabitur etiam iuramento proprio & alijs cõiecturis, *vt per Maria. in d.c.de his, nu.21.versi.secundo limita.*

24 Tertiò limita, † nisi noua accusatio contineret diuersum delictum, licèt ex eodem facto propter aliquã qualitatem additam, vt si accusaui te de simplici percussione, & fuisti absolutus, postea alius vult te accusare de eadẽ percussione, sed addita ista qualitate, quòd facta fuerit hominibus coadunatis, quo casu teneretur de vi publica: nam tertius poterit addita ista qualitate etiam absolutum à prima accusare, vt tenet Bart. *in l.denunciasse. ff. de adult.* licet idemmet, qui primo accusauit, non posset, *vt per Bart. in l.senatus. ff. de accusa. & tradit Maria. in d.c.de his, nu.21.ver.tertio limitatur, de accu.*

25 Quartò limita, † nisi absolutoria fuisset sequuta ex eo, quòd prima accusatio continebat qualitatem aliquam, quæ non fuit probata: nam si postea detracta illa qualitate vult accusare de simplici delicto, poterit, dato quòd à prima accusatione fuisset absolutus, vt tradit Bart. *in d. l.denunciasse. & Maria. vbi suprà. ver. quarta limitatio est.*

26 Quintò limitatur, † nisi accusatus fuisset de vno delicto nominato, & absolutus; postea quis vellet eum accusare de eodem quidem facto, sed de alio crimine diuerso ex eodem facto proueniente, puta accusaui de adulterio, fuisti absolutus: postea accusaris ex eodem facto de incestu, poteris vtique accusari, vt suprà dixi in decima extensione, & declarat Bartol. *in leg.senatus. ff. de accusat.* sic

si fuisti

si fuisti accusatus de homicidio, & fuisti absolutus, poteris postea accusari de sacrilegio, quòd scilicet per tale homicidium commissum in ecclesia, illam violasti, & turbasti diuina contra l. si quis in hoc genus. C. de episco. & cler. ita tenet in hoc exemplo Maria. *in d. c. de his, de accusa. in antep. col. versi. quinto limitatur.*

27 Sextò fallit, † nisi absolutoria non fuisset facta principaliter à delicto, quia innocens, sed fuisset facta ab obseruatione præsentis iudicij, puta propter libelli ineptitudinem, vel quia illegitimus accusator. poterit enim non obstante tali absolutione, & ab eodem & ab alio accusari intra terminos statutos, *l. libellorum. ff de accus. c. libellorũ. 2. q. 8. & est gl. vlt. in c. 1. de accu. & no. in c. cum P. eo. tit. & in cap. prohibentur. 2. q. 5. & per Spec. in tit. de abolit. ver. porro.*

Item poterit & ab alio accusari denuo, si nomen accusati fuisset abolitum ex eo, quòd accusator mortuus fuerit, dummodo intra 30. dies, *d. l. libellorum. §. vlt.*

28 Septimò fallit, † nisi quis non fuisset absolutus à iudice ordinario vel delegato, sed à sacerdote in foro conscientiæ iniuncta pœnitentia, etiam si pœnitẽtia fuisset publica, quia pœna conscientiæ & animæ nõ tollit pœnam corporalem, ita tenet gl. *in c admonere. in ver. pœnitentia. 33. q. 2. & in c. pen. in ver. quibus, de pœni. dist. 1. in c. 1. de schisma. in gl. 1 in fi. & in c. gaudemus. in gl fi de diuor. sequitur post alios Maria. in d. c. de his, de accusa. num. 9. ver. si vero denunciatus fuit. & Dec. consi. 137. col. 1.* vbi etiam Maria. *in ver. 2. limitatio.* tenet idem esse, si quis fuisset absolutus per baptismum, quia nihilominus poterit accusari de delicto & puniri, licet aliqui contrarium tenuerint, quanquam hæc verior, *vt ibi per eum, & idem in c. accusasti. col 1. ver. pone T. & Spec. not. in tit. de accusatore. §. 1. num. 15. & Io. Andr. & Anto. de Butr. in d. c. accusasti. vbi videndum.*

29 Octauò, † quando monachus condemnatus esset ab Abbate secũdum regulam claustralem ordinis sui. nam poterit hoc non obstante postea accusari de eodem crimine coram episcopo, vt puniatur pœna ordinaria, ita consuluit Roma. *consi. 375. in proposita quæstione.* vbi secus si Abbas eum condemnasset pœna ordinaria, prout in plurib⁹ casibus potest.

## CAP. XXXI.

## *Semel Accusatus, non potest pendente illa accusatione de eodem delicto ab alijs accusari.*

### SVMMARIVM.

1 *Accusatus non potest pendente accusatione de eodem delicto ab alio accusari, & quare. limita num. 2. 3. & 5.*

4 *Collegæ plures, ratione officij, vt plures tutores vno libello poterunt accusare, licèt non pluribus libellis, & hoc propter eorum interesse.*

6 *Accusatore mortuo, nouus accusator potest, vel nouam accusationem instituere, aut veterem prosequi, & quod tempus habeat ad vtrunq; faciendum.*

7 *Accusatore primo desistente, secundus si suam vel suorum iniuriam prosequatur, doceat ignorasse accusationem primi.*

8 *Accusatus & condemnatus ciuiliter secundum vnam legẽ, potest ab alio accusari, vt puniatur secũdum aliam etiã, dummodo ciuiliter intentetur.*

9 *Accusatus ab vno de vno crimine, poterit ab alio etiam criminaliter puniri, si ex eodem facto plura delicta orirentur.*

10 *Accusatione ciuili proposita, si potest alia l. criminaliter puniri, supersedebitur in ciuili & procedetur in criminali.*

11 *Accusatione simplicis delicti facta per primum accusatorem, si secundus cum qualitate velit deducere, admittetur secũdus tam ante nomen receptum inter reos quàm post, quia maius facit cessare minus.*

12 *Accusatione inepta, vel peremptæ eius instantia, secundus accusator admittetur.*

13 *Accusatore non opponente, etiam alij accusatores admittentur: si vno libello, non si pluribus vellent accusare, quia tunc iudex ex officio repelleret.*

1 ACcusatus † pendente accusatione non potest de eodem crimine ab alio accusari, *l. hi tamen. §. fi. ff. de accusat.* & ratio est, ne quis à pluribus fatigetur aduersarijs, *l. si plures. ff. eod. l. 1. §. vlt. cum l. seq ff. de exercit.* Item ne de eodem & eiusdem delicto sæpius quæratur, *l. pen. in fi. ff. nau. caup. stab. l. sepulchri. ff. de sepul. viol.* Item quia si plures accusarent, omnes tenerẽtur subscribere ad pœnam talionis, quòd si succumberent, omnes debuissent pro vno accusato mori, si crimen fuisset capitale, cùm calumniantes simili supplicio sint plectendi, *l. vlt. C. de accu. l. vlt. C. de calum. c. quisquis. 2. q. vlt. & hanc rationem assignat Spec. in tit. de accusatore. §. 1. nu. 9. in fi. ver. si plures accusarent.*

2 ¶ Limita primò prædictam regulam, † nisi primus destitisset ab accusatione etiam per abolitionem, quia tũc posset alius accusare, *vt dicitur in d. l. hi tamen. §. vlt. de accusa. & in l. qui de crimine. in prin. C. eo.*

3 Limita secundò, † nisi ex eodem facto plura & diuersa nascerentur crimina, & fuisset accusatus de vno: poterit enim de altero etiam ab alio accusari, licèt iudex vnica sententia debebit vtramq; absoluere accusationem, *vt est text. in d. l. qui de crimine. §. 1.*

4 Limita tertiò, † nisi essent plures collegæ ratione officij, quorum interesset propter periculum pœnæ, quod subirent, nisi accusarent, prout tutores, vel similes, qui licèt plures possunt accusare vno tantum libello, tamen non pluribus, *l. 2. & l. Senatus. C. qui accusa. non poss. & ita intelligitur l. 1. C. si vnus ex plur. tut.* hi enim omnes vnicum, id est pupillum vel rempub. repræsentant; ideo nimirum si vnico libello, & tunc nil interest rei, cùm vnico libello vnicum constituatur iudicium, sequitur Saly. *in l. si vxor. in fi. C. qui accu. non poss. & tradit Bal. in d. l. Senatus. nu. 3.* quanquam si verum fatendum sit, hæc limitatio non conuenit regulæ, quę prę supponit reum primo accusatũ, postea de nouo & diuersis temporibus atque diuerso libello accusari ab alijs.

5 Limita quartò, † nisi plures ratione proprij interesse, quod vel singuli vel cõmuniter patiuntur; puta, quia iniuria est communis, vellent accusare. poterũt enim vnico libello accusare, vt puta etiam si seruus communis sit occisus, *l. si in re communi. in prin. ff. de noxal. l. 2. §. si ad plures. ff. de sepul. viola.* diuersis attamen libellis accusare non poterũt ex rationib. in regula adductis. ita Sal. *in l. accusatorib. C. de accu. 2. col. vers. ideo eos coniungendo.* tametsi, vt dixi, in alijs terminis loquatur regula suprà proposita.

6 Limita quintò, † nisi nouus accusator sciret mortuũ primum accusatorem vel taliter impeditum, quòd non posset suam prosequi accusationem. eo enim casu alterum de duobus potest iste nouus accusator facere, aut scilicet veterem accusationem per primum intentatam prosequi, quo casu datur ei spatium 30. dierum tantum, quo elapso id non poterit, *l. libellorum. §. fin. ff. de accusa.* aut nouam potest accusationem instituere, quo casu habet ordinarium tempus 20. annorum, *iuxta leg. querela. Cod de fals. & l accusaturus. ff. de adu. & tenet Sal. in leg. qui de crimine. num. 7. C. de accu.*

7 Limita sextò, † nisi primus accusator destitisset ab accusatione, & secundus suam vel suorum prosequeretur iuriam, quia etiam pendẽte prima hic secundus nouam instituere poterit, dummodo doceat se ignorasse, quòd primus accusauerit, ideo passus est se præueniri, *l. si maritus præuenerit. §. si extraneus. ff. de adult. leg. si cui. §. ijsdem. ff. de accusat.*

8 Limita septimò, † nisi duæ essent leges, vel plures, quę factum illud diuersimodè ciuiliter tamen punirent, sed per vnam maior pœna infligeretur, quàm per aliam: nã his casibus, licet primus accusauerit lege, quæ minorem imponit pœnam, secundus poterit (ciuiliter dummodo agat) lege maiorem pœnam imponẽte accusare denuò, *l. 1. ff. vi bo. rap. l. 1. §. 1. si quadru. paup. fecis. dica.*

Limita

9 Limita octauò, † niſi ex eodem facto plura delicta orirentur, quæ tamen ſingula diuerſis punirentur legibus etiam criminaliter. nam licèt primus accuſauerit de vno crimine, poterit & alius de alio accuſare, *l. nunquam plura, ff. de priu. delic. l. libellorum, §. ſed ſi aliud, ff. de accu.* Quod tamẽ verum intellige, niſi alterum ex ipſis delictis tenderet ad perfectionem alterius, vt vulnera ad occiſionem, *leg. illud, in fin. ff. ad leg. Aquil. no. in leg. quoniam multa, C. ad leg. Iul. de vi.*

10 Limita nonò, † quando vnum delictũ puniretur duabus legibus, altera ciuiliter, altera criminaliter: nam etiamſi ſit propoſita ciuilis, poterit nihilominus criminaliter accuſari, dummodo ſuperſedeatur in ciuili, *l. 1. Cod. quando ciui. act. crim. præiu.*

11 Limita decimò, † niſi primus accuſator deduxiſſet in accuſatione factum ſimpliciter, puta homicidium purè commiſſum, & ſecundus vellet accuſare cum qualitate tractatus: nam iſta ſecunda accuſatio admittetur tam ante receptum nomen inter reos quàm poſt, tanquam continens maius delictum & maiori pœna dignum, in quo & primum hoc eſt ſimplex homicidium continetur, *leg. 2. §. vltimo, & leg. ſequent. ff. de adul.* Quæ præcipuè vera ſunt, quando non probata qualitate deberet tamẽ ſequi condemnatio ſuper facto ſimplici. ita pulchrè Salyc. *in l. qui de crimine, num. 19. C. de accu.* vbi declarat, quando id fieri poſſit, vt non probata qualitate debeat ſequi condemnatio ſuper facto. Et probatur hæc limitatio; quia maior accuſatio facit ſuperſedere & dormire proceſſum formatum ſuper minori, *l. per minorem, ff. de iudic. leg. 1. Cod. qui accuſa. non poſſ.* Quamquam poterit etiam iudex vtramque ſuſcipere, & ſuper vtraque procedere, cùm vna alteram non impediat, quinimo coadiuuet, *vt tradit Salycet. in dict. l. qui de crimine, & Bart. in l. ſenatus, nu. 4. de accuſat.*

12 Limita vndecimò, † niſi prima accuſatio fuiſſet inepta, vel peremptа fuiſſet inſtantia primi accuſatoris. tunc enim quia finitum diceretur primum iudicium, poſſet ſecundus accuſator accuſare, *leg. libellorum, §. quod ſi libelli, ff. de accuſ. leg. accuſaturus, ff. de adult.* ſi enim idem accuſator poteſt accuſationem repetere, multo magis & tertius.

13 Limita duodecimò, † niſi reus pluribus accuſantibus taceret, & non opponeret, ſeque aduerſus omnes tueri vellet: ſibi enim imputetur, qui nõ oppoſuit, cùm poſſet, *argum. leg. ſi maritus, §. præſcriptiones, ff. de adul.* Quod intellige verum, quando plures, qui non eſſent coniuncti ratione officij vel intereſſe vellent eodem libello accuſare, ſecus verò ſi diuerſis libellis. iudex enim poterit ex officio etiam parte non opponente repellere, cùm lædatur honeſtas publica, quòd quis pluribus ſtimuletur accuſationibus ex eodem facto, & plura fiãt iudicia, *ita Salyc. in l. ſi accuſatoribus, C. de accuſ. colum. 2. verſic. eos coniungendo, per illum textum, & tradit Bart. in leg. ſi plures, num. 3. ff. de accuſ.*

## CAP. XXXII.

## *Pluribus Accuſatoribus concurrentibus, quis præferendus.*

### SVMMARIVM.

1 *Accuſatoribus pluribus concurrentibus quis præferatur, & in quibus cauſis, iudex cognita cauſa decernet.*
2 *Diuinationes quæ ſint, & quare dicantur diuinationes, num. 3. & 4.*
3 *Accuſatores, quibus de cauſis ſint præferendi, ex relaxatione cauſarum per Cic. & Q. Cæcil. conflictantes, hîc deductarum, haberi poteſt, & nu. 6. & nu. 21.*
7 *Accuſator is eſt præferendus, cuius intereſt, & qui ſuam ſuorumque iniuriam proſequitur, & plurium cuius magis interſit, etiam quòd ſit ab alio præuentus. limita, vt num. 8. 9. 10. 11.*
12 *Accuſatorum ætas qualiter attendatur, vt quis præferatur in accuſando, & nu. 14. 15.*
13 *Seniores liberius accuſant quàm iuuenes, & quare.*
16 *Accuſantium dignitas, quia dignitates ſunt præmia virtutum, attenditur.*
17 *Dignitas moribus poſtponenda, & nobilitati.*
18 *Ætas præponitur dignitati: & an mores præferantur ætati, & an ordo ſcripturæ attendatur, nu. 19.*
22 *Accuſantium plurium, & parium concurrentium præueniens, & prior tempore præfertur, & quando.*
23 *Præueniſſe etiam per horam & punctum intelligitur.*
24 *Conſanguineus offenſi proximior, an verò præueniens nõ proximior admittatur ad accuſandum, qui etiam nomen fecit recipi inter reos, quibuſq; concurrentibus tamen admittatur proximior præuentus, & diſtingue prout nu. 25.*
26 *Accuſantibus in omnibus paribus, an vnus præferendus, an omnes admittendi, & num. 27. & an ſorte dirimendum ſit negotium, nu. 28. 29.*
30 *Accuſantiũ concurrente paritate, locus eſt Gratificationi iudicis, ſecundum authorem, ſicut in paritate probationum.*
31 *Vicinorum paritate ſtãte, eſt locus Gratificationi in fundi emptione, ſicut in duobus teſtamentis, & duobus pariter ad brauium currentibus, & ſimilibus.*
32 *Accuſatores plures eligere poſſunt vnum tãquam principalem, & cæteri eſſe adiutores.*
33 *Summa rei quo ad iudicem in eligendo accuſatore, conſiſtit in in duobus, id eſt, ne accuſator calumnietur, & ne colludat.*

POSTQVAM incidimus in ſermonem de pluribus accuſatoribus, vidimúſq; plures non poſſe admitti, oportunè hoc loco videndum, † quis ex pluribus concurrentibus ſit præferendus. Vlpianus ergo *in leg. ſi plures, ff. de accuſat.* his verbis quæſtionem hanc decidit. ſi plures exiſtant, qui eundem in publicis iudiciis accuſare volunt, iudex eligere debet eum, qui accuſet cauſa ſcilicet cognita, æſtimatis accuſatorum perſonis vel de dignitate, vel ex eo quod intereſt, vel ætate, vel moribus, vel alia iuſta de cauſa. Et in crimine adulterij inquit text. *in leg. 2. §. ſi ſimul. ff. de adul.* ſed & quotiens alij, qui poſt maritum & patrem accuſare poſſunt ad accuſandum proſilierint, lege expreſſum eſt, vt is cuius de ea re notio eſt de iuſto accuſatore conſtituat. ſic & in populari actione dicitur, *in l. 2. ff. de pop. act.* idem & in liberali cauſa & iure patronatus dicitur *in leg. intereſt. ff. de lib. cauſ.* ſic & in pluribus tutelis vel curis datis, *in l. ſi duas, ff. de excuſ. tut.*

1

2 ¶ Et Quintil. *lib. 7. † cap. 5.* inquit de accuſatore conſtituendo, iudicia, diuinationes vocãtur, in quibus ſpectandum à quo maximè agi velint hi de quorum vitione quæritur, à quo minimè velit is, qui accuſatur. frequentiſſimæ tamen ſunt quæſtiones, vter maiores cauſas habeat, vter plus induſtriæ aut virium ſit allaturus ad accuſandum, vter id meliori fide ſit facturus, de qua ſpecie iudicij, Diuinatione nuncupata, meminit Tull. ad Q. fratrem, lib. 3. in hæc verba, Poſtridie autem eius diei, qui tum erat futurus, cùm hæc ſcribebam ante lucem apud Catonem, erat diuinatio in Gabinium inter Memium & Ti. Neronem, & C. & L. Antonios meos M. filios, putabamus fore, vt Memio daretur, tametſi erat Neronis mira contentio. Hoc iudicij genus mira arte tractauit Tul. in prima in Verrem oratione, quę ideo diuinatio inſcribitur, dum ſe in accuſatione Verris prę-ferendum Q. Cæcilio Nigro acriter contendit, in quo & obtinuit.

3 Huius nominis, † ſcilicet Diuinatio, rationem triplicem adducit Aſcon. in prædicta Diuinatione Tull. prima, quia iudices in hoc iudicio non de præteriti delicti facto, ſed de futuro quis ex pluribus accuſatoribus ſit admittẽdus, decernunt, atq; ideo diuinare quaſi oporteat, quis alteri ſit præferendus. Verum quia non magis diuinandum eſt in hoc iudicio, quàm in qualibet cauſa coniecturali, & quia cauſæ ſunt expreſſæ, vt inferius apparebit, per quas vnus alteri ſit præferendus, ideo de-

bilis mihi videtur hæc ratio. Secundam adducit rationẽ Asco. quia in hac causa iudices iniurati iudicãt, & quod volunt, p̃finire possunt. Sed & hæc mihi prima debilior esse videtur, tum quia nusquam legi iniuratos iudices in hoc iudicio iudicare; tum dato quòd id verum esset, non fit consequens, ergo diuinatio appellatur. quid enim iuramentum ad diuinationem? Postremò certum est causa cognita eos ex certis rationibus, vnum alteri præferre debere, vt ipse Tullius in Diuinatione testatur, *& est text. in d. l. si plures.* Tertiam adducit rationem Ascon. quòd scilicet hoc in iudicio res agatur sine tabulis, & sine testibus, & his remotis argumenta sola sequãtur iudices & quasi diuinent. Cui tamen rationi est etiam quod refragetur, cùm & in hoc iudicio & tabulis, & testibus agi potest, vtpote, cùm de ætate, de diuitiis, de inimicitia, de affinitate omnium accusatorum cognoscendũ sit. quæ sæpe & tabulis, & testibus indigent, vt in iudicum notionem perueniant, *quam rationem approbare videtur Alciat. parerg. lib. 8. cap. 24.* Præter has autem & quartam rationem nominis reperio adductam per Aul. Gell. *Noct. Attic. lib. 20. cap. 4.* & eam quidem satis (ni fallor) insipidam & ieiunam, quòd scilicet cùm accusator & reus duæ res quasi cognatæ coniunctæque sint, neq; vna sine altera constare possit: in hoc quidem genere iudicij de persona rei constat, accusator autem nõdum est, & ideo quoad vsque deest, & latet, diuinatione supplendum est, quis sit futurus accusator. Insipidam autem dixi hanc rationem, cùm & idem possit euenire, cùm plures rei de vno eodémque delicto quod ab altero tantum commissum esse dicitur, accusantur, vt si de furto accusem patremfamilias cum tota ipsius familia, quòd scilicet ab vno eorum commissum esse contendam, vel si duo vel tres in hospitio meo visi fuerint, in quo vel furtum factum vel homicidium commissum, & plura possent similia adduci. his enim casibus constat de accusatore, de reo autem non constat. Item quando accusator, vel denunciator extaret, sed reus ignoraretur, & ideo inquirendum esset. hoc enim casu potius si vera foret ratio Gell. Diuinatio appellanda esset hæc cognitio siue inquisitio.

4 Ego verò, † vt & meam interponam sententiam, quamquam nominis quæstio cùm rem teneamus, modicum habeat momenti, putarim Diuinationem dici, quòd reo fit diuinandum & quasi à Diuis impetrandum, vt mitior præferatur accusator, ne durius tractetur ab acerbioribus. Vel si ad iudices referenda sit hæc vox, & mihi magis arridet. Diuinatio ideo dicta, quod scilicet iudicibus diuinandum sit, vter ex accusatoribus saniore mente, atque acriori animo nulláque labe collusionis vel præuaricationis in facto ad accusationem prosiliat. nam, *vt definit Tull. secundo de Diuinatione*, Diuinatio est præcognitio, qua mente Dij sint erga homines affecti. sic ergo propriè Diuinatio etiam appellabitur illa cognitio qua iudices coniecturis rimantur singulorum accusatorum mentem & animum. nil enim est in humanis, quod magis diuinatione indigeat quam animus, & cor hominis, qui soli Deo cognitus est, *capitulo, Deus, 24. quæstion. 3. & gloss. in leg. secunda, ff. de interrogat. actio.* solus enim Deus, inquit Salomon, Sap. 1. est rerum nostrarum testis, & cordis nostri scrutator verus, & linguæ nostræ auditor. Et ideo Isai. *cap. 40.* dicit, quòd Deus dat iudices terræ, tanquam secretorum scrutatores. Cùm igitur in hoc præcipuè iudicio tractetur de scrutanda mente & futuro animo accusatorum, diuinatio merito appellari potest, cùm mens, quæ fuerit in præteritum, facilius cognosci possit ex coniecturis, quæ ex factis iam eliciuntur, veluti vestigiis quibusdam mentis. Non ineptè etiam Quintil. lib. 3. cap. 12. hoc genus controuersię comparatiuum appellat, quòd scilicet vita, mores, & cætera, quæ sunt consideranda de accusatorum personis inter se comparentur, & qui melior videtur eligatur, sicut etiam de curatore, & tutore ex pluribus eligendo dici potest. *Quod etiam probari videtur ex text. in l. vlt. §. vlt. de collu. detegen. ibi, comparatis omnium moribus ætatibus.*

5 ¶ Et cùm de oratione † Tull. quam solam in hoc genere quæstionis ex antiquis habemus, sermo incidit, colligã rationes, quibus Q. Cæcilius nitebatur se præferendum, & eas quibus contra Tull. resistebat. Tribus igitur potissimum rationibus studebat persuadere iudices se præferendum, prima quòd ipse à C. Verre iniustè læsus, & ob hoc illi iure sit inimicus, quare pręuaricator esse nõ poterit: secunda, quòd cùm is Quæstor C. Verris fuerit, certius nouerit Verris crimina: tertia, quòd Siculus ipse pro Siculis ardentior sit futurus accusator. Contra Tul. has adducebat causas; prima, quòd inuitus religione officij motus ad accusationẽ veniebat; secunda, quòd à Siculis offensis & quorum res agebatur vocatus & summè optatus; tertia, q̃ non modo pro Siculis se dicturum polliceretur, sed pro communi Rep. quarta, q̃ ipsum mirum in modum metueret C. Verres reus; quinta, quòd ipse verè inimicus, non affectatus aut reconciliatus; sexta, quòd integritate, innocentia, facundia Q. Cæcilium superaret; septima, quòd maius haberet interesse.

6 ¶ Aduertendum tamen, † quòd apud Tull. in Diuinatione illa non tractabatur, vter accusator præferendus esset, sed vter aduocatus pro offenso accusatore præferendus, quod quidem multum distat: nam in patronis causæ præferendis hæc potissimum ratio præualet, quòd offensi illum elegerint, & præcupiãt. Qua ratione C. Iulius in accusando T. Albutium prælatus est Cn. Pompeio, sic & L. Piso prælatus Q. Cęcilio in accusatione P. Gabinij, vt refert ipse Tull. in Diuin. & demũ idem Tull. hac ratione prælatus Q. Cæcilio.

¶ Iam verò, vt ad nostros redeam, regula est quam ſ. proposui, quòd pluribus cõcurrentibus accusatoribus ab arbitrio iudicis totum hoc pendet, vter sit prę̃ferendus, quod tamẽ arbitrium ex certis & expressis quidem causis est dirigendum, licèt & aliæ similes non excludãtur. causę autem expressæ sunt hę, vt certo quopiam ordine distinguamus.

7 ¶ Prima, vt is prę̃feratur, † cuius Interest, & qui suam vel suorum prosequitur iniuriam, *d. l. si plures, de accusa. & in l. si verò, §. ea tamen actio, ff. de his, qui deiece. vel effude. & in l. 3. §. si plures, & in l. sepulchri, ff. de sepul. violat.* & si omnes sua interesse dicant, inspiciendum cuius magis interfit, *vt dicitur in leg. vlt. §. vltimo, de collu. detegen. ibi, cuius magis interest.* quinimo ille, cuius magis interest præferendus etiam si fuerit ab alio, cuius minus intererat præuentus, dummodo negligentia præuento imputari non possit, *vt inquit text. in leg. 2. §. si simul, ff. de adul.* ideo dolo rem verum, non leuem, non simulatum requirit, *text. in leg. 1. Cod. de adul.*

8 Limitanda † tamen est hæc prima causa, vt nõ procedat, si is cuius interest, & ideo præferendus foret, dicat se nolle accusare, & postea pœnitentia ductus velit accusare, si interim fuerit ab alio prę̃occupatus, etiam cuius non interfit, non audietur, *text. est in l. 3. §. si is cuius, ff. de sepul. violat.*

9 ¶ Secunda, vt is præferatur, † qui magis Integer moribus & vita, *vt inquit text. in dict. leg. si plures, & in dict. leg. vltim. §. vltimo, de collu. dete.* Mores enim & diuitiis & nobilitati præferendi, *leg. scire oportet, §. vltimo, ff. de tut. & curat. dan. ab his.* spectandum igitur num eius anteacta vita mores exprimat integros, & constantes contra damnatos & varios. Naturam enim & morum consuetudinem vix mutari posse credibile est, vt qui in aliis fuerit perditus, iniquus, varius; in hoc sit iustus, incorruptus, & immutabilis. & hoc est, quod inquit tex. *in l. 3. §. hoc interdictum, ff. de lib. hom. exhiben.* Planè ex causa personæ suspectæ sunt remouẽdæ, si fortè talis persona sit, quam verosimile appareat colludere vel calumniari, & de repellendis his, qui perditæ sunt vitæ & damnato-

rum

tum morum, dixi latè ſuprà, capitulo decimoſeptimo, hoc libro.

10 ¶ Tertia † vt Maſculus fœminæ præferatur in caſibus, ſcilicet in quibus & fœmina admitti poteſt, *de quibus ſ. dixi, c. 6. huius lib. iuxta l. fi. ff. de fid. inſtr.*

11 ¶ Quarta, vt Ingenuus † præferatur libertino, *vt dicitur in d. l. fin.*

12 ¶ Quinta in Ætate conſiſtit, † *vt inquit text. in d. l. ſi plures, de accuſ. & in d. l. vlt. §. vlt. de collu. deteg.* Verum quia leges iſtæ non declarant, an maior ætas, vel minor præferenda ſit in accuſatione, id diſquirendum videtur, cùm non legerim gloſſam aut interpretem aliquem hoc declarantem.

Videtur ergo dicendum cæteris paribus Seniorem admittẽdum. ſicut enim cùm de fide agitur depoſiti penes ſeniorem deponenda inſtrumenta, *d. l. fi. de fid. inſtru.* Item quia ſemper veneranda ſenectus, *l. ſemper, ff. de iure immun.* Item quia ſenes præſumuntur maiori prudentia ac ſaniori conſilio moueri, iuxta illud Iob, c. 12. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudẽtia, quem citant Imola & Alex. *in l. Gallus, in prin. ff. de libe. & poſth.* & idem Iob, c. 32. inquit, annorum multitudo docet ſapiẽtiam, & eſt bonus text. *in c. viduas, il 1. 27. q. 1. ibi, perfectioris ætatis, maturioris ſapientiæ & conſilij, & tradunt omnes in l. cum quid, ff. ſi cert. petat.* de iis autem ſenibus loquor, quorum prudentia ab ætate non diſſidet, aliàs enim ſenes etiam centum annorum, pueri vocantur ab Eſaia, c. 65. nam tales poſtponendi forent iunioribus, *vt not. in l. 1. §. ſi vſusfructus ff. ad leg. Falc. & in l. potioris, C. de offi. recto. prouin. & per Iaſ. in l. ſi ſeruum, §. ſequitur, ff. de verb. oblig. & traditur in c. negare, & in c. neque, 19. diſt. & tradunt omnes in d. l. cùm quid, ff. ſi cert. pet.* Senectus ergo præferenda in accuſatione, quia ad fidem faciendam teſtimonij vim obtinet, iuxta illud, Ouid. *Faſt. 4.* pro magno teſte vetuſtas creditur. nam & pluribus miſſis legatis ſenior præfertur in loquendo & oratione habenda, iuxta illud Eccle. 32. Loquere maior natu decet enim te. Et paulo poſt, adoleſcens loquere in cauſa tua, vix cùm fuerit neceſſe. quod & tenuit Bald. *in l. obſeruare, §. antequam, ff. de offic. proconſ. & in c. 1. poſt prin. de controuer. feu. inter pares term.* ſic & Liu. lib. 8. ſecundi belli Pun. refert maximum natu legatorum Saguntinorum legationem expoſuiſſe. & lib. 9. eiuſdem Dec. pariter maximum natu Locrenſium pro legatione orationem habuiſſe. Sic & lib. 10. belli Mace. maximum natu legatorum Celtiberorum ad Gracchum verba feciſſe teſta-

13 tur. Alia quoq; ratione † ſuaderi poteſt ſeniorem præferendum in accuſatione: nam ſenes liberius accuſant quàm iuuenes, ſecuriúſque loquuntur, iuxta illud Aul. Caſſelij, maximi Iuriſconſulti noſtri: qui cùm multa de temporibus Cæſaris liberius loqueretur, amiciq;, ne id faceret monerent: Reſpondit duas res, quę hominibus amariſſimæ videntur, magnam ſibi præbere licentiam, ſenectutem ſcilicet & orbitatem, vt refert Valer. lib. 6. c. 2. & Solon Athenienſiũ legiſlator, cùm ex eo Pyſiſtratus aliquando quæreret, qua tandem ſpe fretus ſibi tam audaciter reſiſteret, ſenectutem reſpondit, vt autor eſt Tull. de ſenectut. quaſi quòd parui pendant ſenes, cùm modica ſibi ſuperſit vita, inimicitias accuſationibus contrahere.

14 ¶ Contra verò videtur † Iuniores pręferendos: quia hoc munus accuſationis legimus apud Roma. demandatum iunioribus. accuſarunt enim admodum adoleſcẽtes, & M. Antonius, & L. Craſſus, & Pub. Sulp. vt tradit Tull. Offic. lib. 2. ſic & C. Iulius anno 21. Dolobellam accuſauit, *vt teſtatur Suet. in eius vita, cap. 4.* & ideo inquit Tull. pro M. Cęlio, quòd quis mouetur ad accuſandum vel pietate, vel neceſſitate, vel ætate. ſi voluit (inquit) accuſare, pietati tribuo: ſi iuſſus eſt, neceſſitati, ſi ſperauit aliquid, pueritiæ. & idem Tull. 1. in Verrem ſe accuſat, quòd ea ætate cùm ædilitatem peteret, nempe annorum 35. Verrem accuſaret. Et Quintil. *lib. 12. c. 7.* Crediti ſunt clari iuuenes obſidem dare reip. malorum ciuium accuſationem, quia nec odiſſe improbos, nec ſimultatem prouocare, niſi ex fiducia bonæ mentis videbantur. & ibi plurium iuuenum, qui accuſarunt, exempla recitat. Et Apul. in ſua defenſione magiæ ſecunda, inquit: Neq; autem gloriæ cauſa me accuſat, vt M. Ant. Cn. Carbonem, C. Mutius Aulum Albutium, P. Sulp. Cneum Norbanum, C. Furius Marcum Aquil. C. Curio Quintum Metellum, quippe eruditiſſimi hi iuuenes laudis gratia primum hoc rudimentum forenſis operæ ſubibant, vt aliquo inſigni iudicio ciuibus ſuis ſe notos redderent, qui mos incipiẽtibus adoleſcentibus ad illuſtrandum ingenij florem apud antiquos conceſſus diu exoleuit.

15 ¶ Sed tenenda prior opinio, † quòd pluribus cõcurrentibus ſenior ſit præferendus: non enim puto in tam ſeriis & periculoſis cauſis ex adoleſcentulorum procacitate & petulantia, qui non vti ad res ſerias pertractandas, ſed vti in ſcena ad delectandum tantùm & gloriam eloquentiæ oratorio artificio comparãdam prodeunt, periclitari debere vitam, famam, ac bona mortalium, ſed potius ei hoc munus committendum, qui rem tantùm nullo quæſito colore pertractet, & non euehatur ſtimulis gloriæ, ſed ea ætate, qua potuit & ipſe plura peccata commiſiſſe, ſuiq; conſcius in alios nõ committat; quod in ſe committi perhorreſceret. nam & Tull. 1. in Verrem ſe excuſans, quòd ea ætate accuſet, inquit, ætatis non modo meę, ſed multo etiam ſuperioris, & honoris ampliſſimi eſſe puto accuſare improbos, & miſeros calamitoſóſq; defendere, vtens exemplo Aphricani, qui bis Conſul & Cenſor L. Cottam accuſauit, atq; ideo ætatis ſupra annum quinquageſimo, cùm ſcilicet conſulatum petere primum non niſi annorum 43. ſecũdum verò non niſi elapſo decennio poſt primum exactum quiſpiam poſſet, vt eſt apud Liui. *lib. 7. Deca. 1. in fin.* & ideo mox inquit idem Tull. quod autem moribus ad gloriam eloquentiæ comparandam adoleſcentes vſurparunt, id rationabilius eſſe ad prouectiores ætate trãſferre.

16 ¶ Sexta cauſa, † propter quam vnus accuſator alteri præferendus eſt, dicitur eſſe dignitas: vt qui maiori prę-fulgeat dignitate, præferatur. ratio eſt, quia dignitates ſunt præmia & teſtimonia virtutum & integritatis ac bonæ vitæ, *leg. & virtutum, quæ eſt vltima, C. de ſtatu. & imagini. & tradit Ariſtot. Eth. 4. & 8. cap. 14. optim. text. in capit. nos, qui. vbi Archidiac. & cæteri, 40. diſtinct. & in capitul. 1. vbi etiam Scribent. de præbend. & Bald. in leg. ſi qua, Cod. de ſecundis nupt. & in leg. nobiliores, Cod. de commer. & merca. & leg. per adoptionem, & leg. ex diui. paulo ante fin. C. loca. & in l. prouidendum, C. de poſtul. vbi pulchrè Saly.*

17 Ideo tamen dignitatem, † quæ prima in ordine ſcribitur *in dict. leg. ſi plures, de accuſ.* poſtpoſui ego moribus, quia notum eſt dignitatem poſtponendam moribus, *vt voluit Bald. in cap. penult. in fin. de probat. per tex. in leg pronunciatio, §. matrem familias, ff. de verb. ſignif.* inferens teſtimonium honeſtarum perſonarum præferri debere teſtimonio nobiliorum, *& plura ibi adducit ad hoc Felyn. ante fin. & plura etiam ad idem congerit Luc. de Pen. in l. mulieres, colum. 1. & 3. C. de digni. lib. 12. & Alex. conſ. 209. Ponderatis his, col. 2. in 6. vol. & dicit in ſpecie gl. 2. in l. 2. ff. de teſti.* quod boni mores præferri debent dignitati.

18 Eadem ratione † poſtpoſui dignitatem ætati: nam & videmus, quòd in deponendis inſtrumentis communibus ætas in ordine ſcripturæ præfertur dignitati, *in l. fin. ff. de fide inſtrumen. & hoc in ſpecie per illum text. tenuit Soz. in. in leg. procurator, Cod. de edend. & notant omnes in cap. ſtatuimus, de maio. & obed. & Deci. in cap. clerici, col. 2. de iudic. & in l. cùm quid, columna 3. ff. ſi certum pet. & conſil. 161. Pro domino Præpoſito, columna prima, verſicul. ſecundo dominus.* quidquid ipſe ſibi contrarius & Purpur. dixerint *in d. l. procurator, C. de eden.* quod & Tull. in collegio Augurum, ſeruatum eſſe præclarè teſtatur in Catone, dicens multa in noſtro collegio præclara, ſed hoc de quo agimus in primis,

quòd vt quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet. Neque enim honore antecedentibus, sed iis etiam, qui cum imperio sunt, maiores natu Augures anteponantur.

19 Neque iis obstabit † ordo literæ *d. l. si plures.* in qua in specie proposita accusatoris eligendi dignitatis causa præscribitur & ætati & moribus, & tamen ordinem literæ scimus in prælationem plurimũ spectari, *l. si seruus communis ita stipulatus, in fin. de stipul. seruo. & ibi Bart. & tradit idem Bart. in leg. sed quia, in fin. de iurisdict. omn. iudic. Abb. in cap. mandata, in 2. colum. de præsump.* quia respondeo, quòd Iurisconsulti non videntur mihi in hoc ordine fundamentum fecisse aliquod, quia video eos promiscuè & variè modò vnam, modò alteram causam prætulisse, nam *in leg. vlt. §. vlt. de collu. deteg.* mores præferuntur ætati, qui tamen *in leg. si plures, de accus.* postponuntur, *& in l. vlt. ff. de fide instrum.* præponitur in ordine literæ ætas sexui, cùm tamẽ nemo dixerit masculum iuniorem postponi fœminæ seniori, *iuxta leg. fœminæ, & quæ ibi not. ff. de regulis iur.* & tamen etiam *in dict. l. fin.* ætas præponitur dignitati, quæ postponitur *in dict. leg. si plures.* Ex qua variatione & etiam ne absurdum sequatur, quod externa, id est, dignitates, præferantur internis, id est, probitati vitæ: certum est limitari regulam de ordine scripturæ attendendo, *vt per Bald. in leg. cùm in testamento, §. hæc verba, ff. de hæred. instit. & Alexan. post alios, in leg. vlt. §. prius. ff. de vulga. & pup. & in l. diuortio in princip. ff. solut. matrimon. & consil. 81. Lecto, colum. 4. 3. volum. & per Felyn. in c. inter monasterium, de except. num. 9.* Et quòd dignitas ætati cedere debeat, id etiam maximè suadet, quia dignitates secundum ætatis gradus conferri solebant apud Ro. non enim Quæstura ante 27. annum, neque Ædilitas ante 36. neque Prætura ante 39. neq; Consulatus ante 42. peti poterãt. Absurdum ergo foret, vt in his muneribus ætas dignitati postponeretur, à qua dignitates ipsæ dependent, adeo vt ea repugnent, nec peti possint.

20 Non negarim tamen † officium atque ideo dignitatem, quæ ex officio consequitur, ætati præferendum, si officium ipsum hoc in specie respiciat munus accusationis: nam nullus negarit apud Venetos Aduocatorem Communis, quem vocant, etiam iuniorem in accusatione reorum præferendum cuicunq; seniori, quia hoc ei officium accusandi in specie à Rep. demandatum est, cùm aliàs lege cautum sit, magistratus accusare non posse, vt s̃. dictum est, c. 15. huius lib. 3.

21 Cæteræ autem causæ, † quas considerat, & exaggerat Tull. vt persuadeat se Cæcilio præferendum, vel in prędictas cadunt, vel respiciunt causas, quibus Cęcilius non modo præferri non debeat, sed & ab accusatione nullo etiam concurrente repelli: quod enim socius ac particeps criminum foret cum Verre, hæc causa est legitima, per quam quis etiam solus ad accusationem prosiliens reiiciatur, *vt s̃. latè deductum fuit, cap. 19. huius lib.* pariter & quod Cæcilius malè audiret, neque famæ esset integræ, causa hæc est, per quam quilibet ab accusatione repellitur, *vt s̃. docui, cap. 17. huius libri.* Et demum quod Tull. præelectus fuerit à Siculis, hæc causa primam illam interesse rei respicit, de qua supra diximus. nam Siculi accusabant, eorúmq; principaliter intererat. nimirum ergo si & patronum sibi quem mallent, eligere poterant.

22 ¶ Sed dubitari potest, † quid si plures Pares in præadductis causis concurrant, quis sit præferendus. & cõcludendum, quòd is, qui pręuenerit, & prior in tempore accusauerit, etiam si nondum recepto accusati nomine inter reos alius accuset, *text. est in l. 3. §. si is, cuius, ff. de sepul. violat.* quamquam ibi is, cuius intererat, primo dixerat se nolle accusare, ideo est, quod ei imputetur. sed quod cæteris paribus sit locus præuentioni, *est text. in c. eum cui, de præbend. in 6. not. in c. capitulum Sanctæ Crucis, de rescri. & in capitu. qui prior, vbi gloss. de regulis iur. in 6. leg. potior, in princ. & l. qui balneum, ff. qui pot. in pign. hab. & leg. quotiens v. triusque, ff. de regulis iuris, cum simil.* & præsertim in indiuiduis, prout est accusatio, quia in his prẹoccupationi locus est, *leg. si pluribus, in fin. ff. de lega. 1. leg. 2. ff. de duobus re. & l. si rem, §. si duo, ff. de donat. & leg. si Titius. ff. de verbor. oblig. & l. pluribus, ff. de procur.* & in pluribus agnatis, vel vicinis venientibus ad recuperationem fundi venditi per agnatum vel vicinum, si in cæteris sint pares, quod præuentioni locus sit, tradit Paul. *cons. 221. In hoc passu duo sunt, còl. 2. 1. volum. & Alexand. consilio 27. Viso themate, in tertio dubio, 6. volum.*

Præuentio. Præoccupatio.

23 ¶ Et intelligo prẹueniisse † & præoccupasse eum, qui etiam per horam vel punctum etiam prior fuerit in accusando, *vt probat text. in l. si quis eum, §. si suo testamento, ff. de vulg. & pup. & in l. si mulier, vbi not. Soci. ff. de reb. dub. & gloss. no. in l. si ex pluribus, §. vlt. ff. de solut. in c. duobus, in ver. si non appareat, de rescript. in 6.* & de prioritate etiam in puncto loquitur Bald. *in l. de rebus, C. de donat. ante nupt. & in l. cùm proponas, in fin. C. de interd. ma. & in l. vlt. 4. col. C. de edict. diui Adr. toll. & in c. pastoralis, vbi Abb. Fely. & Deci. de rescript.* Quando autem quis dicatur præoccupasse, tradunt Bart. Bald. & Scrib. *in d. l. si pluribus, de leg. 1. & in l. pluribus, de procur. & per Cano. in c. si duo, de procur. in 6.*

24 Dubitari autẽ † adhuc potest, quid si consanguineus offensi accusauit, idq; iam effecit, vt accusati nomen inter reos reciperetur, an si postea proximior, & qui si cõcurrisset cum primo, illi prælatus fuisset, nunc quoque præferendus sit. Spec. mouet hanc quæstionem *in tit. de accusatore, versic. quid si quis accusator.* & dicit Io. tenuisse, quod non admitteretur, nisi tria probaret, præuaricationem scilicet primi accusatoris, quod ignorauerit primum accusasse, & quod proprium dolorem prosequatur, *iuxta l. qui de crimine, C. de accus. & opti. text. in l. 2. §. vlt. ff. de adul. & in l. edicto, §. cùm ante, ff. de iure fisci.* quæ duo iura deducit Specul. in contrarium. Ego verò puto sic distinguendum, aut sunt præstituta aliquibus tempora accusandi & successiuè post eos aliis, vt in crimine adulte. in quo patrono, patri & marito constituuntur dies 60. ad accusandum, post quos extranei habent 4. menses vtiles ad accusandum, *vt per gloss. in leg. si maritus præuenerit, in ver. post 60. de adult.* 25 Et hoc casu dico, † quod si intra primos 60. dies extraneus accuset, & postea superueniat patronus, pater, vel maritus, certè hi admittentur, quia nil est, quod eis imputari possit negligentię, cùm adhuc sint intra tempora sibi à lege concessa. Si verò post dict. tempus 60. dierum extraneus accuset, & superueniat postea maritus, qui velit accusare, admittetur etiam hoc casu, si probet se impeditum, & doceat, se non fuisse in aliqua negligentia, *vt probat text. in d. leg. si maritus, §. vlt.* Quod si postremo intra ipsa tempora 60. dierum pater puta, vel patronus præoccupet maritum, certè non audietur maritus, nisi fortè probet se iam accusationem præparasse, *vt dicitur etiam in d. §. vlt.* Inter extraneos autem semper is potior, cæteris paribus cẽsendus, qui præoccupauit, *vt tradunt Bart. & alij ibi, & Card. in Clem. 1. §. secus, in 6. q. de conces. præben. & consi. 77. Frater vnice, post patrem, dum loquitur de pluribus concurrentibus ad beneficia habentibus pares expectatiuas, vt vocant.*

26 ¶ At quid dicendum, † si plures concurrerent ad accusandum, qui in omnibus, & etiam in tempore pares forent, quas dicemus tunc esse iudicis partes. & videtur fortè dicendum omnes indistinctè admittendos, *argu. text. in l. ex duobus, ff. de vulg & pup. & l. si quis ita, §. 1. ff. de testa. tut. & l. qui filiabus, §. 1. ff. de lega. 1. & in l. Titiæ textores, eod. tit. & in l. si quis Titio, §. si hæres, de lega. 2. c. cùm quis, ver. cùm ab eo, de sepul. in 6.* quam opinionem corroborat & illud, quòd si delictum commissum sit in confinio duarum ciuitatum, adeo vt cognosci non possit, an plus de vnius territorio quàm de alterius participet, vtriusq; ciuitatis iudices erunt competentes, *vt tenuit Ioan. Andre. in addit. ad Specul. in tit. de compet. iud. ade. §. 1. ver. sed pone aliquis, per l. Iurisperitos, §. cùm oriundus. ff. de excu. tut. & idem tradit Alberi. in l. libertus, §. præscriptio, per illum text. ff. ad munic. & in l. fine, §. 1.*

Si in confinio delictũ commissum.

*col.2.ver.& primo collige,ff.de lib.agn.vbi plura ad hoc allegat. & Bal.in l.ſi qui ex aliena,in 1.lect.ad fi.ff.de iud.*

27 ¶ Verum quia expreſsè †cautum eſt non poſſe vnum reum variis defatigari libellis & accuſationibus, vt ſupra dictum fuit,& probat text.*in d.l.hi tamen,§.vlt.de accu.* Et quia quę ſupra nunc dixi,non videntur procedere in indiuiduis & prohibitis,*iuxta text.in l.quæſitum,§.ſi quis,ff. de fun.inſt.& in l.ſi fuerit, in prin.ff.de reb. dub. & in l.ſi quis de pluribus,eod.tit.& in l.cùm ex pluribus,ff.de man.teſt. & in l. in tempus,§.quotiens,ff.de hære.inſti.l.qui ſoluendo,la 1.cum ſeq.eo. tit.* ideo videretur dicendum, quòd neuter admitti deberet ad accuſandum,arg.eorum,quæ not.gloſſ.*in c. eccleſia,la 2.in gloſſ.vlt.in fin.de elect.* quæ voluit, quod ſi duo fuerint electi in epiſcopum, qui ſint in omnibus pares & zelo,& merito,& authoritate,& innocentia tam eligentium quàm electorum,neuter admittetur.

Sors. 28 ¶ Ideo fortè dicendum eſt, † quòd hæc difficultas ſorte ſit dirimenda,*arg.text.in l.ſed cùm ambo,ff.de iud.& in l.ſi quæ ſunt cautiones,ff.fam.erciſ.& in l.generaliter,§. quid ergo ſi plures,ff.de fideic.lib.& in l.vlt.in princ. C.communia de leg. §.optionis,Inſt.eo.cum plur.concor.*

29 Attamen,†quia & hoc iudicium fortunę non paſſim ab omnibus recipitur, cùm reprobari videatur per tex. *in cap.1.26.q.1. & in c.non ſtatim, & c. hi qui, & c. non exemplo, 26.q.2.& c.aliquanti,& c.ſortes,26.q.5.& c.vlt.de ſortil.*& tradit Bald.*in §.itaque,col.vlt.in proœm.ff.* dicens iudicium fortunæ remotum eſſe à ratione. Ideóque nec rationem ipſam,nec intellectum debere ſe ſorti committere,quę ſæpiſſimè præfert iniquum æquo, nec recte iudicat, *vt not.in l.ſed an vltro,§.vlt.ff.de negot.geſt.* Dicens præterea oportere intellectum omnia determinare, & quàm pauciſſima fortunæ committere,*l.2.ff.de condit.& demonſt.*& præcipuè cùm nemo poſſit cogi iura ſua ſorti committere,*vt tradunt Ioan.Andr.Ant.& Panorm.in cap. licet cauſam, de probatio.*

30 ¶ Quare verius eſſe puto, †& concurrente omnium paritate ſit locus gratificationi iudicis,*iuxta l.vlt de relig. & ſump fun.* nam & in paritate probationum iudex gratificatur,*vt per Bald.in c.licet cauſam,colum. 7. verſic.Gloſſ.dicit,de probat.allegat gloſſ.in leg.ſi duo iudices dati, ff.de re iud. & idem Bald.conſ.420.Verba Principis,colum. 2. volum. 1. & conſil. 471.Vertente quæſtione,circa med.eod.vol.& tradunt Alexan.& Iaſ.in d.l.duo iudices,& gloſſ.1.in c.ſi plures,16.q.7. & omnes in c.*

31 *cùm autem, de iure pat. & dixit* † *Bald.in tract. de iure protom. col.3. ver.ſed quid ſi ſint æqualiter vicini.* quod ſi ex forma ſtatuti, qui magis erit vicinus, præferatur in emptione fundi vicini, ſi duo concurrant, qui ſint æqualiter vicini,erit locus gratificationi iudicis,*& dixit etiam Io.Fab.in l.vlt.C.de edict.diui Adri.toll.* quòd ſi duo proferant duo teſtamenta, neq; conſtet, vtrum ſit prius tempore, iudex poterit, quem ex eis maluerit mittere in poſſeſſionem hæreditatis.& dixit Bald.*in l.cùm inter, C.de fideicommiſ.lib.* quòd ſi duo tam æqualiter perueniunt ad brauium, vt non poſſit diſcerni,vter ſit prior,erit locus gratificationi, & magis in propoſito facit not. deciſio ſuper quæſtione diſputata per Iacobum de Beluiſ.*quem refert & ſequitur Alberi.de Roſate in l.ſi plures, ff. de accuſ.* vbi propoſita quæſtione,ſi regia conſtitutione caueatur,quod qui armis aliquem vulnerauerit, manum qua vulnus intulit amittat;ſi quiſpiam vno ictu duos ęqualiter vulnerauerit,an poterit ab vtroque accuſari,vel ſe inuicem impediant,cùm non poſſit conſtitutioni ſatisfieri, niſi ſemel ex quo vnam tãtum manum habet,vel ſaltem vter præferendus. & diſputata quæſtione ad partes, tandem *col. 2.verſ.ſoluendo ad prælationem.* dicit prælationi locum eſſe, quod ſi ambo eodem tempore concurrant,gratificabitur iudex. & licet ad hanc reſolutionem comprobandã nil ferè alleget, comprobant tamen optimè ea, quæ ſupra per me dicta ſunt, quæ etiam confirmantur, quia verba legis ad iudicem diriguntur, vt ſcilicet ipſe eligat cauſa cognita, *vt dicitur in dicta leg.ſi plures, de accuſat. idem dicitur in leg.ſecunda, §.ſi ſimul, de adult.ſic & in leg. ſecunda,ff.de popu.actio.idem & in leg.intereſt, de lib.cauſ.& in l.ſi duas,ff.de excuſ.tut.*

32 ¶ Poſſent † etiam ſorte plures accuſatores concordi animo vnum ex ipſis eligere,qui principalis foret accuſator,& cæteri ſubſcriptores eius eſſe,id eſt, adiutores, vt ſæpe apud Rom.fieri ſolebat.nã & apud Tul. in Verrem prima Cæcilius volebat ſaltê ſubſcriptor eſſe Tullij in ea accuſatione,quod ægrè fert ibi Tul.ſubſcriptores enim erant veluti cuſtodes accuſatoris, ne præuaricaretur,vt teſtatur ibi Aſco.quem & ſequutus eſt Budę. *in annot.l.minor,ff.de mino.* De quibus ſubſcriptorib.etiam mentionem facit Tull.ad Q.fratrem, lib.3.dum inquit, Omnino nihil accuſatore Lentulo ſubſcriptoribúſque eius infantius.& eodem lib.alibi inquit,Gabinium tres adhuc factiones poſtulant Ti.Nero cum bonis ſubſcriptoribus.

33 ¶ Poſtremò hoc ſciat iudex, † quòd ſumma cognitio omnis cauſæ,quam adhibere debet in eligendo accuſatore,in duobus verſatur.Primò ne accuſator calumnietur,ſecundò ne colludat,vel præuaricetur: primum innocentiã rei ſpectat,cuius tutelam ipſe etiam iudex gerere debet,*l.abſentem,ff.de pœn. l.ſi non defendantur,eo.tit.* alterum verò publicũ intereſſe proſpicit, ne ſcilicet cum reo colludendo crimen indultum maneat, deluſa iuſtitiæ religione,quod quidem ſolidum eſt Ciceronis fundamentum contra Cæcilium in Diuinatione,*& vtrumq; probat tex.in l.3.§.hoc interdictum,ff.de lib.ho.exhi.*

## CAP. XXXIII.

## *Paritas Delicti, quando Accuſatorem repellat.*

### SVMMARIVM.

1 *Paritas delicti repellit accuſatorem, & quid ſit compenſatio, & quotuplex,& par delictum,& impar.*

2 *Impedientes ſe in accuſatione ambo repelluntur ab accuſatione. Idem de duobus expoliantibus.*

3 *Delictorum diuerſitas, connexa tamen, & ad eundem finem tendens repellit accuſatorem, vt lenocinium, & adulterium: amplia tamen.*

4 *Pacem hincinde frangentes expelluntur vtrique ab accuſatione.*

5 *Religionis ingreſſus non tollit exceptionem accuſati contra accuſantem. vbi limitatur.*

6 *Iniurians aliquem dicendo eum latronem, ſi alter dicat iniuriantem latronem,alter alterum accuſare poterit.*

7 *Falſo vtens inſtrumento ad mutuum, ſi contra vtentem debitor alio falſo inſtrumento vtatur ad ſolutionem factam inuicem ſe accuſare non prohibentur.*

8 *Compenſatio deducta per viam replicationis non admittitur, quia agens primus videtur approbaſſe perſonam accuſati.*

9 *Stante ſtatuto,quòd vtens Falſo inſtrumento,à cauſa cadat,ſi vtrique vtantur falſo inſtrumento, ſolus actor cadet à cauſa, & quare. ſublimita,vt nu.10.11.*

12 *Hæredes conuenti pro dote ſi excipiant de adulterio, poterit vxor excipere de lenocinio.*

13 *Spolio agens ſi de ſpolio etiam eiuſdem rei excipiatur, poterit etiam de ſpolio replicari.*

14 *Compenſatio delictorum etiam parium fit ante receptum nomen inter reos.*

15 *Compenſatio non currit,quando tractatur de intereſſe Reip.*

1 REGVLA eſt, † quòd paria delicta mutua compenſatione tolluntur,*vt eſt text.in c.pen.de adult. & in l.2. §.ſi publico,ff.ne quid in loco pub.& in l.ſi duo ff.de dolo,& in l.viro atque vxore,in fi.ff.ſolu.matr.* vbi tamen Imola,*nu.2.* dicit hanc propriè non poſſe appellari compenſationẽ, quæ eſt de debitis tantum,non de delictis, *l.ſi ambo, ff.de compenſat.* ſed verius poteſt appellari confuſio quædam delictorum, cùm vnum aliud abſorbeat, *vt dicit etiam ibi Bald.* Et aduertendum, quòd alia eſt compenſatio, quæ opponitur,non vt extinguatur delictum, & repellatur

persona ab accusando, sed vt extinguatur pœna, & de hac specie cõpensationis non tractamus hic. alia est, quę excludit personam accusatoris, & de hoc loquimur. Et quanquã facta fuerit mentio s. *c. 29. huius lib.* quòd accusatus non põt alium accusare, quæ regula colligitur *ex l. is, qui reus. ff. de publi. iud. & ex l. 2. §. si publico. ff. de adulte.* attamẽ regula illa vera est in disparibus delictis. nos autem loquimur in paribus, vt quando coniux cõiugem accusat de adulterio. repellet enim ab accusatione, si & ipse adulterium cõmisisse cõuincatur, *c. pen. & vlt. de adul.* hęc enim paria sunt delicta, & tendunt ad eundem finem, nempe ad violandam fidem matrimonij communis inter eos. & est ratio, quia nil dolosus doloso, nil Catilina Cethego, *l. si filium, C. de lib. cau. l. quoniam, C. de testi. l. quoniam, C. de hære. & tradit Dyn. in c. in pari causa, de reg. iur. in 6. & tradit etiam Dec. in l. semper in contractibus, de reg. iur. & Hip-*
2 *pol. sing. 234.* Similiter † si actor dolo rei, & reus dolo accusatoris impediantur, ne vocati in ius veniant, neuter poterit accusari, *l. vlt. §. sed si & stipulator, ff. ne quis eum.* pariter etiam si tu agis contra me de spolio, possum excipiendo repellere te, & opponẽdo aliud spolium tuum. *ita pulchrè Archid. qui plura adducit, in c. 1. de resti. spol. col. 2. vers. non petierint.* quod intelligit verum, quando opposita exceptio spolij esset de diuersa re, secus si de eadem, *vt per eum.*

3 ¶ Extende prædictam regulam, † vt procedat etiam si diuersa forent delicta specie, dummodo tamen essent adeo connexa, vt tenderent ad eundem finem, vt lenocinium, & adulterium. si enim maritus accusat vxorem de adulterio, poterit vxor opponẽdo exceptionem lenocinij mariti in persona ipsius vxoris illum repellere ab accusatione, *l. cùm mulier, in fi. ff. solu. mat. vbi Imola, & Alexan. & in d. l. viro at q; vxore, eod. tit.* cùm enim hæc duo delicta vnicum habeant finem, pro vno haberi debent, *l. 1. cum ibi no. per Cyn. C. si reus, vel accusa. mor. fue.* cùm enim delictorum finis vnus est, non possunt delicta censeri diuersa, *l. si familia, in fi ff. de iurisd. omn. iud. & no. gl. in l. qui crimen, C. de accus. & habetur per Bar. in l. nunquam plura, ff. de priua. delict. & in hanc sententiam residet Ang. de Aret. Instit. de exce. in prin. col. 14. est mihi nu. 22. in 4. col. sub illo nu. in vers. quarto fuit in hac materia opinio Bart.* Sic etiam dixit Bald. *in d. l. cùm mulier.* quod si facta est pax inter nos sub pœna contra
4 frangentem pacem, si † vterq; pacẽ ipsam frangat, non poterit alter alterum accusare de pace rupta. nam licet sint duo facta, tamen ad eundem finem tendunt, *ita dicit ibi Bald. col. 2. vers. sexto opponitur.* Qua etiam ratione idem dixit ibi ipse Bald. *in 7. opposi.* quod si tu defodis parietem communem, & ego eundem tam grauiter onero, quod ruinam facit, neuter poterit agere ex hac regula, quòd paria delicta mutua compensatione tolluntur. & idem esse dicit ipse Bald. *ibi in 8. opposit.* si tu clam ædificasti, & cum violentia, si ego clam, & violenter destruo, neuter alterum accusare poterit, *leg. si alius, §. est alia, ff. quod vi aut clam, l. si tutor, §. si ad ianuam, eo. tit.*

5 Extende & secundo, † etiam si maritus ingressus fuisset religionem, & hæredes accusarent vxorem de adulterio: nam poterit ipsa opponere excipiendo talem cõpensationẽ vel adulterij, vel lenocinij, quia religio non tollit exceptionem compensationis, *vt tradit Abb. in cap. veniens, il 2. de conuersat. coniuga. sequitur Crot. in repet. l. omnes populi, ff. de iust. & iur. nu. 73. circa med.*

¶ Limitatur primo hæc regula, vt nõ procedat, quãdo delicta essent diuersa, & separata ac ad diuersum finem tendentia, quia tunc sequitur regula s. c. 29. firmata, quòd accusatus non potest accusare, neq; de alio crimine excipere, antequam seipsum purget, *vt inquit text. in d. l. is, qui reus, ff. de pub. iud. & in dict. leg. 2. §. si publico.* ideo
6 † Spec. *in tit. de accus. §. 1. num. 11. vers. quid si te vocaui latronem.* quærit, si tibi iniuriam intuli dicens te esse latronem, & tu è cõuerso pariter dixisti me latronem, nunquid possim ego te, & tu me mutuo accusare? Et disputando ad partes concludit quòd sic, neque ista delicta compensabuntur, quia delicta ista sunt circa diuersa. iniuria enim per aliam iniuriam non tollitur, sed augetur, *dict. l.*
7 *2. §. si publico, de adult.* † Ad quæ facit not. decis. Bald. *in rubric. Cod. de fid. instr. in 15. column. vers. incidenter etiam quæritur, Titius produxit.* vbi voluit, quòd si tu agens contra me ex causa mutui ad probandum mutuum producis instrumentum falsum, & ego ad probandam solutionem pariter induco instrumentum falsum, non poterunt istæ falsitates compensari, neque si alter velit accusare, repelli poterit ex paritate delicti, quia hę falsitates tendunt ad diuersa. nam inquit Bald. licet contra te calumniantem, liceat mihi negare veritatem, non tamen licet cum falsitate, *sequitur etiam Ias. in §. in bonæ fidei, Instit. de act. num. 81. circa medium. & ad comprobationem huius limita. vide pulchrum text. in l. quemadmodum, §. si seruus, ff. de noxal. & opt. text. etiam in l. colonus, ff. de vi & vi arm.*

8 Limita secundò, † quando compensatio deduceretur per viam replicationis, non autẽ per viam exceptionis, *vt est text. in c. dilecti, de excep. & in l. cum par delictum, de reg. iu.* & ratio est, quia exceptio tendit ad defensionem, quæ nemini deneganda etiam excommunicato, *cap. cùm inter, de except. gloss. in c. à nobis, eod. tit. & c. omnibus, 5. quæst. vlt.* & licet Scribentes *in locis* s. *allegatis*, variè circa hoc loquantur. nam gloss. *in l. si duo, ff. de dolo.* vno modo distinguit; & gloss. *in d. c. dilecti, de excep.* alio modo, & alio quoque modo distinguat Bart. & cæteri Scrib. *in d. l. cùm mulier, ff. solut. matr. & in d. l. viro atque vxore, eo. tit. & habetur per Dyn. in c. in pari, de regu. iur. in 6. & in l. cùm par delictum. ff. eod.* attamen ista est veritas, quod regulariter compensatio in replicatione non admittitur: ideo si extet statutum, quòd bannitus possit impunè offendi, & non possit audiri in iudicio, si bannitus offensus ab alio bannito accusat illum, accusatus poterit excipere, quod nõ sit audiendus accusator, ex quo bannitus est; sed non poterit replicare accusator, q; & ipse excipiens non debet audiri, quia bannitus, & idem de excõmunicatis dicendum est, *vt not. in l. seruos, ff. de accus. per Bart. & plenius in dict. l. cùm mulier, vbi omnes, solu. matr.* & est ratio, quia accusans videtur approbare personam accusati, dum illum prouocat ad iudicium: non autem è contra, *vt declarat Alex. in dict. l. cùm mulier, num. 9. & 10.* Et licet Ang. de Aret. *in tract. malefic. in ver. necnon ad querelam, nu. 69. ver. quæro, infamis excommunicatus*, videatur contrarium tenere: tamen opin. Bar. verior & communis, *vt etiam Hiero. Cucalon testatur in addi. ad Ang. in loco præallegato.* & facit ratio efficax pro Bartol. quia statutum non potuit tollere defensionẽ exceptionis reo, sed bene actori replicationem, vt declarant oẽs in locis præallegatis. Item primus fuit accusator in contraueniendo statuto, ergo eo reiecto, vt reiici debet
9 per statutum, cessabunt omnia. Similiter † ex prædictis deciditur illa not. quæst. si extet statutum, quod producens falsum instrumentum cadat causa, si vterq; actor, scilicet & reus, produxerint falsa instrumenta, actor solus cadet à causa, neque poterit ipse contra reum excipientem de falso replicare etiam de falsitate ipsius rei; quia in pari turpitudine melior est conditio possidentis, *c. cùm par delictum, de reg. iur. ita Bald. in rubri. C. de fid. instr. column. decimaquinta, vers. incidenter etiam quæritur, Titius produxit. sequitur, & dicit not. Ias. in §. in bonæ fidei, num. 81. in fin. Instit. de act.*

10 Sublimitari tamen potest † hæc limitatio, vt non procedat, quando excipiens tractaret de lucro captando, replicans verò de damno euitando, *ita Bar. declarat in d. l. cùm mulier, ff. solut. matr.*

11 Sublimita & secundo, † nisi delictum oppositum in replicatione comprehenderetur etiam in accusatione virtualiter: quia tunc posset magis explicitè idem proponere in replicatione, *iuxta leg. primam & secundam, & leg. mercalem, Cod. de cond. ob turpem causam.* qui enim declarat, vel clarius explicat, nil de nouo inducit, *l. hæredes palam, §. sed cùm notam, ff. de testam.*

Subli-

12 Sublimita tertio, quando delicta tenderent ad eundem finem, & eſſent connexa, vt adulterium & lenocinium: nam ſi hæredes mariti conuenti ab vxore pro dote reſtituenda excipiant de adulterio ipſius vxoris, poterit illa replicare de lenocinio mariti, & ſic repellentur hæredes. *ita pulchre Signorol. conſuluit conſil. 50. in quæſtione. & idem tenuit Paul. conſil. 402. hac mulier, 1. volum. & Bal. conſ. 182. Petrus de Firmo, & conſil. 302. & dos prædicta. 3. volum.*

13 Sublimita † & quarto, vt non procedat in materia ſpoliationis: nam ſi agatur de ſpolio, & excipiatur pariter de ſpolio etiam eiuſdem rei, poterit tamen etiam replicari de ſpolio eiuſdēmet rei vltimo loco facto, quia vltima ſpoliatio ſemper primo loco purganda eſt. §. *recuperandæ, Inſti. de interdic. & no. in l. 1. §. qui à me. ff. de vi, & vi arm. & declarat Archid. in cap. 1. de reſti. ſpol. colum. 2. verſicu. non petierint, & probat præter eum tex. not. in l. qui poſſeſſionem ff. de vi, & vi arma.*

14 Limita tertio ſupra firmatam regulam, quod paria delicta compenſantur, & repellunt accuſantem, dummodo opponatur ante nomen accuſati receptum inter reos, quia poſt non poterit, *iuxta tex. in l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. de adult. & ita declarat Bal. in d. l. cum mulier, ſolu. ma. in 11. oppo.*

15 Limita quarto, vt non procedat, quando pœna veniret applicanda fiſco, quia tunc non repelletur. neq; admittetur compenſatio. *ita Innoc. in cap. ſicut de iureiu. ſequitur Soc. in regula 86. incip. delicta. paria. præter quem vide Alexa. conſi. 119. num. 7. in ſeptimo.* nam quando vertitur intereſſe Reip. nunquam dolus cum dolo, neque delictum cum delicto compenſabitur, *vt ibi inquit Alex.*

¶ Scio, quod Pet. de Bellapert. *in q. ſua 442. incip. in l. cum mulier. ff. ſol. matr.* in hac quæſtione, quādo paria delicta repellant accuſatorē, & quādo tollantur cōpenſatione, aliter diſtinguit: attamen quia iura per ipſum allegata non probant id, ad quod adducit, ideo non refero, neque ex eo aliquid eſt huc afferendum.

## CAP. XXXIIII.

## *Pactum & Tranſactio, quando accuſationem impediant.*

### SVMMARIVM.

1 *Pactum. vel tranſactio, de non accuſando de futuris delictis, non tenent regulariter propter turpitudinem, ſicut & alia ſimilia, & quare. ampliavt num. 2. 3. limita tamen vt numer. 4. 5. 6.*

7 *Pactum, & tranſactio de delicto præterito ſunt licita, & qua de cauſa, & qualiter intelligatur dicta regu. num. 8. & 9.*

10 *Tranſactio regulariter in criminalib. in quibus ingeritur pœna ſanguinis, & per corruptionem eſt licita, & quot producat effectus talis regula, vbi ampliatur.*

11 *Tranſactio, an teneat ex parte accuſatoris, cum hodie ceſſet pœna talionis ita vt pœnam nō mereatur, amplia vt n. 12. 13.*

14 *Pater etiam poteſt pro filio paciſci, immo & extraneus & ſufficit tacita ratificatio, & qualiter iſta procedant quando delinquens expreſſe contradiceret?*

15 *Patre offenſi tranſigente, an poterit ipſe vel offenſus accuſare, diſtingue, vt nu. 16. 17. aut actio, accuſandique ius competit ſoli patri, aut filio tantum, aut vtrique, & conclude, vt num. 18.*

19 *Auus quando præiudicet nepoti, aut agit actione prætoria, aut nomine filij. aut remittit nomine ſuo, aut etiam filij. vide ibi.*

20 *Reus etiam contumax redimere poteſt ſanguinē ſuum, & licet eidem ſe occultare, cum etiam reus confeſſus poſſit.*

21 *Tranſigimus de re dubia, paciſcimur de certa.*

22 *Tranſactione facta ſuper delicto liquido, non tamen euitabitur pœna, ſecus ſi ſuper dubio.*

23 *Tranſacto ſuper delicto liquido per confeſſionem, an fieri poſſit, vt repellat accuſantem.*

24 *Tranſigi poteſt non ſolum in publicis iudiciis in quibus ingeritur pœna ſanguinis, ſed & in priuatis in quibus ead. ingeritur pœna.*

25 *Tranſactio tenet in pœna fuſtigationis, & ſtigmatum, dummodo non ſit viliſſima perſona,*

26 *Tranſactio tenet de iure canonico, in caſibus in quib. pœna perpetui carceris eſſet imponēda, vel ex qua poteſt tradi curiæ ſeculari.*

27 *Tranſactio pœnarum, quæ reſolui poſſunt in pœnas ſanguinis, fieri poteſt.*

28 *Tranſigere poſſunt non ſolum delinquentes, ſed & pro ipſis Patres eorum, & Conſanguinei, & qui remiſſiue.*

29 *Tranſactio non ſolum aliquo dato vel retento, ſed etiam gratis facta tenet in materia noſtra.*

30 *Tranſactio valet etiam ſi non propter delictū, ſed propter eius qualitatē augeretur pœna, & infligeretur pœna ſanguinis.*

31 *Tranſactio ſuper adulterio quare non valeat, intellige de vero, & non de præſumpto adulterio, num. 32. & ſublimita, vt nu. 33. & 34.*

35 *Tranſactio impedit ipſum reum, vt non accuſet, non autem iudicem quin inquirat, & alios accuſantes per nouum proceſſum, & hoc ob publicam vtilitatem, & num. 37.*

36 *Abolitio qualiter fiat, & quid ipſa proprie ſit, & ex quibus cauſis impetratur.*

38 *Tranſigere quis non poteſt in caſibus in quibus ingeritur pœna ciuilis.*

39 *Tranſigere de iure canonico non licet, quia nunquam imponitur pœna ſanguinis.*
*Item limita, vt num. 40.*

41 *Tranſigere non poſſumus regulariter, vbi non imponitur pœna ſanguinis. Extende vt nu. 42. 43. 44. 47. 49. 51. 52. 56. 57. 58. 59. 60.*

45 *Renunciatio litis, & exculpatio offenſi non tenet, in fraudem legis.*

46 *Compromiſſum. ſeu Arbitramentum, ſicuti tranſactio prohibentur in cauſis non capitalibus.*

48 *Pax & Tranſactio æquiparantur, ideo etiam pace ſequuta non valet tranſactio in caſibus prædictis.*

50 *Tranſigens ipſe poterit ſuper eodem proceſſu procedere, quoad pœnam publicam tamen.*

53 *Falſi in crimine tranſigi poteſt.*

54 *Tranſigi poteſt ſuper pœna iam impoſita.*

55 *Tranſigi an poſſit accuſatione non inſtituta, neque ſeruatis ſeruandis in accuſatione proponēda. fallit tamen in crimine raptus, inceſtus, & adulterij: quia induceretur lenocinium.*

61 *Tranſactio vbi permittitur, exceptio iſta dicetur dilatoria.*

62 *Offenſi in articulo mortis conſtituti exculpatio, repellit hæredes exculpare volentes.*

63 *Tranſactio quæ lege permittente valet, valet etiam ſi accuſator fuiſſet in dolo, & ſic quoad beneficium rei accuſati.*

64 *Confeſſus dicitur tranſigens in caſibus, quibus tranſactio non valet, nec tenet cautela quæuis in contrarium.*

65 *Tranſigens qua proteſtatione vti poſſit, ne habeatur pro confeſſo.*

66 *Tranſigens, ſi notarius pro iis, quorum intereſt ſtipulatur, an dicatur confeſſus.*

67 *Remiſſio pœnæ gratis & precibus fieri poteſt.*

68 *Pactum & remiſſio debet fieri iusdicentis iuſſu.*

69 *Remiſſio querelæ debet fieri gratis, pecunia autem dari debet pro damnis, expenſis & intereſſe.*

70 *Remiſſio querelæ fiat gratis, & de pecunia data pro expenſis fiat ſeparatum inſtrumentum mutui.*

71 *Pactum appoſitum in remiſſione, an valeat.*

IN hac materia tranſactionis, & pacti ſuper criminib. certæ poſſunt conſtitui regulæ negatiuæ, & prohibitiuæ, quod ſcilicet non poſſit fieri tranſactio, aut pactum de delictis futuris, ſcilicet de non accuſando aliquem pro delictis per eum committendis. Altera, quod pro delictis iam commiſſis licitum eſt pactum, & tranſactio regulariter.

1 ¶ Prima ergo † proponitur regula, quod pactū de nō accuſando de delictis in futurū committendis, non valet. *l. ſi vnus. §. pacta. in fi. ff. de pact.* continet enim pactū hoc turpitudinem, & occaſionem delictorum tribuit, ideo non valet *l. pacta quæ contra. C. de pac. l. generaliter. ff. de verbo.*

*obli.* nam pacta quæ in præiudicium iuris publici sunt, seruari non debent, *d.l.si vnus.§.pacta.& l.iurisgen.§.si paciscar.ff.de pact.* & ideo Paul. *in l.conuenire, alias illud, secundum Pand.Floren.ff.de pact.dotal.* inquit : Illud conuenire non potest, ne de moribus agatur, ne publica correctio priuata pactione tollatur. Ac ne illa quidem pacta seruanda sunt, ne ob res donatas vel amotas ageretur: quia altero pacto mulieres ad furandum inuitantur. altero ius ciuile impugnatur. illud quoque nulla pactione effici potest, ne dolus præstetur. *l.si vnus.§. illud.ff. de pact. quod & probat tex. in l.contractus, circa med.ff.de reg.iur.* sic etiam videmus, quod si quis promittat non appellare, licet hæc promissio generaliter intelligatur quocunque modo læsus sit, & grauatus, *vt per Bald. in l.2. in vltimis verbis, C.de appella. per l.vlt.C.de tempo.appell.vt no.per Cano. in ca. pastoralis, de appella.* tamen si dolus iudicis vel partis intercesserit, nunquam remissus censebitur, neque pro eo remissa appellatio. *ita pulchre Bald.in cap.vt debitus, in 2.colum. de appella.quod summe commendat.Philip. Franc. in d.c.pastoralis, in octaua colum.versic.14.operatur.*

Appellatio Pacto partium Dolo non tolli tur. vide Tractatum meum de Appel.part.1. titu. 11. in Renunciatio circa fi.

2 Extende hanc † regulam, vt procedat etiam si super tali promissione vel pacto interpositum fuisset iuramẽtum, quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, *cap.inter cætera, 22.q.3.cap.quanto, de iureiur.& cap. 1.de consue.* si enim valeret tale pactum, aperiretur via iniquitati, *vt inquit Bald.in c.1.in §.item sacramenta.in vltima column.per illum tex, de pact.iur.fir.allegat Innoc.in ca. ad nostram de iureiu.sequitur Ias.in l.si vnus.§.illud.ff.de pact.& probat text. in l.iurisgen.§.& generaliter, eod.tit.& probat text. in cap. quia plerique, de offic.ord.in sexto, & in l.iurisgen.§.si paciscar.versi.& generaliter ff.de pact.ibi, nec iusiurandum de hoc exactum, ne quis agat seruandum.*

Statutum. 3 Extende secundo, † vt procedat etiam si per statutũ fieret lex, quod quicunque hominem occiderit, & bannitus fuerit, soluendo centum liberetur: nam si tale statutum spectat delicta, & banna præterita, valebit; secus si spectet futura, ne scilicet detur materia delinquendi, *hoc tradunt Bart.Bald.& alij in l.cum lex, per illum tex.ff.de leg. idem tenet Bart.in l.omnes populi.in 6.q.princ.in versicu. quid de tempore ff.de iusti.& iure.& in l.2.in fi.ff. de condi. & demonst. Bald.& Salyc.in l.leges, & constitutiones, C.de legi.Abb.in c.2.de constit.Anto.& Imola in cap. fi. eo. tit.* quæ comprobantur: quia cum valeat argumentum de pacto ad statutum, *iuxta not.per omnes in l.non impossibile, ff. de pact.* si non potest per pactum remitti dolus futurus, ergo non poterit etiam per statutum, licet sciam periculosum esse hoc argumentum de pacto ad statutum.

4 Limita primo † prædictam regulam, vt procedat in expresso pacto: secus in tacito, vt videtur probare text. *in l.si vnus.§.illud nulla.ff.de pactis.* vbi dicitur, quod nulla pactione id effici potest, ne dolus præstetur, quamuis si quis paciscatur, ne depositi agat, re ipsa id pactus videtur, ne de dolo agat, & pactum proderit. & licet Ias. ibi hoc non teneat, dicens istum intellectum ad illum text. non esse bonum; attamen Specul. *in titu.de accusatore, nu. 13.* tenet hanc limitationem, allegat cap. veniens, *de accusa.* vbi qui falsus est se in prima accusatione calumniasse, & ideo veniam petiit, tacite videtur pactũ fecisse de non accusando, quare si accusauerit, reiicietur. & ratio est, quia in talib. tacitis pactis nil exprimitur de delicto, nil mirum si expressa nocent, non expressa non nocent, *l.expressa.de reg.iur.* Hanc quoque limitationem sequitur Odofre. *in d.§.illud nulla.* pro qua facit: nam non est nouum, quod tacitum teneat quod expressum non tenet. nã & cautio vsufructuarij de vtendo arbitrio boni viri, potest remitti, licet videatur per remissionem hanc dari occasionem dolo futuro: nam non remittitur expresse, sed in consequentiã, & tacite, *Bald.in l.1.in fi. C. de vsufru.* iste enim dicitur dolus præsumptus, & ideo tacite remitti potest, *vt ibi per Bald.qui allegat d.§.illud nulla.*

5 Limita secundo, † vt non procedat in pacto de remittendo dolo præsumpto, puta de remittenda lata culpa, quæ dicitur dolus præsumptus, cum dolo æquipare tur, *vt post Bar.tradunt omnes in l.quod Nerua.ff. depos.* Quòd autem lata culpa etiam de futuro remitti possit, no. Dy. *in regula contractus, de reg.iur.in sexto, & facit tex.in l.si vt certo.§.interdum.ff.commo.& tradit Alex.in l.si mora, colum.1.fol. mat.& Ful.consi.25.spectabilis miles, colum.pe.sequitur Dec. in l. contractus.ff.de reg.iur.nu.43.* & præsertim quando tacite remitteretur, vt ibi per Dec. qui licet dicat, quod aliqui in d.§.idem nulla, contrarium tenuerint, tamen quod ista est communis, & tenenda.

6 Limita tertio, † nisi pactum principaliter concerne ret fauorem tertij, qui pro delinquẽte teneretur, vt filius pro patre: quia tunc etiam de delicto committẽdo valebit sicut statutum vel reseriptum, *Bald. in l. rescripta, nu.4.C.de preci.Imperat.off.Aret.in l.3.nu.4.in fi.ff.de testam.* & dicam infra in c.sequenti, de abolit. in secunda specie abolitionis, scilicet priuata, & speciali, dum tractabo, quod indulgentia, & abolitio de futuris non valet.

7 ¶ Secunda regula † principalis est, quod licet paciscí de non accusando pro delicto præterito. *l.si vnus.§.pacta. versic.* sed post admissa hæc paciscí possumus, & probant omnia, quæ supra deduxi ad comprobationem primæ regulæ, arguendo à contrario: nam si non valet pactum de remittendo futurum delictum, ergo valebit de remittendo præteritum: quia cessat ratio illa, quam timet lex, ne scilicet præstetur occasio delinquendi in futurum. & est ratio huius regulæ, quia quilibet potest renunciare fauori suo, & volenti non fit iniuria, neque dolus, *l.1.§.vsque adeo.ff.de iniur.l.cum donationis.C.de transa. cap.scienti, de reg.iur.in 6.& probat etiam hanc regulam text.in l.ob res.ff.de pact.dotal.*

8 Intellige tamen † prædictam regulam, vt procedat quoad interesse remittentis, & promittentis de non accusando, secus quoad interesse publicum: quia poterit officialis denunciare, vel iudex inquirere, & ideo inquit tex. *in l.si vnus §.pacta.in fi.ff. de pact.* dum dicitur, item ne experiar interdicto, vnde vi, paciscí non possumus, quatenus publicam causam contingat. & in summa inquit tex. si pactum à re priuata remotum sit, non est seruandum. & ad comprobationem inquit tex. *in l.iurisgentium. §.si paciscar.ff.de pact.* si paciscar, ne iudicati vel incensarum ædium agatur, hoc pactum valet: si paciscar, ne operis nunciationem exequar, quidam putant non valere pactionem quasi in ea re Prætoris imperium versetur. Labeo autem distinguit, vt si ex re familiari operis no.nunc.fit facta, liceat paciscí, quod si de publica re, nõ liceat. quę distinctio vera est; & in cæteris igitur omnib. ad edictum prætoris pertinentibus, quæ non ad publicam læsionem, sed ad rem familiarem respiciunt, paciscí licet, nam & de furto paciscí lex permittit.

9 Et prædicta † locum habent, & intelligenda sunt, antequam reus accusetur, & nullo dato per reum delinquentem aut recepto per offensum vel illum, qui accusare poterat. Nunc videndum quando possit fieri transactio aliquo dato vel recepto, & quãdo liceat reo accusatorem corrumpere, etiam postquam accusatio sit producta & nomen inter reos receptum, adeo quod ex tali transactione repellatur ab accusando: licet si considere mus tempus, quo accusatio iam sit recepta, excedimus terminos huius capituli, quo quærimus, quando accusator repellatur à porrigenda accusatione. Verum propter materiæ affinitatem non incongruum erit, aliquid etiam de vtroque tempore proponere, vt materia *l. transigere C.de transact.* absoluatur.

10 ¶ Tertiam ergo † constituo regulam, quod in iis criminibus, in quibus venit ingerenda pœna sanguinis, licet reo quocunque modo etiam per corruptionem transigere cum eo, qui potest accusare, ne accuset. *leg. transigere.C.de transact.* & ratio est, quia ignoscendum est ei, qui sanguinem suum qualitercunq; redemptum voluerit. *l.2.ff.de bo.eo.* Et ista regula tres producit effectus, *vt per Paul.Ale.Ias.& alios in d.l.transigere.* primus quia non impone-

imponetur pœna reo transigenti & corrumpenti accusatorem, quæ alias imponeretur ei, qui accusatorē corrumpit, *iuxta l.imperatoris.ff.de iure fisci.* secūdus, quia trās igens non habebitur pro confesso, prout alias haberetur. *l.fi.ff.de præuar.l.eius, qui delatorem in prin.ff.de iu.fisci.*

Tertius effectus, & iste attingit materiam, quam præ manibus habemus, quia accusator cū quo facta est transactio, nō poterit amplius accusare etiam in casu, in quo alias posset ex nouo processu. *l.3.§.si is.ff.de sepulch.violato, iuncta l.qui destitit.ff.ad Turpillian. & declarat Bartol. in l. maritus.§.si negauerit.ff.de adulteriis, & in d.l tranſigere, in vlt.col.*

Quartus est effectus præter Iasi.ibi, num.3. qui prędictos tres effectus ponit: quia talis transactio impediet processum ad vlteriora, si iam erat inchoatus, *vt tradit glos. & Bar. in d.l.transigere, per l.secundam ff.de aboliti.* 12

¶ Extende primo hanc regulam, vt procedat tam in accusato, quàm in accusatore: nam licet ipse desistens incidat in Turpilianum, toto titulo.ff. & C. ad Turpili. tamen quia ipse se subscribit ad pœnam talionis. *l.fina.ff. de accusatio.* quæ pœna est eadem cum illa, qua tenetur accusatus, ideo vt redimat etiam se ab illa pœna, licita erit transactio, etiam ex parte sui. ita tenet Bart. Bald. & communiter omnes *in dicta l.transigere.* licet glos. *ibi in verbo prohibitum.in princ.* teneat contrarium, quam etiam sequitur Fulg. tamen cōmuniter reprobatur: vt dixi: quia militat eadem ratio redēptionis sanguinis; ergo idē ius. 13

Item quia l.transigere, generaliter loquitur: ergo generaliter tam in accusatore, quàm in reo intelligenda. quinimo transactio potius respicit personam actoris, quam rei. *l.2.C.de transf.* 14

Item quia accusator, & reus sunt correlatiua, ideo in vno dispositum, censetur dispositum & in alio. l.fina.C. de ind.vid.toll.

Sed pulchra hic † succedit dubitatio, nūquid ex quo hodie cessat, & in desuetudinem abiit pœna talionis, *vt tradit Barto.in l.penul.§.ad crimen.ff.de publ. iud. & tradit Angel.in l.libellorum.ff.de accus. & Spec.in tit.de accu.§.1.versi.* nec mirū, an ex parte accusatoris valeat transactio, ita vt pœnam non mereatur. & videretur dicendum, quod non, quia cum cesset ratio legis, debet cessare & ipsa lex, & præsertim cum ratio ipsa correcta sit, *vt est glos.not. in l.1. ff.de legi.tut.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patrona. Bartol. in d. l.transigere,* distinguit dicens neminem animaduertisse, quòd aut quærimus, an accusator transigens puniri debeat pœna talionis corporali: & concludendum quod non, quia permissa est lege trāsactio ipsa: aut quærimus, an puniatur pœna Turpiliani, quæ est pecuniaria, videlicet quinq; libr. auri. *l.3.ff.de præuarica.* & hoc casu dicendum, quod puniri poterit: quia cessat ratio redemptionis sanguinis, idem tenet Bartol. *in lege maritus, §.si negauerit.ff de adult. Baldus, Paul. Angel. Sal. & Alexa. in d.l.transigere. & ista vere est communis.* Ego tamen cum Iasi. contrarium puto verius, quod s. nulla pœna puniatur accusator ex rationib. supra deductis, videlicet quia lex generaliter loquitur, neque considerat personam rei tantū. & ideo quod fit lege permittente, pœnam non meretur. *l.Gracchus.C.ad l.Iul.ff.de adul.* Item quia sic accusator, qui credidit se impune posse facere transactionem sub legis authoritate circumueniretur, contra l.1.in fi.C.de iis qui ven.æta.impetra. Item quia per indirectum subtraheretur reis hoc beneficium transigendi & redimēdi sanguinem suum cum publicata hac lege, quod accusator transigens puniretur pœna pecuniaria Turpiliani, nullus reperiretur qui vellet transigere timens pœnam. Item quia cum res est dubia, & varij varia senserint in dubio iudex in mitiorem partem inclinare debet, vt s. absoluendus sit, nō condēnandus, *iux.reg.l. Arianus.ff.de act. & obli.* Item quia correlatiuorū natura suadet, vt permissum in vno, censeatur & in alio permissum. *vt supradictum est. & hanc etiam opi.tenet Rim. & Alcia. in d.l. transigere.* pro qua opin. adde rationem: nam l.transigere, non respicit personas, sed delictum, dum dicitur transigere de crimine capitali. ergo cum in rem loquatur, debet extendi ad omnes personas, *l.metum.§. animaduertendum.ff. quod met.cau. & eandem opi.sequitur Bolog.in d.l. transigere.nu. 24.* Sed puto considerari posse casum, in quo accusator punietur, & non habebit locum l.transigere, quando s. accusator dedisset aliquid reo, vt transigeret timens ipse puniri pœna Turpiliani & calumniæ. nam hoc casu, quia cessat fauor rei & causa principalis, propter quam inducta est d.l.transigere, de qua in l.1.ff.de bo.eo.cessabit & dispositio, quod puto notandum, *& videtur etiam hoc sentire Cur.iun.in d.l.transigere.nu.6.*

Secundo † extende, vt procedat prædic.reg. nedum in transactione, quando s. aliquid datur à reo, & ab accusatore accipitur, sed etiam in pacto gratuito, quia text. est apertus in d.l.transigere. ibi, transigere vel pacisci, vt communiter omnes tenent hunc intellectum, quod illa alternatiua ponatur inter diuersa in d.l.transigere, *in gl.in ver.non licet.*

Tertio extende, † vt procedat nedum in publicis criminib. sed etiā in priuatis, dum tamen & in eis esset pœna sanguinis imponenda, vt in furto hodie, quia l. transigere, qualitatem pœnæ considerat, non titulum crimi nis, *arg.tex.in l.quod ad statum ff.de pœnis, vt tenent omnes in d. l.transigere, quos ibi refert Iasi.nu 3 in fi.*

Quarto extende, † vt procedat nedum si ipse delinquens transigeret, sed alius eius nomine, vel etiam simpliciter: puta pater vel quilibet alius consanguineus: nā quoad patrem, cū sit vna & eadem caro, *l.fi.C.de imp. l.isti quidē.ff.quod me.cau.* certe sanguis filij potest dici vere sanguis patris. sed idem etiam si alij consanguinei transigāt, *iux.l.2.3. & 4.ff.de lib.cau & l.lex Cornelia.cum gl.ff.de iniur. & hanc opi.tenet Rim in d.l.transigere, col 2 & Cur. num.11. ver.tertia dubitatio,* & Alc.col.3. & Bolog. n. 26. quinimo tenet, quod quilibet etiam extraneus poterit *per l. non tantum, ff.de app & per d.l.2. & 3.de lib.cau.* Et licet Bolo. ibi dicat hoc sibi placere, dūmō accusatus ratificet, dico, ꝙ non requiritur expressa ratificatio, sed sufficiat tacita, i. si non contradicat. *iux.l. qui tacet, de reg.iu. & no.late per Iasi. in l.quæ dotis.ff.solut.ma.* quod si ipse delinquens expresse cōtradiceret, quia vellet vel de innocentia eius per sententiam constare, vel quia vellet omnino accusatorem puniri de calumnia, teneo in eius præiudicium valere non potuisse, non modo si extraneus eius nomine, sed etiam si consanguineus transegisset, imo & si ipsemet pater: quia cum vt valeat talis transactio, sit in ipsius fauorem introductum, non debet hoc in eius odium retorqueri. *l.quod fauore, de legi.cum concor.* Neq; his obst. l. non tantum.ff.de app. vbi quod licet appellare etiā pro inuito: quia illud est, postquàm lata est sententia contra eum, & sic stat sententia, per quam omnino puniendus, nisi appellaretur. Hic autem res adhuc dubia, cum penderet lis, ideo cum reus velit expectare sententiam confisus sua innocentia non est impediendus, cum & publice interfit, quod calumniatores puniantur, toto titul. de calumn.

Quæ quidem † optime vī procedere respectu rei: sed maius est dubiū respectu accusatoris, an s. si pater offensi, vel accusatoris remittat, & trāsigat, an poterit inuito offenso, & an ipse offensus poterit accusare, vel potius repellendus sit. Exemplum poni potest, si filius fam. occisus sit, cui natus sit posthumus in potestate aui, *iux.§.1.Inst.de pat.po.* auus transigit cū occisore filij. nepos postea effectus maior, vel mortuo auo, & tutores posthumi pupilli volunt accusare, dubitatur, an sint audiendi vel repellendi ex vi transactionis? & cōis est opi. Scrib. *in l.sed & si vnius.§.filiof.ff.de iniu.* ꝙ pater possit remittere etiam filio inuito iniuriam factam ipsi filio. & quod ea remissa, non possit filiusmet agere, & minus alij fratres offensi. Sed quia huic communi conclusioni multum obstare vī tex. *in l.lex Cornelia.§.illud.ff.de iniur.* ideo breuiter pro concor. varij varia dixerunt: nam Alber. *in d.§.illud,* vno modo distinguit, & Ang. *in d.§.filiofam.* aliter, & demum

Bologn.

Bologn. *in d.l. tranſigere, nu. 31. & ſeq.* aliter quoque diſtinguit plures caſus faciendo.

Verum quia mihi non ſatisfaciunt d. diſtinctiones, quæ in locis præallegatis videri poterunt, ideo puto aliter & præter Scribentes terminandam hanc quæſtionẽ per talem diſtinctionem.

16 Aut actio,† ſiue ius accuſandi competebat ſoli patri regulariter, aut competebat ſoli filio, aut communiter competebat vtrique.

Primo caſu ſi competit ſoli patri priuatiue, ſcilicet ad filium: & tunc vera ſit concluſio communis, quod pater tranſigendo præiudicat filio. Exemplum actio iniuriarum prætoria, quæ competit pro dicto tantum non pro facto, competit ſoli patri priuatiue ad filiũ, niſi pater ſit abſens, vel vilis perſona, *text. eſt in l. ſed & ſi vnius. §. ait prætor. ff. de iniur:* ideo & procurator patris præfertur filio in hac actione prætoria, *d. l. ſed & ſi vnius. §. procuratorem.* Ideo nimirum ſi remiſſa iniuria per patrem filius agere non poteſt, quia prætor non dabat actionẽ filio, ſed patri, & eius eſt remittere, cuius eſt & accuſare. *l. nolle adire. ff. de acqui. haredi.* vbi non dicitur repudiare hæreditatem, qui non poteſt adire. & dicit Vlpian. *in l. eius eſt. ff. de reg. iur.* quod eius eſt nolle, qui poteſt & velle, *& ita procedit tex. & comm. opinio omnium Scribentium, in d. l. ſed &* 18 *ſi vnius. §. filiusfam. ff. de iniur* quod ſ. remittente patre accuſationem vel actionẽ ſibi ſoli competentem, vt eſt actio iniuriarum, prætoria non poterit filius vel alius agere.

17 Secundo caſu,† quando actio competit ſoli filio, vel accuſatio, non autem patri, prout eſt actio iniuriarum ciuilis, quæ competit ex l. Cornelia, quando iniuria facto eſt commiſſa, non dicto in tribus caſibus, *de quibus in l. lex Cornelia, in prin. de iniur.* quæ actio ſoli filio, vt dixi, cõpetit, non patri, *vt eſt tex. clarus in d. l. lex Corneli. §. illud. ff. de iniur.* & tunc pater non poteſt remittere in præiudiciũ filij, *vt probatur in d. § illud.* & eſt ratio, quia ius ciuile eam actionem ſoli filio dedit vti offenſo, prætor autem coadiuuando ius ciuile dedit ei prætoriam, *vt dicitur in d. §. illud,* & ſic ſunt duæ actiones ſeparatæ & diuerſæ: vna, quæ datur ſoli patri, quæ & per ipſum ſolũ regulariter remitti poteſt: alia, quæ datur ſoli filio, atq; ideo per ſolum filium remittetur, quod eſſe poteſt: quia non tenetur filius in ea actione ciuili cauere patrem ratum habiturum, *vt inquit tex. in §. in lege, qui ſequitur d. §. illud.* & tamen ſi pater, vel procurator eius agat, tenetur cauere etiam filium ratum habiturum. *l. ſi ſine. §. qui patris, qui eſt fin. ff. rem rat. hab.* & probatur etiam, quia filiusfam. in a- 20 ctione iniuriarum, intellige ciuili, procuratorem conſtituere poteſt. *l filiusf. §. 1. & §. ſed & filia fam. ff. de procu.* & tamen ſolus ille conſtituere poteſt procuratorem, qui habet actionem ſuo nomine. *l. ſed & ſi vnius. §. idem Iulia ff. de iniur.* & comprobãtur etiam præmiſſa, quia actio prętoria, quæ datur patri, datur ex eo, quia ipſe offenſus dicitur ex offenſione facta filio, & ideo pater, & filius agere poſſunt non eadem actione, ſed pater pro ſua iniuria propter affectionem & amorem, quo filium proſequitur, ex quo ipſe iniuria affectus videtur, & filius agit pro ſua, & per conſequens diuerſa fieri poteſt æſtimatio, cũ poſſit propter dignitatem filij maior ipſi quàm patri iniuria facta eſſe, inquit text. *in l. ſeruo. §. fina. cum l. ſequen. ff. de iniur.* Et facit etiam ad confirmationem, quod patermet duobus iudiciis ſuam iniuriam & eam, quæ eſt filij proſequi poteſt, *l. pater. ff. de iniur.* & ideo inquit etiã tex. *in l. 1. §. fi. ff. eo.* quod vnius actio per alium non conſumitur. & ſic patet, quod alia eſt actio, quæ datur pri; alia quæ datur filio, non eadẽ. nã & duplex iniuria conſideratur, vna facta patri, altera filio. videmus. n. q; ſi quis iniuriam faciat filiof. quem credebat patrem fa. non dr facta iniuria patri, & ideo ipſe agere non poterit. *l. eum qui. §. fi. ff. eo. de iniur.* Nimirum ergo ſi diuerſæ ſint iniuriæ, diuerſæ ipſarum æſtimationes, diuerſæ etiam actiones, & diuerſæ iniuriæ, ſi vnius remiſſio alteri non nocet, quoad aliam actionem, quæ illi vti diuerſa competit.

Tertio caſu, quando actio eſt communis & patri, & filio, quæ vna eſt, non aũt diuerſa. i. altera ciuilis, altera prætoria, vt ſup. dixi in præcedenti caſu, vt eſt exemplũ in l. 1. §. fi. ff. de iniu. vbi ſi vxori meæ, quæ erat filia Titij viuentis facta ſit iniuria competet actio iniuriarum mihi, & patri eius, & ipſi iniuriam paſſæ, neq; vnius actio per alium conſumi poterit, vt inquit ibi tex. ergo etiam in his ſic communibus tranſactio vnius non præiudicat alteri, quia æque principaliter omnib. iſtis eſt communis, ſed ipſis concurrentib. erit locus prælationi, vt cuius maior eſt iniuria, is præferatur. & eſt ratio, quia licet proueniant iſtæ actiones ex eodem fonte, attamen conſiderantur, vt diuerſæ: nam aliter exiſtimabitur iniuria patris, aliter mariti, aliter ipſius filiæ, *vt eſt text. in l. eum qui. §. ſi nupta. ff. de iniur* Hæc. n. actio non datur priuatiue ad filiam, ſed cumulatiue. Sic & in adulterij crimine actio proueniens ex l. Iulia, communis eſt marito & patri, ſed ſi concurrant, maritus præferretur, quia maior eſt ipſi facta iniuria, *vt eſt tex. in l. 2. §. ſi ſimul, qui eſt fi. ff. ad l. Iul. de adul.* Et ideo in eo iudicio filius fa. maritus poteſt etiam inuito patre accuſa. inſtituere, *l. inter liberos. §. filius fami. ff. eodem de adult.* & etiam eo ignorante. *l. filius fam. ff. eodem.*

Ex quibus concluditur,† quod pater per tranſactionem ſibi præiudicat, ſed filio non præiudicat, niſi vno caſu tantũ, quando ſ. pater vellet agere actione prætoria pro iniuria illata filio, quia hæc ſibi ſoli priuatiue, non cumulatiue competit, *vt ſupra dixi,* & ſic contra cõmunem omnino tenendum, quæ volebat, quod omni caſu tranſactio facta per patrem præiudicaret filio.

Quo vero ad quæſtionem de nepote, & auo propoſi- 19 tam, ſic definiri poteſt,† quod aut agit actione prætoria, quæ ſibi ſoli competit, & tunc certe præiudicat nepoti; aut agit nomine filij actione l. Corneliæ ciuili, & tunc quia eſt tanquam legitimus filij adminiſtrator, ſi nomine ſuo, & filij remittit, puto, quod poſſit præiudicare: nam licet tutor non poſſit remittere ſine cauſæ cognitione, *iuxta no. in l. pactum procuratoris. Codi. de pact.* attamen id condonandum puto amori paterno, vt in eo cauſa remittendi iniuriam præſumatur propter amoris vehementiam, de quo lex multum confidit. *l. iſti. quidem. ff. quod. met. cau.* ſed id eſſe neceſſarium puto, vt non ſimpliciter nomine ſuo remittatur, ſed etiam nomine filij: quia ſi ſimpliciter, & nomine ſuo, cenſeretur iniuriam propriam remiſiſſe, non filij.

Quinto extende,† vt procedat nedum in reo præſente, ſed etiam contumace, quia militat eadem ratio redimendi ſanguinem ſuum, quæ eſt baſis huius regulæ: & quia licitum eſt reo ſe occultare, *vt per Bartol. in l. 1. ff. de bon. eorum, & ita tenet hic Curt. poſt alios modern. ſub numer. 12. verſic. quinta dubitatio.* pro qua addo optimum fundamẽtum: nam ſi quando etiam crimen eſt liquidum, imo & confeſſum, licita eſt tranſactio, vt infra deducam in ſequen. extenſionibus, ergo multo magis idem in contumace, qui ficte pro confeſſo habetur. Et licet Cacciallup. *in d. l. tranſigere, quem refert Curt. vbi ſupra.* contrarium videatur tenere, motus ſola authoritate Bart. *in quæſtione ſua prima incip. Lucanæ ciuitatis ſtatuto, colum. vltima, nume. 33.* vbi reſpondendo ad d. l. tranſigere, in ſecunda ſolutione, dicit, quod lex tranſigere, loquitur in præſente & obediente, ipſe autem loquebatur in contumace. quæ diuerſitatis ratio comprobatur per Bart. ex coniunctione duarum legum, videlicet. l. reo. ff. de ſolu. & l. fin. ff. de requir. reis. vbi in quæſtione, an reo accuſato dandi ſint fructus bonorum ſuorum, dicitur, quod aut erat præſens, & ſe defendebat, & tunc dandi ſunt, *& ita procedit text. in d. l. reo.* aut erat contumax, & abſens, & dandi nõ ſunt, *& ita procedit d. l. fi. in fi. de requiren. reis.* Attamen hæc non me remouent à prima opin. nam quod attinet ad Barto. authoritatem, ipſe in hac ſolutione non reſidet ibi, ſed tranſit ad aliam tertiam, vt ibi. Neque obſt. diuerſitas inter contumacem, & præſentem: quia fateor,

quod

quod magis odiosus est contumax quam præsens, tamen non ideo sequitur, quod ei prohibeatur trãsactio; quia conceditur,& permittitur, non quia dubius foret litis euentus,cum se defenderet, quo casu procederet d.oppositio,nam cessaret ratio, ex quo non vult se defendere:sed ratio est causa miserationis, cum liceat vnicuique,& quoquo modo sanguinem suum redimere, *d.l.1.ff.de bo.eo.* quæ ratio cum militet etiam in contumace,nil est,cur idem ius non sit statuendum,iur.vulg.

Sexto extende, vt procedat etiam si crimen esset liquidum,*hoc tenet Salycet.in dicta l.transigere,in prima oppositio.C.de transact.& probat per illum textum, ex mente gloss.1.*
21 *ibi dum dicitur in tex.transigere, vel paciſci.* † Transigere enim est de re dubia,& incerta,*l.transactio.eo tit.* pactum autem de re liquida & certa.*l.1.qua vtrumque etiam probat. ff.de transact.& sequitur etiam Purpur.in d.l. transigere, num. 29.*pro sua opin.facit,quia ratio redimendi sanguinis ita proprie militat hoc casu,immo & multo magis, quàm quando est incertum.

Reperio tamen ego,quod Barto.*in d.q.1.incip.Lucana, d.nu.33.*contrarium expresse tenuit in hoc. & mouetur,
22 † quia post crimen liquidatum non diceretur transigi de crimine,sed de pœna,quod non licet,arg. eius quod no.Dyn.*in cap.in obscuris,in fi.gl.de reg.iur.in 6.* vbi quod in criminalibus sequimur semper mitiorem partem,quãdo delictum vel qualitas eius est incerta:at quando certa sunt hæc, tunc præponderabit fauor publicæ vtilitatis,quod delicta non remaneant impunita. Verum his non obstantibus teneo opi.Saly.per supradicta, neque me mouet ratio Bart.quia dico,quod licet super accusatione facta de delicto liquido possit fieri transactio,dico quod non, ideo euitabitur pœna: nam iudex & quilibet alius poterit accusare vel inquirere, & punire,& sic delictum non remanebit impunitum,vt tradunt omnes *in d.l.transigere,& inf. dicemus in limit.* sed loquimur nos tantum ad impediendum ipsum accusatorem,qui transegit,ne vlterius vel accuset,vel accusationem prosequatur.

23 Dicebat tamen † Purpur.loco de quo supra, quod si delictum foret liquidum per confessionem, quod eo casu non esset licita transactio:quia videmus, quod appellationi non potest renunciari,*l. non tantum.ff. de appel.* & tamen stante confessione appellari non potest, *l.2. quorum appell.non recip.*Item quia confessio sententiæ æquiparatur. *l.1.ff. de confess.* sed post sententiam non admittitur transactio,*l.post rem.ff.eo.*ergo.Ego tamẽ& huic opinioni assentiri non possum: quia dico, quod satis est, quod transactio etiam cum confesso operabitur hunc effectum,quod transigens repelletur ab accusando,& processum prosequendo,non tamen ideo euitabit pœnam, quin scilicet à iudice ex officio procedente tanquam confessus puniri possit. Nunc enim non tractamus, an transactio liberet à pœna & à processu in totum, ita vt perpetuum imponatur silentium, sed tantum an & quando transactio repellat transigentem à processu vel ab accusatione,& ideo rationes per Purpura. allegatæ non obst. quoad hunc effectum, sed tantum quoad hoc, vt possit non obstante transactione puniri,de quo nunc non tractamus,sed alibi erit locus suus.

24 Septimo extende, † vt procedat non tantum in capitalibus,& publicis iudiciis,& in iis, in quibus ingeritur pœna sanguinis,sed etiam in priuatis iudiciis,in quibus pœna sanguinis infligeretur, & ita communiter omnes tenẽt,nullo excepto,*in d.l. transigere, & omnes Cano.in cap.1.de collu.de tegen.*Et quanquam l.transigere, loquatur de publicis iudiciis,tamen id ei exprimitur ratione frequentioris vsus, cum raro extra publica iudicia pœna sanguinis ingeratur,*vt ibi declarant omnes.*

25 Octauo extende, † vt procedat etiam in crimine. quo imponenda est pœna fustigationis vel stigmatum, cum sint maximę pœnæ,& corporis afflictiuæ, præsertim si non sit abiecta, & vilissima personã. *vt concludunt omnes in d.l.transigere,& est communis.*

26 Nono extende,† vt procedat etiam de iure canonico in casibus,in quib. pœna perpetui carceris est imposita vel alia grauissima, vel ex qua potest tradi iudici seculari, qui pœnam sanguinis imponet, secundum ea, quæ notant Cano.*in c.cum non ab homine,& c.at si clerici,de iud.& in cap.ad abolendam,de hæret.& in cap.1.de homi.in sexto* & hanc extens.tenuit Abb.*in c.1.de collu. de te.* cuius opin. sequor,quanquam communiter Scrib. *in d.l. transigere.* contrarium teneant,moti hac sola ratione, quia ratio l.transigere,est pœna sanginis,& ideo in aliis non verificatur.Sed vere ista ratio non concludit, quia satis est, quod pœna perpetui carceris est adeo corporis,& mentis afflictiua, & multi nobilioris animi præcuperent mortem quam talem pœnam.

27 Decimo extende,† vt procedat in omnibus iis delictis,& pœnis, quæ licet primo forent pecuniariæ, tamen resolui possunt in pœnam sanguinis,vt si extet statutum,quod condemnatus pœna pecuniaria soluat intra mensem,alias ei amputetur manus: nam licet quis primo sit condemnatus pœna pecuniaria, tamen quia potest in pœnam sanguinis deriuare,ideo transactio valebit inspecto eo,quod euenire potest,*iux.l. non intelligitur.§.si quis palam.ff.de iure fisci, & hanc extensionem tenent Bal.Sal.& Alcia.& Bolo.in d.l.transigere.*

28 Vndecimo extende,† vt non modo liceat delinquenti transigere, vt redimat sanguinem suum, sed idem liceat etiam patri,& consanguineis delinquentis, enumeratis per text.& *gl.in l.lex Cornelia.ff. de iniuriis, & hoc per l.2.& 3.ff.de lib.cau.* nam & in criminalibus hæc æquiparantur quod quis suam vel suorum prosequatur iniuriam *l.vxor.l.non prohibentur.Codic.qui accu. non possunt.* nam & iniuria facta consanguineis meis, dicitur mihi facta,*dicta l.3.ff.de lib.cau.& hanc opin.tenet in specie Rimi.in d. l.transigere,& sequitur ibi Bolo.numero vigesimosexto,* Quibus addo: nam si licet mihi hominem occidere volentem occidere consanguineum meum,*vt tradit Barto.& omnes in lege vt vim.ff.de iust.& iu.* multo magis licebit transigere.idem dicas licere tutori vel curatori pro pupillo.*l.interdum.§.qui tutelam.ff.de fur.*seruata tamen forma,de qua per gloss.& Doct.*in l.pactum curatoris.C.de pac.*vide tamen circa hoc Gandi.qui aliter distinguit, *sub rub. de transf.& pac.in mal.nu.22.*

29 Duodecimo extende, vt procedat prædicta regula, siue transactio proprie fiat secundum ipsius transactionis terminos, aliquo scilicet dato, vel recepto, siue fiat in vim pacti gratuiti: quia vtrumque casum comprehendit expresse dicta l.transigere,*vt ibi notant omnes.* siue etiam fiat in vim pacis,dummodo fiat per viam contractus impedientis processum:*vt declarat Alber. in secunda parte statu. quæst.125.* secus si pax simpliciter fieret ad remissionem odij tantum & rancoris, quia tunc non impediret accusationem per viam iustitiæ, *vt tradit Io. Fab.in §.fin.Inst.de iniur.& Bar.in l.non solum, §. iniuriarum.ff. de iniur.plenius Iason in l.si tibi.§.quædam.ff.de pact.Abb.in capitul.primo de iniur.cum concord.de quibus per Fely.in c. de his, col. fi.de accu.*

30 Decimotertio extende,† vt procedat etiam, si accusatio esset de crimine, pro quo de iure communi non ingeritur pœna sanguinis, sed accusator petiit puniri pœna sanguinis,addendo qualitatem aliquam, per quã posset induci iudex ad augendam pœnam. nam hoc casu etiam valebit transactio, quia attendi debet, quod est in accusatione deductum.*l.cum quædam puella,§.fi.ff. de iur.om.iud.l.quod libellum,C.de fide inst. & iure hastæ fisc.libro 10 hoc tenet expresse Alber.in d.l.transigere,& sequitur ibi, & declarat Aquen.*

31 ¶Limitatur † modo hæc regula primo, vt non procedat in adulterio, quia super eo transactio non valet, *vt expressus est tex.in d.l.transigere,& ibi omnes Scrib.*quæ autẽ fuerit ratio huius exceptionis, late tradunt Scriben.*in d.l.transf-*

*d.l.transigere*,& ego ad plenum retuli, & nouam addidi: sed quia lex scripta est & clara, ideo hic non est locus disputationi,sed ibi videndum.

32 Sublimitatur tamen † præd.conclusio, vt non procedat in adulterio præsumpto, sed tantum in vero, *vt tradunt ibi Bal.in 10.oppo.& Ang.Saly. & Iason. & Alexan.* videlicet quando trina denunciatio præcessit contra adulterum à marito facta, ne illac pertransiret, neque cum vxore colloquatur. nam si pertinaciter continuet in sollicitatione vxoris contra d.tres monitiones, habe tur pro adultero,& poterit occidi,*iuxta §.1.in Auth. vt lice.ma.& auiæ,in auth siquis ei.C.de adul.*& ratio huius sublimitationis est,quia lex loquens in casu vero,non extenditur ad fictum vel præsumptum,*Bar.in l. omnes populi.ff. de iust.& iure.& in l.3.§.hæc verba.ff.de neg.gest.*

33 Sublimitatur † secundo,quod dictum est de adulterio,vt procedat in transactione,qua aliquid datur,secus in pacto gratuito.*hoc tenuit Azo in summa de transa. versi. in criminalibus autem.& Gofr.in summa.in tit.de transa.ver.in criminalibus autem.* Alberic.tamen *in d.l.transigere,nu.7.ver. vnum mirabile dicit.* Azo tenet post Odofred. contrarium ex generalitate *d.l.transigere.*quæ opin. mihi quoq; placeret,quia daretur materia fraudib. dicerent enim pactũ esse gratuitum,licet vere foret transactio aliquo dato.

34 Sublimita † tertio,nisi tacite videatur pactum fecisse de non accusando, vt in eo, qui repudiauit vxorem ob adulterium mox quasi nouo matrimonio contracto eam in domum reduxit: nam non poterit postea accusare,tanquam tacite approbando eius mores videatur pactus de non accusando.*l.si vxor.§.fi.de adul. Gandi sub ti. qui accu.poss.nu.22.*

35 Limitatur † secundo, vt transactio impediat ipsum reum,ne possit accusare vel accusationem prosequi, alios autem non,neque etiam ipsum iudicem, quin vel alij per nouam accusationem & nouum processum,vel iudex per inquisitionem procedere possint contra reũ. *ita omnes,nemine excepto,tenent in d.l.transigere,vbi Bart.num. 8.per l.qui cætu.§.vlt.ff.ad l.Iul.de vi pub.* Quia cum publice interest delicta puniri,tale ius publicum pactis priuatorum tolli non potest.*l.ius publicum.ff.de pact. l.iurisgen. §.si paciscar,eo.tit.*sed tamen super eodem processu non poterunt procedere,sed nouus est inchoandus, vt omnes ibi communiter concludunt,licet Fulgo.& aliqui contra *per l.3.C.de aboliti.& l.Imperatores.ff.de iure fisci.* ad quas leges pro communi variæ dantur solutiones. quæ mihi parum probantur. Præter scribentes autem clare respondeo ad tex. *in l.Imperatores,* quod nõ loquitur in criminibus,præsertim ob quæ veniat ingerenda pœna sanguinis,sed loquitur tantum in delato, quod possideret bona fisci,quo casu cum agatur causa vere & immediate publica,& in qua non ingeritur pœna sanguinis,nulla potest esse ratio,qua sustineatur transactio, tum per d.l.ius publicum, de pact. tum per secundam regulam negatiuam l. transigere, de qua infra. Ad leg. secundam.C.de abolit.quę videtur magis vrgere,respondeo, quod loquitur in abolitione,quæ lõge diuersa est à trãs-

36 actione simplici. Abolitio.n.debet † fieri à præside pro tribunali sedente & causa cognita,*l.1.§.abolitio.ff.ad Turp.* & est proprie abolitio,quando accusator videt, & cognoscit se iniuste per errorem vel temeritatem vel calorem iracundiæ ad accusationem prosiluisse, vt inquit tex.*in d.l.2.in prin.*quod si,inquit idem tex.in §.1.mendax erit accusator,quia s.dicat,se vel per errorem,vel temeritatem,vel calorem iracundiæ accusasse, & tamen in hoc decipit iudicem,quia fuit à reo pecunia corruptus, vt talia diceret, & abolitionẽ impetraret, hoc casu abolitio non tenebit. non ergo loquitur text. in transactione,sed in abolitione:&licet transactio fuisset,quòd impetraret abolitionem,in lege,transigere,non loqui- 47 tur text.de tali transactione, sed de simplici transactione,de remittendo crimen quoad accusantem, non autem de impetranda etiam abolitione, quæ non impe- 48

Abolitio.

tratur per causam transactionis,sed ex causis supra expressis,erroris,temeritatis,iracundiæ,& simil.quæ si simulate & mendaciter proponuntur,non est mirum, si reiicitur abolitio,& iste est verus sensus illius legis. aliud ergo est,quando simpliciter remittendo, & se remouendo satisfacit transactioni,neque circumuenit mendacio iudicis religionem,vt abolitionem impetret,qui casus est l. transigere. Vera ergo est limitatio ista,quod transactio non extinguit crimen, sed quilibet alius ex 37 nouo processu poterit accusare.Verum est,† quod cõsuetudo hodie obtinuit,quod etiam super eodem processu iudex poterit procedere, *vt dicunt etiam omnes in d.l. transigere*,& ita ego obseruari semper vidi.

38 Tertio limitatur,† vt licet l.transigere, loquatur in criminibus capitalibus,attamen non procedat in capitalibus,in quib.ingeritur pœna mortis ciuilis, amissio scilicet ciuitatis, & libertatis, vel ciuitatis tantum. ita glos.& communiter omnes in d.l.transigere,ponderando dictionem,autem,positam in d. tex. & licet Aretin. *ibi,in 3.not.& Purp.num.8.*contrarium teneant,tamen ista est communis,de cuius veritate ibi dixi.

39 Quarto limitatur,† vt non procedat de iure canonico,quo iure nulla pœna sanguinis imponitur,ita Alberic.*in d.l.transigere,col.4.sed nunquid quod hac lege,& idem ibi tenet Paul.col.2.ver.item ista prima pars,& Ias.nu. 4.& Iacobi. nu.5.*& alij passim excepto crimine carceris perpetui, *vt supra dixi in noua extensione.*

40 Quinto limita,† nisi transactio facta fuisset super accusatione de vulnere tantum proposita, & postea sequuta fuisset mors,quia idem transigens,vel ipsius hæres poterit accusare de morte,vel de debilitatione, *ita Gandi.in tracta.malefi.sub rubrica de transactionibus & pactis in maleficiis,nu.15.*

41 ¶ Quarta constituitur regula, † quod in quibuscunque criminibus pro quibus non ingeritur pœna sanguinis,transigere non licet,*vt est tex.apertus in d. l.transigere, in fi.C.de transacti.*de cuius ratione hic non disputo, quia ibi abunde à me scriptum est.

42 ¶ Extende primo,† vt procedat non modo in publicis criminibus,sed etiã in priuatis,*vt tenet Bar.in d.l. transigere,col.pen per tex.in l.fi.ff.de præuaric.ibi, excepto sanguine, & per l.fi.ff.de præuarica.& l.in priuatis.ff.ad Turpil.*

43 Extende secundò,† vt non valeat etiam pactum,licet in eo non sit pœna,vt reus videatur confessus,*l.quoniam & l.fi.§.pactus.ff.de transact.& tenet Bar.in loco præallegato, in d.l.transigere.*

44 Tertio extende,† vt non valeat neque ex parte actoris,neque ex parte rei,*vt ibidem tenet Bart.& Alex.columna pen.& est communis opin.*

45 Quarto extende, † vt non valeat etiam renunciatio vel cessio litis,neque etiam exculpatio offensi, & hoc ne fiat fraus legi, *iuxta l.fraus.ff.legi.* nam cum sit à iure inductum remedium abolitionis ex causis. *de quibus in l. 2.C.de aboli.*& data regula,quòd non sit licita transactio, fugienda est omnis suspicio fraudis, quam considerat text.*in d.l.2.C.de abolit.*Et renunciatio litis dicitur etiam transactio,*vt per Sozi,in l.rem quæ nobis.ff. de acquir. possess.in fi.9.q.& Alex.declarat cons.in causa.5.vol.*

46 Quinto extende,† vt non valeat etiam compromissum seu arbitramentum,*vt videtur tenere glo.in d. l.transige re,dum allegat l.non distinguemus.§.Iulianus.ff.de arb.vbi glo.*& Bar.idem tenent.& facit ratio, quia compromissum & transactio æquiparantur,*glos.in auth.si vero contigerit. C.de iudi.& tradit Bar.consi.159. visa quadam, in secundo dub. & in terminis idem tenet Alex.cons.82.in causa vertente inter Petrum, in vltimo dub.1.vol.est num.7.*maxime si sequuta esset ratificatio,*vt Deci.dicit in c.si quando,col.vlt.de off. delega.& Sozi. consi.69.viso laudo,col.2.4.vol.*

47 Sexto extende,† etiam si conuentione partium lata fuisset sententia absolutoria,*iuxta l.si conuenerit.ff. de re iudi.*& hoc propter timorem collusionis.

48 Septimo extende,† etiam si sequuta fuisset pax,quæ

alias

alias est fauorabilis, *vt per Bar.consi.66.ad declarationem, & per Bal.in l.athletæ.§.dat remissionem.ff.de excu.tut. & Alexan. consi.131.in causa,quarto vol.* quia pax & concordia æquiparantur transactioni, vt de vno ad aliud arguit Bar. *in l.aut facta,§.causa.ff.de pœnis. & Corn.consi.42.plura quæruntur, colum.2.2.vol.* intellige tamen, quod non valebit pax quoad impediendum processum vel repellendum accusatorem, sed bene ad remissionem odij & rancoris, *vt per Bart.in l.non solum,§.iniuriarum.ff.de iniur. & per Iaf.in l.si tibi. §.quædam.ff.de pact.*

49 Extẽde,† vt procedat etiam si causa esset mixta, quia scilicet per statutum imponeretur pœna applicãda parti,& etiam pœna applicanda fisco.nam licet quoad pœnam parti applicandam valeret transactio, *vt inf. dicam in limit.* tamen ex quo causa est mixta,magis dignum trahit ad se minus dignum,ideo pœna publica tanquam dignior considerabitur,& ideo non valebit transactio vel pactum.ita in terminis Alexan.concludit *consil.82.in causa inter Petrum,in fi.1.vol.*

50 Nono extende,† vt adeo non valeat in his criminib. transactio,quòd etiam ipse transigens poterit super eodem processu procedere, & eandem accusationem vrgere quoad pœnam publicam, *ita tenet glo.in versi.licet, in d.l.transigere,in fi.quam ibi Bart.* & cæteri communiter sequuntur.& est ratio,quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, *ca.non præstat,de reg. iur.in sexto.* Et licet accusator transigendo redditus sit suspectus, *iuxta l.qui destitit.ff.ad Turpil.* ideo vt suspectus remoueri potest:attamen tunc excedimus terminos huius extensionis, qua præsupponimus accusatorem non repelli ex vi transactionis,& promissionis in ea facte de non procedendo in accusatione,non autem ex vi suspẽsionis, *& tradit Cyn.in d.l.transigere,num.13.& Bald.nume.14. in fine.*

51 Decimo extende, † vt procedat etiam in delictis cõmissis in omittendo,quidquid dicat *gl.in l.2.ff.ad Syl.* quã tamen Bart.ibi reprehendit, & hanc extensionem sequitur *Ioan.Bolognet.in d.l. transigere, num. 49.* cuius etiam opin.sequor, cum ratio regulæ præsentis militet etiam in delictis in omittendo,licet sint leuiora.

52 Vndecimo extende,† vt non valeat etiam si vere non appareret de delicto commisso per accusatum, quinimo constaret de eius innocentia: quia etiam hoc casu non valebit transactio,hoc tenuit Alberic. *in d.l. transigere,colum.6.ver.sed adhuc consueuit quæri.*

53 Limitatur † modo ista conclusio primo in crimine falsi,quia in eo transactio permittitur, *vt dicit text.in d.l. transigere.* quæ limitatio procedit,siue esset talis falsitas, propter quam ingerenda esset pœna sanguinis,siue nõ, *vt tenet glos.vlt.in d.l.transigere,quam Barto. colum.1. & omnes post eum sequuntur.*

54 Limita secundo, † quando lata est sententia & punitus reus,quia super pœna iam imposita licebit transigere, *§.adulteram,in Auth.vt nulli iud. & tenet Bar.in d.l. transigere,in 3.oppo. & Bal. & Iaf.ibi,col.5.* & est ratio, quia non tractatur amplius de publico interesse, cum iam sit punitus,dummodo pœna suum sortiatur effectum & finem.

5 Limitatur tertio,† vt non procedat, quando non dũ foret instituta accusatio,neque seruata, quæ in accusatione proponenda statuta sunt, *per l.fi.C.de accu.* tunc enim potest desistere & transigere absque pœna. *l. quæsitum,ff.ad Turp.l.diuus,vbi Bar.not.ff.ad Syllan. & tradit etiam Bart.in d.l.transigere,in vlt.col.ver. & prædicta, quem ibi communiter omnes sequuntur.* non enim potest desistere, qui non cœpit.& nemo potest cogi accusare, *l.res quæ.§.fi.ff.de iure fisci.l.1. C. vt nemo inuitus age.* fallit tamen in crimine raptus, *l.1.§.penus,C.de rap.virg.* Ita quoque dicendum in crimine incestus & adulterij, quando interuenit pecunia: nam & ante institutam accusationem prohibetur trãsactio, quia inducitur lenocinium. *l.auxilium,§.fi.ff.de mi. l.si mariti.§.plectitur.ff.de adul.*

56 Quarto limita,† vt non procedat quoad pœnam ciuilem, quæ applicanda sit parti, quia valebit transactio. *l.si tibi.§.quædam.ff.de pact.l.si vnus.§.illud & §.pacta.ff.co. & tradit Bal.quem omnes sequuntur,in d.l.transigere,col.pen.*

57 Quinto limita, nisi in transactione ipsa intercederet iudicis authoritas, quia valebit, *l.3.C.de abol.lege 1.§.si quis. ff.ad Turp.* qui enim authore prætore quid facit, iuste facere dicitur, *l.iuste possidet.ff de acquir.possess.*

58 Sexto limita, † quando quis interpellatus negauit se velle accusare:nam si postea alius accuset, etiam qui in concursu fuisset postponẽdus, si iterum velit primus accusare, puta maritus in crimine adulterij non audietur. *l.si maritus.§.si negauerit,vbi late Bart.ff.de adul.* licet si alius non præuenisset, posset maritum pœnitere, & iterum accusare. *l 3 §.si is.ff.de sepul.viola.*

59 Septimo limita,† vt non procedat, si in transactione interuenisset iuramentum:nam licet non conualidaretur transactio, tamen accusator propter periurium repelleretur ab accusando, *c.quemadmodum.§.fi.de iureiur. & facit text.in l 3.§.si is ff de sepul.viola.* nam & alias iuramentum interpositum super contractu nullo, licet illum non conualidet, tamen iurans obligatur, vt in iuramento interposito super contractu vsurarum per recipientem mutuo, *c.debitores de iurciuran. & tradit Abb.in c.1. col.1. de iureiur.*

60 Octauo limita,† nisi quis in mortis articulo iniuriam vel accusationem remisisset:nam non poterit, si conualescat, vlterius accusare, vel accusationem prosequi, *vt est gl.not.in §.fi.Inst.de iniu.in glo.fin.quam sequitur Alberic.in l. transigere,C.de transac.nu.6. & idem Gandi.sub ti.de transf.n.20.*

61 ¶ Et notandum,† quod in casibus in quibus permittitur transactio vel per legem, vel per statutum, exceptio ista erit dilatoria,non peremptoria. non enim extinguet crimen:sed tantum processum illum, nisi alias statutum foret superfluum. *ita pulchre Alex.in d. l. transigere.numer.11.*

62 ¶ Exculpatio autem † offensi in articulo mortis constituti repellet hæredes volentes accusare, *vt tenuit Gandi.sub tit.de transact. & pactis.num.16.*

63 Notandum etiam,† quod omnes casus, in quibus supradictum est valere transactionem lege permittente, valebit etiam, si accusator fuisset in dolo: valebit inquã quoad beneficium rei accusati, *arg.glos.in l.eleganter.in pr. ff.de dolo. & tradit Iaf.in l.sub prætextu.C.de transf.col.vlt.ver.vl.*

64 ¶ Postremo sciendum,† quod in casib. in quibus trãsactio non valet, transigens habetur pro confesso, *iuxta l.in fisci.ff.de iure fisci, cum concor.* neque in practica poterit dari cautela aliqua tuta,quin transactio hunc operetur effectum:nam licet secretò fiant instrumenta, vel allegentur causæ honestæ, tamen poterit quandocunque de fraude constabit,condemnari.

¶ Quinque enim cautelæ ad hoc dantur per Scrib. *vt per Alexan. & Iaf.in d.l.transigere,C.de transact.*

65 Prima est Tancredi † in compendiosa sua,quod reus transigens protestetur se delictum non commisisse,neque transactionem facere, timens conscientiam suam læsam;sed tantum vt se liberet à vexationibus & expensis, *arg.l.in minoribus.ff.de minor.* nam & simonia non inducitur,data pecunia pro redimendis vexationibus, *c.dilectus filius,vbi not.de simon.c. & si pridem,cum gl.magn.de pact.*

66 Secunda est, † quam ponit Alberic. *in d.l. transigere,* quod notarius stipuletur pro omnibus, quorum interest, & pro illis omnibus pecuniam recipiat: nam pecunia illa tota non censebitur data accusatori, sed omnib. quorum interest,ideo non censebitur cõfessus.sed certe non video, quomodo sequatur hæc consequentia: nam satis est,quod etiam accusatori pars pecuniæ dabitur,quæ etiam si sit modica, tamen operabitur illum effectum, *d.l.in fisci.ff.de iure fisci.*

67 Tertia,† quod remissio querelæ fiat gratis,quod qui dẽ fieri potest & precib.impetrari sine pœna, *lege,furti, §.si pactus.ff.de pact,* & in hoc nulla est dubitatio, sed rari reperiuntur,qui hoc velint facere,ideo raris seruiet.

68 Quarta, quod fiat pactum iussu & authoritate iudicis, de quo etiam nulla est dubitatio, *iuxta l.fin.C.de aboli. cum concord.* sed & hæ remissiones rarò fiunt, neque vllam vnquam vidi.

69 Quinta, † quòd remissio & reuocatio querelæ fiat gratis, pecunia autem detur pro damnis, expensis, & interesse, pro quibus potest dari pecunia, sicut pro remissione actionis pecuniariæ, *secundum glo. in l.1.C.de pœn.iud. qui male iudi. & per Bar. in l.1.§.sed hæc constitutio, de calumniat. & hanc tenent omnes in d.l.transigere.* sed non video, quomodo possit dici, quod reus non confiteatur tacite delictum, si soluit accusatori expensas, & interesse: nam si esset innocens, ad hæc non teneretur. ergo soluendo videtur fateri se culpabilem.

70 Sexta, † quod remissio fiat gratis, de pecunia autem conuenta fiat separatum instrumentum mutui, sed ista est mera fraus & simulatio, ideo non tuta.

71 ¶ An autem † valeat pactum in remissione iniuriæ factum, quod si denuo tale quid commiserit, quod incidat in easdem pœnas, vide Bar. *in l.si vnus.§.pactus, numero 66. & ibi Ias. num.46. ff. de pact. qui plures concor. adducit, & distinctionem Bar. ibi videntur omnes sequi.*

## CAP. XXXV.

## *Abolitio quando & quousque Impediat accusationem.*

### SVMMARIVM.

1 *Abolitionis vera definitio quæ sit, quotuplex, & quæ comprehendat generaliter sumpta.*

2 *Abolitionis triplex species; Generalis, Specialis vel priuata, & Legalis.*

3 *Abolitio generalis fit à solo principe, nullo requirente, & omnium accusationum, & ex causa, quarum multæ narrantur, & dicitur Græce anneſtiam, qua multi imperatores sunt vsi, ad quietem inducendam.*

4 *Abolitio generalis, non pariebat effectum perpetuum in tuendo, sed pariebat veluti ferias quasdam, quib. finitis, & post 30. dies poterat reum eadem accusatione repetere.*

5 *Accusator an possit Desistere à veteri accusatione, & aliam ex integro Instituere, & intra quod tempus tam in generali quam in legali abolitione.*

6 *Abolitio quandoque restringitur ad certa delicta.*

7 *Abolitionis effectus est, vt non incidat in Turpilianum. limita, vt nu.8, & 22. vsque 27.*

9 *Abolitionis effectus respectu rei est, vt non possit durantibus feriis, neque lapsis 30. diebus Appellare. sublimitatur regula prædicta in crimine falsi, & quid si nomen rei fuisset recetum, nu.10. Item fallit num.11.12.13.*

14 *Abolitione generali non extinguitur crimen per magistratum commissum.*

15 *Abolitione generali non tollitur crimen læsæ maiestatis.*

16 *Abolitio non habet locum in casibus in quibus requiritur specialis abolitio, neque prohibetur specialis abolitio, & an hoc sit verum.*

17 *Abolitione in generali, quæ delicta Principes excipere solebant.*

18 *Abolitio ob aliquot solemnes dies facta, quas personas, vel delicta non complectebatur, quæ multa sunt.*

19 *Crimina atrociora, quæ dicantur, quæ ab abolitione non diluuntur.*

20 *Abolitio quandoque generalis erat, tamen excipiebat committentes in legem.*

20 *Abolitio generalis comprehendebat etiam excepta in aliis abolitionibus, ergo præter excepta in generali abolitione, omnia comprehendet, ita vt omnia, præter ea, dicantur abolita.*

28 *Abolitio priuata, vel specialis, quæ sit, & quid requiratur ad eam obtinendam vide vsque ad nu.37.*

38 *Abolitionem petere non prohibentur prosequentes suam, vel suorum iniuriam, neque hi qui cognatos in accusationem deducunt, nec requiruntur tot requisita.*

39 *Abolitionis priuatæ effectus est, vt post eius impetrationem, accusatus non possit ab eo repeti, nisi impetraret hoc à Principe: ab alio tamen poterit accusari. nu.40.*

41 *Accusator post abolitionem non punitur, & vxorem accusatam de adulterio, iterum poterit ducere, nu.42.*

43 *Abolitio potest peti etiam post litem contestatam, dum modo reus custodiæ non sit traditus, & quare.*

44 *Denunciatoribus, & Syndicis villarum, an cõcedantur hæ abolitiones, sicut & accusatoribus, & quæ differentia sit inter nunciatores, & denunciatores.*

45 *Abolitionem petere non solum potest accusator, sed etiam reus, aliquando à pœna. & facile ista conceditur, & quare num.46.*

47 *Liberatio, seu indulgentia non extenditur vltra specificata, & nume.54. & quando econtra late interpretentur indulgentiæ.*

48 *Abolitio de delictis futuris regulariter quare non concedatur, nec indulgentia ante commissum delictum.*

49 *Indulgentiam impetrans filius, vt si pater reincidat in crimẽ læsæ maiest. ipsi filio nocere non debeat, an teneat impetratio: quæ impetratio conceditur tertio.*

50 *Abolitio vt valeat, quæ requirantur, vide num.51.52.53.54.*

55 *Gratiam obtinens per viam iustitiæ, intelligitur etiam famam recuperasse.*

56 *Indulgentia iuri tertio iam quæsito non præiudicat, nisi exprimatur, & quid operentur ista verba circa restitutionem precij bonorum alienatorum.*

57 *Abolitione libere concessa, quid concedatur.*

58 *Indulgentia principis non extenditur ad condemnationes feudatariis acquisita.*

59 *Priuatus feudo ob delictum, si detur alteri feudum, postea restitutus non recuperat feudum, nisi exprimatur.*

60 *Restitutio à delicto non extenditur ad fructus iam per fiscum perceptos, & qua clausula sit vtendũ, vt recuperet omnia.*

61 *Restitutio ad omnia, exceptis talibus alienatis, extendetur ad alia alienata.*

62 *Restitutio ad bona translata, intelligitur de translatis per contractum.*

63 *Indulgentia principis de omnibus furtis commissis per aliquẽ, non aufert processum quoad interesse partis, & probationes, sed tantum pœnam ad fiscum spectantem.*

64 *Indulgentiam petens, an per ipsam dicatur confessus, nisi alias exprimat expresse.*

65 *Indulgentiæ effectus varij secundum tenorum varietates.*

66 *Abolitio cum est de accusatione tantum, si consenserint accusator, & reus, eis tollitur omnis potestas procedẽdi, tertius vero non impedietur in casibus, vbi permittitur abolitio.*

67 *Abolito crimine, non poterit quis accusari criminaliter nisi quis fuisset accusatus, & post accusationem fuisset acquisitum ius parti.*

68 *Indulgentia pœnæ facta, omnis publica pœna dicitur ablata, etiam si per sententiam fuerit imposita, quæ fecerit transitum in rem iudicatam, fallit in pœna applicanda parti. nec tollitur ius ex delicto insurgens parti offensæ.*

69 *Abolitionis causa attendenda, in ea expressa, ad cognoscẽdum quæ pœna ablata sit, an sit generalis, & quid respiciat.*

70 *Abolitiones particulares non restituunt famam.*

71 *Abolitio non tollit pœnam nascentem ex iteratione delicti.*

72 *Vasallus priuatus antiquo feudo, si restituatur, non dicetur nouum feudum.*

73 *Restitutus ad bona, dicitur restitutus etiam ad officia.*

74 *Emens feudum de licentia Principis, postea rebellis est factus, & banno rebellionis durante emit feudum, quod postea alius non rebellis emit, an recuperabit rebellis feudum illud, si ad bona restituatur.*

75 *Restitutio non tollit pœnam applicandam parti.*

76 *Restitui non dicitur bannitus ad damna passa virtute statuti, tempore banni, sed bene ad acquisita ex contractu tempore banni inito.*

77 *Bannitus si egit nulliter, si restitutus postea ratificet omnia acta per eum ante, an valebit iudicium.*

78 *Restitutus ad bona, tenebitur suis creditoribus, secus si à banno, & bona fuerint publicata.*

79 Restitu-

79 *Reſtitutus an poſsit agere contra debitores ſuos, qui ſoluerunt fiſco.*

80 *Abolitio accuſationis inducitur per purgationem indiciorum per torturam.*

81 *Abolitio etiam fit per diſpenſationem, ita & indulgentia.*

82 *Indulgentiam petens delicti, de quo non fuit condemnatus, non dicetur fateri delictum, ſi petatur extra iudicium, ſecus ſi iudicialiter coram iudice pro tribunali ſedente, quia inducit confeſsionem delicti.*

83 *Indulgentiam petens coram iudice, qua cautela vti debeat, ne videatur fateri delictum.*

84 *Reſtitutus à Principe cum clauſula, quod ſiquid ſimile commiſerit, priuetur tali gratia, & incurrat omnes pœnas, quibus fuit liberatus, an ſi ſimile delictum commiſerit, ipſo iure intelligatur incidiſſe in eaſdem pœnas.*

85 *Reſtitutus à Principe poſt ſententiam, quia cognouit omnia eſſe falſa, intelligitur reſtitutus tamen & ad omnia bona etiam alienata.*

86 *Reſtitutio generaliſsima, non extenditur ad mortuos, & ſic nec ad eorum hæredes.*

87 *Indulgentiæ, & reſtitutionis differentia.*

88 *Rebannitus dicitur reſtitutus ad bona non tamen alienata, & obtinuiſſe indulgentiam, & alienata refundet fiſcus in pretio, nu. 89.*

90 *Remiſsio pœnæ an fiat abſque pace habita ab offenſo, ſi fiat à principe ſic & quoad pœnas publicas, vel quæ ſapiunt publicam vtilitatem.*

91 *Abolitio vel gratia per ſurreptionem facta, an poſsit reuocari. item ſi ex dolo, & prænaricatione.*

92 *Impetrans nulliter poteſt interim occidi.*

93 *Gratiæ, non paſsim, ſed habita cognitione perſonarum rerum & locorum conceduntur.*

94 *Reſtitutiones Principes concedunt, feudatarij autem tantum quoad ea quæ ſibi applicanda forent.*

95 *Indulgentiæ, ſeu abolitionis cauſa eſt multitudo delinquentiũ.*

96 *Iudex vnius territorij in caſu in quo confiſcare poſsit bona ſubditi in alieno territorio ſita, an Princeps illius territorij poſsit concedere gratiam quoad bona ibi ſita.*

97 *Abolitio, gratia, vel reſtitutio ad ſui eſſentiam ſcripturam non requirunt, ſed tantum ad probationem.*

98 *Abolitio legalis fit, ex impedimento, vel morte accuſati, alius tamen poterit reum denuo accuſare.*

99 *Tempus triginta dierum vtilium à tẽpore mortis accuſatoris, vel à die ſciẽtiæ impedimẽti præſtatur alij accuſare volenti.*

1 ABolitio † eſt accuſationis, vel delicti, vel pœnæ peremptio. & quanquam Azo in ſumma de aboliti. & Roffred. *in libel. iur. Pontif. ſub rubrica, in quibus caſib. inimici accuſare poſsint*, definiant abolitionem, quod ſit tantum accuſationis peremptio. quod & facit Spec. *in titu. de aboli. & purga. in prin. & Placen. in tract. de accuſat. ti. 5, num. 3.* attamen vera illa diffinitio non comprehendit omnes ſpecies abolitionis: nam & nomen rei, non tantum accuſatio interdum aboletur, *vt in l. libellorum. §. fi. ff. de accuſa. & idem dicitur in §. quod ſi libelli, ea. l. & in l. hos accuſare. §. 1. ff. eod. titu. de accuſ.* & iſto caſu dicitur remitti pœna, & indulgentia appellatur, quæ crimina & pœnam extinguit. *l. pen. & vlt. C. de generali aboli.* & cum indulgentia etiam ponatur ſub illo titulo de generali aboli. patet, quod pro eodem ſumitur & abolitio & indulgentia, de qua loquitur etiam tex. *in l. cum patrem, cum plur. ſeq. & fere per totum titul. C. de ſenten paſsis.* Abolitio ergo tanquam genus comprehendet peremptionem modo accuſationis, modo delicti, modo nominis rei, modo pœnæ. vltima ſpecies aliquando & reſtitutio appellatur, *vt in l. 1. antepenul. & fi. C. eod. ti. de ſenten. paſſ.* quæ etiam gratia appellatur. Et licet abolitio criminis & pœnæ non videatur conuenire in totum materiæ perſonarum, quæ poſſunt accuſare, vel accuſari, aut nõ, cũ etiã condẽnati aboleantur, *vt dictum eſt*: attamen ne vna materia in varias partes diſcerpatur, congruentius viſum fuit hic de omnibus ſpeciebus abolitionis tractare, vt quærentib. labor minuatur.

2 Triplex autem † abolitionis ſpecies proponitur, generalis, ſpecialis, vel priuata, & legalis, *vt refert Azo in ſumma, C. de abol. & Roffred. in loco præallegato*, & Specul. *in ti. de abolitio. §. 1.* vbi citat verſum illum:

*Vt ſacra lex fatur, abolitio terna notatur.*

& idem tradit Placen. *in ti. de accu. ti. 5. nu. 5.*

3 ¶Generalis, † quæ & publica appellatur. *l. 2. C. de generali abol. & in l. ſi quis repetere, in prin. ff. ad Turp. & l abolitio. eo. titu.* & etiam appellatur indulgentia, *iuxta l. fin. C. de generali abol.* & in C. Theodoſ. habetur. in 9. li. ti. 37. qui inſcribitur de abolitionibus, in quo tantum de priuatis, & ſpecialibus tractatur, & reſpondet tit. C. Iuſtiniani de abolitionib, ſed in eodem lib. C. Theodoſ. ſequitur 38. ti. qui inſcribitur de indulgentiis, & tractat tantum de generali abolitione, & ideo reſpondet titu. C. Iuſtiniani de generali abolitione, fit à ſolo Principe nullo requirente, & non vnius tantùm accuſationis, ſed omnium, & fit ex cauſa; puta vel ob diem inſignem, quo memoria aliquibus memorandi facti celebratur, vel ob publicã gratulationem, vel ob rem proſpere geſtam, *de quibus in l. abolitio, cum duabus ſequentib. ff. ad Turp.* vel ob honorem domus diuinæ, *vt in l. ſi interueniente ff. eod.* vel ob natalem filiorum Imperatoris, vt indixit Conſtantinus propter Criſpi, & Helenæ partum, *vt in C. Theodoſ. lib. 9. ti. 38. de indulgen. crim. l. 1.* & ob diem Paſchæ conceditur etiam indulgentia, *vt in l. 3. tit. 38. C. Theodoſ. de indulg patri. idem dicitur, & in l. ſeq. quæ eſt quarta, idem quoque, & in l. 6. dicitur.* Et quod ſingulis annis fieret eo die paſchæ, vel alio in honorem Dei. Similis abolitio probatur *l. 7. eo. tit.* ibi, religio anniuerſariæ obſecrationis hortatur. ſed clarius idẽ mos probatur in l. 8. quæ ſequitur, quæ expreſſe loquitur de die paſchali. Sic ob liberatam Remp. tyrannide Honorius, & Theodoſius omnium criminum reos relaxari præcipiunt *in l. vltima eiuſdem tituli.* Adde tu, quod ſolebat etiam aliquando fieri propter ſtatutum reipub. confirmandum & amorem ſubditorum à principe ſibi conciliandum. indicebatur. n. publica, & generalis omnium criminum & delictorum, ac iniuriarum obliuio, quam Græci Amneſtiam vocabãt. Quam primus Thraſybulus Athenienſis, dum iſtis 30. Tyrannis Atheniẽſi. inſtituit, dum exules omnes, & delictorum reos in ciuitatem ad libertatem vocat in d. l. vt præteritorum nulla accuſatio, vel inquiſitio, vel denunciatio, aut cognitio admitteretur, ſed alta obliuione omnia ſopita eſſe intelligerentur: qua lege conceſſum & labentem ciuitatis ſtatum in priſtinum habitum reuocauit, vt inquit Vale. *lib. 4. c. 1.* de animi moderatione, & Probus in Vita Thraſybuli, & Vopiſcus, & Oroſius, de qua etiam meminit Tul. in princ. patriæ Philipp. in Antonium, dum inquit, quod poſt interfectum C. Iulium Cæſarem, dum conaretur in S. C. habito in æde Telluris, pacis fundamenta iacere inter Romanos tumultuantes, Atheniẽſium vetus exemplum, quantum in eo fuit, renouauit; & Græcum quoque nomen in ea re vſurpauit, nempe Amneſtiam, quo tum in ſedãdis diſcordiis erat vſa ciuitas illa, cum omnem memoriam diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſuit. Hac Amneſtia vſus eſt etiam Claudius Imperator, vt refert in eius vita Sueto. c. 11. dũ inquit, imperio ſtabilito nihil antiquius duxit, quam id biduum, quo de mutando reipub. ſtatu hæſitatum erat, memoriæ eximere. omnium itaque factorum dictorumque in eo veniam & obliuionem in perpetuum ſanxit ac præſtitit.

Indulgẽtia.

Amneſtia.

4 ¶Hæc autem † generalis, & publica abolitio fieri ſolebat, vel à ſolo Principe, *vt dixi. l. 2. C. de generali aboli.* vel etiam à Senatuſconſulto, *vt l. ſi interueniente ff. ad Turp.* regulariter autem non erat hæc abolitio perpetua, neq; pariebat hunc effectum, vt reus perpetuo tutus eſſet, ne poſſet de illis delictis reus fieri, ſed hac abolitione indicebantur veluti feriæ quędam repentinæ, *vt inquit tex. in l. aut priuatim. §. triginta ff. ad Turp.* quibus finitis accuſator intra 30. dies vtiles poterat reum eadem acculatione &

ne & instantia repetere.*d.§.tr'ginta.& l.1.C. de generali abolit.& l.si quis repetere.in princ.eod.tit.ad Turpil.* dum inquit Vlpia.si quis repetere velit crimen publica abolitione interueniente,eo iure repetet,quo accusauit:neq; præscriptiones possunt obiici, quæ ante abolitionem non sunt obiectæ.*& idem probatur in l.aut priuatim. §. abolitione, eod.tit.*& sic apparet,quod finitis feriis abolitionis si accusator vult repetere, non potest transactis 30. diebus vtilib.& si intra eos repetet,dicetur iudicium & instantiam eandem prosequi & continuare , adeo quod per abolitionem non videtur prorsus extincta accusatio,neque instantia,*vt inquit glos.in ver.rei,in d.l.aut priuatim.§.triginta.*Sed & si post finitum tempus primæ abolitionis in tra dict.triginta dies antequam reus repeteretur , alia publica abolitio superuenerit, non ex prima , sed ex secunda abolitione d.tempus 30.dierum datum accusatori ad repetendum reum computabitur,*vt est tex.in l. in Senatus.§.si.ff.ad Turp.*

5 ¶ Sed quæro,† nunquid si accusator velit accusationem repetere non eandem , neque velit eundem processum prosequi , sed nouam accusationem instituere, & nouum processum formare,an possit , & intra quod tempus.Bar.*in l.libellorum.§.fi.de accus.nu.6.* tenuit, quod potest.& non modo intra 30.dies,sed etiam intra 20.annos,*iuxta l.querela.C.de fal.& l. accusaturus.ff. de adult.* sed Bart.reprehendit Imola *in l.penul. §. ad crimen. de pub.iud. quem sequitur Ang.de malef.in verbo,& ad querelam, nu.76.ver. & aducrtas,quod in potestate,*& hoc tenent per tex. *in d.l.libellorum.§.fin.ibi,ex integro repetere.* vbi datur tempus 30. dierum tantum.Et licet ille text.loquatur in abolitione legali,multo magis videtur idem dicendum in abolitione generali.ideo mihi magis placet opi.Imolæ: nam difficilius debet admitti, qui iam querelam instituit ad aliam repetendum,quam qui nullam vnquam proposuerat.qui enim iã instituit,desistens videtur esse in culpa, toto tit.ad Turpil.& licet abolitio excuset, tamen non est ideo quin difficilius admittatur quam alius.

6 ¶ Notandum tamen , † quod abolitiones interdum fiunt non de omnib.criminibus, sed tantũ de certi generis,vel certi temporis,vel loci. Nam & Augustus, *vt refert Sueto.in eius vita,ca.22.* Diuturnorum reorum & ex quorum cordib.nil aliud quàm voluptas inimicis peteretur,nomina aboleuit conditione apposita,vt si quem quis repetere vellet , par periculum pœnæ subiret. Et Claudius quoque,vt supra retuli, ea duntaxat crimina aboleuit , quæ biduo illo quo à morte Caligulæ inter regnum fuit,commissa fuerant.

Puto legendum Sordibus. sic rei dicuntur Sordere l. 5.§ 1. C, ad l.Iuliam maiest.

7 ¶ Effectus autem † huius abolitionis est,vt accusator si destiterit,non incidat in Turpilianum. *l.si interuenientе.ff.ad Turpill.* etiam si intra 30.dies præstitutos ad repetendum noluerit repetere,vt ibi dicitur.

8 ¶ Fallit tamen † hæc conclusio,quando accusans fallaciter &per calumniam accusasset,maxime post nomẽ rei receptum:nam eo casu publica & generalis abolitio illos non excusat,*vt inquit tex.clarus in l penultima C.de cal.*

9 Respectu autem † rei effectus est,quod non potest interim durantibus feriis appellare , neque etiam post,si lapsi sint 30 dies , *vt supra dictum fuit.* & multo magis si fuisset generalis abolitio delictorum.

10 Fallit tamen † in crimine falsi : nam generalis & publica abolitio ad hoc genus criminis non spectat, *inquit Modestin.in l.Lucius ff.ad Turpil.& ita tenet Ange.in tract. malef.in verſicu.necnon ad querelam.num. 77. vbi Aug. de Arim. in in add.sub num.79.vbi disputat.* quod tamen intelligit Spec. verum *in titu de abol.§.1.verſic.item no.quod si reus nu.5.* si tantum datus sit libellus accusationis , neq; nomẽ accusati inter reos sit receptum.si aut esset receptum nomen,& vltra processum , extingueretur hoc crimen siue eius accusatio etiam per generalem abolitionem , *allegat l.si docueris.C.de falſ.* quæ tamẽ opinio mihi nullo modo placere potest:nam tex.*in d.l.Lucius*,expresse dicit,quod abolitio reorũ , quæ publice indulgetur, ad hoc criminis genus non pertinet,& dum dicit abolitio reorum , cognoscimus loqui Modestinum, etiam postquam nomẽ accusatorum inter reos receptum est. Item dum dicit, ad hoc genus criminis non spectare , innuit esse quid speciale in crimine falsi,& secus esse in aliis criminibus. & tamen si intelligeretur ille tex. procedere in eo duntaxat casu,quo nomen non esset receptum,nõ esset speciale:quia imo etiam sine abolitione posset impune desistere.*l.quæsitum.ff.cod.ad Turp.* ergo necesse est,quod ob atrocitatem criminis in generali abolitione non comprehendatur crimen falsi. Neque obst. tex.*per Specu.allegatus.in d.l.si docueris.in fi.* quia ille tex.non loquitur de abolitione publica &generali , sed de speciali indulgentia ipsius criminis falsi,*vt declarat glos.ibi, in ver.sopitum, quam omnes sequuntur.*

11 ¶ Limitatur † tamen ista conclusio,nisi specialis facta esset mentio de falsitatibus,*vt tradit Aug. de Arim.in add.ad Ange.de malefi.in verſic.& ad querelam num.79.*

12 Item limitatur, † quando alicui concessisset generalem abolitionem omnium delictorum ex causa probabili & expressa , non autem ex causa publicæ lætitiæ & simil.vt ibi Aug.videtur concludere.

13 Item † limita tertio , nisi facta generali abolitione non reperirentur alij carcerati, vel accusati , quam de falso:quia vt locum habeat gratia , & non sit superflua, verificabitur etiam in crimine falsi,*argumento not.in l.fin. ff ad Treb.& in terminis tradit Nellus in tract. banni. in 3.parte, q.12.& sequitur Hiero.Cuca.in add.ad Ang.de mal. in versi.& ad querelam,num.80.in fine & præter eum Caccialu.in repeti. l.omnes populi,de iustitia & iure,num.101.a,& b.*

14 ¶ Fallit † secundo in crimine commisso per magistratũ,& officialem publicũ in ipso officio & circa spectantia ad ipsum officiũ,*ita dixit Paris de syndic.car.mihi 9.nu.21.* nisi de eo specialis sit facta mentio,adducit *l.mancipia in fi.C.de seru.fug.* quæ tamen non probat mihi,sed pro eius opinio.facit,quia in generali mẽtione criminum , non venit falsi crimen,*l.transigere in fi.C.de transact.*

15 Fallit tertio † in crimine læsæ Maiest. *vt tradit Ange.in disputa.sua,incip.Exorta guerra,& Roman.in l.si quis in graui.§. hi quoque.ff.ad Syllan. Alexand.in l.de pupillo.§.si pluribus ff.de oper.noui.nunc.tradit Marsil.in l.1.num.23. ff. de quæst. & in l.de minore,nu.2.ff.eo.& in singulari suo 146.incip.nemo debet , idem tenet Angel.de malef.in verſicu.& ad querelam,num.77.& Aug. ibi,in additionibus.79.in fine.*

16 Fallit etiam quarto,† si Azoni credendum est, qui in summa tit.de aboli.in fin.dicit,quod abolitio Principis non habet locum in illis criminibus,in quibus prohibetur specialis abolitio.i.in quibus accusanti , & accusato incumbit probatio,allegat.*l.penul.ff.ad Turpil.* sed voluit allegare *l.fin.C.eod.tit.de aboli.in fi.* qui tamen text.mihi id non probat in abolitione generali , cum in speciali tantum intelligatur,*vt & gl.& omnes interpretantur.*

17 Cæterum solebant † etiam Principes quandoque in generali abolitione excipere ab ea quędam specialia crimina,vt facit Constantinus Imperator *in l.1. tit.38. de indulgentiis Principum.* vbi propter partum Crispi , & Helenæ omnibus indulget,præter veneficos , homicidas, adulteros,& in l.seq. Constantius Imperator concedit omnium criminum indulgentiam,exceptis quinq; criminibus,quæ capite vindicantur. Quæ autem sint illa quinque crimina,non aperit.

18 Sic & Valentinianus † Valen.& Gratianus in l.3. eo. titu.ob diem paschæ omnib. quos reatus astringit, carcer inclusit,claustra dissoluimus. Attamen (inquit) sacri legus,in Maiestate reus,in mortuos veneficus,siue maleficus,adulter,raptor , homicida cõmunione istius muneris separentur. hi autem sunt septem , non quinque tantum,ideo non possunt ea quinque crimina,de quib. loquitur l.2.præcedens,& idem dicitur etiam in l. seq. quæ est quarta , in qua inducitur generalis abolitio etiam ob diem paschatis. Decretis tamen veterum mos gerendus est , ne temere homicidij crimen , adulterij fœdi-

fœditatem, maieſtatis iniuriam, maleficiorũ ſcelus, inſidias venenorum raptusq; violentiã ſinamus euadere. 27 At in l. 6. Gratianus, Valent. & Theodoſ. alia etiam crimina excipiũt. indicta enim indulgẽtia ob diem paſchæ ſubnectunt hæc verba. Alienum autem cenſemus ab indulgentia, qui nefariam criminum cõſcientiam in maieſtatem ſuperbe animauerit. Qui parricidali furore raptus ſanguine proprio manum tinxit. Qui cuiuſq; præterea hominis cæde maculatus eſt. Qui genialis thori 28 ac lectuli fuit inuaſor alieni. Qui verecundiæ virginalis raptor extitit. Qui venerandum cognati ſanguinis vinculum profano cæcus violauit inceſtu: Vel qui noxiis quæſita graminibus & diris immurmurata ſecretis mẽtis & corporis venena compoſuit, aut qui ſacri oris imitator & diuinorum vultuum appetitor venerabiles formas ſacrilegio eruditus impreſſit.

Item & remiſſionem veniæ crimina, niſi ſemel com 30 miſſa non habeant.

19 Et † in l. ſeptima eiuſdem tituli, abolentur crimina eorum duntaxat, qui leuiore crimine ſunt poſtulati, & ideo ab ea abolitione excipiuntur hæc crimina tanquã atrociora, Maieſtatis, homicidij, veneficij, maleficiorũ, ſtupri, adulterij, ſacrilegij, ſepulchri violati, raptus, monetæ adulteratæ, & eadem omnia crimina excipiuntur 32 grauioribus verbis *in l. ſequen. quæ eſt octaua.*

20 Quandoque tamen † & abſolute indulgentia & abolitio generalis fiebat nullo ſpeciali crimine excepto, ſed exceptis tantũ iis, qui poſt ſententiam relegationis fuerunt contumaces. Dicitur enim in l. 10. eiuſdẽ tit. 38. 33 de indulgentiis, in C. Theodoſ. in hæc verba: omnes omnium criminum reos, vel deportatione depulſos vel relegatione, aut metallis deputatos, quos inſulæ variis ſeruitutib. aut loca deſolata ſuſceperunt, hac noſtra in- 34 dulgentia liberamus ſeparatis illis, qui ad locum pœnæ deſtinatum contra iudicum ſententias ire noluerunt. indignus eſt enim humanitate, qui poſt damnationem commiſit in legem. Sic & in l. vlt. eiuſdem tituli dicitur. Liberata republica tyrannidis iniuria omnium criminum reos relaxari præcipimus.

21 Ex quibus colligo, † quod cum mos fuiſſet excipere grauiora crimina, vt in præcedentibus viſum fuit, cum nullo crimine excepto concedebatur generalis abolitio & indulgentia, etiam quæ crimina excepta in aliis erant abolitionibus, ſub hac generali comprehendeban 36 tur: quia ſicut in aliis excipiebant, ita & in hac ſciuiſſent excipere, *argumento l. vnicæ. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen.*

Cum igitur abolitæ ſint leges præallegatæ ex C. The 37 odoſ. & paucas habeamus leges, quæ à generali abolitione aliqua crimina excipiant, tenendum erit hodie facta generali abolitione in vniuerſum omnia crimina cẽſeri abolita, exceptis duntaxat iis, quæ expreſſe & ſpecialiter reperiuntur excepta.

22 ¶ Fallit quintò † in ſeruis, quia facta generali abolitione, ſerui criminoſi & detenti non comprehenduntur, *lege Domitianus. ff. ad Turp.*

23 Fallit † ſexto in delictis iam liquidatis, quia ad ea nõ porrigitur hæc abolitio; *ita per l. fi. C. de aboli. tenet Ang. in tracta. malef. in ver. & ad querelam, nu. 77.*

24 Fallit † ſeptimo, quia ſi abolitio facta ſit de accuſatio 38 nibus, non porrigetur ad carceratos, *vt voluit Ang. in l. libellorum, §. fi. de accuſ. & Bar. in l. Lucius, ad Turpi. ſequitur Ang. in loco præallegato, verſiculo, tertio non porrigitur.*

25 Fallit octauo, † vt non comprehendat accuſationes nondum inſtitutas, *vt ibi Ang. verſic. quarto dicta Abolitio*, licet hoc mihi videatur de indubitabili.

26 Fallit † & nono, vt non comprehendat alia enormia & atrocia delicta, quæ concurrunt cum crimine læſæ 39 maieſt. & ſunt ei paria, vt videtur ſentire Bal. *in l. 3. C. de epiſco. au. & ſequitur Aug. de Arim.* licet non affirmet, *in add. ad Ang. de mal. in ver. & ad querelam, num. 79. in fin.* & Grat. *conſi-* 40 *lio 40. numero decimo, & ſeq.* vbi dicit quod ſtatutum, quod crimina aboleantur, non extenditur ad atrociora.

Fallit † decimo, quoad alium forum, quem ſortirẽtur, puta ratione originis: quia licet generalis fiat abolitio à Principe loci delicti, poterit tamen accuſari coram iudice loci originis. Oldra. *conſi. 73. & quia authoritas.* vbi quòd bannitus à iudice delicti poteſt etiam banniri à iudice domicilij, *Alber. in ſecunda parte ſtatu. q. 81. Boſ. in titu. de foro comp. nu. 85. in fi.*

¶ Secunda ſpecies † abolitionis, quæ priuata vel ſpecialis dicitur, quando accuſator videns vel timens ſe nõ poſſe accuſationem probare impetrat à Principe, vel à iudice ordinario abolitionem, ad quam impetrandam hæc omnia ſunt neceſſaria.

Primò, quod petatur † non à Principe, neque à delegato, ſed à iudice ordinario, *vt probat tex. in l. 1. §. abolitio. ff. ad Turpil. & in l. 2. C. de abolit.* 29

Secũdò, quod cognoſcat † iudex de ea, & cõcedat ſedens pro tribunali, non de plano, *vt dicitur in d. §. abolitio.* 30

Tertio, quod ſi de pluribus † criminibus accuſauit, de ſingulis ſingulas impetret abolitiones cauſa cognita. *d. §. abolitio ver ſi plura.* & ſic ſi plures accuſauit, puta adulterum & adulteram, de ſingulis petenda abolitio. *lege, vim paſſam. §. duos. ff. de adul.* 31

Quartò, quod cauſa legitima † cognoſcatur per prætorem vel præſidem, propter quam abolitio ſit concedenda. Cauſæ autem legitimæ ſunt iſtæ, ſi per errorem ſeu temeritatẽ ſeu calorem ad accuſationẽ proſiluerit, *vt dicitur in l. 2. C. de aboli. & in l. Senatus, in prin. ff. de iure fiſci.*

Quintò, quod deceptus † non ſit cum reo pecunia accepta, neve per calumniam accuſauerit falſo dicens ſe calore vel per errorem, *vt dicitur in l. 2. §. 1. & in l. ſeq in prin. & in l. 1. C. Theodoſ. de abolitio.*

Sextò, quod reus † ob accuſationem non fuerit carceratus, vel tormentã, aut verbera, aut cathenas ſuſtinuerit: his. n. caſibus abolitio peti non poteſt, niſi forte ille, qui hæc paſſus eſt, ſuum conſenſum ad petendam abolitionem accommodauerit, *vt probatur in d. l. vlt. §. 1. C. de aboli.*

Septimò, q̃ accuſator † intra 30. dies poſt reum exhibitum & præſentatum, abolitionem ex cauſis prædictis petat: tunc enim impetrare poterit etiam inuito reo, poſt autem illud tempus concedi non debet, *d. l. fi. §. quando autem.* 35

Octauo, quod in † d. cauſa non fuerint torti teſtes in genui. nam ſi torti fuerint, non eſt concedẽda abolitio, etiam ſi accuſator peteret, & reus conſentiret, *vt eſt tex. in d. l. fi. §. quod ſi ingenuorum.*

Nonò, quod crimina, † de quibus facta eſt accuſatio, non ſint de exceptis, videlicet Maieſtatis, Patriæ oppugnatæ, Proditionis, aut Peculatus, aut Sacramenti deſerti, & in omnib. quæ iure veteri continẽtur, vt inquit tex. *in d. l. fi. §. fi. C. de aboli.* licet non exprimat, quæ ſint illa crimina, quę iure veteri continebantur, ſed generaliter ſunt omnia illa, in quibus & accuſator ad docenda, quæ detulit, & reus ad purganda, quæ negat, poteſt vrgeri, *vt dicitur ibi in vlt. verbis, & tradunt ibi Scribent.* Et ideo cum tot requirantur, vt concedi poſſit abolitio, non eſt mirum, ſi Vlpia. *in l qui cum natus. §. 1. ff. de bo. liber.* dixerit, quod hæc abolitio non facile impetratur.

Vnum tamen ſcire † oportet, q̃ qui ſuam vel ſuorũ proſequitur iniuriam, vel qui cognatos in accuſationẽ deducunt, omnimodo abolitionem petere non prohibentur, *vt eſt tex. in l. 2. §. vlt. C. de aboli. in l. quamuis, la 2. C. de adu.* adeo quod in abolitione ſimilium accuſatorum nõ ſunt neceſſaria ſupra omnia requiſita. nam & ſi pecunia accepta petierint abolitionem, concedendam fore innuit tex. ille, *& ſequuntur ibi gl. & Scrib.*

¶ Effectus † vero huius ſpecialis abolitionis eſt, quod non poteſt idem accuſator poſt eam impetratam iterũ repetere accuſatum, *l. mulier. §. fi. ff. ad Turpil. l. 1. C. de aboli.* Fallit tamẽ, † niſi accuſator, qui abolitionem impetrauit, impetraret à Principe, vt ſibi liceret iterum accuſa-

re,*vt dicitur in d.l.prima*, infra tamen 30.dies, *vt ibi per glo.* poterit tamē reus ab alio, q abolitionē non impetrauit, accusari,*vt ibi not.& in l.hos accusare*, §.*1. vbi glo.ff.de accusat.*

41 ¶Item est alius effectus, † quia accusator licet post abolitionem destiterit, non punitur S.C. Turpiliano.*l. 1.§.abolitio.ff.ad Turpil.* neque incurrit infamiam.*l.spurij.* §. *qui iudicij,ff.de decur.* arguendo à contrario.

42 ¶Item est & alius effectus:† quia si maritus accusauit vxorem de adulterio, & pòst impetrauit abolitionem; non prohibetur post abolitionem denuo vxorem ducere.*l.generali.§.1.ff.de ritu nup.*

43 ¶Notandum quoque, † quod abolitio potest ab accusatore peti etiam post litem contestatam, dummodo reus non fuerit custodiæ traditus:ante enim litem contestatam reus non traditur custodiendus.*l.1.circa fi. C. de exhib.reis.*& tamen dies 30. qui dantur accusatori ad petendam abolitionem,incipiunt, postquam reus fuerit custodiæ traditus. ergo etiam post litem contestatam abolitionem petit accusator,*& ita tenet Bald. in l.fin.C.de abolit.num.1.*

44 ¶Cæterum† dubitari potest, an denunciatores, & syndici villarum,qui denunciant, possint abolitionem petere.Bal.*in d.l.fi.in prin.ver.in tex.ibi.accusantibus*, mouet hanc quæstionem,& remittit ad not. *in l. accusationibus, & l.nunciatores.ff.ad Turp.* quas ll.non reperio.voluit allegare *l.ab accusatione.§.nunciatores.ff ad Turpil.* vbi nunciatores,qui per notoria indicia produnt,notoriis suis assistere iubentur.ergo ex hoc tex.videtur probari,quod sicut alij accusatores,qui debent prosequi suam accusationem,possunt impetrare abolitionem, pariter & isti.q ego verius puto:in ea enim lege non puto Paulum intelligere de nunciatoribus,id est officialibus,qui tenentur ex officio suo de nunciare,sed de nūciatoribus,ideſt de delatoribus,qui vicem accusatorum tenent.nunciare enim est deferre.*l bona.§.primo,in fi.ibi,non videri causam pecuniæ fisco nunciasse secundum literam Florent. & probat clarius tex.in l.res quæ.§.vltimo,eo.tit.* dicitur enim: sicut nunciare causam nemo cogitur, ita liberum arbitrium desistendi ei non datur, qui detulit.ecce quod proprie nūciatores sunt,qui deferunt crimina spe lucri, ideo coguntur assistere, neque possunt desistere: sed qui denunciant ex necessitate officij,non appellantur simpliciter nunciatores,aut delatores, sed officiales, & non coguntur se inscribere, nec alia solennia accusatorum subire,sed bene tenentur probare,ne & ipsi calumnientur,*vt probatur in l.1.C.de curiosis,lib.12.* ideo ex istis satis aperte probatur,quod cum lex curet, ne & isti calumnientur,non possunt ideo desistere,alias puniuntur.ergo ex causa poterunt abolitionem impetrare, sicut & alij accusatores,& ita tenendum puto.

45 ¶Non autem licet † accusatori tantum impetrare abolitionem, sed & ipsi reo impetrare indulgentiam à Principe: aliquando autem impetratur à delicto, aliquando à pœna,*vt est tex.in l.rescripta,iuncta glo.C. de preci. Impera.offer.vbi etiam notant omnes,quæ canonizata est* ( *vt dicunt*)*in cap.rescripta,25.q.2.idem probatur in l. mancipia,in fin. arguēdo à speciali.C.de seru.fug.prout arguit Paul. de Cas. in d l. rescripta,in fi.& probatur etiam in l.relegati,in fin. & in l.Diui fratres,in fi.prin.ff.de pœnis.*& est gl.communiter approbata *in ver.concedi,in l.2. C. de in ius vocan.* volens per rescriptum Principis omnem pœnam corporalem remitti posse; *& tradit Bald.& Ias.nu.1.in l.nec damnosa.C.de preci.Impera.offer.& not.Bar.& alij in l.Gallus.§.& quid si tantam, circa fi.ff.de lib.& post.*

46 Hæc autem† indulgentia facile impetratur,*vt dicit gl. vlti.in d.capitu.rescripta,25.q.secunda,per tex.in c.veniam.35.q. 9.* licet præcedens abolitio, quæ ab accusatore petitur, difficulter possit impetrari,*vt supra dixi,per l. qui cum maior.§.1.ff.de bo.liber.*& hoc quia proniores sumus ad delibe randum quam ad condemnandum. *l. Arianus.ff. de act. & obl.*& in abolitione petita ab accusatore timetur calumnia.ideo causæ cognitio requiritur,*l.2.C.de abolit.*

47 Istæ tamen indulgentiæ † non debent extendi vltra specificata,*vt probatur in l.2.C.de sentētiam passis.* vbi si quis per indulgentiam liberatus est à pœna metalli,non censetur liberatus à pœna confiscationis bonorum, nisi id specialiter sit expressum.sic dicitur *in l.seq. quæ est tertia*, quod potest concedi restitutio pro quota tātum bonorum confiscatorū,vel pro vna tantum speciali & singulari re.sic *in l.si ademptis,eo.tit.* si remissa est pœna relegationis,non intelliguntur restitutæ actiones ex cā bonorum publicatorum.sic & dī *in l.in insulam*, quod indulgētia concessa filio deportato non restituit illum patriæ potestati.sic neq; seruus in metallum damnatus,si restituatur,transit in potestatem domini.*l.frustra.C.eod. titul. de sentent.pass.* sic pater deportatus qui indulgentiam impetrauit,non recuperat patriā potestatem in filium,nisi hoc specialiter in indulgentia exprimatur.Sic & licet tollat pœnam criminis;non tamen tollit,neq; extenditur ad pœnam infamiæ & honoris,ac dignitatis maculā, *l.fin.C.de gen.abol.l.1.& l.generalis,C.de sentent.pass.* Sic & licet data sit indulgentia adultero tantum, vel adulteræ tantum,non censebitur alteri data, licet sint correlatiua,*vt in specie tenet Io.Bap.de S.Blas.in tract.de correlatiuis, in 75.fallen.allegat l.in insulam,& l.generalis,C.de sent.pass.& alia de quibus per eum.* Sed quod imo istæ indulgentiæ Principum sint late & benigne interpretandæ,vti Principum beneficia,*vide Gram.cons.58.nu. 10.vsque in fi.* quod tamen intellige verum,quod late sunt interpretanda contra ipsum Principē, maxime si æquitas id patiatur & causa, propter quam motus est ad indulgentiam concedendā: & si remisit, quod est plus, videtur remisisse, quod est minus,dummodo non sit interesse partis.nam licet remissum sit delictum, intelligetur remissum delictum quoad pœnam corporalem, quæ licet sit maior pecuniaria,tamē non ideo intelligetur remissa ciuilis actio, quia hoc esset tollere ius parti,*vt per Ruy.cons. 60.5. vol.& ita intelligo dictum Gramm.*

48 ¶Notandum tamen, quod indulgentia vel abolitio de delictis futuris non valet,*iuxta tex.in l.si vnus.§.illud.& ibi omnes not.ff.de pact.& Bal.in l.rescripta,col.2.ver.vlterius oppono,vbi etiam Ias.nu.8.C.de preci.Impera.off. post Paul. de Cast.* ibi quoniam læderet publicam vtilitatem, & daretur delinquendi occasio,contra l.conuenire.ff.de pact.dot. Ideo dicebat Bal.*in l.eam quam.C.de fideicomm.col.22.* quod Princeps non potest legitimare spurium, antequam cōcipiatur,quia daretur occasio patri delinquendi & fornicādi.licet enim inquit,delicto commisso remitti possit pœna,tamen ante delictum commissum non potest, quia remitteretur pœna & reatus.& dixit etiam Sal. *post Iaco.Butr.in l.castitati,C.de adul.* quod rescriptum dans remissionem pœnæ infligendæ,si impetretur ante delictū commissum,non valebit,quia inuitat ad delinquendū, & quia remissio fit pœnitenti;sed pœnitere,& velle delinquere,sunt opposita,ergo.& ideo dicebat Bar. *in l.cū lex.ff.de legi.* quod quādo lex vel Princeps pœnam remittit,intelligitur pro præteritis delictis, non futuris, ne præstetur occasio delinquendi.*sequitur Alberic. in vltima parte statu.q.56.incip.similis quæstio.& Ang.cons.62. ex themate,in secundo dub.& Saly.in l.secunda,per illum text. C. de generali aboli.*

49 ¶Fallit † tamen ista conclusio,quando remitteretur tertio pœna delicti in futurum committendi, pro quo ipse alias teneretur.*ita Bal.in d.l.rescripta,C.de preci. Imper. offer.* super qua limitatione pone tale exemplum,de quo alias fui interrogatus.Scimus filios puniri propter delictum læsæ maiest.commissum per patrem,*l.quisquis,C. ad l.Iul.ma.* quidam ergo filius Titij,qui commiserat crimen læsæ ma.& pro eo damnatus fuerat, sed postea restitutus etiam fuerat, iste inquam filius impetrauit à Principe gratiam,vt si pater in tale crimen reincideret absque ipsius filij consensu vel culpa, tale delictum paternum sibi nocere non deberet. dubitari ergo potest, an valeat tale rescriptum ? & dubium faciebant supra

pra allegata, quòd cùm per hoc reſcriptum remittatur delictum futurum, & detur etiam maior occaſio delinquendi patri, cùm filium de ſuo delicto non poſſe teneri cognoſcat, attamen Baldus ibi contrarium tenet, vt dixi. pro cuius opin. confirmatione & contrariorum reſolutione reperio Aret. facientem notab. theoricam *in l. 3. num. 4. in fin. & ſeq. in ver. vnde ego videns, ff. de teſtamen.* vbi inquit verum eſſe, quòd lex diſponens aliquid in fauorem delinquẽtis, & per quod datur, vel augetur occaſio delinquendi, non valet: ſed ſi diſponat principaliter ad fauorem alterius, qui non eſt particeps delicti, etiam quod ipſe pro delinquente teneretur, valebit, vt ibi latè deducit, & probat, licèt non alleget Baldum, vbi ſuprà. Attenditur enim id, quod principaliter agitur, non quod in conſequentiam venit, *leg. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert peta. l. qui exceptionem, ff. de condi. indeb.* Præterea confirmatur hæc opinio, quia diſpoſitio legis, quiſquis, videtur inducta ob dolum præſumptum & præſumptã participationem cum patre. ſed licèt dolus futurus verus remitti non poſſit, bene tamen poteſt remitti dolus præſumptus etiam futurus, *vt voluit Bald. in leg. 1. in fin. Cod. de vſufruct. & Ioan. Andr. Butr. & Abb. in capit. fraternitatis, de teſti.* Item facit, quia licet in totum non poſſit tolli pœna delicti, ne detur occaſio delinquendi, poteſt tamen minui, *vt per Bald. in leg. prima, §. iniuria, de pace iuramento firman.* ſed in caſu præſenti non in totum tollitur pœna: quia licèt filius non puniatur, punitur tamen pater, qui delictum admiſit, quod iuſtius eſt, ne pœna egrediatur authores delicti, *leg. ſancimus, Cod. de pœnis.*

50 ¶ Ad hoc autem † vt talis indulgentia ſeu abolitio valeat, videndum nunc quæ requirantur, & dicendum hæc requiri.

51 Primò † vt tale reſcriptum contineat delictum commiſſum & qualitatem ipſius, & pœnam, ſi eſt impoſita, & qualitatem ipſius, aliàs dicetur obreptitium, & non valebit, *ita pulchrè Bald. in præſcriptione, num. 20. C. ſi contra ius vel vtil. pub. Oldr. conſ. 22. Ad quæſtionem, Alexan. conſ. 29. Ponderatis his, colum. 2. 1. volum. cum concor. de quibus per Iaſ. in leg. nec damnoſa, nu. 2. C. de prec. Imper. offer. & latius in d. l. præſcriptione, num. 31. & vide etiam Alexan. conſ. 114. Ponderatis, num. 3. in 1.* & Rom. qui videtur contrarium tenere, *conſ. 449. inquiritur.* vbi dicit, quod facta pace de principali, intelligitur facta & de qualitatibus: non tamen tenebitur exprimere, ſi quæ alia crimina commiſit, *vt per Boſs. in tract. crimin. ſub tit. de remedijs ex ſola clem. Princ. num. 34.* niſi extaret ſtatutum, quod multiplicatio delictorum impediret gratiam, *vt ibi per eum.*

52 Secundo requiritur, † quod talis indulgentia fiat de delictis præteritis vel pœnis iam illatis, non autem de futuris delictis, *vt §. latè dictum fuit.*

53 Tertiò requiritur, † quòd indulgentia fiat de pœna corporali, vel pecuniaria applicanda fiſco. nam ſi applicanda foret parti, non valeret, *vt eſt text. & ibi no. gl. in l. venia, §. fi. C. de in ius voc. & Bal. refert in d. l. reſcripta, in vlt. verbis, C. de preci. Impe. offer. & tradit Nell. in tract. bann. in prima parte tertij tem. q. 9.* Quinimo plus dico, quod ſi per talẽ indulgentiã tolleretur aliqua exceptio perẽptoria, aliquãdo nõ valeret, vt ſi quis dãnatus eſſet, ꝙ violenter inuaſiſſet poſſeſſionẽ alicuius beneficij, quo caſu priuatur ipſo iure omni iure ſuo, *vt habetur in c. eum qui, de præben. in 6.* ſi talis violentiæ veniã vel abolitionem impetraſſet, nõ valeret talis indulgentia quoad intereſſe partis, quæ poſſet ea non obſtante opponere exceptionem perẽptoriam, ꝙ priuatus eſt omni iure ſuo, *vt no. omnes in c. ex parte, il 2. de offi. deleg. & Abb. in diſpu. ſua prima, & Alex. conſ. 136. in 2. col. 2. volum. & Gomeſ. in reg. cancell. in regul. de non tollen. iure quæſito, q. 18. in fin.*

54 Quartò, quòd omnia exprimantur, † quę vltra pœnã criminis ipſius delinquentem aggrauant, vel ſaltem quòd tam generalia ſint verba, quæ omnem pœnam cõprehendant per ea, quæ dixi ſuprà, in ver. iſtæ tamen indulgentiæ non debent extendi. nam ſi quis eſt bannitus cum confiſcatione bonorum, ſi impetrat abolitionem banni, non dicetur abolita confiſcatio, niſi exprimatur, *d. l. 2. C. de ſenten. paſſ.* Sic etiam licèt ſit abolita pœna criminis, non erit ideo liberatus ab infamia, *d. l. fi. C. de gener. abol.* ſi tamen etiam infamiam exprimat in indulgentia, ab ea quoq; liberatus erit, *vt dicit Saly. per illum tex. in l. cum indulgentia, in prima oppoſ. & in l. fi. col. fi. C. de ſent. paſſ. & confirmat gloſſ. fi. quæ iura concord. adducit in d. l. reſcripta, C. de preci. Impe. offer.* ſic dico de patria poteſtate, & de dominio ſerui & aliis, *de quibus dixi §. in d. verſ. iſte tamen tenet.* & ideo cauti ſint impetrantes, vt omnia exprimant.

55 Vnum tamen notabis, † quod vbicunque obtinuiſſet gratiam per viam iuſtitiæ, intelligetur recuperaſſe etiam famam. vide ad hoc Nellum *in tract. bannit. in prima parte tertij temporis, q. 15.* vbi latè diſputat, quando cenſeatur remiſſa infamia. & in q. ſeq. 16. pulchram aſſumit quæſtionem, quid ſi bannitus, antequam reſtituatur, iuret, vt teſtis in aliqua cauſa, quo caſu poſſet vt infamis repelli, an ſi antequam examinetur, reſtituatur, poterit eſſe teſtis. Et in q. 17. etiam pulc. quando intelligatur reſtitutus ad infamiam iuris tantum, non facti, vel ad vtramque ſpeciem. Et quid ſi dum eſſet bannitus fuit in ſcrutinio vel ſacculo dignitatum extrahendarum poſitus, an ſi reſtituatur, poterit extrahi, *vide ibi Nellum, quæſt. 18.* Et quid ſi ante bannum fuit in burſa poſitus, poſtea bannitus, quod poterit proculdubio extrahi, vide ibid. quæſt. 19.

56 Quintò oportet, † quod indulgentia iuri tertio iam quæſito non præiudicet: ideo ſi conceſſa ſit indulgentia cum reſtitutione bonorum, non intelligetur de bonis confiſcatis, & alteri venditis, *vt eſt gloſſ. communiter approbata in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſth. vbi Iaſ. latè, num. 63. & ſeq. & Bart. in leg. fin. Cod. de ſentent. paſſ. num. 7. quem cæteri ſequuntur, & Abb. per illum text. in c. 1. de parochi.* & Petr. de Anchar. *conſil. 161. column. 2.* vbi hoc comprobat lege & ratione, ſed oportet, quod etiam in hos ſpecialiter exprimatur. ideo vt comprehendantur etiam bona alienata, oportet, quod in indulgentia apponantur verba vniuerſalia, puta cum reſtitutione bonorum omnium iam confiſcatorum, vel cum plena reſtitutione bonorum, & ſimil. vt tradunt omnes in locis prẽallegatis, & omnes Cano. *in capit. inter quatuor. de maior. & obedi. vbi Felyn. num. 10. & in cap. vergentis, num. 2. de hæret. & omnes in dict. §. & quid ſi tantum, vbi Galia. numero ſexageſimoquarto, & Iaſon numero 77. & Alexand. numero 20. verſicul. ſecunda limitatur. & Sozin. num. 17. & Garzia num. 156. & Crot. num. quinquageſimoſexto, in quarta limitatione, & Claud. de Seyſell. columna ſexta, verſicul. quod ſingulariter limita. & cæteri omnes.* nam per iſta verba & ſimilia ſatis conſtat, quod Princeps voluerit præiudicare illi tertio quoad hoc, vt reſtituat bona empta reſtituto precio, quod quidem facere poteſt, *vt ibi omnes concludunt.* & ſimiliter † ſi dictum fuerit in indulgentia, quòd condemnationes liberè aboleantur: nam per illud verbum, liberè, intelligentur comprehenſa omnia contenta in condemnatione, ita quod nihil remaneat. *ita Petr. de Anch. conſil. 408. Probata, column. 2. verſicul. & certè non videtur dubium ſequitur Crauet. conſil. 122. num. 4. & 5.* ideo † ex hoc etiam infertur, quod indulgentia & reſtitutio Principis non trahetur ad cõdemnationes feudatariis acquiſitas, *vt tradit Petrus de Anchar. conſilio 160. in primo dubio, & Afflict. in tit. quæ ſint regalia, §. bona committentium, numero 127.* Et ſimiliter † infertur, quòd ſi fuit ob delictum priuatus feudo, quod feudum fuit poſtea alij conceſſum; quòd ſi reſtituatur, illud feudum non recuperat, niſi id expreſsè dicat in reſtitutione, vel verba ſint prægnantia, *vt ſuprà. ita tenuit Iacobus de Beluiſ. qui diſputauit hanc quæſtionem ad partes adducens is fundamenta pro parte in cap. princ. in princip. in titul. hîc finitur lex Corra. quem refert & ſequitur ibi Afflict. in 6. not. per 4. column. tandem quod ſuprà dixi, concludens poſt Bart. & alios in dict. §. & quid ſi tantum.*

60 Item aduerte, † quod hæc restitutio non restituit ad fructus interim per fiscum perceptos, nisi exprimatur, *vt tenet Ang. in d. §. & quid si tantum, per auth. idem est de Nestorianis, C. de hæret.* ideo inquit Ang. *in d. §. & quid si tãtum.* quod qui petunt restitui, faciant apponi in rescripto, ꝙ restituantur ad omnia bona & fructus, etiã alienata & ꝑ quascunq; manus trãsierint, sed cõtra tenet Nel. *in trac. ban. in prima part. tertij temporis, in q. 7.* sed mihi verior videtur prima opin. cùm satis sit restituere ad ea, quæ habebat tempore sententiæ, quia hæc est natura restitut. sed fructus tunc non habebat. ergo.

61 Nota tamẽ, † quod si Princeps restitueret ad omnia, exceptis talibus bonis alienatis, tali censebitur restituisse ad omnia alia etiam alienata, quia exceptio firmat regulam in non exceptuatis, *ita Afflict. in tit. hîc fin. lex Fede. in princ. in 6. not. num. 34. circa fin. sed vide Ruin. consil. 60. num. 10. in 5.*

62 Item nota, † quòd licet restitutio restituat ad bona etiã in alios translata, tamen non intelligetur de trãslatis per viam contractus, *vt per plura concludit Afflict. in loco prælegato, nu. 36. in fi. & plur. sequent.* adeo quod est necesse exprimere, etiam si per cõtractum sint alienata, & tunc fiscus restituit precium, *vt ibi per eum.*

63 Et similiter † pone, quòd quis fuit accusatus de furto, & formatus contra eum processus & multa indicia cõtra eum cumulata, & dum instaretur pro publicatione processus, producit accusatus indulgentiam Principis de omnibus furtis per eum commissis: dubitatur, an indulgentia non obstante poterit accusator petere, vt subiiciatur torturæ ad patefaciendum, quot bona abstulerit. & certè videretur prima facie, ꝙ non possit quæstioni subiici: quia cùm indulgentia Principis de crimine perimat & tollat omnem ctiminalitatem, non videtur posse amplius cõtra eum criminaliter procedi, sed tantum ciuiliter. Attamen contrariũ verius est, quia indulgẽtia sustulit pœnam corporalem vel fisco applicãdam, non aũt sustulit interesse partis, neq; probationum species, quorum ius iam lite contestata super criminali erat acquisitum ius accusatori. Tortura enim nõ ad pœnam, sed ad veritatis inuestigationem principaliter inuenta est, *l. edictum, vbi Bart. ff. de quæstion. l. nullam, C. de infam. vbi gloss.* ideo indulgentia generalis non tollit ius partis, vt s. dictum fuit. *per l. venia, C. de in ius vocan. & ita in terminis reperio, quod tenuit Paris de Put. in tract. syndica. in ver. tortura grauior, aliàs in ver. pone quod aliquis, est mihi cart. 161. col. 3. in fin. & col. 4. in 14. Tomo tractatuum, secundum impressio. Venetam.*

64 Sextò requiritur, † quòd qui petit indulgentiam, delictum fateatur, vel petat à delicto, vel petat à pœna. indulgentia enim præsupponit delictum & pœnam, *vt declarat Paris de Put. in loco prælegat.* nisi & de hoc expresè fuerit facta mentio in indulgentia, *vt tenet etiam Paris. consi. 1. nu. 69. in 4.* quanquam ego contrarium teneo: quia imo qui petit indulgentiam, nõ dicitur fateri delictum, vt ỹ. dico in seq. col. ver. meminisse etiam oportet, *& vltra ibi dicta vide Afflict. in tit. si de feud fuerit controuer. inter do. & agnat. in §. naturales, in 4. not. in fin.* quòd iudex non potest compellere vtentẽ indulgentia, vt fateatur crimen, per plura, quæ ibi videnda sunt, & idem *in tit. quæ sint regal. in ver. & bona committentium crimen læsæ maiest. num. 146.* vbi refert Bald. sibi contrarium in hoc. quod intellige verum, nisi statutum vel consuetudo extaret in contrarium, vt extare Mediolani testatur Bossius *in tract. crim. in tit. de remedijs ex sola clementia, nu. 29. circa fi.*

65 ¶ Effectus autem † abolitionis specialis & indulgentiæ est varius, secundum varias eius species, & secundum ea, quæ in ipsa exprimuntur, *vt dictum est:* quia tenor eius diligenter est inspiciendus, prout de inuestitura dicit text. *in capitul primo, in fin. & ibi Bald. de duobus fratribus à Capitan. inuestit. & in capit. 1. §. denique, 1. column. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. & in l. 1. §. sed & si quis, Cod. de latin. libert. tollen.*

66 Si ergo abolitio † erit de accusatione tantum, tunc si accusator & reus consenserint, tollitur omnis potestas procedendi super dicta accusatione: sed alius, & sic tertius nõ ideo impedietur, quin possit accusare de nouo, *vt habetur in l. 1. & fi. C. de abolit.* loquor semper in casibus, quibus abolitio permittitur, & valida est. Fallit tamen, quando idem accusator impetrasset abolitionem abolitionis, vt posset denuo accusare: nam hoc fieri potest, *vt est text. in l. 1. C. de abolit.* vbi Ang. & quòd qui impetrauit accusationem, non possit amplius accusare, *probat text. in leg. quamuis, & l. si is, C. ad S C. Turpill. & in leg. mulier, §. 1. ff. eodem.*

67 Secundò si abolitio † est de crimine, quia indulgetur, & datur venia criminis in specie nominati, & tunc non poterit ab aliquo accusari criminaliter, quia sublata est substantia accusationis, videlicet crimen, quod in accusatione necessariò præsupponendum est, *leg. libellorum, ff. de accusat.* & hoc si non fuisset accusatus: si verò iam accusatus, & lis contestata, & aliquod ius considerabile acquisitum parti, tunc non tollit illud ius, *vt ẽ. dixi in 5. requisito.* dixi autem, quòd non poterit accusari criminaliter, quia ciuiliter bene poterit agi ad damna & interesse, *vt latè disputando consuluit Ruy. consilio 60. per totum, in quinto.*

68 Tertiò si indulgentia † pœnæ facta est, tunc tollitur omnis pœna publica, etiam si per sententiam imposita, quæ transiuerit in rem iudicatam, *l. 1. & l. fin. & per totum illum tit. C. de sentent. pass. Bart. & omnes in d. §. & quid si tantum, l. Gallus, de lib. & posthu. vbi Crot. num. 59. & repeten. nu. 118. & in l. 1. §. item à præfecto, de lega. 3. & in l. quidam regulatus, ff. de reb. dub. Abb. Felyn. col. pen. & vlt. in c. inter quatuor, de maior. & obed.* Fallit tamen in pœna applicanda parti, quæ non venit in indulgentia, *vt ẽ. dixi, & tradit latè Iaſ. in d l. venia, C. de in ius vocan. num. 10.* non autem tolletur ius ex delicto insurgens parti offensæ. Exemplum, statutum est, quod offensus possit se vindicare, & hæredes occisi possint occisorem occidere. Quidam fuit bannitus pro homicidio, & postea restitutus à banno, an poterit impunè offendi & occidi ab hæredibus occisi? quod sic, tenet Nell. *in tract. bann. in prima parte tertij temporis, q. 10.* de qua tamen resolutione valde dubito.

69 Quartò consideranda est † causa in indulgentia siue abolitione expressa; nam si illa causa concernit publicã vtilitatem, puta pro bono pacis, intelligetur tollere nõ tantum pœnam publicam, sed & pœnam parti applicãdam, *vt tenet Ang. & Alexan. in l. conuentionum. ff. de pact. quam sequitur, & pluribus comprobat Iaſ. in l. venia, num. 14. & seq. C. de in ius voc. vbi videndum.* & talis causa si abolitio sit generalis, operabitur, quod bona omnia restituantur, etiam si sint alienata, *vt tradit Alex. & Iaſ. ibi, num. 83. in l. Gallus, §. & quid si tantum, de lib. & posthum. & Nell. in tract. bann. in prima parte 3. temporis, quæst. 8. 11. & Alexand. in apostill. ad Bart. in leg. fin. Cod. de sentent. pass. & in dict. §. & quid si tantum, & Bald. in leg. bene à Zenone, C. de quadr. præscript. & Bart. in l. neque, C. de fid. instr. & iure hastæ fisc. lib. 10. & Afflict. in tit. hîc finit lex Fede. in prin. in 6. not. nu. 34.*

70 ¶ Quintò istæ abolitiones † & indulgentiæ tollunt quidem pœnam, sed non infamiam, neq; restituunt ad dignitates & honores, nisi sit expressum, *l. fi. C. de generali abolit. & dixi ẽ.*

71 Notandum tamen etiam, † quòd licet abolitio vel criminis vel pœnæ tollat pœnas, nõ tamen tollit vnam pœnam, quæ nascitur ex iteratione delicti: nam si extet statutum, quòd qui duo furta commiserit, furca puniatur: qui vnum tantum, manu. si quis primum furtum commisit, cuius tamen abolitionem impetrauit, si postea aliud furtum committat, punietur furca, licet primum videretur non habendum in consideratione, ex quo abolitum, *ita Bartol. in leg. si cui, §. cùm sacrilegium, de accusat. & in authentic. sed nouo iure, Cod. de seru. fugitiu. & in authentic. qui semel, Cod. quomodo & quando iudic. & in l. 1. Cod. de adil. actio. sequitur Paris in tract. de syndica. ver. pone,*

quod

*quod aliquis,nu.1.in fi.eſt in Tomo tract. car.161. col.4. ſecundum Venetam impreſſionem.*

72 Item notandum, † quod ſi vaſallus fuit priuatus propter delictum feudo antiquo, & per indulgẽtiam reſtituitur, non ideo fit feudum nouum, ſed remanet antiquum, etiã ſi dictum ſit in indulgentia, & de nouo concedimus, *vt poſt Andr.de Iſer.tenet Afflict.in c.1. hîc finit lex Feder.in 6.not.nu.41.*

73 Pariter nota, † quod reſtitutus per indulgentiam ad omnia bona, intelligitur reſtitutus etiam ad officia, *vt ibidem dicit afflict.nu.42.*

74 Sed quid ſi quis † licentiã obtinuit à Principe emẽdi feudũ, poſtea factus eſt rebellis, & cõfiſcata omnia bona, durãte bãno rebellionis emit feudũ, quod poſtea ẽt alius non rebellis emit cum cõſenſu Principis, reſtituit' poſtea ille rebellis ad gratiam & ad bona, an recuperabit feudum illud. Lucas de Pen. *in l.cum allegatis, Cod.de remiſſi.lib.11.* mouet hanc quæſt. & determinat, ꝙ non: quia prima licentia data p Principem habebat tacitã conditionem, ſi duraret in eo ſtatu, id eſt, non fieret rebellis. ſtatim ergo per rebellionem factus eſt indignus, ideo nõ potuit emere, cùm tamen ſecundus nullum habuerit impedimentum acquirendi, & ipſum ſequitur Affli. *in d.tit.hîc finit lex Feder.in 6.not.num.43.*

75 Et quod dictum eſt, † ꝙ reſtitutio non tollit pœnam applicandam parti, vide ad hoc etiã Nell. *in tract.bann. in 1.parte tertij tẽporis, q.11.* vbi voluit, ꝙ ſi quis fuit cõdemnatus ad pœnam publicam, & damna omnia, & intereſſe, ſi fuit poſtea pro bono publico etiã motu proprio reſtitutus aduerſus bannum, & omnia in eo contenta, nõ tamen intelligetur reſtitutus, quin teneatur damna reſarcire, quod pluribus ibi comprobat.

76 ¶ Item notandum, † quod reſtitutio non operatur, vt reſtituatur bannitus etiam ad ea damna, quæ paſſus fuit tempore banni virtute ſtatuti, ꝙ bannitus poſſet impune offendi. ita Nell. *in tract.banni, in 1.parte tertij temporis, q.12.* ſed bene intelligetur reſtitutus ad ea, quæ ſibi acquiſiuit ex contractu inito tempore, quo erat bannitus, *vt ibi idem dicit in q ſeq. videlicet 13. & etiam ſeq.14.*

77 Sed quid ſi † bãnitus egit in iudicio, & ſic nulliter, ſi poſtea reſtituatur, & ratificet ſic reſtitutus omnia acta p eum ante, an valebit iudicium? quod ſic, *Nell.ibi.in q.20.*

78 Tenebitur † aũt reſtitutus creditoribus ſuis, ſi reſtitutus fuerit etiã ad bona, ſecus ſi à banno tãtum, & bona fuerint publicata, *vide ibi Nell in 21.q.*

79 An autem † reſtitutus poſſit agere contra debitores ſuos, qui ſoluerunt fiſco, & quando hoc poſſit facere, *ibid.quæſt.22.*

80 Aduertẽdum quoq;, † quod ſi aliquis accuſatus purgauit indicia, mediante tortura, tunc nõ abſoluitur diffinitiuè, ſed fit abolitio accuſationis, *vt inquit Salyc.in l.ea quidem, C.de accu.in l.ſi qui adulterij, C.de adult. & in l.quiſquis, C.ad l.Iul.maieſt. & ſequitur Alex.in addit.ad Bart.in l.vnius, §. reus, in ver.nec confitetur, ff.de quæſt.*

81 Sed & hoc † non prætermittendum, quod abolitio, & indulgentia poteſt fieri etiam per viam diſpenſationis, *iuxta gl.in c.de his, vbi omnes, de accu. & in cap. ex tua, de fil. presby. & in c.ſi.de tem.ord & in c.2.de ſchiſma. & Dec.conſ.137.* Indulgere. *Diligenter, col.1.verſ.ſimiliter.* nam & verbum, indulgemus, diſpenſationem denotat, *ſecundum Bald. in c. at ſi clerici, in prin.col.4.verſ.ſcias, de iud. & per Fely.in c.ex inſinuatione, num. 4.de ſimon.*

82 ¶ Meminiſſe etiam † oportet, quod licet quis petat, vel impetret veniam & indulgentiã alicuius delicti, de quo nondum fuit cõdemnatus, ꝙ ideo non videtur fateri delictum. petitio enim veniæ nõ eſt ſufficiens probatio delicti, *gl.eſt no.in c.exhibita, de homici.* videtur enim potius impetraſſe veniã ad placandã iram Principis maleuolorum ſuggeſtionibus inflammatam, & ad cautelã potius, *vt inquit Rom.qui ſummè commendat illam gloſſ.in l.1.§. nunciatio, ff. de no. ope.nunc.* quod tamen intellige verum, quando extraiudicialiter petita fuiſſet abolitio & indulgentia ab ipſo Principe, ſecus ſi coram iudice pro tribunali ſedẽte, prout vidimus ſupra abolitionem peti ſolere, ita declarant omnes *in dict.cap. exhibita, & ſequitur Cæpol.conſ.21.colum.4.verſ ſed plus dico.* concludentes, quod quãdo in iudicio, & à iudice petitur, inducit confeſſionem delicti, de quo etiam vide Blanc. *in tract.de indi.num. 308.qui reprehendit d.gloſ.* ſed Gigas *in tract.de crimin.læſæ ma-*
83 *ieſt.li.2.q.23.* ipſam ſaluat & ſequitur. ſi tamen † adhibeatur cautela, vt ſi etiam in iudicio coram iudice dicatur, non commiſi delictum, attamen ad abundantem cautelam peto veniam, tali caſu non inducet cõfeſſionem, *ita declarat Abb.in d.c.exhibita, in vltimis verbis, vbi etiam Pet.de Anch.num.5. & idem ibi tenet Ioan.Andr.in vlt.col.verſic. in gloſſ. penul. pro quo adducit text.in c.venerabili, de ſentent.excommun.* vbi ad cautelam poteſt peti abſolutio ab excommunicatione, licèt verè non ſit excommunicatus. Aduerte tamen, quòd hæc quæ dixi de venia impetrata à Principe, quòd non inducat cõfeſſionem, videntur oppugnare ea, *quæ dixi ſ. in 6.requiſito, vbi dixi.* quod vt indulgentia valeat, oportet, quòd impetrans crimen fateatur. ſed potes reſpondere, quòd vt facilius impetretur, debet fateri crimẽ: nam ſi pertinaciter negaret, magis inflammaretur animus Principis, qui iam conceperat alte crimen commiſſum ab eo fuiſſe: ſed ſi ſimpliciter impetrat indulgentiam, verius erit, quòd non cenſeatur faſſus crimen, *vt hîc dictum eſt.* ſed adhuc obſtat id, quod ſæpe dictum eſt, & dicit etiam text. *in l.vlt.C.de generali abol.* quod indulgentia pœnam abolet, non infamiam. non enim incurreret infamiã, ſi non præſupponeretur confeſſio: niſi reſpondeas, quòd abolitio tunc non abolet infamiam, quando iam condemnatus erat per ſententiam, & nunquam appellauerat, *& ita procedit text.in d.l. vlt. & in l.generalis, C.de ſentent.paſſ. & in leg.ad tempus, Cod.de infam.* ſed nos loquimur hîc, quando nondum fuerat condemnatus, & ſemper negauerat ſe delictum commiſiſſe.

84 ¶ Hîc verò † ſuccurrit no.quæſtio, an ſi Princeps cõceſſerit alicui abolitionem & indulgẽtiam, hac expreſſe addita clauſula, quòd ſi quid ſimile in futurum perpetrauerit, ipſo iure intelligatur priuatus hac gratia, & incurriſſe omnes pœnas, à quibus tunc fuit liberatus, an dico, ſi nouum ſimile delictum commiſerit reuocata intelligatur iſta gratia ipſo iure & incurrerit etiam pœnas ipſas à quibus fuerat abſolutus. Iaco.Butr. quem refert Bart. *in l.ſi vnus, §.pactus ne peteret, n.26.ff.de pact.* tenuit, quod ſtatim reincidat d. pœnas, perinde ac ſi nunquam abolitionem impetraſſet. *quod etiam ſequitur ibi Bart.* quãdo ſcilicet gratia fuerat facta à Principe, qui legem cõdere poterat, ſecus ſi à priuato in tranſactione, & remiſſione iniuriæ, quo caſu diſtinguit, *vt per eum, qui communiter ibi approbatur. quam opi. etiam alibi ſæpe ſequutus eſt, vt ibi per Iaſ.nu.46.* quã tamen cõcluſionem verã intellige, dũmodo liquidiſſimè conſtet nouum illud delictum, adeo quòd declaretur per veras probationes ipſum d. pœnã priuationis gratiæ incurriſſe, *vt tenet Bal.in c.1.in tit.qualiter dominus feu propr.pri.allegat l.in teſtamento, in princip.ff.de condi. & demonſt. ſequitur Soc.conſ.20.inter conſ.Curt.incip. Sæpenumero animo reuolui, col.11. & 12.*

85 ¶ Præterea notãdum, † ꝙ aliquãdo ſolent Principes gratiã facere ẽt poſt cõfeſſionẽ delicti, & ſententiã, quę tranſiuerat in rem iudicatã, qñ ſcilicet poſt ſententiã, & confeſſionẽ cognoſcit iudex vel Princeps omnia fuiſſe falſa, *vt ſæpe contigit, & eſt text.in l.1.§.ſi quis vltro, ff.de quæſt.* nã ſi hoc caſu iudex vel Princeps vſus fuiſſet verbo, indulgeo, vel gratiã facio, addita hac cã, qa reperi ipſum innocentẽ, intelligetur eſſe nõ ſimplex venia, & indulgentia, ſed in integrũ reſtitutio, & ea qdẽ fauorabilis, q̃ trahitur & ad pœnã corporalẽ & pecuniariã & ad bona & ad famã, & ſic ad omnia, *vt declarat Bar.in d.§.ſi qs vltro, & in l.ſi.C.de ſen.paſ.* & recuperabit bona ſua publicata, & in aliũ alienata, *vt tradunt oẽs poſt Cuma.in d.§. & quid ſi tantũ, l.Gallus, de lib. & poſt.vbi Iaſ.n.73. & Nell.in tract.ban. prima*

*parte*

*parte tertij temporis, q. 11. in fi.* nam non diceretur restitutus, nisi omnia recuperaret, *vt latè per Deci. in l. in condemnatione, §. cùm verbum, restituas, ff. de reg. iur.*

86 ¶ Item notandum, † quod quantumuis generalis restitutio, & indulgentia, puta de rebellibus vel bannitis vel delinquentibus, quod non extendetur ad iam mortuos, vt scilicet tale beneficium comprehendat eorum hæredes, quia mors omnia soluit, *§. deinceps, in authent. de nupt.* & non entium nullæ sunt qualitates, *leg. eius qui, ff. si cer. pet.* Et hoc intellige, nisi expressa fuerit facta mentio de mortuis, vel de hæredibus, *vt tradit Petr. de Anch. in dict. cons. 160. in 2. dub.* Quinimo nec testamentum horum cõualesceret, *vt ibi dicit Pet. de Anch.*

87 ¶ Sciendum quoque, † quod differentia est inter indulgentiam, & restitutionem: nam cõcessa simplici indulgentia, non recuperantur bona, neq; iura, *l. insulam, C. de sent. pass.* Aliquando conceditur etiam indulgentia cum aliqua additione, & tunc eatenus extẽditur indulgentia, quatenus important verba addita *l. si pater, eo. tit.* In restitutione verò si ea facta est simpliciter, omnia restituta videntur, *l. 1. C. eod. tit. de sent. pass.* sed si addita fuerit aliqua limitatio, eatenus restringitur, quatenus important verba exceptionis, *l. 3. eod. tit.* Quandoque conceditur indulgentia & restitutio, & tunc omnia cõplectuntur, nisi aliud sit expressum, *vt videtur velle Bart. in l. fi. C. eod. & sequitur Nellus sic declarando in prima parte tertij temporis, in 4. q.* Licet dum dicit, quòd si facta est restitutio simpliciter, omnia restituta videntur, hoc dictum non est simpliciter verum: nam plura videntur etiam ab illa indefinita eloquutione excepta, *vt s. dictum fuit, & præcipuè in 4. requisito.*

88 Item quòd si † simpliciter quis fuerit à banno liberatus vel rebannitus, non tantum dicitur indulgentiam impetrasse, sed etiam restitutionem, *vt post Iac. But. refert Bart. in d. l. fi. C. de sent. pass. & sequitur Nellus in loco præallegato, vbi rationes adducit.* Quod intellige verum, quãtum ad bona publicata sed nondum alienata in alios. sed si fuissent alienata, non intelligeretur de eis impetrata restitutio, *vt dicit Nell. in loco præalleg. in 6. dist.*

89 Quando autem bona † reperiuntur alienata, voluit Bartol. *in dict. leg. fin. Cod. de senten. pass.* quod fiscus teneatur refundere precium, in quantum fuerit factus locupletior.

90 ¶ An autem possit † remitti pœna absque pace habita ab offenso, concludendum quod sic, si restitutio siue remissio facta sit à Principe, quia Princeps omnia potest circa pœnas. Quod intellige quoad pœnas publicas, secus quo ad eas, quæ sunt parti applicandæ: quia nõ potest, nisi adsit aliqua causa concernens vtilitatem publicam, *vt tradit Iser. in tit. quæ sint regal. in vers. bona committentium crimen læsæ Maiest. 1. col. & ibi Afflict. nu. 122. & dictum fuit etiam suprà.*

91 ¶ Quid autem † si facta est gratia, & abolitio, an possit ipsa reuocari ex causa; puta, quia falsa causa, vel quia subreptitia. Bossius *in tract. crim. in tit. de remedijs ex sola clemen. Principis, nu. 36.* tenet quod non. Ego verò contra *per text. in l. 1. in fi. C. de abol.* vbi facta abolitione, licèt regulariter non possit idem crimen accusator intentare, tamẽ poterit etiam abolitionem abolitionis, *vt dixi s. ante hanc colum. in 1. effectu abolitionis.* potes tamen dicere, q; Bossius loquitur, & dicit ita obseruari in territorio Mediolani, ex moribus vel statutis, quibus ibi vtuntur. sed maximè posset reuocari, si dolus intercessisset impetrantis vel eius aduocati, vel si aduocatus fisci in hoc præuaricatus fuisset, vel si gratia fuisset venalis vel si ex falsis instrumentis vel testibus, *vt ibi per Boss. pro quo bonus tex. in l. 2. C. de abolit.*

92 Et diligenter † animaduertat impetrans, ne nulliter gratiam impetret: quia si nullam obtinuisset, perinde foret, ac si verè nunquam obtinuisset, & ideo posset impunè occidi: quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, *cap. non præstat, de reg. iur. in 6. & in terminis ita consuluit Alexan. consi. 114. Ponderatis, num. 3. in primo.*

93 ¶ Aduertendum quoq;, † quod boni Principes non ita passim concedent gratiam omnibus, sed habita cognitione personarum, locorum, temporum, & aliarum qualitatũ, quæ circunstant: ideo refert Bos. *in tit. de reme. ex sola clemen. Princ. nu. 47.* Mediolani extare statutũ, quòd nemo possit vti gratia, nisi per annum exulauerit. quod & fecerunt Illustriss. D. Veneti aliàs legem sancientes, q; nemo posset bannitum capiendo, se bannitum liberare, nisi per duos annos fuisset in banno vt saltem aliqualem pœnam videatur sustinuisse. iniquum enim & mali exempli videretur esse, q; hodie occidissem hominem, & cras gratia obtenta forem liberatus. daretur enim occasio delinquendi.

94 ¶ Sciendum quoq;, † quòd solus Princeps concedere potest has gratias, & restitutiones, nõ autem feudatarij, & Barones, nisi quoad bona & pœnã, quæ eis foret applicanda, *vt per Saly. in l. cum indulgentia, C. de sent. pass. & Bald. in l. seruos, C. ad l. Iul. de vi pub. & Iacobi. à Sancto Georg. in inuestitura sua, in gl. cum mero & mixto imper. col. 2. & per Bart. & alios in l. acta, §. amplianda, ff. de re iud. sequitur Boss. in tract. crim. sub tit. de remedijs ex sola clem. Princ. nu. 51.*

95 ¶ Item nota, † quod causa indulgentiæ siue abolitionis generalis est multitudo delinquẽtium, *c. vt constitueretur, 50. dist. Albe. in l. à procedente, C. de dila. tradit Marti. Laud. in tract. de Princip. q. 112.* item benemerita quandoque sunt causa, *vt per Gram. cons. 58. nu. 14. & 15.*

Multitudo delinquentium.

Benemerita.

96 ¶ An aũt † in casu, quo iudex vnius territorij potest cõfiscare bona subditi sui existẽtia in alieno territorio, *de quo per Bar. in l. cunctos populos, C. de sum. Tri. & fid. cath. in fi.* an possit Princeps illius territorij cõcedere gratiã quoad bona ibi sita. q; non, tenet Boss. *d. tit. de remed. ex sola cle. Prin. nu. 53.* quod puto verum, quia eius est soluere, cuius est ligare, *l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* sed ipse nõ poterat confiscare pro illo delicto, quia delinquens nõ erat subditus, neq; delictum commissum fuerat in suo territorio, ideo non poterit & gratiam facere.

97 ¶ Abolitio aũt † vel gratia, aut restitutio, ad sui essentiam, & substantiã non requirit scripturã, quia scriptura inducitur tantum ad probationem, *Bald. in l. si qua per calumniam, in fi. C. de episco. & cler. cum alijs adductis per Boss. in loco præalleg. nu. 54. & seq.*

98 ¶ Tertia species † abolitionis est, quæ appellat Legalis, quæ est, quando accusator est mortuus, vel aliqua alia causa impeditus, propter quam non possit accusationem prosequi, *vt est text. in l. aut priuatim, in princ. ff. ad Turpill.* præsertim si lapsum sit biennium, *iuxta leg. in senatus, §. pen. eod. tit. & l. 4. C. de accus.* & isto casu finita dicitur accusatio quoad accusationem, quia ꝓcedere amplius non potest: poterit tamen reus denuo ab alio accusari, *leg. prima & secunda, & leg. defuncto, & leg. fin. Cod. si reus vel accu. mor. fue.*

Legalis Abolitio.

99 Sed intellige, † quòd poterit accusari intra 30. dies vtiles computandos à die, quo mortuus est accusator vel à die, quo certum fuit accusatorem fuisse impeditum, *vt not. in l. libellorum, §. vlt. de accu. & in specie in hac legali abolitione tradit Rofred. in libellis iuris Pontif. sub rubr. in quibus casib. inimici accusare non poss. nu. 6. est mihi car. 654. 2. col. & sequitur ad literam Spec. in tit. de abolit. & purg. §. 1. nu. 4. & not. de hac in c. prohibentur, 2. q. 1. & in c. 1. de collu. deteg.*

## CAP. XXXVI.

## *Alieno nomine quando liceat Accusare.*

### SVMMARIVM.

1 *Accusare per alium in publicis iudicijs, in quibus pœna sanguinis ingeritur, vel alia supra relegationem, an liceat, & alius quispiam alieno nomine an possit, & quibus de causis, num. 2. 3. 4. 5. 6.*

7 *Tutores & curatores an debeant pupilli nomine vel suo, ad cõmodum tamen pupilli Accusare, & se Subscribere?*

8 *Syndicus,*

8 *Syndicus, & procurator, an possint accusare, nisi se ipsi subscribant, cùm æquiparentur tutoribus, & nu. 9. & nu. 10.*
11 *Carceratus, an possit per alium accusare, nisi se ipse inscribat.*
12 *Filius, an possit per patrem accusare, vel pater administratorio nomine filij, & quatenus sustineretur libellus tali nomine conceptus, & vide limit. ad ista, nu. 13. 14. 15. 16. 17.*
18 *Accusare alieno nomine, tripliciter sumitur.*

1 CONSTITVATVR regula, † quòd in publicis iudiciis, & in iis criminibus, in quibus ingeritur pœna sanguinis, vel alia supra relegationem, non potest quis per procuratorem accusare, neque quispiam alieno nomine accusationem proponere, si mandatum non habet: quinimo etiam si mandatum habeat, *l. pen. §. ad crimen, ff. de pub. iud. l. 2. C. qui accu. non poss. l. de fide. C. de fals.* 2 *c. veniens, de accus.* † Ratio autem huius regulæ multiplex esse potest. Prima, quia cùm publica iudicia ideo sic appellata sint, quòd omnibus pateat eorum accusatio, *Instit. de pub. iud in prin.* frustra alieno nomine accusat, cùm possit proprio. ideo *in d. §. ad crimen.* dicitur, frustra procurator interuenit.

3 Secunda, quia † cùm accusator debeat se subscribere, & etiam in carcere permanere, sicut reus, daretur occasio fraudandi legem, si posset procuratorem mittere, & ipse abesse.

4 Tertia, † vt diligentius agatur causa, si per principalem ventiletur, quàm si per procuratorem.

5 Quarta, † quia actor, & reus non debent ad imparia iudicari, sed reus non potest per procuratorem comparere, ergo neq; actor, *& has rationes tradit Maria. in cap. veniens, nu. 19. de accu. post alios.*

6 ¶ Extende, † quod procedat etiam in causa appellationis criminali, eius scilicet generis, de quo ꝛ. dictum est, *l. 1. ff. an per alium.*

Tutor. Curator. 7 Extende secundo, † vt procedat etiam si tutor vel curator vellent nomine pupilli vel minoris accusare, sed debent nomine proprio se inscribere, ad commodum tamen pupilli, *d. l 2. C. qui accu. non poss.* Et quanquam text. *in l. tutorem, ff. de ijs quib. vt indig.* dicat, quòd tutor nomine pupilli accusabat de falso, & similiter text. *in l. Polla, C. eo.* dicat, pupilli nomine factam accusationem: tamen ambo hi text. intelligunt nomine pupilli, id est, ad vtilitatẽ pupilli, *vt exponit gloss. in d. l. tutorem, in ver. pupilli nomine, in fi. & in d. l. 2. C. qui accu. non poss. in ver. alieno.* quę licèt ad hoc nil adducant, tamen pro hac expositione facit optimè *d. l. Polla.* dum dicit, quod de calumnia ille agens punietur: nam si verè alieno nomine, id est, pupilli accusasset, non puniretur ipse, sed pupillus. Item ibi dicitur de calumnia tua præsidem deliberaturum. quamuis (inquit) pupilli nomine agere videaris: verbum videaris, denotat fictionem, ergo non verè accusabat nomine pupilli, sed in consequentiam. Communiter tamen illæ gloss. reprehenduntur, quia tutor potest nomine pupilli accusare; sed ipse nomine proprio, non pupilli tenetur se inscribere, *vt dicitur in d. l. tutorem, & d. l. Polla.* Nec mirum quòd vnius nomine fiat accusatio, & tamen principalis tenetur se subscribere, quia hoc habetur etiam *in l. vlt. C. de iniur.* vbi illustris persona potest per procuratorem accusare, sed ipsamet tenetur se inscribere, & hoc dicit Bart. post Ricar. de Malum. *in l 2. §. pupillus, de accus.* sequitur Maria. alios adducens *in c. 1. de accus. nu. 11.* Mihi tamen non videtur probare text. *in l. vlt. C. de iniur.* adductus per Bar. ex duobus. primo, quia ille casus longè diuersus est à nostro: nam ibi principalis accusat per procuratorem, & de principalis voluntate constat, quòd velit accusare: ideo nimirum si ipse inscribit nõ procurator. sed in casu nostro est totum contrarium, quia tutor nomine pupilli accusat, & tamen ipse, nõ pupillus subscribit. Item si illud conceditur in priuilegium illustrium personarum, necesse est, quod ius commune prę supponatur esse in contrarium, *l. ius singulare, de legi.* Hanc ergo conclusionem, quod tutor non possit nomine pupilli principaliter accusare, sed tantum nomine suo, & ipse tanquam principalis teneatur subscribere, *tenuit etiam Spec. in tit. de accusat. §. 1. versic. item quod est tutor, num. mihi 32. idem tenet Ang. in tract. malef. in versi. & ad querelam, num. 20. & ibi Aug. de Arim. in addit. in princ. & Gandi. in tract. malef sub rubr. qui accu. poss. vel non, col. 2. vers. item accusare prohibetur, est mihi nu. 11. & Ias. in d. l. Polla, nu. 6.*

8 Extende tertio, † vt procedat etiam in vniuersitate, Syndicus. quòd scilicet per syndicum vel per procuratorem non possit accusare, nisi ipse syndicus vel procurator se subscribat, *vt dictum est de tutore. Hoc voluit Io. Andr. in c. dilectus, de simon. quem sequitur Maria Soc. ibi, num. 13. & idem in cap. veniens, de accus. num. 90. & hanc Communem esse dicunt Ancha. & Boich in d. c. dilectus, & Ang. in l. 2. C. qui accus. non poss. & Imola in d. l. pen. §. ad crimen, de publ. iud. num. 21. vers. octauo fallit.* Et quanquam Bart. *in d. l 2 §. fin. ff. de accus. in fin.* referat Dyn, consuluisse, quòd syndicus non possit accusare syndicario nomine, sicut nec tutor tutorio nomine, & tamen Bart. ibi contrarium videatur tenere dicens, quòd syndicus potest accusare nomine vniuersitatis, sicut tutor nomine pupilli. & Imola etiam *in d. §. ad crimen, in loco præallegato* dicat, se sequi opin. Bart. contra Dyn. attamẽ mihi videtur, quod Dyn. in nihilo discordat ab opin. Bart. Nam dum Dyn. dicit, quòd syndicus non potest accusare syndicario nomine, sicut nec tutor tutorio, bene dicit, quia æquiparat syndicum tutori. sicut ergo tutor nõ potest tutorio nomine, id est, nomine pupilli agere regulariter, & fallit, nisi se inscribat, *vt dictum est*, ita nec syndicus, nisi se ipse subscribat. Et pariter dum Bart. dicit, quòd syndicus põt accusare nomine vniuersitatis, sicut tutor nomine pupilli, bene dicit æquiparãdo syndicum tutori, prout facit etiam Dyn. Nam sicut potest accusare, & tutor nomine pupilli, dummodo se subscribat, ita & syndicus. & ita verè concordant Dyn. & Bart, *in effectu, quidquid ipse Bar. dixerit & Imola.*

9 Verum est, † quod Gandi. *in tract. malefic. in tit. qui accu, poss. vel non, nu. 13.* tenet indistinctè, quòd vniuersitas potest constituere syndicum ad faciendam accusationem nomine vniuersitatis de aliquo crimine, *vt dicit probari in l. tam collatores, §. si autem vniuersitas, de re mil. lib. 12.* sed verè, malè loquitur, & contra eum est communis; nisi saluetur secundum prædicta, quòd potest constitui syndicus ad accusandum, dummodo ipse se subscribat, alias vt dixi, malè loquutus esset. Neque obstat d. l. tam collatores, quia non loquitur in syndico vniuersitatis accusatæ, vt etiam animaduertit Bart. *in d. l. 2. §. fi. in vlt. verbis, de accus.* inter quę magna est differentia: nam ideo non potest syndicus nomine vniuersitatis accusare absque eo, quòd se subscribat; quia cùm vniuersitas non sit capax pœnæ talionis, ad quam se subscribũt accusatores, ideo non mirũ, si non possunt accusare. At quando vniuersitas accusatur, cùm tota non possit comparere, necesse est, quòd per syndicum compareat, *& declarat etiam Baldus in leg. secunda, Cod. qui accusa. non possunt, numero septimo.*

10 Bald. autem † *in d. l. Polla, C. de ijs, quibus vt indig.* proposita hac quæstione, an vniuersitas per syndicum accusare possit, inquit: Quidam dicunt quòd sic, quia aliàs maleficia remanerent impunita, quia impossibile est, ꝙ magna vniuersitas per se agat. sed Nicol. Matarel. (inquit ibi Bal.) contrarium tenet, quòd scilicet syndicus in capitalibus non potest syndicario nomine accusare, sicut nec tutor aut ꝓcurator. Neq; obst. quod delicta remanerẽt impunita, quia hoc falsum est: nã siue delictum sit publicum siue priuatum, ex quo est cõmissum in ipsam vniuersitatẽ, quilibet ex ea dicitur offensus, ideo & quilibet poterit accusare proprio nomine tanquam offensus. & cũ ista opi. resideat ibi Bar. cuius tamen dicta debẽt intelligi secundum prædicta, vt scilicet non possit nomine vniuersitatis accusare, nisi se ipse nomine suo subscribat sicut tutor. & hoc in specie tenet idem Bald. *in l. 2. C. qui accu. non pos. nu. 7.* quòd scilicet nõ possit accusare; sed

sed postea, *nu. 10. in fi.* non sibi constans dicit, quod syndicus vniuersitatis poterit pro vniuersitate accusare, qa habet officium publicum, & vniuersitatem repręsentat. secus inquit in syndico collegij, puta fabrorum, cerdonũ, & similium: nam ex quo nõ gerit publicum officium, sed officium eius est voluntariũ, & non repręsentat Remp. ideo habetur pro priuata persona, & simplici procuratore, quod latius ibi prosequitur, *nu. 11.* Quanquam arbitror, ꝙ hic Baldi intentio fuerit, quod talis syndicus poterit pro vniuersitate accusare, id est, ad cõmodum vniuersitatis, nomine tamen suo principaliter ita vt ipse se subscribat ad pœnam talionis, *vt dictum est de tutore*, sed demum reperio, quòd idem Bald. *in leg. seruum quoq;, §. publicè, nu. 7. ff. de procu.* recitatis opin. antiquorum videtur absolutè inclinare in hanc partẽ, quod syndicus possit accusare nomine vniuersitatis: motus, quia cùm aliàs vniuersitas verè per se non possit accusare, poterit offendi, & tamen nunquã poterit accusare, idem quoq; simpliciter tenet ipse *in l. reos, C. de accu. num. 27.* dicens ita tenere omnes Dd. cuius tamen dicta puto intelligenda secundum prædicta, vt scilicet possit accusare, sed ipse se subscribat. Et Io. And. *in addit. ad Specu. in tit. de accus. sub nu. 1. in fi. est in addi. incip. §. fin. ad intellectum.* vbi dicit, quòd hîc Patauij fuit hæc quæstio, an syndicus possit nomine vniuersitatis accusare. & plures consuluerunt, & cõcordarunt quod non, sed nomine proprio, ad vtilitatem tamen & commodum vniuersitatis, quod idem est, ac si nomine vniuersitatis ageret, sed ipse se subscriberet, vt sæpe dixi.

Carceratus. 11 Extende quarto, † vt procedat etiam in carcerato, ꝙ scilicet per alium non possit accusare, nisi ipse se inscribat, *quod videtur probare text. in l. miles, §. quidam, ff. ad l. Iul. de adul.* vbi dies dati marito ad accusandum non currunt ei existenti in carceribus, & tñ si posset ꝑ procuratorẽ accusare, certè currerẽt. ita inducit, & intelligit illum tex. Ang. *in l. pen. §. ad crimen, ff. de pub. iud.* vbi etiam Rub. Alex. *nu. 124.* idem tenet. sed contra hæc videtur facere cõmunis opin. quę est, quod etiã in publicis iudiciis potest ꝑcurator comparere pro reo carcerato, *vt per Bar. in d. §. ad crimen.* & hanc dicit communem Maria. *in c. veniens, de accu. q. 18. & per Fel. in c. meminimus, in 7. q. & Ana. cons. 1. col. 1. & Alex. cons. 116. in 2.* ad quæ potes respondere, quod diuersa est ratio in reo, quia ei magis fauemus.

Filius. 12 Extende † & quinto, vt procedat etiam in filio, qui non potest per patrẽ accusare, neq; etiã poterit ipse pater administratorio nomine pro filio accusare. *ita Bal. in l. 2. C. qui accus. non poss. nu. 13.* quod etiam ibi sequitur Ang. loquendo semper in publicis iudiciis: quia pater in his iudiciis nõ est legitimus administrator, sed bene poterit tanquã coniunctus accusare ex iniuria, quę sibi videtur illata, cùm sit illata filio, ex quo censentur, vna & eadem persona. & licet pater in libello diceret se tãquam legitimum administratorẽ accusare, tamẽ sustineretur libellus, vt interpretaretur, id est, tanquã pater, & coniuncta persona, imo eadem cum filio, vt ibi tenet Ang. in prin. ꝙ si cùm esset pater in accusatione, tamen se patrem nõ nominaret, censeretur eo casu nomine suo ꝑprio, non filij accusare, *vt declarat Bal. in d. l. 2. num. 14.* pro quibus faciunt, quæ dicuntur in accusato, ꝙ scilicet pater potest pro filio accusato comparere, *vt per Capol. cons. 46. col. 2. & cons. 48. in prin. & cons. 55. col. 3. & cons. 56. & Felyn. in c. illa præpositorum, col. 3. de accus. & not. omnes in d. §. ad crimen, & in c. veniens, de accus.*

Procurator. 13 ¶ Limita primò, † nisi quis alieno mandato, sed nomine suo proprio accusaret, & se subscriberet ad pœnã talionis: quia tunc poterit, vt omnes concludunt in locis ꝑallegatis, *& est text. & ibi gloss. in ver. nominibus, in l. nostris, C. de calumniator.*

14 Limita secundò, † vt non procedat in personis illustribus, qui accusare possunt per procuratorem in crimine iniuriarum, *l. vlt. C. de iniu. & tradit Gand. in tract. malef. sub tit. qui accusare possunt, num. 12. & Specu. in tit. de accusato. §. 1. nu. 32. & Aug. de Arim. in addit. ad Ang. de malef. in vers. & ad querelam, nu. 20.*

15 Limita † tertiò, nisi post litem contestatam ad prosequendam accusationem procurator interueniret: qa tunc poterit, nec iudex curabit de istis apicibus iuris, *vt inquit Bal. in l. 2. C. qui accu. non poss. nu. 10.*

16 Limita † quartò, nisi procurator comparuisset, & nil fuisset oppositum: quia nihilominus valebit processus, licèt non ita esset, si pro accusato procurator cõparuisset. & ratio differentiæ est, quia iudex, & pars possunt remittere accusatori pœnam de calumnia, sed non possunt remittere pœnam accusato, *ita post Iacob. Butr. tenuit Alexandri. in repet. dict. §. ad crimen, l. penult. ff. de publ. iud. num. 362. & sequen.*

17 Limita † quintò, nisi foret procurator, qui recepisset iuramentum à debitore de soluendo, qui nõ soluisset: quia poterit ipse procurator accusare de periurio, & ẽt dominus poterit, *Afflict. in const. eos, qui scienter, n. 13.*

18 ¶ Notandum tamen, ꝙ quando quis in libello dicit se accusare nomine talis, hæc verba possunt intelligi tripliciter. primo tanquã in actũ nudi ministerij, vt scilicet si dicã, ego tanquã minister nomine talis accuso, ipsius personã repręsentans. secundo tanquam in actum mixti ministerij, vt si dicatur, ego tutor tãquã ex officio meo, & nomine pupilli. tertio tanquã in vim causæ, vt si dicã, ego tutor, id est, qa sum tutor, nomine pupilli accuso. *ita Bal. declarat in l. 2. C. qui accus. non poss.* & ideo idem Bal. *in l. Polla, C. de ijs quib. vt indig.* dicit, ꝙ idem erit dicere, ego accuso de mãdato, vel nomine vniuersitatis, & hoc vt saluetur libellus: quia cùm illa verba, nomine vniuersitatis, possint ẽt intelligi, id est, de mandato vniuersitatis, vt saluetur, ita sunt intelligenda: aliàs enim nõ procederet libellus, & idem *in dict. leg. secunda, numer. octauo, Cod. qui accus. non poss.* dicebat, quod licet libellus per ista verba cõceptus, videlicet, talis syndicus syndicario nomine accusat, vel talis curator de voluntate adulti accusat, propriè loquẽdo nõ procederet: tamen in propriãdo ea poterit saluari, vt intelligatur ipse agere, sed de mãdato pupilli. nam & *in d. l. Polla*, dicitur nomine pupilli, & tamen oẽs exponunt, id est, ad vtilitatẽ pupilli. ista enim verba, nomine talis, possunt exponi transitiuè, id est, vt transeant oẽs actiones actiuæ & passiuæ in eum, cuius nomine agit, & ẽt non transitiuè, quia scilicet nomine suo verè intendit agere, *vt ibi declarat Bal.* ideo quomodocunq; saluari possunt verba libelli, saluanda sunt, & ideo Saly. *in d. l. 2. C. qui accu. non poss. num. 2.* dicebat, ꝙ si frater offensi sit eius tutor, & in accusatione dicatur, talis frater, & tutor Titij fratris sui accusat, & cętera, censebitur accusare tanquam frater, non tanquam tutor, vt saluetur libellus, licet poterit cogi ad declarandum, quo nomine accuset, vt ibi per eum.

Minister. Tutor.

Et licet Bar. *in l. 2. §. pupillus, de accu.* det cautelã tutori, ꝙ quãdo accusat aliquẽ, dicere debeat, talis tutor simpliciter, neq; addat, vt solet fieri cõmuniter, ista verba, tutorio nomine: nam si simpliciter dicit, talis tutor, intelligitur eo modo, quo põt. tamen hanc cautelã non approbat Ang. *in tract. malef. in vers. & ad querelam, nu. 20.* qa etiam ꝙ non addantur illa verba, tutorio nomine: tamẽ ex quo dicit, talis tutor, intelliget, id est, tutorio nomine, vt dicitur etiam de institore, *in l. vlt. ff. de instito. vbi Bar. & alij.* & ego hoc puto verius.

¶ Cessionarius non potest accusare de periurio, *Affli. in constit. eos, qui scienter, nu. 14.* Cessionarius.

## CAP. XXXVII.

## *Præscriptione Temporis, quando quis repellatur ab accusatione.*

### SVMMARIVM.

1 *Præscribitur accusationi in quibuscunque delictis publicis spatio Annorum Viginti, etiam de parricidio. amplia vt numer. 2. 3. 4. 5.*

6 *Adulterij crimen, & concernentia tale crimen, vt Lenocinium, & Sim. tolluntur spatio annorum quinque respectu adulterij, sed quoad adulteram tollitur spatio sex mẽsium vtilium, duo marito, cæteri sibi & etiam extraneis, fallit vt num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20. 21.*

19 *Iure canonico ad pœnitentiam peragendam, potest etiam post centum annos agi contra criminosum. Idem in criminibus impedientibus ordinis executionem vel beneficij retẽtionem etiam post peractam pœnitentiam, & de veritate istius dicti, & in quibus procedat casibus.*

22 *Delictorum mixtorum in præscriptione, quod attẽdatur tempus. si diuersa requirant tempora.*

23 *Hæres non accusat criminaliter in priuatis.*

1 PER lapsum annorum 20.† præscribitur accusationi per quemcunque proponendæ in quibuscunque delictis publicis. ideo lapso d.tempore quilibet excludetur ab accusando, tex.est solus *in l.querela, C. de fals. ibi, sicut cætera quoque ferè crimina.* sed hanc conclusionem comprobant etiam l.2. & 3. C. de req.reis. & licet loqui videantur in causis fiscalibus: attamen quia pœnæ etiam in delictis fisco applicantur, & rubrica illa loquitur de requirendis reis publicorum iudiciorum, ideo possunt generaliter intelligi etiam de delictis, & ideo Bal. *in l. receptitia, in 1. col. C. de const. pecu.* dixit constituendo regulam generalem, quòd omnes accusationes ex quacunq; lege vel edicto descendant, perpetuæ sunt, id est, durant annis 20. regulariter per d.l.querela, quod dictũ sequitur Ias. *in §. pœnales, Inst. de act. nu. 20. & idem voluit Alex. in apostill. ad ad Bar. in l. in honorarijs, ff. de act. & obl.* & ideo dixit glos. *in l. in cognitione, in glo. magna, circa fin.* quòd de homicidio non potest quis accusari post 20. annos, quia regula d.l.querela, est generalis in omni crimine publico, quã sequutus est Ang. *in d.l.querela, in fi. & Abb. in c. cùm haberet, in 3. no. de eo, qui duxit in vx. quam polluit per adult. ideo glo. in l. in cognitione, in gl. fin.* dum ibi dicitur, quòd qui de parricidio teneri possunt, semper accusari permittuntur, gloss. ibi exponit semper, id est, per 20. annos.

2 ¶ Extende primò † hanc conclusionem, vt nedum eo tempore annorum 20. præscribatur accusationi, sed etiam inquisitioni, quia inquisitio æquiparatur accusationi, & in eius locum succedit, & ista est communis opinio Bar. Bal. Sal. & omnium *in d.l.querela,* reprobata gl. ibi, quæ contrarium tenere videtur, & idem tenet Bart. *in l non solum, §. quanquam, ff. de iniur. & Salic. in l. ita demum, C. de procurat & Mars. in sua pract. §. constante, num. 81 sequitur Balb. in tract. præscr. in 4. par. 4. partis prin. q. 2. nume. 2.* & præter eos idem tenet Ang. *in l si vacantia, ad fin. C. de bo. vacan. lib. 10.* vbi dicit audiuisse Bart. in scholis allegantem pro hoc tex. cum glo. in l. filius fam. §. veterani, ff. de procur. idem consuluit Pet. de Anch. *cons. 190.* vbi dicit, q̃ sublato iure accusandi, sublatum intelligitur etiam ius inquirendi. idem tenet Imol. *in l. diuus, ff. de re iudi.* idem quoq; tenet Alex. *in d.l. ita demum, col. vlt. ver. & ideo facit hæc gl. C. de procu. vbi etiam Ias. nu. 5. versi. tertiodecimo limita. & sequitur etiam Boer. prædictam adducendo alia decisi. 26. cum hæc quæstio, in principio.*

3 Extende † secundò, vt procedat regula etiam si statutum extaret, quòd daret liberam potestatem magistratui procedendi contra delinquentes quoscunque, quia debet intelligi, quòd possit procedere & punire de iis maleficiis, quæ præscriptione non sunt finita, ita expressè voluit Bal. *in l. Lucius Titius, §. quæ marito ff. de legat. 2. quem ibi sequitur Io. de Imo. & Boer. d. deci. 25. nu. 9.*

4 Extende † tertiò, vt talis præscriptio non modò tollat obligationem ex delicto ciuilem, sed etiam naturalem, quanquam præscriptiones in ciuilibus illam non tollant, *l fin. §. 1. ff. rem rat. hab. Hoc tenuit Bal. in l. si pœnæ, in fi. ver. illud tamen nota ff. de cond. inde. & sequitur Fel. in c. ad aures, col. 2. ver. limita tamen, vt per Bal. de præscri.*

5 Extẽde quartò, † vt procedat etiam si reus, quem intendit accusare, cõfessus fuisset crimen: nam si fuit præscriptum tali crimini, non nocebit cõfessio. & idem dico, etiam si crimen esset notorium. *ita Bal. in c. fin. de offic. deleg. in pen. col. versi. pone, quòd maleficium,* & ibi allegat rationem, quia quotiens quis cõfitetur id, cuius nomine cum aliquo non sit actio, non nocet confessio, *allegat l. cõfessionibus, ff. de inter. act.* Ad idẽ facit not. decis. Ro. *in l. 1. §. occisorum, ff. ad Sylla.* vbi dixit, q̃ licèt cõstet de crimine per confessionem, attamen non potest accusatus vel inquisitus puniri, neque accusari, si reus potest ostendere præscriptum esse cognitioni criminis, alleg. Bal. *in l. genero. in reporta. antiquis, ff. de his, qui not. infa. per tex. in l. sed si vnius, in §. sed si ante. ff. de iniur.* Et præterea dixit Bal. *in l. si eũ, in prin. ff. si quis cau. & in l. non dubium, in fin. C. de legi.* quod si constat ex actis, quòd sit præscriptum crimini, iudicium erit nullum ipso iure, & sentẽtia inde sequuta. & sequitur præmissa Fran. Aret. *in c. cum P. Manconella, in 6. colum. de accus.*

6 ¶ Limitatur primò, † prædicta conclusio, vt nõ procedat in crimine adulterij, & omnib. capitibus legis Iuliæ concernentibus adulterium & eius accessorium, vt lenocinium, & similia: nam talia crimina tolluntur spatio annorum 5. *lege mariti, §. præterea si ex die, cum duob. §§. sequen. ff. de adul. & l. adulter, C. eo.* Quod procedit respectu adulteri accusandi, sed respectu adulteræ tollitur hoc crimen spatio sex mensium vtilium, quorum duo dantur marito, vt accuset iure mariti, & quatuor, vt & ipse, & quilibet possit accusari iure extranei, *vt habetur in iuribus prælleg. & declarat glo. in d.l. adulter,* dummodo 6. menses non excedant quinquennium, quo adulter præscribit, *vt ibi dicit glo.* Adulterium.

7 Fallit tamen † ista conclusio, quando adulterium deduceretur per viam exceptionis, puta quia mulier mortuo marito repetebat dotem, & contra talem repetitionem opponitur exceptio adulterij per hæredes: nã poterunt, & ista exceptio erit perpetua, *ita Bal. in repe. l. cum mulier, col. 4. in 3. q. ff. sol. mat.* quidquid dicat Bart. *in l. miles, §. socer, ff. de adul.* qui communiter reprehenditur, *vt tradit Alex. in d.l. cum mulier, nu. 18. ver. vltra ea, quæ hic tetigit Bar. vt per Balb. in tract. præscrip. in 4. par. 4. partis prin. in 2. q. nu. 9 in 7. limit.* licèt verè neque Bal. neque Bar. id expressè dicãt, sed tantum quòd maritus vel hæres si repellũtur ab accusando, non repelluntur ab excipiendo, quod tamen videtur in idem cadere.

8 Limitatur secundò, † vt non procedat quoad exceptionem in crimine Falsi, quia semper poterit de falso excipi. Quod tamen intellige non modò in crimine falsi, sed in quocunq; alio crimine, quod potest per exceptionẽ deduci: quia regula est generalis, quòd quæ sunt temporalia ad agendũ, perpetua sunt ad excipiendum, *l. purè, in fi. ff. de excep. doli, l. licet, cum gl. C. de excep.* & an procedat etiam in replicatione, *vide glo. Ange. & Sal. in d.l. querela, & sequitur Balb. in loco præallegato.* Falsum.

9 Limita tertiò, † in crimine Apostatatus, quia accusatio de hoc crimine durat quinque annis viuẽte apostata, post mortem verò durat perpetuò, *vt l. 2. & l. apostatarum, C. de aposta. & tradit glo. in d.l. querela, & hoc fauore fidei.* sed Bart. *in d.l. 2.* dicit, quòd etiam post mortem non potest nisi quinquennio, & tradunt etiam Scriben. *in c. 2. de præscrip. in 6.* Apostatatus.

10 Limitatur quartò † in eo, qui Aperuit Testamentum eius, qui occisus fuit à familia antequam vlcisceretur mortem defuncti, nã quinquẽnio perimitur huius criminis accusatio, *l. in cognitione, ff. ad Sylla. gl. in d.l. querela.* Apertura testamenti.

11 Limita quintò † in crimine Peculatus, cui præscribitur pariter spatio quinque annorum, *l. peculatus, la 2. ff. ad l. Iul. pecul. glo. in d.l. querela.* Peculatus.

12 Limita sextò † in crimine Iniuriatum, cui præscribitur anni tantùm spatio, *l. si non conuicij, C. de iniur. & glo. in d.l. querela.* Iniuriarũ.

13 Limita septimò † in crimine Partus suppositi, quia in hoc perpetua erit accusatio, neque vllo tempore finietur, Partus suppositus.

tur, *l.qui falsam, §.primo, ff. de fals. & glo.in d l querela.*

Parricidiũ. 14 Limita octauò † similiter, in crimine Parricidij; nam & huic accusationi nullo tempore præscribitur propter atrocitatem, *l.fin.ff.ad legem Pomp.de parricid. & glo.in d.lege querela.*

Concussio. 15 Limita nonò † in crimine cõcussionis: nam & in eo, *vt inquit glo. in d.l.querela, secundum Pe.* accusatio erit perpetua, *adducit l.1.secundum vnam lecturam, ff.de concuss.*

Futura Delicta. 16 Limita decimò, † vt nõ procedat quoad Delicta Futura, quia delinquendi licentia nunquam præscribitur, *secundum Bald.in repet.1.col.2.C.de eman.lib.per l.si diutino, ff.de pœnis,* & facit tex. *in l.iurisgentium, §. illud, ff.de pact.* cũ multis, quæ suprà adduximus, c.34. in illa q. an trãsactio possit tollere delicta futura.

Actiones Duplices. 17 Limita vndecimò, † vt non procedat in omnibus casibus, in quib. oritur duplex actio, ciuilis scilicet & criminalis, *iuxta l.fi.ff. de priua. delic. & l. fina. ff. de furt.* nam quanto tempore finietur actio pœnalis ciuilis, tanto tempore etiam finietur criminalis, *vt dictum fuit supra de actione iniuriarum, in 6.lim. hanc conclusionem facit Ang.post Iac. de Are.in d.l.querela, in prin. & latius declarat Sal.ibi, in fi. & sequitur Balb.in tract.præsc.in 4.par.4.partis prin.q.2.in 3.lim.* vbi etiam concludunt, quòd cùm hodie actio de dolo ciuilis biennio terminetur, *l.fin. C.de dolo,* tanto etiã tempore præscribetur, si de dolo agatur criminaliter.

18 Limita duodecimò, † vt non procedat si vltra tempus statutum fuisset producta accusatio & etiam processum, & tamen nil fuisset oppositum, quia tenebit & accusatio & processus, *ita Bar.in l.accusationem, ff.ad Turpil. & in l.absentem, vlt.col. ff.de pœn.sequitur Balb. in loco prælegato, in 8.limita.*

19 Limita decimotertiò, † vt non procedat regula de iure canonico: intellige tamen circa hęc tantummodo, videlicet circa pœnitentiam peragendam, quia semper potest agi contra criminosum ad peragendam pœnitentiam etiã post centum annos, *glo.not.in c.admonere, 33.q.2. quam sequitur Panor.in c.fin.colum.3. & idem ibi Felin.colum.2. de præscript. & in c.cum haberet, in tertio not. Panorm. de eo qui duxit eam, quam pol.per adul. & in cap.tuæ, in fin.versic.3. & vltim.quæritur, de procura.* quinimo dicit Panorm. *in d.c.cum haberet,* quòd quoad factum pœnitentiæ & animæ diuturnitas temporis, potius aggrauat, quam minuat delictum. *& sequitur Balb. in loco prælegato, in 1.limit.* idem præter eum dicas in criminibus impedientibus exequutionem ordinis, vel beneficij retentionem etiam post peractam pœnitentiam, de quibus in capitulo inquisitionis, de accu.talium enim accusatio non clauditur præscriptione legali, *vt tradit Abb. & Felin.in c.licet causam, colum.18. versic.tertium remedium, de proba. vbi etiam Anton.de Butr. & Imo. & Andr.Sicul.latius, & sequitur etiam Ausr.in add. ad decis.Capellæ Tholos.188.in fi. & Boer.decis.26.num.7.* vbi dicunt, quòd secus erit in aliis criminibus: quia cùm in aliis non reperiatur contrarium decisum de iure canonico, stabimus iuri ciuili, *cap.1.vbi omnes, de noui oper.nunc.* & sic patet, quòd limitatio nõ est indistinctè vera, quòd de iure canonico non procedat præscriptio in criminibus, prout ita indistinctè loquitur Balb. *in loco prælegat.* sed vera est tantum in casibus prænominatis. & pulchrè etiam declarat Spec. *in tit.de senten. §.quoniam, versi. & nota secundum cano. & Roma.singu.185.tu scis, & Bal.in l.1.colum.pen. C.de sacrosan.eccl. & in l.fin.in pen.colum. C.qui accusa.non poss. Ang. & alij in l.diuus, ff.de re iudi. & Abb.in cap.fin. de purg.cano. in princip. & Dec. in d.cap.licèt causam, numero 23.de probat. & ex dictis Roma.in d.sing.185.* videtur innui, quòd etiam si ecclesia vellet accusare, vel inquirere, non repelleretur tempore.

20 Limita decimoquartò, † vt non præcedat præscriptio post productã accusationem: quia per productionem accusationis in criminalibus interrumpitur præscriptio, adeò quòd non requiratur citatio, neque litis contestatio, vt in ciuilibus, *ita Bar.in l.naturaliter, in fi.ff.de vsucap. & idem Bart. & Ang.in l.mariti, §.hoc quinquennium, ff. de adult.sequitur Balb.in d.4.parte 4.princip.quæst.2. in fine.*

21 Limita decimoquintò, † vt non procedat, quando à principio quis fuisset impeditus agere, quia crimen erat occultum, adeò quòd ignorabat, cõtra quem posset agere: quia tempora præstitura ad agendum, currẽt tantum post habitam notitiam. *hoc dixit not. Ang.in l.genero, colum.1.ver.nunc restat videre, ff.de his, qui not.infa.per d.l.genero, & per l.annus, ff.de calum. & l.semper, §. hoc interdicto, ff. quod vi, aut clam.* & istam quęst. dicit habuisse de facto Perusij tempore Regiminis D. Quirici de Vaxma, assistẽte D. Bartolino de Placentia, qui fecit decapitari quendam per d.iura, *sequitur Boer.d.decis.26.nu.16. & tu adde Pau. cons.183. videtur quòd ista, in 2.vol.*

22 ¶ Sed quæro † de pulchra quæstione, diximus suprà in limita. quòd aliqua delicta quinquennio etiã tolluntur, vt adulterium: aliqua annorũ 20. vt in regula, quæro modò, quid si vnum delictũ, quod præscribitur quinquẽnio, puta adulterium est cõmixtum cum alio, quod durat annis 20. an si sint cõmixta, *iuxta l.si adulterium cum incestu, ff.de adult.* præscribetur spatio quinquennij, vel potius annorum 20. & tenendum quòd annis 20. tantum: nam in mixtis illud, quod est magis perpetuũ, trahit ad se minus perpetuum, *ita Bald. & Sali.in l.adulter, columna 1.ver.ex glo.tamen nota.C.de adul. & tradit Ang.in l.vim passam, §.præscriptionem.ff.de adult.* vbi etiam tenet crimini incestus præscribi tantùm spatio 20. annorum, *& sequitur Boer.d.decis.26.num.12.*

23 ¶ Hæres etiam † non potest accusare criminaliter in priuatis, *Afflict.in constit.eos, qui scienter, nu.6.* Hæres.

## CAP. XXXVIII.

## *Accusari qui non possint ratione Dignitatis, Officij, et Reuerentia.*

### SVMMARIVM.

1 *Accusari quilibet regulariter potest.*

2 *Papa regulariter accusari nõ potest, nec à Concilio, nisi in quibusdam casibus, vt infra, & nu.5.*

3 *Papa in crimine Hæresis, potest accusari, cùm in eo hoc crimen sit omnium atrocissimum.*

4 *Papa in crimine Schismatis strictè sumpto, quod est hæresis, accusari potest: idem quando nullo iusto ductus errore, intruderet se in apostolatum.*

6 *Papa, si sit hæreticus occultus, congregari debet Concilium ad discutiendum, an sit hæreticus: sed si comparere nolit, potest accusari.*

7 *Papa Simoniacus, non emendo papatum, sed quando est canonicè electus, in quibus esse possit simoniacus, & in quibus non, & possit accusari.*

8 *Pontifex maximus potest de Apostasia perfidiæ accusari, id est, quando efficitur infidelis, & apostata dicitur hæreticus.*

9 *Papam posse accusari, extraiudicialiter intelligatur, & Concilio conuocato, non quòd in iudicio ordinariè accusari possit.*

10 *Imperator, regulariter, cùm sit mũdi dominus, & super omnia iura, non potest accusari, fallit.*

11 *Imperator quibus in casibus possit à Pontifice iudicari & deponi, cum Christi, & Papæ sit idem tribunal, & ex alijs rationibus hic adductis, & nu.12.*

13 *Reges etiam non recognoscentes Imperatorem in dominũ, quia sunt Imperatores in regnis suis, regulariter accusari nequeunt.*

14 *Duces, & alij Principes non recognoscentes Imperatorem, in superiorem, qui in territorio suo æquiparantur Imperatori, an accusari valeant.*

15 *Magistratus in officio existentes, accusari non possunt, tam magistratus pop.Rom. quàm Principis, quàm qui in prouinciam mittuntur.*

16 *Magistratus, qui sunt cum imperio & potestate, & qui vocari non*

*non poſſunt in ius, accuſari non poſſunt, qui non poſſunt etiam procuratorem mittere,nu.17.*

18 *Magiſtratus,magiſtratus tempore,non poteſt accuſari, ſecus ſi poſt accuſetur, vel concluderetur, quòd finito magiſtratu puniretur.*

19 *Magiſtratus,de delictis poſt ſuſceptum magiſtratum commiſſis,quandocunque accuſari poteſt.*

20 *Magiſtratus accuſatur,vt tantùm recipiatur accuſatio,& differatur proceſſus eius poſt finitum magiſtratum.*

21 *Contra magiſtratum in accuſatione tempore peritura,procedi poteſt,durante magiſtratu.*

22 *Magiſtratus non opponens exceptionem,quòd non poteſt accuſare,ante litis conteſtationem, non poterit amplius poſt, vel ſaltem poſtquam nomen rei receptum eſt inter reos,niſi pœna eſſet priuatio officij,nu.23.*

*Item limita, vt nu.24.25.26.27.*

28 *Legatorum ſpecies,& de quibus legatis intelligatur, ad materiam,& an,& qualiter poſſint accuſari.*

29 *Abſentes reip.cauſa,dum abſunt,non poſſunt accuſari,& magiſtratus, an dicatur abeſſe Reip. cauſa.limita in Abſentia affectata ad euitandas pœnas, vt nu.30.*

31 *Abſens ex cauſa leuis momenti, videtur abſentiam affectaſſe.*

32 *Abſens etiam non cauſa Reip.requirendus eſt, non accuſandus,& quomodo procedatur in requirendis reis.*

33 *Vocari in ius qui non poſſunt,vel ius reuocandi habent,accuſari non poſſunt.*

34 *Adulter mas vel fœmina accuſatus, non poterit pẽdente eodem iudicio alter ab eodem accuſari.*

35 *Adultero accuſato, mulier non poterit cõdemnari, licèt poſſit, ſi fuerit condemnatus,limita vt nu.36.37.38.39.40.*

41 *Seruus neque in pœna pecuniaria, neque capitali poteſt plecti, nec accuſari,neque etiam de parricidio,nec vt amittat ciuitatem ſecus de iure canonico,& quare.*

42 *Mortuus non poteſt accuſari, fallit in caſibus in quibus defuncti memoria damnari poteſt.*

43 *Infans,& furioſus accuſari,quare non poſſint.*

44 *Vniuerſitas quibus concurrentibus accuſari poſſit,& qua pœna puniatur,remiſſiuè.*

45 *Cõfugiens ad eccleſiam, etiam poſt exitum ab ea accuſari non poteſt,nec decapitari, licèt pecuniariter ſatisfaciat, quamuis ſeruetur de conſuetudine contrarium.*

46 *Hæres delinquentis,quare accuſari non poſſit.*

1 CONSIDERATA † perſona ſua accuſator, an de illis ſit, qui poſſint repelli ab accuſatione, conſideret etiam perſonam eius,quem accuſare intendit:nam licèt regula ſit affirmatiua,quòd quilibet accuſari poſſit,qui prohibitus non reperitur, *vt no.in l.hos accuſare, ff.de accuſat.& tradit Rofred. inter libell. iur. Pontif.ſub rubrica de accuſatis & perſonis quæ poſſint accuſari,in princip.& Specul.in titul. de accuſato. in numero ſecundo,& Azo in ſumma de accu.*attamen plures ſunt perſonæ, quæ accuſari non poſſunt, quarum aliquæ enumerantur *in l.hos accuſare,ff. de accuſat.*ſed & aliæ ſunt,de quibus infrà.

Papa. 2 ¶ Papa igitur primò † regulariter accuſari non poteſt, quia ſupra omnes eſt,& ſolum Deum habet vltorem, *cap.propoſuit, de conceſſ.præben. cap.nemo, cum tribus ſeq. 9.quæſt.vltima,& tradunt Rofred. Specul.& Azo in locis prædallegatis,& capitulo quorundam,23. diſtin.* & pulch.glo.*in capit. ſi quis pecunia, 89. diſtinct.* quæ voluit, quòd ſi de crimine contra Papam obiecto diſceptatur, ipſe non cogitur alicuius ſtare iudicio, ſed excipere poteſt, Dominus eſt, qui me iudicat, & glo. *in capitulo,mandaſtis, 2. quæſt.5.& in d.cap.nemo, 9. quæſt.vltima*, voluerunt, quòd nec Concilium poſſit Papam iudicare, *& videtur probari in cap.concilia,§.hinc etiam,in ver.Symmachus Papa,17.diſtinct.& in capitulo nunc autem,21.diſtin.* & ideo dixit valdè not. Hoſtien. *in d.cap. propoſuit, de conceſſ. præbend.* quòd Papa delinquens admoneri poteſt,iuxta regulam Euangelij, cui Papa etiam ſubijcitur,quantũ ſcilicet ad primam partem, dum dicitur,ſi peccauerit frater tuus,corripe eum inter te & ipſum,vt habetur de hac prima parte *in cap.nouit, de iudi.* *& in c.ſi peccauerit,2.quæſt.1.*ſed quantum ad aliam partem regulæ, quæ dicit, quòd ſi non audiuerit, dic eccleſiæ, Hoſti.ibi dicit, quòd non habet locum in ſummo Pontifice, quia ipſe ab eccleſia militante iudicari non poteſt. Sed illa verba, dic eccleſiæ,intelligi debent quoad Papam de eccleſia triũphante,& cœleſti, & tradit idem Abb.*in d.c.nouit, de iudi.* ſunt tamen aliqui caſus excepti, in quibus poteſt accuſari.

3 ¶ Primus eſt † crimen Hæreſis, de quo conſentiunt omnes, quòd poſſit accuſari, quia eſt tex.& omnes Scribentes ibi firmant,*in c.ſi Papa,40.diſt.*in Papa enim atrociſſimum eſt omnium delictum hæreſis, *cap. primum, in prin.22.q.2.cap.quid in omnibus,32.q.7.& pul.text.in cap.miramur,61.diſtin.* quod intellige, dummodo ſit verè hæreſis declarata,*de qua per glo.& Doctor.in cap.firmiſſimè, de hær.& & in §.quia verò,24.q.3.*

4 Secundus caſus,† quando accuſaretur de ſchiſmate, *vt per glo.in c.fin.69.diſt.& tradit Card. conſil.150. quæſitum ſæpè,in primo dub.Abb.in c.quia diligenti col.1 de elect.*intelligendo tamen de ſchiſmate ſtrictè ſumpto, quod in effectu eſt hæreſis,*vt in cap.Achatius,24.quæſtio.1.& in cap.ſi quis inquit,1.q.1.& in c.Anaſtaſius.19.diſtinct.*videlicet quando in aliquo fidei articulo diſſentiret ab eccleſia, & vellet ſibi nouam aggregare eccleſiam, *& tradit Abb.in rubri.de ſchiſ.* ſecus ergo, quando duo contenderent de Papatu, & vterque crederet ſe canonicè electum, *vt eſt glo.in ſumma. 24.quæſtio.1.& Abb.in cap. quia diligentia,de elect.& Card. cap. licèt, eodem titul. in quæſtio.24.* & tamen ſi temerariè nullo iuſto ductus errore ſe intruderet in appellatũ, verè diceretur ſchiſmaticus, & poſſet accuſari, *vt tradunt omnes in prædictis locis, & Iacob. de Concil. lib. 9. art.1. colum. 16. verſi. item adde.*

5 Tertius quando † ipſe Pontifex vellet ſe iudicari ſuper accuſatione propoſita,& ſe ſponte ſubijceret Concilio,*cap.nos ſi incompetenter, 2.q.7.* prout plures ſe ſponte ſummiſerunt, vt dicitur de Damaſo, *in d.c.nos ſi incompetenter,§.pen.* & de Sixto, *in c.mandaſtis,2.q.5.* & de Leone, *in c.auditum,ea.cau.& quæſt.*& de Gregorio, *in c.ſi quis, 2.q. 7.*& de Petro refert Gratianus *in cap.Petrus,ea.cau.& q.* & iſtos caſus ponit glo. *in c.nemo,9. q.3.* quæ addit & alium, qui tamen non conuenit materiæ noſtræ, ſcilicet in foro pœnitentiali, quando confitetur peccata ſua, quia ſe ſubmittit illi, qui peccata audit.

6 Si † verò Papa ſit hæreticus, ſed occultus, tunc primo requiritur congregatio Concilij ad diſcutiendum, an ſit hæreticus,*c.nunc autem,21.diſt.& §.hanc etiam,17.diſt.& §.item Symmachus 2.q.7.*nã ſi recuſat venire,tunc poterit accuſari, quia tacitè ſe condemnat non comparẽdo, vt tenetur pro ſedando ſcandalo vniuerſalis eccleſiæ,vt feciſſe dicitur Marcellinus Papa *in d.c.nunc autem,& facit text.in c.ſi fortè,65.diſt.& in l.item ait prætor,§.fin.ff.ex quibus cauſis ma.*

7 Quinimo † plures tenuerunt, quòd Papa poſſit eſſe ſimoniacus,non tantùm emendo Papatum,ſed & conferendo beneficia vel aliter,poſtquam canonicè eſt electus ſimoniam cõmittendo, dummodo ſimonia ſit circa ea,quæ ſunt prohibita: quia ſimoniaca, vt ſunt ſacramenta & alia ſpiritualia, quæ prohibita erant vendi etiam lege veteri, *vt in c.qui ſtudet,1.q.1.& in ca.ſicut eunuchus, ead.cau.& q.ita glo.in cap.cum pridem,de pact.vbi Butri.Abb.& Imol.glo.& Scrib.in c.ex parte D. de off.delega.& in c.1.12.diſtin.& in c.1 ne prælа.vices ſu.Abb.in c.extirpandæ,§.qui verò, de præbend.& in cap.primo, de ſimon.* vbi latè diſputat, & concludit, quòd Papa ſemper ſimoniam committat, vbi ordo ſacer in beneficialibus requiritur. quam opinion. Abbatis dicit communem Felin. & eam ſequitur *in d.cap.1. de ſimo.*licèt idem Felin.*in c.ex parte,* aliter teneat, & licèt etiam Theologi in hoc varient,tamen apud Cano.opinio Abbatis eſt communis, in qua tamen vlterius non inſiſto, ſed me remitto ad determinationem Sanctæ Roman.Eccleſiæ,*vt facit Andr.Sicu.in d.cap.ex parte,de offi. delega.* & videndus Cardin. Iacob. *in tractat. de Concilio,*

*libro quarto, articulo tertio, columna 26. versic.* sed an sit sufficiens causa, si Papa passim committat simoniam, vbi late de atrocitate huius criminis, & ipse demum concludat, quòd non poterit accusari, vt incurrat pœnas iuris positiui, quia ipse supra ius positiuum, sed benè vt corrigatur, & desistat à talib. commerciis, & sic concludit, quòd si notoriè vendit beneficia, & monitus non desistit, poterit accusari, & super hoc congregari Concilium, *vt clarius dicit, artic. 4. eiusdem libri, colum. 34. in ver. an autem in proposito, & lib. 9. artic. 12.* vbi, an propter hoc possit deponi.

8 Quartum etiam † casum addo, in quo potest Papa accusari, videlicet de crimine apostasiæ, intelligendo de apostasia perfidiæ, quando quis recedit à fide, & efficitur infidelis, *de qua in capitulo, non potest, secunda, quæst. 7 & toto titu. C. de apostat. & hoc probatur in c. Anastasius, 19. dist. & not. etiam in d. c. si Papa, 40. distin. & in cap. 1. de apostat.* & facit, quia apostata etiam dicitur hæreticus, & omnia iura loquentia de hæreticis, habent locum etiam in apostatis, *vt not. in d. c. 1. & in l. fin. C. de apostat. & latè Iacob. in tractat. de Concil. lib. 8. art. 8.*

9 Intellige † tamen omnia, quæ dicta sunt de accusando Papam, vera, quando extraiudicialiter procederetur, quia conuocaretur Concilium, vt ibi cognoscatur: sed quòd ordinariè in iudicio possit accusari, hoc verũ nõ est, quia nullum habet iudicem superiorem, ita pulchrè declarat Bellemera *in d. c. licet, de elect. nu 35. & 36.*

Imperator. 10 ¶ Imperator † quoque accusari non potest: est enim mundi dominus, *l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de iac.* & omnia Principis esse intelliguntur, *l. benè Zenone, C. de quadri. præscri.* & ei subsunt omnes nationes, *c. volumus, 11. q. 1.* & totius orbis obtinet monarchiam, *cap. futuram, 12. q. 2.* & est supra omnes leges, & ab illis solutus, quia Deus misit legem animatam, id est Principem in terris, vt hominib. legem præscriberet, & generi humano distribuat, *§. fin. in auth. de consul. §. quia igitur, in auth. de instr. cau & fide.* fecit enim Deus duo magna luminaria, Papam scilicet & Imperatorem, *c. solitæ, de maio. & obe.* qui omnib. præessent, & cùm nullũ habeat superiorem in temporalib. à nullo potest iudicari, neq; ei potest dici, cur ita facis? inquit Bal *in prælu. feu. col. 9. ver. sed pauca de Principe.* Et quæ de Papa dicta sunt, videntur militare etiam in Imperatore in temporalib. *vt not. Bal. in l. rescripta. col. 2. C. de preci. Imperat. offer. & Dec. consi. 588. viso puncto, col. 1.* præsertim quia si accusari posset, deberet accusari coram eo met ipso, cum in causa propria ipse sit sibi iudex etiã in delictis, *vt tradit Abb. & ibi sequitur Dec. col. 3. in prin. in c. cum venissent, de iud. & ibi Feli. in 3 col. ver. sed istis non obstant & tradit Bald. in l 2. C. de senten. quæ sine cer. quanti. & Alex. in l. est receptum, ff. de iur. om. iud. vbi Iaf. 2. colum. versi. intellige tamen & Dec. consil. 588. viso puncto, colum 1.*

11 Sunt tamen † & quoad Imperatorem casus aliqui, in quibus potest iudicari, & deponi à Papa, *vt latè not. omnes per illum tex. in c. ad Apostolicæ, de re iud. in 6. & not. Bart. & Bal. in l. fin. C. de legib. & in l. rescripta. C. de precib. Impera. off. cap. si duo, & in cap. Imperator, vbi Scrib. 96. distin.* & est ratio, quia non potest negare Imperator, quin Christo subsit, sed Christi & Papæ idem est tribunal, quia ecclesia militaris fundata est ad instar ecclesiæ triumphantis, *cle. ad nostram, de hæret.* ideo sicut in illa vna est omniũ & supra omnes potestas, ita & in hac, vt dicit Hosti. *in c. quanto, de transla. præla. & Card. in cle. 1. de iureiu. in vlt. q.* dat practicam accusandi: nam alij Principes debent eum coram Papa accusare, & conuincere, quo facto monet Papa, vt resipiscat, quòd si nolit, excommunicat, & si persistit pertinaciter, tunc deponitur: & quod à Papa possit iudicari, & deponi, latè vide per Restaurum *in tracta. de Imperatore, q. 81.* vbi multa circa hoc reperies ad saturitatem, *& ita etiam Hosti. in summa, de accusa. numero 7. versi. regulariter igitur, & Spec. in titu. de accusa. numero 3. versi. sed dic, & Rofred. in libe. iur. pontif. in titul. de accusatis, & personis, quæ possint accusari.*

12 Causæ autem, † propter quas potest à Papa deponi, vel excommunicari, sunt Hæresis, Sacrilegium, & Periurium, & Exinanitionis feudi, quod ab ecclesia teneret, vel si in seruitutẽ vellet redigere laicos & clericos, vel libertatem ecclesiasticam impugnare, *vt per glo. & omnes Scrib. in d. c. ad Apostolicæ, de re iud in 6, & latè tradunt omnes in locis præallega. & ponit exempla Rest aur. in d. q. 81. vbi videndum, & Scrib. in alijs locis supra adductis.*

13 ¶ Reges † similiter non recognoscentes Imperatorem in Dominum, accusari non possunt, quia in regnis suis sunt Imperatores, ideo æquiparantur Imperatori in omnibus, *tradit Bal. in auth hoc amplius, in 2 columna, vers. quæro, an filij, C. de fideicom. & in c. cum venissent, de eo qui mitt. in poss. & tradit Abb. & post eum omnes in c. quæ in ecclesiar. 2 colum. de constit. & in c. per venerabilem. qui fil. sint legitim. & ante eum Innò. in c. cum P. tabellio, in fi de fide instru. cum infinitis concor. de quib. per Anton. Corse. in tract de pote. Reg. q. 44.* ergo de eisdem criminibus poterit accusari & coram Papa, vt Imperator, *vt per episcop. Zamoren. in tracta. de orig. Principatus in 2 parte in prin.* Reges.

14 Et quod dictum † est de Regibus, idem dicendum de Ducibus, & aliis Principibus nõ recognoscentibus Imperatorem in superiorem, quia & ipsi in territorio suo æquiparantur Imperatori, *vt per Bartol. in l. 1. §. de qua. ff. de postula. & in l. infamem. ff. de pub. iud. in fi. & in l. acta, §. de amplianda, ff. de re iudi. & Roma. consil. 456. in proposito casu, in prin. Abb. cons. 107. placet mihi, in prin. 1. vol. Iser. in tit. quæ sint regalia, colum. 3. Curt. Iun. in tractat feud. q. 15. & consil. 65. columna 3. Angel. consil. 196. in causa accusationis.* & tamen poterunt hi accusari, si recognoscant superiorem: aliàs enim cum sint perpetui subditi, priuantur iure suo, quod est inconueniens. *ita Hostien. in summa de accusa. nu. 7. vers. quid ergo de Comitibus.* Duces. Principes.

15 Magistratus quoque † in officio existentes accusari non possunt, *l. hos accusare, in prin. ff. de accu. tradunt Spec. & Rofred & Host. in locis præalleg. & Scrib in l nec magistratus. ff. de iur.* & procedit tam in magistratibus populi Romani, quàm Principis & iis, qui in prouinciam mittuntur, *vt dicitur in d. l. hos accusare.* Magistratus.

16 Primo intellige † prædictam conclusionem de magistratibus, qui sunt cum Imperio & potestate, & qui in ius vocari non possunt, secus si sint minores, *vt dicitur in d. l. nec magistratus:* nam hi poterunt quandocunque, & ciuiliter, & criminaliter conueniri.

17 Extende, † vt etiam nõ teneatur procuratorem mittere, *Bart. in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cau. Iaf. in l 2 ff. de in ius vocan. numero 1.*

18 Secundo intellige, † dũmodo sit in magistratu tẽpore, quo accusatur: secus si finito magistratu accusetur, *d. l. nec magistratib.* Qualitas enim adiuncta verbo, debet interpretari secundum tempus verbi: ideo cum regula dicat, quòd magistratus nõ possit accusari, debet intelligi, quòd dum accusatur sit magistratus, secus si post, *vt etiam per Angel. in d. l. hos accusare.* idem si accusaretur, sed concluderetur eum puniendum, & cognoscendum finito magistratu: quia satis est, quòd confertur in tempus habile, *Iaf. in d. l. 2. ff. de in ius vocan. numero 1. versi. istam regulam limita primò.*

19 Tertio intellige † prædictam conclusionem procedere in delictis commissis antequam magistratum assumeret, secus, si post, & dum esset in magistratu, deliquit: quia poterit quandocunque accusari, *arg. l. 2. §. legatus, ff. de iudi. & est textus apertus in l. iubemus. Cod. ad leg. Iul. repet. & in auth. vt differentes iudi. §. si tamen, & in auth. vt iudi. sine quoquo suffr. §. illud.* post autem finitum magistratum nulli dubium, quod possint accusari, & puniuntur in syndicatu, *vt infra dicam, & hanc limitationem sequitur Iaf. in d. l. 2. nu. 2 de in ius voc.*

20 Quarto intellige, † quòd non potest accusari, scilicet vt non procedatur in accusatione, sed tamen benè potest accusari de delicto commisso ante magistratũ, potest tamen accusari, & recepta accusatione differetur

processus,

proceſſus, donec functus erit magiſtratu, præſtita tamen cautione de ſiſtendo iudicio in fine magiſtratus, *vt eſt tex.in l.ſi adulterium cum inceſtu,§.fin.ff.de adul.*

12 Quintò intellige,† niſi eſſet accuſatio,quæ tempore eſſet peritura, neque per litis conteſtationem perpetuatur,ita pulchrè declarat Bar.*in l.marito §.illud,ff.ad leg. Iul.de adul.*&ideo infert ibi Bar.quòd magiſtratus repertus in adulterio, poterit à patre occìdi,*quod eſt not. & ſequitur Spec.in tit.de accuſatore,§. 1. ver. item quòd eſt magiſtratus,nu.120.Iaſ.in l.2.de in ius voc.in 7.limit.*

22 Sextò intellige † veram concluſionem , niſi tamen magiſtratus accuſatus nil opponeret, ſed litem conteſtaretur,quia iſta exceptio non poteſt accuſari, eſt dilatoria: ideo non poteſt poſt litis conteſt.opponi, vel ſaltem poſtquam nomen accuſati inter reos eſt receptum. ita pulchrè Bartol. *in dict.l.hos accuſare, in prin. numer.2. de accuſat. per §.1. eiuſdem legis, & per l.ſi maritus, §.præſcriptione,ff.eodem.*

23 Septimò intellige , † niſi pœna impoſita eſſet priuatio officij:quia ſi expectaretur finis magiſtratus,fruſtratoria eſſet pœna,*Iaſ.in l.2.nu.3.in 6.lim.de in ius voc.*

24 Octauò limita , † vt procedat in magiſtratib. habentibus dignitatem cum adminiſtratione,ſecus ſi dignitatem tantùm, *Iaſ.in d.l.2.de in ius voc. num.2.* vt ſunt Duces, Marchiones,Comites.

25 Nonò limita, † niſi conueniretur non in loco magiſtratus , ſed domicilij ſui , dummodo cauſa non ſit grauis,quia tenebitur mittere procuratorem, *Iaſ.in d.l.2.in 4.limit.* ſed iſta limita. non conuenit materiæ criminalium , quam tractamus , cùm contineat ſemper cauſas graues.

26 Decimò limita † in magiſtratibus perpetuis , quia aliàs delicta remanerent impunita, *Iaſ.in d.l.2. de in ius voc. in 5.limitatione.*

27 Vndecimò limita, † quando facerent aliquid contra iuriſdictionem ſuperioris, quia poterunt in magiſtratu puniri,*Iaſ.in d.l.2.in 8.limita.*

Legati. 28 ¶ Et dum tex. † *d.l.hos accuſare, de accuſ.* loquitur de legatis Imperatoris,intelligit,prout ſe ipſum declarat,de

Præſides prouinciarum. præſidibus prouinciarum,qui ſcilicet prouinciisab Imperatore præficiebantur , & ita etiam Papin. exponit *in l.pen.ff.de off.præſid.& ita intelligitur tex.in l.ſed addes, §.fina.ff. loca.& in l.diem functo,ff.de off.aſſeſſ.& in l.non eſt omnino,ff.de man. vind.* Verùm quia erant & legati Proconſulum vel Præſidum , quibus hi iuriſdictionem mandabant, *l. obſeruare,§.vlt.& l.ſeq.ff.de offi.proconſ.*& per totum illum tit. ideo dum in d.l.hos accuſare , dicitur item legatũ prouincialem fortè potuiſſet , & de his legatis Procõſulum & Præſidum intellige : ſed verior eſt expoſitio Scriben. quòd intelligatur de legatis,id eſt nunciis , qui mittuntur à prouincialibus Romam ad exponendum ea, quę à municipiis , & prouincialibus ſibi ad Principem vel Senatum referenda mandata ſunt, *vt clarè etiam colligitur ex l.tutor,in fi.ff.de iureiur.*Legati enim Proconſulũ nõ rectè

Prouinciales. dici poſſunt prouinciales , ſed appellantur legati Proconſulum vel Præſidum. Prouinciales enim dicuntur, vel qui ex prouinciis ſunt oriundi, vel in prouinciis domiciliũ habent,*l.obſeruare,in pluribus locis, & l.ſi in aliquam, ff.de off.proconſ. & l.hæres,§.apud Labeonem,de iudi.* Et idẽ dicendum de quibuſcunque aliis officiis & magiſtratibus temporalibus , vt Legati Papæ & Imperatoris, & ſimiles. Qui tamen vt poſſint accuſari, dico etiam ad differendum , debet modeſtiæ cauſa à Principe impetrari, ita pulchrè Hoſt. *in ſum. de accuſ. d.nu.7. & ver. quid ergo de Comitibus,in fi.allegat in argu.l.cùm verò,§.fin. & l.ſeq. ff. de fideicom.liber.*

Abſens reipub. cauſa. 29 ¶ Abſens quoque † reip.cauſa donec abeſt, accuſari nõ poteſt, *vt probat tex.apertus in d l.hos accuſare,in fi.prin.de accuſat.*neque enim,inquit text.*in l.ſi marius, §.1.ff.de adu.* æquum viſum eſt abſentes reip.cauſa inter reos referri, dum reip.cauſa operantur.Reip.autem cauſa illi dicuntur abeſſe,qui miſſi à ſua ciuitate vel prouincia neceſſario ob negotia publica abſunt. Quanquam & magiſtratus dicantur abeſſe cauſa reip. vt per Luc.de Pen.*in l.apparitioni,nu.4.C.de apparitor.proconſ.lib.12.*

30 Limitatur † tamen iſta concluſio , vt non procedat, quando talem abſentiam affectaſſet , vt leges & pœnas euitaret,vt dicitur *in d.l.hos accuſare, & in d.l.ſi maritus, §.1. & in l.item ij, ff. ex quib.cau.ma.* nam,vt inquit Vlpia. *in d.§. 1.*ſi quis euitandi criminis ſui cauſa id egerit,vt reip.cauſa abeſſet,nihil illi commentum hoc proficiet , *& not.in l.pen. C.quomo. & quando iud. & in l.vniuerſi, C.de leg.lib.10. & Feli.in c.fin.de teſti.& Marſ.in l.1. §.cum quis, colum.2.& 3.ff.de*

31 *quæſtion.*Vnum tamen † valde ſingulare nota, quòd qui abeſt ex cauſa leuis momẽti , vel propter officium parui valoris , præſumitur affectatè abeſſe, *ita Roma.ſing.517. incip tu habes,adducit tex.in l ſpadonem,§.fi.ff.de excuſ.tut.*

Abſens non reip. cauſa. 32 ¶ Abſens quoque † etiam,non cauſa reip.non poteſt accuſari,ſed requiri debet, *l.abſentem, C. de accuſa.l.abſentem, ff.de pœnis.* quomodo autem per requiſitionem procedatur,& quid obſeruandum in requirendis reis, *vide l. 1.& 2.& l.abſentibus,& per tot.tit.ff.de requir.reis.& tradit Rofred.in libel.iur.Pontif.ſub titul.de accuſatis , & qui accuſari non poſſint,nu.5.& 6.& dicam latius infra ſuo loco.*

Reuerendi. 33 ¶ Omnes etiam , † qui in ius vocari non poſſunt , *de quibus in l.2.3.4. & 5. & l.adoptiuum , ff. de in ius voc.ita Rofred. in loco præall.nu.4. & Spec. in tit.de accuſa.§.1. nu.6. ver.item omnis,qui in ius vocan.*& etiam ij,qui reuocandi domum ius habent,de quibus *in l.2.§.1.ff.de iudi.*

Adulter. 34 ¶ Vnus ex adulteris † vel mas , vel fœmina , ſi fuerit accuſatus , non poterit pendente eo iudicio alter accuſari ab eod.*l.nihil,§.fi.l.ſi maritus,la ſeconda,§.pe.& l.vim paſſam,§.duos,de adul.l.reos, C.eo.* licèt optionem habeat accuſator accuſandi, vtrum maluerit, vt ibi dicitur, & tradit Bar.*in l.hos accuſare, §.lege Iulia,nu.5.& Ang.in tract.maleſi.in verſi.& Andream,numero 3.*

35 Item ſi adulter † fuerit accuſatus primo,& abſolutus; pariter mulier non poterit accuſari:licèt econtra ſi fuerit condemnatus, poterit accuſari , neq; tamen condemnatoria adulteri oberit ipſi, *tex. eſt in l.denunciaſſe, §.fin. ff. de adult.*

36 Limitat primò hanc † concluſ. Aug.de Arim. *in addi. ad Ang.in d.verſi.& Andream,nu.4.* vt nõ procedat in crimine inceſtus,*per d.l.vim paſſam,§.inceſti,de adul. & l.qui pupillam,in fi.eo.tit.*ſed iſta fallentia non eſt de regula,quia nos loquimur in adulterio,in quo id eſt ſpeciale, *vt dicit Bar. in d.§.l.Iulia,in fine.*

37 Limitat ſecundò † idem Auguſti. vt licèt non poſſit accuſari vno tẽpore adulter & adultera , poterit tamen benè accuſari opem præſtans adulterio ſimul cum altero exiſtis , *d.l.nihil , §.fi.ff. de adult.*ſed & hæc non eſt de regula.

38 Limitatur tertiò,† & erit de regula,vt procedat,quando vnus & idem vellet ambos accuſare ; ſecus ſi diuerſi accuſatores forent,& vnus adulterum, alter adulteram vellet accuſare,*vt dicitur in d.l.denunciaſſe,§.fi.de adulter.*

39 Limita † quartò, niſi accuſato adultero, dum etiã accuſatur adultera, ab eod.nil oppoſitum fuiſſet, quia valebit iudicium, vt tradit Bart.*in d.§.lege Iulia, nu.1.& nu.6.* quanquam ibi in fine videatur innuere, quòd patientia in crimine adulterij non obſit,ſed hoc ſit ſpeciale in eo crimine,& idem tenet Sali.*in l.reos,in fi.C.de adul.*

40 Limita quintò , † niſi accuſarentur ambo nõ ad pœnam temporalem,ſed ad thori ſeparationem, & ad pœnitentiam agendam , quia poterunt ſimul & ab eodem accuſari,glo.eſt not.*in c.ſtatuit,in glo.vlt.2.q.3.* quam dicit ſingularem,& neque à Legiſtis, neque à Canoniſtis cognitam Romanus *in ſingu.270.Tuſcis.ſequitur Carrer.in tracta.de homici.§.6.num.258.*

Seruus. 41 ¶ Seruus † quoque non poteſt accuſari,vbi agitur de crimine, pro quo venit ingerẽda pœna pecuniaria , puta lege Iulia , de vi priuata: & eſt ratio , quia proprij nil habet,quo ſoluat pœnam.idem ſi imponeretur pro delicto pœna amiſſionis ciuitatis, quia ciuitatem non habet;

bet; vel pœna capitis, quia pariter caput, id est, patrem non habet, neque etiam lege Pompeia. de parricid. accusari potest, quia scilicet patrem non habet, *vt dictum est. ita Spec. in tit. de accusato. §. 1. nu. 1.*

De iure autem canonico accusari potest, *argu. 2 q. 7 c. quæritur, & not. ibi Spec. nu. 1. in fi. post Rofred.*

Mortuus. 42 ¶ Mortuus † quoque accusari non potest, quia mors omnia soluit, *l. 3. C. si penden. appell. mors interue. & C. si reus vel accusa. mor. fue. per totum, & tradit Rofred. in libel. iur. pontif. sub tit. de accusatio. in fi. & Spec. in tit. de accusato. §. 1. nu. 6. versi. item mortuus, & Dyn. in tit. qui possint accusari, num. 2.*

Fallit tamen in casibus, in quibus memoria defuncti damnari potest, vt in crimine hæresis, læsæ Maiestat. & simil. criminum, & repetundarum, *lege, ex iudiciorum. ff. de accusatio. & in C. ad leg. Iul. maiest. l quisquis, & l meminisse, & peculatus, vt l. vlt. ff. ad l. Iul. pecula. & apostatatus, l. apostatarum, C. de apost.*

Infans. 43 ¶ Infans etiam & furiosus † accusari non possunt. illum enim innocentia consilij excusat, hunc calamitas, & facti infœlicitas, *lege, quod infans. ff. de rei vendica. l. infans, C. ad leg. Cornel. de sicar. l. impunitas, C. de pœnis, & tradit Rofre. in d. tit. de accusat. in fine, & Spec. in tit. de accusato nu. 6. versic. item nec infans.*

Vniuersitas. 44 ¶ Vniuersitas † pariter accusari non potest, quando homines illius loci non conuocato consilio, neq; præeunte magistratu, aut pulsata campana aliquid committunt, *vt per Spec. in loc. præallegato, nu 7.* De quo, an & quando, & quomodo puniri possit, & qua pœna: quia hic non est locus suus, aptiori loco discutiendum reseruo, quando autem possit ipsa constituere procuratorem ad se tuendum, *diximus suprà cap. 36.*

Confuga. 45 ¶ Confugiens ad ecclesiam † etiam post exitum non potest accusari, glo. est not. *in c. reum, 17. quæst. 4.* vbi dicit, quòd licèt aliqui contrarium tenuerint, tamen eorum opinio est hæretica, & contra libertatem, & priuilegia ecclesiæ: nam frustra impetraret ei vitam ecclesia, si pro eodem crimine posset postea accusari, & decapitari. priuilegium ergo ecclesię est, quòd impediat, quin pœna sanguinis puniatur, licèt tenebitur satisfacere pecuniariter vel seruire perpetuò ei, quem læsit. Neque obstat, quòd detur occasio delinquendi, quia satis punitur satisfaciendo damnum passo, quo potest meliori modo, *& ita dicit ibi gl. & ibi sequitur Archid. & Bellamera,* quanquam hodie hoc non sit in vsu; quinimo & accusantur, & puniuntur, quin & vix in ipsa ecclesia tuti sunt, tam auidè aliquādo sitiunt magistratus moderni humanum sanguinem.

Hæres delinquentis. 46 ¶ Hæres quoque † delinquentis accusari non potest, quia actiones descendentes ex criminibus tam publicis, quàm priuatis, non dantur ad vindictam criminaliter contra hæredes, *§. sed hæredibus, Instit. de perpe. & tempo. act. Bart. in l. 1. per illum textum, ff. de priua delict. glo. in l. 1. Cod. ne ex delict. defunct. & in l. finali, Cod. si reus vel accusa. mor. fue. & in l. si pœna. ff. de pœnis, & Afflict. in constitu. eos, qui scienter, num. 5. in 3. quæstione.*

TRACTA-

# TRACTATVS CRIMINALIS CLARISSIMI AC CELEBERRIMI IVRISCONSVLTI D. TIBERII DECIANI VTINENSIS Comitis, Equitisque Illustrissimi;

# Liber Quartus.

## CAPVT I.

## *Connexio cum præceden. & Præparatio adsequen.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudicium omne constat ex trib. Personis, Actore videlicet, Reo, & Iudice.*
2 *Iudicum medio, rei effectus accipitur, parumq; esset iura esse, nisi essent qui illa redderent.*
3 *Partitio materiæ iudicum.*
4 *Potestates debent esse distinctæ, quamuis natura omnes sint æquales, & quare.*
5 *Cælestium militiarum exemplar nos instruit, quatenus diuersæ debent esse potestates & in terris.*

1 VM quodlibet iudicium † consistat ex personis tribus, Actore, scilicet, Reo & Iudice, *vt not. omnes in rubr. ext. de iud. in definitione iudicij*, & supra visum fuerit & de accusatore & reo, videlicet q̃ nõ possint accusare, & qui accusari non possunt: nunc cõgruo ordine videndum, qui sint iudices competentes. Accusator enim postquam ritè & diligenter excussit personam suam, an sit legitimus, vel potius an ab accusando repelli possit: postquam mox pariter accuratè perpendit statum & qualitatem eius, quem accusare intendit, an scilicet accusari possit, vel non. Quę duo primo loco in ipsius cogitatione versari debebant. Tertio loco necessariò inuestigare debet, coram quo iudice proponere debeat accusationem suam. quanquam enim & qualitas delicti, de quo accusare intẽdit, plurimum habeat momenti in præparatione accusationis, adeo vt satis ineptè, & inconsultè prosiliret ad accusandum quis, si prius non nosset qualitatem delicti, & qua lege, qua etiam pœna puniatur, quasve excusationes incrementa, vel diminutiones recipiat: attamen quia, vt inquit text. *in l. 2. post originem. ff. de orig. iur.* per eos, † qui iuri dicundo præsunt, 2 effectus rei accipitur. parum est enim ius in ciuitate esse, nisi sint, qui iura reddere vel regere possint. ideo priusquam de delictorum generibus sim tractaturus, satius esse duxi iudicum competentium materiam integram pertractare, vt absolutè cognosci possit qualitas personarum omnium, quæ iudicium plenum constituunt, quod commodè putaui me facturum, si hoc ordine processero.

3 ¶ Primo tractando † in genere, ad quos iudices vel magistratus pertineat criminalium causarum cognitio atq; definitio, cuiusve imperii potestatem habere debeant, iure scilicet magistratus sui, vt de criminibus cognoscant.

Secundo ad magis particularia descẽdendo, q̃ possint de publicis, & qui de priuatis delictis cognoscere, iure nempe magistratus.

Tertio, qui valeant de criminibus cognoscere, non iure magistratus proprii, sed potius iure delegationis, id est ex Imperio ipsis specialiter demandato.

Quarto, quot modis possit forum competens dici vel iudex competens in delictis cognoscendis, præsupposita scilicet habilitate iurisdictionis suæ.

Quinto, quibus modis possit declinari forum per reum, tanquam incompetens vel aliter.

Sexto, si plures iudices diuersi fori sint competẽtes, quis præferendus sit in concursu, & paritate.

Septimo, quando locus sit præuentioni iudicum, & de præuentionis materia, si plures sint insolidum vel aliter competentes.

Octauo, quomodo & quãdo possit foro renunciari.

Nono, an processus & acta facta corã iudice incompetenti valeant, vel aliquem producant effectum.

4 Sunt enim distinctæ potestates, vt iustus ordo seruetur. licet enim omnes natura simus æquales, culpa tamen exigente primi parentis, alii sunt maiores, alii minores, *c. de Constantinopolitana, 22. dist.* vt superiores culpas puniant, & subditos ad concordiam deducant, *c. licet. 45. dist.* Nam vt inquit tex. *in c. fi. 89. dist.* ad hoc dispensationis prouisio gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, vt reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuersitate contextio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum, neq; enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo ser-
5 uaret. quod quidem † cælestium militiarum exemplar nos instruit, quia dum sunt Angeli, sunt Archangeli: liquet quod non sunt æquales, sed in potestate, & ordine differunt, alter ab altero. & quidem hic est ordo, & iustitia naturalis, vt minor reuerentiam præstet maiori, *cap. est ordo, 33. quæst. 5.* absurdum enim esset, si promiscuis actibus rerum turbarentur officia. *l. repetita, C. de episcop. & cleric. l consulta. §. absurdum. C. de testam. cap. esto subiectus. 95. dist.* sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, & sicut varietas membrorum per diuersa officia robur corporis seruat, & pulchritudinẽ repræsentat: ita varietas officiorũ in humana repub. fortitudinem, & venustatem humanæ societatis, & tuetur, & ostendit, *c. 1. 89. dist.*

## CAP. II.

## *de Magistratuum Imperio in genere.*

### SVMMARIVM.

1 *Imperium proprie est potestas magistratuum, & qui magistratus dicantur habere imperium.*

2 *Coercere, & coercitio propriè spectant corporis pœnam, impropriè tamen referuntur ad pœnam pecuniariam.*

3 *Magistratus qui Imperium habebant, qui erant, & tales, vi imperij plura possunt.*

4 *Imperium duplex, merum, & mixtum, & quid vtrumq; sit, & circa quæ versetur, & quî differant inter se.*

5 *Mugistratus maiores qui dicantur, & qui minores, quiq; dicebantur florente Ro. Reg. maiores & qui minores, & an medij reperiantur.*

6 *Magistratus populi Rom. qui intelligantur esse, & quomodo distinguantur à præsidibus, & qui dicantur proconsules, Proquæstores, Proprætores.*

7 *Magistratus quomodo distinguatur à potestate.*

8 *Potestas absolutè prolata, quid significet.*

9 *Magistratus qui sint qui de delictis cognoscunt, & debent habere saltem mixtum imperium.*

10 *Gladij potestas, & merum imperium, quia lege mandatur, ideo delegari nequit.*

11 *Assessores, qui ex forma Venetorum statutorum dantur magistratibus, & Consules qui eliguntur ab aliqua ciuitate, vt assistant etiam magistratui, non habent merum imperium.*

12 *Quæ debeat considerare accusator circa iudicem, vt producat accusationem.*

13 *Iudicum distinctio hodie quare sit facilis.*

14 *Iudex habens merum, & mixtum imperium, habet fundatam intentionem, vt de omnibus delictis iudicet, nisi sint aliqua excepta.*

1 IMPERIVM † propriè dicitur magistratus potestas. *leg. potestatis verbo, ff. de verborum significat.* sed ij tantum magistratus imperium habere dicuntur, qui coercere aliquem possunt, & iubere in carcerem duci, vt inquit Vlpian. *in l. 2. ff. de in ius vocan.* illi autem dicuntur magistratus sine imperio esse, qui talem potestatem non habent. *l. nec magistratib. ff. de iniur.* Animaduer-
2 tendum tamen, † quòd & si verbum, coercere, pertineat non tantum ad pœnam corporalem, sed & ad mulctam pecuniariam, *d. l. secunda, vbi gloss. ff. de damno infecto.* & ideo coerctio nomen verbale, significat pœnam tam corpus affligentem, quàm pecuniariam. *l. 2. in fin. ff. de pub. iud. leg. si quis fortè. §. vltimo. ff. de pœnis. l. nemo potest, de regulis iuris.* attamen magis propriè & strictè significat corporalem animaduersionem. sed quia alia potest esse grauior, alia leuior, ideo huic nomini coerctio, additur sæpissimè aliud nomen denotans grauitatem vel leuitatem pœnæ, vt capitalis coerctio, *in l. hæc stipulatio, in fine, ff. de verborum signification.* aliquando modica coerctio, *vt in l. fina. ff. de offic. eius.* modo leuis coerctio. *l. prætor edixit, §. præterea. ibi, cæterum leuem coerctionem. & in leg. non solum. §. quanquam. ibi, leuis enim coerctio. ff. de iniur.*

3 ¶ Magistratus autem, † qui imperium habebant, erant hi videlicet Dictatores, Præfecti, Consules, Prætores, Censores, Præsides, Proconsules, Legati Cæsaris. & dum nominaui Præfectos, intelligo omnes, qui Præfecti appellantur, vt Præfecti Prætorio, præfecti vrbis, præfecti vigilum, præfecti augustales. item imperium habebãt magistri militum in milites, & apparitores, Rectores prouinciarum, quorum aliqui enumerantur *in leg. 2. ff. de in ius vocan. l. sed & si per prætorem. §. hæc clausula. ff. ex quibus cau. ma.* Hi ergo magistratus omnes propter vim imperii plura possunt, *vt dicitur in l. cum prætor. §. is quoq; ff. de iud.*

4 ¶ Imperium † verò duplex est, merum scilicet, & mixtum. *l. imperium. ff. de iur. om. iud.* merum est habere potestatem gladii ad animaduertendum in facinorosos homines. Oldra. verò *consi. 10. venditum est castrum, numero 2.* sic definit merum, quòd sit potestas seu iurisdictio seuerioris vltionis exercendæ in personam pro vtilitate publica introducta, & ibi declarat singula verba. Mixtum verò, cui etiam iurisdictio inest, ita definit Vlpian. *in d. l. imperium.* sed Oldrad. *in d. consi. 10. nume. 3.* sic definit, ꝙ est iurisdictio explicandi quæstiones ciuiles, quæ sui excellentia maioribus iudicibus deputantur, & pariter exponit singula verba huius definitionis. Merum ergo imperium appellatur, quod est purum & distinctum ac separatum à iurisdictione: sicut dicimus merum iusgentium, quod est separatum à ciuilib. præceptis, *l. bona fides. ff. depos.* sic & meram pœnam, quæ rei persequutionem non continet, *l. 1. in fin. ff. si quis ius di. non ob. l. 1. ff. de eo, per quem fact. er.* & merum factum, quod dationem mixtam non habet, *l. qui res. §. mihi Romæ. ff. de sol.* Merum ergo imperium est, quod propriè ad crimina publica pertinet, & in animaduersione consistit, non in dictione iuris, vt à mixto separetur, cui etiam iurisdictio inest. sic & mera conditio opponitur mixtæ, *in l. cum seruus, ff. de condi. & demonst.*

5 ¶ Magistratus ergo, † qui imperium habent merum vel mixtum, appellantur maiores magistratus: qui verò sine eo sunt, minores dicuntur. *l. nec magistratibus. ff. de iniur.* quanquam sciam florente Roman. Rep. maiores eos dictos magistratus, secundum Mesalam, cuius verba recitat Gel. *noct. Attic. lib. 13. capit. 14. in fine.* qui maioribus creabantur auspiciis centuriatis comitiis: Minores verò, qui minoribus auspiciis, & tributis comitiis fiebant. & ideo maiores dicebantur Consules, Prætores, Censores, & qui supra hos erant: Minores verò cæteri omnes. De maioribus autem & minoribus magistratibus vel iudicibus, & eorum differentiis, pluribus in locis scriptum reperies, *vt in §. penultim. in fine, in authentic. de appellat. & in §. necessarium, in authentic. vt nulli iudic. & in l. non minus, C. de assessor. in l. multis. Cod. de princip. agen. in reb. lib. 12. & alibi sæpe.* Quanquam sciam etiam aliquos inter maiores, & minores magistratus medios posuisse, vt Guli. de Cun. quem refert Alexand. *in l. prima, in gloss. in ver. tribuuntur. ff. de offic. eius, per textum, in §. illud, in authentic. de appellation.* vbi dicitur, quòd veneranda vetustatis authoritas ita magistratus digessit, vt alii maiores, alii medii, alii minores sint: ideo à minoribus ad medios, à mediis ad maiores appellandum: secundum quam diuisionem possumus dicere, quòd qui magistratus merum habent imperium, maiores appellantur, qui mixtum medii, qui iurisdictionem tantum minores. sed hæc non adeo sunt necessaria ad ea, ad quæ properamus, vt diutius sit immorandum, cum & aliàs *in dicta lege prima, ff. de offic. eius*, plura de iis scripserimus.

6 ¶ Cæterum † hoc non prætermittendum, quod cum in iure Magistratus populi Romani legimus, eos intelligere debemus, qui in ciuitate Rom. ius dicebant, vel imperium exercebant, non autem omnes qui à populo Romano creabantur etiam in prouincias: ideo sæpe videmus Magistratus pop. Roman. distinctos à Præsidibus, *vt in l. 3. §. fina. ff. quod me. cau. & in l. aliud est fraus, in fine. ff. de verborum signification.* ideo, qui in prouincias mittebantur, non Consules, neque Prætores, neque Quæstores appellabantur, vt ii qui Romæ residebant, sed quasi vices eorum gererent appellabantur Procon-
7 sules; Proprætores, Proquæstores. Et hac † ratione puto Magistratum distingui à potestate, *vt in l. 1. ff. quod quisque iur. ibi, qui magistratum, potestatemve habebit. & in l. 3. in fi. ff. de arbit. & in l. qui accusare. ff. de accusa.* non enim omnes, qui publicam habent potestatem, Magistratus sunt: & ideo Vlpian. *in l. eum qui. de iur. om. iud.* dum dixisset eum, qui iudicare debet, magistratum esse oportere, ne sub nomine magistratus excluderentur alii, qui potestatem publicam habent, se ipsum declarando inquit. Magistratus autem is, qui in potestate aliqua sit, vt puta Proconsul vel Prætor, vel alii, quii prouincias regunt. & ideo dicuntur etiam iure potestatis suæ cognoscere, *in leg. penultim. ff. ne vis fiat ei.* sicut per vim imperii dicitur, *in l. cum prætor. §. hi quoq; ff. de iudic.* Quinimò potestas abso-
8 lutè † prolata significat merum imperium, quo in facinorosos

cinorosos animaduertunt Magistratus, *d.l. imperium, de iur.om.iud.*

9 ¶ Ex præmissis † ergo omnibus hoc infertur, quod ij Magistratus de delictis cognoscere possunt, qui merum habent, vel saltem mixtum imperium: quia & merum tũc habere dicuntur, vt supra dictum fuit. ij autem sunt omnes magistratus, qui mittuntur ad regendas prouincias vel ciuitates ab iis, qui non recognoscunt superiorem, vt per Bartol. *in l. imperium, ff. de iur. omn. iudic. numero septimo, & probatur in leg. illicitas, §. qui vniuersas. ff. de offic. præsid.*

10 ¶ Quæ quidem gladii † potestas merumque imperium iure magistratus non competit, sed lege specialiter sæpe mandatur, atque ideo delegari non potest, *l.1. vbi latè omnes, ff de officio eius, iuncto §. qui mandatum ea. l.*

11 Et quanquam † sub inclito Venetorum Dom. dentur ex forma statutorum Assessores Magistratibus, qui curiam faciunt, sine quorũ assensu criminalia non possunt expediri: Et in aliquibus Ciuitatibus eliguntur etiam ab ipsa Ciuitate quidam, qui Consules appellãtur, qui tanquam consiliarii vltra curiam, quam secum ducunt, magistratus assistunt ipsi magistratui: neque pariter sine eorum assensu possunt criminalia expediri, vt obseruatur in Ciuitate Veronæ; & Vincentiæ, quibus in locis ego etiam astiti Magistratibus tanquam Vicarius vnus ex curia magistratus: attamen isti non dicuntur habere imperium, sed Magistratus ipse dicitur habere, & illud exercere de consilio tum curiæ suæ, tum Consulum Ciuitatis. & ideo licet in prolatione sententiæ Magistratus vtantur hac forma, quòd scilicet pronunciant sub examine iudicis maleficiorum vel Consulum, tamen dicitur sententia ab ipso Magistratu lata, & pro ea si malè iudicatum fuerit, ipse tenetur, vt in terminis tradit Angel. *in §. omnem, in authent. de litig. & in l. filiusfam. in fi. ff. de iud. vbi etiam Paul.*

12 ¶ Consideret ergo † primo accusator, an iudex, coram quo vult accusationem producere, habeat merum imperium vel mixtum, vt satem in genere sciat, & saltem habitu respectu potestatis posse esse iudicem competentem.

¶ Mox consideret, an sit de maioribus vel minoribus magistratibus. quidam enim modicam habent coercitionem, & potestatem in pecuniariis tantum mulctis siue pœnis, quidam verò ius gladii, *vt dictum.*

13 ¶ Hodie autem † facilè est hanc iudicum distinctionem cognoscere, quia tota Magistratuum potestas dependet vel à statutis ciuitatum, vel à mandatis ipsis per Principes, qui eos transmittunt datis, iuxta totum titulum in auth. *de manda. Princ.*

14 ¶ Sed generaliter † iudex habens merum, & mixtum imperium in aliquo loco fundatam habet intẽtionem, vt possit de omnibus delictis ibi iudicare, nisi sint aliqua specialiter excepta, ita arguit Pet. de Anch. *consi. 163. incip. de viribus, & efficacia. facit text. in l.1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfect. vrb. c. cum episcopus, de offi. ord. in 6.* & not. Bart. *in l. si quando, C. de bo. vacan. lib. 10.*

## CAP. III.

## *quibus modis Delinquens Forum sortiatur.*

### SVMMARIVM.

1 *Forum sortiendi causas & modos varios à Doctoribus traditos.*
2 *Forum vt sortiatur quis, ad hoc vt accusare accusariq; possit nec iudex, quia competens recusari valeat, quæ & quot consideranda sint.*
3 *Accusatoris ex persona, quæ attendenda sint, vt quis sortiatur forum.*
4 *Rei ex persona quæ concurrere debeant, vt quis sortiatur forum.*
5 *Iudicis ex persona, quæ causæ eum faciunt competentem.*
6 *Delicti parte quæ causæ præbeant forum.*
7 *Causa ipsa quæ præbeat considerandæ, vt forum sortiamur.*

1 SCIO varium ordinem † obseruatum tum ab iis, qui Summas cõposuerunt, tum ab aliis tractatus componentibus in explicandis variis causis, quibus quis forum sortitur, vel quibus quis efficitur, aut est iudex competens: nam text. *in cap. vltimo, de foro competen.* enumerat nimis generaliter quatuor causas, videlicet Delictum, Contractum, Domicilium, Locum rei sitę. Hostien. *in summa de foro competen.* tresdecim enumerat causas, quinque versibus comprehensas, vt ibi per eum, & decem & nouem describit Rofre. *in tracta de ordi. iud. sub titulo, qualiter iudicium declinetur.* Azo verò in summa C. de iurisdict. *omn. iud.* quindecim explicat. Verum quia hæ causæ sunt generales tam ad causas ciuiles, quàm criminales, & satis etiam confusè propositæ, prout etiam sunt quinquaginta duæ expositæ per Speculum in titulo *de compe. iudi adi. §. primo,* & multo magis illæ, quas Maria. Soc. enumerat *in rubrica, extra de foro competenti,* quæ ascendunt vsque ad summam 119. Nos autem cum tractemus de sortiendo foro in causis tantùm criminalibus, ideo de his tantum hic quærendum. Azo ergo *in summa tituli, C. vbi de crimi. agi oport.* tres tantum causas, & eas quidem satis frigidè enumerat, videlicet locum delicti, locum vbi lis est contestata, & locũ vbi latitat reus. D. autem Ægidius Bossius Illustri. Iurisconsult. Modernus *in tractat. suo crimi. sub titul. de foro competen.* dicit, quòd quinque sunt considerandæ, quæ faciunt iudicem competentem, vel incompetentem.

¶ Primo persona, vt in iudice ordinario, an sit iudex Rei vel causæ, in delegato, an delegans habuerit facultatem delegandi.

¶ Secundo consideranda causa, vt ad vnam causam delegatus, non possit de alia cognoscere.

¶ Tertio consideranda res, quia in vna re delegatus, vt in fundo, non potest de alia, vt de fructibus iudicare.

¶ Quarto considerandum tempus, quia elapso tempore sibi præstito non potest vltra iudicare.

¶ Quinto considerandus locus suæ iurisdictionis, quia extra territorium suum non iudicat. Verum & hæ causæ sunt nimium generales, neque totam materiam competentis fori vel iudicis absoluunt, *vt infra patebit:* ideo cum alios in hac materia duces non habeam, qui methodo aliqua causas has summatim & breuiter cõplexi sint, conabor ego clariori ordine, ni fallor, omnes causas complecti.

2 ¶ Dico ergo † quatuor esse consideranda principaliter, vt sciamus causas, quibus quis sortitur forum, & accusari potest coram aliquo iudice absq; eo, quòd recusari possit.

Primo, personam accusatoris.

Secundo, personam rei accusandi vel accusati.

Tertio, personam iudicis.

Quarto, qualitatem delicti, de quo agitur & circumstantias ipsius.

Quinto, & vltimo formam, qualitatem, & accidentia iudicii siue causæ, quæ agitur. Quorum singula suas producunt, & habent speciales causas, quibus sortiri potest forum, & dici iudex competens vel non, *vt infra docebo.*

3 ¶ Si enim consideramus † Personam Accusatoris, facit ea, vt reus sortiatur forum his modis, & causis.

Primo ratione Priuilegii.

Secundo ratione Electionis per se factæ, quando plures possunt esse iudices, quæ etiam præuentio potest appellari.

Tertio ratione Supplicationis, vt causa delegetur vel

vel auocetur ad ſupremum Principem vel recurſus.
Quarto Reconuentione ipſius.

4 ¶ Quòd ſi conſideramus † Perſonam Rei accuſandi, omnes iſtæ cauſæ in eius perſonam concurrunt.
Primo Status, ſcilicet liber, an ſeruus: Laicus vel clericus: ciuis an peregrinus, in dignitate conſtitutus vel non, ſi ſtatum mutauit.
Secundo, an Originarius illius loci.
Tertio, an domicilium habens in illo loco.
Quarto, Ars, & exercitium Rei.
Quinto, Subditus an non.
Sexto Prorogatio, & Conſenſus Rei.
Septimo ſi eſt exemptus, vel aliud habet Priuilegium.
Octauo ſi Vagabundus.
Nono ſi in Communi patria repertus.
Decimo ſi Latitet.

5 ¶ Sin Iudicis † Perſona conſideretur, hæ cauſæ facient competentem.
Primo ſuprema poteſtas, vt Concilii, Papæ, Imperatoris.
Secundo Statuta.
Tertio Conſuetudo.
Quarto Delegatio.
Quinto Defectus, & Negligentia iudicis.
Sexto Familia ipſius.
Septimo Inuitatio & Requiſitio.
Octauo Remiſſione Rei.
Nono Præuentione..
Decimo, Eccleſiaſticus vel ſecularis.
Vndecimo, Feudatarius an Dominus.

6 ¶ Verum ſi conſideres † Delictum, hæ cauſæ occurrent.
Primo Locus.
Secundo Tempus.
Tertio Atrocitas.
Quarto Qualitas & Accidentia, eccleſiaſticum vel ciuile.
Quinto, an mixti fori.

7 ¶ Demum ſi † iudicium vel cauſa ipſa, quæ agitur, conſideranda ſit, his cauſis iudex efficietur competens vel non.
Primo ratione connexitatis & acceſſorii.
Secundo ratione emergentis vel recidentis.
Tertio, ciuilis cauſa an præiudicet criminali.

## CAP. IIII.

## *Accuſatoris priuilegio.*

### SVMMARIVM.

1 *Accuſatoris priuilegium dat cauſam competentiæ iudicis, contra communes regulas. quod priuilegium etiam conſuetudine datur.*
2 *Reo & Actore priuilegiato, præfertur reus, cæteris paribus.*

1 PRIVILEGIVM † accuſatoris dat cauſam competentię iudicis, vt quando eccleſia eſt ſpoliata, & ſacrilegium commiſſum, Rectores earum poſſunt reum etiam laicum conuenire etiam coram eccleſiaſtico, quia hoc eſt priuilegium eccleſiæ contra communem regulam, quòd actor ſequatur forum rei, *capit. cum ſit generale, de foro compet.* Quod priuilegium poteſt etiam conſuetudine dari, vt inquit Spec. *in tit. de competen. iud. adi. §. 1. in princip.* vbi dicit ſe audiuiſſe, quod Aretii ſuper qualibet cauſa clericus trahit laicum coram iudice eccleſiaſtico, & idem Spec. *ibi, ver. 23. & ver. 47.*

2 ¶ Sed quid ſi reus † quoque ſit priuilegiatus, vt non poſſit conueniri niſi in tali foro? dicas, quòd præfertur reus omnibus, cæteris paribus concurrentibus, ita Ioan. Andr. & poſt eum alii, *in cap. 1. de priuileg. in 6.*

## CAP. V.

## *Electione accuſatoris.*

### SVMMARIVM.

1 *Electioni iudicis accuſatoris tenetur ſtare reus, ſi non priuatiue ab ordinario, ſed cumulatiue detur alicui imperium, vel iuriſdictio.*
2 *in Alternatiuis rerum eſt Electio debitoris, locorum verò eſt creditorum. & quare. limi. vt nu. 3. 4. & 5.*
6 *Iudices duo diuerſorum territoriorum, delicto facto in confinio vtrorumque, erunt ambo competentes, ergo actor eliget.*
7 *Electio actoris erit in examinando teſtes ad perpetuam memoriam.*

1 COGITVR † etiam reus aliquando coram eo iudice, quem accuſator elegerit, conuentus reſpondere, vt quando ſpecialiter alicui tribuitur imperium vel iuriſdictio non priuatiuè ab ordinario, ſed cumulatiuè, quod in dubio ſemper ita cumulatiuè conceſſa videtur, non priuatiuè. ita Bartol. *in l. prima, per illum text. Cod. de offic. præfect. Vrb.* per quem idem dicit Bald. *in leg. prima, verſic. extra quæritur. ff. de offic. Conſulis. & probat etiam text. in leg. fin. verſic. ita tamen. Codic. de iur. omn. iudic.* Angelus & Paulus *in leg. quod in rerum natura, §. per alluuionem. ff. de legat. primo, & in §. ſi quis poſt.* vbi Aret. dicit hanc eſſe communem, & not. omnes *in l. teſtamenta, Cod. de teſtament.* & Roman. *conſi. 393. præſens conſultatio.* quod procedit etiam ſi data ſit iuriſdictio ſpecialiter per verba taxatiua, vt latè comprobat Dec. *conſi. 3. incip. & pro tenui.* in iſtis ergo caſibus locus erit electioni ipſius accuſatoris, vt accuſet, coram quo malit, neque poterit reus recuſare, argumento eorum, quæ dicuntur *in l 3. §. 1. ff. de eo quod cert. loc.* vbi Iaſ. poſt alios, *numero quarto,*

2 quòd in alternatiuis † rerum, electio eſt debitoris, ſed in alternatiuis locorum, electio eſt creditoris vel actoris. & ratio eſt, quia ſi eſſet rei, tunc ſemper poſſet conuétus corã vno opponere, & corã alio cõuenire tur, & ſemper poſſet variare ſaltem ante litis cõteſta. vt ibi per Iaſ. *vbi nu. 5. hoc in terminis, poſt Guid. de Suza.* Alb. & Pau. de Caſt. decidit, & ſi plures ſint iudices, electio erit accuſatoris, & actoris, quod & Bartol. ſentit *in l ſi per errorem, circa finem. ff. de iur. omn. iud.* & Bald. *in l. prima, in fine. Cod. vbi quis de curial. vel cohor. gloſſ. penultim. in capitulo dilecti, de foro compet. per not. in capit. cum ſit, eodem tit gloſſ. in cap. ſtatutum, §. cum verò. de reſcr. in 6. in ver. recuſet & in l. fin. Cod. vbi in rem act.*

3 ¶ Limitatur † tamen hæc concluſio, quando plures iudices cumulatiuè eſſent dati in fauorem Rei, vt in caſu auth. *habita, Cod. ne fil. pro pa.* vbi plures iudices dantur ſcholaribus in eorum fauorem, & cumulatiuè: hoc e- Scholaris.
nim caſu electio erit ſcholaris, non actoris vel accuſatoris. ita gloſſ. *in d. auth. habita. verbo, optione.*

4 Secundò limita, † vt non procedat, quando Reus præueniſſet vocando actorem vel accuſatorem coram Præuentio.
vno ex dict. iudicibus petendo ſibi ſilentium imponi, *iuxta leg. diffamari, Cod. de inge. & man.* vt in ſpecie tenent Albe. & Iaſon *in loco præallegato,* & iuxta ea, quæ notantur *in capitulo primo, de iureiurand. & in leg. ſi contendat. ff. de fideiuſſor. & gloſſ ſingulariter in leg. Aurelius, §. centum. ff. de lib. leg.*

5 Limita † tertio in vagabundo, qui videtur habere electionem, coram quo conueniatur, *vt dicam infra capit. 13.*

¶ Quando autem dicatur data iuriſdictio cumulatiuè vel priuatiuè, dicam infra, dum conſiderabo perſonam iudicis.

6 Similiter † etiam, quãdo delictum eſſet factũ in confinio duorum territoriorum, tunc vterque iudex eſſet competens, & ideo in electione actoris vel accuſatoris eſſet proponere accuſationem, coram quo mallet,

let, *argument. cap. cum illorum, §. si verò clausralis, de sentent. excommu.*

7 ¶ Pariter † & cum vellet examinare testes ad perpetuam rei memoriã, *iuxta text. in cap. Albericus, & cap. significauit, de testib.* nam tali casu accusator poterit adire iudicem proprium, licet in accusatione adeundus foret iudex Rei, vt tradit Bart. & clarius Angel. in l. *cum hi. §. transactiones. ff. de transaction.* & per Angel. in repet. *l. si vacantia. Cod. de bonis vacan. lib. 10. & not. in l. consulta diualia, & l. testamenta, Cod. de testam. & in l. in lege Aquilia, si deletum. ff. ad leg. Aquil.* & per Bartol. *in l. si societatem, §. arbitrorum. ff. pro socio.*

## CAP. VI.

## *Supplicatione, & recursu accusatoris.*

### SVMMARIVM.

1 *Recurrere quando actor possit vt sibi delegetur alius iudex, coram quo accuset. & nu. 2.*
3 *Recusato assessore, an recusetur ordinarius, vel eligatur potius alius loco suspecti.*
4 *Fauores timentes, vt Venetiis, & alibi hodie ex consuetudine quid agant.*

1 SI accusator † perhorrescat potentiam Rei, neq; ideo audeat illum coram suo iudice accusare, potest ad superiorem recurrere, vt sibi delegetur alius iudex, coram quo ipsum liberè possit accusare, vel etiam coram ipso Principe poterit accusare, vt not. per omnes *in l. 1. in fin. Cod. quando Impera. inter pup. & miser. perso. cog. & in cap. statutum. §. cum verò, de rescript. in sexto, & tradit etiam Bart. in tracta. repræsal. in secunda quæst. secundæ quæst. prin.*

2 ¶ Similiter † si iudicem rei suspectum habeat ex causa legitima accusator, poterit ad superiorem vel Principem recurrere, vt alium deleget iudicem, quia corde gerit Imperator lites sine suspicione ventilari, *l. apertissimi. C. de iudic. glo. in lege, prætor, in gloss. fina. de iur. om iud. & in l. cum specialis. C. de iud.*

3 ¶ Si tamen † assessor possit recusari, non ideo recusabitur iudex & magistratus ordinarius, sed loco suspecti curabit alium eligi, *iuxta not. in cap. statutum, il primo, vbi Domin. super gloss. in verb. copia. de rescript. in 6. & per Bald. in l. fin. Cod. de hæred. insti. refert Ias. in l. apertissimi, tertia colum. Cod. de iudic. Felyn. in cap. ex literis, sexta colum. de constit.* quicquid videatur tenere Rofre. *de ordine iudiciorum, sub rubrica an recusetur ordinarius*, qui videtur voluisse, quòd per suspicionem assessoris possit recusari ordinarius. sed quia allegat l. fin. C. de assess. quæ non probat, ideo remittendus ad l. illam, C. de colla.

4 ¶ Et istud hodie † frequentissime obseruatur, quod scilicet qui timent fauores, & potentiam Rei, vel etiam iudicis imperitiam, vel negligentiam, aut alia suspicione mouentur, recurrunt ad superiorem, petuntque alium iudicem delegari, vel Venetiis per officiũ Aduocatorũ cognosci; & si causa grauis est, delictumq; atrocissimũ, Domini delegant Aduocatoribus: si verò nõ sit de atrocissimis, delegant aliis magistratibus aliarum ciuitatum, quæ sint magis vicinæ, quod quidem etiã facilimè impetratur. Vidi etiam accusatorem per recursum ad superiorem, & supplicationem impetrasse, vt loco assessoris suspecti alius magistratus simul cum primo, cui fuerat causa delegata iudicet, vt obseruatum fuit Patauii in causa Balneatorum, in qua cum hæredes defuncti allegassent Vicarium potestatis suspectum, impetrarunt loco eius subrogari Capitaneum ciuitatis, qui æqualem habet potestatem cum Potestate.

## CAP. VII.

## *Reconueniatur vt accusator.*

### SVMMARIVM.

1 *Reconuentio fit coram eodem iudice, coram quo fuit facta accusatio, ne continentia causæ diuidatur, & ratione emergentiæ.*

1 IN quibus † causis siue criminibus quis potest reconueniri, in iis reconuenietur coram eodem iudice, coram quo accusauit. *l. cum Papinianus, Cod. de sentent. & interloqu. omn. iudic. & in authent. & consequenter, eod. tit. cap. primo, & secundo, de mutu. pet. c. cuius in agendo, 3. quæst. 8.* quod quidem est etiam, ne continentia causæ diuidatur, *iuxta l. nulli, Cod. de iudic.* & dicam infra dum loquar, quando causa, & iudicium præstet causam iurisdictioni: & etiam quia dicitur incidens causa illa, qua accusator reconuenitur, & ideo ratione emergentiæ poterit idem iudex iudicare, vt dicam ibi.

Ideo si accusetur quis de falso vel alio crimine, poterit is accusatorem reaccusare de calumnia.

## CAP. VIII.

## *Status rei, quando tribuat iurisdictionem.*

### SVMMARIVM.

1 *Status personarum multipliciter considerari potest, & vbi Libertus, & Seruus delinquens accusetur.*
2 *Vxor coram iudice viri sui debet accusari à quocunq; accusetur, quia matrimonium dat iurisdictionem. Idem procedit in vidua, nu. 3. nisi luxuriosè viuat vt, num. 4.*
5 *Marito ducto ab vxore, si illuc domicilij causa veniat, ibi forum vxor sortietur, & vir.*
6 *Vxor clerici, sequitur forum ecclesiasticum.*
7 *Sponsa non traducta, non sequitur forum sponsi.*

1 VIso, quibus † ex causis persona accusatoris tribuat iurisdictionem, nunc videndum quibus ex causis persona Rei id efficiat; & primo dicendum, quod status etiam ipsius tribuit iurisdictionem: status autem multipliciter considerari potest, vt si sit libertus: is enim sequetur forũ patroni manumittentis, *vt habetur in l. si quis, in fi. ff. de municip. l. assumptio. §. fi. ff. ad municip.* & tradit Speculat. in tit. *de compe. iudi. adi. §. primo, versic. 41.* ideo si accusabitur libertus vel à patrono vel ab alio, debebit corã iudice patroni accusari per prædicta. sed si seruus delinquat, punietur in loco, vbi deliquit, neque dominus ipsius poterit reuocare ad prouinciam
2 suam, *l. si cui crimen. §. idem Imperator. ff. de accus.*

Coniugium quoque † & matrimonium tribuit iurisdictionem: vxor enim sequitur forum viri. *l. cum quædam puella. ff. de iur. om. iud.* ideo à quocunque conueniatur vel accusetur, debet conueniri vel acusari coram iudice ipsius viri, *l. si. Cod. de incol. lib. 10. & in l. ea quæ, in l. fi. §. 2. ff. ad municip.* & tradit Bald. *in l. 2. in fi. C. de iur. om. iud. &* & ideo refert Maria. *in Rubrica extra de foro compet. ver. sexagesimo sexto*, quod si statutum dicat, quòd si ciuis originarius occiderit forensem, puniatur pœna pecuniaria; si ciuem, pœna capitis: quod si mulier alienigena, nupta tamen ciui illius loci occidit forensem, debeat puniri pœna pecuniaria, quia est vxor originarii ciuis, & ideo ipsa dicitur eidem origini vnita per virtutem matrimo-
3 nii, & tanquam pars corporis viri effecta.

Et præmissa † procedunt etiam in vidua. *leg. filij libertorum. §. vidua. ff. ad municip. leg. fœminæ. de Sena. leg. quoties. vbi Bartolus, de priuileg. scholar. nota. Marian. vbi supra. & latè omnes, in dicta lege cum quædam puella*, vbi Ias. & Dec. *numero 11.*

Fallit

4 ¶ Fallit tamen † hoc, quod dictum est de vidua, quando luxuriosè viueret, quia tunc amittit forum viri, vt tradit Ang. & Alex. *in d. l. cum quædam.*

5 Limitatur autem † principalis conclusio, quòd vxor ratione matrimonij sortiatur forum mariti, vt nõ procedat, quando maritus ductus fuisset ab vxore, & ideo transisset ad domum vxoris animo ibi domicilium contrahendi, vt per Baldum *in l. fina. C. si à non compe. iud. columna penultima. & sequuntur omnes in d. l. cum quædam, vbi Deci. numero 9.*

6 ¶ Et prædicta conclusio † procedit etiam in vxore clerici, quia sequitur forum mariti clerici, & sic ecclesiasticum, & gaudet eius priuilegio, *glo. not. in c. eos, 32 di. & in c. 2. 11. q. 1.* & latè comprobat Maria. *in c. 1. de foro compet. num. 20.* maximè si causæ criminales ciuiliter intententur, *vt ibi per eum.*

7 ¶ Quid autem † de Sponsa tene, quòd non sortitur forum sponsi, si non sit traducta, *vt infra dicam, c. seq. in 19. exten. ver. 4. est vxor. in ver. quæ tamen declarari debent.*

## CAP. IX.

## *Clericatus, & Ordines, ac Religio tribuunt iurisdictionem.*

### SVMMARIVM.

1 *Clerici à iudice laico non iudicantur, & quare, & quæ eius vtilitas.*

2 *Clericus etiam ab Imperatore, in criminalibus non iudicatur. Idem de Rege, 3.*

4 *Imperator etiam quod consecretur et inungatur, non iudicat tamen clericos. similiter nec Rex, quia non habent ordinem sacerdotalem.*

5 *Imperator, & Rex in atrocioribus et etiam in crimine læsæ maiestat. quare contra clericum non procedant, nisi quoad priuationem feudi.*

6 *Clericus contra suum Principem machinatus, an committat crimen læsæ maiest. cùm non sit eius subditus.*

7 *Clericus ab Imperatore non potest puniri de crimine læs. maiest. & poterit formare processum Imperator contra ipsum, & deponi et degradari ab episcopo, et tradi Imperatori puniendus.*

8 *Degradatio de iure canonico cum traditione curiæ secu. est loco mortis de iure ciuili.*

9 *Iudex secularis non potest absoluere clericum ex defectu iurisdictionis, quanquam antiquitus posset cum episcopo condemnare de delicto seculari.*

10 *Consuetudo non valet, quòd Rex possit inquirere contra clericos, quamuis econtrà valeret, si daret clericis inquisitionem contra laicos.*

11 *Sententia à non suo iudice lata non valet.*

12 *Consuetudo non valet quòd laici conferant beneficia, et eligerent prælatos.*

13 *Consuetudo non valet, quòd laicus cognoscat de iure patronatus.*

14 *Laici non iudicant clericos, etiam si consuetudo sit præscripta tanto tempore, de cuius initio memoria non extet, quia contra ius diuinum. temperatur tamen ista sententia, vt numero 15.*

16 *Impræscriptibilia iura, tacente Papa tunc præscribuntur, quando datur capacitas in præscribente, aliàs secus.*

17 *Reconuentio contra clericum coram iudice laico non habet locum, etiam si primo clericus laicum accusasset coram iudice laico: quamuis secus in ciuilibus.*

18 *Clericus etiam pro crimine atroci non accusatur coram iudice laico, excepto crimine falsæ monetæ, & alijs exceptis remissiuè.*

19 *Clericus depositus pro delicto irregularitatem inducente, non punitur à iudice laico, nisi degradetur, si degradandus est.*

20 *Clericus etiam pro notorio crimine, nec iudicari, imò nec caperetur à iudice laico.*

21 *Clerici ordinem, vel gradũ non habentes, nec ipsi à seculari iudice iudicandi.*

22 *Clericus à iud. lai. nõ iudicatur. siue incidenter. siue principaliter de crimine agatur, siue etiam calumniosè clericus accusauerit laicum coram seculari, non punietur à iudice laico clericus de calumnia.*

23 *Clericus non verè, sed quia vouit religionem ante delictum non poterit accusari coram iudice secular, quasi votum retrotrahatur.*

24 *Ecclesiastica persona an dicatur ille, qui est intra annum professionis.*
*Cathechumenus non dicitur Christianus.*

25 *Clericus an quis sit si dubitetur, & incedit in habitu clericali, non potest interim à iud. laic. iudicari, nisi sit literarum expers, quia tolleretur præsumptio habitus.*

26 *Clericatus quomodo probetur, & coram quo probetur, si dubitatur.*

27 *Clerici futuri, & ideo inseruientes ecclesiæ, si se obligauerint seruitio, sunt sub iudice ecclesiastico: secus si seruiãt, tantum vt addiscant à parochiano.*

28 *Conuersi etiam iudicantur ab ecclesia, præsertim si professionem aliquam fecerint.*

29 *Religiosi regulam aliquam à Pontif. approbatam profitentes, à laico iud. iudicantur.*

30 *Ieſuati fratres dicuntur religiosi, & ideo exempti à iud. secul. quanquam aliqui teneant contrarium.*

31 *Moniales S. Brigidæ sunt etiam exemptæ vt religiosi, quamuis illæ monasteria mulierum, quæ versantur cum viris, non sint habendæ pro personis religiosis, nec exemptis, prout congregatio illa Paulinorum, quæ fuit reprobata, quia vagabantur hinc inde cum viris.*

32 *Eremitæ, an sint exempti à iurisdictione seculari, & an soli episcopo subsint, vide distinctiones, nu. 33.*

34 *Pizocharæ, seu fratres & sorores tertij ordinis, an sint exempti à iurisdictione ecclesiastica: distingue vt ibi.*

35 *Pœnitentes qui sint, & quot upliciter sumantur, & qui eorum sint exempti à iurisdictione laicorum, & pro quanto tempore, & quare exempti.*

36 *Milites Hierosolymitani sunt exempti à laicorum iudicio, & quare.*

37 *Hospitalarij, & rectores xenodochiorum. an sint exempti à iudicio laicorum, & quando, & quid de eorum rectore, circa ea quæ concernunt eorum officium: & quid circa alia non concernentia officium.*

38 *Officiales Montis Pietatis, à quibus puniantur, & in quibus. Et quid de Prioribus fraternitatum, & aliorum locorum piorum.*

39 *Canonicæ regulares sic appellatæ mulieres, quando gaudeant priuilegio fori ecclesiastici.*

40 *Clerici coniugati quod gaudent priuilegio fori, quãdo vnicam, & virginem duxerint, & quid quoad ciuilia.*

41 *Clericorum personæ fictè, vt vniuersitates, quando eximantur à seculari iudicio.*

42 *Vniuersitas constans ex clericis & laicis, quem forum sortiatur, & num. 43.*

44 *Clerici cum laicis delinquentes, à quo puniantur, & quib. casibus, & quid in alijs materijs ciuilibus.*

45 *Laici à iud. ecclesiastico non penè puniti, supplebitur pœna à iud. laico. secundum quantitatem delicti.*

46 *Clerico non petente se remitti ad suum iudicem, remittentur omnes petente vno ex laicis.*

47 *Familia clericorum coram quo iud. conueniatur, & quorum clericorum, & in quibus, & qui de familia.*

48 *Familiæ appellatione, qui veniant, & qui eorum gradus priuilegio fori ecclesiæ gaudeant, & nu. 49.*

50 *Clerici filius quare gaudeat priuilegio fori.*

51 *Confessio criminis facta per filium, per patrem reuocatur.*

52 *Gradus transuersalis non gaudet priuilegio fori ecclesiastici.*

53 *Vxor clerici gaudet priuilegio clerici viri sui, quia per matrimonium efficiuntur vna caro.*

54 *Sponsa clerici non cognita, non mutat domicilium, nec forum.*

55 *Vxor quæ vouit continentiam, & habitat seorsum à marito, an sortia-*

an sortiatur forum viri, distingue vt ibi.

56 Concubina clerici et concubina laici, an sortiantur forum concubinarij sui.

57 Famuli, et ancillæ episcoporum an gaudeãt priuilegio fori, et quid in famulo conductitijs.

58 Rustici ecclesiæ, et clericorum, regulariter non gaudent priuilegio fori, fallit in tribus casibus. vide ibi.

59 Clericus non ligatur pœnis à statutis laicorum impositis, nisi Papa talia statuta approbauerit.

60 Laicus inchoato processu, si efficiatur clericus, à quo iudice, et quo casu, et qualiter puniatur.

61 Clericus, etiam quòd taceat, imo quòd consentiat in iudicem laicum, non tamen sortitur forum eius, quia est priuilegium totius ordinis clericalis, et ipse qui tulit iudex, reuocabit sententiam.

62 Clericus reputatus laicus, si à iudice laico damnetur, et Appellet, an à iudice laico declarari debeat sentẽtia nulla, si doceat se clerirum.

63 Clericus delegatus rectoris laici non iudicat clericos etiam volentes. et quid in casibus vbi imponitur pœna sanguinis.

64 Confessione facta coram iud. seculari, à clerico non condemnabitur, quia non valet, tanquam extraiudicialis, et an faciat indicium sicut nec alij actus.

65 Clericus scholaris non conuenitur coram rectore laico in ciuilibus.

66 Iudex laicus, ex priuilegio Papæ poterit procedere contra clericos, præsertim in atrocioribus, quia censentur in eo delegati Papæ, et conceditur multis Principibus.

67 Possessio tanti temporis cuius memoria non sit in contrarium, cum allegatione priuilegij facit præsumi priuilegium extitisse.

68 Veneti impetrant priuilegium in homicidijs appensatis, à Papa contra clericos cum assistentia ordinarij ecclesiastici, qui velit nolit degradat, et nihil potest in condemnatione, vel absolutione.

69 Papa an se submittere possit iudicandum Imperatori.

70 Iudex secularis à Papa delegatus procedet contra clericos, etiam in criminalibus, non tamen iure proprio, sed vti delegatus, sed delegatus ab inferiore tantùm in ciuilibus.

71 Inferior à Papa, non potest etiam mixtim clerico, et laico causam delegare. Nec clerico coniugato, nu. 72.

73 Episcopi, an assessores laicos sumere possint in causis criminalibus.

74 Iudex ecclesiasticus an clericum torquendum committat laico.

75 Clericus, laici delegatus, non potest iudicare clericos etiam volentes.

76 Papa et episcopus, quas causas delegare teneantur.

77 Iudex secularis, nõ solum in crimine assassinij cognoscit contra clericos, sed et contra eorum receptatores, defensores, et occultatores, et non modo contra clericum, sed etiã contra principem et prælatum.

78 Pœnæ, quibus afficiuntur Assassini, numerantur.

79 Assassinus proprie quis sit, contra improprium vsum loquẽdi sententiam: quique fuerint iam Assassini, et qualiter artem ediscerent illam, Regemque eligerent, et quæ eorum secta. 80.

81 Assassini ex longa interpretatione, et vsu loquendi qui dicãtur: et ab ista interpretatione in praxi minime recedendum est.

82 Falsum deponens coram iudi. sec. clericus ab ipso iud. secu. punietur, dummodo procedat ex officio, et condemnet tantum ciuiliter in bonis.

83 Iudex laicus in defectum ecclesiastici Potestatis, poterit iudicare clericos, vt tempore schismatis.

84 Iudex eccesiasticus, deficiente laicali potestate, vel negligentibus principibus secularibus, Papa potest se ingerere contra laicos.

85 Negligentiæ probatio quia est negatiua, est difficilis probationis, nisi coarctetur loco et tempore, et quomodo fiat, per exemplum declaratur.

89 Clerici loculatores, & Moriones, nisi ter moniti respuerint, si per annum artibus illis incubuerint, priuilegio carent clericali. & an procedat hoc, quoad in sacris constitutos propter degradationem actualem quæ videtur necessaria.

87 Clericus in minoribus effectus miles, si præliis se immiscet, ipso iure amittit priuilegia clericalia.

88 Clericus dimisso clericali habitu immiscens atrocibus, & in flagranti repertus in habitu laicali, an puniri possit per laicum iudicem, & quod priuilegium amittat. & idem sit de de clericis in sacris constitutis.

89 Monitio trina in quo clerico requiratur, & de intellectu c. perpendimus, de sent. excomm. nu. 90.

91 Intellectus capitul primi, de apostatis. & vere apostata quis sit, & à quo iudic. puniatur, nume. 92. & quo casu, & nota distinctionem optimam. & an idem sit in clericis in minorib. num. 93.

94 Iudex secularis sciens aliquem Apostatam esse clericum non excusatur, propter habitum laicalem, si ipsum puniat.

95 Habitus quæstio, videlicet, an sit laicalis, vel clericalis, quis erit iudex.

96 Habitus clericis conueniens qui dicatur, & vestis variegata si ostentetur, non conuenit, secus si non pateat.

97 Clerici scholares in minoribus constituti, si ex consuetudine scholarium reperiantur in habitu laicali, & in flagranti crimine, an & quando remittantur ad iudicem ecclesiasticum.

98 Religiosi professi habitum suæ religionis dimittere non possunt.

99 Laicus in habitu clericali repertus, an debeat ad iud. ecclesiasticum remitti.

100 Clericus, dimisso habitu, sed postea reassumpto, & in tali reperto, an sufficiat dimissio præcedens, vt amittat priuilegium fori sui, quòd non regulariter, fallit tamen, vt nume. 101. 102.

103 Clericus in minoribus, vt amittat priuilegium, quinque requiruntur.

104 Clericus ante reassumptionem habitus præuentus à iudice seculari coram eo conuenietur, præsertim trina monitione præcedente sui compet. iudicis, vt reassumat habitum, & desistat ab enormibus, & quid amittat absque trina monitione.

105 Monitio trina qualiter debet esse distincta, nec sufficit vnica pro omnibus, nec tres sine temporis interpellatione, & de veritate huius conclusionis etiam de consuetudine, & de iure.

106 Clericus, vt detineatur & puniatur, sex requiruntur, ex Capic.

107 Delicta enormia quæ dicantur, & quæ alia requirantur, vt clericus capi possit, etiam si in faciem Vulnus inferat, sed frequenter.

108 Diœcesano, vel ordinario negligente facere monitiones, quid iudex secularis agere debeat.

109 Clericus mutare potest habitum, aliquando ex causa vel necessitate, v.g. ex paupertate, ex humilitate, corporis necessitate, vel ob pluuiam de nocte, & ex aliis causis.

110 Iudex quis cognoscat an amiserit quis priuilegium propter habitus mutationem, & quando iudex secularis teneatur ipsum remittere, quando in habitu laicali est repertus clericus.

111 Iudex potest summariè cognoscere per viam informationis, an quis sit clericus, vel amiserit priuilegium, ad finem vt sciat an debeat remittere.

112 Iudex secularis viso instrumento clericatus, debet remittere clericum, nec aliquid anxiè discutere.

113 Clericus an probetur quis ex eo quòd literas produxit Papæ, in quibus apparet sibi fuisse collatum beneficium tanquam clerico.

114 Iudex laicus sciens quem esse clericum, si ipse detentus fateatur se esse laicum, & iudex eum condemnet, an excusetur.

115 Clericus condemnatus habet duplicem viam reparandi grauamen si non opposuerit de competentia, tamen cõdemnabitur ipse in expensis, quia non opposuit.

116 *Inhibitionis renuntiatio à deprehenso clerico facta, non valet, quin semper possit petere se remiti ad suum iudicem.*

117 *Clericus nemo præsumitur, nisi probetur. Clericum se falsò asserens, poterit à iudice laico puniri etiam de falso.*

118 *Suspectus de fuga clericus qui delinquit, & eam præparans nõ modo à iud. laico potest capi. sed & à priuato dummodo intentionem habeat ipsum iudici eccles. præsentandi.*

119 *Episcopus an & quam licentiam dare possit laico capiendi nomine suo clericos.*

120 *Degradatus amittit priuilegium fori, & capi potest à iudice laico.*

121 *Degradatus, & traditus curiæ secul. non debet haberi statim pro conuicto, quinimo si causa cognita reperiat ipsum innocentem, ipsum etiam absoluet, & de veritate istius conclusionis.*

122 *Degradatus committens aliquod crimen, tanquam laicus, & exutus omni priuilegio, à iud. laico iudicari & condemnari potest.*

123 *Degradato aliquo, & tradito cur. secu. à iud. eccles. etiam pro delicto ecclesiastico, non tamen condemnato ad mortem, non tenebitur iudex laicus ipsum condemnare ad mortem, sed melius inquirere si sibi visum fuerit ex formato processu.*

124 *Intercessio iud. ecclesiastici pro degradato vt citra pœnam sanguinis puniatur, non denotat necessitatem, sed suasionem iudici laico.*

125 *Degradatus non poterit iudicari à iudice laico, an sit hæreticus, cum sit crimen ecclesiasticũ, sed inquirere pro suæ conscientiæ instructione, vt sciat quid sibi sit agendum.*

126 *Executor merus, dicitur iud. laicus, si iudex ecclesiasticus tulerit per delegatum laicum sententiam sanguinis, & vt exequeretur sententia fuit degradatus: tamen si sententia est clare iniqua & irreparabilis, debet supersedere.*

127 *Iudex ecclesiasticus si vult secundum canones exequi sententiam, iudex secul. non cognoscet.*

128 *Iudex secularis in extraiudicialibus est par ecclesiastico.*

129 *Iudex secularis est capax iurisdictionis ecclesiasticæ in mixtis, & requisitus à iud. ecclesiastico poterit, vt exequutor cognoscere.*

130 *Clericus quamuis non degradatus: sed tantum verbo depositus, & tanquam incorrigibilis excommunicatus, & etiam anathematizatus, à iud. secula. etiam comprimendus est, & quæ requirantur ad hoc vt istud habeat locum.*

131 *Clericus bigamus in minoribus priuilegio clericali nudatus est, ac coerctioni fori secu. addictus, & quare nume. 13. pulchre.*

132 *Bigami qui, & quot modis dicantur.*

134 *Clericus cum virgine contrahens, si postea committat adulterium, & reconcilietur cum ea, non perdit priuilegium clericale, & quare.*

135 *Bigamus non est, nec amittit priuilegium clericus cognoscens aliquã ante matrimonium, si postea contraxerit cum ea, sed antequam ipsam cognouerit, mortua est.*

136 *Clerici publicè exercentes officium carnificum, Macellariorum, & Tabernariorum, quibus concurrentibus amittant priuilegium clericale.*

137 *Clericatum assumens post capturam, vel si vouisset religionem, non liberatur à iurisdictone seculari, nec quoad personam, nec quoad causam, & quare.*

138 *Præuentio causæ tantum & non personæ, puta quia accusatus antequam capiatur, fiat clericus, non tollit iurisdictionem iud. ecclesiastici.*

139 *Priuilegium principum, longa consuetudine confirmatum, in quibus causis tribuat iurisdictionem iud. secularis contra clericos.*
*Salua guardia, securitas, vel saluus conductus quid.*

140 *Clericus portans arma in Gallia potest puniri à laico iudice priuilegio longa consuetudine confirmato, sed reprobatur ab authore istud dictum præterquam in casibus.*

141 *Clericus offendens magistratus, potest puniri ab ijsdem magistratibus secularibus.*

142 *Clericus vsurpans sibi iurisdictionem Regiam potest puniri à iudice seculari.*

143 *Clericus delinquens in aliquo officio vel artificio laicali, an poterit coram iudice illius artis conueniri, & quo casu hoc procedat.*

144 *Curialis qui se clericum fecit ordinari, potest tamen reuocari ad curiam, etiam per manuum iniectionem.*
*Laicus contra clericum pluribus casibus procedere valet, remissiuè.*

1 CLERICI non possunt à Laico iudicari, † sed tantum ab Ecclesiastico, *cap. 1. & cap. si diligenti, de foro compet.* sunt enim clerici exempti prorsus à iurisdictione etiam Imperatoris, quia sapiunt rem spiritualem, ex quo corpus, & animam, deputauerunt seruitio Dei, & ascripserunt in sortem Domini, *c. cui portio, 12. q. 1. cap. inolita, & cap. placuit, 11. q. 1. not. omnes in cap. 2. de maio. & & obed. & in cap. significantibus. de offic. delega. & not. in c. cum non ab homine, de iud. & in cap. at si clerici, eodem tit. & est text. in cap. 1. & 2. 11. q. 1. & per totam illam q.* quæ quidem exemptio dicitur etiam de iure diuino, vt est gloss. *in c. quanquam, in ver. Diuino, de censi. in 6.* quæ vult, quod in testamento veteri Ioseph exemit sacerdotes à potentia Pharaonis, *Genes. cap. 47.* Et in nouo, dum dixit Christus Petro, Tu es Petrus, *Matth. 10. & cap. ita Dominus. 49. distinct. & in cap. in nouo, 21. distinct.* & licet text. *in authent. clericus quoque. Codic. de episcopis & clericis, qui est transsumptus in cap. si quis cum clerico, 11. quæstion. 1.* videatur dicere, quòd in ciuilibus criminibus subijciuntur ciuili iudici quoad cognitionem, tamen Alexand. *consilio 8. videtur, columna secunda, ver. difficultas igitur, primo volum.* dicit, quòd hæc iura sunt correcta per authentic. statuimus, *de episcopis & clericis. & cap. clericus. 11. quæstion. 1. & per totam illam quæstion.* Et in hoc maxima est vtilitas remitti ad Ecclesiasticum, quia coram eo non admittuntur fœminæ in testes, neque etiam masculi laici contra clericos, *Gramma. consilio 42. nume. 3. & 6.* Adde tu, quòd etiam mitiores sunt pœnæ. Et quòd laicus nil possit contra clericum, sed statim remittere debeat sub pœna excommunicationis, Hippol. *consi. 67. nu. 58.*

2 ¶ Extende primo † suprascriptam regulam, vt procedat etiam in supremo Principe, scilicet Imperatore, quia non poterit in criminali iudicare clericum. *textus est in cap solitæ, in ver. quod autem sequitur ad vindictam, de maior. & obed. & in cap. sacerdotibus, 11. quæst. 1.* Imperator enim ecclesiasticis libenter colla submittit, tantum abest, vt velit eos iudicare, *capit. Valentinianus, 63. distinct.* & ideo si coram Imperatore accusetur sacerdos, debet ipse Imperator exemplo Constantini Imperatoris libellos accusationis incendere, vt dicitur *in dicto capitulo sacerdotibus, §. ecclesiastica quoque.* Nam & gentes idololatræ idem faciebant, summè venerantes Sacerdotes suos, vt ibi dicitur. Quanquam non credendum Grego. authorem illius capitul. hoc sensisse, quòd Romani laici, vt S. P. Q. R. non iudicassent Pontifices, & Sacerdotes, cum plures damnatos legamus, & Tul. in Bruto refert P. Galbam, siue vt alii putant, C. Galbam Seruii Sulpitii, eloquentissimi viri, filium primum post Romam conditam ex collegio Sacerdotum iudicio publico damnatum, quòd cum cæteris, qui Iugurthæ fauebant, quasi coniurasset.

3 ¶ Idem ergo † dicendum de Rege, quòd non possit clericos in crim. iudicare, vt dicitur *in d. cap. cum non ab homine.*

4 ¶ Neque his obstat, † quod Imperator consecretur, & inungitur, *cap. venerabilem, de elect. & in clem. vnica, de iureiurand. in plur. locis, & vtrobique Scrib.* Ideo Imperator appellatur sacratissimus *in prima rubrica. Cod. vbi gloss. & Bald. & in leg. bene à Zenone, Cod. de quadr. præscript.* & tradit Speculat. *in titul. de leg. §. nunc ostendendum, ver. 39.* ideo antiquitus Reges, & Imperatores erant quoque Pontifices, vt ex Isid. dicitur *in capit. cleros, §. Pontifex, 21. distinct.* & mini-

& ministrat hodie Imperator Pontifici, & officium gerit subdiaconi, *vt habetur in libro sacr. ceremo. & in lib. Pontif.* & Imo. *in rubr. de verb. oblig.*

¶ Quia respondetur, quòd licet vngatur, & cõsacretur, non tamen habet ordinem sacerdotalem, imo neque subdiaconalem, licet aliqui contrarium putauerint, *vt inquit gloss. vltima in d. cap. Valentinianus, 63. distin.* & sequitur Speculat. *in d. ver. 29.* & Bald. *in d. rubrica* C. *in secunda colum. ver. venio ad secundam gloss.* & Martin. Laud. *in tracta. de Princ. quæst. 83. & quæst. 554.* & Abb. *in d. c. venerabilem & omnes in d. clemen prima*, & Card. Alexand. *in d. cap. Valentinianus ad finem.* & Aluar. *in titul. quis dicatur Dux, in princip. in quinta colum.* Angel. de Aret. *in §. sacrâ. in secunda colum. verficulo, & aduertas, Instit. de rerum diui.* & tradit etiam Guliel. Durand. qui Speculator vocatur, *in libro quem Rationale Diui. offi. dicunt, lib. secundo, cap. de subdiacono.* Et Reges etiam licet inungantur, *cap. vnico, §. vnde in veteteri, de sacra vnc.* sunt tamen laici, vt Abb. not. *in capitulo, tua. de decimis.* & est ratio, quia nulla dignitas sacerdotali adæquari potest, *capit. duo sunt 96. distinct.* clerici enim ideo sunt exempti à iurisdictione Imperatoris, vt tradunt omnes post Ioannem Andream *in cap. vergentis, in verficulo, conseruata, de hæret. & in capitulo bonæ, nona distinctione*, quia clericatus est de iure diuino, vt in specie declarat Abb. *in cap. solitæ, in secunda colum. versi. nota ibi, Pontifex, de maior. & obedien.* nam eo ipso, quòd quis efficitur clericus, fit etiam res sacra, & in sortem Domini transfertur, *c. cui portio, duodecimâ, quæst. prima*, & not. etiam gl. *in c. si Imperator, 96. dist. & Præpos. in c. in primis, §. de persona, col. 2. num. 6. 2. q. 1.*

5 Quæ quidem conclusio † procedit etiam in atrocioribus, & in crimine quoque læsæ ipsius Imperatoris maiestatis: quia ipsemet Imperator non poterit contra clericum talis criminis reum procedere, vt videtur sentire Bartol. *in extrauag. ad reprim. in ver. conditionibus.* vbi quod in hoc crimine læsæ maiest. iudex laicus non potest procedere contra clericum, nisi quoad priuationem feudorum, vt fecit Henricus Imperator, author illius constit. qui quosdam Episcopos suis feudis priuauit. adducitur etiam Signorol. *in consil. 21. statuto ciuitatis, columna secunda.* qui tamen in libro meo hoc non dicit, & hæc adducit Restatur. *in tractat. de Principe, siue Imperatore, quæstion. 101. numero 10.* vbi etiam adducit pro hac opin. Deci. *in capitulo at si clerici, in fin. princip. de iudic.* qui tamen nil de hoc dicit ex professo. & pro corroboratione horum præter eum facit: nam aliqui † etiam tenuerunt, quòd clericus contra suum Principem secularem aliquid machinatus, non dicitur committere crimen læsæ maie. nam ex quo clericus non est subditus Imperatori, sequitur, quod coniurans contra eum, cui non est subditus, non committet crimen læsæ maiest. *clem. pastoralis, vbi gloss. in ver. cursus. de re iudicata.* & hanc partem tenuerunt Bellem. *in capit. vergentis, de hæreti.* & Andr. Sicul. *in capitu. at si clerici. de iudi.* cuius tamen Contrarium comprobat, & tenet Præpos. *in cap. in primis, §. de persona. 2. quæst. 1. colum. 2. & 3.* vbi dicit hanc esse communem, & mihi quoque verior videtur. sed quia hic non est locus suus, ideo prætereo.

6

7 Sed quoad principalem † articulum, an Imperator possit punire de crimine læsæ maiesta. clericum, teneo absolutè quod non: sed bene poterit cõtra illũ inquirere & formare processum, & ex eo quatenus seruatis seruandis formatus sit, poterit deponi à suo episcopo, vel etiam actualiter degradari & tradi Imperatori puniendus, quia hoc in leuioribus est sancitum, vt in authent. *vt cler. apud prop. epis. §. si tamen de criminibus. & in authent. de sanctiss. epis. §. si verò crimen. & §. sequent.* & clarus textus *in cap. si quis laicus, 22. quæstion. 5.* vbi in fin. expresse dicitur, quòd si quis episcopus presbyter vel Diaconus crimen læsæ maiestat. contra Principem suum, cui iurauit fidelitatem, commiserit, degradetur. & quamquam Præpos. *in dicto §. de persona, num. 17. ver.* & dum text. *in dicto cap. si quis laicus*, exponat illud verbum, degradetur, id est deponatur verbotenus, non actualiter, hoc tamen est violare proprietatem verborum, *vt habetur in capitulo degradatio, de pœn. in 6.* Neque obstat, quòd in illo text. nulla mentio pœnæ corporalis contra laicos, sed tantum pœnæ pœnitentiæ spiritualis: ergo multo minus debet esse in clerico. quia respondetur, quòd leges canonicæ non imponunt pœnam corporalem laicis, quia quoad eam non sunt sibi subditi, sed tantum quoad forum animæ, & ideo permittit ille text. Principi suo pœnam secularem, & infligit pœnitentialem. at in clerico cum possit deuenire vsque ad degradationem, intelligo de degradatione propriè & in potiori significa-
8 tu. Præterea pro hac opin. facit † quia vbi de aliquo crimine pœna est mortis de iure ciuili, præsertim si crimen atrox sit; semper est degradationis pœna de iure canonico subrogata cum traditione curiæ seculari, *cap. nouimus, de verborum significat.* sed nulli dubium, quòd pro crimine læsæ maiestat. de iure ciuili pœna est mortis, ergo degradatio actualis, de iure canonico, & isto argumento vtitur Roman. *consilio 365. quæritur primo.* quam etiam opin. tenuit Abb. *in cap at si clerici de iudi. in fin. cum multis concord. quos ibi citat Dec.* licet Aret. *in c. cum non ab homine*, dicat communem esse in contrarium, quod scilicet pro crimine læsæ maiesta. deponatur tantum; & si fuerit incorrigibilis, tunc degradetur, & tradatur iudici seculari, *iuxta dict. cap. cum non ab homine.* & hanc etiam sequitur ibi Dec. licet. dicat contrariam æquiorem, ne delicta remaneant impunita, quam ego quoque sequor: sed cum non sit locus hic congruus, non insisto.

9 ¶ Secundo extende præd. † conclusionem, vt iudex secularis neque etiam possit absoluere clericum, vt per Bald. & alios *in auth. clericus. Cod. de episcopis & clericis.* vbi Bald. *numero 10.* dicit hanc esse veritatem, licet gloss. ibi aliter videatur sensisse; & facit ratio, quia qui non potest condemnare, non potest etiam absoluere, quando non potest condemnare ex defectu iurisdictionis, *l. solent, in princip. ff de offic. Proconsul.* vbi etiam idem Bald. *in 2. not. & probatur in l. qui condemnare. ff. de re iudic. & in l. nemo qui condemnare. ff. de regulis iuris. & in cap. non potest*, vbi latè Felyn. *de re iudicata.* & Ias. *in dict. leg. 3. ff. eo. quæ incipit, condemnare. numero 2.* videatur tenere contrarium, tamen aduertendum, quod loquitur de iure antiquo, quo laicus poterat cum episcopo condemnare de delicto seculari, *vt in §. illud palam, in authen. vt clerici apud propri. epis.* vbi gloss. quam Ias. adducit, quæ tenet, quod poterit absoluere, licet non posset condemnare, nam poterat imo condemnare simul cum episcopo, & ideo in totum nõ erat sine aliqua iurisdictione. & sic in totum non erat exemptus, nimirum si potest absoluere: nam illa iura fuerunt correcta & per constit. Federici, *de qua in authent. statuimus, Cod. de episcopis & clericis. & de iure canonic. per cap. 2. & 3. de foro compet.* & sequitur etiam Cagnol. cui ego successi in lectura, *in dict. leg. nemo, qui condemnare. de reg. iur. in vlt. verb.* licet non aduerterit ad rationem per me dictam, quod antiquitus iudex laicus poterat simul cum ecclesiastico iudicare, nimirum si solus postea potuit absoluere.

10 Tertio extende † adeo veram esse regulam prædictam, vt procedat etiam si consuetudo in contrarium extaret, quod Rex posset contra clericos inquirere, vt tenuit in fortioribus terminis Rota *decis. 10. sub titulo de consuetud. in antiquis. alias est sub num. 839.* vbi concluditur non valere consuetudinem Anglicanam, quòd Rex habeat iurisdictionem in clericos solutos tam in ciuilibus quàm criminalibus, vbi ageretur ciuiliter, multo ergo minus vbi criminaliter, de qua re nunc agimus. licet enim consuetudo regulariter tribuere possit merum & mixtum imperium & iurisdictionem altam & inferiorem, vt inquit Bald. *in leg. etiam colum. 3. Cod. de except. rei iudic. c. si clericus laicum, vbi gloss. & alij, de foro competent. &*

*Cæpol. consil. 40. Lucius.* attamen non potest tribuere laicis in clericos, *cap. clerici, de iudic.* quia talis consuetudo foret irrationabilis, vt ibi dicit glo. & Abb. licet è contra valeret, quod clerici haberẽt iurisdictionem in laicos, *d. c. si clericus laicum.* tunc enim cessaret illa irrationabilitas, vt declarant Abb. & alii *in c. qualiter, de iudi. & quæ*
11 *notantur in c. nouit. in glo. 2. eod. tit.* Et † videmus, quòd non valet consuetudo, quòd sententia à non suo iudice lata valeat, quia pariter esset irrationabilis, *vt est text. in cap.*
12 *ad nostram. de consuetud.* sicut etiam non valeret † consuetudo, quòd laici eligerent prælatos, vel beneficia conferrent, vt latè per Felyn. *in c. causam, circa prin. de rescript. & in c. accedentes, de consu.* & per Alexan. *consil. 6. in primo.* Et ideo tenuit etiam Rota *sub titul. de consuet. decis. 3. in antiq. alias est sub nume. 222.* quòd non valet consuetudo,
13 † quòd laicus possit cognoscere de iure patronatus, quia non valet consuetudo, quòd quis iudicare possit de iis, quæ non spectant ad ipsius iurisdictionem, *capit. postulasti*, vbi Innocen. *de foro compet.* & in specie, quòd in criminalibus non valeat talis consuetudo, consuluit Stephan. Bertran. *consi. 22. cum honestus. num 2. in primo, impressorum anno 1534.*

14 Extenditur prædicta conclusio, † vt procedat etiam si consuetudo foret præscripta tanto tempore, de cuius initio memoria non extaret, quia esset sine ratione & contra ius diuinum, quo clerici sunt exempti à iurisdictione laicorum, vt tenet etiam Rota *d. decis. & Gemin. in §. lege, 4. dist. in 2. colum.* & Abb. *in repe. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, in princip. de constit. & in cap. solitæ, 6. not. de maior. & obed. in cap. si diligenti, de foro competen.* & sequitur Felyn. *in cap. si quis, in princip. de maior. & obed. & faciunt quoque quæ not. Abb. & alij in cap. 2. de iudic. in illa quæst. an laicus possit esse œconomus vel collector oblationum in ecclesia.* & idem tenet Cur. *in repe. §. fin. de consuetud. num. 510.* Neque his obst. si diceretur, quòd lapsus tanti temporis immemorabilis, habet vim priuilegii, *capit. super quibusdam, §. præterea. de verborum significat. cap. vnico, de præscript. in 6. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. & not. omnes in cap. peruenit, de censib.* & tradit Alexand. *consil. 35. in 2.* & Panorm. *consil. 20. in primo,* & Socin. *consil. 27. in penultim. colum. in primo,* quinimo tali casu non est necessaria aliqua tituli
20 allegatio, vt per Alexand. *consil. 6. in 2. colum. in primo, & cons. 125. & sequent. in 2.* nec etiam requiritur scientia eius, contra quem præscribitur, secundum Iaso. *in leg. imperium, colum. 8. de iur. omn. iudic.* nec admittitur probatio in contrarium, secundum Felyn. *in cap. cum à nobis, colum. 3. de præscrip.* Quia respondetur, quòd prędicta procedũt, data capacitate & habilitate vtentis, vt not. declarat Io. Mona. *in c. 2. de præben.* quem sequuntur Abb. & Felyn. *in c. causam, de præscript. & in cap. quanto, de consuet. Bald. in l. omnes, de præscript. 30. Domin. in cap. catholica, 11. dist.* Abb. & Io. de Ana. *in cap ad hæc, de simon.* & Card. *consil. 58. proposita quæstio.* sed laicus est incapax, ergo neque tempore capax fieri potest.

15 Temperarem tamen prædicta, † vt non procedant, quando concurrente tali tempore allegaretur etiam priuilegium & sic titulus, & extaret fama de eo: quia cum per priuilegium possit fieri capax, vt dictum fuit, præsumetur extitisse priuilegium, sed postea deperditum, secundum Io. de Imola & Zabarell. *in cap. cum apostolica, de ijs quæ fiunt à prælat. sine consensu cap. & Gemin. in cap. 2. §. sanè, de decim. in 6.* & faciunt etiam not. per Io. Andr. *in regula, quæ contra, in mercur.* & Bald *in l. cum de in rem verso. ff. de vsu.*

16 Extenditur quoque † hæc principalis extensio, vt procedat etiam si Papa conscius fuisset de tali consuetudine, & nil dixisset: nam licet iura impræscriptibilia sciente Principe præscribantur, vt tradit Anto. & alii *in c. accedentes, de præscrip.* & sequitur Abb. *consulendo consi. 94. quædam ecclesia, in 1. volum.* tamen illud verum est data capacitate præscribentis, secus si sit incapax, vt est laicus iurisdictionis in clericos. ita Abb. declarat *in capit. quanto, de consuetud.* & Felyn. *in dicto capitulo accedentes, vbi plura adducit,* & sequitur Curt. in repet. *cap. fin. de consuet. num. 300.*

17 Quartò extenditur prædicta conclusio, † vt procedat etiam si clericus primo laicum in iudicio coram iudice laico accusasset; nam non poterit etiam ab eodem laico coram eodem iudice criminaliter conueniri: nam licet in ciuilibus clericus conueniens laicum coram seculari possit ab eodem ibi reconueniri, *gloss. in cap. denique. 96. dist. & in cap. multi, 2. quæst. 1. & gloss. in summa. 11. q 1.* & tradunt Scrib. *post gloss. in cap. at si clerici, de iudi.* vbi Ioan. Andr. dicit ita de consuetudine seruari, & idem not. Scrib. *in c. 1. de mutu. peti.* & Speculat. in tit. *de reo. §. 1. ver. item clericus.* Bart. Bald. & alii in auth. *& consequenter. C. de sentent. & interloq. omn. iud & in authen. de sanctiss. episc. §. Reuerendissimi,* & tradit etiam Petr. de Ancha. *in c. ea, quæ. in quæst. 14. de regulis iuris. in 6.* attamen in criminalibus secus est, vt inquit Ioan. Andr. *in cap. at si clerici, de iudic.* vbi Sicul *num. 90.* & not. etiam Ioan. Andr. & alii *in c. 1. de mutu. peti.* idem tenet Bald. *in c. 1. de controuer. apud pares term. & not. etiam in cap. vnico, de cler. coniug. in 6.* & sequitur Aufr. *in repe. cle. primæ, de offic. ordi. in secunda regula, nu. 4. versi. quinto, nisi reconueniretur de crimine.*

18 Quintò extenditur, † vt procedat regula suprascripta pro quocunque crimine etiam atroci, vt homicidio, furto, & periurio, *de quibus in capitulo cum non ab homine, de iudic.* vbi omnes, exceptis tamen iis, de quibus infra in limitationibus, item & in crimine falsæ monetæ, *Cassan. in consuetud. Burgund. car. 49. ante numer. 50.*

19 Sextò extenditur, † vt procedat etiam in clerico depositio pro delicto inducente irregularitatem, prout est homicidium. non enim perdit ideo priuilegium fori: & ideo licet depositus non poterit pro alio delicto puniri à laico, sed remanet adhuc sub iurisdictione ecclesiæ, donec degradetur, si degradandus est, *vt probatur in c. dictum, 81. dist.* & ita declarat Abb. *in c. non potest. de re iud. in cap. tuæ, in vlt. not. de pœnis, & in cap. cum non ab homine, de iudi.* vbi Dec. *in 5. not. est num 9.* allegat etiam Alberic. *in l. penult. ff. si ex nox. cau. aga.*

20 Septimo extenditur, vt procedat, † etiam si crimen fuisset notorium iam commissum, quia non poterit per laicum iudicari, imo neque clericus illud committens poterit capi, secundum communem & magis veram opin. de qua per Abb. & alios *in d. cap. cum non ab homine,* nisi foret in fuga, & timor esset, ne euaderet impunitus, vt per plura concludit Dec. *in d. c. cum non ab homine, num. 10. ver. tertius casus.*

21 Octauò extenditur, † vt locum habeat etiam in clericis ordinem aut gradum non habentibus, puta si in minoribus constituti, vel etiam in prima tonsura: quia & ij sub ecclesiæ iurisdictione, & exempti à seculari, *c. 2. de foro competen. cap. clericum, & cap. nullus. 11. quæst. 1. & in cap. clerici, & cap. decernimus, & in dict. cap. cum non ab homine, de iudi.* vbi Dec. *in 2. not. & idem in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, nume. 6. de constit.* & Ioan. Andr. *in cap nullus, de ordi cogn. in 6. in cap. primo, de apostat. & in cap. nouit. de iudi.* Card. *in clem. 2. §. primo, de sepult.* notant Scrib. *in cap. cum contingat. de ætat. & qual. & in l. generaliter. Cod. de episcopis & clericis.* Calcan. *consi. 70 pro dicto Nicolao, in prima colum. & in terminis nostris.* Andr. Sicul. *consi. 45. mandato & iussu, nu. 2. in 2. vol.* vbi pulchrè Hipp. *consi. 67. nu. 58. & 59.*

22 Nonò extenditur, † vt procedat, siue agatur de crimine principaliter, siue etiam incidenter, quia neutro casu laicus potest clericum iudicare, vt tenet Federic. de Sen. *in consilio 93. factum, quod proponitur, numero 2. ver. item ad id quod obijcitur.* & ideo si contra clericum agentem vel deponentem coram iudice setulari opponatur, quòd sit criminosus, non poterit super hoc secularis iudicare. ita contra Innocen. tenet post Hostien. Anchar. *in cap. ea, quæ. de regulis iur. in 6. num. 25. ver. 2. quæro.* Et idem dicit, si clericus calumniosè accusaret laicum

coram

coram seculari, quia non poterit secularis ille iudex condemnare eum de calumnia. similiter si coram eo deposuisset falsum, non poterit de falso condemnare. ita idem Pet. de Anchar. *in dict. cap. ea, quæ. nume. 26. ver. iuxta prædicta etiam quæritur.* vbi tamen refert, quod aliqui contra.

23 Decimo extenditur, † vt procedat etiam in eo, qui adhuc verè non est clericus, sed ante delictum vouit religionem ingredi, vel effici clericum: nam non poterit coram seculari accusari & ab eo puniri, quasi quod votum retrotrahatur. ita voluit Bald. *in l. 1. Cod. an seru. ex suo fac.* quem sequitur Ias. *in l. cum quædam puella, nume. 11. ff. de iur. omn. iudic.* vbi dicit hoc esse valde notandum, quia posset quis euadi à pœna mortis, præsertim quia an vouerit ante vel non, cum consistat in ipsius animo, stabitur eius iuramento, *vt ibi declarat Ias.*

24 Vndecimo extende, † vt procedat multo magis in eo, qui esset intra annum professionis, quia intra illum annum etiam censetur persona ecclesiastica, *vt pulchrè not. Ang. in l. 1. ff. de pœn. per text. in l. statu lib.* licet in alia materia, qui est intra hunc annum, non habetur pro ingresso, *vt per omnes in auth. ingressi, Cod. de sacrosanct. eccles.* & hoc idem tenet Ias. *in dict. l. cum quædam puella, numero 13. ver. & quod dicitur in religioso, de iur. omn iud.* sed contra hoc facit, nam quando quis stat in pendenti, non dicitur religiosus, *Cod. si seruus. 54. dist. vbi Dom. & in cap. præsens clericus, 20. quæst. 3. vbi etiam Domin.* & in specie tradit Bart. *in d. authent. ingressi,* & probat text. *in l. 2. C. ne sacrof. baptis.* vbi Bart. quòd catechumenus non dicitur Christianus. *& facit c. cum adeo, de rescr.* sed responde hæc esse regularia, sed fallit regula in casu nostro.

25 Decimosecundo extenditur, † vt procedat etiam si dubitaretur, an quis esset clericus, quia antea nunquam incessit in habitu clericali, nunc verò reperitur incedere & habere tonsuram, quia talis in dubio præsumendus est, qualis in sui figura & habitu nunc reperitur, vt est text. not. *in cap. si iudex laicus, de sentent. excom. in 6. & in cap. in præsentia, eodem tit. & in cap. qualis, 25. dist. & in cap. nec quicquam. 24. quæst. 2. & Scrib. omnes in locis prædictis, de quo latius etiam infra.* quod tamen limita valde not. nisi reperiretur, quòd sic in habitu clericali repertus, esset penitus literarum expers, quia cum talis non possit ordinari, *cap. vltim. de temp. ordin. in 6.* hæc præsumptio tanquam vehementior tollet illam, quæ insurgit ex habitu. ita Ioan. Andr. *in cap. si iudex, de sentent. excomm. in 6.* sequitur Luc. de Pen. *in l. expertes, C. de decur. lib. 10. nume. 7.*

26 Sed clericatus † probatur per priuilegium & instrumentum ordinationis, quæ probatio dicitur euidens, vt per Barba. *consil. 45. numero 24. in med. in 2. volum.* vbi etiam in fine consilii tenet, quòd si dubitetur, an sit clericus, iudicabit ecclesiasticus, prout etiam tenet Cæpol. *consi. 10. non putet aliquis, nu. 6. cum plur. seq.*

27 Decimotertio extenditur, † vt procedat etiam in iis, qui neque adhuc sunt in minoribus constituti, sed inseruiunt ecclesiæ eo animo, vt postea fiant clerici, vt voluit gloss. 2. *in c. 2. de foro comp.* quod tamen intelligendum de iis, qui iam se obligarunt dicto seruitio ecclesiæ. secus de aliis, qui veniunt causa addiscendi tantum à Parochiano, & aliquando inseruiunt ecclesiæ, quod videtur probare text. *in c. omnis ætas, quod est secundum, 12. quæst. 1. facit gloss. in ver. perpetuo oblati. in cap. per exceptionem, de priuil. in 6. & sequitur in specie Abb. in d. c. 2. de foro compet. nu. 5. & Andr. Sicul. num. 29.*

28 Decimoquarto extenditur, † vt procedat etiam in conuersis, qui se dedicarunt ecclesiæ seruitio per ea, quæ dicta sunt supra in præcedenti extensione, & præsertim si professionem aliquam fecerint, puta vel obedientiæ, vel castitatis, vel paupertatis. ita pulchrè Calderin. *in consi. 30. incip. an conuersi. sub tit. de Regular. & not. in c. Parochianos, & c. ex tenore, & c. non dubium, & c. de monialibus, de sent. excommunica. & in c. ex eo, de elect. in 6. & c. religiosa. de senten. excom. in 6.*

29 ¶ Decimoquinto extenditur, † vt procedat in quibuscunque religiosis regulam aliquam approbatam à summo Pontif. profitentes, *vt in c. vlt. de religi. dom. & tradunt omnes in d. c. 2. de foro compe. & in c. si quis suadente, 17. q. 3.* ex quibus resoluuntur omnia infra scripta.

30 Primo, quod fratres † Iesuati dicuntur religiosi, & ideo exempti à foro seculari, vt per plura concludit Fely. *in d. cap. 2. de foro compe. nu. 11.* quidquid dixerit ibi Abb. qui tamen contrarium consuluit, vt refert ibi Sicul. *nume. 83. ver. sed Consiculus meus.* Et quidquid dixerit ibi idem Andr. Sicul. qui contrarium tenet. & hodie videtur res clara stantibus multis approbationibus factis de illa religione per summos Pontifices & pluribus priuilegiis illis concessis, quæ ego vidi, & habeo, & sunt impressa post consi. D. Antonii Corsetti, factum pro dict. Iesuatis, quod habeo impressum Venetiis de anno 1495. 22. Septemb. per Ioannem & Gregorium de Gregoriis fratres. Iesuitæ.

31 Secundo idem dicendum † de monialibus S. Brigidæ, pro quibus consuluit Abb. *consi. 8. incip. primo videtur.* vbi videtur etiam cõcludere, quòd illa monasteria mulierum; quæ cum viris versantur & cohabitant, dato quòd omnes religionem profiteãtur, non sunt habendæ, neque habendi pro religiosis, ex quo contra cano. c. monasteria, 18. q. 2. Ex quo infertur, quod iure & merito fuit reprobata illa congregatio, quæ Paulinorum vocabatur Mediolani, in qua viri presbyteri & mulieres simul versabantur, neque quidquam per viros fieri poterat sine assensu mulierum, & vagabantur quoque simul & viri & fœminæ modò in hanc ciuitatem, modò in illam euntes. Moniales. Paulini.

32 Tertio idem dicendum † in eremitis, quia sunt pariter & isti exempti à iurisdictione seculari, *gl. in c. nulli. 27. dist. & in cap. qui verè, 16. quæst. 1. & not. in c. 1. in fi. de excess. prælat.* & licet plures contrarium tenuerint, vt refert Abb. *in dict. c. 2. de foro compe.* attamen dicit hanc partem, quòd subsint soli episcopo, esse æquiorem, vt ibi videri potest, *num. 10.* & Fely. tenet hanc quoque ibidem, *num. 7. & seq.* & Maria. Sozi. in repet. *c. 1. eod. tit. de foro compet. in 8. declaratione, est num. 11.* Mihi tamen summè placet distinctio Eremitæ,

33 Card. *in cle. 2. in 12. quæst. de præben.* nam aut sunt † expressè approbati à Papa, aut illis ab eo certus modus viuendi traditus, & tunc proculdubio gaudebunt priuilegio; aut non, & tunc secus, *vt ibi per eum.* Aduertendum tamen, quod si eremita sumpsit habitum eremitæ, aut erat clericus aut nõ; si erat clericus, nulli dubium, quod gaudet priuilegio clericorum: aut non erat clericus, sed religiosus, antequam fieret eremita: nam religiosus potest de consensu sui prælati effici eremita, vt tenet Io. Andr. *in c. vnico, de excess. prælat.* & pariter gaubebit priuilegio fori: aut non erat clericus, neq; etiam religiosus, & tunc distingue, aut fuit approbatus à Pontifice summo vel episcopo & datus ei modus viuendi, cui se obligauit, & tunc pariter gaudebit priuilegio fori, *secundum Card. in dict. clem. 2.* aut verò sua sponte, & nullo authorante, cum forent puri laici, sumpserunt habitum eremitæ, & tunc aut in eremi solitudinem se reduxerunt, & ibi continuè stant in oratorio præstantes operas Deo orationibus & disciplinis macerantes corpus suum: & tunc teneo, quòd omnino gaudeant priuilegio, quia verè possunt dici & hi religiosi, donec in eo statu permanent: aut vagantur hinc & inde mendicantes victum: & tunc teneo, quod non gaudeant tali priuilegio. in dubio tamen consuetudo spectanda, quæ iurisdictionem tribuit in dubiis, *cap. cum contingat, de foro competen. l. viros, Codic. de diuer. offic. lib. 12.* & consuetudo est optima legum dubiarum interpres, *c. cum dilectus, de consuetud. l. minimè, de legi.* & hoc etiam tenet Andr. Sicul. *in d. c. 2. de foro compet. nu. 65.* & Maria. *in d. c. 1. eod. tit. num. 12. in vltimis verbis.*

34 Quarto idem dicendum de fratribus tertii ordinis vel sororibus, & quæ Pinzocharæ vocantur, secundum Bartolum Pinzocharæ.

Bartolum *in l.1. ff. de pœn. & in l. semper, de iure immun.* & pro hac parte licet multi contradixerint, dicit plures consuluisse, & idem tenet Cardinal. *in cap. si diligenti, in antepenult. quæstio. de foro competen.* & Felyn. *alia adducens, in dict. cap. 2. de foro competen. nu. 11.* & Maria. *in d. cap. 1. eodem titulo, in nona decla. est num. 12.* qui distinguit, quòd aut sumpserunt habitum in fraudem, vt se eximerent studiosè à iudice laico, aut non; primo casu non erunt exempti, secundo verò sic. Ego verò sic distinguerem, aut isti viuunt in domibus priuatis, & habent vxores, & maiores, neque sunt ligati alicui regulæ, neque ab alia regula dependent, neq; authoritatem habent superiorum, sed tantum certum habitum vilem portant, & tunc indubitatè teneo, non gaudere tali priuilegio per rationes adductas pertenentes panc partem, quæ referuntur in locis prædallegatis, aut habent authoritatem Pontificis, & pariter indubitatum, quòd gaudent per supra dicta sæpius. idem si haberent authoritatem Episcopi, aut dependerent ab alia regula, puta à regula fratrum Sancti Francisci, & ab illis reguntur, & eorum regulæ inseruiunt, & tunc pariter teneo illos gaudere: quia si, *vt infrà dicam*, familia religiosorum gaudet hoc priuilegio, vt etiam dixi de conuersis, supra in præcedenti 14. extensione principali, idem erit dicendum etiam de istis.

Pœnitētes. 35 Quinto idem dicendum de iis, qui pœnitentes vocantur, vt per Abb. & alios *in dict. c. 2. de foro compe. num. 9. ver. quæro, quid de pœnitentialibus.* Sed aduertendum, quod duplici modo possunt intelligi pœnitentes. erant enim quidam fratres, qui vocabantur de pœnitentia, & erant tertii ordinis sancti Francisci, quos non gaudere hoc priuilegio fori consuluit Cald. *consil. 7. incip. an fratres de pœnitentia, sub titu. de iudi.* circa quos tamen idem dicendum puto, quod supra concluſum fuit in præcedenti illatione. Alio modo, & verius appellantur pœnitentes, qui agunt publicam pœnitentiam propter delicta sua, de cuius pœnitentiæ publicæ forma est text. *in c. in capite, & in cap. seq. 50. dist.* & isti gaudent priuilegio fori, vt videtur text. apertus *in c. aliud quidem. 11. quæst. 1.* & licet Abb. *in dict. c. 2. in loco prædallegato*, contrarium teneat dicens, quòd ille text. loquitur tantum, quod pœnitens potens conuenire laicum coram Ecclesiastico, non autem è contra: sequitur, quòd laicus teneatur illum conuenire coram Ecclesiastico. Attamen mihi verior videtur contraria opin. quia si laicus reus, cuius forum actor tenetur sequi, cogitur respondere coram Ecclesiastico, si conueniatur ibi à pœnitente, multo magis tenebitur illum conuenire coram Ecclesiastico, vt ibi ponderat, & declarat Barb. *nume. 60.* & ibi etiam Ant. de But. tenet hanc partem.

Sed intelligenda est ista concluſio, vt procedat tantum pro tempore, quo sunt in pœnitentia, quia ad talem publicam & solemnem pœnitentiam faciendam, aliquando datur annus, aliquando duo anni, aliquando plures, vt per gloss. vlt. *in dict. cap. in capite, 50 distin.* dum igitur intra tempus illud sunt, videntur se submisisse protectioni Ecclesiæ, vt per Inn. *in c. significantibus, de offi. deleg.* non debent ergo ad alium forum trahi posse, ne à pœnitentia distrahantur, sed semper cum Ecclesiasticis versentur, & hoc etiam videtur sentire Maria. *in d. c. 1. de foro comp. in decima decl. est nu. 13.*

Hierosolymitani. Rhodiēses. 36 Sexto idem dicendum de militibus Hierosolymitanis, qui vulgo Caualieri di Rodi dicūtur, quia sunt Deo dicati, neq; ducunt vxores, vt videtur innuere Io. Mona. *in c ex eo, de elect. in fi. & tradunt omnes in d. c. 2. de for. comp.* vbi Fely. *nu. 10. & Barb. nu. 72.*

Hoſpitalarii. 37 Septimo idem quoq; † in hospitalariis. id est rectoribus Xenodochiorum, dummodo tamen in manib. Episcopi aliquam profiteantur regulam & approbatam, aliàs non. vt per Abb. *in d. c. 2. de foro compet. num. 11. vbi alia adducit*, prout etiam Barba. qui ibi, *nu. 68. cum pluribus seq.* tenet indistinctè, quod gaudeant isti hoc priuilegio vti inseruientes pio loco, qui habet priuilegia Ecclesiæ. Ego tamen sequor commun. opin. quoad rectoris personam: quia cum possit esse coniugatus, & omnia alia officia exercere, quæ potest laicus, non videtur iuri conuenire, q̄ sit exemptus à suo primæuo iudice. Verum est, q̄ quo ad ipsum officium prioratus, & q̄ quo ad omnia, quæ concernunt res hospitalis, q̄ ipse sequetur forum Ecclesiasticum, & sic quoq; si delinqueret circa ea, quæ concernunt ipsum officium, sed quo ad alia delicta non video rationem aliquam, per quam possit dici exemptus à iurisdictione secularis iudicis, & ita obseruatur de cōsuetudine. Sunt enim in hac ciuitate Patauii Priores hospitalis sancti Francisci, & hospitalis Domus Dei, & orphanorum, & tamen quoad eorum personas, & bona sua subditi sunt foro seculari. idē quo- 38 que † dicere possumus de officialibus Montis pietatis, qui tamen etiam in his, quæ spectant ad eorū officium, puta si expilauerint montem pium, puniuntur à seculari, prout vidi plures punitos. Idem quoq; dicendum de Prioribus Fraternitatum, & aliorum locorum piorum: quia quanquam loca ipsa, quibus præsunt, sint pia, non tamen sequitur, quòd omnia sint sub foro Ecclesiastico, vt per Bald. *in l. illud, colum. 1. C. de sacrosanct. eccles. & in authent. hoc ius porrectum, eod. titul. in 2. quæstio. & in l. id quod pauperibus. in 21. quæst. C. de episc. & cler. & consi. 133. in 2. & consi. 94. in 3. Corne. consi. 99. col. 8. ver. tamen his non obstant. in 2. & consi. 18. colum. 2. ver. quinimo cessantibus etiam prædictis, & colum. 5. versi. ideo ex his est concludendum, 4. volum.* & Alexan. *consi. 102. in primo dub. 7. volum.* & Socin *consi. 82. colum. penultim. versi. sed difficultas, in 4.* & tradit Bart. *in l. sub prætextu. Cod. de sacrosanct. eccles.* & Bald. *in c. 1. de pace iuramen. firman.* & Felyn. qui alia allegat *in d. c. 2. de foro compet. nume. 13.* & Maria. Socin. *in capit. 1. de foro competen. in 16. declaratio. est numero 19.*

Canonicæ Seculares. Octauo idem † in illis mulieribus, quæ appellantur 39 canonicæ seculares. quod intellige, dummodo habeant approbationé à summo Pontifice, & viuant sub aliqua certa, & religiosa regula approbata à Papa, vel Episco. alias non. ita pulchrè Maria. Soci. *in d. c. 1. de for. comp. in 12. declar. est nu. 15.*

Clericī coniugati. ¶ Decimosexto extenditur, † vt procedat regula etiam in clericis coniugatis, dummodo vnicam & eam 40 virginem duxissent vxorem, *vt not. in cap. 1. de cleri. coniug. in 6.* quod procedit indubitatè respectu causæ criminalis, licet quo ad ciuilia posset dubitari, vt declarat Maria. Soc. *in d. c. 1. de foro comp. in 13. declara. est nu. 16.* & Steph. Bertr. *consi. 137. viso processu, nume. 5. in 2. volum. impressorum anno 1532.*

Vniuersitates. Decimoseptimo extenditur, † vt procedat non modò quo ad personas clericorum veras, sed etiam quo ad 41 eorum fictam personam, vt quo ad vniuersitates, quæ proprie non veniunt appellatione personarum, cum sint ficta persona. *l. 1. vbi not. ff. quod cuiusq; vni. no.* Quę concluſio indubitate procedit, quando tota vniuersitas foret ex clericis constituta, & nullus in ea laicus reperiretur, vt sunt capitula ecclesiarum & religionum: quia si suat coram ecclesiastico conueniendi, & exempti sunt à foro seculari, multo ergo magis & ipsa vniuersitas: quia cum vniuersitas constet ex clericis vel religiosis, & proter eos vniuersitas sit constituta, succedit regula, propter quod vnum quodque tale est, & illud magis, *auth. multo magis. C. de sacr. eccle.*

Sed difficultas † est non parua, an si sit aliqua vniuersitas, quæ constet ex clericis, & laicis, vt est vniuersitas scholarium huius gymnasii, coram quo foret conuenienda ipsa, si deliquisset. Variæ fuerunt in hoc opiniones, & variæ distinctiones, quas refert Salyc. in authent. *habita. Cod. ne fil. pro patre.* & latius Maria. Socin. *in dict. cap. 1. de foro competen. in 14. declara. est num. 17. qui per tres columnas examinat hanc quæstionem*, & Salycer. concluſiuè tenet, quod censeatur habere priuilegium fori, quatenus per aliquod priuilegium vniuersitas non habeat

ſpecialē iudicem. Maria. verò videtur ſequi diſtinctionem communem. quòd aut ſunt plures laici, quàm clerici, & tunc non ſit exempta; aut è contra, & tunc ſit exempta; aut æquales ſint, & tunc dignius trahit ad ſe minus dignum, & ſic intelligetur exempta.

43 Ego verò † ſequutus conſuetudinem, quæ vt ſup. dictum eſt, plurimum poteſt in his iuriſdictionib. diſtinguendis, teneo abſolutè tales vniuerſitates non eſſe exemptas, quia conſtat experientia ipſa, quòd ſemper plures ſunt laici, & omnes conſiliarij nationum omnium à communiter contingentibus ſunt laici. Et licèt Rector debeat eſſe clericus, id ideo eſt, ne cùm velit iudicare clericum ſcholarem, laicus de clerico iudicet, *vt tradunt Doctores in locis præallegatis*, ſed reſpectu ipſius vniuerſitatis etiam laicus eſſe poſſet. Item eſt & alia ratio, quia laici Domini expendunt omnia pro conſeruatione gymnaſij, ſoluunt ſalaria Doctor. imò & ipſi Rectori dant ſalarium ducatorum centum, neque volunt eccleſiaſtici obſeruare clem. 1. de magiſtris, qua cauetur, quòd & ipſi eccleſiaſtici contribuant ad expenſas gymnaſiorum: ergo patet, quòd omnia per laicos exercentur, & à laicis gubernantur, nimirum ſi non debet eſſe talis vniuerſitas exempta. Quòd ſi maior eſſet pars clericorum, & eccleſiaſtici contribuerent ad expenſas, & talis vniuerſitas delinqueret, tenerem ipſam gaudere priuilegio fori: nam & ſi plures delinquunt, quorum maior pars ſit clericorum, certè eccleſiaſticus cognoſcet, vt infra dicam in ſequenti extenſione, & ita tenendum cenſeo, & ita quoque obſeruatur & Patauij & Papiæ & Piſis & Ferrariæ, & in aliis gymnaſijs non exiſtentibus in terris ſubditis eccleſiæ.

44 Decimooctauo extendenda regula, † vt procedat non modò, quando clericus vnus, vel plures ſoli delinquunt, & accuſantur, vel contra eos fit inquiſitio, ſed etiam quando ſimul cum laicis deliquiſſent, etiam ſi laici plures forent numero, dummodo delictum ſit indiuiduum: quia hoc caſu ratione connexitatis, dignius trahet ad ſe minus dignum: ideo iudex eccleſiaſticus iudicabit etiam laicos, neque iudex ſecularis tali caſu poterit ſe impedire, *vt tradit Bartolus in l. Iuriſperitos, §. primo, ff. de excuſa. tuto. argum. tex. in l. ſi communem fundum, ff. quemadmodum ſeru. amit. & ſequitur Marian. Socin in dicto cap. primo, de foro compet. in decimaquinta declara. eſt ſub nume. 18.* præter quem facit not. dictum Abb. *in cap. fina. in fine, de iure patro.* vbi voluit, quòd ſi ſint duo patroni, alter clericus, alter laicus, ius illud patronatus cenſebitur eccleſiaſticum: item pro confirmatione extenſionis facit, quod dixit Barto. *in l. præcipimus, §. penul. C. de appella.* quòd ſi clericus & laicus ambo conueniantur vti duo rei, debent conueniri coram eccleſiaſtico, & id quoque quod dixit Bar. *in lege 1. §. ſi quis in appellatione, ad finem, de appellat.* quòd 49 ſi iudex eccleſiaſticus, & ſecularis iudicarunt, deuoluetur appellatio ad eccleſiaſticum, non ad ſecularem. Et quod etiam dixit Cardin. Ziba. *in capitul. Ioannes, per illum textum de teſtament.* quòd ſi duo ſint relicti exequutores teſtamenti, vnus laicus, alter clericus, ambo compellentur, & quoad officium exequutoris iudicabuntur ab eccleſiaſtico, non à ſeculari. Item & quod dixit Bartol. *in l. ſolent, in vltima columna, verſicu. ſed ponamus, ff. de alim. & cib. legatis*, quòd ſi hæredes alicuius ſint laici, & clerici, & ab eis petantur alimenta, poterunt coram eccleſiaſtico omnes etiam laici conueniri, & laicus iudex coget laicum ſibi ſubiectum ire coram epiſcopo, & eius iuriſdictionem prorogare, *& prædicta probat optim. text. in cap. per tuas, de arbit.* & extollit hoc dictum Maria. *in cap. 2. in §. fallent. de mutu. peti.* quem etiam refert Felin. *in cap. ſecundo, de præſcrip. numero 11.* vbi tamen *in verſicu. conſidera tamen.* dixit, † quòd ſi laici non fuerint plenè, & ſecundum
45 qualitatem delicti puniti ab eccleſiaſtico, poterit laicus iudex etiam pro eodem delicto punire condignis, & meritis pœnis, *ſecundum Scriben. in cap. de his, de accuſat. & tradit Bald. in l. final. in 6. quæſtio. Cod. de edicto Diui. & pulchrè Socin. conſil. 12. numero 17. in primo, & Ioan. de Imola conſilio 139: præfatus ſeruus, in tertia columna, verſicu. quinimo, & latè Hippol. ſingul. 180. incip. plura, & plura, & conſilio 67. veris exiſtentibus, numero 62. & conſuluit etiam Socin. iun. conſil. 34. numero 2. in ſecundo, & Socin. in l. cum ſenatus, ad finem, de rebus dub.* vbi
46 dicit ita vidiſſe iudicatum. Quæ concluſio extenditur, † vt procedat, nedum ſi clericus petat ſe remitti ad ſuum iudicem eccleſiaſticum, ſed etiam ſi ipſe non petat, ſed vnus ex laicis, quia omnes remittuntur, ſicut dicimus de filio inſtituto, qui poteſt petere bonorum poſſeſſionem beneficio fratris ſui præteriti, dato quòd ipſe præteritus hoc non petat, *lege, ſi poſt mortem, §. fina. de bono poſſ. contra tab. & tenet Zuchar. in l. poſthumo, numero 36. C. de bon. poſſeſſ. contra tab.*

47 Decimonono extenditur, † vt procedat etiam in familia ipſorum clericorum: quia qui ſunt de eius familia, criminaliter conueniri non poterunt, niſi coram eccleſiaſtico, *vt voluit glo. in cap. ſecundo, quæſtione prima.* Et quanquam aliqui tenuerint hanc concluſionem procedere tantum in familia epiſcopi. Item & in ea familia, quæ non præſtat operas mercenarias, ſecus in iis, quæ inſeruiunt mercede: Attamen magis communis opinio videtur eſſe, vt procedat indiſtinctè in familia omnium clericorum, & etiam in iis, qui mercede ſeruiunt, modò non dierim, ſed annua mercede, *vt tradunt omnes in cap. fin. de officio Archid. & tradit Bald. & Alberic. de Roſa. in l. prima, Cod. de epiſcopis & clericis, & in ſpecie hanc extenſionem ſequitur Maria. Socin. in d. cap. primo, de foro compe. in decimaoctaua declaratione, eſt num. primo.* Et licèt ibi Abb. *numero 6.* & etiam Aret. ibi contrarium videatur tenere: attamen Sicu. Barba *in cap. 2. de foro compet. numero 35.* defendit opinionem glo. contra Abb. & Gemin. *etiam hoc idem tenet in cap. eos, 32. diſtin.* & licèt etiam Felin. *in d. cap. 2. de foro compet. numero 2. in fi.* dicat opinionem Abb. tutiorem; tamen ego puto diſtinguendum eſſe de familia: nam appellatione familię plures continentur, *vt in l. ædiles, la prima, §. familiæ, de ædil. edict. & in l. pronunciatio, §. familiæ, & ſeq. de verborum ſignifi. & not. in cap. fina. de verborum ſign. in 6. cum concord.* ideo diſcurrendæ ſingulæ perſonæ.

48 Primo ergo gradus † aſcendentium, vt pater mater, auus auia, & ſic de maioribus, & in his breuiter teneo, quòd non gaudeant priuilegio fori, quia nullo modo attingunt perſonam clerici filij, aut deſcendentis, neque ſunt vocati ad ipſius ſeruitia: nam ratio quare familia gaudet priuilegio eſt, quia vel ſunt pars corporis ipſius, vt infrà dicam, vel quia inſeruiunt ipſi clerico, ſed in iſtis non viget hæc ratio: ergo, quia filius eſt portio patris, ſed non econtrà, & filius non habet patrem in poteſtate, ſed benè pater filium, iſic amor magis deſcendit, quàm aſcendat.

49 Secundo eſt gradus † deſcendentium, qui ſunt in poteſtate patris, vel aui clerici, & putarim ſemper hos gaudere beneficio fori ex prædictis rationibus, quia filius dicitur portio patris, *l. cùm ſcimus, §. vltimo, Codice de agricolis & cenſitis, libro vndecimo.* ex quo infert ibi Bartol. quòd ſi ex ſtatuto, qui non ſunt in ęſtimo communis allibrati, neque in ciuilibus, neque in criminalibus audiantur, allibratio, & æſtimum patris proderit etiam filio, quia filius gaudet patris priuilegio. Similiter infert, quòd ſi ex ſtatuto ciues abſentes non gaudeant priuilegiis, filius tamen abſens gaudebit priuilegiis, modò pater ſit præſens, *vt etiam conſuluit Caſtrenſis in conſilio 110. columna ſecunda, verſicul. in contrarium facit, 1. volumin.* ſicut & econtrà pater non dicetur abeſſe, ſi relinquat filios in ciuitate, *vt conſuluit Angel. conſil. 166.* & cenſentur pater & filius vna caro, & vnum corpus, *l. vltima, C. de inſpub. & al. ſub. c. hac authoritate, 35. diſtin. glo. in cap ſtudeat, in ver. ſui. 54. diſtinct. & in cap. ſuper eo, de teſti.* adeò quòd dixerit gloſſ. *in cap. quarto, de pœn. diſtinct. tertia*, quòd licèt quis non poſſit per alium ieiunare, poterit tamen ieiunare per filium, *& dixit Caſtrenſ. conſi. 264. columna 3. in 2.* quòd caro filij, eſt

Familiæ clericorum.

caro patris aucta, adeò vt licèt efficiatur nouus homo propter nouam animam, non tamen corpus patris post eius mortem dicetur omnino extinctum: ideo licèt quando alicui ex lege permissa est vindicta, non comprehendatur alius quàm is, cui corporaliter facta est iniuria, neque poterit alteri vindictam ipsam demandare, *vt per glo. in l. cùm fundum, ff. de vi, & vi arma. per l. seruus si hæredi, ff. de statu liber.* poterit tamen pater per filium talem vindictam exercere, *vt tenet Bald. & latius Salicet. per illum textum in l. Gracchus, Cod. de adult. & Bart. in l. non solum, §. si mandato, colum. 2. versic. circa primum. ff. de iniur. Alexand. & Ias. in l. 1. §. vsufructuarius, ff. de operis noui nunc.* sicut & filius Regis Rex dicitur, *glo. in cap. vltimo, 24. q. prima, & tradunt omnes in cap. primo, quis dicatur Dux, Comes, Marchio, Ias. consil. 192. colum. 3. versi. corroboratur, in secundo, Dec. consil. 262. colum. 2. versic. septimo.* Et filij etiam Imperatorum, Augusti appellantur, si credendum est glo. quæ tamen decepta est antiquitatis ignorantia, *in cap. Adrianus, in vers. Augustos, 63. distin.* Et filij veniunt appellatione domini, *l. prima, §. domini, ff. ad Sylla.* ex quo not. ibi Bal. quòd sicut priuatur feudo, qui facit contra dominum: ita priuabitur,

50 si faciat contra filium domini. Et ideo ex præmissis † sumo rationem efficacem, ni fallor, quare filius clerici gaudeat priuilegio fori: nam cùm pater dicatur torqueri ex tormentis filio illatis, vt tradit Bald. & Felin. *in cap. afferte, de præsump.* neque dicatur pater à carceribus relaxatus, si teneatur filium relinquere pro obside, & iniuria facta patri, dicitur facta filio, & econtrà: neque filius potest remittere iniuriam sibi factam in præiudicium patris, *l. 1. §. item aut per semetipsum, & §. vsque adeo, &*

51 *l. sed si vnius, §. filiofam. ff. de iniur.* Imo † confessio criminis facta per filium, potest per patrem reuocari, quia ipsius interesse vertitur: nimirum ergo si filius debet gaudere priuilegio fori, quia in hoc vertitur interesse patris: nam in foro ecclesiastico pœna sanguinis non ingeritur, quæ tamen in seculari infligitur pro multis delictis. ergo multum interest clerici, vt & filius tali fori priuilegio gaudeat, cùm & illi iudicio intentato contra filium criminaliter possit ipse clericus pater interesse.

Fratres. 52 Tertio est gradus transuersalium, † vt fratrum, & similium, quos etiam si insimul cohabitent, non putarim eos gaudere priuilegio fori, quia cessant omnes rationes præallegatę: neque potest considerari interesse clerici fratris, vt consideratum est supra respectu filij.

Vxor. 53 Quartò est vxor, quæ pariter gaudet hoc priuilegio fori clericorum, *vt not. in c. eius, 22. distinct. & in cap. secundo, 11. quæstione prima,* nam & aluntur ex fructibus beneficiorum vxores clericorum, vt etiam vxores Apostolorum, *vt in cap. omnino, 31. dist. vbi glo. & hoc tenet Abb. in cap. secundo, de foro comp. numero 9.* & ibi Imola infert ad vxores sacerdotum Græcorum, quæ hodie gaudent hoc fori priuilegio. *& idem ibi tenet Felin. in d. cap. 2. numero 5. & Marian. in rubric. eiusdem titul. de foro compet. in sexagesimosexto casu, est mihi num. 13.* & idem Maria. *consil. 12. numero 18. in primo,* vbi respondet dictis per Ioan. Andr. qui videbatur contrarium tenere, *& consi. 227. nu. 4. in secundo.* & est ratio, quia per matrimonium efficiuntur vna caro, *cap. debitum, de biga. cap. hæc imago, 33. q. 5. l. 1. ff. rer. amo. l. 1. §. vir, ff. ad Sylla.* voce enim Dei hoc fuit sancitū, vt sint duo in carne vna, *Genes. c. 2. quod repetitur Matth. 19. & Marci 10. & ad Ephe. 5.* amittunt enim vxores genus & familiā patris, & transeunt in familiā viri, *vt per Bal. in l. fœminæ. ff. de Sena.* & licèt domicilium originis mutari non possit, *lege assumptio, in fin. & ibi glo. & Bart. ff. ad municip.* tamen mulier nubendo amittit domicilium originis, & sequitur domicilium mariti, *vt per omnes per illum textum in l. cùm quædam puella, ff. de iur. omnium iud. & in l. ea quæ, & in l. fina. §. 2. ad muni.* & ideo inquiunt text. *in l. mulieres, Cod. de digni. libro 12. & in l. fin. C. de incol. lib. 10.* Mulieres maritorum honore erigimus, genere nobilitamus, forum ex eorum persona statuimus, & domicilium mutamus: & tradunt idem Cyn. & Bald. *in l. 2. C. de iur. omnium iud.* & ideo forum etiam sepulchri mariti sortitur vxor, *capi. de vxore, de sepul. tradit Ioan. Andr. in cap. is, qui, in fine, de sepul. in 6. & in cap. 1. de cler. coniuga. eod. libro 6. pro quibus etiam faciunt not. per gloss. & Doctor. in l. penult. Cod. de fabricen. libro 11.* vbi quòd vxor sortitur forum viri etiam acquisitum ex arte aliqua, vel propter priuilegium personæ: & ideo dicunt, quòd si ex forma statuti maritus non potest conueniri coram tali iudice, non poterit etiam eius vxor: & ideo dixit Bald. *consi. 439. colum. 2. ver. quæritur, quid iuris, in 4.* quòd nuptiæ habent vim originis: nam origo viri propter vnionem sacramenti reputatur vxoris, quia vxor iungitur viro tanquam digniori, & eadem cōditio est vnitorum, & idem & latius dixit *in consilio 100. post princ. in 5.* vbi adducens glo. quam vtrobique dicit singularem, *in l origine, Cod. de municip. & orig. lib. 10.* quòd matrimonium eius est naturæ, vt transfundat originem vxoris in originem viri, quod probari dicit ex virtute vnionis, in qua id, quod potentius est, trahit ad se, quod est minus: sed nulla maior vnio, quàm coniugalis, per quam vir, & vxor efficiuntur vna caro & vna substantia in duabus personis de iure diuino, quod consistit in veritate, & non in fictione, & ideo propriè vxor est effecta naturalis, & originaria fori ipsius mariti.

54 Quæ tamen declarari † debent, vt non procedant in sponsa. sponsa: nam sponsa non cognita, non mutat domicilium, *l. ea quæ, la seconda, & ibi glo. & Alber. ff. ad munici. & not. Bart. in l. vltima, §. item rescripserunt mulierem, post princ. ff. ad municip. & idem Alberi. in l. filij, in prin. ff. eod. Angel. Aret. in §. 1. columna vltima, versi. quid de sponsa, Insti. de pa. po. & Bald. in authen. omnes peregrini, colum. 1. versi. nota, quòd quando princeps, Cod. commun. de succes. sequitur Felin. in cap. 1. colum. antepenul, versic. limita primo, de sponsal. Iason in l prima, colum. 6. versicul. limita communem conclusionem, Codi. de summa Trinitat. & fide cathol. Dec. cons. 283. colum. 5. versi. sed his, & similibus.* quia etiam sponsa non tenetur sequi spōsum sicut vxor maritum, *vt not. glo. Host. & Panor. per illum textum in c. de illis. de sponsal. & facit tex. in l. 2. C. de repud.* Et quod dictum est de vxore clerici, quòd gaudeat priuilegio fori, confirmatur ex interesse, quod in ea habet maritus sicut diximus de interesse patris in filium suprà.

55 Quæ etiam procedunt, † *secundum Abb. in cap. 2. de foro competen.* quando vxor seorsum habitaret à marito, qui vouit continentiam, contra quem tamen tenet ibi Aretinus. Ego verò puto sic distinguendum, aut seorsum habitat, & ipsa quoque est continens, & Deo dicata, & habet expensas à marito: & tunc putarem eam gaudere beneficio fori, quia non videtur in totum separata, cùm adhuc eadem voluntas, idem amor permaneat: aut verò seorsum habitat in secularibus se immiscens, quia ita se Deo non dicauit vt maritus, & tunc putarem non gaudere.

De vidua autem dixi suprà cap. 8. versicu. & præmissa procedunt etiam in vidua. Vidua.

56 Sed de familia † clerici est etiam concubina: ergo videtur, quòd gaudeat priuilegio fori, & ipsa, *vt videtur sentire glo. vnica in cap. eos, 32. distin. vbi & Geminia. hoc videtur sequi.* & hanc quoque opinionem sequitur Roma. *singul. 665. licèt vxor,* vbi dicit, quòd licèt concubina laici non sequetur forum sui concubini, *l. de iure, in fine, ff. ad munici.* tamen secus est in concubina clerici, quia ex eo quòd est de eius familia, gaudet priuilegio fori, idem etiam tenuit ipse Roma. *in l. cum quædam puella, in 1. glo. & Ias. ibi, num. 17. de iurisd. omnium iud.* sed contrarium verius est, & contrarium tenuit Aret. *in c. cum sit, de foro compe. vbi Feli. num. 37. plures alios adducit idem tenentes, & in dicto cap. 2. eod. titul. numero 2. & in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, quæstione 16. de consti. & Maria. in dicto capitul. primo, de foro compet. in 18. declaratione, in fine, & est sub num. 21. in fine.* Ex delicto enim non debet commodum, & priuilegium consequi, *l. si ab hostibus, §. 1. ff. sol. matrim.* licèt & iudex ecclesiasticus possit eam punire, *vt per Aquen. & Decium in dict. cap. cum quædam puella, de iurisd. omnium iud. num. 17.* Et certè facit optima ra- Cōcubina.

ma ratio: nam si concubina laici non fortitur forũ concubini, & tamen de iure ciuili concubinatus erat permissus, multò minus debet id posse concubina clerici, cuius cõcubinatus prohibitus est, quod etiam cõsiderat Dec. ibi & etiam Cagn. nu. 30. sed Anchar. *in c. ea, quæ, de reg. iur. in 6. nu. 26. in fin. versic. vigesimotertio quæro,* dicit se de hoc fuisse consultũ à D. Carolo de Malatestis, & respondisse. quòd aut concubinæ erant notoriæ, & poterat iudex secularis contra eas procedere; aut erant occultæ, & eo casu non poterat, quia hoc casu detegitur turpitudo clerici occulta, *vt ibi per eum.* 60

57 Sextò famuli, & ancillæ dicuntur esse de familia, *d. l. pronunciatio, § familiæ, de verb. sig. & in d. l. ædiles, & alijs, quas sup. adduxi in princ. huius extensionis.* ideo quoad hos dicendum, quòd aut quærimus de familia episcopi, & cõmuniter omnes tenent, quòd gaudeant priuilegio fori in priuilegium episcopalis dignitatis, *vt not. omnes in c. fin. de off. Archid. & tradit Abb. in d. c. 2. de fo. comp. nu. 6. & cæteri Scrib. ibi.* Aut loquimur de famulis aliorum clericorum, & gl. *in c. clericum, 11. q. 1.* videtur indistinctè tenere, quòd gaudeat tali priuilegio, quod & videtur sequi Bald. *in l. 1. C. de episcop. & cleric. & Barba. in d. c. 2. vbi etiam Felin. numero 3.* sed Panorm. *in d. c. 2. de foro compet. numero 6.* dicit ex mente Archid. *in d. cap clericum, & in cap. ecclesiarum seruos, 12. q. 2.* quòd non habet locum priuilegium fori in seruis, & famulis conductitiis, quia hoc in iure cautum non reperitur, quod & ego verum puto, præsertim in criminalibus, ne scilicet delicta remaneant impunita, & detur occasio delinquendi, contra iura vulg. quòd si clerici haberent seruos veros, & proprios, tunc nulli dubium, quòd tanquam res aliæ, quæ sunt in bonis clerici subiacerent foro ecclesiastico, non seculari.

Idem ergo dicendum de rusticis ecclesiæ, & clerico-
58 rum, † vt scilicet regulariter non gaudeant priuilegio fori, *vt per glo. in cap. iudicatum, 89 distinct. & tenet Abb. in loco prælegato, videlicet in d. cap. 2. de foro compet.* & tradit Anto. *in cap. grauem, 2. colum. de sententia excommunica.* vbi dicit, quòd tales rustici poterunt accusari de damnis datis in locis prohibitis cum animalibus ecclesiæ, & hoc quia 61
de iure cautum non reperitur, quòd gaudeant, & idem tenet ibi Felin. *numero quarto.* Fallit tamen, *secundum Abba. in dicto cap. 2.* primo, si ecclesia haberet priuilegium à Principe, quòd tales rustici possent, & deberent gaudere priuilegio fori, quod puto indubitatum. Secundò fallit, nisi tales rustici haberent generalem administrationem, quia tunc gaudebunt, allegat cap. si clericus laicum, de foro compet. qui tamen nil probat, sed loquitur tantùm, quando laicus conueniretur ratione rerum ecclesiæ, quas possidet, & non negatur, quòd sint ecclesiæ: non autem loquitur de personis laicis administrantibus bona ecclesiæ, & delinquentibus, quòd gaudeant hoc priuilegio. Tertio dicit fallere, quando rusticus conueniretur super re, quam conduxit ab ecclesia, sed hæc non est materia nostra criminalis, ideo non insisto.

59 ¶ Vigesimo extenditur, † vt procedat etiam quoad statuta laicorum, vt scilicet clericus etiam in minoribus cõstitutus non ligetur pœnis impositis à statutis laicorum, prout non ligantur & aliis statutis laicorum, *vt tradunt omnes in l. cunctos populos, Codic. de summa Trinitat. & fide cathol. & in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. & Alex. latè consilio 210. & consilio 211. per totum, in secundo, & Soci. consilio 57. columna penult. in fine, in tertio.* & est ratio, quia forum sortiri, & statutis ligari, à pari procedunt, *vt tradit Innoc. in rubric. de consuetu. vbi etiam Anton. de Butr. & Archid. in cap quoiure, 8. distinct.* & ita arguit Cum. *consi. 139. & Alexan. consil. 210. in secundo, not. per glo. & Scrib. in cap. cum clerici, de foro compet. cum alijs de quibus per Dec. in l. fin. ff. de iur. omn. iud. in prin. & in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, numero 6. de constitu.* vbi quòd ideo clerici etiam in minoribus, & primæ tonsuræ non ligantur statutis laicorum: nam potestas statuendi à iurisdictione dependet, & ab ea regulatur, *vt no. Bar. in l. omnes populi, in 1. quæst. prin. de iusti. & iure, Bald. in l. fin. per illum textum, C. de iurisd. omnium iud. in l. decernimus, Cod. de sacros. eccl. cum concor. vt per Dec. in c. quæ in ecclesiarum, nu. 38. de constit. & in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 24.* quod procedit etiam in locis piis, vt hospitalibus, & simil. *vt ibi per Dec. & per eundem consil. 488 & consil. 504. in prin.*

Quæ tamen intelligenda sunt, nisi Papa talia statuta approbasset, *vt per Dec. in dicto cap. ecclesia sanctæ Mariæ, numero decimosexto.*

Vigesimoprimo extenditur, † vt procedat etiam si inchoato processu contra laicum, is efficeretur clericus, dummodo gradus, & characterem susciperet, neq; hanc status mutationem procurauerit, quia cum sit verè effectus clericus, ipsius persona est in totum exempta à iurisdictione secularis. quinimo & si procurauerit, licèt poterit condemnari à seculari, non tamen poterit contra ipsum exequutio fieri, nisi degradetur. *hæc pulchrè declarat Io And. in c. 1. de oblig ad rationem sequitur Bar. in l. 1. ff. de pœnis, colum penult. & Bald. in l. officialis, C. de episc. & cler. Et hanc quæstionem pulchrè disputant Bartholomæus Brixien. in quæstionibus venereal. q. 32. incip. aliquis litigabat. & Alber. de Rosa. in tertia parte statu. q. 41. incip subijcio etiam, vbi ad longum disputat, & dicit hanc communem, & Gandi. in tracta. malef. sub rubri. de pœnis reo num. 32.* vbi dicit hanc quæstionem fuisse de facto coram se tractatam Perusij, dum præsideret officio appellationum: vbi tandem cõcludit, quòd si non constet de fraude, quòd debet remitti ad ecclesiasticũ, *& de hoc tradunt Alexand. Ias. & Dec. in l. cum quædam puella, in prin. in vlt. colum. de iur. omnium iud. Felin. in cap. fin. colum. pen. de consti. omnes in cap. vnico de oblig. ad ratiocin. Petr. de Anchar. latissimè in disputa. incip. laicus quidam, Archid. & cæteri in cap. nemo, 11. quæst. 1. & Alexand. in l. nemo potest, columna penult. & fina. de lega. 1. Oldra consilio 4. quòd laicus, Imo. consilio 108. in casu præmisso, Federic. consilio 97 quoniam, Cæpol. consil. 11. num. 12. And. Sicul. consil. 52. volum. 2.* quæ conclusio procedit, modò in fraudem nõ mutasset statum: item modò non fuisset præuentus à laico, *vt omnes concludant in locis prælegatis, & Oldr. consil. 4.*

Vigesimosecundò extende, † vt procedat regula, 62
etiam si clericus dum iudicatur à clerico, taceat & nihil opponat: imo etiam si expressè renunciaret priuilegio fori, quia hoc non potest facere, *vt notant omnes in cap. si diligenti, & in cap significasti, de foro compet. & Archid. in c. placita secularia, 15. quæst. 4. & Specul. in titul. de cita. §. contra. versicul. sed pone.* & est ratio, quia hoc fori priuilegium non est proprium ipsius clerici, sed totius ordinis clericalis, *d. c. si diligenti*, ideo taciturnitas aut expressa renunciatio nil debet operari, prout est generaliter in omni actu, qui à iure improbatur, neque est in potestate facientis, *& ita in specie consuluit Bar. consil 225. incip. clericus, & sequitur Maria. in cap. 1. de foro compet. in 23. declara. est num. 23. in fin. & Barbat. in d cap. 2. de foro compe. num. 100. & Steph. Bertran. consil. 209. nihil obstat, nume. 2. in 3. parte impressorum anno 1532. & consi. 182. pro faciliori, num. 3. ver. fortè verò dicetur, 1. vol. impressorum anno 1534.* vbi cõcludit, quòd imo & ipse iudex, qui tulit sententiam, poterit eam declarare nullam prætextu incompetentiæ, *per l. si præses, C. quomodo & quando iud. & l. 4. C. de accu. & dicam infra, in 8. limita.*

Sed pulchra est dubitatio, † an si clericus sic condemnatus, qui reputabatur laicus, appellauerit, & doceat se clericum, an iudex appellationis laicus poterit pronunciare sententiam illam nullam? Et Bar. *in d. consil. 225,* tenet quòd sic, quia nõ iudicat clericum, sed nullitatem sententiæ, *& ipsum sequitur Petr. de Anchar. in d. cap. 2. de foro compe. vbi etiam Barb. nu. 102. cum plur seq.* & tradunt omnes in locis prælegatis, *iuxta quæ dixit Bal. in l. 2. C. vt in possess. lega.* quod non valet relictum clerico vt iudicetur à laico, sed reijcitur illa conditio.

Vigesimotertiò extenditur, † vt procedat etiam si 63
clericus esset delegatus rectoris laici, quia non posset cognoscere, aut iudicare clericos etiam volentes, quia delegatus nihil habet à se, *l. 1. § qui mandatam, de offic. eius,*

*tradit*

*tradit Bald.in proœm.decretal colum.8.versicu.ecce rector, & ita consuluit in specie Stepha.Bertran.consil.9 ex themate, num.7.in 2.volum. impresso anno 1535.* licèt hæc extensio non posset verificari in criminalibus,in quibus venit ingerēda pœna sanguinis,sed tantùm in aliis.

64 Vigesimoquartò extenditur, † vt nullus actus factus coram iudice seculari valeat, adeo vt coram eo clericus fuisset confessus crimen, non poterit ex tali confessione condemnari à iudice ecclesiastico; quinimo talis confessio, secundum aliquos, non faciet indicium tanquam confessio extraiudicialis, *vt videtur tenere Abb.in cap.at si clerici, de iudi. vbi Andr.Sicul.numero 73. pluribus comprobat,& videtur sequi Alexan.consil.13.ex his, quæ in themate,1. volum.& consi.19.in his,quæ in themate,colum.4.volum.4.* licèt in hoc vlt. quòd non faciat indicium, communis sit in contrarium,*vt ibidem concludit Dec.in d.cap.at si clerici, num. 17.col.2.ver.alia opin.principalis,* licèt primum dictum, scilicet quòd non possit condemnari ex confessione facta coram laico,verissimum sit, quia probat text. *in d.c.at si clerici,& omnes ibi pro indubitato hoc tenent, sed contra Bologni. consi.8.col.5.in prin.ver.accedat etiam.*

65 Vigesimoquintò extende † etiam si clericus esset scholaris,&conueniretur coram Rectore,qui esset laicus, quia non potest etiam in ciuilibus, *Bart.in l.fin.ff.de colleg. illici. quem sequitur Andr. Sicul.in cap. cæterum, numero 20.de iudi.*

66 ¶ Limitatur modò † prædicta conclusio, primò, vbi Papa concessisset priuilegium alicui Regi, Principi, vel alteri iudici laico, vt posset etiam contra clericos procedere, præsertim de atrocioribus, prout est crimen læsæ maiestat. nam licèt hoc fori priuilegium sit de iure diuino,*vt supra dixi, in princ.conclusionis,* & ideo non possit in vniuersum tolli, poterit tamen in specie aliquibus casibus illi derogari, *c. lector,24. dist.not. Archid. & Scrib.in c.sunt quidam, 25.q.1.per textum in c.verum, 22. dist.* vbi Papa commisit duobus Ducibus causam clericorum simoniacorum,*& similis tex.in c.Mona.2 q.5 & facit c.nos & si incompetenter, 2.quæst.7. & in cap.illud, 10.q.3. & tradunt omnes in c.decernimus,de iudic.& Io.Fab.in auth.statuimus, C. de episc. & cler.& glo.in cap.imperium,10 dist.& in summa 25 quæstio 7.* nam sicut Papa potest delegare causas spirituales laicis per prędicta, ita quoque poterit priuilegium concedere, vt pro quibusdam criminibus possit laicus cōtra clericum procedere,quia in illis laici censebuntur delegati Papæ,*vt per Stepha.Aufre.in repe. cap.1. de off.ordi q.4. nu.6. & Bald.in l.rescripta, de precibus Impera.off. & optima glo.in c. laicis,16.quæst.7. & Card.in repe. c.perpendimus, numero 6.in fi. & 7.de senten.excommun. quem sequitur Felin.in cap.2, de maio. & obed. numero 3. & 4.* quæ tamen malè adducit Bos. qui contrarium videtur tenere,*in tractat de foro compet.nume. 130.ver.procedit etiam,& Cardin.& Felin.sequitur Aufrer.in repet.d.clem.1.de off.ord.in prima regula, num.1.* Et tale priuilegium scio nostros illustrissimos DD. Venetos habere à diuersis Pontificibus, vt etiam asserit, & dicit se vidisse egreg. Iurisconsult.D.Hieronymus Gigas *in tract. de crimine læsæ maiest. l.1 sub rubrica, Quis de crimine læsæ maiest.cogn. poss.num 20.* & similia quoque priuilegia debent habere alij Principes, vt de rege Gallorum refert Aufrer. *in d. clem.1.in prima regul.in 13 fallen. & Guliel Benedic.in repet.cap. Raynutius,de testam.in ver.& vxorem nomine Adelasiam decis.2. num.147.ver.pariter cognitio criminum,& plur.seq. & Masuer. in sua pract.in tit.de iudic.§.item sciendum.* Ripa tamen *in c.2. de iudi.num.73.* dicit, quòd rex Galliæ præsupponit habere priuilegium cognoscendi contra clericos in his tantum,videlicet de armorum vsu,de fractione saluę guardiæ, de iniuria facta per clericos officialibus Regiis, & de vsurpatione iurisdictionis Regiæ, licèt Guido Papæ *q.77.* dicat non extare tale priuilegium.

67 Notandum tamen, † quòd dato quòd non extaret priuilegium, tamen sufficeret possessio tanti temporis, de cuius cōtrario memoria non extaret, cum allegatione priuilegij,quia ex tanto tempore præsumeretur priuilegium extitisse,*vt per Alex.consil.6.in primo,& Dec. consil. 85.col.2.& sequitur etiam Aufrer.in d.clem.1.de off.ordi.in prima regula,in 12.fallen.& in 13.& 14.& 5.*

68 Hodie autem † obseruatur, & ita vidi bis obseruari, quòd etiam in homicidiis appēsatis illustrissimum Dominium Venetum impetrat à summo Pontifice licentiam procedendi contra clericum assistente ordinario ecclesiastico, qui tamen nihil potest in condemnatione vel absolutione, & cogitur etiam nolens degradare condemnatum, *vt vidi obseruari. Et hanc limita.tenet Cassane.latè comprobando in consue.Burg.car.49.nu.48.*

69 Notandum tamen, † quòd ipse Papa non potest se iudicandum submittere Imperatori, *secundum communem opinionem,vt per Iasonem & alios in l est receptum,de iurisd. omnium iudic.* licèt contrariam, quòd scilicet possit, dicat veriorem Dec.*in cap.ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. numero 17.* vbi arguit ad partes, & tandem concludit primam esse communem, sed contrariam veriorem. sed hoc pertinet ad materiam prorogationis,ideo infra suo loco latius dicendum.

70 Secundò limitatur, † vbi iudex secularis delegaretur à summo Pontifice, quia non iure proprio, sed vti delegatus possit laicum iudicare etiam in criminalibus, *vt not.Ioan.in c.ad hæc,32.distin.& in c.Adrianus, 63.distin.idem tenent Innoc.Hostiens.Ioan.Andr. & Boich.in cap. at si clerici, de iudi.* Et studiosè dixi, si delegaretur à summo Pontifice: quia licèt in causis ciuilibus posset iudex ecclesiasticus inferior à Papa delegare laicum in iudicem, non tamen posset in criminalibus, sed tantùm Papa, *vt est glo.not.in ver.non præsumant, in cap.2. de iudi. & ibi Abb.numero 5. & post eum cæteri Scriben.& Alexan.consil.8.videtur,colum.2.versi.potest etiam Imperator,in primo,& Andr.Sicul.consil.45. Mandato & iussu, nume.9. & sequen. in 2.volum.* vbi numero 15.quòd Papa debet etiam id facere cum causa, & ibidem etiam *nu.15.* quòd non potest delegari causa cum clausula, non obstāte aliqua inhibitione facta vel fienda per aliquem

71 ecclesiasticum. Quinimò † plus dico, quòd inferior à Papa non posset causam criminalem delegare mixtim laico & clerico, *vt tradit Abb.in c significasti,de foro compe.& & tradit Hosti.in summa de off.delega.in §.cui possit, ver. quid si delegetur, & sequitur etiam Gemin.in cap 2.§.1. de iudic. in 6.&* hanc dicit communem Dec.*in d.c.2.de iudi.num.5.in fi.ver.*

72 *3. quod supra dictum est.* Et adeo † vera est hæc conclusio, quòd ab inferiori à Papa criminales causę delegari non possint laico in clericum, quòd nō poterit delegare etiam clerico coniugato,*ita in specie Collectan.in d.c.2. de iud. quem ibi sequitur Abb.num.15.& ista est etiam communis,vt attestatur ibi Ripa nume.37.* licèt aliqui, quos ipse refert, con-

73 trarium tenuerint. Sed an † episcopi possunt assumere laicos in assessores in causis criminalibus contra clericos. & communis est opinio quòd sic, *vt ibi per Abba.in*

74 *d.cap.2.de iudic.nume.23. & Ripa nu.57.* Et an † si clericus sit torquendus,possit iudex ecclesiasticus committere laico,quòd illum torqueat. Bal.*in c. decernimus, de iudi.* tenet quòd sic: contrarium tenet Anto. *in c. vt famæ,de sent.excom.* dato quòd contrarium de facto fuerit obseruatum, *vt in d.c.decernimus, num.39.* licèt tamen fortè excusaretur laicus, qui torqueret, tamen ecclesiasticus iudex mandans torqueri clericum, erit excōmunicatus,*gl.in c.presbyter,il 2.in ver.religiosus, 5.quæst.6. quam sequitur ibi Archid. & Ioan.And.in c.cum in contemplatione,de reg.iur. & Ant.de Butr. in c.vt famæ,de sentent.excommu.vbi etiam Panor. & Io.de Ana. in c.1.de cleri.percuss.in 6.colum.& Card.in clem.1.de hære.& Felin.in c vniuersitati num.4.de sentent.excommunica.* vbi nu.5. quod si clerici nesciunt torquere, poterunt vocare lai-

75 cum,qui liget,& torqueat. Sed & hoc notandū,† quòd clericus delegatus laici non posset iudicare clericos etiam volentes,*Fel.in c.cum sit,nu.44.ver. & hinc est quod cle-*

76 *ricus,de for.compet.*† Quod aūt Papa possit laico delegare causas criminales contra clericum, probat tex.*in §. verum,32.* vbi Papa cōmisit causam clericorum simoniacorum duob.Ducibus,dando illis potestatem deponendi

eos,

eos, & tamen delictum illud erat spirituale, quod plus est, & ad idem similis & fortior tex. *in c. Mennam, 2. q. 4.* vbi Papa commisit arbitrio Reginæ Galliæ purgationem infamiæ, quam de simonia patiebatur quidã episcopus. & tenet etiam Bal. *in l. rescripta, C. de precib. Imperat. off. cum a ijs concor. de quibus per Steph. Aufrer. in repe. d. cle. 1. de off. ordin. in prima reg. in 10 fali. & Ripa in d. c. 2. de iudi. num. 40. & 73.* Et aduertendum est, quòd prædicta procedunt quoad cognitionem delictorũ: sed vbicunq; ingerẽda foret pœna sanguinis, puta contra laicum subditum, non modò posset quilibet episcopus & Papa delegare talẽ sententiam ferendam laico, sed imo teneretur, *c. sententiam sanguinis, & c. si. ne cler. vel mona* & quod Papa etiam has causas teneatur delegare, tenet Bald. *in c. 2. col. fin. de maior. & obed. & sequitur Ripa in d. c. 2. de iudic. nu. 44.*

77 Tertiò limitatur † in crimine assassinij: quia deo eo potest iudex secularis cognoscere etiam cõtra clericũ, & eum punire, *c. 1. de homicid. in 6.* & nõ tantùm is, qui occidit, & occidi mandauit, puniri potest, sed qui tales receptauerit, vel defenderit, vel occultauerit: & non modò si mors sequuta sit, sed etiam si nõ sit sequuta: & non modò quilibet simplex clericus, sed & princeps & quilibet prælatus vel alia ecclesiastica persona. Quæ omnes

78 † his pœnis per illum canonem afficiuntur videlicet excommunicatione, depositione, à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, sintque cum suis bonis mundanis omnibus tanquam Christianæ religionis æmuli à toto Christiano populo perpetuò diffidati, & ipso iure & absque vlla sententia: probat autem ille tex. quod intendimus, secundum Gemin. ibi & alios, quia statuere quem censeri diffidatum, est perinde ac si statutum fuisset posse impunè occidi, *vt in l. reos, Cod. de accusa. vbi Cyn. in 6. quæst. l. 3. §. transfugas, de sicar. authen. nauigia, Cod. de fur. & in authen. item quæcunque communitas, Cod de episcop. & cleric. & in specie sic inducit Angel. consilio 14. in quæstione præmissa, columna 2. in princip. versic. in hoc ergo. & probat etiam tex. in c. vnico, de schism. in 6. ibi, expositis personis eorum à fidelibus capiendis, & tex. in c. fœlicis, de pœn.* cum enim per tex. *in d. c. 1. de homicid.* tales sint priuati omni beneficio, dignitate, honore, ordine, & officio, censentur degradati, quia degradatio nil aliud est, quàm denudatio omniũ priuilegiorum & beneficiorum & honorum ac dignitatũ clericorũ, *c. degradatio, de pœn. in 6. & tradit Io. And. in c. cum non ab homine, de iudi. sequitur hanc limitationem Stepha. Aufr. in d. cle. 1. de off. ord. in prima reg. in 18. lim. & tradit Lap. & omnes in d. c. 1. & Hipp. in l. 1. nu. 107. de rap. virg. & in prac. crim. §. diligenter, nu. 169. & in §. examinata, nu. 25. & Soz. inter consilia Cur. sen.*

79 *consi. 20. sæpenumero, nu. 44.* Aduertendum tamen, † quòd si rectè consideretur tex. *in d. c. 1. de homicid. in 6.* Assassinus non est propriè is, qui vel conducit operas alicuius precio ad hominem occidendum, vel locat, prout ex communi vsu loquendi hæc vox interpretari solet, sed vbi quis aliquem Christianum occidit, vel occidi iubet opera quorundam hominum infidelium, qui eam artem exercebant, vt cum ipsi infideles essent precio cõducti, Christianos occiderẽt, qui etiam assassini peculiari nomine vocabantur, *vt tradit Archid. & Io. And. in d. c. 1. & Aret.*

80 *consi. 165. cõl. 11.* Volaterra. autem † in Geographia, *lib. 11. C.* de sectis Syriæ, scribit assassinos fuisse in puincia Phœnicis circa fines ciuitatis Anteradensis, quę hodie Tortosa appellatur, qui castella quædam possidebant loci natura munitissima; regem deligũt senem industria exercitatum, qui pueros in secessu quodam nutrit, docetq; diuersas linguas: deinde adultos tanquam emissarios emittit, qui diuersis hominũ cõmerciis per eas regiones cõgredientes clam ignoti, cultro abdito sese turbæ immiscent, & regis inimicos, aut proprios interficiunt, aut etiam alios amicorum aut pecuniæ causa, eoque modo fœlicitatem se consequuturos sperant. Hæc secta à principio è Persida in Syriam venit, Edessicorumq; sectæ adhæret, qui putãt post mortem nec gaudij, nec pœnę locum esse. Et de his propriè sensisse vide-

Assassinus.

tur Innoc. *author. d. c. 1. de homicid. in 6.* dum in §. nos tanto periculo, inquit, præsertim cùm nonnulli magnates taliter perimi formidantes, coacti fuerint securitatem ab eorundem assassinorum domino impetrare, sicque ab eo non absque Christianæ dignitatis opprobrio redimere quodammodo vitam suam.

81 Verùm tametsi de istis † propriè & verè loquatur Inno. *in d. c. 1.* attamen longa interpretatione & communi vsu loquendi receptum est, vt assassini dicantur omnes, qui vel mandant pretio cõducentes operam etiã Christianorum aliquem, vel qui pretio cõducti id scelus admittũt, quanquam sint Christiani, *vt tenent omnes in d. c. 1. & Bartol. in l. non solum, §. si mandato, numero 14. ff. de iniur. & idem in l. Cicero, ff. de pœnis, & Paul. Castrens. in l. 1. §. vltim. ff. de eo, per quem fac. er. & Salic. in l. non ideo minus, colum. penultim. Cod. de accusa. Ang. in l. qui sepulchra, Cod. de sepul. viola. Alexand. consilio 166. in 7. Aret. d. consilio 165 colum. 11. & Hipp. in locis præallega & Carer. in pract. crim. in tit. de homicid. §. circa tertium, in prin. & Grammat. voto 8. & 11. & Capic. decisi. 155.* à qua quidem interpretatione tanquam communi non est recedendum, præsertim quia ita quoque in practica pluries vidi obseruari, & aliàs ego Assessor obseruari consului, ideo hæc opin. omnino tenenda, *iuxta not. in l. minimè, & l. si de interpretatione, ff. de legi. & per Sicul. in cap. cum dilectus, de consuetud.*

82 Quartò limitatur † in clerico falsum deponente coram iudice seculari, quia poterit puniri ab ipso iudice seculari, *vt est glo. per illum tex. & ibi Cyn. & Bal. in l. nullum, C. de testi.* quod tamen intellige verum, modò iudex laicus non procedat ad accusationem alicuius laici, sed ex officio. Item & secundo modo ipsum ciuiliter condemnet in bonis, quòd si vellet corporaliter punire, deberet eũ ad iudicem suum ecclesiasticũ remittere, & secundum has modificationes consuluit Feder. de Sen. *consil. 93. factum, quod proponitur, columna 3. versicul. item ad id quod obijcitur, & est sub num. 2. quem sequitur Petr. de Anchar. in repet. cap. 1. de consti. in quarta oppo. & in repe. cap. ea quæ, q. 22. prin. de reg. iur. in 6. & hanc quoq; limita. sequuntur est, & dixit seruari vidisse in practica Aufrer. in d. repe. clem. 1. de off. ordi. in prima regul. in 2. fallen. vbi alia addit,* & ego etiam infrà dicam, quando tractabo quomodo quis forum sortiatur ex emergenti vel incidenti, *& vide ad hoc Scrib. in c. verum, de foro compet. vbi Felin. numero 9.*

83 Quintò fallit, vbicunque † ecclesiastica potestas deficeret, quia iudex laicus in defectũ poterit punire clericos, & potestate sua corrigere, *vt in c. principes seculi, 23. q. 5. vbi etiam glo. & bo. tex. in c. filijs, 16. q. 7. vbi etiam glo. & Luc. de Pen. in l. si coloni, C. de agr. & cens. lib. 11. & est opti. gl. in c. tua, lo primo, de deci.* quæ exemplificat in iis, qui schisma committunt, & non possunt ab ecclesia cõpesci, *& allegant c. nec licuit, 17. dist. & c. de Liguribus, 23. q. 5.* ideo ex his tenebat Sicul. *in d. c. tua,* quòd si duo contenderent de Papatu, & adeo potentia pollerẽt, quòd ecclesiastica potestas discerpta esset, non posset indicere Concilium, neq; aliter tantum schisma sedare ob ęqualem puta amborum potentiam, quòd hoc casu principes seculares possent, & deberent se ingerere, & incorrigibiles carceribus detinere, & alias pœnas in eos exercere, *& sequitur idem Andr. Sicul. in c. quia nonnulli, nu. 96 de rescrip. & in c. quod translationem, de off. lega. nume. 146.*

84 sicut etiam † econtrà deficiente potestate seculari vel negligentibus principibus secularibus potest Papa se ingerere etiam contra laicos, vt habetur per omnes, & maximè Maria. *in c. licet ex suscepto, de foro compet.* & dicetur infra, quando tractabitur casus ille defectus & negligentiæ iudicis, qua mediante quis forum sortitur. *Et hanc limitat. sequitur etiam Aufrer. in dict. clem. prima, de offi. ordin. in prima regula, in tertia fallen. est mihi*

85 *numer. 11.* Aduertendum tamen, † quòd difficilis est probatio negligentiæ, & defectus, quia est negatiua, quæ probari non potest, nisi coarctetur loco & tempore, & quòd requisitus fuerit iudex, & quòd in specie sic requisitus neglexit, & quòd poterat facere id,

ad quod

ad quod requirebatur, *vt ad longum prosequitur omnia hæc requisita Ruyn.consilio 12.viso & discusso,5.volum.* Quæ tamen omnia intellige vera, quando non solùm primus iudex ordinarius clerici esset negligens, quia tunc debet recurri ad superiorem prælatum clericum; & si ipse quoque sit negligens, ad Papam denique, & sic procedunt, quando & ab inferioribus, & à superioribus negligeretur iustitia, aliàs non, *c.qualiter, in fi. de iudi.c.placuit, 11.q.1. & not.in c.nullus, de iure patro. & probatur etiam in auth.vt differentes iudi.in princ. & tradit Alex.consi.8. videtur, col.2.versic. quinimo nec propter.*

86 Sextò fallit in clericis † ioculatoribus, & morionibus, *de quibus in c.1.de vita & hon.cler.in 6.* nam si per annum illis artibus incubuerint, vel tertiò moniti, etiam intra annum non resipuerint, ipso iure carent priuilegio clericali, *vt dicitur in d.c.1.* quod secundum magis cõmunem 89 opinionem procedit etiam in clericis in sacris cõstitutis, *vt ibi tenet Archid.Pet.de Anch.Gemi. & Fran.* licèt Io.Mona.solus contrarium tenuerit, *& hanc quoque limitationem sequitur Aufrer.in d.clem.1.de off.ordi. in prima regula, in 12.fallent.* quanquam Bartholom.Chassa. *in consuet.Burgun.sub tit.de Iustices & Droict.in versic.5.il n' a grace, numero 55.in fallen.* dicat fortè tutius esse tenere opinio.contra Archid. propter actualem degradationem, quæ videtur necessaria: sed notandum, quòd si absoluantur, antequam à laico iudicentur, vel à laico contra eos incipiat procedi, non poterit postea laicus de eis cognoscere, *ita notant omnes in d.c.1.*

87 Septimò fallit in clerico † in minoribus constituto, qui effectus miles exercet arma, & in præliis & bello se immiscet. hic enim ipso quoq; iure amittit priuilegium clericale, *vt tenet Inno.in c.1.de apostat. & est opti.glo.in c.fin.de cler.non residen. & glo. & Archid.in c.si quis,51.dist. & And.Sicul. in c.fin.de cleri.coniuga. & Nicol.Mil.in repet.in ver.clericus, ver. pen.incip.clericus ex eo.Aufrer.in loco prælleg.in 20.fallen.in fi. & sequitur etiam Guliel.Benedict.in repet.c.Raynutius, de testam.in ver. & vxorem nomine Adelasiam, in 2.dec.nu.149.*

88 Octauò fallit in clerico, † qui dimisso habitu clericali se immiscuit in sęuis & atrocibus delictis, & in tali habitu laicali repertus est in flagranti crimine: quia tunc puniri potest per laicum, *c.1.de vita & hon.cleri. cap.ex parte secundum vnum intellectum, de priuil.c.perpẽdimus, vbi omnes not.de sententia excommunica. & Petr. de Anchar. in c.ea quæ,q. 12.circa fin.de reg.iur.in 6.* & ista est commu.opi. vt attestatur Aufrer. *in sapè dicta repe.cle.1. de off.ord.in prima reg. in 19. fallen.* quanquam asserat Zabar. *in repe.d.c.perpendimus,* & ibid. Andr.Sicul. contrarium tenuisse, vt scilicet amittant priuilegium, si quis suadente, sed non priuilegium fori, & Chass. *in consue.Burg.in tit.de Iustices & Droict, in ver. 5.il n' a grace, nu.51.in 3.fallen. & est mihi car.49.colum.3.* recitat de verbo ad verbum, cõstitutionem Leonis 10. summi Pontificis, qua conceditur Regi Galliæ, quòd possint iudices seculares illius regni tales in habitu non incedentes, dummodo per quatuor menses ante etiã non incesserint in habitu & tonsura capere, distringere, & contra eos inquirere, & etiam si in sacris non fuerint, 92 punire: similis fuit facta concessio per Clementem 7. Carolo Imperatori & Regi Hispaniæ sub die 14. Ianua. 1524. quæ constitutiones hoc operantur, quòd licèt de iure communi non incedentes in habitu clericali, vt amittant fori priuilegium, debent trina vice moneri, vt habitum suum assumant, *cap.in audientia, & cap. cum contingat, il secondo, de sententia excommunica. & in cap.si iudex, eodem titu.in 6.cap.clerici officia,c.si quis,c.clericus,el 1. & c.clericis, de vita & honesta.cleric.clem.1. & 2.eodem titul.* attamen stantibus d. constitutionibus poterunt etiam sine trina monitione puniri per laicos iudices: & est ratio, quia oportet clericos per decentiam habitus extrinseci, morum intrinsecam honestatem ostendere, *d.cle.2.§. dignitatem, de vita & hon.cleri.* ideo faciendo contra canonum prohibitionem, non debent canonum beneficio iuuari, quia frustra legis auxilium implorat, qui cõmittit in legem, *l.auxilium, in fi.ff.de mino.c.fin.extra de immu.eccl.cum concor.ibi adductis per glo. & glo.in c.2.in vers.ab ecclesia, ne cler. vel mona. & in cap. transmissa, de elect.* & facit etiam alia ratio, quia dignum est, vt quicunque aliis similem vitam suscipiunt, similem in legibus sentiant disciplinam, *cap. recolendæ, de stat.monach.* cum igitur vita seculari tales vtantur in malis, iudicis quoque secularis disciplinę subijci debent. Nam qui se simulant clericos, cùm tamen aliter omnib.appareant, non debent se subtrahere muneribus laicorum, *inquit tex.in l.qui sub prætextu, C.de sacrosan.eccle.quæ est repetita in l.1. Cod.de collegia.lib.11. & text.in c. ex parte, il tertio, de priuileg.* dicit in propriis terminis clerici, qui non incedebat in habitu, sed volebat illum reassumere, quod malitiis talium non est indulgendum, sed obuiandum.

¶ Sit ergo cõclusio, † quòd de iure communi, vt clericus non incedens in habitu priuetur priuilegio fori, requiritur trina monitio, vt iurib.præallegatis. Neque obst.tex. *in c.perpendimus, de sent.excommun.* quia plures intelligunt illum textum, quòd trina præcesserit citatio, vel quòd ibi loquatur in clerico incorrigibili, vel quòd ille textus loquitur tantùm quoad priuilegium *ca.si quis suadente, 17 quæst.4.* vt refert Alexan. *consil.8.videtur, numero 2.versi. & ad d.c.perpendimus,* & idem tradit glo. *in d.c.perpendimus.* sed tu dicas verius, quòd ibi neque etiam talis permittitur offendi, quinimo per illum textum in fine iubetur imponi pœnitentia iis, qui talem percusserunt, sed tantum liberantur illi ab onere accedendi Romam pro absolutione. Neque etiam obstat tex. in c.ex parte, il terzo, de priuil. quia ibi non constabat illos verè esse clericos.

Fallit primo, nisi † reperti fuerint in habitu laicali in- 90 flagrãti crimine, & eo quidem de atrocioribus, & quòd ante quoque in similibus se immiscuerint, *vt dixi in prin. huius limit. vt probat tex.aper.in cap.fin.de apostat.* & licèt Cardin. & Abb. *in cap.perpendimus, de sententia excommunicationis.* videantur tenere, quòd immo & eo casu requiratur trina monitio, tamen in contrarium est veritas, & contrarium seruatur, *vt tenet Ioan. Andr. in cap. cum non ab homine, de iud. & Gemin.in cap.1.in fi.de homic.in 6.quos refert, & sequitur Hippol.consilio 9. adiuua me, numero 17.* & licèt etiam Alexand. *consilio octauo, columna tertia, versic.nec obstat etiam id, quod habetur in cap.1.de apostat.* conetur ad illum textum respondere, & tradat plures intellectus ad illum: attamen † verè ille text. optimè probat, quòd clericus præ- 91 sertim in sacris constitutus, quando relicto ordine suo, & habitu conuersatur in apostasia, vt laicus, & in enormibus deprehendatur per iudicem laicum, non potest ab eo censuris ecclesiasticis liberari: verum est, quòd ille tex. videtur loqui de eo clerico, qui non semel aut bis aut decies repertus est in habitu laicali, sed qui ex professo factus est apostatà nõ modò relinquens habitum, sed etiam ordinem, *vt ibi expressè dicitur,* & sic quòd non loquatur in eo, qui non est apostata, id est in totum non reliquit ordinem, licèt reliquerit habitum. Concludendo † ergo dicendum est, quòd vbicunque quis non incedit in habitu eo animo, vt non modò in illo delicto, in quo deprehensus est, haberetur pro laico, sed generaliter in omnibus, quia nullo tempore volebat haberi pro clerico, puta quia per annum, & vltra semper commoratus est, & vixit, & negotiatus est palam vti laicus negando se clericum, & tunc dico talem esse apostatam, & ideo posse detineri, & puniri per laicum, dato quòd constaret esse clericum, si in atrociori delicto fuerit deprehensus, & sic cõcordandæ sunt opiniones contrariæ, quas refert Petr.de Ancha. *in cap.1.de apostat.* & ita in specie concordat Ioan.And. cuius verba refert Alex. *consil.61.quia sæpissimè, in quarto,* vbi refert, quòd D.Beccarius de Beccaria scripsit ad D.Io.And. an d.verba essent sua, qui respondit, quòd sic: & dicit ibi, quòd prædictam distinctionem seruãdo nunquam errabitur in iudicando vel consulendo, & sic tota difficultas, an

talis

talis clericus dimiserit in totum vitam clericalem non tantum habitum, & destinauerit omnino secundum laicos viuere, & sic verus sit apostata: aliàs nisi hoc appareret ex coniecturis claris, sequerer opin. Pet. de Ancha. *in d. capit. 1. de apost.* qui dicit, quòd si esset iudex, & sibi constaret, quòd esset clericus, nunquam puniret ad
93 mortem. In clericis † verò in minoribus cõstitutis idem puto tenendum, arguendo à maioritate rationis. nam si illud est in clericis existentibus in sacris, qui non possunt dimittere characterem, & redire ad seculum, *cap. tuæ, vbi gloss. fin. de apostat. & not. in c. vnico, de bigam. in 6.* multo magis idem erit dicendum in constitutis in minoribus, qui de facili possunt redire, *d. capitulo vnico, & in capitulo primo, de cleric. coniuga. in 6. & in capitulo, Ioannes, & capitulo, cum olim, & capitulo fin. de cleric. coniuga. cap. primo. de vita & honesta. cleric. in 6. capitulo primo, & tertio, de apostat.* nisi diceres, quòd maior est ratio in existente in sacris, quia magis delinquit tentans id, quod facere non potest in spretum characteris, à quo liberari non potest, *& in specie hoc tenet Lapus allegatione 41. priuilegium. & Gratus consil. 87. in præsenti causa, numero 18. in primo.* & secundum istam distinctionem intelligenda sunt etiam, quæ tradit Hipp. de Marsi. *cons. 67. veris existentibus, nume. 60. & 61.* præsertim si sint coniugati, vt consuluit Abb. *cons. 33. quia quinque, in 2. vol. in vlt. dub. est num. 9.* vbi tenet, quòd amittant omne priuilegium clericorum, & etiam Fulgos. *cons. 24. præsuppositis, in primo dubio.*

94 ¶ Aduertendum tamen, † quòd licèt quis esset apostata, & tamen iudex verè sciret illum esse clericum, non tamen posset ipsum capi facere, neque punire: nam licèt percutiens clericum in habitu laicali existentem, non incurrat excommunicationem, *de qua in c. si quis suadente, 17. q. 4. & in c. in audientia, de sententia excommunica.* attamen si quis sciens ipsum clericum percusserit illum, certè incurrit excommunicationem, perinde ac si fuisset indutus veste clericali, *vt tenuit pulchrè Flor. in l. si putator. ff. ad l. Aquil. sequitur Marsil. cons. 97. num. 9.*

95 ¶ Sed potest dubitari, † quid si difficultas est, an habitus, in quo repertus fuit, vel quo indutus solebat incedere, esset clerici vel laici, quis erit iudex. Breuiter tenendum, quòd laicus erit de hoc iudex, non ecclesiasticus, ita in terminis istis refert decisum fuisse in curia Delphinali, Guido Papæ *q. 138. incip. in camera consilij.* quicquid dixerit Cardi. *in clem. 2. de vita & honest. cleri. & Domi. in c. vnico, de cleric. coniug. in 6. quos etiam sequitur Cœpol. cons. 11. casus talis est, nume. 30. in fin. ver. & si vestes.* quorum fundamentis respondet Guido *ibi in d. q. 138.* Et probat hanc conclusionem optimè text. *in c. si iudex laicus, de sententia excommunica. in 6. inductus, vt ibi per eum,* & ita refert pluries iudicatum, & ita quoque in facti contingentia consuluit idem Guido Papæ. *cons. 110. pro declaratione, in 2. dub.* quæ maximè dicit procedere & vera esse idem Guido, *q. 73. iudex secularis, ver. & predicta vera in clerico coniugato*
96 *primæ tonsuræ.* Neque est mirum, quòd † possit oriri quæstio, an habitus sit clericorum, vel non, quia eorum habitus non est certus, *vt per Alexand. cons. 8. numero 17. in primo, & cons. 149. colum. vltim. ver. nec etiam dici potest, in 6.* vbi quòd omnis habitus honestus dicitur conueniens clericis, dummodo non sit à consuetudine reprobatus. & vnus est casus, in quo posset dubitari, an habitus esset laicalis vel clericalis, quando portaret vestem superiorem clericalem & interiorem variegatam, in 9. dubitatione Philip. Franc. *in c. 1. in princip. de cleri. coniuga.* tenet, quòd satis dicetur in habitu clericali incedere, dummodo in incessu interior illa vestis variegata non pateat, secus si ipsam ostentaret. & not. quòd habitus clericorum
97 dicetur secundum consuetudinem regionis, And. Sicul. *in c. consuetudinis, nu. 2. de consue.*

Notandum tamen vnum † ad declarationem præmissorum, quòd tametsi repertus in habitu laicali & in minoribus constitutus, & in flagranti crimine potest capi per laicum, *vt supra dixi:* attamen si talis esset scholaris, & consuetudo extaret, quòd omnes etiam clerici scholares habitu laicorum induti incederent, quòd tamen debebunt remitti ad ecclesiasticum, modò in cæteris more clericorum viuerent, hoc videtur sensisse idem Guido Papæ, *q. 83. incip. die quarta.* quam tamen conclusionem nõ firmarem, nisi adesset consuetudo, quæ multum operatur, vt in specie circa clericorũ habitum consuluit Fulgos. *cons. 24. præsuppositis, in primo dub.* Quæ etiam
98 † possent procedere in clericis, quibus omnis habitus honestus dicitur conuenire, quia nullũ habent certum, *vt dixi supra.* secus tamen in religiosis professis, quia non possunt habitũ suæ religionis dimittere etiam in scholis, *vt est tex. clarus in c. 2. in priu. ne cleri. vel mona. in 6.* qui tex. probare videtur supradictam cõclusionem, quòd aliud in clericis, quia inclusio vnius, exclusio alterius, *l. cum prætor, de iudi.* & quòd in habitu clericorum attendenda sit consuetudo, tradit Panor. *in c. transmissam, de elect. col. 2.* & in terminis quòd clerici scholares possint vti vestibus laicorum secundum consuetudinem, vide Pet. Rebuf. *in tract. de priu. schol. priuil. 94.* & ante eum hoc idem voluit Addi. ad Abba. *in c. cum consuetudinis, in addi. 1. magna, in prima colum.* vbi refert se defendisse quosdam nobiles Brixienses clericos accusatos de homicidio, vt remitterentur ad ecclesiasticum, dato quòd reperti fuissent in habitu laicali & deprehensi in crimine, ex eo quia erat consuetudo in illo Gymnasio clericorum in minoribus ferre habitum scholarium laicorum.

99 Dubitare etiam posset quis, † quid si è contra laicus in habitu clericali repertus fuerit, an debeat ad ecclesiasticum remitti. Dicas ergo, quod aut constat de veritate, quòd scilicet verè est laicus, & tunc habitus cedit veritati, quæ omnia vincit, cap. consuetudo, *8. dist.* aut nõ constat, & quia in dubio talis, quis præsumitur, qualis in habitu reperitur, *d. c. si iudex, de sententia excommuni. in 6.* tunc remittendus erit, donec doceatur de veritate. *quæ distinctio & decisio colligi potest ex dictis per Fridric. de Senis in quæstione sua disputata, quæ incipit, clericus percussit, & est inter ipsius consilia sub cons. 13.* nam & collatio facta laico existenti in habitu & tonsura, licèt non esset clericus, valet, donec contrarium non probetur, *Rota decis. 31. incip. no. quòd clericus, in antiq.*

100 Sciendum quoque, † quòd dum supra dixi non sufficere, quod repertus fuerit clericus in flagrãti & in habitu laicorum, sed requiri, quòd etiam per plures dies ante habitũ dimiserit, posset dubitari, quid si per plures dies dimisisset, sed postea resumpsisset, an sufficeret illa dimissio præcedens? & dicendum est, quòd non, quia reassumendo habitum & tonsuram, recuperat omnia priuilegia clericorum. *ita Io. Andr. in cap. Ioannes, in 4. q. de cleric. coniug.* dicens Paduæ ita fuisse determinatum, *& comprobat consulendo Alex. cons. 149. in causa inquisitionis, col. 2. ver. & ne fortasse, sexto vol.* nam ad cognoscendum, ad quem forum spectet cognitio delicti attenditur status, in quo quis erat tempore delicti, vt propriè in his terminis, de clerico deponente habitum & tonsuram, *tradit Bald. in lege, affinitatis, C. communia de succes. & sequitur Alex. d. cons. 149. ver. pro ista opinione.*

101 ¶ Hanc tamen † conclusionem limita primo, nisi talem habitum reassumpsisset in fraudem, vt scilicet euitaret pœnam secularem, *cap. ex parte de cleri. coniuga. cap ex parte, vl tertio, de priuileg. & hoc in terminis nostris tenet Archid. in c. 1. de cleri. coniug. in 6. vbi etiam Franc. in §. & cum in fin. & bonus text. in l. si maritus, §. legis, de adult. & in l. hos accusare, in fin. princip. ibi, si non detestandi, de accusa. & tradit Bart. in l. 1. ff. de pœnis.*

102 Secundò limita † hanc conclusionem vt non procedat, si ante reassumptionem habitus fuisset præuentus à iudice seculari, quia tunc teneretur coram eo procedere, *ita tenet Pet. de Anch. in d. c. ex parte, de cler. coniug. & Franc. in d. c. 1. §. & cum. col. fi. de cler. coniug. in 6.*

103 Verum est, † quòd Cœpol. *cons. 11. casus talis est, numero 29.* videtur tenere, quòd quinque requirantur ad hoc

vt clericus in minoribus constitutus amittat priuilegium fori. Primò, quòd non incedat inhabitu & tonsura, sed vt laicus. Secundò quòd ingerat se in fædis & enormibus. Tertio, quod in illis frequens fuerit. Quartò, quòd in illis deprehendatur. Quintò quod tertiò fuerit monitus, sed istud vltimum requisitum communiter non recipitur, vti necessarium, *vt dixi supra in princip. huius limit. & tradit etiam Ruy. cons. 7. circa istum, numero 6. in 5. volum.* præsertim si ea mente dimittat, vt non assumat habitum, *vt dixi.* Et ego sæpius vidi de facto ita obseruari, *& hoc videtur tenere gloss. in c. perpendimus, de sententia excommunica. vbi Abb. in pen. colum. refert idem tenere Vincen. Tancred. & Philip.*

104 Certum est autem, † quod absque vllo dubio procedit hæc limitatio, quando interuenit etiam trina monitio canonica, facta à suo diœcesano vel suo iudice competenti, vt reassumat habitum, & ab enormibus desistat, *vt est text. in c. ad audientiam, de sent. excommuni. & in cap. si iudex, eod. tit. in 6.* licet enim dimittendo habitum amittat priuilegium *c. si quis suadente, 17. q. 4.* non tamen amittit priuilegium fori absque hac trina monitione, *vt per Specul. in titul. de sent. §. 1. ver. sed quæritur vtrum. vbi etiam Io. Andr. in addi. & Alexand. d. cons. 8. 1. volum. & Sozi. consil. 12. quæ in præsentiarum, numero 19. in 2. & Calcan. cons. 70. pro dicto Nicolao, Hip. cons. 77. numero 59. & sequen. Gramm. qui plura alia adducit, Voto 33. incip. in causa clerici.* & talis trina

105 † monitio debet esse distincta, vt aliquot dies intercedant inter singulas monitiones: nam non sufficeret vnica monitio pro omnibus, *vt per Abb. in c. contingit, lo secondo, de sententia excommunic.* neq; sufficerent tres sine temporis interpolatione, neque vna cum longissimo temporis interuallo, *vt per gloss. in clem. 1. in ver. tertio, de vita & honest. cleri. & tradit Gramm. d. Voto 33. numero 13.* Item oportet, quod talis monitio fiat in specie ipsi clerico 110 personaliter reperto, neque sufficiet generale edictum, quod omnes clerici non incedentes in habitu, illud suscipant. *ita pulchrè Abb. in capit. si. de vita & honest. cleric. quod dictum sequitur, & comprobat dicens valde notandum Felyn in capitulo, quoniam frequenter, §. porro, numero 19. vt lite non contesta. & Anto. Rub. consilio 76. circa casum, numero secundo.* quamquam autem, vt dixi, de consuetudine hoc seruetur, quòd non requiratur trina monitio concurrentibus alijs, de quibus supra; attamen maior pars Cano. videtur tenere, quod semper requiratur etiam trina monitio, & qui voluerunt nimium inseruire fisco, contrarium tenuerunt, *vt dixit referendo plures distinctiones in* 111 *hoc Anton. Capic. decisio. 161. in causa Crusconi, per totam. vbi latè, & ibi refert omnes, qui tenuerunt pro & contra.* Sed certe vt refrenetur audacia clericorum, qui in sceleribus atrocibus sunt inueterati, melius est sequi consuetudinem, quæ in istis seruanda est, vt ibi per Capici. numero

106 tertio, & in d. decisio. refert aliquos, † qui tenuerunt, quòd ad hoc vt clericus possit à laico detineri & puniri, sex requiruntur. Primum, quòd non incedat in habitu & tonsura. Secundum quòd ingerat se enormibus. Tertium, quòd frequens fuerit in illis. Quartum, quòd in eis deprehendatur. Quintum, quòd fuerit ter monitus. Sextum, quòd post monitiones fuerit incorrigibilis.

107 Et ibidem, † *sub numero 4.* declarat Capici. *post Cæpol. consilio 11.* quòd dicantur delicta enormia, etiam si in faciem ingerat vulnus: & quòd dicatur in illis frequens fuisse, si bina tantum vice in illis se immiscuerit. & quòd 112 requiritur, quòd in ipso actu criminis verè & personaliter deprehendatur.

Enorme Delictum.

108 Sed quid, † si Diœcesanus vel Ordinarius, non curaret, sed negligeret facere tales monitiones, quid agendum? Dicendum est, quòd debebit laicus monere iudicem ecclesiasticum, vt moneat clericum, iuxta formam iuris; quòd si id facere recusauerit ecclesiasticus, dicebat Pet. Bellug. *in speculo Princip. in tit. de propositio. grauia.* quòd tunc iudex secularis poterit contra clericum talem procedere & punire, & sic supplere negligentiam ecclesiastici. quod tamen ita simpliciter dictum verum de iure non puto, tum quia ipse nulla iura, nullásque concludentes adducit rationes, quæ hoc probent; tum quia contrarium videtur in iure expressum, quòd scilicet iudex laicus non potest supplere negligentiam iudicis ecclesiastici, *capit. qualiter, de iudi. & capit. licèt ex suscepto, vbi omnes, de foro compet.* ideo dico, quòd iudex secularis negligente Ordinario ecclesiastico, recurret ad prælatum & superiorem ipsius negligentis, & demum omnibus negligentibus ad Papam, qui etiam si negligeret, tunc procederent ea, quæ dixi supra in quinta fallen.

109 Supradicta autem limitatio, † quòd repertus clericus in habitu laicali, & facinore amittat priuilegium fori, recipit tunc sublimitationes, nisi aliqua fuerit iusta causa vel necessitate coactus ad mutandum habitum & vtendum habitu laicali, *vt est text. & ibi gloss. in c. clerici, de vita & honest. cler. in clemen. si. vbi glossa, in verbo, rationabilis, vbi Imola in columna prima, eod. tit. gloss. in capitulo secundo, in verbo, temere, per illum text. ne cler. vel mona. in sexta gloss. in capitulo, nullus, 21. q. 4.*

Ideo si propter paupertatem portaret vestes laicales sibi donatas, vel vteretur vestibus vilis coloris, excusaretur *secundum Zenzel. & Imol. & alios in d. Clem. si. de vita & honest clerico.*

Idem si ex humilitate vel corporis necessitate talem habitum indueret, *capitulo, si quis virorum, 30. dist. capitulo, parsimoniam. 41 dist.*

Idem si nocte portaret pileum vel mantellum (vt vocant) propter frigus vel pluuiam vel aerem nocturnum, & sic vt consuleret saluti, *vt in specie declarat Imola in d. clem. si. colum. 2. ver. quid si clericus.*

Quamquam autem † hoc incidens, an ob dimissionem habitus amiserit priuilegium fori, debeat per ecclesiasticum iudicem cognosci & determinari, *vt dictum fuit supra, & est text. in cap. si iudex, de sententia excommunicat. in 6. vbi gloss. & Scrib.* attamen si captus sit clericus in habitu laicali à iudice seculari, & hoc constet ex notorio facti, incidit hæc quæstio, an amiserit priuilegium, iudex secularis non tenebitur remittere illum ad ecclesiasticum, sed ipsum detinebit, supersedendo tamen donec ecclesiasticus interloquatur. *ita Io. Andr. in c. si iudex, & Bald. in l. si qua per calumniam, col. 1. ver. sed ponamus. C. de epis. cler.*

Poterit etiam † iudex secularis, si voluerit, per viam informationis summariè cognoscere, an verè sit clericus, & an putet amisisse priuilegium ad hunc finem, vt remittat, si cognouerit remittendum, nõ autem vt pronunciet esse vel non esse clericum, amisisse priuilegium vel non amisisse. *ita Archid. in capitulo, frequens, 60. di. & Anto. de Butr. in capitulo, tuam, de ordi. cogni.* & tali casu informationis non tenebitur citare partem, *vt dicit Bald. in dicta leg. si qua per calumniam, numero 2. in fi.* Et talem informationem sumere etiam per testes, quia quem esse clericum probatur etiam per testes, *vt omnes not. in dicta lege, si qua per calumniam,* de iure canonico. secus de iure ciuili, *vt per Alex. consilio 107. videretur, numero septimo, in septimo.* imo & per vnicum testem probari potest, *vt per Bald. & Fely. in capitulo, licèt, il primo, de testi. Bellem. decisio. 114. & Guido Papæ, decisio. 474. & Iason consilio 120. in quarto.*

Et statim quod † iudex secularis videt instrumentum, vel literas clericatus, deberet remittere, neque anxiè discutere, an aliquid contra eas posset opponi, *vt inquit Bald. in leg. si qua per calumniam, colum. 1. in fi. & Alex. d. cons. 8. in primo, & cons. 169. in 6. & Cœpol. cons. 10. & etiam cons. 11. per totum.*

113 Sed quid † si producit literas, in quibus saperet Papam contulisse sibi beneficium tanquam clerico, an ex hoc solo probatum erit eum esse clericum. Dic quod sic præsumptiuè, nisi probetur contrarium. *ita Ioan. Andr. in capit.*

*capit. non licet, de reg. iur. in 6. in Mercur. in solutione q. sequitur Lapus alleg. 7. & Andr. Sicul. in cap. in nostra, numero 15. de rescrip.*

114 Sed posset dubitari, † an si detentus à laico, qui sciebat eum clericum, fateatur coram eo se esse laicum, & laicus contra eum procedat, & condemnetur, an excusabitur. Innoc. *in c. vt famæ, de sententia excommunic.* tenet quòd non. *idem tenet Ioan. Andr. in d. cap. si iudex, de sententia excommunic. in 6. & Bald. in d. l. si quæ per calumniam, numero 3.* & est ratio, quia talis confessio est facta coram iudice incompetenti. ergo non valet, neque potest præiudicare, *c. at si clerici, de iudi.*

115 Sciendum quoq;, † si clericus nihil opponeret de incompetentia iudicis laici, & ab eo foret condemnatus habet duplicem viam reparandi grauamen, quia potest vel appellare ad superiorem ipsius laici iudicis, & docere de nullitate, vel etiam potest recurrere ad ecclesiasticum, qui inhibeat laico, ne exequatur. *ita Pet. de Anchar. in c. ea quæ, in 5. q. de reg. iur. in 6. & in cap. nullus, de foro compet. vbi Andr. Sicul. numero 100. est in colum. penult. ver. quærit hic D. Pet. de Anchar.* vbi refert Bartol. ita consuluisse & attestari, quòd ita seruatur, quòd iudex appellationis laicus poterit pronũciare super incompetentia, & ita quoque consuluit Steph. Bertran. *cons. 209. nihil obstat, numero 2. in tertia parte impressorum anno 1532. & in cons. 182. pro faciliori, numero 3. ver. fortè verò dicetur, primo volum. impressorum anno 1534.* vbi concludit, quòd imò & ipse iudex, qui tulit sententiam, poterit eam reuocare prætextu incompetentiæ, *iuxta leg. si præses, C. quomodo & quando iud. & l. 4. C. de accusa. & dixi supra in 22. Extens.* sed tamen clericus, qui non opposuit, erit condemnandus in expensis factis coram laico, *ita Belleme. in decisio. 227. incip. in causa mea, & sequitur Felyn. in cap. exceptionem, numero primo, de excep.*

116 Neque hoc omitto, † quòd si deprehensus à laico iudice impetrasset inhibitionem ab ecclesiastico, qui postea renunciasset promittens ea non vti, non valeret talis renunciatio & semper posset petere se remitti ad iudicem suum, *c. contingit, de sententia excommun. & ita in specie tenuit Gemin. in cap. 1. §. & cum Parisiense, de cler. coniuga. in 6. & consuluit Stephan. Bertran. cons. 67. viso casu, nume. 12. in secundo, impressorum anno 1532. quinimo idem consuluit cons. 182. pro faciliori, numero 3. in fin. & 4. & 5. in primo impressorum anno 1534.* quòd ecclesiasticus potest reuocare clericum etiam inuitum ad forum suum, & excommunicare iudicem laicum, qui ipsum detinet etiam volentem, allegat Innoc. & alios, *vt ibi per eum.*

117 Istud quoque † notandum, quòd quis in dubio non præsumitur clericus, nisi probetur, sed præsumetur laicus, *c. legum, 2. q. 1. & cap. presbyteri, 68. d & tradit Ioan. Andr. in cap. scienti, de reg. iur. in 6.* & consuluit Brund. Asten. *cons. 38. visis concessionibus, numero 9.* & præter eum Bald. qui etiam hoc tenet *in cap. at si clerici, §. de adulterijs, vbi Sicul. numero 94. de iudi. & in cap. significasti, de foro compe. numero 2.* Et hoc quoque notandum, quòd si quis asserat se clericum cum non sit, poterit puniri à laico etiam tanquam falsarius, dummodo se etiam ingesserit in actibus spectantibus ad clericos, *Bald. in leg. qui sub prætextu, in fin. C. de sacrosan. eccle. sequitur Felyn. in cap. 3. loco, de probat. numero 2. in fi.*

118 Nonò limitatur † supradicta conclusio, quando clericus commisisset delictum, & timetur de fuga, quam præparat, quia potest capi non modò à iudice laico, sed etiam à priuato. ita Innoc. *in cap. si verò, de sententia excommunica. Card. & Imola in clem. 1. de off. ordin.* dummodo eam habeant intentionem, vt illum præsentent iudici suo ecclesiastico, vt pluribus comprobat *Ruy. cons. 4. proponitur, nume. 13. in 5. volum. & tradit Abb. in cap. cum non ab homine, vbi Sicul. nume. 57. de iudi.* & ibidem etiam idem Sicul. post Panor. dicit, *numero 59.* quòd familia Potestatis potest capere clericum de nocte illicitè incedentem, vt obuietur delictis, quæ posset ipse ea nocte perpetrare. Et quòd etiam de die potest capi per iudicem laicum, si timetur de fuga, donec adeatur ecclesiasticus, & talis captura clerici facta à laicis infamat, & etiam facit indicium coram ecclesiastico, si fuisset captus in flagranti crimine imò faceret notorium, *vt pul per Abb. in d. cap. cum non ab homine, vbi Andr. Sicul. nume. 78. & seq. & etiam hæc sequitur ibi Deci. nume. 10. & Alcia. nume. 46. 58. & plur. seq. & Ripa in cap. primo, nume. 88. de constit.* Et quòd possit capi à laicis, vt offeratur ecclesiastico, tradit Bartol. *in leg. si miles, C. de exhib. reis. & in lege, si quis in seruitute. ff. de fur. & Bald. in lege, si qua per calumniam, C. de epis. & cleri.* sequitur etiam Anchar. *in cap. ea, quæ, de regu. iur. in 6. numero vigesimoquarto.* vbi etiam quærit, † an episcopus possit dare licentiam laico capiendi clericos nomine suo. & concludit, quòd specialem licentiam de aliquo clerico capiendo dare potest, generalem autem non, nisi quando contra constitutiones reperirentur in flagranti, vt de nocte cum armis. *vide ibi, & ita dicit Venetijs practicari. & tradit etiam Abb. in capitulo, si verò, de sententia excommunic.* qui tamen text. videtur vrgere contra præd. limitat. quia dicit, quòd laico non licet deprehendere clericum etiam repertum in adulterio, quibusdam personis exceptis ibi declaratis. & tamen verosimile est, quòd deprehensus in adulterio conetur aufugere, *lege prima. ff. de bon. eo. qui sibi mor. consciu. capitulo, vt famæ, de sententia excommunicat.* nisi responderes, quòd ibi loquitur in delicto consummato, in quo non erat spes, vt detentus non perficeret adulterium. Item in eo crimine de iure canonico non erat ingerenda pœna sanguinis vel nimium grauis, ideo non ita poterat timeri fuga.

120 ¶ Decimò limita, † nisi fuisset ille clericus degradatus à iudice ecclesiastico, quia tunc poterit à iudice seculari iudicari, ex quo degradatus amittit priuilegium fori, & efficitur subiectus foro seculari, *c. nouimus, de verb. sign. c. 2. de pœn. in 6. tradit Io. Andr. & omnes, in c. cum non ab homine, de iudi.*

121 Sed aduertendum, † quòd dato quòd sit degradatus ob aliquod crimen & traditus curiæ seculari, tamen iudex secularis non statim exequetur contra eum sententiam ecclesiasticam, vt scilicèt habeat eum pro conuicto quoad pœnam, quæ pro delicto, pro quo fuit condemnatus ab ecclesiastico, veniret imponenda de iure ciuili, sed ipse iudex laicus iterum causam examinabit, & si viderit innocentem, poterit eum absoluere, *text. est clarus in §. si vero crimen, in Auth. de sanctiss. episcopis, vbi etiam gloss. & Angel. idem tenet Bartol. in l. Diuus. de custo. exhib. reo. & in leg. Magistratibus, vbi Alexand. & Paul. idem tenent, & idem tenet Bartol. in l. 1. in fin. princip. ff. si quis ius di. non ob. & facit gloss. in auth. clericus, in ver. per episcopum, C. de episc. & cleric. & idem tenuit ad longum disputans Lucas de Penna, in lege prima, quæst. 1. de priuil. schol. sub numero 9. & in l. fi. quæstione tertia, de vetera. lib. 12.* & quamquã Canonistæ contrarium teneant, *vt per Archid. in c. statuimus, vbi etiam Gemin. 11. quæst. 1.* dicentes d. §. si verò crimen, esse correctum. & licèt Luc. de Penna *in d. lege prima, de priuil. schol.* dicat, quòd non est verum, quòd d. §. si verò crimen, sit correctus hodie, quia nullum text. vidit corrigentem, & erubescimus, cum sine lege loquimur, *vt per eum*: attamen reperio Angel. *in d. l. Magistratibus, de iur. omn. iud. in fi.* verbis, dicentem d. §. esse hodie correctum per quandam extrauagãtem, quam Federicus edidit Paduæ contra hæreticos, quod authenticum huius bullæ est apud Inquisitores hæreticæ prauitatis, & quòd ipse penes se habebat exemplum, & Canonistæ fortè de hac loquuntur. *quam opinionem Cano. tenent Petr. de Anchar. & alij in capitulo, at si clerici, de iudi. & in capitulo primo, de off. ordi. & ex Legistis Bald. in dicta auth. clericus, & Salyc. in lege, ea quidem, in octaua columna. C. de accusa. & Angel. in dicta leg. diuus, de custo. reo. per text. in capitulo, vt inquisitionis. §. prohibemus, de hæreti. in 6. & in §. si autem ecclesiastica, cum gloss. in Authent. de sanctiss. episcopis.* vbi prohibetur iudex secularis de hæresi cognoscere. Imola *in dicta capitulo primo,*

*de off. ordi.* dicit, quod Legistæ communiter tenent opin. Bartol. Canonistæ verò contrarium. & dicit Lucas de Penna *in d. lege prima, de priuil. scholar. numero nono*, quòd Canonistæ tenent contrarium, quia dominari & reuereri cupiunt. & opin. Bart. pluribus comprobat Io. Igne. *in lege prima*, §. *cum dominus, numero 34. 40. & 41. ff. ad Syllan.* Distinguunt tamen pro concordia prædictarum opinionum aliqui sic, quòd aut loquimur in criminibus mere ecclesiasticis, vt de hæresi; & tunc quia iudex secularis est incapax talis iurisdictionis, *dicto* §. *prohibemus, & dicto* §. *sin autem*, non poterit cognoscere: aut verò loquimur de crimine mixto, vt sacrilegio, cuius iurisdictionis capax est laicus, *cap. cum sit generale, de foro compe.* & isto casu vera erit opin. Bartol. licèt ipse verè loquatur in primo casu hæresis, & malè, & cum ista concordia transit Alexand. & Ias. *in dicta l. Magistratibus. ff. de iur. omn. iudi. & tandem etiam Deci. ibi, & in c. at si clerici, de iudi. nume. 15. circa fin.*

Ego verò istis conclusionibus puto omnia, quæ per Scribe. dicuntur, colligi posse pro veritate.

122 Prima sit conclusio, † quòd si clericus sit degradatus ab ecclesiastico, & ipse degradatus post degradationem committat aliquod crimen, quòd tunc tanquam laicus potest ab ipso iudice seculari iudicari & condemnare, quia exutus est omni priuilegio clericali, vt inquit text. *in capitulo secundo, de pœnis, in fin. vbi gloss. vltima*, & ideo seculari foro est applicatus, *vt inquit clarè text. in capitulo, nouimus, de verb. sign.* & secundum hanc primam conclusionem procedit limitatio ista propriè ad regulam nostram.

123 Secunda sit cõclusio, † quòd si iudex ecclesiasticus per sententiam iudicauit degradandum, & degradauit, illumque tradidit iudici seculari puniendum pro eo delicto, pro quo fuit degradatus, etiam si delictum sit ecclesiasticum, neque in sententia ecclesiastici condemnatus sit ad mortem vel pœnã corporalem, prout condemnari non possunt clerici, *capitu. clericis, & capitulo sententiam sanguinis, ne clerici, vel mon.* sed traditus sit seculari, vt ipse circa pœnam sanguinis iudicet: tunc teneo, quòd iudex laicus non tenebitur illum condemnare ad mortem, si conscientiæ suæ id visum non fuerit ex processu formato coram ecclesiastico, sed poterit ipse melius inquirere. & ratio est, quia non est iste condemnatus ab ecclesiastico ad pœnam mortis, ideo non potest laicus dici merus exequutor ecclesiastici, quia ille dicitur exequutor, qui alterius vel suam sententiam exequitur, à qua ei non licèt vel latum vnguem recedere, *l. si vt proponis, C. de exequu. rei iudi.* §. *tripli, Institutio. de actio. & in Authent. de exequutor. per totum, lege, ab exequutione, C. quorum appellat. non reci.* sed si vult hunc punire ad mortem, non 125
potest dici, quòd exequatur sententiam ecclesiastici, quia is non damnauit ad mortem. neque etiam potest dici, quòd exequatur suam, quia nullam tulit sententiam ipse laicus. ergo non potest dici exequutor: & ideo cessat fundamentum aduersariorum, quod est potissimum, quòd scilicet exequutor non potest cognoscere, sed tenetur ad vnguem exequi, quia hic nulla potest cadere exequutio ad pœnam corporalem sententiæ, quæ in rerum natura non est. Quæ mea opinio comprobatur efficaciter per text. *in d. c. nouimus, de verb. sign.* qui loquitur etiam in crimine hæresis, *vt exponit ibi gl. in ver. vel aliud flagitium graue.* & disponit, quòd vbicunque clericus est degradatus, pronunciandum est per ecclesiasticum, iudice seculari præsente, vt is iudex laicus in suum forum recipiat degradatum, & sic intelligitur tradi curiæ seculari, pro quo tamen (inquit text.) debet ecclesia efficaciter intercedere, vt citra mortis periculũ circa eum sententia moderetur. Pondero primò, quòd ecclesiasticus pronunciat, quòd iudex secularis in suum forũ recipiat. forus autem est exercendarum litium locus, & constat causa, lege, & iudicio. causa est negotium, quod discutitur; lex, qua discutitur: iudicium, quo finitur, *vt omnia hæc habentur in cap. forus, eodem titul de verb sign.* si ergo iudex in forum suum recipit, ergo recipit, vt forum exerceat, & causam discutiat. nam hæreticus etiam dicitur de foro seculari, & coram eius iudice potest confiteri, *vt est gl. in cap. 2. in ver. confessos, 23. quæst. 5. similis est text. secundum hanc ponderationem in c. super eod. ibi, seculari decernuntur iudicio, de hæret. in 6. quem ad hoc ponderat Andr. Sicul. in cap. 1. de off. ordi.* & Alciat. *ibi, numero 64. Pondero secundò. dict. cap. nouimus*, dum inquit, pro quo tamen debet ecclesia efficaciter intercedere, vt citra mortis periculum circa illum degradatum sententia moderetur. aut ergo vult text. quòd iudex secularis moderetur sententiam ecclesiastici, & hoc non potest dici: quia vt dixit, ecclesiasticus non profert sententiam sanguinis, ergo non poterat dici quòd temperaret seueritatem sententiæ ecclesiasticæ, quæ non extabat ad pœnam sanguinis. neque est verosimile, quòd sententia ecclesiastica sit seuerior seculari, & quòd ideo sit temperãda & moderanda ab ipso seculari. necesse est ergo, quòd intelligamus illum text. loqui de moderanda sententia ferenda per iudicem secularem, quæ nondum lata erat, vt ibi præsupponitur, sed sententia est, quæ finem litibus imponit. *l. vlt. C. de erro. aduo. & not. in l. 1. §. biduum. quando appellan. fit. & in lege, quod iussit de re iudi.* & sententia sine causæ cognitione est ipso iure nulla, *l. ex stipulatione, & l. prolatam, C. de sentent. & interloq. l. vltima, & l. si iudex. C. commun. vel epi. cap. ponderet, 50. di. cap. Deus omnipotens, 2. q. 1. cap. quæro, 6. q. 1. cap. summopere, 11. q. 3. c. cum ex literis, de restit. in integ.* ergo necesse est, vt proferat sentẽtiam valituram, quòd
124 prius de causa cognoscat. & præterea † dum dicit text. quod ecclesia debet intercedere, vt moderet sententiam citra pœnam sanguinis, illa interces̃io non denotat necessitatem, vt scilicet possit ecclesia cogere censuris ecclesiasticis iudicem secularem, vt condemnet citra pœnam sanguinis, sed quod tantum precibus & suasionibus intercedere debet, *vt ibi inquit gloss. in ver. intercedere, quã sequuntur ibi omnes.* est ergo in libero arbitrio iudicis deuenire ad sententiam sanguinis vel non: sed an pœna sanguinis vel mitiori dignus sit, non poterit vnquam iudex secularis iudicare, nisi merita causæ cognoscat, ergo poterit & ipse cognoscere. Et sic concludo in hac secunda conclusione, quòd si ecclesiasticus non condemnauit alia pœna quàm degradationis, ex quo per ipsam degradationem factus est de foro seculari & datus iudici laico iudicandus, laicus iudex debebit cognoscere per prædicta: quia tunc non est merus exequutor, sed potest dici mixtus, perinde ac si dictum fuisset, exequaris citatis citandis, *vt tenet Cardin. cons. 64. Dominus noster Papa, & cons. 94. nobiles viri, & Felyn. in c. de catero, nu. 10. de re iud.*

125 Tertia sit conclusio, † quòd in tali cognitione iudex secularis non poterit iudicare per sententiam suam, an ille, qui iam degradatus est per sententiam ecclesiastici, sit hæreticus, vel non. quia crimen hæresis est merè ecclesiasticum, & ita procedit text. *in* §. *prohibemus*, neque de eo poterit cognoscere vt super hoc, an sit hæreticus vel non, possit pronunciari, sed bene poterit ipse inquirere pro suæ conscientiæ instructione, vt sciat, quid sibi agendum, quomodo sententia sua moderanda sit, an scilicet condemnare debeat ad pœnam sanguinis, an mitiori. & similiter an verè fuisset hæresis illa, pro qua inculpabatur, vel potius fuisset crimen seculare vel mixtum, prout in casu relato per Alcia. *in d. c. 1. de off. ordi. nume. 66.* in quo quædam mulier tanquam malefica ob poculum amatorium exhibitum fuerat de hæresi condemnata, potest ergo pro sui instructione inquirere: nam si non cognouerit ipsum degradatum ei delicto, pro quo fuit degradatus obnoxium, nullam proferet sentẽtiam, sed ipsum non puniet, sed relaxabit: quia vt dixi, non cogitur exequi sententiam ecclesiasticam, quæ præsupponitur nullam indixisse pœnam præter degradationem, quæ per talem relaxationem non impeditur, & sic non fit iniuria ecclesiastico iudici.

Quarta,

126 Quarta, sit conclusio, † quòd si iudex ecclesiasticus tulerit primo sententiam sanguinis contra clericum, quod facere potest, dummodo non sit clericus, quia potest ecclesiasticus delegare laicum, vt talem proferat sententiam, *vt tradunt gloss. & omnes in d. c. clericis, & c. sententiam sanguinis. ne clerici, vel mona.* & ideo vt talis sententia possit exequi quoad pœnam corporalem, degradatus fuit, & imploratum brachium seculare, vt talem sententiam exequatur, & tunc dicitur esse merus exequutor, *vt tradit Abb. in c. de cætero, de re iudi. in 5. colum. 3. membro.* ideo non potest aliquid cognoscere, neque aliquam exceptionem admittere, *vt inquit ibi Abb. & Bartol. in l. à diuo Pio, de re iudi. & tradit latè Felyn. in d. c. de cætero, in secunda conclusione, est numer. 5. & in istis terminis intelligo text. in d. c. vt inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. in 6.* Verum est, quòd vbicunque iudex secularis clarè cognosceret sententiam iniquam & iniustam, posset, imo deberet supersedere & nõ mittere exequutioni: iniustè enim condemnatum non modò licèt iudici laico, qui publicam habet potestatem, sed & cuicumque priuato etiam eripere è manibus iudicis & saluare, maximè vbi grauamen est irreparabile, *vt est gloss. no. in cap hi, qui. 14. q. 6. & in cap. non inferenda, 23. q. 4. & est text. vbi Bald. not. in leg. si quis prouocatione, C. quorum appel. non re. & Card. in clemen. 1. de re iudi. & Petr. de Ancha. in cap. ea quæ, in 6. colum. de reg. iur. in 6. Et ita in specie de exequutore mero tenuit Abb. & ibi Felyn. in d. cap. de cætero, de re iudic. & istam conclusionem tenuit expressè Abb. in cap. 1. de off. iudi. & ibi Alcia. numero 67.* Quæ tamen vera intelligo, quando sententia esset notoriè iniusta & damnum irreparabile, quia neque per supplicationem, neque aliter posset succurri: quia tunc licèt etiam priuato resistere etiam armata manu, *vt per Abb. & omnes in cap. ex literis, de off. deleg.* si verò non esset notoriè iniusta, sed dubitaret iudex secularis, & videretur sibi iniusta, posset supersedere & rescribere, & rem in longum protrahere, non tamen posset relaxare, *iuxta not. per gloss. & alios in cap. si non cognitio, 25. q. 6. & Gemin. in cap. sicut, 2. q. 1. & Abb. in d. cap. de cætero, in 2. columna, ver. sed contra, de re iudi.*

127 Quinta conclusio, † quòd si iudex ecclesiasticus vult ipse exequi suam sententiam secundũ canones, sed propter impotentiam inuocat brachium seculare, tunc nulli dubium, quòd secularis non cognoscet. *iuxta l. Episcopale, in fin. C. de episc. aud. tradunt omnes in d. capitulo primo, de off. ordi. vbi Alcia. nu. 70. in fin.*

128 Sexta sit conclusio, † quòd si iudex ecclesiasticus non iudicasset prius ordine iudiciario seruato, sed extraiudicialiter processisset, & committeret exequutionem laico. nam hoc casu secularis non tenebitur parere, quia in extraiudicialibus iudex ecclesiasticus non est maior secularj, sed par: ergo ei mandari non potest, *c. cum ad verum, 96. di. not. omnes in c. si. quando, de off. delega. & in d. c. 1. de off. ordin. vbi Alcia. nu. 69.*

129 Septima, & vltima sit conclusio, † quòd si crimen de quo fuit condemnatus ab ecclesiastico, erat crimen mixtum, vt sacrilegium, quòd poterit secularis requisitus, vt exequutor cognoscere; quia cessat ratio Canonistarum, quòd laicus non sit capax iurisdictionis, *& ista est Communis, quam tenent omnes in d. l. magistratibus, de iur. omn. iudi. & in cap. 1. de off. ord. vbi Alcia. nu 70. dicit hanc communem.* Quam tamen dubitabilem censeo in puncto iuris: quia aut iudex secularis suscepit mandatum ecclesiastici, vt exequatur sententiam ipsius ecclesiastici, & tunc oportet, quòd exequatur vt merus exequutor, quia iam suscepit mandatum & intendit iam factam exequi, non de nouo iudicare: aut non suscepit mandatum, & tunc fortè posset cognoscere.

130 ¶ Vndecimò limitatur † in clerico, quia non est actu ipso degradatus, sed primo verbo tantũ depositus, postea quia incorrigibilis excommunicatus, postea crescente contumacia anathematizatus. talis enim per secularem iudicem comprimendus est absque eo etiam, quòd sit degradatus, *text. est, quem ita omnes intelligunt in c. cum non ab homine, de iudi.* hæc ergo requiruntur, vt limitatio ista locum habeat. Primò, vt sit depositus ab officio & beneficio, non tamẽ ab habitu: quia adhuc tenetur clericaliter viuere, & pœnitentiam agere. *c. dictum, 8. dist. gl. 2. in cap. contingit, de sententia excommunica.* Differt enim in hoc tantum depositus à degradato, quia depositus dicitur, qui priuatus est officio & beneficio, non tamen solemniter, ideſt non sunt ablata insignia & habitus clericatus. Degradatus autẽ, cui hæc solemniter ablata sunt, *cap. episcopus presbyter, 11. quæstio. tertia, & tradit Archid. in cap. quod quidam, nume. 18. prima, quæstione prima.* Secundò requiritur, quòd sit incorrigibilis. Incorrigibilis autem dicitur pluribus modis, vt quando quis perseuerat in delictis perpetratis, vel similibus vel etiam minoribus, sed frequenter. Item si ter monitus non desistit, *c. contingit, il 2. de sententia excommu.* Item quando pœnitentiam iniunctam non exequitur, sed se occultat, vel tergiuersatur, *c. vt famæ, de sentent. excomm.* Item qui monitus verbis non abstinet, cap. neminem, *per quem text. hoc ibi not. Domin. 45. dist.* Item fugiens de carcere dicitur incorrigibilis, quæ tamẽ vera sunt intelligendo incorrigibilem largo modo pro obstinato, qui tamen in totum non est deploratus, sed potest supereſſe adhuc aliqua salutis spes: nam propriè incorrigibilis est, qui correctionis suæ & melioris vitæ nullam spem reliquit, vt declarat *Dec. in d. cap. cum non ab homine, num. 17.* Sufficit ergo, quòd largè sit incorrigibilis, quẽ illum esse vnico verbo puto qui contemnit leges, pœnas impositas, & mandata iudicum, & deliberatè illis reclamantibus vult delinquere, vt per gl. *Domi. & omnes, in cap. metropolitanum, 2. q. 7.* quæ dicit, quòd contemnere est non curare. faciens enim scienter contra ius vel contra mandata, dicitur contemnere, *gl. in cap. cum illorum, in ver. in contemptis. de senten. excommunica.* & licèt sciam aliud esse contemnere, aliud non parere, *iuxta gl. in cap. quis autem, 10. dist.* tamen intelligo de eo contemptu, *vt dixi*, quando quis spreta correptione deliberatè perseuerat, *vt per Felyn. in cap. cum quidam, nu. 11. de iureiur. & in cap. 2. de maio. & obe. nu. 11.* Tertiò requiritur, quòd ex eo, quòd est incorrigibilis, excommunicetur, ideſt, extra communionem eijciatur & sacrorum, sermonis, & mensæ, & consuetudinis, *vt per totum ferè titulum de senten. excommunica. & de cler. excommu. in cap. si quis episcopus. c. placuit, cap. sicut, cap. excommunicato, & c. qui communicauerit, & alijs multis, 11. q. 3.* & *ferè per totam.* & hæc pœna excõmunicationis omnibus ecclesiasticis maior est pœnis, *c. corripiantur, 24. q. 3. & per Felyn. in cap. qualiter, il secondo. §. vltimo. nume. 26. de accusa.* Quartò requiritur, quod crescente contumacia anathematis mucrone feriatur. Anathema autem, vox est Hebræa, qua solebant Hebræi extremam detestationem significare, *vt exponit Hieron. in expositione cap. 1. ad Galatas.* Anathema ergo, est solemnis excommunicatio cum diris imprecationibus, *vt per gloss. in cap. ab Apostolicæ, in ver. anathematis, de re iud. in 6. cum concor. de quibus per Dec. in d. cap. cum non ab homine, numero 13. de iudi.* quibus vtebantur etiam antiqui Athenienses, *vt est videre apud Plutar. in vita Alcib. & apud eundem in problematis Rom. cap. 43. & apud Euripidem in Oreste*, qui mos, & apud Romanos viguit: nam Atheius Tribunus plebis hoc anathemate, nempe diris execrationibus damnauit Crassum in Parthos proficiscentem, author Plutar. in Crasso, de quo meminit etiam Tul. de Diuin. li. primo, & Arnob. lib. 8. disput. aduersus gentes. Et de his execrationibus Liui. meminit lib. 6. 3. Deca. his verbis, Qui victus acie excessisset, ne quis vrbe, tecto, mensa, lare reciperet diram execrationem, in populares obtestationemque, quam sanctissimã potuerunt, aduersus hospites composuerunt. Postremò (vt hoc nõ omittam) dum Abb. & magis communiter omnes *in d. c. cum non ab homine, vbi Dec. nu. 16.* tenent, quòd non requiratur sententia declaratoria, quòd sit incorrigibilis, mihi videtur clarissimum ex illo text. quia si debet excommunicari, statim

Incorrigibilis.

Excommunicatio.

Anathema.

quòd excommunicatur, declaratur incorrigibilis tanquam necessarium antecedens.

131 Duodecimo limitatur † in clerico bigamo in minoribus cõstituto, quia videlicet duas habuit vxores, vel cum vidua aut corrupta vnica contraxit, *iuxta cap. 3. de bigam.* tales enim omni priuilegio clericali sunt nudati, & coer ctioni fori secularis addicti, vt inquit text. Concilij, *in cap. vnico, de biga. in sexto.* Quæ tamen dispositio non procedit in clerico bigamo in sacris constituto, *vt tenet gloss. in c. quisquis, 84. dist. & tenent omnes communiter in d. c. 1. de bigam. in 6. & in d. cap. quisquis.* & est ratio quia in minoribus constituti, cum non habeant characterem, possunt ad seculum redire, & censentur in seculo, si cõtrafecerint, non autem sic clerici in sacris constituti: ideo gaudent priuilegio, donec excommunicentur incorrigibiles, & anathematizentur, *iuxta cap. cum non ab homine, de iud. de quo supra* & idem tenent omnes *in d. cap. 3. de bigam.* licèt referant quendam Bonaguid. contrarium sensisse. Qui

Bigami.

132 autè, † & quot modis dicantur Bigami verè, fictè, vel interpretatiuè, videndum per Gofred. & Host. *in summa,*

133 *de bigam. & Specul. in eod. titu.* Ratio autem, † quare bigamus priuetur beneficio clericali est, quia in matrimonio duplex consideratur sacramentũ ad similitudinem duplicis coniunctionis, quæ est in Christo. Prima coniunctio animorũ, quę significat vnionẽ animę ad Deum. Secundò coniunctionem Christi & ecclesiæ, & humanitatis & diuinitatis in Christo. Quæ coniunctiones cum non possint esse nisi vnicę, meritò non potest ritè reprę-

138 sentari, nisi in primo matrimonio carnali. nã cum quis transit ad secundũ matrimonium, recedit ab vnitate, & diuidit carnem suam, & ideo non potest verificari illud Gen. 2. Erunt duo in carne vna, & per consequens non potest verificari, neq; repræsentari illa vnica coniunctio diuinitatis, & humanitatis in Christo, neq; illa Christi cum ecclesia, neq; postrema illa animę nostrę cum Christo, quæ ratio sumitur ex tex. *in cap. debitum, de bigam. & in cap. acutius. 26. distin. & in c. in Christo, de consecra. dist. 2.* ex

134 qua ratione † infertur, quòd si quis vnicam virginẽ duxit, quę postea adulterium cõmisit, & postea reconciliatam cognouit, quòd amittit talis priuilegium clericale, quia sufficit, quòd cum virgine à principio contraxerit. & licèt ipsa diuiserit carnẽ suam ex post, ipse tamen non diuisit, *quod probatur in cap. 1. de cler. coniug. & ita fuit iudicatum concorditer per omnes in Capel. Tholo. q. 64. incip. item fuit quæsitum, & sequitur Aufrer. in d. clemen. 1. de offic. ord. in pri-*

135 *ma regula, in 8. fallen. est nume. 16.* Et pariter † ex ea ratione infertur, quòd qui aliquam virginem ante matrimonium cognouit, postea cum ea contraxit, sed mortua est, antequam cognoscere et eam in matrimonio, quòd non dicetur amisisse priuilegium, quia matrimonialiter non diuisit carnem suam. ergo non est bigamus, *d. ca. debitum, & tenet Capella Tholos. q. 254. item fuit quæsitum. & Aufrer. in loco præallegato.* Quod si quis contraxisset cum vnica virgine, quam etiam pluries in matrimonio cognouisset, sed postea eo peregrè profecto, & pro mortuo habito d. eius vxor iudicio ecclesiæ cum alio contraxerit, quæ tamen reuerso primo marito voluerit ei adhærere, ad quod etiam coactus fuerit censuris ecclesiasticis, hic dicetur bigamus, & amittet priuilegia clericalia, *vt habetur in ead. Capel. Tholos. q. 255. & per Aufrer. etiam vbi supra.* Ad hoc enim vt quis à bigamia excusetur, error & ignorantia non excusat, *vt habetur in cap. ille, 32. q. 5. & tradit Andr. Sicul. in cap. si vir, de adult. & tradit. Host. in summa, de bigam. in 7. q.*

136 Decimotertio limitatur † in clericis exercentibus personaliter, & publicè officium carnificũ, macellariorum, aut tabernariorũ, quia amittunt priuilegium clericale, cõcurrentibus his videlicet, si sint coniugati precedente trina monitione, quòd abstineant: si verò nõ fuerint coniugati, si præcedat d. trina monitio, & itẽ si non incesserint in habitu clericali, *vt est text. in clem. 1. de vita & hone. cler.* Quæ dispositio non extenditur ad alia similia, & vilia ac sordida officia, vt ad lenones, & custodes balneorum, & sim. *secundum cõmunem, de qua ibi per gl. Zab. Imol. & And. Sicu.* licèt Zenzel. voluerit cõtrarium, pro qua cõmuni addo: nam si debuisset fieri extẽsio de similibus ad similia in ista priuatione priuilegij clericalis, certè sufficisset dispositio cap. 1. de vita, & hon. cler. in sexto, quæ loquitur in ioculatoribus, & morionibus, & de quo supra in 6. limita. neq; opus fuisset hac noua dispositione huius clem. quia facta fuisset extensio per Interpretes ad hæc officia similia nominata in d. clem. Cum igitur facta fuerit specialis hæc dispositio in istis vilibus officijs, quæ potuissent comprehendi in d. c. 1. in 6. apparet, quòd noluerunt summi Pontifices admittere aliam extẽsionem, quàm quæ per expressas sanctiones, & canonicas constitutiones facta reperietur.

137 Decimoquarto limitatur † in eo, qui assumpsisset clericatum, postquã fuisset captus à iudice seculari, vt si in carcere sumpsisset gradus minores, vel etiam maiores, vel vouisset religionem, & illam professus fuisset. hoc enim non eximet illum à iurisdictione iudicis secularis, qui prœuenit non modo quoad causam, sed etiam quoad personam. quibus stantibus præsumitur in fraudẽ fecisse, vt scilicet se eximeret à pœna seculari, *ita Io. And. & alij, in cap. 1. de obl. ad ratiocin. & in cap. Ioannes, de cleri. coniuga & in c. ex parte, lo terzo, de priuil. & Bar. in l. 1. ff. de pœn. & Bal. in l. officiales, C. de episc. & cler. & ita iudicauit Capel. Tholo. q. 144. vbi etiam Aufrer. in addi. & idem in d. clem. 1. de offic. ordi. in pri-*

138 *ma regula, in 11 limit.* Quòd si † non fuisset capta, & prœuenta persona, sed tantũ causa, puta quia fuisset accusatus, & ante assumsisset clericatum, quàm caperetur, tunc communis opin. est omnium in locis præallegatis, quòd dato quòd post crimen perpetratũ factus fuisset clericus, quòd tamen secularis cognoscere non potest. Si verò efficeretur clericus post iudicium inchoatũ coram seculari, dato quòd variæ fuerint opiniones: hęc tamen cõmuniter est recepta, quòd quoad causam secularis tanquam prœueniens possit cognoscere, & iudicare; quò verò ad personam neq; detinendo, neq; torquendo, neq; condemnando possit contra ipsum procedere, sed tantum quoad bona, & quoad personam quoq; poterit capitaliter cõdemnari, & tunc episcopus tenebitur eum degradare, & hoc sequuntur omnes cõmuniter in locis præallegatis, & ita vidi multoties obseruari, *& tradunt etiam Scrib. in l. cum quædam puella, de iur. om. iud. & dictum fuit supra etiam in 21. extensione.*

139 Decimoquinto, limitatur † in quibusdam causis, in quibus Principes aliqui dicunt habere priuilegium longa consuetudine confirmatum, vt in Regno Galliæ, vt in casu fractionis saluæ guardiæ Regiæ, quia seculares iudices solent de hoc crimine contra clericos inquirere, & eos punire, *arg. text. in l. 2. C. vt nemo priu.* Saluam guardiam appellant Galli, quam nos securitatem, siue magis vulgato sermone saluum conductum vocamus, *iuxta l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. præsid. vbi Bartol. & in l denunciamus, C. de ijs, qui ad eccle. confug. Innoc. in cap. 1. de offic. deleg. in fin. & in cap. grauem, de senten. excommunic. Host. in cap. 1. de eo, qui mitti. in possess. cau. rei seruan. & facit tex. in cap. litteras, de resti. spol. & in cap. fi. & in cap. de benedicto, 32. q. 1. & tradit etiam Bart. in l. qui bona. §. damni. & latius in §. si pars. ff. de dam. infec. & in l. sanctum, ff. de rerum diui. & in l. capitalium, §. ad statuas. ff. de pœnis.* Et ista duo securitatem, & saluam guardiam æquiparat Io. Fab. idem & Gallus, *in d. l. denunciamus, C. de ijs, qui ad eccle. confug.* quod quidem delictum idest, fractio seu læsio securitatis indictæ à Principe, grauissimum est: lædit enim & Principem, & totam Remp. cum aliàs nemo securus, aut tutus posset vitam degere, *vt tradunt omnes in locis supra allegatis, & tradit Aufr. in d clem. 1. de offic. ordi. in prima regula, in 12. fallen. nume. 12. & Guliel. Benedic. in cap. Raynutius, de testam. in gloss. in versi. & vxorem nomine Adelasiam, in 2. decisio. nume. 152. cum plur. sequen.* Et hoc seruare deberent omnes Principes pro quiete, & salute subditorum suorum.

Saluaguardia.

Decimo-

140 Decimosexto limitat † Aufrer. *in loco præallegato in 13. fallen. sub numer. 21. in clerico portante arma*, quia in Gallia posset puniri à iudicibus secularibus ex priuilegio longa consuetudine confirmato, *vt ibi per eum, & tenet Ioan. Fab. in l. addictos, C. de episc. audi. in gloss in ver. vindicetur.* Sed hoc mihi æquum non videtur, cum portatio armorum licèt sit interdicta, est tamen leue delictum, *l. 1. C. vt armorum vsus. lib. 11.* & absurdum est, quòd pro tam leui delicto maiestas ordinis clericalis violetur, præsertim cum sit contra canones expresè, qui iubent ecclesiasticos iudices punire clericos portantes arma, *vt in cap. 2. de vita & hon. cleric. & in clem. 1. §. vlt. eod. tit.* & punire pœna excommunicationis, *vt dicitur in d. c. secundo*, & sic pœna ecclesiastica. fateor tamen, quòd si cum armis reperirentur de nocte cum habitu laicali, possent puniri per secularem ob habitum dimissum, iuxta ea, quæ dicta sunt supra in octaua lim. & ita vidi obseruari pluries, quòd clerici nocte vel etiam die reperti in habitu laicali cum armis, puniti sunt per seculares pœna torturæ publicè in dicta per Potestates pro portatione armorum.

141 Decimoseptimo limitat † idem Aufre. *vbi supra, in 14. limita. num. 22.* in clerico offendente regios Magistratus, & officiales, quia ex priuilegio longo tempore confirmato in Gallia poterit talis offensa vindicari per iudices seculares, cũ quilibet Magistratus possit iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio, *l. 1. ff. si quis ius di. non obtemp. cum alijs adductis ibi per eum*, super quibus non insisto, quia non sunt de iure communi, neq; vniuersalia.

142 Decimooctauo limitat † idem, vbi clericus vellet sibi vsurpare iurisdictionem regiam, quia tunc possent puniri per iudicem secularem, quia asserit ita fuisse in concordia facta cum summo Pontifice, *vt ibi per eum.*

143 Decimonono limitatur † in clerico delinquente in aliquo officio vel artificio laicali, quia poterit conueniri coram iudice seculari illius artis, *vt videtur tenere Aufrer. in d. c. cle. 1. de offic. ordin. in prima regula, in 16. & 17. fallen. est sub nume. 24. & 25. l. fin. C. de iu. om. iud. arguendo, de milite ad clericum, vt per gloss. & Doct. in l. miles, in princ. ff. de re iud. & per Ias. in l. fin. §. fi. in 5. no. C. de iu. deli.* quod tamen verum ego non puto, quia hoc cautum iure non reperitur. Nec obst. *d. l. fin.* quia iudex ille erat habilis ex se ad exercendam iurisdictionem in milites, non sic laicus in clericum. Et contra istam limitationem tenet And. Sicul. *in cap. cum ab ecclesiarum, de offic. ord.* Neq; obst. cap. sacerdotibus, ne cler. vel monac. per quod videntur aliqui tenere, quòd clerici assumentes administrationem, officia laicorum, si in illis delinquunt, seculares iudices puniunt, *vt deducit Aufrer. d. num. 25.* quod procedit trina monitione præcedente, vt omnes ibi concludunt, & tenent. Item procedit quoad ciuilia, non quoad criminalia.

Curialis. 144 Vigesimo limitatur † in curiali, qui se clericum ordinari fecit: nam potest per secularem iudicem etiam per manuum iniectionem ad curiam reuocari, *l. si quis curialis, vbi Bald. & alij, C. de episc. & cler.* vide plures casus in quibus etiam laicus potest procedere contra clericum *per Cassan in consuet. Burgund. car. 49. à num. 47. vsque ad num. 92.* vbi ponit plures ex supradictis casibus, & credo quòd ponat etiam alios.

## CAP. X.

## *Casus, in quibus iudex Ecclesiasticus potest contra laicos criminaliter Procedere, & eos punire.*

### SVMMARIVM.

1 *Secularis iudex in clericos, et è contra ecclesiasticus in laicos regulariter non exercent iurisdictionem, quæ regula vno modo ampliatur, num. 2. & 66. limitatur, vt num. 3.*

4 *Præuentio requiritur in mixtis.*

5 *Laicus condemnatus vel absolutus à iudice seculari de crimine, quod potest puniri etiam secundum ius canonicum, poterit etiam puniri, vel absolui ab ecclesiastico.*

1 SICVT † secularis iudex non potest exercere iurisdictionem suam in clericos, & alias personas ecclesiasticas, pariter neque iudex ecclesiasticus potest contra laicos de delictis cognoscere, & ista sit constituta regula. nam nec Papæ tenetur obedire laicus circa bona temporalia, nec clericus circa ipsa bona patrimonialia, *Innoc. in c. inquisitioni, de sent. excommunica. Host. & ibi And. Sicul. in cap. constitutus. 3. col. de relig. do.*

2 Extende primo, † vt non possit esse delegatus iudicis laici in criminalibus, præsertim in quibus ingerenda est pœna sanguinis.

3 Limita primò † in criminibus ecclesiasticis, de quibus dicam infra, dum tractabo, quomodo & quando qualitas delicti tribuat iurisdictionem; nam in illis potest iudex ecclesiasticus carcerare & punire laicum, *vt habetur in c. cum episcopus, vbi Domin. de off. ordi. in 6. & Ioan. de Ana. in cap. 2. de adult. & in rubrica de sortileg. & in c. qualiter, il secondo, in §. ad corrigendos, de accusa. & est tex. in c. contra idolorum, in ver. perpetuas includiones, 26. q. 5. & in cap. attendendum, 17. q. 4. & in cap. 1. de hæreti. in 6. & in clem. 1. eod. tit. per quæ iura hoc tenet Aufrer. in clem. 1. de off. ord. in §. regula. nume. 1.* & potest in his deponere laicum à sua dignitate, *gloss. in cap. nullus, 11. q. 1. c. si quis deinceps, 17. q. 4. & c. Adrianus, 63. dist. c. officium. § statuimus, de hæret. in 6. vbi Dominicus.*

Secundò limita in casibus, in quibus potest exercere iurisdictionem suam, quia potest iudex ecclesiasticus punire laicum etiam sibi temporaliter non subditum, vt qui detinet inuito episcopo oblationes & decimas, *iuxta c. statuimus, 16 q. 1.* & qui sacrilegium committit, *iuxta cap. quisquis, 17. q. 4.* & sic in omnibus alijs delictis mixtis, *de quib. infra dicam suo loco.*

Tertiò limita in ijs, quæ pietatem concernunt, *vt in cap. 1. de emp. & vend.* potest episcopus prohibere sub pœna excommunicationis apothecarijs, ne carius vendant res peregrinis transeuntibus, quàm vendunt in publico foro, & si non paruerint, potest eos punire, *vbi etiam Panorm. & alij Scrib. plura ad hoc deducunt*, & similiter potest punire commiscentes alias res viliores cum mercib. pretiosioribus, vt farinam fabæ cum cera, & cum oleo, & simil. *& sequitur Aufrer. in 5. regula, num. 2.*

Quartò limita in iudice seculari, qui tertiò monitus iustitiam clericis ministrare neglexerit, quia poterit excommunicari, & etiam iurisdictione priuandus erit, *iuxta tex. & gloss. in cap. administratores, 23. q. 5. vbi Archid. & notant omnes in auth. statuimus, C. de episc. & cler.*

Quintò limita in omnibus casibus, in quibus iudex secularis aliquid faceret contra decisiones canonum, quia potest ei præcipere sub pœna excommunicationis, quòd non faciat, & illum excommunicare, vt quòd non exequatur testamenta vsurariorum, *vt not. Bald. Salyc. & alij, in l. consulta. C. de testam.* Et pariter ne mandet exequtioni testamentum incestuosi, *vt dicit Bald. ibi, dicens Fed. de Senis ita consuluisse.* & similiter potest mandare iudici seculari, ne procedat contra clericum etiam volentem, *gloss. in c. decernimus, de sent. excom. in 6. Ang. in l. ex causa, de postul. & in d. l. consulta, & Cæpol. cons. 10. col. 1.*

Sextò potest ecclesiasticus interdicto subijcere locum, in quo iudex secularis absque iusta causa vult detinere clericum, neq; curat monitus remittere, *cap. canonici, de offic. ordin. in 6. cap. licèt, de iureiurand. capitul. final. de except. cap. decernimus, & cap. si iudex laicus, de senten. excommun. in 6.*

Septimò potest ecclesiasticus, & episcopus cognoscere de delictis commissis per suos officiales, & familiam suam laicam, *arg. l. si quis forte, §. si quos Comitum, ff. de pœnis. §. quòd si delinquentes, in Auth. de mand. Prin.* ideo si nuncius falsum referret, posset ipse punire, *Bald. in l. 2. C. de sportu. & in c. cum parati. de appel. vbi Præpos.*

Octauo limita, vt possit ecclesiasticus per mucronem excommunicationis cogere iudicem secularem, vt sibi præstet brachium seculare, vt exequatur suam sententiam contra contumaces, quos sola excommunicatione compescere non potest, *vt no. glos. & omnes in cap. 1. de offic. ordin. & in cap. 2. de excep in 6.* sicut è contra iudex ecclesiasticus tenetur impartiri brachium suum seculari, si illo indigeat, *vt not. Innoc. in cap. licèt ex suscepto, de foro compe.*

Nonò limita, vt possit ecclesiasticus, quando videt notorium crimen, & negligentiam iudicis secularis, cogere delinquentem non modò vt pœniteat, sed etiam vt satisfaciat *vt tenet And. Sicul. in cap. fin. de sepul. & faciunt, quæ no. Innoc. & idem And. Sicul. in cap. nouit, de iud. & sequitur Auffer. d. regula 5. num. 24. & pulchrè Felyn. in cap. cum sit generale, de foro compe. num. 38. vers. vltra casus per Abb. positos.*

Decimò limita, vt possit ecclesiasticus compellere laicos ad faciendam treugam, & pacem, maximè si videat imminere scandala, *Felyn. in rubrica de treuga, & pace, in septima fallen. & And. Sicul. in c. 1. in primo no. eod. tit.* maximè quando lis est intricata, & longo tempore durauit inter aliquos, *cap. placuit, 90. distinct. quod multum extollunt Anto. & Imola, in cap. 1. de mutu. peti. Abb. in cap. cum inter, de elect. & in cap. fin. 3. no. de maio & obed. & in cap. nouit, 3. colum. de iud. Paul. & Alexand. in l. quidam æstimauerunt, ff. si cert. peta. Rom. in l. 2. solut. matrimo. Alexand. in l. 1. §. & post operis, de ope. noui nunc. & in l. si quis mihi bona. §. iuxta ff. de dam. infect.*

Vndecimo limita ratione defectus iurisdictionis laicorum, vt quando subditus vellet conqueri de Imperatore, quia conqueretur coram Papa, *cap. 1. de probæ vbi omnes, Hostien. & alij in capit. nouit, de iud. & in capitul. exposita, de arbit.*

Duodecimo limita in omnibus delictis, quæ sunt mixti fori, vt contra blasphemos, *vt in cap. 2. de maledi.* item in incendiarijs ecclesiæ, & etiam aliorum locorum, *glos. & omnes, in cap. tua nos, de sententia excommuni. cap. pessimam, 23. quæst. 8. c. cum deuotissimam, 12. quæst. 1.* Item in effractoribus, & spoliatoribus ecclesiarum, *cap. conquesti, de sentent. excommunica.* Item in contrahentibus incestas nuptias, *clem. vnica. de consanguin. & affin.* Item si laicus in casu necessitatis audiuerit confessionem alicuius, & reuelauerit, *Panorm. in cap. omnis vtriusque, de pœn. & remiss. vltima colum. Clauas. in ver. confessio, l' vltimo, versic. 20.* Item si iudex laicus morti damnauerit clericum, quia poterit excommunicari, & etiam puniri in syndicatu, *Cacialup. in l. 1. C. de summa Trinit. numero 33.* Item si laicus percusserit clericum, Cacialup. *ibi.* Item in sodomita. Item in blasphematore, *ibi.* Item in committente adulterium cum incestu, *ibi.* Item in sacrilegio, *Cacialup in dicta l. 1. C. de summa Trinit. numero 33.* Idem contra violatores pacis, *vt tenet Sicul. in cap. cum sit generale, de foro competent. & not. per eum in capitul. super quibusdam, in fin. de verborum signific. per illum text. & glos.*

4 Nota tamen, † quòd in istis mixtis requiritur præuentio, *vt per Domi. in c. 2. de excc. in 6. & no. in dict. cap. cum sit generale.*

5 Et not. etiam, † quòd si laicus fuerit condemnatus vel absolutus à iudice seculari de crimine, quod potest puniri etiam secundum ius canonicum, poterit tamen puniri etiam per ecclesiasticum vel absolui, *secundū Bald. in l. placet, C. de sacrosan. eccl. & in l. si quis in hoc genus, C. de epis. & cler. & Pet. de Ancha. in regula, ea quæ, de reg. iur. in nona q. dicens Bald. ita consuluisse, & Felyn. in cap. de his, de accusa. in vers. 12. respondetur, Panorm. in cap. tua, vltima colum. de procura. & in c. de causis, penul colum. de offic. delega. & in cap. 1. vbi etiam Imola, de offic. ord. Ancha. Zaba. & Anan. in cap. 2. de adult. Bart. in l. nemo martyres, C. de sacrosanct. eccle. Fel. in c. cum sit generale, 5. colum. de foro compe. & vide Cacialup. latè in repet. l. 1. C. de summa Trin. num. 33. cum plur. seq. & quæ latè dixi inf. c. 26. num. 15. vbi latius.*

6 Decimotertio limitatur, † vt possit iudex ecclesiasticus per censuras cogere seculares iudices, vt repellant excōmunicatos ab agendo, & testificando in suis curijs, & foris, *cap. decernimus, de senten. excommunica. Bald. & Salyc. in l. placet, C. de sacrosan. eccl. & in authen. clericus, eod. tit.* si tamen insurgeret dubium, an excommunicatio opposita teneret vel non, tunc iudex erit solus ecclesiasticus, *Pet. de Anch. in cap. pia, de excep. in sexto, & consuluit Calder. num. 9. de foro compet.* sed si dubitetur tantum de facto, an verè sit excōmunicatus vel non, secularis cognoscet, *Domin. in c. fin. in fine, de foro compet. in sexto.*

Decimoquarto ecclesiasticus potest compellere iudicem laicum, vt seruetur ius canonicum in his, quæ concernunt animam, *cap. licèt, de iureiur. in 6.*

Decimoquinto limitat, vt iudex ecclesiasticus possit censuris cogere secularem, vt exequatur, & admittat exceptionem rei iudicatæ per ecclesiasticum, *cap. 2. de excc. in 6.* si res iudicata fuit facta super ijs, quæ spectabant ad cognitionem ecclesiastici.

Decimosexto limitatur, vt iudex ecclesiasticus possit cognoscere contra laicos subditos, quādo habet dominium temporale in eo loco, *cap. venientes, de iureiur. cap. fin. ne cler. vel Monac. in 6. glos. in cap. 2. de excep. in 6.*

Decimoseptimo limitatur, nisi ecclesiasticus fuisset delegatus à seculari. quod procedit etiam in causa criminali, modò ipse non proferret sententiam sanguinis, *cap. in Archiepiscopatu, de raptor. Bald. in authen. si quis litigantium, C. de episc. aud.* nam & episcopus vel alius prælatus potest esse delegatus Principis, *vt per Abb. & alios in cap. inter dilectos, de fide inst. & Cald. sub tit. de offic. deleg. consil. sexto, & Ioan. And. in addit. ad Specul. in titul. de assess. §. debet. versic. sed nunquid,* licèt debeant à talibus abstinere, *capit. teque. 11. quæst. 1. & cap. de præsentium, 16. quæst. 1. & facit l. petita, C. de episc. & cler.*

Decimooctauo limitatur in reconuentione, quia si laicus accusauerit clericum coram ecclesiastico, poterit etiam clericus reconuenire laicum coram eodem, *capit. cuius in agendo, 3. quæst. 8. Bald. in authent. & consequenter, C. de senten.*

Decimonono limitatur in criminibus de iure canonico introductis, quia de illis poterit ecclesiasticus cognoscere etiam inter laicos, vt de hæresi, de simonia, & simil. *cap. excommunicamus, de hæret. c. cum secundum. & cap. inquisitionis, §. prohibitus, eod. tit. in 6. & tenet Domi. in c. 2. de except. in 6. & dictum est supra in limita. prima.*

Vigesimo limita, ob negligentiam iudicis secularis, *cap. ex transmisso, & cap. licèt ex suscepto, de foro competen. vbi omnes.*

Vigesimoprimo limitatur, vt possit ecclesiasticus procedere contra eos, qui manus violentas iniecerint in clericum vel eius familiam, *cap. si quis suadente.*

Vigesimosecundo limitatur, vt possit ecclesiasticus procedere contra laicum falsificantem litteras apostolicas, vel illis falsis vtentem, *cap. dura, & cap. ad falsariorum, de crim. falsi,* & dicam infra *c. 26.* dum loquar de delictis mixti fori. *vers 9.*

Vigesimotertio limitatur, vt possit ecclesiasticus procedere contra ementem res ecclesiasticas à scismatico, ex quo ipso facto sententiam excommunicationis incurrunt, *cap. 1. de schisma.*

Vigesimoquarto limitatur, vt possit etiam ecclesiasticus procedere contra eos, qui naufragos spoliāt ad hoc, vt restituant, *cap. excommunicationi, de raptor. vbi Scrib.*

Vigesimoquinto limitatur, vt pariter ecclesiasticus possit procedere contra statuentes contra libertatem ecclesiæ, & contra Scriptores eorum, & contra omnes iudices laicos, qui ipsa statuta fecerint obseruari, *cap. non erit fraternitas tua, de senten. excom.*

Vigesimosexto limitatur, vt possit ecclesiasticus procedere contra laicos, qui insequuntur Cardinales aut clericos aut familiares Papæ hostiliter, vel qui percutiunt, offendunt, aut capiunt, vel qui hæc facientes receptant, & illis mandant, consulunt, vel auxiliantur, aut eorum factum ratum habent, *c. fœlicis, de pœn. in 6.* ac etiam contra Magistratus, & iudices, qui infra mensem à die notitiæ

notitiæ habitæ, non puniunt talia perpetrantes, *vt ibi tradunt omnes.*

Vigesimoseptimo limitatur, vt ecclesiastici possint procedere etiam contra eos, qui dederint licentiam occidendi, capiendi vel aliter offendendi eos, qui contra aliquem laicum tulerint sententiam excommunicationis vel interdicti, vel etiam eos, qui hęc fuerint exequuti, *cap. quicunque, de sententia excommunica. in 6.*

Vigesimooctauo limitatur, vt possint ecclesiastici procedere etiam contra laicos, qui in domo seruiunt Iudæis, aut infidelibus, *cap. Iudæi, de Iudæis.*

Vigesimonono limitatur, vt possint procedere ecclesiastici etiam contra eos, qui arma cuiuicunque generis, ferrum, vel calybem vel ligna, & alia prohibita deferunt infidelibus. & generale est, quòd vbi est causa, quæ concernit totam Christianitatem, vel decorem fidei, Papa habet iurisdictionem in laicos, *cap. ita quorundam, & cap. quod olim, de Iudæ. vbi omnes, maximè Siculus.*

Trigesimo limitatur generaliter, vt modò dixi, vbicunq; causa concerneret totam Christianitatem, & decorem fidei, quia in istis casibus Papa habet iurisdictionem in laicos, *Sicul. in c. ita quorundam, de Iudæ.*

Trigesimoprimo limitatur, vt possint ecclesiastici procedere contra laicos occidentes, capientes, vel bannientes, aut aliter offendentes episcopos, vel qui auxilium, mandatum aut consilium dederint ad hæc faciendum, vel eos defenderit, *per clem. 1. de pœnis.* neque possunt ab alio absolui, quàm à Papa, ibi per omnes.

Trigesimosecundo limitatur, vt possint ecclesiastici procedere contra eos, qui turbant interdicta, & compellunt celebrare, vel laicos manere in ecclesia vel alia facere contra, vel in derogationem *d. interdicti clem. grauis, de senten. excom.*

Trigesimotertio limitatur, vt etiam possit procedi contra laicos, qui cum non forent ciues Romani, vel incolæ Romæ, se ingessissent in electione Magistratuum Romæ, aut perturbassent electiones legitimè fiendas, *c. fundamenta, de elect. in 6.*

Trigesimoquarto limitatur, vt possint procedere contra eos, qui contrafecerunt constitutionibus promulgatis in electione summi Pontificis, vt qui scripserunt secretò litteras ad Cardinales, vel etiam contra eos, qui in sua ciuitate non obseruarunt ea, quæ sibi mãdata fuerunt in obitu summi Pontificis, *c. vbi periculũ, de elect. in 6.*

Trigesimoquinto limitatur, vt possint etiam procedere contra eos, qui grauant vel offendunt clericos in personis vel bonis in vindictam, quòd nõ elegerint eum ad beneficium, pro quo rogati fuerant ipsi clerici, *capit. sciant cuncti, de elect. in 6.*

Trigesimosexto limitatur, vt possint procedere etiam in eos, qui regalia, collectas, aut vectigalia, aut alia, quæ prius spectabant ad Dominos temporales ecclesijs concessa, denuò occupare, & vsurpare tentarent, *cap. generali, de elect. in 6.*

Trigesimoseptimo limitatur, vt possint etiam contra eos procedere, qui vi vel metu vel alijs illicitis modis extorserunt, vel extorqueri curarunt absolutionem ab excommunicatione, vel interdicto, *cap. vnico, de ijs, quæ vi met. ve cau.*

Trigesimooctauo limitatur, vt possint procedere etiam contra eos, qui cogunt ecclesiasticos submittere laicis bona ecclesiarum vel ratione patronatus, vel recognitionis, vel aliter quomodocunque, *c. hoc consultissimo, de rebus eccle non alie. in 6.* & similiter contra quoscunq; ineuntes contractus pro acquirendis bonis ecclesiæ contra formam canonum.

Trigesimonono limitatur, vt possint ecclesiastici procedere etiã contra eos, qui exigũt pedagia, & vectigalia à clericis pro rebus per eos portatis ad vsum suum, nõ autem pro negociatione, & mercimonijs, siue sint speciales personæ, siue vniuersitates, *c. quanquam, de censi. in 6. Claua. in ver. excommunicatio, il quinto, in 5. casus decimusnonus.*

Quadragesimo limitatur, vt procedant etiam contra eos, qui volentes recurrere ad ecclesiasticum, vel ea de causa litteras Pontificis impetrantes cogunt renunciare impetratis, vel impediunt iudices, ne iudicent, aut iustitiam ministrent. *cap. quoniam, de immun. ecclesiarum, in sexto.* quod refert Aufrer. *in repe. clem. 1. de offic. ord. in 79. casu, est num. 43. ver. 79.* non seruari in Gallia, & hodie quoq; penes Illustrissimos Venetos nõ obseruatur, quia ipsorum Magistratus Venetijs Aduocatores cogunt renunciari impetratis, quando laici temere, & contra ius traduntur Romæ, vel ad iudicem ecclesiasticum.

Quadragesimoprimo limitatur, vt possint etiam procedere tam contra dominos seculares, quàm cõtra alios prohibentes vendi necessaria ad victum ecclesiasticis personis, *cap. eos, de immun. ecclesiarum, in 6.* & maximè ne conducantur in Romanam curiam, *Claua. in ver. excommunicatio, il quinto. §. casus decimusnonus.*

Quadragesimosecundo limitatur, vt procedant etiam contra Doctores & Magistros, qui scientes recipiũt religiosos habitu dimisso, vt leges vel philosophiam doceant, *c. vt periculosa, ne cler. vel monac. in 6.*

Quadragesimotertio limitatur, vt procedere possint etiam contra tumulantes, id est, ecclesiasticæ sepulturæ tradentes hæreticos, vel illis credentes, vel fautores eorum, aut receptatores, nec debent absolui, nisi proprijs manibus publicè extumulent, *c. quicunque, de hær. et in 6.*

Quadragesimoquarto limitatur, vt possint ecclesiastici procedere contra laicos locantes domos suas, vel aliter fauorem aut auxilium præstantes vsurarijs forensibus, vt vsuras commodè exerceant, *c. 1. de vsuris, in 6.* item contra statuentes, quòd vsuræ soluãtur, & exigi possint, *clem. 1. de vsur.*

Quadragesimoquinto limitatur, vt possint procedere contra laicos concedentes repræsalias aduersus clericos, vel personas ecclesiasticas, & pariter contra illas exercentes, *cap. vnico, de iniur. in 6.*

Quadragesimosexto limitatur, vt possint procedere etiam contra eos, qui impediunt sequestrationem de fructibus alicuius beneficij factam per sententiam ecclesiastici, vel per canones, *clem. vnica de sequest. pos. & fruct.*

Quadragesimoseptimo limitatur, vt procedant etiam contra impedientes visitatores monialium, ne fungantur officio suo, *cle. attendentes, de statu reg. in fin.*

Quadragesimooctauo limitatur, vt possint procedere etiam contra participantes cum excommunicatis scienter, *cap. nuper, & c. si concubinæ, de senten. excommunica.*

Quadragesimonono limitatur, quia Papa potest domare rebelles Imperij, & turbantes pacem reipublicæ, Inno. *in c. licèt ex suscepto, de foro compe. Abb. in c quod super his, secunda colum. de voto, & in c non est, eod. tit. & in c. nouit, 2. no. de iud. & in c. excommunicamus, §. Catholici, de hær. vbi etiam Io. de Anan. in fin.*

Quinquagesimo limitatur, quia episcopus potest excommunicare Principem laicum suæ diœcesis, *glo. in c. si autem, 11. q. 3. & in c. omnes, de maior. & obed. gloss. in c. duo sunt, 96. dist. c. quoniam quidam, 18. distin. c. Valentinianus. 93. di. no. in c. delicto, de sen. excom. in 6.* nam & ipsum Imperatorem iudicare potest, *c. Imperator, in fin. 96. distinct. & c. sacerdotibus 11. quæst. 1.*

Quinquagesimoprimo limitatur, si iudex secularis foret suspectus: nam ei addetur episcopus, *gl. in sum. 11. q 1. & in Auth. vt disse. iud. §. 1. & pen. & in auth. si verò, C. de iud. & in l. apertissimi, C. eod. & no. Spec. in tit. de recusa. §. 2. in prin.*

Quinquagesimosecundo limitatur, vt possit procedere etiam contra laicos facientes conuenticulas, *c. conuenticulas, vbi Bald. de pace iu. fir.*

Quinquagesimotertio limitatur quoad dubias quæstiones, quæ sunt inter Legistas, *Ant. de But. in c. super, col. 4. ver. 4. no. de rescr. Aufrer. in cle. de offic. ord. in 112. casu.*

Quinquagesimoquarto limitatur, quia Papa potest absoluere laicos vasallos à subiectione Principis temporalis Tyranni, *cap. grauem, de excessib. prælat.*

Quin-

Quinquagesimoquinto limitatur, vt pro damno dato ab incertis ecclesiasticus possit excõmunicare laicos etiam pro damnis datis laicis, *de quo per omnes in c. 2. de off. ordi. in c. tam litteris, de test. in c. constitutus, de iureiur. c. ad nostram 5. q. 1. c. quidam maligni, de sent. excommunica cap. nobis, il primo, & c. Romana, §. caueant, eo. tit. in 6. & c. proposuit, de cler. excommunica. minist. no. in l. iubemus, la prima, C. de defen. ciui. & in authen. si omnes, C. si vt se ab hære. abstin.*

Quinquagesimosexto limitatur, vt vbicunque potest ecclesiasticus laicum excommunicare, ibi ecclesiasticus vendicet sibi iurisdictionem, *Lap. allegatione 59. Abb. & Fel. & alij in c. cum sit generale, de foro compet.* nam pœna non est alicui infligenda, nisi per iudicem illius pœnæ, & cum causæ cognitione, *cap. nemo, 11. quæst. 1. c. 1. de sentent. excommunica. in sexto.*

Quinquagesimoseptimo limitatur, vt iudex ecclesiasticus possit contra quemcunque laicum inquirere respectu pœnitentiæ imponendæ pro quocunq; crimine, *Ioan. And. in c. ad nostram, il secondo, super gloss. 2. de iureiur. quæ ita intelligit c. 2. de off. ord. & est bona gloss. in c. 1. 6. q. 1. & Fel. in c. cum sit generale, 4. col. de foro comp.*

Quinquagesimooctauo limitatur, vt possit procedere contra omnes piratas, & omnes dantes illis fauorem, consilium & illos receptantes, *Claua. in versic. excommunicatio, lo quinto, §. casus 18. est contra piratas.*

Quinquagesimonono limitatur, vt possint procedere contra omnes spoliantes vel damnũ dantes, & iniuriam quoquomodo inferentes peregrinis, & Romipetis, *Claua. in ver. excommunicatio, il 5. §. casus vigesimusnonus.*

Sexagesimo limitatur, vt possint procedere contra exhumantes, coquentes vel dissecantes cadauera defunctorum humatorum, *vt in extraua. Bonif. VIII. incip. detestandæ, sub tit. de sepul.* quod quomodo procedat, vide Claua. *in ver. excommunicatio, il quinto, §. casus 32.*

Sexagesimoprimo limitatur, vt possint procedere contra facientes libellos famosos, cantilenas, & rithmos in infamiam fratrum Minorum, *secundum extrauag. Alex. IIII. quæ incip. ex alto, sub tit. de priui. Claua. in ver. excommunicatio, il quinto. §. casus 36. cum duob. seq.*

Sexagesimosecundo limitatur, vt possint procedere contra intrantes monasteria sanctæ Claræ sine licentia fratrum ordinis prædicatorum, *Claua. in ver. excommunicatio, 5. §. casus 39.*

Sexagesimotertio limitatur contra fingentes habere causam, ad hoc vt iudex possit ire domum mulieris ad ipsam constituendam vel testimonium sumendum, quia sunt hi excommunicati ipso iure, *cap mulieres, de iud. in 6.*

Sexagesimoquarto limitatur, vt possint ecclesiastici procedere contra recipientes res ecclesiasticas indebitè alienatas, quia pariter sunt ipso iure excommunicati, *vt in extrauag. Paul. II. sub tit. de reb. eccles. non alien.*

Sexagesimoquinto limitatur, vt etiam possint ecclesiastici cogere iudicem secularem, vt liberet captiuum iniustè detentum. *Innoc. Host. & Ioan. And. in cap. exposita, de arbit. & Luc. de Pen. in l. nemo carcerem, tertia col. C. de exact. & trib. lib. 10.*

Sexagesimosexto limitatur, quando ecclesiasticus esset in visitatione, quia poterit inquirere contra laicos de omni crimine tanquam in foro pœnitentiali, licèt aliqui contra, *vt per Fel. in c. cum sit generale, de foro compe. num. 39. versi. alius casus.*

## CAP. XI.

## *Quomodo Potestates istæ, Ecclesiastica, & Secularis, respectiuè se habeant, & iurisdictionem suam tueantur.*

### SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio ecclesiastica distinguitur à seculari, tamen maior est seculari, & altera alteram vsurpare, seu impedire non debet, immo iuuare.*
2 *Ecclesiæ fauor, quatenus extendi debeat.*
3 *Secularis potestas puniens clericum pœna pecuniaria exequi debet in bonis patrimonialib. & ipsis immobilib. & quare, & non in personam, vel bonis eccl siasticis.*
4 *Iudex ecclesiasticus, etiam non poterit in personam laici facere executionem, neque in bonis eius.*
5 *Processus factus coram laico, nõ facit fidem coram ecclesiastico.*

1 IVRISDICTIONES † quidem istæ sunt distinctæ, *vt in Authent. quomodo oport. episcop. circa prin. & in capit. nouit, de iud.*

¶ Iurisdictio tamen ecclesiastica maior temporali, c. solitæ, de maior. & obed. ideo inquit Imperator, quòd leges non dedignantur sacros canones imitari, *vt in Auth. vt clerici apud proprios episcop. §. pen. & no in c. clerici, de indi. & in c. cum secundum, de secun. nup.*

Vnus non debet vsurpare iurisdictionem alterius, *Barba. in cap. 1 de constit. num. 60. cum plu. seq.*

Vna verò non debet aliam impedire, *cap. nouit, de iud. iuncta l. consulta diualia, C. de testam.*

Quinimò vna aliam iuuare debet, *cap. dominus, 24 q. 2. iuncta l. fin. circa princ. de re milt. lib. 12. c. præcipimus, 90. dist. & c. fi.* hinc inquit Cassiodor. variar. epi. 3. Astra Cæli ipsa mutuo reguntur auxilio, & vicario labore participata mundo sua lumina administrant. ipsi quoq; homini duplices manus, socias aures, oculos geminos diuina tribuerunt, vt robustius perageretur officium, quod duorum fuerat societate complendum.

¶ Sed alieni muneris non est facienda vsurpatio, *cap. quod quidam, 1. q. 1.* sed concordia vti debent, quæ grata est Altissimo. *c. Archiepiscopus, 9 q. 3.* & ideo quilibet debet terminis sibi constitutis se continere contentum, & inuicem sibi auxilium, & opem ferre, *cap. perlatum. 90. dist.*

2 Licèt † enim fauor ecclesiarum sit extendendus, non tamen adeo, vt alijs ius suum auferatur, *arg. c. ex tenore, de foro compe.* quia non debet apponi laqueus fauore ecclesiarum. *c. mulieri, de iureiur. c. de viduis, il secondo, 27. q. 1.*

3 ¶ Notandum tamen, † quòd in omnibus casibus, in quibus potestas secularis potest puniri, vel punit clericum pœna pecuniaria, non poterit exequutionem facere in personam clerici, neque in bonis ecclesiasticis, sed tantum in bonis eorum patrimonialibus, & immobilibus, si habebunt: quia in mobilibus non poterunt, cum mobilia personam sequantur. *l. si captiuis, §. expulsus. ff. de cap. & postlim. reuer. & per Oldra. consil. 17. Thema tale est, quidam clericus.* Pariter † & è contra in causis, in quibus ecclesiasticus potest condemnare laicos, non poterit eius sententiam exequi contra personam laici ipsum carceri demandando, neq; bona ipsius capiendo, *vt per plura concludo infra cap. 26. num. 15. vbi latè, quod nota.*

4

5 ¶ Et nota etiam, † quòd processus factus coram laico non faciet fidem coram ecclesiastico, ad quem remittitur delinquens, *vt per omnes in cap. at si clerici, de iud. vbi Fely. dicit hanc communem, vt Gramma. cons. 42. sunt iam anni, nu. 1. & 2. Feder. de Sen. cons. 135. colum. 1. in fi.*

## CAP. XII.

## *de Inhibitionibus, quæ fiunt per ecclesiasticos secularibus iudicibus, & è contra.*

### SVMMARIVM.

1 *Inhibitio, vt concedatur, an & quando citari debeat iudex secularis, tanquam interesse habens, & quibus in causis. & num. seq.*
3 *Laicus si fuit accusatus à clerico coram iud. secu. & clericus à laico coram iud. eccle. an Ecclesiasticus possit inhibere iudici laico, ne procedat in prima accusatione.*

4 *Inhibitio*

4 *Inhibitio an & quando videatur reuocata quando iud. eccleſiaſticus aduocat ad ſe cauſam, poſt inhibitionem per ſe factam, & eam committit laico.*

5 *Clericus an ſit quis, iudicat eccleſiaſticus iudex, & inhibebit, ac pendente iudicio ſtabit penes ſecularem.*

6 *Iudex eccleſiaſticus ſiue inhibeat, ſiue non, tamen iudex ſecularis debet ſuperſedere ſtatim habita notitia pendentiæ litis coram iudice eccleſiaſtico, nec ei præiudicare.*

7 *Inhibitiones ſunt interloquutoriæ, & futura reſpiciunt, non præterita.*

8 *Inhibitio iud. eccleſiaſtici quando per calumniam apparet oppoſita, an iud. ſecularis ea nõ obſtãte procedere valide poſſit.*

9 *Inhibitio iud. ſecularis quæ ſit partib. vt renuntient impetratis, quare fuerit inducta, & quo iure.*

10 *Iudex ſecularis, remittendo reum aſſerentem ſe clericũ, vtrum poterit ei terminum ſtatuere, intra quem probet intentionem ſuam, vel terminum intra quem ſe præſente coram iudice eccleſiaſtico, vel termin. intra quem ſe præſentet coram ſemet, vt inſtruatur.*

11 *Iudex ſecularis attentans contra clericum velle procedere, an ipſo facto, vel ipſo iure incurrat in com. an potius ſit compellendus per cenſuras eccleſiaſticas.*

SOLENT Eccleſiaſtici inhibere ſeculari, ne procedat contra clericum, & remittat ſub pœna excommunicationis, & hoc ex more inductum dicit Ang. *in l. 4. §. condemnatum, in fi. ff. de re iud. & eſt gloſſ. in cap. decernimus, de ſentent. excommunicatio. in ſexto, & idem Angel. in l. conſulta diualia, C. de teſtam. & in l. ex ea, ff. de poſtulan.*

1 ¶ Sed dubitari poteſt, † an ad hanc inhibitionem concedendam debeat citari iudex ſecularis tãquam habens intereſſe? In qua dubitatione And. Sicul. *conſil. 45. Mandato, & iuſſu, num. 16. & ſeq.* concludit, quòd non, & ibi num. 20. in fi. reſpondet *in c. cum ſpeciali, de appel.* qui tex. videbatur contrarium decidere.

2 ¶ Notandum, quòd vbicunque † eccleſiaſticus vult inhibere ſeculari, ne procedat, non eſt neceſſaria partis aduerſæ citatio, *vt per Doct. Ant. de But. & Scrib. in c. tuam, de ordi. cogn. & Lapum allegatione 63.* & eſt ratio, quia conceſſio vel tranſmiſſio harum inhibitoriarum, eſt quædam ſententia interloquutoria, ideo poteſt hoc caſu ſine cauſæ cognitione fieri, quia poteſt etiam pariter ſine cauſæ cognitione reuocari, ita pulchrè Aret. *conſil. 75. Diligenter & maturè, colum. 3. verſic. ſecundò etiam non valuit ſententia.* quæ, vt dixi, procedunt, quando vellet inhibere ob pendentiam cauſæ præiudicialis tantum: nam in alijs cauſis non poſſet inhibere parte non vocata, quando procederet ad inſtantiam partis, licèt ſecus ſi ex officio procederet, *vt pulchrè per Feder. de Senis conſ. 300. factum tale eſt, debitor. & Ancha conſil. 234. caſus talis eſt, poſt præceptum. & Alexan. conſil. 91. viſis actis, colum. penult. verſic. tertiò moueor, eſt mihi ſub nu. 7. in ſecundo.* vbi expreſsè etiam tenet, quòd tales inhibitiones fieri non poſſunt ad inſtantiam partis, niſi citata parte & idem *conſil. 9. præſtantiſſimæ Doctor, in princ. 4. volum.* vbi dicit, quòd ſi pendeat cauſa coram ſeculari ſuper exequutione inſtrumenti, & poſtea coram eccleſiaſtico querela proponatur, quòd contractus ſit vſurarius, non poterit eccleſiaſticus inhibere ſeculari, niſi prius partem citet, & dicit hanc eſſe communem, & etiam conſuluit Corn. *conſil. 31. in fi. 3. volum.* quòd pendente cauſa abſolutionis à iuramento coram eccleſiaſtico, non poterit eccleſiaſticus inhibere ſeculari, ne procedat in cauſa, ſuper qua petitur abſolutio, & quòd ſit citanda pars, tenet plura adducens Iaſ. *in l. nec quidquam, §. vbi decretum, numer. 30. de offic. Proconſul* & idem *in l. admonendi, numero 22. in lectura, & in repet. numero 327.* & idem tenet diſtinguendo, an inhibeat ad inſtantiam partis, vel ex officio, *Ruy. conſil. 61. in lite vertente, nume. 6. & 28. in 5. volum.* ſed Bald. *in l. 1. in fin. C. quomodo, & quando iud.* dixit, quòd ſi clericus accuſatur coram eccleſiaſtico, quòd produxerit teſtes falſos in cauſa pendente coram ſeculari, non poterit epiſcopus inhibere ſeculari, ne procedat in illa cauſa, licèt cauſa falſi pendens coram eccleſiaſtico ſit præiudicialis cauſæ pendenti coram ſeculari, referens Feder. hoc conſuluiſſe, ſequitur etiam Soc. *conſil. 237. in 2. & conſil. 99. circa finem, in tertio, vbi numer. 21.* refert dictum Bald. *in d. l. 1.* & dicit, quòd iudices ſeculares, qui non recognoſcunt iuriſdictionem ab eccleſiaſticis, non debent curare has inhibitiones eſſe factas ſub pœnis cenſurarum, quod tamen ego neq; conſulendo, neq; iudicando, neq; exequendo id facerem.

3 ¶ Item dubitari poteſt, † an ſi clericus accuſat laicum coram ſeculari, & poſtea laicus accuſet clericum coram eccleſiaſtico, de calumnia, & falſitate primæ accuſationis, an poterit Eccleſiaſticus inhibere iudici ſeculari, quòd non procedat in cauſa primæ accuſationis? Conſuluit Feder. de Sen. *conſ. 93. factum, quod proponitur,* quòd non: *idem tenuit Card. in c. tuam, de ordi. cogni. ſequitur Bald. in l. 1. C. quom. & quãdo iud. in fi. eſt num. 25. & Aug. de Arim. in add. ad Ang. de malef. in ver. comparuerunt. d. inquiſiti in termino defenſionis, num. 20. in fi.* & Cardina. *in d. c. tuam* voluit, quòd ſi eccleſiaſticus inhibet ſeculari, ne ſe impediat in cauſa vſurarum inter tales, quòd ſi poſtea eccleſiaſticus pronunciet contra actorem, qui appellauit, & pendente appellatione iudex ſecularis vult exequi debitum vti non ſapiens vſurariam prauitatem, ſtante ſententia abſolutoria rei, quòd id facere non poterit, ſtante prima inhibitione, licèt fortè melius eſſet, quòd alia noua fieret inhibitio à iudice appellationis.

4 ¶ Item pariter † dubitari poteſt, quid ſi facta inhibitione per eccleſiaſticum maior eccleſiaſticus aduocat ad ſe cauſam illam, & delegat laico, an videatur dict. inhibitoriam reuocare? Concludendum, quòd ſi cauſa cognita delegauit, & oppoſitione facta de inhibitoria, certè videbitur illam reuocare: ſecus ſi cauſa non cognita. *ita pul. And. Sicul. dict. conſil. 45. mandato & iuſſu, num. 22. in fi. & ſequent. in 2.*

5 ¶ Et ſi † dubitaretur, an eſſet clericus vel non, Eccleſiaſticus iudicabit, an ſit clericus, & inhibebit ſeculari, qui detinet clericum, vt pendente tali iudicio incidenti non procedat, *vt tradit Sicul. d. conſ. 45. col. vlt. & Cæpol. conſ. 10. non putet, num. 6. cum plur. ſeq. & num. 12.* & an interim remanebit penes ſecularem, vide Petr. de Anchar. *conſ. 234. caſus talis eſt, poſt præceptum,* vbi cõcludit, quòd ſi ſecularis erit in poſſeſſione, vt quia captus clericus in habitu ſeculari, debebit penes eum remanere.

6 ¶ Notandum etiam, quòd aliquando iudex Eccleſiaſticus inhibet ſeculari, ne procedat: quia ſi procederet, præiudicaret cauſæ coram eo pendenti, vt ſi coram Eccleſiaſtico penderet cauſa matrimonij, & ſecularis vellet procedere de falſo contra teſtes examinatos in d. cauſa: nam non poteſt, ideo ſolet Eccleſiaſticus inhibere, ſed dico, quòd etiam ſi Eccleſiaſticus non inhiberet, tamen ſecularis ſtatim habita notitia de lite pendente coram Eccleſiaſtico, deberet ſuperſedere. ita conſuluit Feder. de Sen. *conſ. 126. in cauſa D. Campioli & idem conſil. 235. factum tale eſt, quidam exbannitus. colum 2. ver. tertiò quæritur.* vbi inquit, quòd iudex ſecularis debet ſine inhibitione Eccleſiaſtici ſuperſedere, quia inhibitiones non fiunt, niſi vbi adeſt negligentia vel cõtumacia ſecularis, vt ibi per eum, quòd nota ad omnes inhibitiones, quæ hodie ſolent fieri nulla expectata negligentia, aut mora ſecularis.

7 ¶ Inhibitiones autem iſtæ † interloquutoriæ ſunt, *vt dixi ex mente Aret. dicto conſ. 75. diligenter & maturè, colum. 3. verſic. ſecundo etiam non valuit ſententia,* & debent reſpicere futura, non præterita, *cap. non ſolum, ſecundo reſponſo, de appellatio. in 6. & cap. 1. circa principium, de noui operis nunciat.* ideo ſi ante inhibitionem aliquid eſſet factum legitimè, vt quia captus fuiſſet legitimè, non reuocaretur captura. *ita conſuluit Federicus conſilio 300. factum tale eſt, debitor promiſit, in primis verbis.*

8 ¶ Et licèt dixerim cõ. *num. 2. in fi.* & non ſequerer opin. Soc. *in conſ. 99. circ. fin. in 3.* volentis, & ſeculares non recognoſcentes iuriſdictionem ab Eccleſiaſticis non debent

parere

parere inhibitionibus Eccleſiaſticorum : attamen vno caſu poſſet ſaluari opin. Soc. quando. ſ. calumniosè opponeretur illa inhibitio, puta quia dum ſecularis vellet ſententiam proferre, & reus eſſet conuictus, tunc produceret inhibitionem. hoc enim caſu poſſet fortè ſuſtineri, quòd non obſtante tali inhibitione poſſet iudex ſecularis procedere: quia reperio, ꝙ expreſsè hoc conſuluit Ancharan. *conſil. 234. caſus talis eſt, poſt præceptum, pro quo facit not. doct. Bal. in l. 1. in fin. C. de ſent. quæ ſine certa quant.* vbi voluit, quòd ſiquis malitiosè opponit exceptionem, per quam remittendus eſſet ad Eccleſiaſticum, ꝙ laicus non tenetur remittere, neque proceſſum ſuum turbare. *quam pluribus comprobat Felyn. in c. ſicut, num. 16. de foro comp.*

9 ¶ Ille autem mos, qui inoleuit in hoc illuſtriſſimo Venetorum Dominio, vt quando coram Eccleſiaſtico aliquis vexatur, qui Aduocatores vel iudex ipſe ordinarius inhibeat parti, vel partibus, quòd renunciet impetratis, & non litigent coram Eccleſiaſtico, fuit inductus, quia ſecularis non poteſt præcipere Eccleſiaſtico, qui ſe eſt maior, *cap. ſolitæ, de maior. & obedien.* quòd non procedat, vel quòd remittat partes, prout poteſt Eccleſiaſticus. ideo exercet iuriſdictionem ſuam contra ipſas partes ſibi ſubditas. *quæ practica ſumitur ex cap. ex tenore, vbi Abb. in ſecundo not. de foro competen.*

10 ¶ Poſſet etiam oriri † pulchra dubitatio, an ſi reus aſſerat ſe clericum, ex aduerſo negetur, vt ſuper hoc petat ſe remitti ad Eccleſiaſticum; an iudex ſecularis remittendo poterit aſſignare terminum ipſi excipienti de clericatu, intra quem coram Eccleſiaſtico poſſit probare talem exceptionem? Et ſimiliter quæri poteſt de alijs ſimil. quæſtionib. Et breuiter concludendum, quòd non, *arg. c. ex inſinuatione, de appell. & tradit Bart. in l. 2. ff. de re iud. & in l. præſes. C. de appell. arg. etiam tex. in l. Stichus ſeruus meus. ff. de manumiſ. teſt. & tradunt etiam Paul. Alexan. & alij in lege. Titia ff. ſolu. matrimo.* licèt poterit ſtatuere terminum, intra quem ſe præſentet coram eccleſiaſtico cum iuribus ſuis *ſecundum Bart. in dicta lege præſes, per cap. perſonas, de appellat.* Item poterit ſtatuere terminum ad producendum iura ſua coram ſemet, vt & ipſe inſtruatur, an vera, vel calumnioſa ſit talis exceptio remiſſionis, *vt voluit Alex. in dicta lege, Titia, colum. 3. Iaſon & Ripa in dicta lege ſecunda. de re iudica. & Felyn. in cap. cum ſit Romana. colum. 1. de appellat.* Item poterit etiam iudex ſecularis procedere, ſi viderit reum contumacem non curare expeditionem coram eccleſiaſtico, *vt tenuit Bald. in lege, de die, §. iubetur. ff. qui ſati ſda. cogan. & ſequitur Ripa in d. l. 2. de re iud. num. 8. in fine.*

11 ¶ Notabis hoc etiam, † quòd Guido Papæ *deciſio. Delphin. 77. incipien. l. ſi conuenerit, nume. 2. verſic. & ſi iudex temporalis*, tenet, quòd ſi iudex temporalis attentaret velle procedere contra clericum, incurreret ſententiam excommunicationis ipſo facto, *iuxta cap. penult. de immunita. eccleſ. in ſexto.* Sed dicas verius eſſe contrarium, quòd ſcilicet non ipſo iure ſit excommunicatus, ſed compellendus ſit deſiſtere per cenſuras eccleſiaſticas, *vt eſt textus in cap. ſeculares, de foro compet. in ſexto.* Neque obſtat textus in dicto capit. penultim. allegatus per Guid. quia loquitur, quando laicus vellet impedire eccleſiaſticum iam procedentem prohibendo, quominus litigans poſſit coram eccleſiaſtico iuſtitiam obtinere, quod facit tanquam priuatus nullam prætẽdens iuriſdictionem habere: at in caſu noſtro ſecularis prætendit iuriſdictionem habere, ideo non eſt tam notorium delictum, *& ita tenet Addi. ad d. deciſi. Guido. Papæ.*

## CAP. XIII.

## *De Forenſi, & Vagabundo.*

### SVMMARIVM.

1 *Vagabundus quis ſit.*
2 *Bannitus omnibus terris, & locis, an dici poſſit vagabundus, & vbi debeat conueniri.*
3 *Vagabundi ſunt quidem odioſi, & quaſi fugitiui: tamen nomen vagus, etiam in bonam partem ſumitur aliquando, vt numero 4.*
5 *Vagus nullas habens certas ſedes poteſt vbique capi, & puniri pro delicto.*
6 *Vagabundus verè, an audiretur, præſtando cautionem de ſe præſentando in tali loco?*
7 *Vagus an remitti debeat ad locum delicti ad requiſitionem iudicis loci delicti, & quando, & num. 8.*
9 *Vagabundus vbi & quomodo citari debeat.*
10 *Serui vagabundi, ad quem pertineant.*

1 VAGABVNDVS † eſt ille, qui certam non habet ſedem aut habitationem, ſed per mundum vagatur modò in hãc modo in illã ciuitatem, vt voluit gl. *in l. eius, qui. §. Celſus, in ver. domicilij. ff. ad municip.* quã ſic intelligo, licèt loquatur de domicilio, & plures illã reprehendant, & idem voluit gloſſ. *in l. 4. §. ait prætor, in ver. habitationem, de dam. infect. vbi Bart. in primo not. & nume. 24. & alij ibi illum ſequuntur, & gloſſ. & cæteri Scrib. in l. hæres abſens, §. at ſi quis, in gloſſ. in ver. debebit, de iud. gloſſ. vltima, & ibi Innoc. in cap. fin. de eo, qui mit. in poſſeſs. cau. rei ſeruan. Bald. in l. 1. C. de Colon. Paleſti. in l. 1. C. de Colon. Trecenſib. lib. 11. & Spec. & Io. And. in addi. in tit. de compet. iudi. adi. §. 1. num. 30.* & verè vagus, ſiue vagabundus eſt, qui non habet certam ſedem, & habitationem, ſed vagatur nunquam vno in loco permanens, iuxta illud Oſeæ 9. Erunt vagi in nationibus. & illud Reg. 1. cap. 23. Huc atque illuc vagabantur. & illud Eccleſ. 29. Et vagati ſunt in gentibus. & iuxta illud Geneſ. 4. Vagus eris, & profugus. & Num. 14. Filij vnde erunt vagi. & illud 4. Reg. cap. 17. Qui non habet nidum, & deflectens de ciuitate in ciuitatem. licèt Bald. *referens Thom. de Forma in l. 1. nu. 5. C. vbi de crim. agi opor.* dicat, quòd vix inuenitur aliquis, qui vagabundus verè dici poſſit.

2 ¶ Sed poſſet dubitari † de pulchra quæſtione, an bannitus de omnibus terris, & locis ſui Principis, poſſit dici vagabundus? Et dicendum quòd non, quia poteſt habere domicilium in alijs ciuitatibus. *ita Cæpol. conſil. 58. Paulus Faber, numero vigeſimoquarto, allegat Albericum in quarta parte ſtatu. quæſtio. 80. vbi tamen hoc non dicit in libro meo.* Et quis ſit vagabundus, tradit etiam Hippol. *conſil. 86. licèt iamdiu, nume. decimotertio.* & circa bannitum, quòd immo dicatur, quaſi vagabundus, & poſſit vbique conueniri, eſt deciſio no. Spec. *in titu. de competen. iud. adi. §. primo, verſi. ſed pone, quidam Lucanus, eſt mihi num. 31. & Hoſtien. in ſumma de foro competen. §. 2. nume. 7. & Abb. in cap. fin. de foro competen. numero 14.*

3 ¶ Hi † autem homines odioſi ſunt, & habentur quaſi fugitiui, *l. quantæ, §. fin. ibi, vagi. & fugitiui, de publica. & facit tex. in l. quis ſit fugitiuus, §. erronem. ff. de ædil. edict. & in l. nemo, in fin. C. de re mil. lib. 12. c. monachi vagantes, 16. q. 1. & Eſaiæ 57.* Abijt vagus in via cordis ſui. Inſtabilitatis enim & inordinati animi eſt frequens hoſpitij mutatio, *c. quæ maior, vbi gloſſ. in ver. hoſpitium, 24. quæſt. prima.* & probatur apertè Eccleſiaſtici cap. 29. dum inquit, melior eſt victus pauperum ſub tegmine aſſerum, quàm epulæ ſplendidæ in peregrè ſine domicilio. Minimum pro magno placeat tibi, & in proprium peregrinationis non audies vita ne-
4 qu. hoſpitandi de domo in domum. Quanquam † & aliquando in bonam partem accipiuntur, iuxta illud Iſaiæ cap. 16. Abſconde fugientes, & vagos, ne prodas. & apud eundem, cap. 58. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Et ideo libertus non tenetur ſequi patronum vagabundum, vt præſtet ei operas. *l. quod niſi, §. ex prouincia, de oper. liber.* & dixit Specul. *in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſi. 164.* quòd ſi emphyteuta cœpit vagari, priuabitur emphyteuſi. *idem tenet Bald. in authen. ſi quis ruinas, C. de ſacroſanct. eccleſ. & eſt gloſ. no. in cap. vnaquæque, 13. q. 2.* quòd vxor non tenetur ſequi virum vagabundum, quam dicit ſingularem Imola *in rubrica ſol. ma. & ſimilis gloſſ. in cap. de illis, de ſponſal. & in c. ſi quis neceſſitate, 34. q. 2. & in cap. 1. de coniug. lepr. & in cap. fin. qui matrimo.*

accuſ.

*accuſ. poſ. & facit text. in l. libera peculij adminiſtratio, ff. de pecul.* vbi ſi dominus conceſſit liberam adminiſtrationem peculij, qui incœpit vagari, quòd intelligetur finita eius adminiſtratio, quia habetur pro mortuo, & vagabundus perdit omne priuilegium, *l. ſi quis domeſticorum, C. de domeſt. & protector. libro duodecimo.*

5 ¶ Communis autem eſt concluſio,† quòd vagus nullas habens certas ſedes, poteſt pro delicto vbique locorum conueniri, & puniri, *vt tenet gloſſ. Bart. & omnes, in l. 1. C. vbi de crimin. agi opor. & omnes in d. l hæres abſens, §. 1. de iud. poſt gloſſ. & ſequitur Alexand. conſil. 166. videretur fortaſſe, num. 3. in ſeptimo, latè Maria. in cap. fin. de foro competen. numero 58. & Capol. conſil. 57.* Paul. Faber, *num. 22. vbi etiam num. 24. vt etiam ſupra retuli*, tenet, quòd qui eſt bannitus de omnibus terris, & locis ſui Principis, nõ dicitur vagabundus, ideo non poterit vbiq; conueniri. & q̃ tales vagabundi vbique poſſint condemnari, & contra eos exequi ſententia, conſuluit etiam Hippol. de Marſ. *conſ. 86. licèt iam-*
6 *diu, num. 13. & 14.* Neque † audiretur, ſi verè eſſet vagabundus præſtando cautionem de ſe præſentando in tali loco, *ſecundum doctrinam Pet. Cyni, & Bald. in d. l. 1. C. vbi de crim. & Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de competen. iud. adi. §. 1. nume. 30.* nam cum verè ſit vagabundus, non poteſt dici habere magis in vno loco habitationem quàm in alio. Et cum iam præuenta ſit iuriſdictio in eo loco, ibi debet finiri. *l. cum quædam, de iur. omn. iud. c. 1. de obli. ad ratiocin.* & eſſet dare materiam fraudibus, *& hoc tenet Calde. in cap. 1. de raptor.* Et quòd vagabundus pro crimine vbique poſſit conueniri, tenuit Bald. *in l. cum longi, C. de longi tempo. præſcri. colum. 1. & Ang. in d. l hæres abſens. §. proinde. de iud. Alex. in l alio. ff. de eo, quod cer. loc. & Ruyn. conſil. 18. de plurib. nume. 3. in 5. volum.* Et licèt Hoſtien. *in ſumma de foro competen. §. 2. in fin. verſ. quid de vagabundo*, teneat quòd talis poterit eligere domicilium, vbi voluerit, vt ibi conueniatur, tamen & ipſe non figit pedem. & D. Anto. *in cap. fin. de foro compe.* tenet contra, & ibi etiam Maria. Soc. ſequitur, *nume. 59.* reprehendit *per l. non vtique. ff. de eo, quod cer. loc. & l. interdum. ff. de iudic.* & dicit idem tenuiſſe Dominum ſuum.

7 ¶ Sed dubitatur, † an talis vagus requirente iudice loci, in quo commiſſum fuit delictum, debeat remitti ad eum? Gloſſ. *in l. 1. C. vbi de crim.* tenet, quòd non, ſed quòd vbique iudicari poſſit, *& ſequitur Cyn. ibi, & Calder. in c. 1. de rapto.* & idem tenet Bart. *in l hæres abſens. §. proinde, de iud.* vbi refert in practica quòd multi ſceleſti ſuſpenduntur in ciuitatibus, vbi reperiuntur, quia ſunt vagabundi, *& idem tenet Salyc. in dicta l. 1. C. vbi de crim. & Guido Papæ quæſt. 202. in remiſſione, verſic. 3.* quòd delatus non ſit vagabundus, Cardin. autem *in cap. 1. de raptor* contrarium tenuit, quòd immo remitti debeat. idem tenet Abb. *in c. fin. de foro competen. numero 21.* Tertia fuit opin. Ant. *in cap. fin. præallegato*, & Pet. de Ancha. *in c. poſtulaſti, de foro competen.* quòd ſcilicet in atrocioribus debeat fieri remiſſio, non ſic in leuioribus. Mihi placet opin. cõmunis, quòd videlicet debeat fieri remiſſio, quam etiam dicit communem And. Sicul. *in d. c. poſtulaſti, nume. 69.* licèt ipſe ibi teneat contrarium, quòd ſcilicet remiſſio fieri non debeat, ſed rationibus ſatis leuibus, quæ etiam facilè poſſent remoueri. nam ponderat ipſe *l. 1. Cod. vbi de crimi. agi oport.* alternatiuè loquentem, quòd ſcilicet vel in loco delicti, vel vbi reperitur. ergo cum par ſit poteſtas, alternatiuè punietur in loco delicti, ſi petetur remiſſio, & ſic verificabitur alternatiua vel in loco vbi reperitur, ſi non petatur remitti, maximè cum tex. in §. ſi quis verò comprehenſorum. generaliter loquatur, *vt conſiderat etiam Abb. & alij tenentes hanc partem.* Item conſidero, quòd ideo
8 vagabundus vbique conueniri poteſt, † quia cum nullibi habeat domicilium, vbique dicitur illud habere. ſed ſi verè haberet domicilium, ab eo loco remittendus eſſet ad locum delicti, *dicto capitulo finali, de foro competen.* ergo multo magis vagabundus. & pro his adduco etiam Fulgo. *conſilio 149. ſuper inquiſitione, in primo dubio*, vbi conſuluit, quòd vagabundus non poſſit puniri per iudicem, in cuius territorio delictum non commiſit, ſed tantum per iudicem loci delicti, vt per eum. & ita dicit ex conſuetudine, & communi practica obſeruari. Qui etiam ibi dat no. limitationem ad regulam, quòd vagabundus vbique puniatur, vt procedat, quando omnes illæ ciuitates forent ſubditæ vni Principi, ſecus ſi diuerſis, vel non recognoſcerent ſuperiorem.

Limitarem tamen hanc concluſionem, vt procederet tantum, quando criminaliter ageretur de crimine: ſed vbi ciuiliter ageretur, teneo, quòd iudex loci delicti non poterit petere quòd tranſmittatur, etiam ſi eſſemus in atrocioribus, *vt voluit Calderi. in dicto capitulo 1. de raptor. & Abb. in c. licèt, 8. colum. de foro competen. quos refert, & ſequitur Gramm. conſil. 27. num. 9. & loquitur etiam in vagabundo, vt ibi, numero 11.*

9 Citandus autem † erit vagabundus, vel per edictum, vel ad locum, in quo frequentius conuerſari ſolet, *vt per Bart. & omnes, in l. 4. §. prætor ait, num. 10. de damno infect. Bald. in l. vt perfectius, colum. 2. vbi etiam Ang. colum. 2. C. de anna. excep. idem Angel. in d. l. hæres abſens. §. 1. colum. 3. ver. & qualiter ſit citandus ff. de iudic. Innoc. & Hoſtien. in c. vltim. de eo, qui mit. in poſſeſſ. & in c. quia propter, colum. 5. in ver. illud autem penitus, de elect. Imola in clem. cauſam. colum. 9. ver. an autem ſufficiat, de elect. Card. in clem. 1. in 281 quæſt. de foro competen. Ioan. de Ana. in c. 1. de rapt.*

10 Illud etiam ſciendum, † quòd ſerui vagabundi primo ad fiſcum pertinent, quos Princeps concedit cui voluerit, *vt videri poteſt ex l. 1. & 2. C. Theod. ſub tit. ſi vagum petatur mancip qui eſt 12. lib. 10. & colligitur ex l. 3. C. de agri. & cenſi. lib. 11.* ideo & per ſolum Principem punientur. *Ad hæc vide etiam, quæ dicam infra hoc cod. lib. cap. 19. in 13. & 14. concluſione.*

## CAP. XIIII.

## *de Curialibus & Cohortalibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Curiales vnde dicantur, & qui ſint, & quid importet nomen, curia.*
2 *Curiæ filios offerre vnde inductum ſit, & quid operetur talis oblatio.*
3 *Cohortales qui ſint, & quare ſic dicti.*
4 *Cohortales delinquentes vbi conueniebantur quando aufugiebant.*
5 *Seruus fugitiuus vbi damnari debeat & quando quæritur de poſſeſſione, & quando de dominio.*
6 *Papa, & Imperator, quare vbique locorum poſſit, in caſibus quibus permittitur, contra eos proceda, conueniri.*

1 CVRIALES § autem † dicebantur à curia, quæ vox Senatum ſignificat. ſicut autem Romæ primum, poſtea Conſtantinopoli Senatus erat, & is maximus appellabatur, *vt in l. vlt. circa fin. C. de decurio.* ita & in ciuitatibus ſingulis erant curiæ, id eſt Senatus, cui qui erant aſcripti, curiales dicebantur, qui conſcripti erant conſilij publici cauſa, & ideo quaſi Senatores dicebantur, *vt in l. omnes iudices. eod. tit.* quod quidem munus erat & onus. Primo, quia cogebantur ſemper publicis aſtare negocijs: ideo ſerui etiam publici appellabantur, vt inquit Maiorianus Aug. *in nouella, tit. 1. lib. 4. nouellarum ſuarum*, in hæc verba: Curiales ſeruos eſſe reip. ac viſcera ciuitatum, nullus ignorat, quorum, cœtum rectè appellauit Antiquitas minorem Senatum. ideo multæ leges promulgatæ cõtra eos, qui curiam ſuam dereliquiſſent, & multa priuilegia illis conceſſa, vt boni ſpe præmiorũ, & mali metu pœnarum in curiarum ſuarum functionibus detinerentur, & ipſis priuilegijs inuitarentur ad dandum nomen ipſis curijs, *vt apparet in toto tit. C. de de-*
2 *cur. lib. 10.* Hinc illud † inductum, quòd qui filios naturales alicui curiæ obtuliſſet, capax efficeretur hæreditatum & aliarum dignitatum, ſicut legitimi, *l. 3. & l. 4. C. de*

*batur. lib.* & ideo à curia ſubmoueri inter pœnas connumeratur, *in l. ſi quis aliquid, §. iudices, ff. de pœn.* ex iſtis ergo ſumebantur omnes, qui munera & honores in ciuitatibus gerebant, & ideo appellabatur curia, ſeminarium honorum & munerum: & ideo Curiales dicebantur, qui curijs erant aſcripti, *l. ſi quis Curialis, l parabolani, & l. ſi quis presbyter, C. de epiſc. & cler. & l pen. C. de hæred. decur. & l. pen. C. de exact. trib. lib. 10. & alibi ſæpe.*

3 Cohortales † erant apparitores, ſiue officiales perpetui præſidum prouinciarum, qui & primipili neceſſitate & curſus exhibitione, ac equorum publicorũ cura erant obnoxij, licèt Budæ. non ita in ſecundis annota. & etiam aliter Alcia. *in rubrica de cohortal. lib. 12.* ſed eos eſſe, de quibus ſupra monet. *l. officiales, C. de epiſc. & cler. & l. 3. C. de cano. largitio. tit. lib. 10.* Qui etiam habebant corpus ſiue vniuerſitatem, quæ cohors domeſtica appellabatur, à qua recedere non licebat, & hoc quoque erat onus, ideo dicebantur grauati cohortali conditione, *vt in l. ſi quis cohortali, C. de hæred. decurio.* & cohortalia obſequia appellat text. *in l. ſi quis cohortalibus, C de offſ. rector. prouin.* Et vinculum cohortale & vile munus appellat text. *in l. 2. C. de adno. diuer. iud.* & quòd corpus habere dicerentur, eſt tex. *in l. 2. Cod. de defenſ. ciui.* cohortales autem dictos putarem, quòd cohorti, id eſt curiæ præſidum inſeruirent. ſcimus enim quam nos curiam in domib' vocamus, cohortem appellari à coercendis gallinis & pecoribus, vt Varro teſtatur, *lib. 3. de re ruſti. c. 3. & etiam de lingua Latina*: ideo cohors dici poteſt, quæcumque congregatio. nam & Sueton. in Nerone, cohortem amicorum appellat, & Hora. epiſ. 1. Quid ſtudioſa cohors operum ſtruitur? & illud Catulli, Piſonis Comitis cohors vnanimis.

4 ¶ Delinquebant † ergo & curiales & cohortales, cum relicto corpore & vniuerſitate ac collegio ſuo ſe muneribus ſubtrahebant. ideo cautum, vt licèt hi proprios haberent iudices, id eſt primatem vel magiſtratũ ſuum, ſub quo militabant: tamen ſi aufugiſſent quilibet iudex, vbi reperiretur, eſſet competens, vt ſocietati, quam declinauerat, aggregaretur, *vt eſt tex. in l. 1. C. vbi quis de curial. vel cohortal.* & ideo non poterit opponere præſcriptionem fori, vt inquit tex. *in l. 2. eod. tit.* niſi forent milites, de quorum ſtatu dubitaretur, an ſcilicet eſſent de numero curialium vel cohortalium, *vt ibi dicitur.*

5 ¶ Fugitiuus † quoque ſeruus vbique locorum poterit pro fuga condemnari, *iuxta l. 1. & ibi not. C. de ſeru. fugi.* & pariter ſi de poſſeſſione eius agatur. ſi vero de dominio, remittendus erit ad iudicem domini, *l. 1. iuncta l. 3. C. vbi cau ſtatus.*

6 Papa, & Imperator † poſſunt in caſibus, in quibus contra eos procedi poteſt in quocunque territorio, vbi reperiantur, accuſari & inquiri, quia totus mundus eſt eorum territorium, *argumento text. in cap cuncta per mundum, 8. quæſtione tertia. & cap. ſi Imperator, 96 diſt & l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de iactu. ita in terminis Maria. in c. poſtulaſti, de foro comp. num. 13. in fin.*

*6 Papa & Chriſti idem eſt tribunal, & eccleſia militans eſt ad inſtar triumphantis.*
*7 Electores, neque Principes ſubditi, poſſunt etiam ex cauſa deponere Imperatorem etiam ex pacto, num. 8. ſed Papa cum concilio de honeſtate conuocato, & ex quibus cauſis.*
*8 Imperator Tyrannicè intruſus in imperio, poteſt etiam à ſubditis expelli.*
*9 Princeps quando ab alio quam à Papa deponi poſſit.*
*11 Principes recognoſcentes ſuperiorem, ab eo iudicandi, & puniendi ſunt.*
*12 Cauſæ, quibus poteſt Imperator deponi ab imperio, remiſſiuè.*
*13 Papa in quibus caſibus a Deo, & in quibus à concilio, & à ſe ipſo, vel à quo & qualiter damnetur.*
*14 Papa an ſe ſummittat iudicio alicuius, remiſſiuè.*
*15 Papa à concilio iudicatur de fide, & de hæreſi etiam ab Imperatore requiritur, quid de fide ſentiat & qualiter ea de Papa intelligantur, num. 16.*
*17 Papa in 7. caſibus iudicatur à concilio.*
*18 Papæ, hæretici qui fuerint.*

## CAP. XV.

## *Dignitas, quando & quomodo tribuat Iuriſdictionem.*

### SVMMARIVM.

*1 Illuſtres actu, vel ex Præterita adminiſtratione in quibus caſibus, & coram quo accuſari, & condemnari, & à quo abſolui poſſint, & ſimiliter eorum accuſatores.*
*2 Illuſtres ex priuilegio, coram quo in vrbe, & in prouincijs accuſari queant, abſolui, & condemnari.*
*3 Senatores, inconſulto ſenatu puniri nequeunt.*
*4 Cardinales an à Papa ſolo, an verò de conſenſu Cardinalium iudicari debeant.*
*5 Imperator à Papa & excommunicari, & deponi poteſt: debet tamen Papa requirere concilium de honeſtate. & quid de alijs Principibus, non recognoſcentibus ſuperiorem, num. 10.*

1 ILLVSTRES † actu ipſo vel ex præcedenti adminiſtratione in criminalibus, in quibus procurator non admittitur, ſolum coram Principe vel eius delegato accuſari poſſunt, & ab ipſo ſolo Principe condemnari, licèt poſſint abſolui etiam à delegato: condemnari autem ab eo non poterunt Principe inconſulto, licèt poterit etiam ipſe delegatus condemnare accuſatorem de calumnia etiam inconſulto Principe, niſi ſit eadem dignitate inſignis, *hæc ſtatuit text. in l. vltim. in princip. C. vbi Senat. vel clar.*

2 ¶ Qui verò † ſunt Illuſtres ex priuilegio, non ex adminiſtratione, ſi fuerint præſentes in vrbe, hi poſſunt in criminalibus accuſari coram præfecto prætor. & præfecto vrbi, & magiſtro officiorum, ſi hæc fuerit facta iuſſio à Principe; quòd ſi fuerint in prouincijs, poterunt coram earum Rectoribus accuſari, qui poterunt abſoluere, ſed non condemnare Principe inconſulto. hæc dicit tex. *d. l. vlt. in ſecũda ſui parte, videlicet in §. viros autem Illuſtres.*

3 Senatores autem † non poterant inconſulto Senatu puniri, *vt refert Alex Genial lib. 4. c. 11. num. 7.*

4 ¶ Ex prædictis † ergo inferri poteſt, quòd cum Cardinales, præſertim cum aſſiſtunt Papæ, æquiparentur illuſtribus, *iuxta not. per Bald. in cap. cum acceſſiſſent, de conſt. & in l. 1. §. fi. ff. de offſ. præf prætor. cum concord. de quibus per Alex. in l. 1. ff. de offſ. eius, num. 20. quem ibi ſequitur Laſ. nu. 8. & poſt eum moderniores omnes*, quòd hi pariter non poterunt iudicari, niſi à Papa. ſed ego plus dico, quod imò neq; à Papa puniri ſine conſenſu cœtus Cardinalium, debent ex conſuetudine, vt inquit Hoſti. *in c. 2. de cler. non reſiden.* cuius hæc ſunt verba. inde eſt, quòd Papa non conſueuit, nec etiam poteſt ſecundum quoſdam, aliquem de Cardinalibus excommunicare, vel ei aliquod præceptum facere ſine aliorum fratrum ſuorum conſilio Cardinalium & conſenſu. *idem ad vnguem tenent ibi Ioan. Andr. Zabarel. Ant. de But. Pet. de Anchar. Abb. & Imola, & hanc quoque opin ſequutus eſt Andr. Sicul. in tracta. de præſtan. Card in 8. q. baſil ca prima partis, & probatur etiam in cap. 1. de deſchiſ. in 6. & in arg. per c. irrefragabili, §. 1. de offſ. ord. & in cap. 1 de exceſſ prælat.* Cardinales enim tanquam maxima dignitate poſt Pontificem excellentes, debent gaudere aliquo priuilegio, præter alios epiſcopos, *cap. 1. & 2. de offſ. lega. in 6.* & cum ſint pars corporis Papæ, ſicut ipſe ab alijs non iudicatur, ita nec ipſi debent ab alio iudicari, quam ab eorum cœtu, *cap. aliorum, 9. quæſt. 3.* cum enim Cardinales cum ſummo Pontifice orbẽ iudicent, *c. per venerabilem. §. rationibus, qui fil. ſint legi.* decet & eos eſſe participes priuilegij ſingularis, & his rationibus vtitur Hoſti. *in d. cap. 2. de cler. non reſid.* & cum ipſe mandet epiſcopum non poſſe ardua tractare ſine conſenſu capituli ſui, *cap. quanto, & c. nouit, de ijs quæ fiunt à maiori parte cap.* ergo eidem legi debet & ipſe Pontifex de ſubmittere vt nil ardui agat ſine conſenſu Cardinalium, qui faciunt capitulum vniuerſale totius

œcume-

cumenicæ ecclesiæ, *c. ne Romani, de elect. cap. in nomine domini, 23. dist. & declarat Bald. in l. cum multa, C. de bonis, quæ lib. & Host. in cap. ad liberandam, de Iudæ.* eadem enim est ratio de parte quoad partem, quæ de toto quoad totum, *l. quæ de tota, de rei vend.*

5 ¶ Imperator autem † à Papa & excommunicari & deponi potest, *vt est text. qui exempla ponit in c. duo sunt, & seq. 96. dist. & in cap. ad apostolicæ, de re iud. in 6. vbi omnes, Bart & Bal. & cæteri in l. vlt. C. de leg. & in l. rescripta. C. de preci Imper. offer. & est tex. vbi gl. in c. alius, 15. q. 6.* nam potest etiam Pontifex de vno in alium transferre, *cap. venerabilem, de elect.*

6 nam, vt inquit Hosti. *in c. quanto, de transla. præla.* Papæ † & Christi idem est tribunal: quia ecclesia militans fundata & instituta est ad instar ecclesiæ triumphantis, & cœlestis, *clem. ad nostram, de hæretic.* sed in triumphanti est vna sola potestas super omnes: ergo debet esse & in hac ecclesiastica, & solus Papa potest ipsum deponere absque concilio, licet de honestate requirere debet, *vt fuit requisitus in d. c. ad apostolicæ, de re iud. in 6. & ita tenet Bald. in d. l. rescripta, C. de preci. Impera. off. sequitur Andr. Sicul. in tracta. de præstan. Card. q. 2. num. 3. ver. & per hanc suam & ibidem. in 8. q. nu. 2. idem tenet Card. in cle. vnica. circa fi. 18 q. de iureiur. & not. etiam in cap. ex gestis, de cler. non residen.* & tenet Alberic. *in l. bene à Zenone, col. 4. C. de quadr. præscrip.* quidquid contrarium videatur dixisse *in lege 1. C. de summa Trin & fide cathol.* & in Dictionario, in ver. electio Imperatoris. vbi dicit, quòd hoc sibi vsurparunt pastores ecclesiæ contra ius. & idem in ver. Papa il 2. ista tamen est veritas, & communis opin. quòd Papa potest deponere Imperatores & Reges, *& habetur in c. si quis deinceps, 17 q. 4. & in cap. nullus, secunda, q. 1. & c. præceptum, 32. q 5.* ideo Zacharias deposuit Lodouicum Regem Francorum, *c. alius, 15. q. 6.* & Innoc. Ottonem. *c. venerabilem, de elect.* & Inno. IIII Federicum, *d. c. ad apostolicæ, de re iud. in 6.* & Ioan. 12. Lodouicum de Bauar. *vt apparet ex sua extrauagan. & tradit Præpos. in cap. si Papa, 40 dist. & plura ad hæc aggregat Rest aur. in tract. de Imperatore, q. 81.*

7 ¶ Ex † quibus etiam concludendum est, quòd neque electores, neque Principes subditi Imperio possunt Imperatorem etiam ex causa deponere, sed hoc ad Papam & de honestate cum consilio Concilij spectat, *vt latè per eundem Rest aur. in d. tract de Impera. q. 82. & tradunt Bald. & alij in l. ex hoc iure, ff. de iusti. & iure. & Anto. Corset. in tracta. de potes & excell. Reg in 3. q prin.* quod tamen intellige, quando Imperator esset iustè & canonicè electus, & postea propter delicta, puta hæresim vel alias extorsiones grauissimas esset deponendus: nam tali casu non poterit ab alio quàm à Papa deponi: q si non fuisset canonicè electus, sed se de facto velut tyrannus intrusisset, & occupasset imperium, poterunt bene tũc subditi de facto illi resistere, & illum repellere; sed tunc non dicetur depositus, qui nunquam fuit legitimus Imperator, cum priuatio presupponat habitum. *l. decem, de verb ob. & hæc per plura confirmata reperies per Rest aur. in loco præallegato, videlicet q.*

8 *82.* Quinimo † plus dicit ex mente episcopi Zamoren. *in tract. de orig. princ. in 2. part.* quòd non valeret constitutio, decretum aut pactum ipsius Principis, q posset à subditis deponi, quia his pactis daretur occasio subditis delinquẽdi & erigendi cristas contra Principem, & esset dare subditis Principatum, & regnum ac Imperium dicitur ius publicum, ideo nõ potest pacto illi derogari. *l. ius publicum, de pact.* esset enim tale pactum impediens & turbans obedientiam Principi præstandam, quæ est de iure diuino, iuxta illud, subditi estote &c. 1. Pet. c. 2.

9 ¶ Est tamen † vnus casus, in quo Princeps potest ab alio deponi quam à Papa, quando scilicet Princeps ille esset Princeps priuatus alicuius ciuitatis, quæ sibi Principem vel Ducem elegisset pro regimine commodiori suæ politicæ gubernationis, prout est ciuitas Illustrissima Venetiarum, & Ianuæ, quæ sibi Ducem elegerunt specialem, & ideo illi Senatus pro libito dat leges, & illos punit & priuat, put plures puniti etiam capite & priuati fuerunt, *vt in specie tradit episcopus Zamoren. in d. tract. in loco præallegato, & Rest aur. in d. tract. de Imperatore, q. 3. in 99. casu,* quia ad eos regulariter spectat destitutio, ad quos & institutio, *c conquerente, de off. ordin. c. admonet, de renun. l nihil tam naturale, de reg. iur.* Hi enim Duces non habent potestatem ex se, aut iure diuino, sicut Imperatores, & Reges, sed habent à sua Repub. neque etiam ipsa Resp. habet ab aliquo Principe potestatem eligendi Ducem, prout habent electores à Papa, sed habent à semet; nimirum si possunt exercere iurisdictionem crim. in Duces ab ipsis electos, & secundum hanc rationem tenuit glos. & Bald. *in cap. 1. in vlt. col si inter do & vassall. lis oria.* quòd Imperator potest deponi à Po Ro. & Bar. post Guliel. *in l. non ambigitur, ff. de legi. & in l sed & reprobari, in princip. ff. de excus. tut.* quia intelliguntur hę doctrinæ veræ, antequam potestas eligendi Imperatores translata fuisset ad electores Germaniæ, quia ante Po. Ro. eligebat, ideo & deponere poterat.

10 ¶ Et quæ dixi † supra de Imperatore, idem dicendum de cæteris Regibus, qui nullum recognoscunt superiorem, & præsertim Imperatorem, vt est Rex Galliæ, Hispaniæ, & similes: hi enim poterunt & à Papa deponi per prædicta, & sunt exempla supra allegata de Regibus depositis à Papa.

11 ¶ Duces autem † & Principes temporales, qui recognoscunt vel Imperatorem, vel alium Regem, aut etiam ipsum Papam in superiores, ab ipsis Dominis, quos recognoscunt, vel à quibus habent Principatus, poterunt iudicari & puniri.

12 ¶ Quæ sint † aũt causæ, propter quas Imperator possit ab imperio deponi, quia hic non est proprius locus, cum tantum hic tractetur de iurisdictione & potestate iudicandi, & quis dicatur iudex competens, ideo non tango, sed infra aptiori loco declarabuntur.

13 ¶ Papam † verò solus Christus iudicat, sicut iudicauit Petrum negantem. *c. nũc autem, 21. di. c. auditum, 2. q. 5.* quod intellige circa alia delicta non concernentia fidem: sed circa ea, quæ concernunt fidem, puta si esset hæreticus, dicunt quidam, quòd ipse solus posset se damnare, *d. cap. nunc autem.* vbi q cum Marcellinus Pontifex idolis thura focis imposuisset, fuit à Concilio iudicatus hæreticus, sed statuit vt ipsemet suo se ore damnaret, nec quispiam ausus est eum damnatum pronunciare, sed dicebant omnes, Tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio: Noli audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam, quoniam ex te iustificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis, quoniam prima sedes non iudicabitur à quoquam. & idem dicitur etiam ibi fuisse factum, & seruatum fuisse contra Sixtum Papam, & ibi Archid. ponit formam sententiæ, quam ipse debet contra se dicere in hæc videlicet verba. Ego talis Papa infelix commisisse tale scelus fateor, ideo me iudico deponendum. Alij autem tenent, quòd tale iudicium debet alteri committere & delegare contra se ipsum, sicut Imperator. *l. est receptum, vbi Bart. de iur. om iud.* nam causas suas Imperator committit procuratori fisci. *l ad fiscum, C. vbi cau. fisc a le si ea. C. de his, quibus vt indign l. proxime ff. de ijs, quæ in testa. delen. l. nec quidquam. ff. de off. Procons.* & ideo Papa ipse alieno se submittit sæpe iudicio. *cap. nos si incompetenter, 2. q. 7. d. c. ad apostolicæ, de re iud in 6. & in c. auditum, 2. q. 4.* & si in criminalibus episcopus presbyteri & Diaconi eligunt sibi iudices, *c. iudices, 11 quæst. 1. cap. si autem. 15. q. 7. cap peregrina, 3. q. 6.* multo magis id posse debet Papa. & in terminis, q Papa possit delegare potestatem se deponendi, *est gl. in ver. apostolicam in cap. in Synodo 63. di.* Quinimo dicebat Egid. *in c. 1. de renun in 6.* quòd etiam si Papa se submitteret determinationi Concilij, nihilominus poterit ante sententiam resilire etiam iam completa inquisitione, neque poterit inuitus iudicari, sed dicendum ei, vt se ipsum iudicet, *d. cap. nunc autem, 21. dist. quem etiam sequitur Iacoba. in tract. de Concilio, lib. 4. art. 4. est facie 249. in litera B.*

14 An autem † Papa possit se submittere iudicio alicuius, dicam infra. nunc

autem vide Iacoba. *in d. tract. lib. 6. art. 14. est facie 391. col. 1. cum plur. seq.* Quidam postremò tenuerunt, quòd Concilium potest iudicare Papam maxime de hæresi, vt videtur probari *in c. Anastasius, 19. dist.* & facit ratio, quia Papa errare potest, cum sit homo, maximè circa fidem, *d. c. Anastasius, & cap. Acatius, 24. q. 1.* Vniuersalis autem ecclesia, quæ per Concilium repræsentatur, errare non potest, *c. arrepta, 28. q. 1.* orauit enim Christus patrem pro ecclesia,
15 ne deficeret fides eius, *cap. quia redemptor, 21. dist.* & quòd † Papa in causa fidei possit à Concilio iudicari, est text. & ibi omnes in cap. si Papa, 40 dist. Quinimo & Imperator ipse, qui subest Papæ, vt dixi supra, quando Papa est suspectus de hæresi, potest ab eo exigere, vt iudicet, quid sentiat de fide, *c. fatagendum, 25. q. 1.* & solet Papa professionem fidei ad ipsius instãtiam facere, vt ibi fecit Pelagius Papa Childeberto Regi. Hoc autem non est ex eo, quòd Concilium sit maius Papa, & in eum imperium & potestatem habeat; & similiter Imperator: sed quia talis est ordo iuris, sicut not. dixit Bald. *in c. 1. de mil. vas. qui contum. est*, quòd quãdo inferior monet superiorem vel parem, hoc non est ex vi imperij, sed ex ordine iuris. & quòd Concilium iudicet de accusationibus propositis contra Papam, *est text. in cap. Concilia, §. hinc etiam, 17. dist* vbi quòd Theodoricus Rex Concilium Romæ congregauit, vt ipsum sanctum Concilium iudicaret de ijs, quæ venerabili Papæ Simmacho præsuli apostolicæ sedis ab aduersarijs ipsius dicebantur impingi. quod Concilium postea congregatum authoritate eiusdem Simmachi talem protulit sententiam. Simmachus Papa, sedis apostolicæ præsul ab huiusmodi oppositionibus impetitus, quantum ad homines respicit, sit immunis & liber: cuius causam totam Dei iudicio reseruamus. & postea iudicat de alijs, qui schisma fecerunt, *de quo Simmacho habetur etiam in cap. nos si incompetenter. §. item Simmachus, qui est vltimus, 2. q. 7.* & quòd in causis fidei suppositus sit iudicio Concilij, *facit cap. sicut, & c. sancta, 15. dist. & cap. si Papa, 40. dist. c. Anastasius, 19. dist. & cap. Acatius, 24. q. 1. & cap. si duo, 79. dist. Archid. & Io. And. in cap. infidei, de hæret. in 6. & Hugo. & Archid. in cap. nunc autem super gl. sed videtur, 21. dist. & facit cap. mandastis, 2. q. 4. gloss. in cap. si forte, 63. dist. cap. si quis super his, 2. q. 7. c. auditum, 2. q. 4. gloss. in cap. sicut inquit, secunda, q. 7. & probat tex. actuum 15. & latè Deci. cons. 151. maximi ponderis, per totum.*
16 Quæ intelligenda † sunt vera etiam, quando Papa esset incorrigibilis, & ideo deponendus: sed si pœniteret, tũc ipse sibi pœnitentiam iniungere deberet, & ore proprio se iudicare, *vt dixi per c. nunc autem, 21. dist. & pulchrè tradit Belleme. cons. 99. in fi. 16 q. in 4. part. ipsius consilij.* cum enim est hæreticus, incorrigibilis & notorius, tunc definit esse Papa. *c. si Papa, 40. dist. arg. cap. vt commissi, post prin. de hæret. in 6 & c. cum secundum, eo. tit. & cap. fœlicis, §. si quis verò, de pœn. vt tenuit etiam Egid. Belleme. d. cons. 99. quem refert & sequitur Iacoba. in tract. de Concilio, lib. 3 art. 2. est facie 150 col. 2. in litera* C. & eo casu est minor quocunq; Christiano catholico, *glo. in c. præsul. secunda, q. 4. & in c. aliorum, 9. q. 3. & habetur in cap. in fidei, de hæret. in 6.* & ideo nimirum, si potest à Concilio iudicari in ijs, quæ fidem concernunt, *vt tenet gloss. Hugo. & Archid & Gemin in c. sicut 15. dist. & cap. habeo librum, 16. dist. & in c. illa, 12. dist. & Archid. in cap. sunt quidam, 25. q. 1.* Et
17 quòd † in 7. casibus possit à Concilio iudicari, tradit Iacobati. *in d. tract. de Concil. lib. 10. art. 7. facie 656. in litera D.* videlicet: Primò, quando est dubium iuris vel facti, vter ex duobus sit legitimus & canonicus Papa. Secundus, in criminibus hæresis & alijs concernentibus fidem. Tertius, in materia nutriente schisma inueteratum. Quartus in crimine scandalizante ecclesiam. Quintus, vbi contingeret turbari vniuersalem statum ecclesiæ. Sextus, vbi Papa reperiretur à fide deuius. Septimus, vbi induceretur nouus ritus prorsus diuersus à ritu antiquo, in quo nutritus est populus Christianus. quanquam hi casus mihi videntur ad 4. primos quia tres vltimi incidũt in priores, vt quintus in quartum, sextus in secundum, septimus in quartum, & quòd Cõcilium iudicet Papam in causa hæresis, tenuit Carrer. licèt præmissa non adducat, *in tract. de hæret. num. 99. & seq.* Notandum tamen aliquos tenuisse, quòd in causis electionis Papæ, & in factis eius Cardinales episcopi sunt iudices, ex quo ipsi eum coronant, & intronizant, *vt habetur 79. dist. cap. 1. & per totam. & refert Iacob. in tract. de Concil. lib. 3. art. 1. facie 126. A. in fi.* sed quia hoc non concernit materiam criminum, ideo consultò prætereo.

¶ Ad præmissa autem videnda sunt etiam, quæ supra dixi, *lib. 3. cap. 38.* dum loquutus sum, an & quando Papa possit accusari.

18 Et non est nouum, † quòd Papæ reperiantur hæretici, nam & Liberius Papa Arrianis adhæsit, & Anastasius secundus Nestorianis, & Cœlestinus errauit circa matrimonia fidelium, in quibus alter labitur in hæresim, cuius tamen opinio registrata erat in c. laudabilem, de conuers. infid.

## CAP. XVI.

## *de Loco Originis & Domicilij.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudex originis, vel domicilij an possit cognoscere & punire subditum suum, extra territorium suum commissum, per accusationem.*
2 *Iudex originis an possit procedere contra subditum suum, extra territorium suum per inquisitionẽ, & ex officio. & quid de iure canonico, & ciuili, vt numero sequenti.*
4 *Iudex originis vel domicilij inquirens, an teneatur sequi statuta sui fori, vel statuta loci in quo commissum fuit delictum.*
5 *Delinquens in loco exempto, non condemnabitur iuxta statuta loci originis, sed loci exempti, vel secũdum ius commune, fallit tamen vt nu. seq. vbi etiam an iudex originis teneatur remittere delinquentem ad iud. loci delicti ab eo requisitus.*
7 *Iudex loci delicti si reum condemnauerit, an iudex originis, & domicilij possit etiam punire eum de delicto regulariter sæpius quæri non debet.*
8 *Domicilium contrahere & sortiri qualiter & quando de iure quis dicatur.*
9 *Forus domicilij in ciuilibus, cum sit cæteris generalior, quis ibi conueniri potest de re etiam alias existente & de delicto alibi commisso. Forus autem delicti in criminalibus superat alios.*
10 *Habitans & possidens æqualiter in multis locis, vbiq; contrahit domicilium, & quid si inæqualiter?*
11 *Domicilium habens in aliquo loco, dicitur esse de illo loco, si ibi munera subeat.*
12 *Iudex domicilij, in quo differat à iudice loci delicti.*
13 *Domicilij appellatione, in dubio quod domicilium veniat.*
14 *Clericus habens beneficium in aliquo loco, si ibi habitat, an ibi dicatur contraxisse domicilium, vide remissiuè.*
15 *Monachus, dicitur habere domicilium in monasterio suo.*
16 *Bannitus vbi dicetur habere domicilium.*
17 *Vxor sequitur forum viri, ibiq; puniri poterit. Et quid de vidua?*
18 *Concubina laici, & concubina clerici, quem sortiantur forum?*
19 *Originis locus quis dicatur, & quod est ita potens, vt ipsi renunciari non possit.*
20 *Oriundus qui verè sit.*
21 *Originarios tripliciter constitui.*
22 *Domicilium habere vbi dicatur habitans in confinio duarum ciuitatum.*

QVIA in criminalibus quis præcipuè forum sortitur ex tribus his causis, origine, domicilio, & delicto ipso, *vt per Gand in tract. de malefic. sub titul. vbi puniatur delinquens, & not. in l. 1. & per totum tit. C. vbi de crim. agi opor.* non enim potest delictum extra locum, quo commissum est, ab alio puniri quàm à iudice originis, vel domicilij, *vt per Panorm. in c. vltim. num. 13. de foro compet.*

per

*per Card. Eleaz. & Imol. in cap. pastoralis, de re iud. & per Iacob. de Belui. in repe. §. contrahentes, num. 119. in clem. 1. & Hipp. in l. fi. de iur. omni. iud. num. 134. & plurib. sequent.* ideo de his videndum, sed hoc capite de causa originis & domicilij. Et certum est, quòd iudex originis potest cognoscere & punire originarium suum alibi delinquentem, si tamen in loco originis reperiatur, *vt est gloss. quam Bart. ibi sequitur post Iacob. de Are. in l. assumptio, §. 1. ff. ad muni. & Bald. in rubrica. C si à non comp. iud. & not. gloss. 2. & ibi Scrib. in l. omnem. ff de iud. & latè Salyc. in l. 3. C. de iur. omn. iud. & Cano. in cap accedens, il secondo, vt lite non contesta.* Similiter potest conueniri in loco domicilij. *l. 1. & secunda, & in auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opor. & in l. 1. C. vbi Sena. vel clar. & Cano. in c. fin. de foro compet. & de vtroq; Alex. consil. 166. videretur fortasse, num. 2. in 7.*

1 ¶ Dubia fuit apud veteres quæstio ista, † an iudex originis vel domicilij possit cognoscere & punire subditum suum ob delictum commissum extra suum territorium, ideo inter ipsos variatum: nam & varias formarũt quæstiones. Ego autem vt clariora omnia reddantur, sigillatim hos prosequar articulos.

Primò, an scilicet iudex originis vel domicilij possit procedere per viam accusationis tantum, vel an etiam per viam inquisitionis.

Secundò, an possit condemnare, secũdum statuta loci sui, vel teneatur sequi statuta loci delicti.

Tertiò, an requisitus teneatur remittere ad iudicem delicti.

Quartò, an si punitus fuit in loco delicti, possit puniri etiam in loco originis & domicilij. de quibus vide latè Ang. de mal. in ver. existens Florentiæ, num. 1.

¶ Circa primam quæstionem, an possit procedere iudex originis, vel domicilij contra subditum delinquentem extra suum territorium ad accusationem. Et concludẽdum est breuiter quòd sic, quia delinquens potest conueniri in loco originis vel domicilij de delicto alibi commisso, *l. 1. §. 1. vbi omnes, C. vbi de crim. agi opor. l relegatorum, §. sed eos, & §. si quis ff. de interd. & relega. & probat text. in cap. cum contingat. ibi, conquerentes ad ordinarium habere recursum, de foro compet. & probat hanc conclusionem tex. in l. fin. ff. de decre. ab ord. fa. & in l si quis in hoc genus, C. de episc. & cler.* vbi iudex secularis punit delinquentem in ecclesia, licèt ecclesia non sit de eius territorio, *& facit tex. in l 1. vbi Bald. C. de cunuch. & in l. mercatores, C. de commer. & merca. ver. nullus igitur, tradunt Bart. Ang. & alij in l. fi. de iur. omn. iud. Ang. in sua disputat. incip. Bononiensis quidam, in prima q. Bald. in l. pen. in 5. col. C. de exequ rei iud. & in l neganda, 3. col. C. qui accus. non poss. Ang. in repe. l si vacantia, C. de bo. vacan. lib. 10. in 12. col.* alias forus domicilij, qui videtur generalior alijs, esset superfluus, *& ita tenent omnes in locis prædictis, & etiam in locis infra allegandis, & Card. in clem. pastoralis, §. denique, in prima q. de re iudica. & Bologni. consil. 57. per totum, & Gand. in tract. malefic. sub tit. vbi puniatur delinquens, & per Ioan. Andr. in add. ad Spec. in tit. de compet. iudic. adi. §. 1. in ver. quid si conuenitur super maleficio, in addi. incip. & sequenti, antequam exeamus forum, & est sub num. 4. ante vers. septimus ratione rei & Ang. de malefic. in ver. hæc est quædam inquisitio, num. 83.* & in hoc nullus videtur contradicere, sed hæc communiter approbatur, *vt inquit Salyc. in l. 1. C. vbi de crim. num. 5. & omnes in cap. vt animarum, §. statuto, de constit. in 6.* quia iudex domicilij requisitus, vt contra suum subditum audiat, & cognoscat, non potest recusare.

2 ¶ Sed maior est dubitatio, † an iudex possit ex officio & per inquisitionem procedere. Et hanc quæstionem disputauit primò Odofre. & Placen. & Iacob. de Belloui. qui tenuerunt, quòd non posset procedi per viam inquisitionis, vt refert Gandi. *in tract. malef. in vlt. q.* vbi latè hanc quæstionem disputat, & transit cum hac opi. Odofre. quòd non possit, eandem opin. sequitur Ioan. And. *in d. addi. ad Specul. idem tenuit Albericus in tertia parte statutorum, q. 36. incip. item subijcio, vbi dicit in fin quòd Doctores communiter ita tenent.* Hanc quoque opin. sequutus est Bald. *consil. 471. præsupponitur, quòd quidam socij, in tertio.* vbi dicit in fi. illius consilij, quòd qui fecit furtum extra territorium, non potest puniri per iudicem domicilij, nisi portauerit furtum in eo loco, vel tractauerit ibi de faciendo furtum, & idem tenuit consil. *124. quidam Cagnus, quinto volum.* vbi dicit, quòd Doctores antiqui ita tenuerunt, & ita seruabatur de facto, & ibi etiam arguit ad partes, *& idem consil. 393. punctus talis, videlicet Titius Senensis, in fin. 1. volum.* vbi dicit, quòd omnes antiqui practici tenuerunt hanc partem. sed Cyn. & Bart. & Moderniores tenent contrarium, & quòd tutius est tenere hanc partem negatiuam antiquorum, *& hanc etiam sequitur Philippus de Casolis, qui tunc Pisis legebat, inter consil. Bald. consil. 311. in quarto.* & quia sunt tria consilia in eadem materia sub dicto num. est in consil. vltimo, quod incip. sed Christi, & eius matris, *num. septimo*, & idem Bald. *consil. 313. præfati excellentiß. Doct. eod. quarto volum.* vbi dicit, quòd licèt varij varia dixerint, tamen veritas est ista, quòd possit inquiri, & Hippol. *in l. fin. nu. 135. de iur. omn. iud. ver. sed punctus est, num. 138. & idem Hip. in pract. crimin. § oportunè, num. 90. & plur. seq. vbi remissio.* vbi dicit hanc esse communem, quòd non possit. Hanc quoque opin. sequitur Salyc. *in l. seruos, num. 10. C. ad l. Iul. de vi pub.* Et dicit Lud. Bologn. *consil. 8 quidam Guido bonus, colum. tertia vers. capio igitur fundamentum primum, & idem in consil. incip. D. A. colum. secunda, versic. sed plus dicunt Doctor. quòd ista est communis conclusio approbata & vera, & hanc etiam videtur sequi Alexand. consil. 111. ponderatis verbis, colum. secunda, versic. plus voluit Odofred. volum. primo,* licèt nihil firmet ibi, quia dicit plures contrarium tenuisse. Hanc etiam videtur sequi, licèt non firmet, Guido Papæ, *quæst. 202. in remissione, numero quarto.* & istam etiam opinionem vti veriorem sequutus est semper Hippol. de Marsi. *& legendo, & consulendo, vt in repe. l. fin. de iur. omn. iudicum, numero. 137. & sequent. & in pract. sua cau. crim. §. constante, num. 90. & sequent. & consil. 110. in causa inquisitionis, num. 16. & seq. & consil 14. in præsenti causa, num. 9. & consil. 57. in præsenti consulatione, num. 35. vers. idem addo.* Idem quoque tenuit Barba. *in cap. cum contingat, de foro competen. num. 26. vbi refert vtramque opin. & tandem num. 31.* tenet hanc Odofre. cum plur. sequent. hanc quoque sequitur Boer. *decis. 270. incip. ratione originis, & pariter Thom. Gramma. decis. 26. incip.* Michal Hebræus, *vbi num. 10. vers. nec militat,* dicit hanc esse magis communem.

¶ Contrariam verò opinionem, quòd immo possit etiam per inquisitionem procedere iudex originis, & domicilij, tenuit Cyn. *in l. 1. C. vbi de crim. agi opor. quem sequitur Bart in l. 1. C. de summa Trin. & fide catho. num. 47. & ibi etiam Bald. sibi contrarius, colum. antepen. versic. viso, an forensis. & idem tenent ipse Bart. & Bald. in d. l. prima, C. vbi de crim. agi opor. & Ang. pulchrè in sua d sputa. incip. Bononiensis suæ ciuitatis bannitus, in primo dubio,* præsertim in ijs casib. in quibus de iure communi vel ex forma statutorum potest inquiri, vt etiam tenet Ant. de But. *in c fin. de foro competen sequitur hanc etiam Abb. post Anto. in d. cap. cum contingat, de foro compet. & idem Abb. consil. 24. Rodulphus, in 1. volum.* & Ang. *in tract. malefic. in vers. hæc est quædam inquisitio, num. 83.* vbi in fin. dicit, quòd vidit multa consil. Doctorum peritorum pro, & contra, licèt ipse practicando tenuerit opin. Cyni, & Bartoli, ne delicta remanerent impunita, *& ibi Aug. de Arim. in addi. in fine,* audet dicere, quòd ista est communis, sed decipitur. & hanc etiam, licèt falsò dixit communem Bologni. *consilio quinquagesimoquarto, & hanc sequutus est Ruynus consil. octuagesimo quarto, numero nono, in quarto, & Alciat. in capitulo primo, de officio ordinar. numero sexagesimoseptimo.*

¶ Ego puto opinionem communem antiquorum tenendam tanquam etiam in iure veriorem, præsertim si offensus non esset subditus iudicis originis vel domicilij accusati, quia tunc in nihilo prorsus videtur offensus iudex accusati. ideo non est mirum, si non debet ex officio posse inquirere: nam neque offendit ille subditus, neq; turbauit territorium suum. quòd si offensus esset

eiusdem originis vel domicilij, tunc cessaret hæc ratio: ideo forte eo casu dici posset, ꝙ inquisitio procederet.

Limitarem tamen hanc conclusionem, nisi esset tale delictum, quod nisi extra territorium committi posset, vt si quis ferret arma, & alias res prohibitas ad barbaros, *vt probatur in l.4.C.de commer.& merc.& tradit Bald.in l.mercatores, eod.tit.*

¶ Si autem delinquens simpliciter habitasset per aliquod tempus in aliqua ciuitate, non ideo statim diceretur contraxisse domicilium, *vt pulchrè in terminis consuluit Ang.consil.27.quidam Victor.*

3 Notandum tamen, † quòd Bald.*in l.1.§.2.ff.de offic.præfect.vrb.num.7.ver.vlterius nota*, concordando supra dictas opiniones Odofre.& Cy. tenuit, quòd de iure canonico procedet opin.Cyn.& ratio est, quia inquisitio regulariter est permissa de iure canonico, sed de iure ciuili regulariter est prohibita, quia nemo sine accusatore damnatur.*l.rescripto,§.accusatorem,ff.de mun.& hon.* & non est permissa, nisi in casibus expressis, *l.2.§.si publico.ff.de adulte.* quia vbi accusator deest, ibi iudex non punit, *l.si filium tuum, C. de libe.cau.& hanc distinctionem videtur sequi Ioannes Andreas in d.addi.ad Specul.in titu.de competen.iud.adi.§.primo, sub num.quarto, in addi.magna, quem etiam videtur sequi Abb.in d.cap.cum contingat, de foro compet.num.7.versic.& sic videtur sentire per hoc.& August.de Arimi.in addi.ad Ang.de malefic.in ver.hæc est quædam inquisitio, nume.83.versic.adde tamen, quòd Bald.& Zanetin.in tracta.de differen.inter ius ciuile, & canonicum, in 194.differen.& Abb.consil.24.Rodulphus, nume.1.in primo.* sed quid si foret statutum in loco originis vel domicilij, quòd subditi delinquentes extra territorium possent ibi puniri. dic quòd sic, *vt plura adducens ad hoc concludit Hippol.in l.fin.ff.de iur.omn.iudic.numero 142.& sequent.* sed aduerte, quòd quando statutum imponeret aliquam pœnam specialem, tale statutum non extenderetur ad delictum commissum per subditum extra territorium. *ita Hippol.in dicta lege finali, numero 174.de iurisdict.omnium iudicum.*

Statutum.

4 ¶ Circa secundam † quæstionem, an præsupposito, quòd possit inquirere iudex originis vel domicilij, an tenebitur sequi Statuta sui fori vel statuta loci, in quo commissum fuit delictum. Et in hac quæstione Pet.*in l.fin.ff.de iur.omnium iudicum*, & Cyn. tenuerunt, quòd teneatur, vel saltem possit sequi statuta suæ ciuitatis, non autem loci delicti. Bart. verò *in lege prima, C.de summa Trin.numero 48.* sic distinguit, quòd scilicet quoad ordinem processus teneatur sequi statuta sui fori: quia statuta loci, vbi causa tractatur, quoad litis, & processus ordinationem, porrigitur ad omnem causam, etiam si fit de eo, quod extra territorium actum est, *lege tertia, §.fin.ff.de testam.l.cum clericis.in fine, C.de episcop.& cler.lege prima, in princip.C.de custo reo.l.secunda, in fine, ff.quemadmod.testam.aper.* Quo verò ad pœnam imponendam debet sequi vel ius commune, vel statuta loci delicti: quia statuta, quæ respiciunt litis decisionem, non extenduntur ad acta extra territorium, *iuxta text.in lege, cum vnus, §.secundo ff.de bon.auth.iud.poss.& ita procedit textus, qui etiam hoc probat in cap.vt animarum, de constit.in sexto.* ideo monet iudicem Bartol.*ibi, num.49.* quòd quando format inquisitionem contra subditum, qui deliquit extra territorium, addat has clausulas in fine inquisitionis, Super quibus omnibus, & singulis intendo procedere, & inquirere secundum formam huius ciuitatis, & eum culpabilem repertum punire, & condemnare secundum formam iuris, & sic in procedendo se referre ad formam statutorum, in condemnando ad formam iuris communis. sed Ang.*in l.fin.ff.de iur.omn.iud.colum.2.versic secunda quæstio, est mihi num.7.* reprehendit Bart. & dicit se valde mirari de d.distinctione per rationes ibi per eum adductas. ipse autem concludit sic distinguendo, quòd si reus est absens, quòd iudex domicilij, vel originis potest imponere quamlibet pœnam etiam indictam à statuto sui territorij, dummodo non trahat exequutionem extra territorium, & idem tenet *in dicta sua disputa.Bononien.in 3.colum.in fin.ver. quantum attinet ad impositionem pœnæ.* & contra distinctionem Bart. tenuit etiam Pet.de Anchar.*in repeti.cap.postulasti, in 5.oppo est num.26.cum seq.de foro competen.* Cardin. tamen Zabarel. post Paul.*ibi, in clem.pastoralis, §.denique, in 2.q.est nume.2.* facit longam distinctionem, quæ cadit in hoc, quòd si maior est pœna statuti loci delicti, punietur secundum illud, & è contra, quanquam hæc sit contra regulam *c in pœnis, de reg.iur.in 6.* Quicquid tamen sit, ista est vera & communis opin. quòd iudex domicilij condemnare non potest delinquentem extra territorium suum secundum statuta sua, sed vel secundum ius commune, vel secundum statuta loci delicti, *& hoc tenet gloss.in clemen prima, in §.eisdem, in ver.omnimodam, de foro compet.in fine, gloss.& Bald.in l.secunda.in princip.C.de eunuch.& idem tenet Calder.in cap.1.de raptor.in repe.in sexta quæstione, & hanc sequitur, & ita dicit communiter teneri Felyn.in cap.à nobis, il primo, numero tertio, de sententia excommunicationis, & dicit etiam communem Anchar.in repe.dict.cap postulasti, vbi supra, & hanc etiam dicit esse communem Alexand.consil.111.ponderatis, colum.secunda, in fine, in versicul.& cum sit communis opinio, in primo volum.& Hippol.in lege fin.de iur.omn.iud.nume.137.& 174.& sequitur etiam Raynus consilio 84.de pluribus, numero decimo, in quarto.* si tamen contraria essent statuta originis, & domicilij, attendentur statuta originis. *lege, libertus, §.præscriptio, in ver.fin ad municip.Hippol.post Iaf.in l.fin.de iur.omn.iudicum, num.64.*

Statuta.

5 ¶ Extenditur † tamen ista conclusio, vt procedat etiam si subditus delinqueret, in loco exempto, quia non poterit comdemnari secundum statuta loci originis, sed vel secundum ius commune, vel secundum statuta loci exempti. *ita dicunt omnes ferè in locis præallegatis, & consuluit Feder.de Senis consil.20 statuto episcopi.& Felyn.in c.fin.num.12.de foro compet.*

6 Fallit modò, † nisi statutum loci originis vel domicilij expresè diceret, quòd originarij, & ibi habentes domicilium ligarentur dicto statuto, etiam si extra territorium deliquissent. Ita Bart.*in d.l.1.C.de summa Trinit.numero 48.& omnes qui illum sequuntur, quos supra retuli.* Sed aduertendum, quia contra ipsum videtur etiam communis opin.& contra ipsum tenet Ang.*in l.fin.ff.de iurisd.omn.iudic.& in d.sua disputat.Bononiensi*, & Abb.*in cap.fin de foro compet.num.40.* & Ant.de But.*in cap.à nobis, il primo, de sent.excommunica.colum.fin.vbi etiam Abb.idem tenet, nume.11.& Ioan.And.& Io.de Lign.& Gemin.in cap.vt animarum, de constit.& sequitur etiam Alexand.dict.consil.111.colum.1, in fine, ver.fortius voluit, in primo.*

¶ Occurrit autem circa præmissa alia dubitatio, an scilicet si iudex delicti petierit ad se remitti ipsum reum, an iudex originis tenebitur remittere. de quo dicam infra in sequenti capitulo, dum tractabo de iudice loci delicti.

¶ Tertia succedit quæstio, an iudex originis teneatur remittere reum ad iudicem loci delicti. quam quæstionem hic non absoluo, quia aptius infra excutietur, dum loquar de remissione reorum.

7 ¶ Quarto quæritur, an si iudex † loci delicti condemnauerit reum, an iudex originis, & domicilij possit etiam punire. Et licèt regula sit, quòd de delicto eiusdem hominis non debet sæpius quæri, *l.licèt.§.fin.ff.nau.caup.stab.* & licèt quis possit in pluribus locis sortiri forum: tamen si in vno loco facta sit præuentio alibi non poterit cognosci *l.si quis postea, ff.de iud.l.cum quædam puella, §.fin.ff.de iur.omn.iud.* & quis non debet pro vno delicto pluribus pœnis integris puniri, maximè in diuersis foris, quia descenderent ex diuersis legibus, & statutis, *l.Senatus censuit, ff.de accusa.* Attamen communiter Doct. videntur tenere contrarium, quando primam condemnationem non soluisset: nam quilibet ex istis iudicibus habet suum forum, in quo maior est omnibus alijs, *l.apud eum, de manu.vind.not.in l.magistratibus, de iurisd.omnium iudicum.& in l.dixus.ff.de custod.reo.* & vni per alterum non debet iniqua

Præuentio.

conditio

conditio inferri. *l. in concedendo, ff. de aqua plu. ar.* Item quilibet iudex tuetur iurisdictionem, quam habet in subditos, & in territorio suo, *l. 1. ff. si quis ius di. non obtemp. & ita etiam tenet Bartol. in l. sepulchri, ff. de sepul. viola. vbi latè Alexand. & alij in addi. & Bald. consil. 292. punctus sic proponitur, quidam de Carnatio, in quarto volum. & cons. 124. Quidam Cagnus, in quinto.* vbi etiam proponit pulchram quæstionem, quid si iudex loci delicti condemnauit pecunia, & soluit, & eodem tempore locus domicilij condemnauit capite, an poterit puniri etiam capite? Et concludit, quod non, de quo tamen infra latius in materia præuentionis, & faciunt quæ supra dixi hoc libro. cap. decimo, in duodecima limitatione, dum dixi, quòd in casibus mixtis si laicus absoluerit, vel condemnauerit, an poterit ecclesiasticus procedere, & è contra.

¶ Notandum tamẽ quòd si in loco delicti fuerit condemnatus, & soluerit pœnam, non poterit iudex originis procedere. *ita Bald. cons. 28. factum tale est, quidam Perusinus, vol. 2. in antiquis.*

Domicilium. 8 ¶ Domicilium autem,† quem habuisse non probatur ex eo, quoniam ibi habitauerit, puta per annum, & quòd sustinuerit onera, & angarias, sed requiritur, quòd eo animo ibi sit versatus, vt domicilium contraheret. *l. domicilium, ff. ad municip. l. ciues, vbi etiam gl. C. de incol. lib. 10.* præsumitur autem animus ibi habitandi, si per decem annos habitauerit, *l. secunda, eo. tit.* præsertim si habitauerit extra locum originis, *arg. l. fin. C. de præscri. longi temp.* sola enim habitatio non probat domicilium, *l. libertus, §. sola. ad municip. ita consuluit Petr. de Albisiis inter consil. Bald. consil. 311. quæstio, super qua, 4. volum. vbi respondet etiam ad leg. primam, C. vbi Sena. vel clar. & ad l. primam, §. habitare. ff. de ijs, qui deie. vel effud.* Neque etiam sola conuersatio frequens in aliquo loco inducit domicilium, neque facit, vt ibi sortiatur forum pro delicto alibi commisso, sed bene pro gestis, & alijs per eum ibi; quod quomodo procedat, vide Alexand. *cons. 216. ponderatis, numero decimoquinto, in sexto,* & Ruin. *consil. 18. de pluribus, numero primo, & secundo, in quinto,* vbi etiam, *numero nono, & decimo* dicit, quòd si quis cum familia habitat in aliquo loco, & in alio ipse solus habitat, dicitur habere domicilium in loco, vbi habet familiam, non in loco, vbi ipse habitat, & in d. nume. 2. ponit aliquas coniecturas, per quas quis præsumatur domicilium habere in tali loco. Sed & hoc notandum, quòd maritus ibi præsumitur habere domicilium, vbi vxor, & eius familia habitat, *lege prima, §. domum. ff. de liberis agnoscend. in illis verbis,* vbi larem matrimonio collocauerint. & ideo sufficiet illum citare ad eam domum, in qua habitat vxor, vt tenet Innoc. *in capitulo vltimo, vbi etiam Hostien. & Ioannes Andr. de eo, qui mittit. in possessionem, & in capitulo, ex parte B. post princip. de foro compet. & Bartol. in dicta lege prima, §. permittitur, de lib. agno. Card. in clemen. prima, colum. 3. in secunda quæst. de iudicijs,* si enim maritus abest ab vxore, præsumitur latitare, *vt dicunt Innoc. Host. & Io. Andr. in d. c. fin. & Ang. in l. properandum, §. & si quidem, C. de iud. Capra consil. 142. punctus, quidam Bartholomæus, in secundo dubio.* Hæc igitur vel maior pars eorum requiritur ad probandũ domicilium, quòd habitauerit per decem annos, quòd maiorem partem bonorum ibi habeat, quòd habeat animum saltem præsumptiuè ibi habitandi, quòd sustinuerit onera. *ita Paris. consil. 34. statutum, in 3. volum. num. 20.* & quòd decem anni requirantur ad constituendum domicilium, tenet Craue. *cons. 55. reuocatur in dubium, numero 2. in fine, & Paris. cons. 12. numero 13. in 3. vbi numero 22.* quòd per decennium dicitur contractum, etiam si ibi onera non subierit, etiam si post decennium diceret se habere animum repatriandi. *ibi num. 23.* & oportet, quòd continuè habitauerit per d. decem annos, etiam si talem animum non habuerit. *ibi Paris. nume. 16. 17. & 20. & tradit etiam Hippol. cons. 57. nu. 25.* probatur etiam animus ex alijs coniecturis, sicut in quacunque alia materia. *l. Fulcinius, §. quid sit latitare, ff. quibus ex cau. in pos. ea. & l. pro hærede, §. Papin. & l. gerit, ff. de acquir. hæred.* nam si quis recedit ab vno loco cum vxore, tota familia, & omnibus mobilibus suis, præsumitur velle transferre domicilium, *vt no. Innoc. in cap. 3. de renun.* sed non ideo vbi transtulerit, statim contrahit, nisi per decem annos steterit. *Ita Philip. de Casol. qui tunc Pisis legebat, inter consil. Bald. sub nume. 311. & quia sub hoc numero sunt tria consilia in eadem materia, ideo videas vltimum, quod incip. sed Christi, numero 5. & sequen. in 4. volum. cui consilio, immo quibus tribus consilijs, se subscripsit idem Bald. in cons. 313. præfati excellentis. Doctores, eod. volum. licèt malè sit tra. plantatum, quia debebat illa tria immediatè sequi.* vbi etiam pulchrè loquitur, quando domicilium contractum probetur, & dixit Ang. *cons. 27. quidam Victor,* quòd etiam minori tempore quàm decennij præsumitur domicilium contractum, si cum maiori parte fortunarum ibi habitauit per aliquot annos, *vt per gloss. magn. in l. hæres absens. ff. de iud. & in l. ciues. C. de incol. lib. 10. & probatur in l. 1. & ibi Azo in summa, C. vbi pe. tu. & in l. 2. vbi Alberic. C. vbi Sena. vel clar. cap. ex parte B. vbi Innoc. & alij, de foro compet. gloss. in l. eius qui manumisit, §. vltim. in gloss. vltim. ff. ad muni. l. is, cui. §. qui legatorum. in ver. domicilium, ff. vt in poss. lega. & in c. dilectus, lo secondo, in ver. domicilium, de rescr. & in c. cum nullus, in ver. domicilium, de temp. ord. in sexto, Bal. cons. 411. colum. 2. in 2. & cons. 58. colum. 1. in quarto & Rom. cons. 197.* & si dubitetur, an ibi habeat maiorem partem bonorum, vel non, satis est ostendere, quòd bona possideat, vbi habitat, nec cogitur probare, quòd illa sit maior pars bonorum, sed quòd vult dicere alibi quàm vbi habitat habere maiorem partem fortunarum, ipse id probet, quia præsumitur possidere omnia bona, vel maiorem partem bonorum in loco, in quo habitat. Ita Angel. *consil. 217. in causa accusationis, colum. 2. versicu. quarto, quia de crimine.* probato autem domicilio patris, censebitur probatum etiam domicilium filij, *vt inquit Angel. in l. vltim. C. de impub. & Bald. cons. 234. decretum magnifici, colum. 1. volum. 1.*

9 ¶ Et notandum,† quòd forus domicilij est generalior omnibus alijs, & ideo sicut ibi potest conueniri de re alibi existente, *vt no. in l fin. C. vbi in rem act. & in cap. fin. de foro compe.* ita poterit accusari pro delicto alibi commisso. Ita Abb. arguit *in cons. 24. Rodulphus, nume. 2. in primo, & Felyn. in cap. licèt, 9. col. de foro compe.* quòd concurrit cum quolibet foro. neque enim quis potest dici subditus alicuius iurisdictionis, nisi eius sub qua retinetur domicilium, vt est glos. *in clement. 1. in ver. subditos, de foro compe.* & dixit Abb. *in cap. nuper, ad finem, de sententia excommunica.* quòd forensis non dicitur subditus ratione delicti, neque comprehenditur sub statuto de subditis, & idem tenet Cardin. *in clement. 1. §. 1. de foro compe. & Gramma. consil. 27. in causa Magnifici numero 4. & 5.* Sed contra præmissa, quòd immo attendatur locus originis tanquam dignior, facit text. *in l. libertus, §. præscriptio, ver. cum simul. ad municip. & ita per illum text. consuluit Rom. cons. 39. in proposita quæstione, circa finem, cuius dictum pluribus comprobat Ias. in leg. si arrogator, numero 44. & sequen. de adop.* sed ad illa postea omnia idem Ias. respondet *ibi, sub num. 48. & seq.* vbi quòd in ijs, quæ iam erant contracta ante mutatum domicilium originis, attenditur locus originis in alijs domicilijs.

¶ Sed notandum, quòd in delictis forus delicti superat omnes alios, sicut in ciuilibus forus domicilij, *vt habetur in §. si quis verò comprehensorum, in Auth. vt nulli iud. & in cap. statutum, §. 1. de rescrip. in sexto, & tradit Bald. in l. de quibus, ff. de legi. nume. 25. ver. vel dico, quòd fiunt apud nos.* sed quòd forus domicilij, sit potentior, Ripa *in rub. sol. mat. nume. 11.* quod tamen intellige in ciuilibus, *vt dixi ex mente Bald. in d. l. de quibus.*

10 ¶ Quid modò,† si quis in pluribus locis habitaret? Dicendum, quòd aut æquè habitat vtrobique, vel in omnibus, & in omnibus pariter possidet bona æqualiter, & tunc dicitur vbique contraxisse domicilium. *l. Labeo, l. assumptio, §. iurisprudentibus. ff. ad munici.* ergo & vtrobique

poterit accusare. aut verò inæqualiter habitat, & inæqualiter possidet bona: tunc dicetur ibi habere domicilium, vbi frequentius habitat, & maiorem habet partem fortunarum, *d. l. Labeo.* quæ faciunt pro nobilibus, qui aliquando duo, aliquando plura habent domicilia, vt scilicet vno in loco habitent æstate, alio hyeme, *vt dixit Bald. in cap. dilectus, de rescrip. & facit text. in l. 3. § salus. de acquir. posses.* Et quòd illud sit attendendum domicilium, in quo frequentius habitat, tradit Bartol. & Bald. *in leg. quòd si dubitet, de acquiren. hæred. & Bartol. in l. cum de lanionis, §. Sabinus. ff. de fun. instru. Card. in cap. ex parte B. de foro compe. & in clement. 1. in 25. q. eodem titul. Bald. in cap. dilectus, lo secondo, colum. 2. versicu. quæro, an si quis habet. vbi etiam Card. de rescrip. & Bald. consil. 234. decretum Magnifici, colum. 2. volum. 1. Alexand. cons. 2. colum. 3. versicul. alia ratione, in tertio, Ruin. cons. 88. visis, colum. 4. numero 8. in tertio.* nam & ibi quis dicitur habitare, vbi habitat maiore anni parte, licèt tunc non habitet, *gloss. in l. 1. in ver. maneat, vbi Bartol. colum. 2. ff. de lib. agno. Bald. in l. si quis ad declinandam, colum. penult. ver. nunc breuiter, C. de episc. & cler. Paul. Castr. in l. 2. colum. 1. C. de iur. omn. iud.* vbi dicit, quòd immo dicitur ibi continuè habitare, licèt non semper habitet, sed aliquando alibi. Et quòd si æqualiter habitaret, & æqualiter possideret in duobus, vtrobique diceretur habere domicilium & accusari posset, *vt tradunt gloss. in clem. causam, versic. quod si forsan in versic. communiter, & ibi Card. in 4. q. de elect. Bartol. in d. l. quod si dubitet, Bald. in cap. 1. colum. 4. versic. si statutum dicit, de mili. vassa. qui cont. est.* licèt loquantur de citatione fienda, quod tamen in idem cadit. Et nota, quòd quis potest esse sine domicilio, potest etiam habere duo domicilia, sed non plura, *l. eius, qui §. 1. & secundo, leg. assumptio, §. iuris pruden. ad muni. Rosfred. de libellis, sub rubrica, qualiter declinetur iudicium ratione feriarum, nume. 2.*

11 ¶ Qui autem † habet domicilium in aliquo loco, dicitur esse de illo loco, maximè si ibi subeat munera, *cap. statutum, §. si verò, vbi gloss. in ver. ciuitatis, de rescrip. in sexto, vbi Gemin. & alij, l. prima, vbi Bartol. ff. ad municip.* quod facit ad statutum mandans forenses, qui non sint de illa ciuitate, si contra eos inquiratur, debere citari sub tali forma: quia potest dubitari, quis dicatur esse de illa ciuitate, *de quo vide Alexand. cons. 120. viso processu, colum. vlt. numero 10. in 7.*

Statutũ de citatione.

12 ¶ Iudex † autem domicilij differt à iudice loci delicti, quia potest citare subditum suum, id est, habentem domicilium in loco suo, vbicunque existat: quia quocunque vadat, dicitur eius subditus, quod non potest facere iudex loci delicti, nisi ibi reperiatur. *Ita Cardin. in clemen. pastoralis, in §. illud, de re iudica. Felyn. in cap. licèt, in duodecima colum. in ver. scias, de foro compe. & ibi Abb. in secunda columna, & habetur in capitulo, postulasti, eodem titu. Grammat. consil. 27. in causa magni. numero sexto,* subditus enim quis propriè dicitur ratione domicilij, *gloss. in clemen. prima, in ver. subditos, in fine, de foro compet. vbi Imola multa ad hoc allegat, Bald. in lege, omnes. §. si non apparitor. C. de episco. & cler. Alexand. in addi. ad Bartol. in lege, assumptio, §. primo, ff. ad municip. & in leg. cum quædam puella, vbi etiam Socin. ff. de iur. omn. iudi. Abb. in cap. 1. in fine, vbi etiam Felyn de foro compet. & Petr. de Ancha. in cap. Romana. §. contrahentes, de foro compet. in sexto, Paul. de Castr. cons. 44. videtur dicendum, colum. vltima, in primo, Corn. consil. 323. animaduertens, colum. secunda, in quart.* & ideo dicebat Petr. de Anchar. *cons. 438. ista sententia,* quòd is propriè dicitur Genuensis, qui ibi habitat, *quem sequitur Dec. cons. 352. viso puncto, colum. prima.* & omnia iura, quæ loquuntur de domicilio originis, habent locum etiam in domicilio habitationis. *gloss. not. in capit. præsenti, in versicu. sanè, in verbo, originis, vbi Gemin. & Franc. de præben. in sexto.* Quid si statutum alicuius loci, puta Patauij, excommunicat ipso iure intrantes monasteria monialium, & quidam Veronensis intrauit monasterium Patauij, ita quòd est excommunicatus, an suus episcopus Veronensis poterit eum absoluere. Abb. *in cap. graue, numero 14. de præbendis.*

Statutũ de Monasterij ingressu.

13 ¶ Est aduertendum, † quòd licèt domicilium dupliciter dicatur, & ratione originis, & ratione habitationis: tamen in dubio appellatione domicilij, venit domicilium habitationis, *vt est gloss. not. in capit. statutum, §. cum vero, in versicu. vnam dictam, vbi Petr. de Anchara. Geminia. & Franc. not. de rescript. in sexto, Bald. in lege vltima colum. 12. versicu. sed hic quæritur, C. de edic. diui Adr. toll. & in lege, de quibus, colum. octaua. versicu. quinto quæritur. ff. de legi. & consilio trigesimoprimo, statuto ciuitatis, Anton. de Butr. Imola, & alij, & præsertim Felyn. colum. 11. versicu. circa forum domicilij, de foro compe. idem Anton. cons. 21. viso puncto, & quæsito, ad finem, Alexand. in lege, cum quædam puella, colum. secunda, de iur. omn. iud. & consilio decimosexto, viso titulo quæstionis, colum. vltim. in princ. & cons. 101. ex inspectione dict. statutorum, colum. secunda, comprobatur. in 3. Soc. quoque cons. 79. versicu. si essemus in terminis, colum. 3. versicu. primum principale, in quarto, Steph. Bertran. cons. 109. etiam si verum, circa princ. 1. volum. & tradit Crot. in leg. omnes populi, de iust. & iur. nu. 171. est in vltimis verbis.*

Clericus.

14 ¶ Sed an clericus, † qui habet beneficium in aliquo loco, & ibi habitat, dicatur ibi contraxisse domicilium, & ideo à iudice illius beneficij possit puniri, præsupposito quòd à paucis annis ibi habitaret, poteris decidere *ex not. per Innoc. post gloss. ibi, & per alios post ipsos, in cap. vltimo, de eo qui mitti. in posses. causa rei seruan. & per gloss. in ver. plures, in c. quia in tantum, vbi Panor. & Deci. de præben. & per omnes in cap. ex ore. de priuil. Specul. in titul. de accusat. §. primo, ver. sed nunquid sufficit. Bald. in leg. omnes, in secundo not. C. de episc. & cler. latè per Felyn. in c. dilectus, lo secondo, colum. 1. & multis sequen. de rescr.* dum tractant, an possit citari clericus ad domum beneficij sui, licèt ibi non tunc habitet, *Roma. cons. 342. quoad primum, colum. secunda, versicu. est etiam nulla. & cons. 361. in casu, colum. 2. versicu. nec refragatur.*

Monachus.

15 ¶ Monachus verò † dicitur habere domicilium in monasterio suo, *vt tradit Innoc. & post eum omnes, in cap. ex ore, de priuil. & probat text. in leg. omnes, in fin. princ. ibi, in suis laribus, C. de episc. & cler. & tradit etiam Bartol. in leg. prima, columna secunda, ver. iuxta prædicta, ff. ad municip. & in leg. ciues, C. de incol. libr. 10. Doct. in capit. posiulasti, de foro compet. Petr. de Anchar. in c. vltimo, in quarto not. de off. deleg. in 6.* in quibus locis tractatur, cuius loci monachi sint ciues.

Bannitus.

16 ¶ Bannitus pariter † dicetur habere domicilium, in quo tanquam bannitus habitat, vel relegatus, *l. ad cognitionem. ff. ex quibus causis in posses. ea vbi omnes not. & Alberic. in l. relegatorum, §. hæc est differentia, ff. de interd. & relega & facit etiam text. in l. filij. §. relegatus, & in l. eius, qui manumisit. §. vlt ff ad municip.*

Vxor.

17 ¶ Certum est autem, quòd † vxor sequitur domicilium mariti, ideo poterit & ibi puniri. *l. cum quædam puella, vbi omnes, ff. de iur. omn. iud.* quod tamen non verificatur in sponsa. *leg. ea, quæ. la seconda, & ibi gloss. & Alber. ff. ad municip. & not. gloss. in l. vltima, §. item rescripserunt mulierem, ff. eod. & Alberic. in l. filij, in princ. eod. titul. & pulchrè Bald. in authent. omnes peregrini, colum. 1. ver. nota quòd quando Princeps, C. communia de succes. Deci. consil. 283. de statuto de lucro dotis, colum. 5. versicul. sed his & similibus.* Retinet tamen & vxor domicilium patris in ijs, in quibus non subtrahitur ab obsequijs mariti, *vt tradit Bartol. in l. vltim. §. idem rescripserunt mulierem, ff. ad municip.* Vidua autem retinet domicilium mariti, donec in viduitate permanet, *d. l. fin. §. vidua, ad municip.* nam fingitur perseuerare adhuc in ipso matrimonio, *l. vlt. C. de bo. mater.* si verò maritus non traduceret vxorem ad domum suam, sed ipse traduceretur, vxor eo casu non mutaret forum, sed seruaret suum, *Bald. in l. vlt. C. si à non comp. iud. tradunt omnes in d. l. cum quædam puella, de iur. omn. iud.*

Sponsa.

Vidua.

18 ¶ Concubina tamen † non sequitur forum concubinarij, nisi eo animo se ad eum conferat, vt ibi habitet, *vt tenet*

Concubina.

*tenet Alexa. in d. l. cum quadam, & ibi Iaſ. nu. 16.* & Deci. pariter nu. 16. intelligendo de concubina laici: ſecus autem in concubina clerici, quia in odioſis ſequitur forum ſui concubini, adeo vt epiſcopus poterit eam punire, *ſecundum gloſſ. in cap. eos, 32. di. Butr. & Abb. in cap. cum ſit generale, de foro compet. & in c. ſi concubinæ, de ſententia excommunic. ſequuntur Iaſ. & Dec. in d. l. cum quadam, vterq; nu. 17.*

Origo. 19 Originis autem † locus dicitur locus, vnde parentes originem habent, licèt ipſe alibi ſit ortus, *Bald. & Ang. in l. huiuſmodi, § legatum, ff. de lega 1. Bart. in l. filios, C. de muni. & orig. Abb. in cap. Rodulphus, de reſcrip.* licèt Paul. & Alex. *in d. §. legatum,* contrarium teneant, quòd ſcilicet imo locus originis contrahatur etiam per ortum & natiuitatem, & idem tenet Cuma. *in l. cætera, § fi. de l. 1.* vbi dicit ſe ita conſuluiſſe, *& poſtremò ſequitur hanc vltimam partem Gramm. Voto 10. nume. 11. & 14.* Et forus, qui contrahitur ratione originis, eſt adeo potens, quòd illi renunciari non poteſt, neq; poteſt quis ſponte ſe ab eo eximere, *l. origine, & l. aſſumptio, ad municip. tradit Alex. conſ. 34. 2. col. 2. volum. & Gramm. d. Voto 10. nu 16.*

Oriundus. 20 Alciatus † *in l. incontinentibus, ff. de verb. ſign. in fine,* ſcribit vulgò & per Cano. *in capitulo primo, de vſuris in ſexto,* oriundum dici, qui ipſe natus eſt in eo loco, vel qui inde originem duxit; puta quia pater, vel eius maiores ex eo loco antiquitus prognati ſunt: ſed peritiores (inquit) oriundum non eſſe, qui ipſe natus ſit, exiſtimant, ſed qui genus duxit, adducens T. Liu. ſic dicentem, Nati Chartagine oriundi à Siracuſis. cuius tamen viri opinionem non ſequor, cum paſſim in iure pro nato & pro originario ſumatur oriundus, *vt in l. relegatorum, §. dubitatum, ff. de interd & relega. in l. aſſumptio, in princ. ad munici. in l. 3. C. de nat. lib. & in l. Diuus, ff. de tutor. & cura. d. l. iuriſperitos, §. 1. ff. de excuſ. tut. & in lege, ſi quis officium ff. de ritu nup.* dum autem Alciat. tacito nomine dixit, peritiores exiſtimant, puto intellexiſſe de Lauren. Valla, qui idem tenet *lib. 3. elegan. c. 60.* & adducit eandem authoritatem Liuij, qui tamen non obſtat: quia fateor oriundum dici, qui longos trahit natales ab aliqua ciuitate, licèt ipſe alibi ſit ortus, ſed dico in iure non reperiri hanc differentiam, ſed paſſim etiam eum, qui ibi natus ſit, intelligi. quam tamen vocem vix ſemel reperies apud Tul. in Topicis. Quem ergo oriundum nos dicimus, veteres vocabant domo tali: puta cum vellent ſignificare aliquem, licèt Romæ cõmorantem vel etiam natum, aliunde tamen originem trahere, dicebant, Vitellius Domo Nuceria, Caius Domo Siculus, Adrianus Domo Patauus, vt eſt apud Sueton. in Vitellio, cap. 2. quæ hic obiter adnotaſſe placuit, poſtquam de originarijs & incolis tractamus.

Originarij. Incolæ. 21 ¶ Illud quoq; † obiter ſciendum, originarios tripliciter conſtitui, natiuitate, adoptione, manumiſſione: Incolas verò ſola facit habitatio, *l. ciues, C. de incol. lib. 11.* Originales etiam appellat l. cum neque, cod. tit. 1. qui ibi vel nati, vel adoptati, vel manumiſſi ſunt: quia vox iſta originis, comprehendit tres illos modos, quibus originarius quis ſit. *l. priuilegio, eo met tit. C. de incol.*

Habitans in Confinibus. 22 ¶ Et poſſet etiam † dubitari, an ſi quis habitaret in confinibus duarum Ciuitatũ vel Prouinciarum, in qua prouincia diceretur habitare vel domicilium habere. & concludendum, quòd de proprietate verborum in neutro, *vt in ſpecie tenuit Gemin. poſt Io. Andr. in cap. 1. colum. 1. de temp. ord in 6. quem ſequitur Felyn. in cap. Rodulphus, num. 37. ver. & omnino adde, de reſcr. & Hip. ſing. 238. differunt.* Sed aduerte, quia videtur, quòd imo dicatur ſub vtraque domicilium habere, & ſic quòd vterque iudex punire poterit, *per not. doct. Andr. de Barulo, quem ibi ſequitur Ioan. de Platea in l. omnes populi, C. de agric. & cenſi. lib. 11.* vbi voluerunt, quòd ſi quis habitat in medio duarum Parochiarum, adeo quòd non ſit diſtantiæ differentia, & in vtraque æqualiter conuerſatur, cenſebitur eſſe Parochianus vtriuſque eccleſiæ; & idem quoque tenuit idem *Ioan. de Plat. in l. 1. C. de munici. & orig. lib. 10. Bartol. Angel. & alij in l. quod conclaue, ff. de damno infecto.* licèt Imola, Domin. & Franc. *in c. cum quis, §. cum ab eo, de ſepul. in 6.* dicant, quòd ſi dubitetur in qua Parochia ſit ſepeliendus, quòd erit locus gratificationi, vel ſorte dirimetur. *& idem Alberi. dixit in ſecunda parte ſtatu. quæſt. 141. quæro etiam quæſtionem diſputatam per l. eius, qui manumiſit. §. Celſus, ff. ad muni. & tradit etiam Ioan. Andr. in add. ad Specul. in rubrica, de parochi. & omnes Cano. in cap. indicante, de teſtam.* & dixit Panor. poſt Gofred. *in cap. quoniam, in fin. de decim.* quod cum dubitatur, vtrius Parochiæ ſint noualia poſita in confinio duarum, quòd diuidi debebunt. Ego autem puto verum eſſe, quòd appellatione prouinciæ, vel ciuitatis, non veniunt confinia propriè, quia ſunt communia & mixta, ideo non comprehenduntur ſub ſimplici. ſed cum dubitatur, an habitans in confinio poſſit iudicari à ciuitatibus confinia habentibus communia; & teneo quòd ſic ſicut quando delictum eſt factum in confinio duarum ciuitatum; quia vtraque poterit procedere, *vt dicam infra, capitulo 17. numero 14. cum ſequen.*

## CAP. XVII.

## *de Loco Delicti.*

### SVMMARIVM.

1 *Delicti ratione, delicti forum ſortitur delinquens, & iudex maius omnibus poſt Principem habet imperium. amplia vſq; ad nume. 7. & à nume. 14. vſq; ad nume. 16. & limita à nume. 17. vſq; ad nume. 20.*

8 *Tractatus eſt delictum de per ſe, & ideo ſi tantum vnus ex duobus cõmiſit homicidium, ratione tractatus ambo in loco tractatus puniri poterunt.*

9 *Delictum incipiens per ſcloppum, vel aliud quid in vno territorio, quod conſumatur in alia per percuſſionem, vbi poſſit accuſari, & puniri.*

10 *Conuicium ex vno Territorio proferens contra alium exiſtentem in alio territorio, à quo puniatur.*

11 *Rapiens puellam in vno loco, & violenter cognoſcens in alio, vbi puniri debeat.*

12 *Iurans in vno loco, & in alio Falſum deponens, vbi puniatur.*

13 *Ratificans delictum commiſſum in alio territorio, vbi puniri debeat.*

21 *Delinquere in finibus, non eſt delinquere in prouincia, & hoc propter ſtatuta, vbi ad materiam multæ Partes Venetorum ponuntur.*

22 *Delinquens etiam ſuperior iudicis loci vbi delinquitur, poteſt ibi accuſari, ac puniri.*

23 *Epiſcopus ſuffraganeus ſubeſt Archiepiſcopo. ſicut clericus ſuo epiſcopo, & ideo Archiepiſcopus punietur delinquens coram Patriarcha, vel alio ſuperiore.*

24 *Archiepiſcopus punietur delinquens in diœceſi ſui ſuffraganei, à ſuffraganeo, non vti ſuffraganeo ſed quia erat ex diſpenſatione alterius diœceſis epiſcopus, & ſi non ſubditus Archiepiſcopo.*

25 *Domini duo pares in iuriſdictione, vtriq; procedunt.*

26 *Delinquens etiam Delegatus Principis punietur ab ordinario loci delicti, & in quibus caſibus.*

27 *Clericus deponens falſum coram iud. laico ab ipſo iud. laico punietur.*

28 *Teſtis etiam ad inſtantiam alterius iudicis deponens falſum ab eo iudice coram quo depoſuit, punietur.*

29 *Iudex ſuper delicto cognoſcet non ſolum in ſuo territorio, ſed etiam ſi in mari fuerit commiſſum.*

30 *Priuilegiati delinquentes amittunt priuilegium, & poſſunt puniri à iudice loci delicti.*

31 *Delictum commiſſum in loco Exempto, dicitur commiſſum extra territorium.*

32 *Delinquens Confugiens ad ciuitatem confœderatam loci vbi deliquit, poterit puniri in ciuitate confœderata.*

33 *Delinquens contra collegam delinquentem an procedere poſſit.*

34 *Delictum seculare committens in ecclesia, à iudice laico iudicabitur.*

35 *Exemptus à iurisdictione iud. loci, vt monachus, coram suo iudice, videlicet Abbatem, vbiq; conueniendus est.*

36 *Iudex competens in duobus locis, existens in eo in quo delictum fuit commissum, cognoscet.*

37 *Magistratus Expulsi poterunt expellentes punire, etiam extra Territorium expulsi stantes.*

38 *Promittens non offendere aliquem sub pœna iudici, si offendit etiam extra territorium poterit ab eodem iudice puniri.*

39 *Deliquisse quis dicitur in loco beneficij, vbi residere tenebatur, licèt semper steterit extra.*

40 *Delinquens forensis quoad forum pœnitentiale, nunquam sortitur forum deicti, sed originis vel domicilij.*

1 REGVLA est generalis, † quod delinquens ratione delicti, forum sortitur in loco, in quo deliquit. *l. fin. ff. de accusa.* & ideo ibi accusari debet, vt ibi dicitur, *& probat text. in l. 1. C. vbi de crimin. agi opor.* & ideo iudex alicuius prouinciæ fundatam habet iurisdictionem suam contra omnes delinquentes in ea, quia maius habet imperium in ea omnibus post Principem. *l. 3. ff. de offic. præsid & probat text. in §. si quis verò comprehensorum, in auth. vt null. iudi. & in cap. 1. de raptor. & in cap. si illic, 23. q. 4.* dum inquit, ibi vindicetur iniuria, vbi plectibilis est orta præsumptio. *& in c. si peccauerit, secunda, q. 1.* dum inquit, vbi contingit malum, ibi moriatur.

2 ¶ Extende primo, † vt procedat non modò, vt possit procedere per accusationē, *iux. d. l. fi. ff. de accus.* sed etiam per inquisitionem, quia congruit bono, & graui præsidi curare, vt pacata atque quieta sit prouincia, quam regit, quod non difficilè obtinebit, si sollicitè agat, vt malis hominibus prouincia careat, eosq; conquirat, & prout quisque deliquerit, in eum animaduertat, *inquit Vlpia. in lege, congruit, de offic. præsid.*

3 Secundo extende, † vt procedat etiam in seruos, quia potest iudex loci delicti punire seruum cuiusq; in quocunque territorio habitantis. immo dominus eo loco tenetur exhibere seruum delinquentem, & ibi illum defendere, si vult, *l fi ff. de noxa.*

4 Tertio extende † etiam in personas clarissimas, & alias quacunque dignitate insignes, infra tamen illustres, *vt est text. in l. 1. C. vbi Sena. vel clar.* vbi quòd reatus omnes eiusmodi honores excludit.

5 Quarto extende † etiam in milites, si delictum commune, id est, quod militiam non concernat, commiserint, quod tamen sit enorme, *vt probat text. in l. fin. ff. de accusa. & in l. 1. C. vbi Sena. & ita intelligit, & declarat gloss. & ibi Sal. in l. magisteria, C. de iurisd. omn. iud.* quod tamen latius prosequemur infra, dum tractabimus de Iudicibus militum.

6 Quinto extende, † vt procedat regula, etiam si actus cœptus in vno territorio, fuisset cōsumatus in alio. nam si delictum erit diuisibile, poterit in vtroque loco puniri, vt si quis in vno territorio cepit aliquem, & commisit priuatum carcerem, & in alio expoliauit. nam de captura iudicabitur à iudice loci, in quo cepit illum, & de spolio à iudice loci, in quo expoliauit. *ita pulchrè Bald. in cap. 1. §. iniuria, numero 11. versic. quæsiuit Iacob. But. de pace iur. fir.*

7 Prout etiam † in mandato, quando mandatum de per se non sequuto effectu est punibile, vel quando non tractatur de puniendo mandantem pœna, qua puniendus est mandatarius, qui exequutus est, sed extraordinaria, *vt declarat Bartol. & Imola in l. si vt proponitur, ff. de fideius. & per Bartol. in leg. non solum, §. si mandato, numero 9. ff. de iniur.* & idem pulchrè declarat Bald. *in leg. fin. C. si à non compe. iud. numero 17.* licèt aliter videatur dicere *in l. non ideo minus, in 6. q. est nu. 13. C. de accusa.* sed intelligendum est eius dictum, secundum præcedentem distinctionem, *& intelligit illu n Alexand. cons. 216. ponderatis, nume. 10. cum sequen. & in specie ita intelligit Bald. in loco prædicto, in numero 13. volum. 6. & Angel. in tract. malef. in versic. Sempronium mandatorem, in 7. q. est numero 18. vbi etiam pulchre Aug. de Arimi. in hanc sententiam distinguit, & limitat, & idem Angel. versic. existens Florentiæ, in prima quæst. est numero secundo. & ita etiam intelligendum est dictum Angel. in consil. 178 visis actis, in princ. & sequitur Petr. de Ancha. in repet. cap. postulasti, de foro compe. in 2. quæst. est numero 36. & Hippol. in leg. fin. de iur. omn. iud. nume. 209. Abb. cons. 24. Rodulphus, colum. 1. ver. venio ad primum, in primo.*

8 Sic etiam † si duo fecerunt tractatum de occidendo Titium, & vnus ipsorū illum interfecit in alio loco, poterunt puniri de tractatu in loco, quo illum fecerunt, quia tractatus est delictum de per se, & sic istud homicidium cum tractatu diuidi potest. *ita Bart. in l. & si amicis, §. 1. in princ. ff. de adult in 7. q. Bero. q 89. per totam.*

9 Pariter † si dubitatur, an qui existens in vno territorio sagitta, vel archibuso, aut scloppo occidit quempiam existentem in alio territorio, erit distinguendum, an per statutum vel legem sint diuisi, vel diuidi possint isti duo actus, scilicet sagittare, exonerare, vel percutere. nam si statutum dicat, quòd quicunque sagittauerit, vel exonerauerit scloppum, prout superiorib. dieb. emanauit Pars siue cōstitutio ab Illustrissimo Dom. Vene. contra exonerantes scloppos, & tunc punietur etiam à iudice, in cuius iurisdictione existens exonerauit, dato quòd in aliena iurisdictione occiderit: secus si statutum puniret percutientem, vel vulnerantem, vel occidentem, *ita determinauit Petr. quem refert Cyn. in l. 1. C. vbi de posses. agi opor. & fuit etiam quæstio determinata hoc modo per Aegidium de Cremo. vt refert Ioan. Andr. in cap. 1. de priuil. in 6. & plenius in cap in obscuris, de reg. iur. in sexto, in nouell. & idem videtur tenere Bartol. in leg libellorum, ff. de accusa. numero 7. quando tractamus de percussione, vt ibi. idem tenet Petr. de Ancha. in repet. cap. postulasti, de foro compe. numero 37. ver. in alia quæstione de balista. idem tenet Floria. in leg. ait lex numero 6. & 7. ff. ad leg. Aquil. & Hippol. in l. fin. de iur. omn. iud. numero 210. & 211.* vbi quid si puella fuit rapta in vno territorio, & cognita in alio. Statutum.

10 Idem quoque † dicendum, si quis existens in vno territorio conuicium dixit in aliquem existentem in alieno territorio: nam si statutum punit proferentem cōuicia, punietur in loco, in quo protulit: si verò punit conuiciantem vel iniuriantem, attēdetur locus, in quo ille passus est iniuriam, & conuicium. non existente autem statuto, & in hoc & in præmissis casibus de iure communi confunduntur mandatum, tractatus, carceratio, & expoliatio, sagittatio, & percussio, prolatio iniuriæ, & passio ipsius, quia de iure cōmuni delictum denominatur à fine, & sic à cōsummatione, *vt tradit Bart. in d l. libellorum, d. nu. 7.* & omnes in locis supra allegatis sequuntur.

11 Idem pariter † dici potest, si quis rapuit puellam in vno territorio, & violenter cognouit in alio, *vt per Fel in c. 1. de præsum. & Hip. in l fi de iur. om. iud. nu. 211.*

12 Idem dicendum, † si quis in vno loco iurauit, & in alio falsum deposuit, quis locus attendatur, *vide Ang. de malef. in versi. falsario, mihi nume. 29.*

13 Idem quoque † dici potest de ratificante in vno territorio delictum cōmissum in alio, quòd scilicet si ratificatio punitur attēdetur locus ratificationis: si verò confunditur cum delicto, attendetur locus delicti, *vt tenet Pet. de Ancha. in cap. postulasti, de foro compet. nume. 36 in fin. in versi. idem in ratihabitione, vbi etiam Maria. in 3. q. est fi. numero 5. & Card. in clement. 1. vt lite pend. in 8. q. ver. oppono ad idem, est sub nume. 20.* ideo si præcessit mandatum, & subsequuta est ratificatio, seruabuntur ea quæ dixi supra de mandato, nu. 7. in hoc capitulo. si verò nullum præcessit mandatum & ego factum nō nomine meo ratum habui non punietur, quia nō possum ratum habere, quod nomine meo gestum non est. si verò nomine meo gestū est, ob scilicet mei vindictam, & ego ratum habeo, tunc tenerem idem, quod dixi de mandato, quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur, *capit. ratihabitio, de reg.*

*de reg.iur. in 6.* quanquam gloss. *in d.cap.1.vt lite pendente* videatur facere differentiam inter ratihabitionem facti per procuratorem, vel gesti per negotiorum gestorem. idem quoq; dici posset, si quis portaret arma in vno territorio, & in alio vim faceret publicam cum ipsis armis: nam poterit per vtrumq; iudicem puniri, & de armis, & de vi, *vt per Gram. cons.43.num.2. & cons.55. nume.3.quia non confunduntur hac.*

14 ¶ Sexto extenditur, † vt procedat hæc regula, etiam si delictum consisteret in nõ faciendo, puta quòd prælatus existens in vna diœcesi incurrit negligentiam circa prouisionem ecclesiæ suæ existentis in alja diœcesi: episcopus loci, in quo sita est ecclesia, quæ passa est negligentiam, supplebit: quia ibi dicitur commissum delictum, quanquã prælatus negligens quando ecclesia passa est damnum, fuisset in alia diœcesi. *Ita gloss. in clem. 1. in ver. eorum, de supplen. neglig. præla. vbi Cardin. allegat Innoc. in cap. pastoralis, de priuil.* Sed aduertendum, quia quanquam ille episcopus supplebit negligentiam: tamen puto, quòd si talis negligentia erit punibilis, quòd punietur ab episcopo suæ diœcesis: quia quoad se cõsummauit ibi delictum, dato quòd effectus illius delicti quoad damnum se extenderit in alia diœcesi per ea, quæ dicta sunt supra de mandato, tractatu, & sagittante, & alijs similibus.

15 Septimo extende, † vt procedat etiam, si ex vno actu plura sequerentur delicta in diuersis territorijs facta, quia in singulis territorijs per iudices illorum locorum poterit puniri: puta si quis furtum commisit Vincentiæ & rem furatam huc Patauium asportauit, & hic vendidit: nam ex quo denuo Patauij contrectauit, & sic nouum furtum fecit, poterit puniri etiam per Potestatem Patauij. Ita Bartol. *in l.si dominium, ff. de fur.* quam videtur sequi Panor. *in cap. 1. de raptor. nume.11.* vbi dicit, quòd per illam opinio. Bart. plurimi, & plurimi homines fuerunt suspensi, sed quòd Moderniores videntur contrarium tenere, licèt Franc. de Aret. tenuerit opi. Bart. *pro qua adducit l.inficiando, §.infamis, ff. de fur.* & Maria. Soc. *in d.cap.1. de rep.num.16.* dicit, quòd illa opin. Bart. fecit suspendi vltra centum millia hominum, & quòd ante Bar. opinio contraria erat cõmunis. Et quòd audiuit collegium Bonon. consuluisse cõtra Bar. & ipse putat, quòd verior sit opin. contra Bart. de rigore iur. sed de æquitate in odium furum melius est seruare opinionem Bart. sed pro opinione Bart. adduco no. cons. Pauli de Cast. *cons.458.viso casu, nume.2. in 2.* vbi voluit, quòd si fur rem furatam vendidit in cemiterio ecclesiæ, quòd nouum furtum ibi videtur commisisse, & ideo confugiendo ad ecclesiam, non esset tutus, & allegat Bartol. *in d. l. si dominium.* & opin. Bart. tenet Guido Papæ *decisio.202.* & eam asserit communem Boer. *decis. 13. numero 47.* & dicit Iaco. de Belui. *in repe. cap. Romana, §. contrahentes, de foro compe. in 6. nu.120.* quòd vidit cõmuniter seruari Bar. opi. licèt aliqui eam reprobauerint, & refert Fulg. *cons.149. super inquisitione, nume. 2. ver.* 19 *de secundo autem,* quòd Ioan. de Ligna. vir maximę authoritatis, consuluit contra Barto. & cum eo sex aut septem celebres Doct. Bono. sed opin. Bartol. dicit semper se sequutum in practica Angel. *de malef. ver. & vestem celestem, nu. mihi 17.* vbi tamen dicit collegium Bono. contrarium consuluisse, quorum tamen rationibus ibi respondet. Sed ego verè nunquam in iudicando sequutus sum opi- 20 nionem Bartol. licèt sæpe mihi hic casus occurrit, dum assedi in varijs locis, neque etiam de iure puto veram; & contra ipsam adduco text. *in l. quamuis, ff. de fur.* vbi ad cognoscendam qualitatem hanc quòd scilicet furtum sit manifestum, debet attẽdi initium, id est tempus, quo furtum factum est, vt scilicet deprehendatur fur cum re furata, antequam ad locum destinatũ asportauerit, dato quòd postea contrectando deprehensus fuerit, quamuis sæpe furtum contrectando fiat. Ecce quòd furtum non semper fit contrectando. Item ad dandam qualitatem delicto furti, attenditur initium & tempus, quo primo factum est, sed valet argumentum de tempore ad locum, *l. vinum, ff. si cer. pet.* ergo idem erit dicẽdum ad considerandum qualitatem iurisdictionis super furto commisso. & contra Bart. plures tenuerunt, quos ad longum refert Hip. *in l. fin. de iur. omn. iud. nume. 212.* vbi etiam plures refert, qui tenuerunt opin. Bart. & tandem tenet & ipse contra Bar. cum in dubijs benignior pars sit amplectenda, & contra Bart. facit etiam consil. Bal. *cons.458. isti sacrilegi, in 4.* vbi voluit, quòd sacrilegi & depopulatores ecclesiarum & monasteriorum possunt vbique capi, sed remittendi sunt ad locum furti.

16 Octauò vt procedat, † etiam si in confinibus duorum territoriorũ factum sit delictum: nam si ignoratur, cui territorio locus ille sit applicandus, ambo iudices illorum territoriorum de rigore poterunt cognoscere, quia locus ille dicitur communis, *per text. in §. insula. Insti. de rer. diui. & gloss. vltima, in c. licèt. 16. q. 3. & tradit Bartol. & alij post Dyn. in l. iurisperitos, §. cum omnes. ff. de execu. tut. & in authent. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opor. & Specu. in titul. de comp. iud. adi. §. 1. ver. sed pone, aliquis. vbi etiam Ioan. Andr. in addi.* & ita dicit communiter seruari Maria. *in cap. postulasti, de foro compet. numero 7. præter quem vide etiam Specul. in titul. de raptor. §. 1. ver. sed pone inter statuta. & Alberic. in l. libertus, §. præscriptio, per illum text. ff. ad municip. & in l. de iure, eodem titul. & in l. fine, §. 1. colum. 2. ver. & primo collige, de lib. agn. & Bald. in l. si quis ex aliena, in prima lect. ad fin. ff. de iudi. & Nell. in tract. banni. in secunda parte primi temporis, in 8. q.* ad quæ etiam vide, quæ dixi in præced. capitulo, sub nume. 23. dum loquutus sum de habitante in confinio duarum ciuitatum, cuius dicatur esse subditus *& pro his facit opti. text. in l. si verò, §. interdum, de ijs qui deiecè vel effud.* vbi quòd qui è mediano cenaculo deiecit, omnes tenentur quasi in confinio positi. Confinia.

17 ¶ Limita tamen † præd. conclusionem, vt non procedat, si ille locus in aliquo etiam minimo esset vicinior alicui territorio, licèt esset in confinio: nam ille iudex territorij vicinioris præferretur, *iuxta tex. in d. §. insula, versi. quòd si alteri parti.* pro quo facit, quòd dicitur Deuteron. *cap.21.* quòd si repertũ sit cadauer in confinio aliquarum ciuitatum, quòd vicinioris ciuitatis seniores expiabunt illud delictum facta mensuratione à singulis ciuitatibus vicinis ad locũ cadaueris. quòd si dubitaretur, quomodo facienda esset mẽsuratio, dic, quòd per vias frequentiores, & ista est communis, quidquid dixerit Bartol. *in l. 1. numero 6. ff. si quis cau.* quia reprehenditur ibi à Paul. & Ias. *nume. 3. & 9.* nam Bartol. volebat quòd per aerem fieret cõmensuratio, & quòd ille qui vicinior est, præferatur etiam in denunciatione delicti, Aug. de Arim. *in add. ad Ang. de mal. in ver. necnon ad denunciationem, nu. 26. ver. item limitarem.*

18 Limita secundò, † nisi vnus ex istis iudicibus esset inferior, alter superior, nam hoc casu deferretur superiori, *arg. cap. si à sede, de præben. in 6.*

19 Limita tertiò, † nisi cum altero ex istis iudicibus concurreret aliquis alius modus, quo quis sortitur forum, vt quia esset iudex domicilij vel originis delinquentis, quia tunc is præferetur, qui duplici iure fuerit iudex, quia duo vincula magis stringunt, *authent. itaque, C communia de succeff. cum concord. & not. in cap. ex parte, de foro compe.*

20 Limita etiam, † vt non procedat de æquitate, quia ne reus vexetur à duobus iudicibus, deberent inter se concordare, vt alter vices amborum sustineret, *vt per Maria. in d.cap. postulasti, d. nume. 7.*

21 Propriè † tamen loquendo habitans, vel delinquens in confinibus, non dicitur habitare, neque delinquere in tali prouincia, ideo non comprehendetur sub statuto loquente de habitantibus, vel delinquentibus in tali prouincia, ita pulchrè Gemini. post Io. Andr. *ibi, in cap. 1. in prima columna, de temp ordi.* inferens, quòd in dispositione, quæ strictè foret interpretanda, & quæ loqueretur de prouincia Tusciæ, Lombardiæ, Romandiolæ, &

Marchiæ

Marchiæ Triuiſanæ, non includeretur Bonõnia, qua ſita eſt in confinio illarum 4. prouinciarum, vt dicit apparere in priuilegio Studij, quem refert, & ſequitur Felyn. *in cap. Rodulphus, nume. 37. ver. & omnino adde, de reſcr.* vbi pro confirmatione addit regulam illam, quòd ſub ſimplicis 24 appellatione, non venit mixtum, *& ſequitur etiam Hip. ſing. 238. differunt.* & ideo prohibitus eſſe aſſeſſor in prouincia ſua, non prohibebitur aſſidere in confinio ipſius prouinciæ, *vt tradit Purp. in l. 1. ff. de off. aſſeſſ. nume. 39.* & ſtatutum puniens inſultantem in prouincia, non comprehendet inſultantem in confinibus. pariter ſtatutum puniens inſultantem in domo, non comprehendet inſultantem in oſtio, *Ripa in rubrica, ff. ſolut. matrim. numero 3.* Hinc eſt, quòd Illuſtriſſimi Domini noſtri Veneti Partem vel conſtitutionem fecerunt, per quam bannitus de vna ciuitate, banniatur etiam per 15. milliaria vltra confinia illius ciuitatis, ne contingat dubitari de confinibus, & ne facilè ſit ei ob vicinitatem intra confinia ſe recipere, & ſi detegeretur ſtatim ſe recipere extra confinia, & ita facilè poſſet eludi iuſtitia & pœna: nam commodè poſſet vna hora intra confinia, & alia extra ſe conferre, & ideo Ang. *in l. 1. §. occiſorum, ad Syllan. nume. ſecundo*, dixit, quòd ſi villa ex forma ſtatuti tenetur malefactorem capere, excuſabitur, ſi delictum fuit factum in confinibus territorij ſui, & delinquens ſtatim ſe recepit in alio territorio. Eadem quoque ratione alia Parte conſtitutum eſt per eoſdem Dominos Venetos, quod bannitus à qualibet ſua ciuitate, intelligatur bannitus de inclita ciuitate Venetiarum, ſed etiam de Oriago, Butinico, Gambararijs, & Lizafuſina: quia hæc loca ſunt in confinio Venetiarum, intra quæ loca banniti ſe recipiebant, vt vno pede (vt ita dicam) poſſent eſſe in territorio Venetiarum, & altero extra, & ita vſque ad hæc tempora obſeruatur. Hinc quoque eſt, quòd non licèt alicui ædificare caſtra in confinibus Imperij propter timorem occaſionis ſcandali & proditionis. gloſſ. not. per illum text. *in l. quicumque caſtellorum, C. de fund limit. lib. 10. in ver. antiquitas. vbi etiam Bartol. & concord. adducit Iaſ. in l. ex hoc iure. numero 12. ff. de iuſti. & iure.* nam ciuitates & caſtra in confinio poſita meritò Philippus Macedon appellabat compedes prouinciarum, vt legitur apud Liu. lib. 32. dum agit de legatis Græcarum Ciuitatum, & Strabo *in 6.* & apud Polyb. in fragmentis, & Demetrius Pharius monebat Philippum, vt ſi Peleponeſſum cuperet poſſidere, Meſſeniorum vrbem & Corinthum occuparet: quia cum eſſent in confinibus Peloponeſſi duobus cornibus bouem teneret, vt author eſt Strabo in 8. & Polyb. in 7.

Statutum.

22 ¶ Nonò extende, † vt procedat etiam ſi delinquens eſſet ſuperior iudicis loci, in quo delictum fuit commiſſum, vt ſi Archiepiſcopus delinqueret in loco epiſcopi, qui ſibi eſſet ſubditus, dummodo non eſſet eius ſuffraganeus, quia ratione criminis quis perdit priuilegium ſuum, *auth. quia in prouincia & l. 1. C. vbi de crim. agi opor. & capitu. placuit, 6. q. 3.* & dicit Petr. de Ancha. *in clem. 1. primo not. de foro comp.* quòd etiam ſi Patriarcha delinquat in diœc. Bono. poterit puniri ab epiſcopo Bono. *& tenent Innoc. Panor. & latè Felyn in cap. cum inferior, de maior. & obed. in prima, & ſecunda colum.* vbi Io. Andr. dicit, quòd etiam 25 Archidiaconus poterit punire extraneum epiſcopum delinquentem in iuriſdictione ſua. nam etiam maior in alieno territorio habetur pro priuato, vt de Præſide dicitur *in l. 3. ff. de officio Præſid. & tradit Io. Andr. in c. cui licet, de reg. iur. in 6. & Petr. de Anch. in repe. capituli, poſtulaſti, de foro compet. in ſexta oppoſit.*

23 ¶ Limita† primo, niſi eſſet ille epiſcopus ſuffraganeus ipſius Archiepiſcopi, vt per Ioan. de Ana. *in d. cap. cum inferior.* quia vt inquit Io. Andr. *in d. c. cui licèt, de reg. iur. in 6.* negari non poteſt, quin Archiepiſcopus habeat ordinariam poteſtatem in diœceſi ſui ſuffraganei metropoliticam, *cap. paſtoralis, de off. ordin.* & ille ſuffraganeus ſubeſt Archiepiſcopo, ſicut clericus ſuo epiſcopo, *& idem tenent Archid. & Domin. in cap. 1. 3. q. 8.* ideo Archiepiſcopus delinquens in diœceſi ſui ſuffraganei, erit conueniendus coram Patriarcha, vel Papa, *& tradunt etiam omnes in d. cap. cum inferior.*

Intellige tamen † hanc concluſionem, vt procedat, quando Archiepiſcopus deliquiſſet in diœceſi ſuffraganei ſui, ſecus ſi deliquiſſet in diœceſi eiuſdem ſuffraganei, ſed non vti ſuffraganei, ſed qui erat ex diſpenſatione alterius diœceſis epiſcopus, & ſic quoad illum epiſcopatum non erat ſubditus Archiepiſcopo, quia tunc poterit eum punire, quia non puniet eo caſu tanquam ſuffraganeus, ſed tanquam epiſcopus illi non ſubditus, *vt latè per Felyn. in d. c. cum inferior, nume. 3.*

25 ¶ Decimò extende, † vt procedat regula ſupra firmata, etiam ſi eſſent duo Domini pares in iuriſdictione, quia vterque procedet.

26 Vndecimò extende, etiam † ſi delinquens eſſet delegatus Principis, quia poterit puniri à iudice ordinario eius loci, in quo deliquit, quod proculdubio verum eſt, ſi deliquit extra terminos cauſæ delegatæ, quia tunc non deliquit vti delegatus, ſed vti priuatus, & quilibet alius, *vt per Io. Andr. in cap. fin. de reſcr. & per Cyn. & alios in authent. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opor.* & præſertim ſi fuerit finita delegatio, *vt in §. damus, in Aut. vt iud. ſine quoquo fuſſr.* Quinimo & ſi circa ipſam cauſam delegatam deliquiſſet, puta, quòd pecunia fuiſſet corruptus, vel per fraudem & ſordes pronunciaſſet, videtur quòd poſſit etiam ab ordinario loci puniri, *iuxta d. doctri. Cyn. & hanc partem poſt Ioan. Andr. tenuit etiam Petr. de Anch. in repe. cap. poſtulaſti, de foro compet. nume. 32.* & ibidem etiam Maria. qui ad literam refert dicta Petri, q. 11. eſt ſub nume. 9. Ego tamen putarem, quòd neque ſi fraudem commiſiſſet, aut ſordes in facienda d. ſententia in cauſa, in qua fuerat delegatus, quòd non poſſet puniri ab ordinario, ſed à delegante, quia circa materiam & concernentia d. cauſam delegatus maior eſt quocumque ordinario, *cap. ſtuduiſti, de off. delega & not. omnes in rubrica, de off. eius,* & in omnibus eſt ſubditus quoad illam cauſam deleganti, & ab eo ad delegantem appellatur.

27 Duodecimò extende, † vt procedat etiam ſi clericus in cauſa coram laico deponeret falſum: quia ex quo falſum commiſit in loco ſubiecto laico & coram eo, & ſic ipſius iuriſdictionem offendit, ab eo puniri poterit, *vt dixi ſupra, c. 9. in 4. limita.* quę concluſio maxime procedit, ſi epiſcopus conſenſiſſet, quòd clericus coram laico deponeret, *vt videtur ſentire Andr. Sicul. in c. verum, de foro compet. & Maria. in c. poſtulaſti, eo. tit. in 18. q. eſt ſub nu. 12.*

28 Decimotertiò extende, † vt procedat, etiam ſi teſtes ad inſtantiam alterius iudicis depoſuiſſet: nam poterit puniri à iudice, qui ipſum examinauit, & coram quo falſum depoſuit, dato quòd ille, qui examinauit, non eſſet iudex cauſæ, *ita Bald. in l. nullum, C. de teſt. nume. 6. & Innoc. in cap. dilectus, de pœnis, & Maria. in d. cap. poſtulaſti, in 19. q. de foro compe. & idem tenuit Bald. in l. neganda, in ſexta colum. ver. quæro an ex illo arbitrio, &c. C. qui accuſa. non poſſ. ſequitur Cataldin. in tracta. ſyndic. ver. 126. incip. adde, quòd ſi eſt datum arbitrium Poteſtati, & ſequitur etiam Hip. in l fin. ff. de iur. omn. iud. nume. 145.*

29 Decimoquartò extende, † vt non tantum poſſit iudex in ſuo territorio punire delictum in eo cõmiſſum, ſed etiam ſi fuerit cõmiſſum in mari adiacenti territorio ſuo. *ita Bartol. in l. 1. C. de claſſicis, lib. 11. vbi Angel. & Alexand. in addi. & videtur etiam text. in l. ſecunda, C. de naufr. eod. lib. 11. & l. quotiens, & l. de ſubmerſis, eod. tit. & bona gl. in cap. vbi periculum, in §. porro, de elect. in 6. vbi Gemin. & Bald. qui allegat illam gloſſ. in c. 1. in princ. ſecundæ colum. quib. mo. feud. am. & tradit etiam Angel. in l. inſulæ, ff. de iudi. & ſequitur Hip. in l fin. de iur. omn. iudi. nume. 183.*

30 Decimoquintò extende, † vt procedat etiam contra priuilegiatos, quia delinquendo amittunt priuilegium, & conueniri poſſunt in loco delicti, *vt eſt gl. in authent. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opor. & cap. fin. de foro compet.* ma-

*pet.* maxime si non sint priuilegia ipsa in corpore iuris clausa, vt declarat Bar. *in d. auth.* ideo dicitur in capitulo primo, de priuile. in 6. quod exemptus ratione delicti perdit priuilegium, nisi delinquat in loco exempto, & sequitur hæc Abb. *in d.c.fi.nu.11. vbi late.*

31 ¶ Limitatur modo † suprascripta conclusio, vt non procedat, si locus ille, in quo fuit factum delictum, esset quidem sub iurisdictione ordinaria alicuius, sed tamen esset exemptus, quia paria sunt esse extra territorium, vel in loco exempto. *capitu. cum episcopus. & ibi gl. de off. ordin. in 6.* Io. And. & Gemin. *in cap. 2. de constit. in 6. in 5. col.* vbi quod sicut statutum episcopi non ligat delinquentem extra territorium, ita non ligabit delinquentem in loco exempto, idem tenet etiam Gemin. *in c.1. in vlt. col. de priuil. in 6.* & Pet. de Anch. *in repe. c. propter tua debita. de rescr. in 6.* & Calderi. *consi. 13. in tit. de foro comp.* & tradit Ias. *in l. fi. de iur. om. iud. num 5.* & ibi Hipp. *num. 6.* & Deci. *num. 2.* & late Pet. de Anchar. *in repe, c postulasti. de foro compe. in 4. q. prim. est sub num. 40.* & ibi etiam Maria. *in 9. q. est sub nu 8.* & tradit Felyn. *in c. graue. de off. ordin.* quamquam potest dici, quod ista non est proprie limitatio ad regulam, sed potius extensio, cum iudex loci exempti ita iudicabit de delicto commisso in ipso loco exempto, sicut iudicaret ordinarius, si nõ esset exemptus locus ille: & ideo si petita fuerit remissio, remittet reus ad iudicẽ loci exempti, vt tradunt omnes *in c. fi. de foro compe.* vbi Fely. *nu. 12.* & late Didac. Couar. *in pract. quæstionib. c. 11. num. 5. & vide omnino quæ circa hoc dico infra c. 28.*

Statutum.

32 ¶ Limitatur † secundo, vt quamquam commiserit delictum in vna ciuitate quis, quod tamen poterit & capi & puniri in ciuitate confœderata, si ad eam confugiat. *l. non dubito. in fi. ff. de capti.* & ideo Cataldi. *in tracta. syndica. in ver. 211. incip. adde si sint.* monet delinquentes, ne trãseant, vel aufugiant ad ciuitates confœderatas, quia in illis tuti non erunt. idem voluit Bal. *in add. ad Spec. in tit. de compe. iud. adi. in ver. an ratione delicti. in fi.* Cardi. Alexandri. *in ca. 1. in §. conuenticulas. in vlt. col. de pa. iur. fir.* Ias. *in l. vbi pactum. nu. 18. ver. limita. nisi offenderet. C. de transact.* & pluribus comprobat Hippo. *in pract. crim. in §. oportune. nu. 36. & seq. & in l. fi. de iur. om. iud. nu. 30 & consi. 86. nu. 10.*

33 ¶ Limita tertio, † nisi delinquens haberet parem iurisdictionem vel communem cum alio, quia ille collega suus non poterit ratione delicti contra collegam suũ delinquentem procedere, & illum punire, quia par in parem non habet imperium, cap. innotuit. de elect. & si duo sint constituti procuratores, vnus non potest contra alium agere. *l. qui duos. ff. de procur.* nam & asinus intumesceret auribus, si videret se per comparem comprehendi, vt inquit gl. *in l. hæres. per seruum ff. de acquir. hæred.* & hoc tenet etiam Bar. *in l. si quis violauerit. ff. de rer. diu.* tradũt Alex. Iaso. & alij *in l. est receptum. ff. de iur. om. iud.* & Petr. de Anch. *in repe. c. postulasti. de foro comp. in 6. oppo. & est sub num. 32. in fi. in ver. & aduertendum.* quem ad verbum sequitur ibi Maria. *in 11. q. cap. fi. etiam sub nu. 9.*

34 ¶ Limita † quartò in delinquente in Ecclesia, si delictum est seculare: nam Ecclesiasticus, qui est iudex illius loci, non iudicabit, sed iudex laicus. ita Barto. *in l. si cui. de accusa. in §. fi. nu. 3. per c. fi. de immun. Eccle. & per l. si quis in hoc genus. C. de sacrosan. Eccl.* frustra etenim legis auxilium implorat, qui contra legem ipsam committit, *iuxta c. quia frustra. de vsu.* quidquid dixerit Cyn. *in l. præsenti. C. de ijs, qui ad Eccl. confug.* qui tamen potest saluari in delictis Ecclesiasticis, vel quia fiũt Ecclesiastica ipso facto, vt in surripiente rem sacram, vel aliam è loco sacro, vel etiam in mixtis, si Ecclesiasticus præuenerit, vt distinguit Maria. *in d. cap. postulasti. de foro comp. in 16. q. est sub nu. 10.* idem tenet Hipp. *consi. 32. nu. 12. & vide infra sub cap. extra territorium.* & Didac. *variar. resol. li. 2. c. vlti. nu. 18. ver. 35.* Aduertendum tamen, ꝙ quãquam laicus sit iudex competens, non tamen poterit capere delinquentem in Ecclesia, sed Ecclesiasticus capiet, & tradet iudici seculari, *vt in authen. si quis ei.* vbi Cyn. *C. de adul.* tradit Abb. & cæteri *in ca. cum sit generale. de foro compe. nu. 27.* & Maria. *nu. 25.* & Barb. *n u. 235. in fi. & seq. & dicam infra c. 26. nu. 12.*

35 ¶ Limita † quintò, si delinquens esset exemptus à iurisdictione iudicis illius loci, quo deliquit, vt monach⁹ delinquens, quia in quocunque loco delinquat, conueniẽdus & accusandus coram suo Abbate, vt per Maria. *in d.c. postulasti. in 17. q. est sub. num. 11. & etiam in 26. q.* idem si impetrasset priuilegium exemptionis etiam post delictum commissum, dummodo non post citationem. ita Io. And. *in c.1. de priuil.* & Maria. ibi, *in 20. q. sub num. 12.*

36 Limita † sextò, nisi iudex esset competens in duobus territorijs, & in vno existẽs, in quo non fuit factum delictum, vellet cognoscere de ipso delicto commisso in alio territorio, quod tamen etiam sibi subiectum erat, vt est tex. & ibi not. omnes. *in c. nouit. de offi. lega.* tradit Ias. *in l. fi. de iur. om. iud. nu. 9.* & ibi etiam. Deci. *pariter num. 9.* & Hipp. *num. 11.*

37 Limita † septimò in Magistratibus expulsis à suo territorio, quia poterunt stantes extra punire expellentes, ita Ias. *in d. l. fi. nu. 10.* & pariter si impedirẽtur ingredi eorum territorium, ibi. & Hipp. ibi, *nu. 12.*

38 Limita † octauo, nisi quis promisisset vni iudici non offendere aliquem sub pœna, & tamen illum offendisset extra territorium, quia poterit iudex loci promissionis factæ punire illum delinquentem & offendentem extra territorium suum. ita Bar. *in l. illicitas. §. ne potẽtiores. de offi. præsid.* sequitur Ias. *in l. fi. de iur. om. iu. num. 12.* & Hipp. ibi, *num. 18.*

39 Limita nono, † etiam si delictum fuit in loco cõmissum respectiue, vt si sit lex, quod qui non fecerit resistẽtiam in suo beneficio per duos menses, priuetur: nam licet semper steterit extra territorium, & etiam tũc reperiatur, tamẽ quia negligendo residere dicitur ibi deliquisse, vt consuluit Federi. *consi. 182. in hoc puncto dubitabili.* quod tamen ego non reperi, licet illud alleget Ias. *in l. fi. ff. de iur. om. iud. nu. 20.* & ibi Hipp. *num. 26. qui tamen alios allegant.*

40 Limita † decimò in foro pœnitentiali, quia eo foro nunquam forensis sortitur forum delicti: ideo Veronẽsis delinquens Patauij non potest absolui in foro pœnitentiali ab Episcopo Patauino, sed tantum ab Episcopo sui domicilij vel originis, glo. *in c.1. 16. q.1.* Abb. post Lap. *in c.1. de raptor. & in c. cum contingat. de foro compet.* quod tamen verum intellige respectu absolutionis: sed quoad qualitatem peccati, an sit grauius vel leuius, absoluens debebit considerare locum, in quo commissum est delictum, *c. illa. 12. di.* ita Cur. *in c. fi. de consue. nu. 709.*

## CAP. XVIII.

## *Quomodo in practica Iurisdictiones prædictæ se ad inuicem habeant, & de Citationibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Delinquens si repertus est in loco delicti, à iudice illius loci, cõtra ipsum, poterit procedi, & qualiter.*

2 *Delinquens in alieno territorio citatus fuit, dum esset in illo territorio, à iudice loci delicti, poterit ab eodem & banniri, & in bonis condemnari.*

3 *Delinquens citatus, si fuerit contumax, non poterit pro confesso haberi: secus si semel cõparuerit etiam ex statuto, quia vires suas extra territorium non extendit.*

4 *Delinquens Forensis Absens, an possit citari & condemnari à iudice loci delicti, & qualiter.*

5 *Iudex delicti potest requirere iudicem loci, vbi degit delinquẽs, vt ipsum citet, ad coram se comparendum, & si non comparuerit, quid agere debeat.*

6 *Papa ratione delicti commissi in suo territorio, potest vbiq; existentem citare, quia est Vicarius Dei, sed non Imperator, è contra in territorio Papæ.*

7 *Superior poterit semper citare in terris subditorum suorum,*

*vt feudatariorum, & vasallorum, qui ipsum cognoscunt in superiorem, & quomodo.*

*Et quid è contra iudex minor an existente possit in loco superioris citare, quod non.*

8 *Prouinciarum duarum præses, an delinquentem in prouincia vbi ipse est, possit in alia repertum citare, cuius est etiam Præses?*

9 *Iudex quis possit cognoscere, vbi commissum sit delictũ, quando corã citante negatur à citato, in suo territorio deliquisse.*

1 PRima sit † conclusio, quod si reus delinquens reperitur in loco delicti, quod iudex illius loci potest pro libito contra eum procedere, & exercere contra eum iurisdictionem ad omnes effectus, & punire in persona & in bonis, *auth. qua in prouincia, vbi omnes, C. vbi de crimi. agi opor.* quæ vera sunt, quando à principio tempore citationis vel capturæ fuit in loco & etiam in prolatione sententiæ.

2 ¶ Secunda sit conclusio, † quod si reus delinquens in alieno territorio fuit citatus, dum in illo territorio reperiretur per ipsum iudicẽ loci delicti, & tunc pariter poterit ꝓcedere & bannire, & etiã in bonis cõdemnare, ita videtur tenere Innoc. in cap. præterea. de dilati. Calderi. *in c. 1. de raptor.* & Ioan. de Ligna. *in cle. 2. de re iud. per cap. pen. de foro compet.* vbi qui semel legitime fuit citatus, tenetur persequi litem coram eo iudice vsque in finem, licet statim mutauerit, & videtur etiam probari *in* 3 *ca. tua. vt lite non contesta.* † Quæ tamen intellige si comparuerit semel, quod si fuerit contumax, non poterit ideo pro confesso haberi, etiam si extaret statutum in illo territorio, in quo commissum fuit delictum, quod contumax habeatur pro confesso, & quod contra contumacem possit procedi ad diffinitiuam, vt tenuit Ant. de But. *in cap. proposuisti in 2. col. de foro comp.* quod dictum pro singulari refert Cataldin. *in tract. syndic. vers. 553. incip. adde, & tene, quia tale statutum.* & minus iudex non potest extendere vires suas extra territorium, *l. fi. de iur. om. iud. c. fi. de constit. in 6.* quod dictum refert etiam, & sequitur consulendo Hipp. de Marsi. *con. 82. scientiarum omnium. nu. 39. & idem in pract. sua crim. in §. postquam. nu. 65. & in l. fi. ff. de iur. om. iud. nu. 35.* vbi in contrarium adducit vnum fundamentum satis leue, cui & ipse respondet ibi.

4 Tertia sit conclusio, † quod si reus delinquẽs, qui est forensis, sit absens, iudex loci delicti, regulariter ipse citare non poterit absentem ad hoc, vt possit pròcedere & condemnare personam. In qua tñ quæstione variæ fuerunt opi. quidam. n. quos refert Innoc. *in c. fin. de foro comp.* tenuerunt, ꝙ licet non possit ex citatione facta cõtra absentem à territorio delicti cõdemnare eũ in personam, poterit tñ in bonis, & pro hoc adducitur cle. pastoralis. de re iud. *& gl. fi. in c. 2. de const. in 6. & in c. Romana. §. contrahẽtes. de foro comp. in 6.* Alij vero indistincte tenuerunt, quod possit iudex loci delicti citare, excommunicare, & bannire, ex quo citatio non confertur extra territorium, sed intra ipsum, & hanc opi. videntur tenere Hostien. & Calderic. *in capitu. 1. de rapto.* & Petr. Iaco. de Are. & Cyn. *in l. omnes. §. §. verum apparitor. C. de Episc & cler. & illum tex. & in l. 2. C. de off. præf. vr.* & Cyn. quoq; in publica disputatione Senis habita, hoc idem tenuit, vt refert Bar. *in l. 1. ff. de requiren. reis.* qui omnes concludunt, quod citare poterit realiter, sed non personaliter. Bar. tamen *in d. l. 1. in 2. not.* aliam tenet opin. videlicet quod si plures sunt iudices separati, sed dependentes ab vnico superiore cõmuni, quod vnus poterit ratione delicti citare in loco alterius existentem ipsum delinquentem, & ita dicit procedere d. §. si vero apparitor. secus autem erit, si non dependent ob eodem Principe, sed diuersos habent superiores, quia vnus non poterit citare in territorio alterius. Et pariter iudex subditus non poterit citare in loco sui superioris vel principis propter reuerentiam. Abb. vero in cap. fin. de foro comp. numer. 6. circa fin. dicit, quod licet ista distinctio Bartol. videatur demulcere aures, tamen non est tuta ex rationibus ibi per eum deductis: & concludit tandem, quod poterit iudex delicti citare existentem in alieno territorio, (dũmodo non fuerit præuentus) verbaliter quoad hunc effectum', vt possit contra bona existentia in suo territorio procedere. Angel. vero, *in d. l. fin. de iur. om. iud.* dicit, quod ista quæstio indigeret decisione Cæsarea, *num. 6.* sed sequitur distinctionem Barto. quam etiam sequitur ibi Iaso. *nu. 24.* & hæc videtur communis. Ego vero puto veriorem esse opinionem, quod possit per edicta citare, & si non comparuerit bannire, & in bonis punire, si habeat in territorio suo: nam cum per edictum citat, exercet iurisdictionem suam in suo territorio, & cõfert etiam omne futurum exercitium in ipsummet territorium, & sic in iurisdictione sua, & cum deueniet ad bannum, banniet tantum de iurisdictione sua, & ita in practica semper obseruare vidi. Neq; obst. d. cle. pastoralis, de re iud. quia vltra responsiones per alios datas dico, quod non apparebit, quod Rex Robertus personaliter commisisset delicta in territorio & terris ipsius Imperatoris, cum asseratur, quod Rex Robertus semper fuerit in Regno Sicilię commoratus & licet potuerit mandare rebelliones assertas committi, attamen mandans vere non dicitur facere. vt etiam supra in alio proposito dictum fuit, *cap. 17. nu. 7.* Et nostra conclusio loquitur de eo, qui manibus proprijs delictum commisit in aliquo loco, qui se conferendo ad illum locum, & ibi delinquendo, dicitur quasi se submittere iurisdictioni ipsius, prout dicimus de contrahente in alieno territorio. fuit & alia opinio Oldrad. *in consilio 138.* Tertio quæritur, qui considerat tres locos. Primò locum, in quo iudex pronunciat citandum. Secundò locum, in quo exequutor citat. Tertiò locum, ad quem fit citatio, vt per eum quæ tamen distinctio nullo modo mihi satisfacit.

5 ¶ Quarta potest cõstitui conclusio, † quod si vult iudex delicti caute agere, potest requirere iudicẽ, in cuius territorio habitat delinquens, vt citet ipsum, vt coram se compareat: & tunc si noluerit comparere, poterit illum punire & condemnare vti contumacem. nam iudex suus respectu domicilij potuit iubere, vt compareret coram iudice loci delicti, *arg. l. si proponis. ff. de fideiu. & l contraxisse. ff. de actio. & obl.* & hoc tenent communiter omnes *in d. clemen. pastoralis. & in cap. Romana. §. contrahentes. de re iuds. in 6.* Refert Barto. *in d. l. 1. §. 1. de requir. reis. & in extrauag. ad reprimen. in ver. per edictum. nume. 9.* & Abb. *in d. c. fi. de foro competen.* quod si ille iudex sic requisitus nollet citare, tunc absque dubio procederet præcedens opin. quod iudex delicti tunc poterit citare, & non comparentem condemnare, vt tenet ibi Barto. & Aret. *cons. 58. diligenter. col. 2. ver. secundo respondetur. & ver. seq.* sed vt dixi, hoc hodie non seruatur in practica.

6 ¶ Quinta constituatur conclusio, quod Papa ratione delicti commissi in territorio suo potest citare quemlibet vbique existentem, quia ipse est vicarius Dei, cuius est terra & plenitudo orbis eius, *clem. 1. de iudi.* ita Bartol. *in d. extrauag. ad repri. in ver. per edictum. nu. 10.* sed non è contra poterit Imperator citare existentem in territorio Papæ, vt ibi declarat Barto. *& in l. 1. §. 1. in fi. ff. de requir. reis.* & Aret *in d. consi. 58. colum. 2. versi. primo respondetur.*

7 ¶ Sexta sit conclusio, † quod superior poterit semper citare etiam in terris subditorum vel feudatariorũ suorum, vt Imperator in terris suorum vasallorum, & qui ipsum in superiorem recognoscunt; quod videtur probari *per d. clemen. pastoralis. de re iudica.* vbi Papa infringit citationem factam coram Regem Robertum, quia Rex ille erat feudatarius & vasallus Papæ, quasi ꝙ quid si fuisset vasallus tantum Imperatoris, quod potuisset, licet in locis infeudatis non habeat Imperator actu iurisdictionem, habet tamen habitu. & licet reperiam Aegid. Boss. *in tract. crimina. sub tit. de citatio. nu. 24. in fi.* tenentem contra, hac sola ratione, quia Dominus directus non potest impedire vasallum à se infeudatum in iu-

in iuriſdictione ſua per ea, quæ late congerit Cur. iun. *conſi.2.* attamen hoc in nihilo me turbat: nam fateor, ꝙ non poteſt ſe impedire in iuriſdictione vaſalli, vbi ipſe nõ habet aliquod accidens, quod ipſum faciat iudicem eo caſu: ſed nos loquimur qñ delictum foret commiſſum in loco, in quo Dominus directus haberet iure ordinario iuriſdictionem, quo caſu eſt verus iudex reſpectu loci delicti, vt ſupra concluſum fuit. Sicut ergo duo pares iudices ſubditi vno imperio poſſunt in alterius territorio ſinguli citare, vt eſt diſtinctio Bar. communiter approbata, multo magis poterit ſuperior. Econtra autem non poterit ſubditus, vel etiam minor iudex citare reum, qui deliquit in territorio ſuo exiſtentem in territorio maioris iudicis, ſed tenebitur illum requirere, vt citet vel tranſmittat, & hoc ob reuerentiam, *arg. l. 4.§.ſi tam vicinum.ff.de damno infecto.* & hoc in ſpecie propoſita tenet Barto. *in d.l.1.§.1.in fi.de requir.reis.*

8 ¶ Septima ſit concluſio, † quod ſi vnus ſit Preſes duarum prouinciarum, ſi in vna vbi ipſe reperitur, ſit commiſſum delictum, poterit citare delinquẽtem exiſtentem in alia, cuius eſt etiam Præſes, vt tenent Ange. Pau. Alexan. & Iaſ. *in l.fi.de iur.om.iudic.* & ante eos Innocen. *in c.nouit.per illum tex.de iudi.* Idem tenent Bar. & Ange. *in l.1. C.de metrop. Berito. lib.10.* Neque obſt. his gl. *in l.3.ff.de offic. Præſid.* & quæ ibi no. Bal. *num.2.* dum loquuntur de Guaſconibus, quos in contrarium adducit Iaſ. *in d.l fin.de iur. omn.iudic.num.9.* quia nil faciunt ad caſum, de quo loquimur. hoc enim tantum dicunt, quod qui habet iuriſdictionem in duobus locis, non poteſt in vno exiſtens iuriſdictionem exercere in alio, ſed tenetur mittere vicarium ſuum. nam illud verum eſt, quando vellet exercere iuriſdictionẽ, quæ ex nulla cauſa attingeret territorium & locum, in quo ipſe tunc reſidet: Sed nos loquimur in caſu, in quo habet iuriſdictionẽ in loco, in quo reſidet ratione delicti cõmiſſi, & vult citare delinquentem, qui eſt in altero territorio, cui & ipſe præeſt, quod eſt longe diuerſum.

9 Octaua ſit concluſio, † quod ſi delinquens ſit conuẽtus coram iudice delicti, & ipſe negat ſe deliquiſſe in territorio ſuo, quod ipſemet iudex illius loci poterit de hoc cognoſcere, an in ſuo territorio commiſſum ſit delictum, *per l.ſi quis ex aliena.ff. de iudi.* Idem quoque ſi negaret reus locum, in quo fatetur commiſiſſe delictum, eſſe de ſua iuriſdictione, *per nota.in c.ſuper literis.de reſcript.* pariter etiam ſi negaret ſe deliquiſſe opponendo declinatoriam: nam cognoſcet ſummarie iudex ille. Ita poſt Innocen. concludit Pet. de Anchara. *in Repeti.cap. poſtulaſti.de foro competen.in prima quæſt.eſt ſub num trigeſimoquinto.ad hoc vide tex.in l.de iure.ff.ad municip.& in Authen.vt nulli iudi.§ ſi quis.*

## CAPVT XIX.

## *de Remiſſionibus reorum ad ſuos Iudices.*

### SVMMARIVM.

1 *Remiſſione non petita, iudex domicilij vel vbi captus reperitur reus, punire poteſt. Et quod remiſſio peti debet per publicas literas.*
2 *Remiſſio debet peti ab eo qui aliquam habet in reum iuriſdictionem, & quare. hoc limita duobus modis, vt num.3. & 4.*
3 *Remiſſio in leuioribus, non eſt petenda, nec petita concedenda.*
4 *Iudex domicilij, & Iudex loci delicti, poſſunt alter alterum requirere, & alter alteri ex vrbanitate, & qualiter, & quo caſu remittere reum, & quando cogatur remittere.*
7 *Iudex originis & domicilij in grauioribus tenetur remittere delinquentem ex neceſſitate legis.*
8 *Iudex domicilij, quare potius cogatur remittere reum ad iud. delicti, quam è contra.*
9 *Iudex domicilij tenetur remittere ad locum delicti, etiam ſi ſit maior, & quando id procedat.*
10 *Iudex domicilij non recognoſcens ſuperiorem, vel ſit ſub alio principe, non tenetur remittere. Et quid ſeruet conſuetudo.*
11 *In remiſſionibus conſuetudo eſt ſeruanda. ſed ſi vult iudex poteſt remittere. Et quid ſeruet hodie conſuetudo, præſertim in Italia.*
12 *Iudex originis & domicilij, ſi præuenit, & condemnauit, remittere an teneatur. fallit vt num.ſeq.*
14 *Iudex originis vel domicilij, quando præuenit, procedendo, nõ tenetur remittere quoad abſoluat, vel condemnet.*
15 *Iudex remittens, quare debeat aliqualem cognitionem facere? Et in quo verſetur iſta cognitio, & quando etiam non requiratur.*
16 *Remiſſionem petens, non poterit cogere requiſitum, ſed ſuperior adeundus eſt.*
17 *Vagabundus eſt remittendus ad iudicem loci delicti, concurrentibus tamen qualitatibus habilibus ad remittendum.*
18 *Conſuetudo, quod remiſſiones non fiant, quoad quos iudices, & quibus caſibus valeat.*
19 *Remiſſio vbi fienda, debet fieri ſub bona cuſtodia. Et cuius expenſis, diſtingue.*
20 *Remiſſio vt fiat quæ requirantur.*
21 *Remiſſio eſt ſicnda cum elogio.*
22 *Confeſſio facta coram iud. remittente, an noceat, & quos pariat effectus coram alio iudice, & an faciet indicium ad torturam, & quid ſi cœpit torqueri.*
23 *Remiſſio in crimine hæreſis, quando fieri debeat.*
24 *Remiſſio, quando iudex requiſitus videt calumnioſe peti, & quod delictum remanebit impunitum, fieri non debet.*
25 *Remiſſio non fit, quando ciuitas ex conſuetudine, vel priuilegio habeat.*
26 *Magiſtratus inferiores qui non poſſunt cognoſcere de grauioribus, remittere tenentur ad ſuperiorem etiam non requiſiti.*
27 *Iudice, ad quem fuit facta remiſſio, negligente, iudex qui remiſit, cognoſcet, ac puniet.*

QVoniam inter cæteros etiam modos, quibus iudex tuetur iuriſdictionem ſuam, eſt vt requirat iudicem, in cuius poteſtate reperitur delinquens, vt ipſum ad ſe tanquam iudicem competentem remittat, vt eſt tex. *in §.ſi vero quis comprehenſorum. in Auth. vt nulli iud.* ideo hoc ſatis apto loco decreui tractare remiſſionis materiam, cum præcipue concernat iuriſdictionis tractatum, præſertim iuriſdictionis iudicum originis, domicilij, & delicti, quem præ manibus habemus: illamque per concluſiones, clariori quo fieri poterit ordine, explicabimus.

1 ¶ Prima ergo ſit † concluſio, quod ſi remiſſio à nullo petatur, non eſt neceſſario facienda, ſed iudex domicilij, vel vbi reperitur captus, poterit punire, *iuxta legem primam.C.vbi de crim.agi opor.* vbi Barto. qui approbat hũc intellectum ad illum tex. & ſequitur Panormita. *in capitulo finali, numero decimoquinto, de foro competenti.* & Maria. *in capitulo.poſtulaſti, de foro competenti, numero decimoquarto, verſicu.Breuiter dic.* Idem tenet Bald. *in additio.ad Specula. in titu.de competen.iud ad.ver.iudex originis.* & Abb. *conſilio vigeſimoquarto.* Rodulphus, *numero ſecundo, verſicu.reſtat nunc examinare.in primo.* & Hippol. *in Repeti. leg. primæ C. de rap. virgin.numero 124.verſicu.tu dicas.* & Oldrad. *conſilio 124 quod remiſſio.* vbi quod debet peti remiſſio per literas publicas, nec ſufficerent literę priuatæ ipſius iudicis petẽtis, vt ibi dicit Oldra. & Hippol. *in practi. crim. §. oportune numero trigeſimoprimo.verſic.tu dicas.* multa enim concedũtur ad requiſitionem alterius iudicis cum ſuis literis publicis, quæ alias non concederentur, vt pulchre in terminis Paul. *conſilio 309.de iure. in fi.in ſecundo.* Neque obſt. quod Pilatus ſponte remiſit Chriſtum: quia illa remiſſio non fuit ſortita effectum, nam & poſtea ad ſe remiſſus iterum fuit condemnatus, & vide ad hoc Boer. *deciſ. 29 num.4.*

2 ¶ Secunda ſit concluſio, † quod remiſſio non poteſt peti à quocunque iudice, ſed ab eo tantum, qui iuriſdi-

ctionem aliquam habet in reum, puta vel ratione originis, vel domicilij, vel alia ex causa legitima, ita videtur sentire Aretinus, ex mente etiam aliorum, *in ca. fin. de foro compe.* & ibi Felyn. *num. 17.* & Marian. *in cap. postulasti. eod. tit. num. 14. in secunda colum. versic. nota tamẽ ex mente Io. Cald.* & videtur ista esse communis, licet Cald. & aliqui contrarium tenuerint, vt dicit Bossi. *in tracta. crimin. sub titul. de foro compe. num. 52.* inferens, quod si quis delinquat Patauij, & aufugiat Mantuam, quod non poterit requiri iudex Mantuæ, vt transmittat. Rationem autem huius decis. hanc assignant Scrib. quia qui remittit, debet aliqualem cognitionem facere, antequam remittat, vt infra dicam, quam facere non posset, nisi haberet in eum aliqualem iurisdictionem, iuxta tex. *in capitu. primo, de priuileg. in 6.* quam opinionem veram puto, quia proprie remissionis verbo, in iure intelligitur remissio vti facta ab eo, qui in ipsum aliquam habebat iurisdictionẽ, sed non supremam, & quæ ab alio non vinceretur, vt dicitur *in l. tutor. §. tutor. ff. de suspect. tut.* dum dicitur, suspectum tutorem, si grauius delinquat, ad præfectum remittendum, & *in l. 1. § solent de offic. præfe. vrb. & in l. 3. §. 1. & in l. vltima. ff. de offic. præfect. vigil. & in l. penult. ff. de incend. ruin. naufr.*

Item quia si vult remittere, necesse est, vt detineat personam eius, & remittat actu ipso, vel citet, vt compareat coram iudice, ad quem intendit remittere: sed isti sunt actus iurisdictionales, qui non possunt exerceri nisi in subditum, vel ratione domicilij, vel originis, vel alia simili causa, quarum nulla præsupponitur in iudice Mantuæ, ergo & ita obseruatur. Et hanc etiam conclusionem reperio tenere Hercula. licet prædicta non alleget *in l. à diuo Pio, §. primo, numero decimoquarto, de re iudic.* & Fulgos. *consilio 149. super inquisitione, columna secunda, in princip.* & Bald. incidenter *in l. si abducta. C. de fur.* Salycet. *in auth. si vero criminis. C. de adult.* Corse. *in sing. suo. in ver. remissio.* & ideo remissio peti potest ab istis tantum iudicibus, videlicet originis, domicilij, & delicti, *capitul. primo, de priuil. in 6. no.* Aretin. *in capitu. licet. de foro competen.* vbi Felyn *in quarta columna, ver. ex dictis Doctorum.* & Gramat. *consi. 27. nu. 6.*

Fallit† tamen ista conclusio, nisi supremus Pontifex
3 requireret remittendum, quia tunc Imperator vti habitu iurisdictionem habens in singulis locis, vt supra dictum fuit in cap. præceden. num. 6. si potest ipsemet citare, multo magis potest requirere iudicem, vt ibi inuentum delinquentem remittat, & ita vidi obseruatum in quodam Cæsare Ariminensi, qui furto subtraxerat Romæ bonam summam scutorum Thesaurario summi Pontificis Pauli III. dum iussu domini sui Thesaurarij scilicet ferebat sacculos scutorum obligatos ad certum locum reponendos, quos sacculos plenos scutis aureis permutabat alijs similibus sacculis eiusdem telæ coloris & magnitudinis, plenos tamen falsis aureis, hoc est ijs quos vulgus rasonatos appellat. nam ad requisitionem Papæ Pauli III. Serenissimum Dominium nostrum, ipsum remisit inuentum, & carceratum in Ciuitate Vtini.

Limitari† etiam potest hæc conclusio, quando pete-
4 retur remissio ab eo iudice, qui recognoscit in superiorem eundem, quem recognoscit etiam iudex delicti, qui remissionem petit. quia tunc licet nullam haberet iurisdictionem in delinquentem: tamen quia vterque iudex curare debet, vt loci Principis sui purgentur malis hominibus, debebit remittere per ea, quę tradit Bar. *in l. 1. §. 1. in sua distinctione. ff. de requi re.*

5 ¶ Tertia sit c. nclusio, † quod in leuioribus delictis, vel in his, pro quibus ciuiliter agitur, non est petenda, neque concedenda remissio, si petatur, vt tenet Calde. *in d. capitu. primo. de raptor. & omnes in locis præallegatis.* & ratio est, quia fit remissio ad locum delicti, vt ibi sumatur vindicta, vbi damnum, & scandalum, ac malum dedit exemplum, vt cæteri abstineantur, quæ ratio cessat in leuioribus, & quando ciuiliter agitur, & voluit hoc etiam gl. fi. *in capitu. postulasti. de foro competen. in gloss. fin.* & Iaco. de Belui. *in repe. capitu. Romana. §. contrahentes. de foro competen. numero 112.* Imol. *in dict. clemen. pastoralis. nume. 64.* & Grammat. *consi. 27. numero 9* quod etiam in atrocioribus, si agatur ciuiliter, non fiet remissio. sicut enim non fit remissio in ciuilibus, ita & in his, quæ ciuilibus equiparantur, *cap. tuæ. de procur.* & habetur per Cardin. *in clemen. 2. §. denique. in 12. quæst. de foro competen.* & Gemin. *in ca. Romana. de foro competen.* & Hippol. *in l. prima, C. de rap. virg. numero 124. ver. aut à iudice delicti.* & quod quando de crimine ciuiliter agitur, non fiat remissio, tradit Capel. Tholos. *decis. 319.* & ibi Aufrer. *in addi.* & Hippol. *in practi. cri. §. oportune. nu. 33.*

6 ¶ Quarta sit conclusio, † quod in grauioribus delictis iudex requisitus à iudice loci delicti potest, si vult, ex vrbanitate remittere. Ita gloss. *in l. si cui. §. vltim. in glo. vlti.* & ibi Barto. *ff. de accusa. & gloss. in l. ne quid. §. primo, in ver. remittantur. de incend ruin naufrag.* Et è contra ex vrbanitate potest iudex delicti remittere ad iudicem domicilij, vt est tex. *in l. non dubium. ff. de custo. reo.* quod tamen fieri debet causa cognita, vt ibi inquit text. qui debet intelligi, quod eo tantum casu remittit, quo condemnare non potest: vel si potest condemnare, remittet sententiam, vt puniatur, ita illum tex. intelligit Angel. *in l. solet. de custo. reo. num. 2.* Bald. tamen *in l penult. numero 25. C. de except. rei iudic.* dicit, quod neque iudex originis, neque domicilij potest petere remissionem, sed bene iudex delicti, & dicit, quod ratio differentiæ est, quia facta est offensa illi iurisdictioni, in qua deliquit. reliquæ autem duæ iurisdictiones non sunt offensæ, sed tantum earum hoc interest, quod purgentur eorum territoria malis hominibus. sed Bald. non considerauit tex. *in dicta l. non dubium.* sed quod imo debeat fieri remissio à iudice delicti ad iudicem domicilij, videtur sensisse Bologni. *consi. 57. idcirco. 2. colum. ver. plus dico.* & quod ex vrbanitate fiat remissio, tenet etiam gloss. *in clemen. secunda, in vers. de more. de foro competen.* & Innocent. *in ca. 1. de rapt.* Quæ quidem conclusio verissima est, quod potest, si vult ex vrbanitate, sed an cogi possit, dicam in sequenti conclusione, & hoc quod dictum est ex vrbanitate, non tantum videtur procedere in grauioribus, sed etiam in leuioribus. & quod ex vrbanitate possit, licet à lege non cogatur, tenet Abb. *consilio 24.* Rodulphus *nu. 2. in primo.* & ita ex vrbanitate Pilatus remisit Christum Saluatorem nostrum ad Herodem, vt inquit Abb. *in capitul. fina. de foro competen. numero 16.* Et ego vidi Gubernatorem Mediolani, Ferdinandum Gonzagam, nomine Caroli Quinti Imperatoris, remisisse ex vrbanitate ad Illustrissimum Dominium Venetum, Dom. Ludouicum ab Armis Bononiensem, qui postea Venetijs fuit capite mulctatus. & quod ex vrbanitate tantum fiat remissio, tenet Abb. *consilio 24.* Rodulphus, *columna prima, vers. præsuppositio. in primo, & ibi colum. 2. ver. sed potest ex tertio capite defendi*, dicit, quod Doctores se diuiserunt, aliqui, quod teneatur remittere, aliqui quod non: aliqui distinxerunt, vt fuit Io. Calder. quod scilicet si iudex domicilij vult punire, non teneatur: si vero nollet punire, tenetur remittere. & ibidem in ver. & licet consuetudo tenet, quod licet sit consuetudo, quod non remittatur, poterit tamen iudex remittere, si voluerit.

7 ¶ Quinta sit conclusio, † quod in grauioribus iudex originis, & domicilij non modo debet, vel potest ex vrbanitate remittere, sed tenetur etiam ex necessitate legis. hoc tenuerunt Petr. Cyn. & communiter omnes *in authent. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor.* & sequitur Barto. *in l si cui. §. fina. numero primo, in fin. de accus. & gloss. in dict. clemen. 2. de re iudic. in ver. de more. & gloss. vltim. in capitu. fina. de rapto.* idem tenet Petr. de Ancharan. *in capit. postulasti. in repe. in secunda oppo. est num. 12.* præsertim si iudex delicti non fuit præuentus a iudice domicilij vel originis, *vt ibi per eum.* & hanc conclusionem probat tex. *in dicto §.*

*si qui*

*ſi qui comprehenſorum.in Authen.vt nulli iud.* vbi iubet Imperator remiſſionē fieri, & ſic de neceſſitate: quia verbū iubemus, denotat neceſſitatē, *l.1.ff. quod iuſſu.l. quod iuſſit. ff.de re iud.* & hoc ꝙ de neceſſitate teneat, late comprobat Boer. *deciſ. 29. numer. 2.* & Bologn. *conſil. 57. idcirco.* 8 *columna ſecunda.ver.plus dico.* & ratio,† quare potius cogatur iudex domicilij remittere ad iudicem delicti, eſt, quia in loco delicti regulariter & à communiter contingentibus facilius reperiuntur teſtes, qui poſſint probare delictum, quam in loco domicilij, & iudex domicilij non poſſet cogere teſtes exiſtentes in alieno territorio, *l.3.§.fina.ff.de teſti.* neque etiam poſſet eorum examinationem alteri committere, *l. apud eloquentiſſimum. C.de fide inſtrum.* & ſic facile delicta remanerent impunita, & hanc rationem aſſignat Ancharan. *in dict.cap. poſtulaſti.de foro compet.num. 12. verſi. ſi vero iudex domicilij nondum præuenit.* Aliam quoque rationem aſſignat Bald. *in l. cum Archimedoram.num.8.* videlicet quia locus ſolutionis, ſiue perſonalis, ſiue pecuniariæ, eſt vnus & idem, nec eſt alibi collata vitio pœnæ: ideo ſicut ad locum deſtinatæ ſolutionis debet fieri ſolutio pecuniæ debitæ, ita & ſolutio pœnæ intelligitur deſtinata ad locum delicti. hoc voluit credo dicere Bald. ibi. ſed meliores mihi videntur duæ rationes, quas allegat text. *in l.capitalium. §. famoſos.ff.de pœnis.* prima, quam etiam ſupra deduxi, vt ex conſpectu deterreantur alij ab iiſdem facinoribus. Altera, quam nullus deducit, vt ſolatio ſit damnum paſſis & cognatis & affinibus interemptorum eodem loco reddita pœna, quo latrones homicidia feciſſent. & tamen Bald. *in add. Spec. in titu. de accuſ. ver. quid ſi offenſus.* dicit ſe neſcire legem dicentem, quod in criminalibus debeat fieri remiſſio, cum tamen ſint iura aperta, de quibus ſupra, & tradit Ang. *in d.§.ſi quis comprehenſorum.* & quatuor rationes aſſignat Didac. *in practic.quæſtionib.capitu. 11. num. 3. quæ ſupra etiam ſunt adducta.* Hanc etiam concluſionem tenuit Bald. *in l.2.num.2.C. de ſeru.fugi.* licet dicat de conſuetudine non ſeruari, & Hippo. *in pract.crim. §. oportuna. num.33.ver.ſi vero agitur criminaliter.*

9 ¶ Sexta ſit concluſio,† quod non tantum iudex domicilij tenetur remittere ad locum delicti, ſi ſit æqualis, ſed etiam ſi ſit maior, vt puta Poteſtas Paduæ tenebitur remittere ad Poteſtatem Montagnanæ, ſi ibi ſit commiſſum delictum, dato quod Poteſtas Montagnanæ ſit inferior Poteſtate Patauij. ita Bald. tenet *in l.final. num.16.C.ſi à non comp iud.* quod intellige verum, modo ſint ambo ſub eodem Principe. Oldrad. tamen *conſi.124.* quod remiſſio, ver. tertio, remiſſio vt cognoſcatur, tenet, quod remiſſio non debet fieri de maiori tribunali ad minus, ſed contra, vt in Authent. de appellat. & circa quæ tempora, circa prin. ſed hoc dictum Oldra. putarē verum, quando peteretur remiſſio ab alio iudice, qui non eſſet ſubditus eidem Principi, ſed in ſubditis eidem teneo primam partem Bald. Nec obſtant iura adducta per Oldrad. quia loquuntur in appellatione, quæ longe diſtat à remiſſione. ſequitur Iaco. de Belui. *in repe. clemen. Romana.§. contrahentes.de re iud. nume.112.* & Grammat. *late deciſion.40 in cauſa excellentiæ.per totam, maxime numer.11.* vbi quod debet Præſes remittere ad Caſtrum ſibi ſubditū, quod habet iuriſdictionem priuatiue, non cumulatiue.

10 ¶ Septima ſit concluſio,† quod ſi iudex domicilij ſit prorſus ſeparatus, vel non recognoſcens ſuperiorē vel ſub alio Principe, non tenetur remittere, ita Angel. *in l. hæres abſens.num.5.ff.de iud.* vbi dicit, quod eccleſiaſtici dū de iure, & de facto præſidebant adminiſtrationi, & Romandiolæ, vtebantur iſtis remiſſionibus: nos autem, inquit, illis non vtimur: quia quælibet ciuitas habet ſua regimina, & non recognoſcit ſuperiorem ſaltem de facto, & idem dixit ipſe Ange. *in l.ſolet.de cuſto.reo.num. 3.* & ideo dicunt Scrib. *in locis præallegatis, & infra allegan. in ſequ. concluſione.* quod hodie conſuetudo obtinuit, quod non fiant remiſſiones, quia diſſolutum eſt Imperium Romanum, & ciuitates non recognoſcunt omnes vnum ſuperiorem, & idem dicit Hippo. *conſil.99. largiri mihi num. 21.* & tenet etiam Bald. *in l.ſecunda.C.de ſeru.fug.verſ. ſed nunquid.* Odofre. *in authen.qua in prouincia. C.vbi de crimi.* & eſt communis opin. & communi praxi obſeruata, vt teſtatur Iac. de Belui. *in d.§. contrahentes.nume. 113.* Fulgoſ. *conſil. 149.colum.2.* Boer. *deciſ.29.* Paulus Eleaz. & Imola *in clem. paſtoralis.de re iud.* & Hippol. *pract.crim.§.oportune.nume. 35.* & Bald. *conſi.209.quidam ſubditus.in fi.in ſecundo.* & ideo Pau. de Caſt. *conſi.309.incip.de iure communi, in 2.volu.* dixit, quod remiſſiones hodie non ſunt in vſu inter ciuitates ſubditas diuerſis Dominis. & licet duæ ciuitates primo eſſent ſub diuerſis dominis, ſi poſtea deuenerunt ſub dominio vnius, vt exemplificat in Vincentia, & Patauio: ſi tamen dominus ille paſſus eſt, quod vterentur iure antiquo circa tales remiſſiones, id eſt, quod non remittantur, ſeruanda erit illa conſuetudo antiqua, & ibi refert Partem vnam ſiue conſtitutionem factam per Illuſtriſſimum Dominium Venetum, poſtquam duæ illæ ciuitates peruenerunt ſub eius dominio, quod ſcilicet bannitus de vna ciuitate, ſi capiatur in alia ad requiſitionem Poteſtatis bannientis, deberet remitti delinquens ad eum, & quod hæc conſtitutio ad vnguem ſeruanda eſt, *& idem conſi.315.præſuppoſita.eo.2.volum.* & quod inter ciuitates ſubditas diuerſis Dominis, non ſit faciēda remiſſio, tradit etiam Abb. *conſi.24.* Rodulphus Cur. *de conſue.in repe. cap. fi. de conſuetud. num. 156.* & idem tenet Boerius *deciſ.29.num.5.& 6.*

11 ¶ Octaua ſit concluſio, † quod in remiſſionibus ſeruanda eſt conſuetudo, vt tradit Ang. *in d. l. hæres abſens.de iud.& in l.ſolent.de cuſto.reo.* & quòd in iſtis remiſſionibus conſuetudo ſit ſeruanda, tradit Oldra. *conſi.124. quod remiſſio.in fin.* vbi dicit, quod conſuetudo ſemper fuit in curia Romana, vt nunquam remittat, ideo ſeruanda. & Paul. *conſi.309.de iure communi in 2.nume. 1.* & Fulgoſ. *conſilio 124.num. ſecundo. & conſi. 149. num. 2.* & Abb. *conſi.24.* Rodulphus *num.2.ver.item & ſecundo.in primo.* & licet ſit conſuetudo, quod non remittatur, poterit tamen iudex remittere, ſi volet, ibi Abb. *colum.. 2. in fin.ver.nam licet conſuetudo.* & ideo dicunt omnes, quod hodie receſſerunt ab aula iſtæ remiſſiones, neque conſueuerunt fieri. maxime in Italia, vt inquit Barto. *in l.ſepulchri. nunser.3.circa fin.ff.de ſepul.viol.* vbi Alexand. *in addi.gloſſ. & omnes in clem. paſtoralis.de re iud. gloſſ.* & Barto. *in l.prima.C.vbi de crim.agi opor.* Salyc. *in authen.ſi non.C.de adult.* ſequitur Imol. *in l.inter accuſatorem.de pub.iud.* & idem dicit Bald. *in l.2.C. de ſer. fug.num.2.* & Cardina. *in clemen.paſtoralis. & in clem. 2.§.denique.quæſt.9.de foro compe.* & late Cæpol. *conſi.58.incip. Paulus Faber.num.2.* vbi refert plures dicentes, tales remiſſiones hodie non fieri de conſuetudine, niſi inter ciuitates ſubditas eidem Domino, & Hippol. *conſi.99. Largiri mihi, num.21.* & Abb. *conſi.24.* Rodulphus, *numer. 1.& 2.ver. item & 2.in 1.volum.* Bald. *in l.prima, column.prima, verſic. ſed nunquid hodie.C.vbi de crimi. agi opor. & in l. Senatus. C. qui accuſ. non poſſ.* & Ange. *in tracta.malef.in ver.iudex commiſit, numer. mihi 13.in fine.* & quod debeat omnino remiſſio fieri, etiā ſi non fiat, peccant, qui non remittunt, niſi extet conſuetudo de non remittendo, prout eſt in Italia, gloſſ. & poſt eam Imola *in clem.paſtoralis.de re iud.& concord.* adducit Aug. de Arim. *in addi. ad Ange.de malef in ver.& caput à ſpatulis.num.27.* & Bald. *conſi.458.iſti, in quarto.*

12 ¶ Nona ſit concluſio,† quod ſi iudex originis vel domicilij præueniſſet iudicem delicti, vt cōdemnaſſet delinquentem, quod non tenetur remittere eum ad iudicem delicti, vt ibi puniatur. hoc tenet Bal. poſt Dy. *in l. exequutorem, quæ eſt pen.num.23.ver quæritur vtrum debeat remitti.* licet dicat, quod gl. *in l.à Diuo Pio.§.1.in gloſſ. in verſi. in prouincijs.* contrarium tenere videatur, quæ tamen mihi non videtur loqui in ſpecie de remiſſione iam condemnati, & dictum Bal. ſequitur etiam Salyc. *in l.2. C.vbi de crim.agi opor.* & Bar. *in d.l.à Diuo Pio.§.1.in prima oppo* & Pet. de Ancha. *in d.c.poſtulaſti.in 2.oppo.eſt nu.12.de foro compe.*

Contrarium tamen, vt dixi, allegatur voluiſſe gl. *in d.*

§.1.l.à Diuo Pio.idem tenuit Imol.*in l.1.in prin. de pub. iud.* & Fulg.*in l.1.C. vbi de crim. agi opor.* & Alex. *in l.à Diuo Pio.§.1. nu.3.& 4.ff.de re iud.*ſed mihi magis placet præcedens opinio,quod non teneatur remittere poſtquam condemnauit,& ita etiam obſeruatur, quod & tenuit plures concord.adducens Aug.de Arim.*in addi.ad Ang. in ver. & caput à ſpatulis amputetur.nu.26.in 3.col.in ver. & in quantum Ang.hic tangit illam difficultatem.*

13 Fallit tamen†iſta concluſio,niſi iudex loci delicti abſoluiſſet,vel in minus condemnaſſet, & iudex appellationis condemnaſſet abſolutum vel maiori pœna: nam iſto caſu poterit iudex delicti, & qui iudicauit in prima inſtantia petere, quod ad ſe remittatur delinquens puniendus,hoc voluit Io.And.*in addit.ad Spec. in ti.de exequ. ſententia.§.2.ver.ſed pone,el primo,*idem tradunt Cano.*in c. paſtoralis.§.præterea.de offic.delega.*& Bald.*in auth. ſi quis litigantium.C.de epiſc.audi.*& ſequitur Alex.*in d. l.à Diuo Pio.§. 1.nu.2.ver.ſed contrarium. & num. 4. ver. in contrarium facere videtur.*quam tamen concluſionem intellige verã, quãdo peteretur à iudice loci delicti,qui etiam primam tuliſſet ſententiam:ſecus ſi iudex,qui primam tulit ſententiam,non eſſet iudex loci delicti vel domicilij vel originis,per tex.*in l.addictos.*vbi hoc etiam not. Bal. *in ſummario.C.de appella.*

14 ¶ Decima ſuccedit concluſio, † quod ſi iudex domicilij vel originis præuenit,procedendo contra delinquentem,non tenebitur remittere ſaltem antequã condemnet,vel abſoluat.Ita Io.Cald.*in d.c.1.de rapto.*Abb.*in c.fi. de foro compe.*Pet.de Anch.*in d.c.poſtulaſti.nu.12.*vbi Maria *nu.14.in 2.col.ſæpius repetit.*& expreſſe tenuit Fulgoſ.*in l.1. C.vbi de crimi.agi opor.*quem refert,& ſequitur Alex. *in l.à Diuo Pio.§.1.nu.4.circa fi.de re iud.*& eſt ratio efficax, quam adducit Ang.in loco præallegato, quia alias fruſtratoria eſſent iura diſponentia, quod de delicto iudex domicilij poſſit etiam cognoſcere, vt *in l.1.C. vbi de crimin. agi opor.*& Panor.*in c.1.de rapto.*tametſi loquatur per verbum, forte. Et pro præmiſſis facit alia ratio.nam ſpiritualia non ſunt multiplicãda,*l.1.C.de do.promiſ.*ſed ſi, qui præuenit,teneretur remittere,plura concurrerent ſpecialia.Primo,quod fiat remiſſio, quæ eſt contra terminos iuris communis quodam ſpeciali iure propter exemplum,vt *in l.reſpiciendum.§.famoſos.de pœnis* aliàs enim non fieret remiſſio,vt *in cap.Romana.§. contrahentes.de foro compe.in 6.*Secundo concurreret, quod licet regulariter vbi plures habent iuriſdictionem in aliqua cauſa, locus ſit præuentioni, vt *in l.ſi pluribus. de leg.1. iuxta etiam l. vbi cœptum.de iud.*hoc tamen non eſſet in caſu noſtro. Tertio concurreret,quod licet regulariter ſententia ab vno lata non poſſit per alterum exequi inuito eo, qui tulit,*d.l.à Diuo Pio.§.1.vbi omnes.de re iud.*hoc tamen ſecus eſſet in præſenti caſu,ſi poſſet peti remiſſio contra volũtatem præoccupantis. Vera ergo videtur concluſio ſupra firmata,quod remiſſio peti non poteſt, vbi petens fuiſſet præuentus, & ita quoq; obſeruatur in practica. Et idem reperio etiam tenuiſſe Guido Papæ *deciſ. 202. in remiſſione. nu.2.*& Iac.de Belui.*in repe.cap.Romana.§.contrahentes.de foro compe.in 6.nu.121.*

15 ¶ Vndecima ſit concluſio,†quod iudex requiſitus vt remittat,non tenetur, nec debet ſtatim remittere, ſed debet aliqualẽ cauſæ cognitionem prius facere, ne forte innocens in vinculis remiſſus ex hoc infamiam iniuſte patiatur,*argument.l.diuus. ff.de cuſtod. & exhibend.reo. & & l.ſi.C.de exhib.reis.& no.in l.1.C.vbi de crim.agi opor.& eſt gl. in cle.2.in ver.de more.in fi.de re iud.*vbi Cardin. *in §.deniq;.* & Abb.*poſt gl.ibi in c.fi.de foro compe.nu.18.*& Maria.*in d.ca.poſtulaſti.de foro compe.*Bar.autẽ *in l.1.C.vbi de crim.agi opor.* tenet,quod cognitio iſta verſetur in hoc, an fuerit delinquens contumax coram iudice delicti:quia ſi cognouerit eum contumacem, contumacia faciet indicium cõtra delinquentem,vt vere ſit reus, ideo tunc remittet, ex quo iudex delicti habebit præſumptionem pro ſe, arg.cap. nullus, de præſum.ſi ergo fuit contumax in loco delicti, iudex, qui requiritur de remiſſione ſummatim cognoſcet,an vere fuerit contumax, & tunc remittet:ſi vero non allegetur contumacia, tunc ſummatim cognoſcet,an contra eum ſint aliqua indicia,quod vere in eo loco deliquerit, vt dicit glo.in d.cle.ſecunda,quia non tenetur credere iudici requirenti remiſſionem, q̃ delictum fuerit commiſſum in territorio ſuo, & per talem.quod ſi notorium eſſet in loco iudicis requiſiti ad remittendum, vel fama vehemens contra petitum remitti,tunc etiã remittere deberet abſq; aliqua alia cauſæ cognitione,vt declarat Maria. *in d.cap. poſtulaſti. de foro compe.nu.15.*& quod requiſitus remittere debeat prius aliqualiter cognoſcere de crimine, nec ſufficiat, q̃ cognoſcet per ſolum dictum petentis remiſſionem, tenet Oldra.*conſi.124.quod remiſſio.ver.2.remiſſio.*& Aret.*in ca.vlt. de foro compe.nu.20.*& Fely.*ibi,nu.10.*Iaſ.*in l. magiſtratibus.col. 1.de iur.om.iud.* & Abb.*conſi.24.*Rodulphus *nu.2.in 1.*

16 ¶ Duodecima ſit concluſio, † quod iudex requirens remiſſionem non poterit cogere penes iuris requiſitũ, vt remittat,ſed adeundus erit in hoc ſuperior Princeps. ita gl.*in d.clem. 2. in ver. de more. de foro compe.* quam omnes ibi ſequuntur,licet ipſa gl.referat aliquos contrariũ tenuiſſe.ſed iſta opi. gl.veriſſima eſt, quia parin parem nõ habet imperium, *c. innotuit. de elect. cum concord.* ſequitur etiam Io.Cald.*in c.1.de raptor.*Abb.*in c.fi.de foro comp.num. 16.*Maria.*in c.poſtulaſti.nu.14.eo.tit.* & idem tenet Hipp. *in §.oportune.in practi.ſua crim.nu.33.*

17 ¶ Decimatertia ſit concluſio, † quod vagabundus licet vbiq; poſſit conueniri.*l.1.C.vbi de crim.agi opor.*tamen remittẽdus erit ad iudicem loci delicti: quia ſi iudex domicilij, qui eſt ordinarius & certus, tenetur remittere ſuum ſubditum, vt ſupra concluſum fuit, multo magis iudex extraordinarius remittere tenetur. & hoc tenuit Innoc.*in c.1.de rapt.*licet Calderi. ibi cõtrarium ſenſerit, & male,vt concludit,& comprobat Abb.*in cap. fi. de foro compe.nu.21.*& Pet.de Ancha.*in repeti.c.poſtulaſti.in 4. oppo. ſub nu.23.eo titu.*vbi etiam Maria.*nu.15.verſi.ſed circa prædicta quæro.*& Didac.Couar.*in practi. quæſtionibus. c.11.nu 7.* & ad hæc videnda ſunt,quæ dixi ſupra de vagabundo, *hoc cod.lib.cap.13.* vbi multa alia adduxi, & probaui hanc eſſe communem. Quam concluſionem intellige veram,dũmodo in cæteris concurrant qualitates habiles ad remittendum,vt quod ſit delictum atrox, & non ſit præuentus iudex delicti,vt videtur eſſe etiam de mente Anchar.*in loco præallegato.* Fallit etiam, niſi eſſet conſuetudo non remittẽdi tales vagabundos, quia valet talis cõſuetudo,vt dicam in ſequenti concluſione.

18 ¶ Decimaquarta ſit concluſio, †quod conſuetudo, q̃ non fiat remiſſio à iudice domicilij ad iudicem delicti vel è contra,valet, modo vnus ex eis velit procedere & punire,ſed non valeret conſuetudo, quod ab alijs iudicibus non fieret remiſſio,quia eſſet contra ius publicũ, cum delicta per talem conſuetudinem remanerẽt impunita, ita tenet Calderi. *in d.c.1. de raptor.*quem omnes ſequuntur,& in ſpecie Abb.*in d.c.fi.de foro compe.nu. 23.*& Maria.*in d c.poſtulaſti.eod.titu.num. 15. ver. vlti.circa prædicta.* vbi etiam concludit,quod valeret cõſuetudo, quod vagabundus non eſſet remittendus,quia omnino poſſet à quocunq; iudice puniri, & hanc opin. ſequitur etiam Egid.Beliem.*conſi.11.incip.primo quidem videtur.col.3.in fi.* & Cæpol.*conſi.58.* Paulus Faber *nume. 5.*maxime inter illas ciuitates, quæ non recognoſcũt vnum & eundem Dominum in ſuperiorem, ſed diuerſos. & idem tenet Aufrer.*in addit.ad deciſ.Capellæ Tholoſa.319.in 3. colu.* & allegat etiam Io.Fab.idem tenentem *in authen.qua in prouincia.C. vbi de crim.*& dicit Aufrer. quod iſta diſtinctio hodie ſeruatur de facto. quæ tamen vera intellige, modo iudex domicilij, qui non vult remittere, paratus eſſet procedere & punire, aliàs no valeret d.conſuetudo tanquam naturali iuri contraria,vt declarat Boer. *deciſ. 29.* & Iaſ. *conſi.121.in primo.*& Gramm.at.*deciſio.26.num.3.* Abb. *conſil. 24.colum.2.in primo.*& Curt.*in repe.capitu.fin.de conſue. num. 156.*&

156.& quod talis conſuetudo valeat, dummodo puniatur delinquens, Grammat.*deciſ.26.num.3.*& tamen quod non obſtante tali conſuetudine teneatur iudex requiſitus remittere, tenuit Boer.*deciſ. 29. in princ.* quod tamen verum non puto ex prædictis, præſertim ſi & iudex requiſitus poſſet punire, vt dictum eſt. & quod non valeat, ſi delinquens impunis remaneret, tenet Iaſ.*conſilio 121.circa primum dub.num.1.in primo.* & ſequitur Boer.*deciſ. 29.num.6.*

19 Decimaquinta ſit cõcluſio,† quod in caſibus in quibus eſt remittẽdus reus, debebit mitti ſub bona cuſtodia & expenſis iudicis remitti,*arg.l.mulier.in opus ſalinarũ. de capti.* Si vero fiet remiſſio ad inſtãtiam partis, eiuſdem etiam impenſis fiet,*arg.l.cum ſæpe. C. de eroga. mil.anno.lib. 10.*& ita in ſpecie declarat Bald.*in cap.1.§.ſi iudex nume.1.de pace tenen. in vſib. feu.* quamquam in cauſa appellationis iudex à quo remittat reum ad iudicẽ ad quem ſumptibus ſuis, ſi reus non habet vnde, vt late per Stepha. Aufrer.*in addit.ad deciſ.Capellæ Tholoſa.100.*& Bald.*in capit.nonnulli colum.3.de reſcript.* Iaſo.*in l.à diuo Pio.§.ſententiam. col.2. de re iudica.* Sed ad iſta vide plura, quæ latiſſime cumulat Boer.*deciſio.303.clericus captus, per totam.* vbi in idem tandẽ concludit, quod ſumptibus requirentis, niſi ſit quid iudici remittẽti imputari poſſit, vide ibi late: & iſta eſt veritas, & ita obſeruatur. & ibidem Boer. in fi. dicit, quod debent remitti rei ſub bona cuſtodia periculo remittẽtis, ſi fuerit negligens, & punitur pœna trium librarum auri,*vt ibi. & ibidem, nu.13.* quod tranſmittens debet trãſmittere honeſte, non cum ignominia, vt cum mitra, cũ catenis, cum cornibus, vel tubis ſonantibus, alias puniretur tanquam vim publicam committens.

20 ¶ Decimaſexta ſit concluſio, ſecundum Guid. Papæ,*deciſio.Delphin.202.incip.in remiſſione*, quod ſex requiruntur ad hoc, vt poſſit, & debeat fieri remiſſio.

Primò, quod conſtet de delicto, id eſt quod crimen fuerit commiſſum.

Secundò, quod conſtet etiam crimen fuiſſe commiſſum in territorio iudicis petentis remiſſionem.

Tertiò, quod accuſatus, id eſt delinquens, non ſit vagabundus.

Quartò, quod delictum, de quo agitur, non ſit hæreſis: quia de tali crimine poteſt à quocunq; puniri.

Quintò, quod non commiſerit crimẽ aliquod in loco, à quo petitur remitti: quia ſi & ibi commiſiſſet, deberet prius illud expediri.

Sextò, quod iudex debite requiratur. hæc Guido Papæ. Sed certe multa ex iſtis non ſunt requiſita ad eſſe remiſſionis, vt ipſe præſupponit, ſed ſunt caſus in quibus debet remitti, & non remitti. & in eo quod dicit de vagabundo, contrariũ ſupra firmaui in decimatertia concluſione. & etiam illud quod dicitur de hæreſi, ſi in aliquo loco ſeduxit populum vel aliquos in hæreſim, deberet illuc tranſmitti, quia militant & in hoc crimine omnes rationes, quæ in alijs grauibus militant, de quibus ſupra. ſed & multa alia requiruntur, vt fiat remiſſio, de quibus dictum fuit ſupra, ideo non tenenda iſta concluſio Guidonis.

21 ¶ Decimaſeptima concluſio ſit,† quod reus in caſib. in quibus remitti debet, eſt remittendus cum elogio,*l.diuus in prin. & l.non dubium. ff. de cuſto. reo.* videlicet cum indicijs & ſcripturis, quæ coram iudice, qui remittit, factæ & conſcriptæ ſunt. ideo Act. Apoſt. *c. 25. in fin.* Portius Feſtus Præſes volens remittere Paulum Apoſtolũ vinctum ad Cæſarem, dicit ſine ratione ſibi videri mittere eum vinctum & cauſas eius non ſignificare: ideo inſtat, quod Agrippa Rex eum interroget, & ſuſcipiat eius conſtitutum, vt habeat quid ſcribat. quanquam illa non erat remiſſio, ſed tranſmiſſio ad iudicem appellationis, quia Paulus appellauerat ad Cæſarem: tametſi iudex, ad quem fit remiſſio, non teneatur illis ſtare. ita Saly.*in l.ea quidem. de accuſ. in 14.q.* idem tradit Bar.*in l.magiſtratibus. de iur. om. iud.* & idem Bar.*in l.Diuus. ff. de cuſto reo.*

dicit, quod ſi reus confeſſus fuerit crimen coram iudice remittente, talis confeſſio non nocebit ei coram iudice, ad quem fuit facta remiſſio, & ſequitur etiam Guido Papæ,*q.Delphin.419.ex confeßione.in prin.* Idẽ tamen † Guido Papæ,*deciſio.202.in remiſſione nu.6.* refert Ang.*in tract. malef.* dicentem, quod duos pariet effectus confeſſio rei facta coram iudice remittente.

Primus eſt, quod faciet ſaltem indicium ad torturã coram iudice, ad quem fuit facta remiſſio.*l.capite quinto*, vbi Bar.*de adul.*

Secundus eſt effectus, quod à iudice ad quem facta fuit remiſſio, poterit reus cogi tormentis, vt in ea perſeueret, vt no. Innoc. & alij*in c.at ſi clerici. de iudi.* quod etiam ſequutus eſt Ang. de Are.*in d. tracta. malef. alio in loco, videlicet in ver. comparuerunt, d.inquiſiti, & confitentur totum. nu.14.* vbi etiam Aug. de Arim.*in addi. idem tenet, & plures concord. adducit.* Sed quid ſi coram iudice remittente reus fuit indebite, puta ſine indicijs tortus, an ſi poſtea corã iudice ad quẽ fuit remiſſus ratificet d. cõfeſſionem factã coram remittẽte in tormentis, ſibi præiudicet? Hipp.*in practi.crim.§. occurrit. in prin.* proponit hanc quæſtionem, & videtur inclinare in partem, quod nõ præiudicet, ſed illam nõ comprobat legibus, ſed tm̃ dicit naturalem rationem hoc dictare, quæ ſufficere debet pro lege.

Item idem Hippol.*ibi.nu.3.ver.quoad ſecundum* quærit, quid ſi coram remittente cœpit torqueri legitime, ſed non fuit perfecte tortus, an iudex ad quem fuit remiſſus, poterit de nouo torquere, vel teneatur computare torturam primi iudicis? & concludit videri, quod teneatur computare. quod verum ego puto, quando iudex remittens erat etiam competens, ſecus ſi prorſus incompetens, quia omnia per eum acta nulla ſunt, vt j. dicam*ſub cap. de incompetentia iudicis.*

23 Decimaoctaua ſit concluſio,† quod in crimine hæreſis nõ ſit facienda remiſſio, quia poteſt vbicunq; puniri, hoc tradit Paul. Eleaz. & Card.*in cle.paſtoralis.§. denique.* & ibi Boniſa.*in §.nos tam ex ſuperioritate. de re iud. idem in cle.2.§ denq; q.9.de re iud. gl. & tex. in c.vt commiſſi. de hære. in 6.* Carrer. qui tamen infraſcripta non adducit,*in tract. de hæreti. numer.153.ver.item quia.* Gonſal. de Villa diego*in tract. de hære.q.8.ad fi.* & dixit idem Guido Papæ.*quæ 202.in quarto requiſito. de quo dixi ſupra in 16. concluſione.* ſed tamen vt ibi dixi, ego putarem etiam in crimine hęreſis locum eſſe remiſſioni, quando in loco, ad quem petitur remiſſio, incœpiſſet in hæreſim prolabi, & ex profeſſo profiteri hæreſim, & alios ſeducere & ſcandalum generare: nam ſi poſtea aufugiſſet ad alium locum, licet ibi perſeueraret in hæreſi, putarem remittendum ad primum locum, in quo profeſſionem primo fecerat. Hoc videntur aperte ſentire Domin. & Franc.*in cap vt commiſſi.§. & contra illos. de hære. in 6.* & quod de hæreſi etiam ſit facienda remiſſio, no. Pet. & Cyn.*in l.1.ad fi. C. de ſumma Trin.* Io. Andr. & Anchar.*in d.c.vt commiſſi.* Neque obſt. quod hæreſis poſſit vbique puniri: quia hoc fateor, ſed non ſequitur, ergo petita remiſſio deneganda, quia delinquẽs poteſt puniri etiam in loco originis & domicilij, & tamen ſi petatur à iudice loci delicti, remittendus erit, vt ſupra late concluſum fuit. Fateor tamen, quod ſi æque in vno, ſicut in alio loco hæreſim profeſſus fuiſſet, & æqualiter fuiſſet ſcãdalo, q̃ non erit remittẽdus, ſed præferretur is, in cuius territorio tunc reperitur hæreſim profiteri: ſed loquor, quando in primo loco palam & cũ ſcandalo profeſſus fuiſſet hæreſim, poſtea in hoc ſecundo, vel latitaret, vel occulte profiteret, & ſic magis eſſet læſus primus locus quam ſecũdus. & ita reperi poſtea etiam ſenſiſſe Didac. Couar.*in practicis quæſtionibus. in 11. cap. nu 12.* licet vere dum hæc ſcribebam, non vidiſſem, quod etiam comprobo: nam & ſacrilegi & depopulatores Eccleſiarum & monaſteriorum poſſunt vbiq; capi & puniri, ſed tamen debent remitti ad locum primi furti. ita Bal.*conſi.458.iſti ſacrilegi. in 4.*

24 ¶ Decimanona ſit concluſio, quod ſi iudex à quo

remitti petitur delinquens, videat aut suspicetur, quod facta remissione iudex ad quem facta fuerit, non puniet ipsum, & relaxabit, quod non debebit requisitus iudex remittere, ne delicta remaneant impunita, hoc tenet Ioan. Calder. *in d. c. 1. de rapt.* Abb. *in d. c. fi. de foro compet.* & Marian. *in d. cap. postulasti. eo. tit. num. 15. in longa illa distinctio.* Ioan. Cald. & Hippo. Marsi. qui ad literam prædictos sequitur in omnibus conclusionibus, de quibus supra *in §. oportune. in practi. sua crim. num. 33. ver. & dicit Io. Calder.* cõsuluit Ias. *consi. 121. c. primum. numer. 1. in primo.* nam etiam iudex secularis non tenetur remittere ad Ecclesiasticũ, quando opponitur exceptio remissionis calumniosæ, vt late comprobat Fely. *in cap. sicut. de foro comp. nu. 16.*

25 ¶ Vigesima sit conclusio, quod si ciuitas aliqua habeat priuilegium vel consuetudinem, quod non possit ab ea quis extrahi, non fiet remissio, vt de consuetudine in curia Romana refert Oldra. *d. consi. 124.* & de consuetudine siue priuilegio Ciuitatis Ferrariæ tradit glos. *in l. quis sit fugitiuus. §. idem Cælius scribit placere. in ver. abduci.* vbi Bar. Bald. & Cæpol. & Boer sequitur *decis. 29. nu. 7.* vbi etiam nu. 8. quod plures ciuitates regni habent tale priuilegium, quod quis non possit ab eis extrahi.

26 Vigesima prima sit cõclusio, † quod inferiores & Magistratus, qui non possunt cognoscere de grauiori pœna, debent remittere ad superiorem, qui maiorem habent potestatem, qui etiam tenentur remittere non requisiti, iuxta text. *in l. tutor. §. tutor. ff. de suspect. tut.* dum dicitur suspectum tutorem, si grauius delinquat ad præfectum remittendum. *& in l. 1. §. solent. ff. de officio præf. vrb. & in l. 3. §. 1. & l. vlti. ff. de officio præfect. vigil. & in l pen. ff. de incen. rui. & naufr. & l. siquid. de officio Proconf. & dixi supra in secunda conclusione.* Si vero fuerint requisiti, vt remittant, non debent statim remittere nulla præhabita cognitione, ita Cyn. *in authent. qua in prouincia. C. vbi de crim.* & Barto. *in l. fi. de publica. cum alijs, de quibus* per Alexandr. *in l. magistratibus. ff. de iur. omn. iud. num. 4.* quam tamen vltimã de opinio. non admitto, quia glos. *in c. pastoralis. de re iud.*. contrarium tenet, & faciũt omnia, quæ dixi supra in 11. conclusione. Neq; obstat, quod isti sint inferiores Magistratus, qui non habent iurisdictionem talem, vt possint iuxta qualitatẽ delicti punire, quia imo dico, quod ex hoc multo magis cognoscere debet, an tale sit delictum quod maiore sit dignus pœna, quam iurisdictio sua patiatur.

27 ¶ Vigesima secunda sit conclusio, † quod si iudex, ad quem fuit facta remissio, fuerit negligens, vel iniuste relaxauerit, poterit iudex qui remisit, procedere & punire, ratio, nam morosus & contumax non potest allegare pendentiam litis in alio loco, vt probat Bartol. *in l. vbi cœptum. ff. de iudi. & in l. quamuis. ff. de damno infect. & in l. sepulchri. infra de sepul. viola.* & sequitur Alex. *in l. de die. §. fin. num. 8. ff. qui satisd. cogan.* Sic ergo & iudex, ad quem facta est remissio, si fuerit in mora & negligens, videtur quod non possit opponere remissionem. ideo dicit ibi Alex. quod cautela poterit vti remittens, vt præfigat terminum remisso, intra quam faciat expediri causam, aliter quod ipse procedet.

## CAP. XX.

## *de Præuentione, inter quos detur, & in quibus causis.*

### SVMMARIVM.

1 *Præuentio in materia iurisdictionis, quid, & quotuplex sit, numero 2.*

3 *Iudicum pluralitate stante, præuentioni locus est: extende 11. modis. & limita 12. vsq; ad finem.*

1 PRæuenire † in materia iurisdictionis est præoccupare iurisdictionis exercitium, quæ pluribus competere poterat, sumpta metaphora à pluribus ad eũdem locum tendentibus quos qui anteuerterit præueniss dicitur, & hoc verbo vtitur *l. 1. C. de Thesaur. libr. 10. & l. 1. §. 1. ff. de in rẽ verso. & in l. si quis postea. ff. de iudi.* licet Marian. *in c. proposuisti. quod est pen. de foro comp. nume. 7. in fi.* aliter diffiniuerit, & satis absurde, vt videre potes.

2 ¶ Et duplex est præuentio, † altera qua dicitur iudex præuenire, & altera qua pars dr præuenta, vt in præd. iurib. & de præuentione partis est tex. *in l. si plurib. de leg. 1.*

3 ¶ Constituenda autem est regula, † quod vbi plures sunt iudices, locus est præuentioni, *l. siquis postea. ff. de iudici. ca. penul. de foro comp. c. cum plures. de officio delegat. in 6. & l. 1. ff. de offi. Consul.* & pulchre Roman. *consi. 412. pro habenda. num. 1. & 2.* Hoc enim est in quacunque materia, vt præoccupantis potius sit ius. *l. pluribus. & l. si is qui Stichum. ff. de procur. l. incola. ff. ad munici. l. qui prior. ff. de iudi. c. non iniuste. de procur. c. si duo. post prin. eo. tit. in 6. c. si quis iusto. in princip. de elect. in sexto. gloss. in l. vnum. §. si duos. in ver. petent. de legat. 2.* quam dicit singularem Cuman. *in l. cum quidam fin. eo. titu.* & tradunt Cyn. Saly. *in l. per agrum. circa. C. de seru. & aqua.* quod inter duo plaustra obuiantia prẽoccupãtis melior est conditio, & qui prior etiam occupauit locum molendini & haustum aquæ, præferendus, vt per Bart. *in l. quominus. in 5 prin.* vbi Ias. & Ripa, de flum. & generaliter dixit Bald. *in l. 1. in 43. qu. ff. de rer. diui.* quod inter duos habentes æquale ius melior est conditio præuenientis, *per l. si cum emptore. de præ.* & Roma. consi. *47. visis necessarijs.*

4 ¶ Extende primo hanc regulam, † vt procedat tam inter iudices Ecclesiasticos inter se, quam inter seculares inter se, quam etiam inter Ecclesiasticos & seculares in delictis, quæ sunt mixti fori, vt tradunt omnes in locis præallegatis & Marian. *in d. c. proposuisti num. 8. ver. & prædicta procedunt.* ideo si Iudæus faciat aliquid in vilipendium fidei Christianæ, erit locus præuentioni inter secularem & Ecclesiasticum, vt per Oldra. *cons. 36. infrascripti sunt articuli. ver. ad septimum, & vltimum.* & in terminis Guido Papæ *q. 63. fuit coram.* & Deci. *in l. Magistratibus. de iur. om. iudi. nu. 9. & 10.* Ecclesiastici.

5 Extende secundo, vt procedat † tam inter habentes merum imperium, quam inter habẽtes mixtum, ac etiã inter habentes simplicẽ iurisdictionẽ, vt tradit Bal. *in l. si quis postea. ff. de iudi.* & Mari. *in loco præallegato, d. c. proposuisti.* Imperium merum habentes.

6 ¶ Extende tertio, vt procedat † tam inter ordinarios iudices, vt *in d. c. proposuisti. de foro comp.* quam etiam inter delegatos cum clausula, quatenus duo vel vnus vestrũ, *vt in d. c. cum plures. de officio. delega. in 6.* & idem inter ordinarium & delegatum. *c. studuisti. de officio delega. c. vt debitus. de appella.* nam & ordinarius potest præuenire delegatũ, vt per Hosti. *in summa. de officio deleg. §. quid sit officium.* Inno. & Hosti. *in c. ad petitionem. de accu.* & per Henricum Boic. *in c. plerunq;. de rescr.* sic & è contra delegatus potest præuenire ordinarium, vt not. omnes *in c. vt debitus. de appella.* & Archi. *in c eius. q. 2. q. 6.* & tenet Spec. *in tit. de leg. §. fi. ver. item quod causa pendet. & gl. ma. in c. quamuis. de officio lega. in 6. & facit tex. in c. dilectus. in fi. de purg. cano.* Præueniss autem dicetur si præuenit ante receptionem literarum à delegato, quia ordinarius poterit præuenire, *c. vt debitus. de appella.* & est ratio, quia ante præsentationem & receptionem literarum non confertur ei iurisdictio, neque intelligitur ablata ab ordinario, *cap. audita. de restit. spol.* & nõ. Inno. *in c. cum contingat. de officio deleg.* & Bal. *in l. 1. C. vt lite penden.* Quamquam hodie contrarium obseruatur, nam delegatio præsertim in criminalib. fit semper priuatiue, etiam si ordinarius ante præueniss et, & ita semper vidi obseruari. Ordinarij.

7 Extende quarto, vt procedat † nõ modo inter æquales, sed etiam inter maiorem & inferiorem: quia sicut maior potest præuenire iurisdictionem inferioris, ita è contra, dummodo inferior ab illo superiore eam non recognoscat, & ideo Archidiaconus potest præuenire iurisdictionem sui Episcopi in ijs, quæ & ad ipsum & ad Episcopũ pertinẽt de quib. *in ca. ad hoc. & in c. cum satis. & in c. fi. de officio Archi.* sic & inter Magistratus municipales, & defensorem ciuitat s, *vt Auth. de defens. Ciui. in prin.* Aequales.

Exten-

Iurisdictionem habēs speciali iure.

8 Extende quintò, vt procedat† regula etiam inter eū, qui acquisiuit iurisdictionem aliquo iure speciali, & inter ordinarium, vt per Innocent. Ioan. Andr. & Abb. *in cap. 3. de officio ordin.* modò cumulatiuè, non priuatiuè acquisiuerit: quia si priuatiuè ab ordinario non rectè tractaretur de priuatione, & quòd acquisiuerit, vt de per se & principaliter posset cognoscere & separatim vel insolidum, non autem in negligentiam tantum ordinarij, vt declarat Maria. *in d. c. proposuisti. nu. 9.*

de Incidenti cognoscentes.

9 Extende sextò, vt procedat† etiam inter iudicem, qui ex incidenti posset cognoscere, & inter ordinarium, vt si coram iudice ciuilium quis falsum deponeret: nam hic poterit & per iudicem ciuilium quem offendit, incidenter puniri, & etiam per ordinarium, scilicet per iudicem criminalium, ideo inter eos erit locus prœuentioni, vt per Barto. *in l. 3. §. aqua. ff. de aqua quotid. & æstiu. & per nota. per illum tex. in l. nullum. C. de testi. & in l. sciant cuncti. C. de proba.* & tradit Maria. *in d. c. proposuisti. nu. 10.*

Prorogatus.

10 Extende septimò, vt procedat † etiam inter iudicem ordinarium, & iudicem, cuius est iurisdictio prorogata, vt tenuit Guido de Suz. *in l. si conuenerit. de iurisdict. om. iud.* quem refert Ioan. Andr. *in add. ad Specu. in tit. de competen. iud. adi. §. 1. ver. sed nunquid.* Quod tamen intellige in criminalibus, in quibus requiritur accusatio, & non potest inquiri: nam in his non poterit ordinarius velle ex officio inquirere, sed tenebitur habere ratam prorogationem, ex quo sic placuit accusatori, sine quo ipse ordinarius procedere non potest, & hāc opinionem sequitur Marian. *in ca. significasti. nume. 57. de foro comp.* dummodo non appareat collusio inter accusatorem & reum, vt ibi per eum, iuxta doctr. Bar. *in l. Senatus. ff. de accus.*

Episcopus expulsus.

11 Extende octauò, vt † procedat etiam inter Episcopū expulsum vi, qui potest cognoscere in proxima diœcesi inter subditos suos & ipsum ordinarium illius diœcesis, in qua ipse reperitur, & in qua delictum est cōmissum, quia talis Episcopus poterit prœuenire iuxta formam clem. vnicæ. de foro compe. vt ibi hoc tenet Ioan. de Ligna. Imol. & Zabare. licet aliqui contra, & hanc sequitur Maria. *in d. c. postulasti. de foro compe. nu. 13.*

In Quibus causis.

12 Extende, †vt procedat etiam in quibusdam causis siue ciuilibus siue criminalibus, siue spiritualibus, siue profanis, modò detur habilitas potestatis cognoscendi. ita Maria. *in d. cap. proposuisti. num. 14. de foro compe.*

In Remedio Leg. diffamari.

13 Extende, †vt procedat & si reus intentando Remedium. l. diffamari. C. de inge. man. in Ciuilibus, vel l. Titia. ff. de accusat. & l. ea quidem. C. qui accusa. non poss. conueniret accusatorem, coram vno ex pluribus iudicibus: nam tunc ille iudex dicetur prœuenisse, neq; poterit actor postea agere, vel accusare coram alio ex regula d. l. si quis postea. de iud. & hoc in specie tenuit Roman. *consilio 412. pro habenda. num. 1. & 2.* In quo tamen aduerte, quia duplici modo potest intentari remedium d. l. diffamari. primo modo, vt statuatur terminus diffamanti, vt agat vel accuset: & tunc quoad istud iudicium, an sit dandus terminus petitus, nulli dubium, quod est prœuenta iurisdictio, nō autem quoad aliud iudicium, quo diffamans condemnatus ad accusandum vel agendum intra terminum vellet accusare, quia illud erit aliud iudicium, & accusator poterit coram alio iudice accusare. Secundus est modus, quando imploratur offi. iudicis, & petitur declarari se non esse culpabilem, & diffamanti perpetuum silentium imponi, & isto casu dicetur prœuenta iurisdictio quoad totum, & sic diffamans accusator non poterit citare vel accusare coram alio, ita in terminis tenuit Marian. *in d. c. proposuisti. de foro comp. num. 26. & idem consuluit consi. 41. antequam numer. 5. in princ. & consi. 38. numer. 10. incipien. pro decisione. eod. volum.* sequitur Felyn. *in capitu. cum sit. de foro competen. numero 22. ver. item facit.* & Ial. *in l. non vtique. nu. 5. ff. de eo quod cer. loco.*

Præceptum.

14 ¶ Extende etiam, †vt procedat quando iudex prœuenisset delinquentem præcipiendo sub pœna, ne delinqueret: nam hoc potest facere, & dicetur prœuenisse, vt pulchre per Alberi. *in l. 1. §. hoc autem iudicium. in vltim. verbis. ff. si quis ius di. non obtemp.* vbi iura adducit, licet non cōcludat de prœuentione, sed tantum quod potest præcipere, antequam fiat delictum, ne fiat. dico autem ex hoc ego colligi, quod dicetur prœuenisse, quia frustra præcepisset, nisi præcepto spreto posset cognoscere, & est noua extensio.

Delegatus.

15 ¶ Limita primò† prædictam conclusionem, vt non procedat inter habentem iurisdictionem ab alio, & eū qui ipsi eam dedit, quia inferior non potest prœuenire, inuito superiore, *l. iudicium soluitur. ff. de iud.* & Maria. *d. c. postulasti. nu. 8. ver. ideo autem dixi.*

Communē Iurisdictionem habēs.

16 Limita secundò inter† habentes iurisdictionem non in solidum, sed coniunctim, & vnitè, quia non poterit hoc casu vnus alterum prœuenire solus, *vt in c. prudentia. de off. delega.* & Maria. *loco præcitato.*

17 Limita tertiò, nisi vnus †iudex haberet iurisdictionē in defectum alterius, vel ex negligentia, vel ex impedimento: nam non esset locus prœuentioni, quia oporteret expectare negligentiam vel impedimentum, *d. cap. prudentia. de offic. delega. & not. omnes in cap. cum plures. de offic. delega. in 6.*

Aequalem Iurisd. habens.

18 Limita quartò in casu, †quo duo haberent æqualem iurisdictionem sub hac forma, quod esset locus prœuentioni. nam si alter sit legitimè impeditus, non poterit ab altero prœueniri, quia forte ipse prœuenisset, nisi fuisset impeditus. ita Bar. *in l. si maritus, la seconda. in prin. ff. de adul.* quem sequitur Maria. *in d. c. postulasti. nu. 8. ver. ideo autem dixi, in actu de fo. comp.* præter quem aduerte, quod Ang. *in d. l. si maritus.* contrarium tenet, sed Ale. ibi in add. sequitur Bar. maximè quando interesset iudicis impediti, puta quia habere deberet sportulas, vel partem condemnationis, vt ibi per eum. Et addo, quod opinionem Bar. sequitur Roma. *singulari 143. dico tibi,* licet reprehendat Barto. quoad intellectum tex. *in d. l. si maritus.* Quod tamen Bart. dictum intellige verum, nisi periculum esset in mora, vt delictum remaneret impunitum, quia tunc procedere deberet prœuentio, *argum. l. 1. §. huius rei. de off. eius.* & in specie hoc tenet Maria. *in loco præducto.*

Incompetens iudex.

19 Limita quintò, nisi iudex, † qui vellet prœuenire, esset omnino incompetens: quia vt detur locus prœuentioni, oportet quod concurrat habilitas iurisdictionis, vt in clem. fin. vt lite penden. & habetur *in l. 1. & 2. C. si à non compe. iud & in cap. ea quæ fiunt a iudice. de reg. iu. in 6.*

Delegatus cum clausu.

20 Limita sextò† inter delegatos cum clausula, quod si omnes non potestis, de qua per gl. 1. & ibi Abb. *in c. quoniam Abb. de offi. delega. nu. 5. & 6.*

Prœuentio præpopera.

21 Limita septimò, †nisi prœuentio esset facta ante tempus: nam hæc nocere nō debet. *l. sororem.* & quod ibi not. Bar. *C. de ijs, quibus vt indign. l. edic. §. cum autem. ff. de iur. fisci.* Bar. *in l. diuus, la 2. de custo. reo. in vlt. colu.* Saly. *in l. ea quidem. C. de accu.* Alex. *consi. 64. & si celeberrime Doct. 2. col. ver. & licet accesserint, est sub num. 6. in 3. vol.*

Inquisitio.

22 Limita octauò, †nisi iudex per inquisitionem prœuenisset, sed postea alius iudex accusationem post inquisitionem etiam propositam vellet procedere: nam tunc cessabit inquisitio primi. ita pulchre Innoc. *in c. super literis. de rescr.* Bar. *in l. 3. ff. de adul.* Bal. *in l. ea quidem. C. de accus.* Ang. *in l. si vacantia. C. de bo. vacan. li. 10.* nam subsequuta accusatione, quod est remedium ordinariū, cessat inquisitio, quæ est extraordinarium, vt per Bar. *in l. siue contra. 2. col. ff. de lib. agno. & in l. post finitam. ff. de susp. tut.* & sequitur Grammat. *si consi. 28. eiusdem magni Dei nummo.*

Plures iudices.

23 Limita nonò, †vt regula procedat, quādo plures iudices haberent iurisdictionem de iure communi, secus si vnus haberet ex priuilegio, quia videretur habuisse priuatiuè respectu aliorum, ita Card. post Pau. de Eleaz. *in clem. 1. in ver. ne igitur. in 1. no. de celebr. miss.* sequitur Fely. *in c. irrefragabili. nu. 2. de offi. ordin.* & Grammat. *decis. 30. in causa excellentis Comitis, nu. 12.* vbi refert in appellatione ita iudicatum fuisse in sacro Reg. consilio, licet in 1. instantia contrarium fuisset iudicatum, & male, vt per eum.

Limita.

Procurata accusatio apud certum iudicem.

24 Limita decimò,† nisi probaretur, quod reus procurasset se accusari coram illo iudice vel ab eo per inquisitionem pręueniri malitiosè, vt mitiori pœna puniretur, quia talis præuentio non valeret. ita Angel. *in l. si seruus plurium. §. pen. ver. si quis ante. ff. de lega. primo.* & Cæpo. *cautela 19. incip. quando quis delinquit. & facit tex. in §. tria onera tutelæ affectatæ, Instit. de excus. tutor.* & in terminis sequitur Boer. *decisio. 289. quæritur, an condemnatus. num. 10. in fi.* & ante eum Ias. quem non adducit, *in l. si vero. in princ. num. 8. ff. qui satisda. cogantur.*

Priuilegiũ post prævẽtionem impetratum.

25 Limita vndecimo,† nisi post pręuentionem reus impetrasset priuilegium à Principe cum motu proprio, vt quis non posset accusari vel molestari, nisi coram tali iudice, quia tale priuilegium proderit ei etiam quoad iudicem, à quo fuerat prævẽtus. ita Paul. *in l si quis in iudicio. ff si quis cau.* sequitur Ias. *in l. cum quædam puella. num. 9. ff. de iur. om. iud.* & dixi, si impetrasset cum clausula, motu proprio: quia si sine ea, tale priuilegium non eximeret illum à iurisdictione iudicis prævenientis, ita pulchre idem Ias. *in l. si quis quemquam. nu. 3. ff. si quis cau.*

Hæresis.

26 Limita duodecimò† in causa hæresis, quia non est locus in ea prævẽtioni, *c. vt offic. de hær. in 6.* & tenet Bald. *in l. si quis postea. de iudi.* & Angel. *in l. sepulchri. de sepulcr. viol. per cap. per hoc. de hære. in 6.* & sequitur Marian. *in c. pen. de foro comp. nu. 29. & ad hæc vide quæ supra dixi hoc libro, capitu. 19. numero 18.*

## CAP. XXI.

## *Quando & per quos actus dicatur legitime facta Prævẽtio.*

### SVMMARIVM.

1 *Prævẽtio per libelli oblationem realem non inducitur sed per citationem. fallit si per statutum decernatur.*
2 *Præventa iurisdictio fit per receptionem testium ad informationem Curiæ, etiam inquisitione adhuc non formata.*
3 *Præventa dicitur iurisdictio per legitimam verbalem citationem.*
4 *Prævẽtio non fit per illegitimam citationem vel alium actum de iure non sortientem effectum vel aliàs coram iudice incompetente factum.*
5 *Prævẽtio inducitur per vnicam citationem, nec requiritur trina, vel peremptoria.*
6 *Prævẽtio vt habeat locum requiritur citatio ad instantiam accusatoris, vbi inquiri non potest, aliàs sufficeret quod ad instantiam iudicis.*
7 *Prævẽtio vt fiat, requiritur citationis executio, nec sufficit de ea commissio.*
8 *Prævẽtio inducitur etiam per capturam & concurrente citatione reali, & verbali: & quæ præferatur, & quando numero sequen.*
10 *Prævenisse dicitur habens maiorem iurisdictionem, si eodem momento duo iudices citauerunt.*
11 *Iudicum paritate stante, statur iuramento citati, num. seq.*
12 *Citati à pluribus iudicibus excitati priuilegio sibi competentibus, erit electio corã quo magis sibi comparere placuerit.*
13 *Citationum altera facta domi, altera personaliter, quæ, & quando præferatur.*
14 *Iudices pares in omnibus, debent inter se concordare, & deferre, alias sorte dirimere.*
15 *Iudicum vnus in processu incipiendo, alter in sententiam ferendo quis præferatur.*
16 *Iudicum paris potestatis ille dicitur prævenisse etiam contra mandantem qui mandatarium citauit.*
17 *Prævẽtio fit etiam per præceptum quod quis non recedat de loco.*
18 *Præventa non dicitur iurisdictio per citationem factam ab illo qui capere potest in flagranti crimine.*
19 *Citatio sine iudicis commissione, non inducit prævẽtionem, licet facta per nuntium in dubio præsumatur facta iudicis mandato.*

SEd quia prævẽtio, vt operetur, oportet quod sit legitima, ideo videndum, per quos actus legitime deduci possit, & quando.

Oblatio Libelli.

1 ¶ Prima sit conclusio, † quod per simplicem productionem libelli accusatorij in actis non dicitur præventa iurisdictio, antequam reus citetur. ita Bald. *in l. si quis postea. ff. de iudi. per l. libertas aduersus ff. de in ius voc. & gl. sing. in l. 1. eo. titu.* & idem tenet Ioan. Andr. *in addi. ad Spec. in tit. de libelli obl. §. nunc videndum. in 1.* Ex his etiam infertur, q̃ si iudex mandasset per Notarium fieri inquisitionem & registrari, quod tamen ideo non censeretur facta legitima prævẽtio, quia hæc esset declaratio, quod volebat prævenire, non autem prævẽtio, vt dicit Bal. *in l. 1. C. de confess. & in l. 1. C. quando libell. Prin. da. li.* & dicetur potius prępparatio iudicij, quam iudicij pendentia, *iuxta l. quemadmodum. de inoff. testam.* & sequitur Marian. *in cap. penulti. de foro compet. num. 16.* Fallit tamen prædicta principalis conclusio, nisi exstaret statutũ, quod productio libelli haberetur pro litis contest. vt ibi per Maria. & quod per simplicem inquisitionem non dicatur facta prævẽtio, tenet Thom. Gramm. *consi. 28. nu. 10.*

Receptio testium.

2 ¶ Secunda sit conclusio, † quod licet non fuerit formata inquisitio, neque citatus reus, si tamen iudex recepit testes pro informatione curiæ, vt inquisitionem formaret & citaret, videbitur præventa iurisdictio, *iuxta l. 1. §. non semper. ff. de appell. & hoc sub verbo forte.* tenet Maria. *in loco præallegato.*

Citatio verbalis Legitima.

3 ¶ Tertia constituatur conclusio† quod per citationẽ verbalem legitimam dicitur prævẽta iurisdictio, *l. si quis postea. l. vbi cœptum. ff. de iudi. & not. in l. fi. vt lite penden.* & per Bal. *in l Senatus. circa fin. C. qui accus. non poss.* & est tex. & ibi not. omnes. *in capitu. de foro comp.* vbi Maria. *num. 17.* & no. per Scriben. *in l. cum notissimi. in prin. C. de præscrip. 30. vel 40. annor.* & Barto. *in l. sepulchri. ff. de sepul. viola.* & per Bald. & alios *in l. si pluribus ff. de legat. 1.* & per Alexand. *in l. & quia. 10. colum. de iurisdict. omn. iud.* & tradit Roman. *consi. 412. pro habenda num. 2. vbi alia adducit.* & Ang. *in tracta. malef. in ver. iudex commisit, quod Caius, & cæteri citarentur. numero 13. & facit tex. in l. accusaturus. ff. de adult.* vbi porrectio libelli inepti nõinterrũpit præscriptionẽ, qui alias interrũperet.

Citatio illegitima.

4 ¶ Quarta est conclusio, † quod per citationem verbalem illegitimam nulla inducitur prævẽtio, vt probat tex. & ibi not. omnes, *in c. proposuisti. in ver. legitime. de foro competen.* & præsertim Ioan. Andr. & Anton. ibi, & Marian. *numero 20.* & Archid. *in c. non ita. 2. q. 6.* & hoc etiã in terminis tenet, & pluribus comprobat Rom. *d. consil. 412. nu. 2. ver. nunc ergo videndum.* vbi quod nec litis contestatio, nec libellus, nec lis illegitime mota, in vlla habetur consideratione, & probat gl. *in cap. cum plures. de officio delega. in 6.* & Bal. *in l. si quis postea. de iudi. & in l. cum quædam puella. de iur. omn. iudi. per l. pen. C. ne de statu defunct.* nam frustratoria citatio non perpetuat iurisdictionem. *ca. bonæ. in fin. de election.* idem tenet Andr. Sicul. *consi. 45. colum. 2. numero 7. in secundo.* nullus enim actus, qui de iure non sortitur effectũ, potest inducere prævẽtionem, vt tenet Oldra. *consi. 313. thema tale contra promissionem. column. 2. versi. 3. si quis. & versic. 6. nunciatio. & not. gl. in l 1. in ver. per renuntiationem & in ver. eatenus. ff. de noui oper. nun.* ideo citatio facta coram eo, qui nullam eo casu poterat habere iurisdictionem, non tribuit non habenti. *l. non videtur. & l. vbi cœptum. ff. de iudi.* & Aug. de Arim. *in addit. ad Angel. de malefic. in ver. iudex commisit. quod Caius prædictus citaretur, num. 15.* & Maria. *in d. c. proposuisti. de foro competen. nu. 18. vers. prædicta tamen sunt limitanda.*

Citatio vnica.

5 ¶ Quinta succedit conclusio, † quod vt dicatur facta prævẽtio, sufficit, quod vnica sit facta citatio, neq; requiritur trina, aut peremptoria, vt tenent omnes *in dicto capitu. proposuisti.* & est communis, vt ibi dicit Marian. *numero 18.* quicquid in contrarium dixerit Petr. *vt ibi per eum, & est gloss. in ver. citationes. in clemen. 1. de iudi.* & tenet Archidiac. *in capitu. non est. 3. quæst. 6.* & Ange. *in d. cap. si quis postea. de iudic.*

¶ Sexta

Citatio ad Instantiam accusatoris

6 ¶ Sexta sit conclusio, † quod vt fiat præuentio, oportet, quod citatio fiat ad instantiam accusatoris in casib. in quibus non potest procedi per inquisitionem, quod si per eam posset procedi, sufficeret, quod ad instantiã iudicis, & probatur *in l properandum.* vbi Bart. *C. de iudi. & in l. fi. C. de bo. author. iud. poss. & in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. & probat tex. in c. proposuisti. de foro compet.* vbi Imola dicit, quod cautus iudex faciat hoc in actis scribi, & sequitur ibi Maria. *in nu. 2. not. & nu. 18. in fi. ver.*

Citatio effectuata.

7 ¶ Septima sit conclusio, † quod requiritur citationẽ exequutã fuisse, id est deuenisse ad notitiam citati, neq; sufficit, quod fuerit commissa, ita tenet Ioan. Andr. Anton. & Zabar. *in c. fi. de officio lega.* quanquam Abb. ibi teneat contrarium, & ante eum Bar. & Bal. *in l. & quia. ff. de iur. om. iud.* & primam opi. sequitur Maria. *in d. c. postulasti. num. 19.* & probat eam per text. *in d. c. proposuisti. in ver. citamus. & in l. si quis postea. ibi, in ius vocatus. ff. de iudic.* cum aliud sit citatio, aliud commissio de citando, vt ibi per eum, & probat tex. & ibi gl. *in ver. ad partem. in cle. 2. vt lite pen.*

Citatio Realis.

8 ¶ Octaua sit conclusio, † quod præuentio fit etiã per citationem realem, id est capturam rei, vt per Io. Andr. *in c. 1. de obliga. ad ratiocin.* & Bal. *in l. si quis postea. de iudi. & in l. Senatus. C. qui accu. non poss. in fi. per text. in l. 2. ff. de custo. reor.* & dixit Ange. *in d. l. si quis postea. ff. de iudic.* quod si per verbalem citationem fit præuentio, multo magis fiet per capturam, quod etiam sequitur Pau. ibi, & tenet etiam Maria. *in d. cap. proposuisti. num. 21. de foro compet.* & Aug. de Arim. *in add. ad Ang. in tract. malef. in ver. iudex commisit. nu. 15. in 2. colum. vers. Tu autem.* & Ias. *in l. cum quadam puella. nu. 7. de iur. om. iu.* & Hipp. *in l. fi. de iur. om. iud. nu. 206.*

Captura rei

Si Citatio Verbalis, & Realis concurrat.

9 ¶ Nona sit conclusio, † quod si concurrat verbalis & realis citatio, ille qui realem fecit, dicitur præueniſſe, quia realis fortior verbali, hoc videtur tenere Bal. *consi. 124. quidam Cagnus. 2. col. ver. item melior est conditio. in quinto. & dicit nouam quæstionem. & de facto habuisse*, & ita concludit Ang. *in tracta. malef. in ver. iudex commisit. nume. 14.* licet Aug. de Arim. *ibi in add.* dicat se dubitare de hac decisione, quia non reperit tex. qui dicat, quod captura fortior sit citatione verbali quoad præuentionem. Ego autem dico doctrinam Ang. veram, quando eodem tempore, & momento facta esset vtraque citatio, quia tunc admitterem præferri realem, sed si constaret verbalem præcessisse, tenerem per illam intelligi præuentam iurisdictionem, quidquid aliter late distinguat Marian. *in c. pen. de foro compe. nu. 22.* & quod præferatur realis, tenet Thom. Gram. *consi. 28 nu. 12.*

Si Citationes concurrant.

10 ¶ Decima sit conclusio, † quod si vna & eadem hora & momento factæ sint citationes à duob. iudicibus, adeo quod non appareat, quis prior tempore, ille dicetur præueniſſe, qui maiorem habet iurisdictionem, & potestatem, ita Bal. *in l. Senatus. circ. fi. C. qui accu. non poss. arg. l. 1. de cust reo. & l. 2. §. fi. si quis cau.* quam opin. etiam tenent Ioan. And. & Scrib. *in ca. cum parati. il 1. de appella. & probatur per tex. vbi gl. in ca. si Episcopus. 18. di.* & Specul. *in tit. de citatione. §. contra citationem. ver. item quod vocati.* & idem Bal. *in c. 1. de mil. vasal. qui contu. est.* & Maria. *in c. pen. de foro comp. nu. 21. ver. septimò quæro.*

Si Iudices citantes pares.

11 ¶ Vndecimam constituo † conclusionem, quod si iudices sint pares, & ignoretur, cuius citatio prius fuerit facta, stabitur dicto cum iuramento ipsius citati, ex quo alia deficit ꝓbatio. nam in occultis statur iuramẽto rei §. *aliæ. Insti. de actio.* vbi gl. & Scrib. *c. significasti. il primo. de homicid.* & tradit Maria. *in loco præallegato.*

Electio rei.

12 ¶ Duodecima sit conclusio, † quod si vno tempore sit citatus à pluribus iudicibus, qui ex priuilegio & fauore ipsius rei sunt iudices, erit electio ipsius, coram quo voluerit comparere, vt habetur *in authen. habita. & ibi omnes. C. ne fil. pro patre.* & Maria. *in loco præallegato.*

Si Citatio ad Domum & Personalis concurrat.

13 ¶ Tertiadecima sit conclusio, † quod si vna citatio vnius iudicis sit facta ad domum, alia personaliter, præferretur, quæ personam citauit, modo sint pares in tempore, iuxta ea, quæ habentur *in c. cum causam. de dolo & cont.* & per Bartol. *in l quarta. de damn. infect.* & per Marian. *in specie ista, in dicto cap. penult. de foro compet. numero 21. in fin. verbis.*

De Paribus concurrentibus.

14 ¶ Quartadecima sit conclusio, † quod si in omnibus sint pares duo iudices, qui citarunt, debent ipsi se concordare, & sibi inuicem deferre, iuxta no. *in capi. pastoralis. de rescrip.* quod si nollent sibi deferre, sorte dirimenda hæc quæstio, iuxta tex. *in l. sed cum ambo. ff. de iudic.* & hoc in specie tenet Marian. *d. num. 21. in loco præallegato, & in septima quæst.*

15 ¶ Quintadecima sit cõclusio, † q; si vnus iudex præuenit in incipiendo processum, alius in sententiam ferendo, qui cœpit processum, dicetur præueniſſe, vt tenent omnes post Cyn. Dyn. Rayn. & Bal. *in l. si pluribus. ff. de lega. 1.* vbi pulchre Imo. & hoc in terminis tenet Ang. *in tracta malef. in ver. iudex commisit. nu. 15.*

16 ¶ Decimasexta sit conclusio, † quod si sint duo iudices paris potestatis, qui præuenit citando mãdatarium, dicetur præueniſſe etiam contra mandantem, ex quo vnum & idem delictum videtur, vel saltem vnicum negocium. ita Nellus *in tracta. banni. in septima quæst. secunda partis primi temporis*, qui dicit ita fuisse iudicatum Florentiæ, & illum simpliciter sequitur Maria. *in d. c. pen. de foro comp. nu. 22. ver. nono quæro. contra quæ faciunt, quæ dixi supra cap. 17. num. 7.*

Præceptum de non recedendo à loco.

17 ¶ Decimaseptima sit conclusio, quod præceptum iudicis, quod talis non recedat de tali loco, quia vult venire iudex ad ibi inquirendum contra eum, habet vim citationis, & ideo per tale mandatum dicetur præueniſſe. ad hoc allegatur Federic. de Sen. *consi. 140. ver. sed pone.* licet illud consilium non reperiam. sequitur Anton. & Abb. *in c. pen. de foro comp.* & ibi Maria *nu. 25.*

18 ¶ Decimaoctaua sit conclusio, † quod etiam in casibus, in quibus quis posset propria authoritate capere aliquem vt repertum in flagranti crimine, *& in casu. l. 1. C. de rap. virg. & in l. si quis in seruitute. ff. de fur.* tamẽ nõ poterit quis citare tales propria authoritate, vt dicatur præuenta iurisdictio, hoc tenet Anton. *in c. 1. de iudi.* & ibi sequitur Abb. *nu. 33.*

19 Decimanona sit conclusio, † quod citatio sine iudicis commissione, non inducit præuentionẽ: in dubio autem facta præsumitur iudicis mandato, si sit facta per nuncium bonæ famæ, ita Abb. in d. c. 1. de iudi. nu. 34.

## CAPVT XXII.

## *de Præuentionis effectibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Præuentionis effectus qui, satis pulchre vide vsque ad numer. 9 & 12.*
*Et quomodo omnes cessent, num. 10.*
11 *Iudices ordinarij, & etiam delegati, si contendant de iurisdictione, quid agendum.*

1 PRimus † Effectus præuentionis est, quod acquiritur iurisdictio iudici præuenienti, & in eum consolidat omnem iurisdictionem, quæ etiam alijs competebat, *d. l. si quis postea. de iudi. & d. c. pen. de foro compe.* adeo quod alij iudices, qui pariter iurisdictionem habebant, non poterunt se amplius in ea causa ingerere, *vt not. in locis prædictis.*

2 ¶ Secundus effectus, † quod iudex præueniens potest inhibere cuicumque alteri iudici se volenti impedire in d. causa. *l. iudicium soluitur. ff. de iud.* not. Bart. *in l. 1. C. quomodo & quando iudex. in ver. dixi de compulsione.* qui adducit Hosti. *in cap volentes. de offi. lega.* & per Archid. *in c. de persona. 11. q. 1.* Quod verum est, si ambo iudices essent subditi eidẽ imperio, & ab eodem Principe recognoscerent iurisdictionẽ, quia tunc iudex præueniens in causa in qua præuenit, dicitur maior altero: secus autem si essent diuersi & separati imperij, vt per Maria. *in c. pe. de foro comp. nu. 44.* vbi quod talis inhibẽs posset etiã pœnali iudicio iurisdi-

iurisdictionem suam tueri, *c.1.vbi gl.fi.& c.præterea.& ca.significasti.& c prudentiam.in fi & cap.suspicionis.de offi. deleg.*& idem tenent Ang.*in tract.malef.§.iudex commisit.numer.13. in princip.*

3 ¶ Tertius effectus,† quod citatus à præueniente nõ potest postea mutare forum in præiudicium præuẽtionis,vt not.*in l,si quis postea.de iudi.& l cum quadam puella.de iur.om.iud.*vbi Ias.*num.9.& l.si reus.ff.de iudi.fol.c. ex antiquis. cap.frequens.& c.si seruus.54.di.ca.gaudemus.de diuor.*& maxime in criminal. ad condemnationem, licet non ad exequutionẽ. *c. de persona.11.q.1.& not. omnes in auth. qua in prouincia.C.vbi de crimi.agi opor.*& tenet Spec.*in titu.de reo. ver. sed quid si pen.& seq.* & Ioan.Andr.*in c.1,vbi etiam cæteri post eum.de obliga.ad ratiocin.*& Barto. *in l.1.ff.de pœnis.*vbi Alex. *in addit.*

4 ¶ Quartus effectus,† quod si plures sunt correi eiusdem delicti,citatio facta de vno,inducit prœuentionem quoad omnes,vt per Bal.& Ange. *in l.si quis postea.de iudi.* & per Alex.*in add.ad Bar. in d.l.denunciasse.§.fi.ff.de adult.*& per Scrib.*in cap.pastoralis.§.fi.de rescrip.*& Mar.*in d. c. pen.de foro comp.nu.37.*

5 ¶ Quintus effectus, † quod similiter post prœuentionem accusator non poterit mutare forum, & coram alio accusare,vt late per Bar.*in l.vbi cœptum.de iudi.*& tradit Maria.*in d.c.pen.de foro comp.num.38.*

6 ¶ Sextus effectus, † quod iudex præueniens tenetur seruare stylum & ordinem sui tribunalis, vt per Maria. ibi,*num.40.*

7 ¶ Septimus effectus, præter † Maria. est, ꝙ per prœuentionem factam ad instantiam accusatoris, cęteri iudices censentur ab eo recusati, *l.1.ff. de offi. Consul.* tradit Ias.*in l.& si ff.de offi.eius.nu.8.*

8 ¶ Octauus effectus † etiam est, quod si facta sit prœuentio,& succedat prœuento alius, qui sit alterius fori, tenebitur tamen & is prosequi iudicium coram iudice prœueniente. *l. si is qui Romæ.& l.hæres absens.ff.de iudi.*vbi Bar.& not.*in auth qua in prouincia.C.vbi de crimi. agi opor.* & Ias.*in l.cum quædam puella.nu.8.de iur.om.iud.*vbi etiã Paul.

9 ¶ Nonus effectus, † quod prœuentio elidit iurisdictionem aliorum iudicum, sed non tollit in totum, ita Paris.*cons.109.omisso.nu.5.in 4.*quod comprobatur: nam si alij non obstante prœuentione procedant,& nil opponatur,valebit processus,vt statim dicam.

10 ¶ Nota tamen, †quod omnes isti effectus cessabunt, si non obstante prœuentione alius iudex processisset,& tamen de prœuentione nil fuisset oppositum.

11 Quando plures † iudices contendunt de iurisdictione, nullus ex his potest pronunciare se iudicem competentem,sed si sunt ordinarij, remittitur causa ad superiorem,si sunt delegati, eliguntur arbitri iuris. Ias. *in l.ex quacunq; ff.si quis in ius voc.non ier.nu.27.*

12 ¶ Est &†alius effectus, quia facta prœuentione si iudex prœuentus citat,citatus non tenetur comparere. *c. pen.vbi no.de foro comp.*& plura alia adducit Hipp. *in l.fin.ff. de iur.om.iud.nu.204.*

## CAP. XXIII.

## *de Prorogatione.*

### SVMMARIVM.

1 *Prorogare iurisdictionem, quid sit.*
2 *Prorogatio in criminali, an fieri possit, quibus casibus qualiter & quæ sit tacita prorogatio.*
3 *Prorogatio quibus concurrentibus fiat.vide vsq; ad nu.6.*
7 *Iurisdictio iudicis, in quem fit prorogatio, non alteratur per prorogationem.*
8 *Prorogata iurisdictione iud.delegati ad aliam causam in rescripto non comprehensam remanet tamen iudex delegatus in ea,non autem fit ordinarius.*
9 *Iudex prorogatus poterit causas, post tamen litis contestationem, prorogare, si & ante poterat.*
10 *Iudex si consensit prorogationi, cogi potest iudicare.*
11 *Iudex prorogatus exequetur suam sententiam si est ordinarius, si delegatus superior.*
12 *Iudice prorogato mortuo, vel functo officio suo, an successor iudicabit in causa prorogata.*
13 *Iurisdictio an prorogetur per accusatum, respondentem vel confitentem, quia putabat eum competentem. Scientia competentiæ non præsumitur.*
14 *Prorogatio scienter, sed per metum facta, nulla est.*
15 *Confessio coram iudice competente, cuius tamen iurisdictio erat prorogabilis, facit inditium, secus si non prorogabilis.*
16 *Prorogare, & submittere, an differant.*
17 *Pontifex, & Imperator, an se possint submittere puniendos in criminalibus.*
18 *Prorogatio fit etiam per procuratorẽ habentem tamen mandatum speciale, vel cum libera.*
19 *Prorogatio non fit per fideiussionis præstationem coram iudice incompetenti.*
20 *Prorogata iurisdictio, an sit ordinaria vel delegata, remissiue.*
21 *Iurisdictione per lapsum temporis finita, per confessionem rei scienter factam, prorogatur.*

1 PRorogare † iurisdictionem, est extendere iurisdictionem alicuius ad casum vel ad personã, in quibus iurisdictionem solus non habebat ex consensu partium.*l.1.& 2.ff.de iudi.c.P.& G.de offi.delega.* præsupponit enim prorogatio extare iurisdictionem,sed per eam extendi.gl.*in l.inter conueniens.ff.ad municip.*not. Abb. *cap. causam.de re iud.* & prorogatio fienda de communi consensu vtriusque partis, Alex.*consi.64.Et si celeberrime. nu.5. in fin.in 3.vol.*

¶ In criminalibus † etiam fieri posse prorogationem
2 attestatur Maria.*in ca.significasti.nu.36.de foro compe. allegat* in Criminalibus. *l.1.C.vbi de cri.agi opor.*& ibi Pau.dũmodo interueniat cõsensus iudicis loci, in quo fuit delictum commissum, & adducit etiam Specu.*in tit. de comp.iudi.adi.§.1.ver.sed nunquid in iudicem alterius iurisdictionis, est sub num.14.*& probat tex.adductus per Specu.*in l.2.§.conuenire.ibi, iudiciorum.de iudi.*sed & optime probat hanc conclusionem text.*in l.1. vbi glo. vlti. C.de iurisd.om.iud.* & idem tenet etiam glos.*in d.l.1.in gl.vlt in fi.ff.de iudi.& in l.non valet.C.ad l.Flaui de plagia.*idem quoque tenet Cyn.*in l.procurator.C.de pœnis.* Innoc.*in c.de causis.de offi.delega.*& Imo.*in c.1.de offi. ordi. & gl. in l.1.in ver.militarem.C.de sicar.*idem dicit Bar.*in l.1 ff.de iudi.num.9.*vbi dicit hanc esse veritatem, & hoc etiam tenet Alex.*cons 166.videretur.num.4.*sed contra reperio solum Bal.tenere *in auth si qui ex consensu.C.de Epis.ad nu.6.*vbi recitatis opi. subdit hęc verba:Breuiter ego teneo,ꝙ in causis criminalib.non possit prorogari iurisdictio iudicis incompetentis quoad generandum præiudicium competenti & suæ reip.cui debet pœna applicari, quia ius publicum pactis priuatorum mutari non potest.*l.ius publicum.ff. de pact.& respondet ad l.1. C.vbi de crim.*ꝙ loquitur in tacita prorogatione, quando scilicet reus habebat priuilegium declinandi,& non declinauit, quo casu non declinando,videtur iurisdictionem prorogare, vt per Innoc.*in c.prudentiam.de offi.delega.* Et istã partem etiã sequitur Hip.*in l. fi.de iur.om iud.nu.202.& seq.& in sua practi.§.expedita.nu.67.*Ego puto communem opin.veriorẽ, ꝙ ſ.in criminalibus possit fieri prorogatio concurrentib.infrascripis,& hoc per iura clara superius adducta, quæ loquuntur in accusatione.& est ratio, quia sine accusatore regulariter nullus iudex potest procedere.*l. rescripto.§.si quis.ff.de mun.& hon.*si ergo accusator nõ vult comparere coram ordinario competente,ille non poterit procedere ex officio.

3 Primò ergo †cõcurrere debet, quod ille in quem fit prorogatio,habeat iurisdictionem talem prius, quam potuisset punire similia delicta,puta merũ imperium,si delictum erat publicũ,& ita procedit tex.*in d.l.1. C.vbi de crim.quem ita intelligit gl.in d.l.1.de iudi.in gl.fi.in fi.*& ibi etiã hoc declarat Bar.*d.nu. 9.* & ideo non valeret prorogatio de causa ciuili in iudicem maleficiorũ. Nec è cõtra, quia oportet, quod sit similis iurisdictio, vt late per Iason.

*in l.si*

*in l.si per errorem.nu.4.& 5.de iurisd.omn.iud.*& licèt in causis ciuilibus possit fieri prorogatio in iudicem non habentem iurisdictionem,hoc tamen locum non habet in criminalibus,vt latè per Hip.*in pract.sua crimin.§.expedita.numero 67.*

4 Secundò, quòd † procedatur per viam accusationis, neque possit procedi per viam inquisitionis: nam si iudex ordinarius competens posset per viam inquisitionis procedere,si ipsa contradiceret,non procederet prorogatio,& in his terminis procedat opi. Bald. *in d.l.si qui ex consensu.de Episc.aud.* Fallit ergo regula prædicta, quòd criminalia iudicia possint prorogari, vt non procedat in causis, in quibus potest procedi per inquisitionem, qui casus notantur per Spec. *in tit.de inquisitio.§.quando autem. in prin.*& hoc in terminis tenuit Guido de Suza. *in l.si conuenerit.de iur omn.iudi.* quem refert & sequitur Ioan.And. in addi.ad Spec. *in tit.de comp.iud.adi. §.1.num.14.in addi.incip.sensu.*& hoc etiam tenuit Bal.*in l.1.in 7. & vlt.q. C.vbi de crim.agi opor.est sub num.10.* vbi videtur contrarius iis, quæ 10
dixit *in d.l.si qui ex consensu.* quia ibi loquitur generaliter non dari prorogationem in criminal. & tamen in hac l.1. se restringit tantùm ad causam inquisitionis, & opinio. Guido de Suza. & Ioan.Andr. tenuit etiam Areti. *in cap.* 11
*si diligenti.num.9.de foro comp.* & Alex. *con.216.ponderatis.nu. 16.in 6.* & Ias. *in l.si conuenerit.de iur.om.iud.nu.34.*

5 Tertiò requiritur, † si sumus in casu, in quo posset etiam per inquisitionem procedi, vt dixi, quòd iudex ordinarius competens consentiat, neque inhibeat: nam hoc casu procedet prorogatio etiam in casu,in quo posset iudex inquirere,& ita procedit dictum Pauli de Cast. *in d.l.1. C.vbi de crim.* sicut dicimus, ꝙ si clericus vult prorogare iurisdictionem iudicis non sui, debet requiri cõsensus sui Episcopi, & videtur esse de mente etiam Ioan. Andr. in d.add.ad Spec. & sequitur Maria. *in c.significasti. de foro compet.nu.57.* & aduerte, quòd loco consensus sufficiet etiam ratificatio ipsius iudicis, vt per Bal. *in l.falsus. C.de fur.& in l.1.C.si à non comp.iud.* & omes, *in c.ex parte.de rescr.*sed si non consentiat vllo modo,non obstante prorogatione, poterit alius iudex per inquisitionem procedere,iuxta opi. Guid. de Suza. de qua dixi in præce. vers. & sequitur etiam Modern.Bossius *in tract.crim.sub rubr.de* 13
*foro compe.num.17*& quòd incompetens ad requisitionem competentis possit,Bologni.tenuit *consi.8. col.3. ver.vel& secundò dicamus.*

6 Quartò,†quòd iurisdictio iudicis,in quem fit prorogatio,habeat eadem substantialia & potestatem circa omnes qualitates, circa quas habebat iudex ordinarius & competens, aliàs si adiiceretur noua qualitas ad iurisdictionem, non esset prorogatio, sed noua attributio iurisdictionis, quæ priuatorum consensu non potest dari, *l.priuatorum.C.de iur.om.iud.*

7 Sciendum tamen,quòd † per prorogationem non alteratur iurisdictio iudicis, in quem fit prorogatio, sed remanet eiusdem naturæ, cuius erat inter eos, quorum erat ordinarius competens: ideo si ab eius sententia non
Appellatio. poterat appellari, non appellabitur etiam in hac causa, quæ prorogata est,& econtrà si poterat appellari, appellabitur,ita pulchrè Bar.*in l.Episcopalem.C.de Episc.& cler.* & Abb. *in c.causam, quæ. il primo, de re iud.* Ideo nota in practica, quòd ex quo per constitutiones Ducales sub hoc Serenis.Dom. latas à sentẽtiis latis in arengo cum curia, non licet appellare, si iurisdictio Capitanei Paduæ, qui non habet curiam, fuerit prorogata, poterit tamẽ ab eo appellari per prædicta, licèt à sententia Potestatis, qui erat verus competens,non potuisset. & quòd prorogatio intelligatur facta cum omnibus suis qualitatibus, tenet Cæpol.con.8.nu.5.

8 Item si prorogaretur † iurisdictio iudicis delegati ad aliam causam crim.non comprehensam in rescripto delegationis, quod fieri potest: non tamen ideo fieret in hac causa prorogata, ordinarius, sed remaneret delegatus, & appellatio deuolueretur ad delegantem. ita Spec. *in tit.de comp.iud.adi.§.1.ver.sed qualitas.est sub num.13.in fi.& num.14.*idem tenet glo:& ibi etiam *in glo.fi..... C.de offic. deleg.* per rationem, quam adduxi, quòd scilicet remanet iurisdictio prorogata eiusdem speciei, cuius erat ante ipsam prorogationem,& sequitur Maria.*in ca.significasti. de foro comp. nu 58.* ideo præferri non potest reuocata delegatione à delegante, vel causa finita cessabit & prorogata, vt tradit Bal. *in l.1.ff.de iudi. & l.iudicium soluitur.ff. de iudi.*

9 Item sequitur ex præmissis, † quòd iudex, in quem, si antè poterat causas suas delegare, poterit & nunc.Specu. *in tit.de comp.iu. adi.§.1.ver.sed nunquid ordinarius.est sub nu.12. in fi.* intelligendo post litem contest, non ante, quia adhuc non esset adeptus iurisdictionem irreuocabilem, cùm partes ante litem contestatam possint reuocare, vt per Maria.*in c.significasti.de foro comp.nu.50.* qui tenet contrarium,ex quo per delegationem non impediretur pœnitentia.

10 Poterit autem † iudex in quem cogi, vt iudicet,si consensit prorogationi,non aliàs,vt per Specul.*in tit.de competent.iudi.adi.§.primo, vers.sed an is, in quem, numero decimo tertio.*

11 Ipse autem, † in quem,exequetur sententiam suam, si est ordinarius,quòd si foret delegatus, exequetur superior vel delegans,Spec.*in tit.de comp.iudi.adi.§.1.num.13.ver. sed quis exequetur,*& Maria.*in d.c.significasti.nu.52.*

12 ¶Sed posset † dubitari,an mortuo iudice, in quem facta est prorogatio,vel eo functo officio suo, id est,finito Magistratu, successor poterit iudicare in causa prorogata? Et breuiter dicendum,quòd sic,ex quo videtur partes in eum consensisse tanquam in iurisdictionem habentem, nõ tanqum in priuatum, quia non potuissent in eum vti priuatum iurisdictionem conferre, ita not. in summa omnes *inc.nouit.de officio lega.* & Specu.*sub eo.tit. de officio lega.§.nunc dicamus.vers.pen.* & Maria.*in c.significasti. nu.69.* vbi dat etiam cautelam, quòd si nollent coram successore cognosci,remoueant se ab ipsa instãtia, & renuncient, vel amplius coram eo non compareant, vel à principio paciscantur, quòd non intendunt coram successore procedere,vt dicit ibi Maria. si prorogatio finita.

¶ Aduertendũ quoq;, † quòd tam & si reus accusatus corã iudice incompetente responderet,putans eum esse competentem, & etiam confiteretur, non tamen ideo diceretur prorogata eius iurisdictio, sed constito de errore, posset omnia reuocare, ita not. omnes *in l.si per errorem, de iurisd.om.iud. & in l.1. & ibi glo.& Scrib.ff.de iud.& glo.1.in c.significasti.de foro comp.* & Spec.*in tit.de comp.iud adi. §.1.ver.*Decimò etiam si in iure erratum fuisset,vt per Panorm.*in c.P.& G de officio deleg.per notata per Inno. in c.ad petitionem. de accusat.* & hoc etiam tenet Alex. *con 216.ponderatis,in fi.6.volum.*imò etiam dubitatio vitiat prorogationem, Ias. *in l.si per errorem.nu.9.de iurisd.omn.iud.* vbi etiam dicit, quòd error in sola qualitate vitiat, vt si esset delegatus, & tamen crederem ordinariam vel econtrà, & siue sit error ex vtraque parte,siue ex vna tantùm,& ibi limitat: sed si à principio errasset, & postea sciuisset incõpetentiam, & tamen post scientiam processisset coram eo,aliqui tenuerunt, quòd reconualidaretur iudicium, vt per glo.*in l.1.*& ibi Bal. *C.vbi de crim. agi opor.* & ibi idem etiam tenet Bar. Cyn.autem ibi contrarium tenuit, cui opi. sequitur Maria. Sozi. *in d.c.significasti. num 38.* sed veritas videtur esse, quòd si iudex erat omnino incompetens, adeo, quòd à principio processus ipsius esset ipso iure nullus, quòd per sequentem scientiam non reconualesceret,iuxta regulam, *quod ab initio, de reg.iuris* si verò processus à principio non fuisset ipso iure nullus, conualidari posset per superuenientem scientiam & patientiam,& quòd vbi quis consensit per errorem, non dicatur prorogata iurisdictio, tenet Ang. *in con.27.quidam Victor,in vlt.verbis.*

¶ Scientia autem incompetentiæ nõ præsumitur, nisi probetur,sed potiùs error,vt per Spec.*in tit.de compet.iud.*

*udi.§.1.ver.Decimò.& ver.sed nunquid præsumitur.* præsertim si sint personæ idiotæ, secus si periti iuris, vt ibi per eum, quem sequitur Maria.in d.c.significasti.nu.38.in fi.

14 ¶Et quæ dicta sunt † de prorogatione per errorem facta, procedunt etiam si sit facta scienter, sed per metum, quia erat à principio ipso iure nulla, vt est textus in lege 2. de instit. & ideo coram tyranno nunquam censebitur facta legitima prorogatio, quia omnia coram eo præsumuntur per metum facta, vt per Bart. *in l.pen.ff.de cond.ob turp.cau.& in l.2. C.quod met.cau.* & per prædicta hoc tenet Maria.*d.c.significasti.nu.39.*

15 ¶Notandum quoq;, † quòd prorogatio etiam in habitu hoc operatur, quòd confessio facta coram iudice incompetente, cuius tamen iurisdictio prorogari poterat, faciet indicium coram iudice competente, quod tamen non faceret, si talis iurisdictio prorogari non posset, vt per plura concludit Ias.*inl.magistratibus.nu 3.& 5.de iur.om.iud.*

16 ¶Notandum pariter,† quòd Bal.in c.quę in Ecclesiarum, in decima column. tenuit, differentiam esse inter hæc verba, ꝓrogare,& submittere: nam superior se submittit iurisdictioni inferioris, quæ non potest dici prorogatio, quia prorogatio est extensio iurisdictionis existentis: sed inferioris in superiorem nulla existit iurisdictio, ergo nulla prorogatio. quam tamen differentiam ipsemet Bald.reprobat *in l.si conuenerit.ff.de iurisd.omn.iud.* & sequitur Iason *in l.est receptum.numero 5.in fin.& nume.6. ff.de iurisd.omnium iudic.* & sic prorogare & subiicere idem est. Sed vnum notabis, quòd si quis fatetur, se subditum tali iudici; nam ista dicitur ꝓrogatio per confessionem, & hoc casu non erit locus pœnitentiæ, vt tenet Baldus, *in l.si pater. C.ne de sta. defuncto.* & Ias.post Alex.*in d.l.si conuenerit.nu.22.de iur.om.iud.*

17 ¶An autem Papa † possit se submittere inferiori, vel etiam laico, & pariter Imperator, maximè vt puniatur in criminalibus, tradunt omnes *in cap.nos si incompetenter, 2.q.7.glo. in cap. nemo. 9. quæst. 3.gloss.in cap.sanè, quia il secondo, in gloss. 2. de officio delega.* & tradunt Scrib. *in cap. omnes. de pœnitent.* & omnes, *in leg.est receptum, de iurisdict. omn. iudicum.*

18 ¶Prorogatio † verò poterit fieri etiam per procuratorem, vt not. omnes *in cap.cum olim. de officio delegat. & in d. l. si conuenerit. de iurisdict.omnium iudicum.* sequitur Paris. *consi.31. omissa discussione. num.71. in primo.& con. 45. satis concludenter. num.15. eo. primo volumine,* sed præmissa intellige, dummodo talis procurator habeat speciale mandatum, vel cum libera, vt per Paris. *consilio 15. circa numerum tertium, in 4.*

19 ¶Sed & hoc † cordi figendum, ꝙ quis præstando fideiussionem coram incompetente iudice, vel de parendo iudicatis, non dicitur prorogare iurisdictionem, quia tacitè semper intelligitur hæc cõditio, si competens fuerit, vt per plura concludit Paris.*consi.48.* Dom.Petrus *nu. 1.& seq. in primo volu.* & idem dicit in fideiussore, & tradit etiam Alexand. & Ias. *in l.2.ff.si quis in ius voc. non ier. numero 2.& 3.*

20 ¶Iurisdictio † prorogata, an sit ordinaria vel delegata, Alex.*in l.more, de iur.om.iud.nu.8.in f.*

21 ¶Si iurisdictio † iudicis per lapsum temporis erat finita, & reus id sciens coram eo fateatur, valebit confessio, quia potest prorogari, Ang. de mal. *in ver. compatuerunt, & patentur.nu.8.*

## CAP. XXIIII.

## *de Mutatione Status personarum.*

SVMMARIVM.

1 *Status mutatio non alterat pœnam.*
2 *Laicus delinquens, si fiat post delictum clericus, à iudice Ecclesiastico est iudicandus.*
*Item quid si post inchoatum processum fiat clericus.*
*Et quid si fiat miles.*
3 *Institutus & confirmatus potest puniri de crimine antecedente suam institutionem.*
4 *Status mutatio non liberat à delicto, & an mutetur forum.*
5 *Fori competentia diiudicatur à statu, in quo quis tempore delicti reperiebatur.*
6 *Habitus dimissio sicut priuat priuilegio, ita per reassumptionem recuperatur priuilegium fori, & clericatus.*
7 *Mutatio vitæ perimit pœnam.*
8 *Dominus nullam habet actionem contra suum effectum liberũ pro delicto in seruitute commisso.*
9 *Capitis diminutio non exuit quenquam delictis.*
10 *Furiosus de delicto commisso ante furorem, an puniatur.*
11 *Tempus commissi delicti attenditur in publicis delictis, non obstante status mutatione personæ.*
12 *Principalis mutato statu, fideiussor non tenetur, si non teneretur principalis. secus si tenetur.*
13 *Filius per emancipationem liberatur à debito contracto ante emancipationem, secus de æquitate.*

1 MVTATIO † status nõ facit Augeri vel Minui pœnam, quæ per formam statuti à principio erat pecuniaria, vt fiat corporalis, ita Bal. *in consi.348. viso themate, in fi.5.vol.*

2 Delinquens, si † post delictum fiat clericus, non poterit iudicari à seculari, sed tantùm ab ecclesiastico, vt latè concludit Oldr. *con. 4. incip quod laicus.* imò ẽt si post inchoatum ꝓcessum efficiatur clericus, vt ibi per eum, & dixi latiùs suprà hoc libro, cap.9. in 21. extensione, vbi videndum. Fallit, nisi ante delictum vel inchoatum ꝓcessum vouisset fieri clericus, vt per Iasonem *in leg. cum quædam puella.num.10.& 11. de iur.omn.iud.* quia effectus trahitur ad tempus, vt ibi. & quòd attendatur tempus ferendæ sententiæ, quoad statum personæ, & eius mutationem, tradit Alexand. *in leg.fina.numero tertio, ff.si ex nox. cau. aga.*

¶Itidem si fiat miles post delictum, & etiam post inchoatum processum, nam remittetur ad iudicem militarem ibi.

3 ¶Institutus autem, † & etiam confirmatus potest puniri de crimine antecedente suam institutionem, *capit. si quis sine examinatione, 81. di.* tradit Feder. de Sen. *consilio 23. Titius electus, columna 2. versicu. nam posito quòd aliquis sit confirmatus.*

4 ¶Aduertendum † tamen, quòd licèt mutatio status non liberet à delicto, quia noxa caput sequitur, ideo seruus effectus liber, & econtrà non liberatur à delicto, *l.licèt. C. an seru.ex suo fac.§.omnis. Instit. de noxal.* licèt dicatur nouus homo, *l.si seruus.§.1.ff.de adi.lega. l.qui res.§.aream.ff. de solu.* & idem videtur dicendum de laico facto clerico: attamen aliud est dicere, quòd liberetur à delicto, aliud quòd mutet forum, & ideo non valet consequentia, nõ liberatur à delicto, ergo neque à foro, quia non liberatur à delicto, ne delictum impunitum remaneat, quæ ratio cessat quoad forum, quia in alio foro punietur.

5 ¶Ad cognoscendum, † ad quem forum spectet cognitio delicti, attenditur status, in quo quis erat tempore delicti, vt in clerico deponente habitum & tonsuram & ducente vxorem, decidit pulchrè, Bald. *in l. affinitatis, in fine. Cod.communia de successio.* & ita illum refert & sequitur Alex. *consi.149.in causa inquisitionis. sexto volumine, nume. 9.* & idem Alexand. *consi. 8. numero 16. credo. in primo.* Sed aduertendum, quia ista pugnant cum his, quæ dicta sunt suprà in hoc capitulo, in 2. conclusione, videlicet numero 2. vbi, quòd si post delictum fiat clericus, non poterit tamen à laico puniri: sed dic, quòd fauore religionis est vtrumq; ita depositum.

6. ¶No-

6 ¶ Notandum etiam, quòd † ſi clericus dimiſſo habitu & tonſura committat delictum, quanquam amittat priuilegium fori, & poſſit per ſecularem iudicem cognoſci de dicto delicto; attamen ſi interim reaſſumeret habitum & tonſuram, recuperaret priuilegium fori & clericatus, hoc tenuit Ioan. Andr. *in cap. Ioannes. in 4. q. de cleri. coniuga.* vbi dicit ita fuiſſe Patauii determinatum, cum multis concor. adductis per Alexan. *d. con. 149. in cauſa inquiſitionis. nume. octauo. in 6. volum.* & Hip. *ſing. 480. incip. apud Doctores.*

7 ¶ Eſt tamen vnus † caſus, in quo mutatio ſtatus & vitæ perimit pœnam, vt in muliere, quæ dum eſſet ſerua, ob meretricium quæſtum infamiam incurrit: nam, ſi poſtea libera facta ſit & caſtè vixerit, deſinit eſſe infamis, *l. infamis. ff. de his, qui no. infa.*

8 ¶ Pariter & † dominus nullam habet actionem contra ſeruum ſuum effectum liberum pro delicto facto in ſeruitute, *l. verum. § 1. ver. caterum. de minor.* quia reputatur nouus homo. *l. qui res. §. aream. de ſolu. l. quod quis cum ſeruus. de reg. iur.*

9 ¶ Nemo autem † delictis exuitur, quamuis capite diminutus ſit, *l. 2. §. nemo. ff. de ca. diminu.*

10 ¶ Si exiſtens † ſanæ mentis committat homicium, & poſtea efficiatur furioſus, non poterit puniri pœna homicidii, quia habetur loco abſentis furioſus & quieſcentis, *l. 2. §. furioſus. de iure codicillo.* & hoc tenet Bald. *in l. furioſum. circa fi. C. qui teſta. fa. poſſ. & in l. humanitatis. in 3. q. Cod. de impu. & in c. 1. de eo, qui interfecit fratrem do. ſui.* Contrarium tamen tenuit Ro. *in l. vlt. ff. ſi ex noxali cau. aga.* vbi Iaſ. *nu. 7.* ſequitur opi. Rom. cont. Bal. per rationes, de quibus per eum, & præſertim per l. Diuus, ff. de officio præſid. quæ opinio non placet, neque in practica obſeruatur; nam pœna imponitur, vt ea delinquens affligatur: ſed furioſus æquiparatur mortuo, ergo non ſentiet pœnam. Item aliæ pœnę, quæ vitã non adimunt, infliguntur, vt emendetur delinquens, quæ ratio non poteſt cadere in furioſo, ergo.

11 ¶ Eſt tamen regula † communiter approbata, quòd in publicis delictis, in quib. certa eſt & determinata pœna, attenditur tempus cõmiſſi delicti, non obſtante mutatione ſtatus perſonæ. *l. 1. ff. de penu. leg. l. ſi quis decurio. C. de fal. & in l. 1. §. 1. ad Turpil.* & ſequitur Iaſ. *in d. l. fi. ff. ſi ex noxa. cau. aga. nu. 6.*

12 ¶ Et an mutato † ſtatu rei principalis, fideiuſſor teneatur? quòd ſic, ſi reus quoque tenetur: ſecus ſi non teneretur, quia nec fideiuſſor, Alex. *in l. ſed & ſi quis, in prin. nu. 3. ff. ſi quis cau.*

13 Et quanquam † filiusfam. pro debito carcerari poſſit, ſi tamen emancipetur à patre, dicetur nouus homo, & ideo liberabitur, licèt de æquitate tenebitur tantum, in quantum facere poterit, & iſta eſt bona cautela ad liberandum filium è carceribus, vide Iaſon. *in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. nu. 2. de iureiuran. per l. ſi ex alio,* vbi Bal. hoc not. C. *quod cum eo.*

## CAPVT XXV.

## *De Delegato.*

### SVMMARIVM.

1 *Delegare, quid ſit.*
2 *Criminales cauſæ, quæ merum & miſtum imperium concernunt, à quibus delegari poſſint.*
3 *Delegationis forma attendenda, & ad vngue ſeruanda.*
4 *Delegatus à Principe, an poſſit cauſas meri imperij Subdelegare, quòd ſic.*
5 *Demandata Cognitione plurium delictorum, debent expediri iuxta ordinem in delegat. contentum.*
6 *Delegatus non punit iniuriam in illa cauſa comprehenſam, ſed erit cognitio ſuperioris.*
7 *Delegatus punit turbantes iuriſdictionem ſuam, & partes ſe offendentes, ex illa tamen cauſa, non alia.*
8 *Delegatus repræſentat delegantem, & cenſetur vnum & idem tribunal.*
9 *Delegans reuocare poteſt quandocunq; delegationem expreſsè & tacitè, incipiendo videlicet cognoſcere.*
10 *Delegatus non contrauenit facto delegantis.*
11 *Delegatus non poterit mulctare de iure ciuili, niſi in caſu l. fin. C. de ſport.*
12 *Delegatus citans, debet aſſerere ſe delegatum, ſuæq; commiſſionis copiam in citatione inſerere.*
13 *Ordinarius delegatus, quando dicatur cognoſcere vti delegatus & ordinarius, & quando vt delegatus.*
*Ordinarius delegatus, non tenetur ſeruare ſtatuta loci, cuius eſt ordinarius.*
14 *Delegatus non habet certum tribunal, & vbique poteſt ſententiam ferre, ſecus in ordinario, quia in loco ſolito.*
15 *Ordinaria & delegata poteſtas, poſſunt in eadem perſona, & etiam eadem cauſa concurrere.*
16 *Reſcriptum Principis quando tantùm excitet iuriſdictionem ordinariam, & qualiter & quot modis excitetur iuriſdictio.*
17 *Clauſula, procedas & punias authoritate noſtra, quando importet delegationem.*
18 *Iuriſdictioni ordinariæ aliquo addito vel detracto, dicitur facta delegatio.*
*Idem ſi committitur cum clauſula, quòd procedat ſummariè, dummodo clauſula ponatur in locis diſpoſitiuis.*
19 *Delegata & excitata iuriſdictio, per quæ verba inducantur.*
20 *Procedendi modus multipliciter differt, quando iudex procedit vt ordinarius, & quando vti delegatus.*
21 *Delegatio facta ordinario tunc videtur eum facere delegatum, quando aliquid ei cõmittitur, ad quem antea non ſpectabat.*
22 *Iudex quando poteſt procedere vti ordinarius, & vti commiſſarius, poteſt variare, vt quando excitata eius iuriſdictio.*
23 *Ordinarius procedens vt delegatus etiam per errorem, ſententia eſt nulla, & qualiter intelligantur iſta.*
24 *Ordinariam & delegatam habens iuriſdictionem, procedens ſimpliciter, videtur principaliter procedere vti delegatus, præſertim quando in ſententia eſt clauſula, omni meliori modo. amplia & limita vt ibi.*
25 *Ordinarius & delegatus citans, nec exprimit ex qua poteſtate, an citatus teneatur comparere, remiſsiuè.*
26 *Cauſæ quæ delegari non poſſunt, neque prorogari poterunt de conſenſu partium.*
27 *Iuriſdictionis ſuperuenientia in delegantem, non validat delegationem antè ab eo factam, niſi aliquo modo prius eſſet radicata.*
28 *Delegatio cauſarum criminalium clericis non fit, quamuis ſit ciuilium.*
29 *Ordinarius ex noua cauſa poteſt ſe impedire in cauſa delegata à Principe, & quæ cauſa debeat eſſe.*
30 *Ordinarius à delegato in quibus principaliter differat.*
31 *Delegatio dicitur odioſa, ideo reſtringenda.*
32 *Cauſæ meri imperij delegabiles ſunt quoad cognitionem, & quoad deciſionem ex cauſa impedimenti abſentiæ.*
*Modica coerctio etiam delegari poteſt.*
33 *Meri imperij cauſæ non ſunt delegabiles, fallit ſeptem modis.*
34 *Meri imperij cauſæ indelegabiles, quando poſſint delegari.*
*Delegatio ceſſat, ceſſante cauſa delegationis.*
35 *Subſtitutus à ſuperiore in locum mortui vel abſentis, qualiter differat à delegato.*
36 *Delegatio cauſarum generalis complectitur etiam cauſas meri, dummodo eas delegans aliàs potuiſſet ſpecialiter delegare.*
37 *Delegata ſemel cauſa, ſemper delegabilis remanet.*
38 *Delegata cauſa, vt ipſemet perſonaliter iudicet, non poterit etiam de partium conſenſu delegari. fallit in patre, qui poteſt filium delegare.*
39 *Subdelegatus à delegato Principis non eſt eiuſdem potentiæ, cuius ipſe delegatus.*
40 *Ordinarius ex noua cauſa, nõ conſiderata à delegante, poterit inhibere delegato Principis, quamuis alius non poſſit.*
41 *Delegatus à Principe, & delegatus à lege, æquiparantur, ſed delegatus à lege differt à delegato, à Principe.*

42 *Delegatio finitur morte Principis delegantis. fallit, quando Princeps sub nomine dignitatis delegauit. & nu. 45.*

43 *Assessor electus à Potestate, delegatam dicitur habere iurisdictionem; si à populo, dicitur habere ordinariam.*

44 *Delegatus à Principe, si tulit sententiam nullam, iterum potest vti & ordinarius iudicare.*

46 *Delegatum subdelegare posse, operatur consuetudo.*

47 *Inquisitores haereticæ prauitatis, quia sunt delegati Principis, possunt subdelegare.*

48 *Delegatio à Princi e quamuis confirmetur, non fit er hoc ordinaria.*

49 *Delegatus quando vti incipiat iurisdictione.*

50 *Delegatione Principis finita per mortem delegati, iurisdictio reuertitur ad Principem, & non ad ordinarium.*

51 *Sententia delegati dicetur semper nulla, licèt sit iniusta, & quare.*

52 *Delegatio cum clausula, appellatione remota, intelligitur de friuola appellatione.*

53 *Delegatis pluribus personis, duæ partes conueniant, & quod decreuerit maior pars, id ratum erit.*

54 *Delegatio tripliciter consideratur, & secundum diuersos respectus, aut publicam, aut priuatam respicit vtilitatem.*

55 *Delegatus Principis, delinquens, coram ordinario accusatur, & punietur finita tantum delegatione.*

56 *Delegatus Principis potest recipere fideiussorem de præsentando quandocunq;, & contra fideiussorem procedere.*

57 *Delegati plures si contendant de iurisdictione, eliguntur arbitri iuris.*

58 *Delegato asserenti de delegatione, si præsens est Princeps, credendum est.*

59 *Testis vacillans etiam per delegatum Principis potest torqueri.*

60 *Delegatus, qui antè habebat iurisdictionem aliquam, maiorem habet autoritatem, quàm si non habuisset.*

61 *Delegatus in criminalibus, regulariter non delegat, & si moriatur ordinarius non iudicat.*

62 *Iurisdictione vtitur, qui subdelegat.*

63 *Mistum delictum quod sit.*

64 *Punire quando possit iudex secu. & etiam ecclesiasticus.*

65 *Ecclesiasticum crimen, quod sit.*

66 *Ecclesiasticus in mixtis, an ludæo pœnam imponere possit.*

1 DELEGARE est † alteri causam cognoscendam demandare, vt per Rofre. *de libell. sub rub. qui possint esse iudices ordinarij vel delegati. nu. 6.* & sic delegatus est, qui alterius mandato alicuius causæ recipit cognitionē. *l. 1. in fi. ff. de off. eius. c. super quæstionum. §. 1. & 3. eius ergo. de offi. delega.* & tradit Spec. *in tit. de delega. § delegatus. in prin.*

2 ¶ Verùm quia † causæ criminales, quę cōcernunt merum vel mixtum imperium, hodie à lege dantur per statuta, ideo delegari non possunt, præterquam à summo Principe, *l. 1. in princ. de offi. eius. l. à iudice. C. de iudi.* ideo Bald. *in l. si vt proponis, la prima, in pen. colum. Cod quomodo & quando iud.* dixit, quòd licèt delegatus sit mortuus, vel delegatio aliter expirauerit, tamen ordinarius loci non poterit se intromittere, & probat text. *in c. pastoralis. §. 1. de off. ordi.* de quo dicto plura tradit Hippo. *singulari 301. dixi tibi. & cons. 81. salus omnium. num. 39. & seq.* de iure autem canonico delegari possunt. gloss. & Docto. *in ca. quod sedes. de off. ordina.* Bald. *in l. nec quidquam. §. vbi decretum. ff. de off. proconsi. in colu. versi. item adde.* Deci. *consi. 143. in casu proposito. num. 1.* & sicut possunt delegari à Principe, ita & à quocunque non recognoscente superiorem, vt per Ang. *consi. 217. in causa accusationis. colum. 1. ver. contrarium est verum.* sed & præfectus vrbi delegari potest, *leg. cum prætor. ff. de iudi.* sed & ab infere delegari possunt in solo casu absentiæ, vt per Bartol. *in leg. 1. de offi. eius, num. 3. & 5.* idem & per infirmitatem, dicit ibidem Bart. *num. 11. & in l prima. §. & ideo, eodem titu.* immò nec delegatus Principis poterit subdelegare causam meri imperii. Alexand. *in lege prima, de officio eius, numero octauo, in fine.* & quare non posiit delegari merum imperium, nouam rationem tradit Alcia. Parad. lib. 2. cap. 6. in fin. vide j̃. nu. 32. vbi hæc materia etiam tractatur.

3 ¶ Delegatus ergo † & accusator, qui coram eo vult accusare, debet formam delegationis diligenter perscrutari, vt sciat, in quantum se extendat potestas ipsius, quia ab ipsius delegationis tenore & forma non potest delegatus vel latum vnguem recedere. *capitu cum dilecta. ad finem, de rescriptis. leg. diligenter. ff. manda.* alioquin non valeret, quod ageret, *vt in capitul. venerabili. de officio delegat.*

¶ Item debet pro posse se conformare cum voluntate delegantis, vt dicit text. *in c. super literis, de rescrip. in fin.* vbi Panorm. in vlt. no. sequitur Deci. *consil. 463. in causa qua. in vlt. verbis, est num. 27.* Et ideo si facta fuerit delegatio cum ista clausula, si præmissa vera esse repereris, & narrata vera non sint, nullam censebitur habere iurisdictionem; & si procedet, processus erit nullus, vt per Dec. *con. 603. viso puncto, numero 10.* & pariter non poterit cognoscere de personis aut delictis in delegatione non expressis. Specu. *in titu. de iudi. deleg. §. sequitur, numero 2.* versi. non tamen potest cognoscere de rebus, neq; etiam potest punire delinquentem, etiam confessum in alio delicto vel denominato in delegatione, alibi tamen quàm in loco deducto in accusatione vel probationibus. idem si alio tempore, quia non potest excedere contenta in libello & probationib⁹, licèt ordinarius possit. ita pulchrè Ang. *consilio 217. in causa accusationis, columna 5. versi. non obst. quòd maleficium est probatum.* & quòd delegatus excedens fines mandati, faciat omnia nulla, latè Paris. *con. 51 nu. 43. & pluribus seq. in 4.*

4 ¶ Sed dubitari † potest, an delegatus à Principe possit causas meri imperii subdelegare. & commu. est opinio, quòd sic, per text. *in l. 1.* vbi Barto. *in fi. C. qui pro sua iurisd.* & per Spec. *in titu. de iudice delega. § sequitur. num. 2.* & tradunt omnes *in l. 1. ff. de off. eius.* quia causa semel facta delegabilis potest delegari iterum. intellige si à Principe prima delegatio facta fuerit. ita Ange. *consi. 217. in causa accusationis. col. 4. ver. & quia si potestas.* & Boer. *decis. num. 8. & seq.* vide j̃. *num. 43.*

5 ¶ Quòd si plures † causæ, vel plurium delictorum cognitio esset demandata, debet delegatus secundum ordinem delegationis expedire, vt quæ primò in ordine scripturæ est demandata, priùs expediatur, vt Spec. *in tit de iudi. delega. §. sequitur. numero 2. versicu. item ad officium eius spectat.*

6 ¶ Non poterit † tamen delegatus punire partem ob iniuriam sibi ob eam causam illatam, sed hoc ad superiorem spectabit, *c. dilectus. de pœnis.* & tenet Spec. *in tit. de iud. delega. num. 2. in fin. verbis.* Ias. *in l. qui iurisdiction. nu. 3. ff. de iur. om. iud.* Sed tamen benè poterit punire offendentes nuncios & officiales suos sibi ministrantes in dicta causa delegata: quia potest & debet ex officio tueri iurisdictionem suam, *l. 2. de iur. om. iud. l. fi. ff. de offic. eius.* & ita in specie tenet Ioan. Andr. post Gulielm. in add. ad Spec. *in titu. de iud. delega. in paragraph. sequitur. numero tertio, in verbo, animaduertere.*

7 ¶ Poterit etiam † punire turbantes quoquo modo iurisdictionem suam, & etiam partes sese ipsas inuicem offendentes, si tamen se offendunt ex dicta causa delegata, non si ex inimicitiis aliundè superuenientibus. idem si vocata vna pars à delegato fuerit in itinere ab alia parte offensa. ita Specula. *in dicto §. sequitur. in numero tertio, de iudice delega.* quæ procedunt si delictum sit notorium: secus si occultum, quia tunc ordinarius cognoscetur, vt ibi per Specula.

8 ¶ Delegatus autem † repræsentat delegantem, *ca. sanè. de offic. delega. lege prima, ff. de officio eius.* & factum delegati, censetur factum delegantis, quia vnum videtur tribunal vtriusque, *argum. c. 2. de consue. in 6.* & tradit Decius *consilio 143. in casu, nu. 2.* & idem potest quod delegans, quia censetur à delegante factū, Ang. *con. 63. nobilis miles, col. 2. ver. restat solum.* ideo delegatus à Principe habet liberū arbitrium, vt Princeps. Gramm. *voto 31. num. 16.* quod tamen intellige de factis iustè & legitimè: nam hæc facta à dele-

delegato, dicuntur facta à delegante; secus, si sint iniusta. ita pulchrè consuluit Paul. *con.348.notandum, quòd adulterium col.vlt.ver.sed dicetur, in 1.* sequitur etiam consulendo Dec. *d con.143.nu.3.*

9 ¶ Sed delegans potest † quandocunque reuocare delegationem. *l. iudicium soluitur.* vbi gloss. & Ang. *ff. de iudi.* & idem Ang. *in l. si longius. in fi. prin. ff. eo.* immò etiam tacitè potest reuocare, vt si incipit ipse cognoscere de causa, vt dicit Ang. *in d. l. iudicium soluitur.* & adducit Inno. & Ioan. And. *in c intimasti. de app.* & sequitur Dec. *d. con.143.nu.3. in fi.* & Gram. *voto 28.nu.8. & 9.*

10 ¶ Non verò † poterit delegatus venire contra factum delegantis, & ideo si delegans carcerauit delinquentem, & postea delegat transmittendo delinquentem, nõ poterit delegatus ipsum relaxare, donec causam non expediat, vt consuluit Dec. *d con.143.col.1. & 2.*

11 ¶ Neq; † poterit mulctare de iure ciuili, nisi in casu *l fi. C. de spor.* vt tenet gl. *in l. eos. C. de modo mulcta.* & tenet Ang. qui ita iudicauit simul cum D. Roxello de Perusio, cons. 8. Regulares. Fallit, nisi id ei expressè fuisset commissum & in aliis casibus, vt ibi per eum.

12 ¶ Quando delegatus † citat, debet asserere se vti delegatum citare, & debet etiam copiam delegationis in citatione inferere. Inn. *in c.1. de dila. ver. vlterius.* sequitur Angel. *d. con 8. col.1. in fi. ver.2 quia ex serie.*

13 ¶ Si facta fuerit delegatio ordinario, poterit cognoscere vt ordinarius & vt delegatus; sed tunc dicitur vt delegatus cognoscere, quando exequitur formam delegationis, quæ in aliquo excedebat vel alterabat potestatem ordinariam, ita tenet Inn. & Ioan. Andr. *in ca. licet in corrigendis. de offi. ordin.* & sequitur Ang. *consi. 217. in causa accusationis. colum.1. ver. contrarium est verum.* ordinarius enim delegatus, si alienam iurisdictionem exercet, non dicitur agere pro suo imperio, *l 3. de offi. eius.* & vide plura infrà, nu. 15. ordinarius autem, cui facta sit delegatio, non tenetur seruare statuta illius loci, cuius est ordinarius, Ias. *in l. ius autem ciuile, de iust. & iu. nu.4.a.*

14 Licèt autem ordinarius † non possit alibi iudicare quàm in loco solito iudicari per maiores suos: tamen delegatus cùm non habeat certum tribunal, potest quemcunq; locum maluerit, sibi eligere ad proferendam sententiam. *l. cùm sententiam. C. de senten. & interloq. omn. iud.* & in specie ita consuluit Ang. *con.217. in causa accusationis. col. 4. ver. sed ideo est nulla.*

15 Potestas † ordinaria & delegata possunt in eadem persona, imò & eadem causa concurrere & exerceri. Bal. *in l. 1. ad fi. C. de fur.* Ang. *in l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib.10.* opt. text *in c. nisi essent, de præben.* vbi Imol. per quem dicit Bald. *in c. si inter partes. de lege Conra.* quòd delegatus, in quem est factum compromissum, potest procedere ex vtraq; potestate. & quòd possint concurrere istæ duæ potestates, tradit Inno. quem omnes sequuntur, *in c. cum ex officij.* vbi Felyn. *num. 20. de præscrip.* quod intellige verum, quando iurisdictio ordinarii solùm est excitata: sed si esset delegata, id est, alterata iurisdictio ordinaria, tunc non posset vti ordinarius procedere, sed tantùm vti delegatus, vt per Fely. *ibi, num.21.* vbi post Abb. & alios concludit, q; quando excitatur iurisdictio, sit nomine tantùm delegata, & potest vti, qua velit.

16 ¶ Aliquando † tamen Princeps per rescriptum excitat simpliciter iurisdictionem ordinarii, vt quando commissio est facta ordinario in causa & cum modis spectantibus ad ipsius potestatem ordinariam, vt declarat Rom. *in l.1. §. si quis simpliciter. in 4. col. de verb. oblig.* allegat text. & glo. *in l. sæpè. cum l. seq ff. de off. præsid.* ideo si simpliciter committat Princeps, quòd procedat, & corrigat tale crimen commissum, non propterea dicetur iste habere iurisdictionem in exemptos, quia tantùm est excitata iurisdictio ordinarii, non verè delegata. *cap. graue. de off. ordin.* & tunc ,ppriè dicitur iussus, non delegatio, Bar. *in l. & quia, col.1. ver. declaro. de iur. omn iud.* & quando excitat, non dicitur propriè delegata, licèt ,ppriè etiam non remaneat ordinaria, & habet hunc effectum, quòd ordinarius habebit in se duplicem potestatem, videlicet ordin. & delega. sed ista delegatoria excitata differt à verè delegata, quia in excitatoria nihil alteratur ordinaria, sed quodãmodo sunt duę potestates nomine, & vna natura. vbi verò verè delegatur, est vna potestas tantùm delegata nouiter infusa cum offuscatione, vide Fely. *in c. cùm ex offi. de præscr. nu.21. in fi.*

Et nota, quòd aliquando excitatur iurisdictio generaliter super omnibus suis causis, & tunc nullo modo dicitur delegata, neque quoad appellationem, neque quo ad alia. aliquando committitur ordinario vna causa specialis excitando ordinariam, non tamen aliquid de nouo addendo vel detrahendo, & tunc habebit ordi. & delegatam, sed erit vnica iurisdictio dupliciter qualificata, sed regulabitur vt delegata propter dignitatem delegantis, quando simpliciter processisset, secus si elegisset ordinariam expressè vel tacitè. aliquando cõmittitur causa, quæ ordinario non spectabat, vel aliquid additur, vel detrahitur ordinariæ, & tunc erit delegata, & nullo modo ordinaria, ita declarat Fely. *in c. cùm ex officij. de præscri. nu.37. ver. primus est.*

Ea nota, quòd quando Princeps scribit ordinario, pro iustitia, non facit illum delegatum, sed tãtùm dicitur excitare iurisdictionem eius ordinariam. Dec. *con.404. nu. 10. circa med.*

17 Si dictum sit, † procedas, & punias authoritate nostra & tua, erit delegatus verè propter illa verba, authoritate nostra, secundum Rom. *in d. §. si quis simpliciter. in l.1. de verb. oblig.* & probat text. *in ca. cum aliquibus. de rescr. in 6.* intellige tamen, quando ista verba sunt apposita in dispositione, secus si in clausulis exequutiuis, vt per Fely. *in d. ca. licet. de off. ord. num.11.* vbi plura allegat, & Alex. *in l. more, nu.17. ff. de iur. om. iud.* & ibi Ias. *nu.46.*

18 Et vbi additur vel detrahitur aliquid iurisdictioni ordinariæ, dicitur facta delegatio, *glo. in l. si prætor. de offic. eius. & glo. fi.* & ibi Pet. de Anch. *in c. hi qui. de præben. in 6.* dicens ibi Pet. quem sequitur ibi Gemi. quòd si Papa præcepit alicui ordinario, quòd procedat de hæresi contra exemptos, erit delegatus, & similiter si Episcopus committat Vicario suo, quòd inquirat super criminib. erit delegatus, quod latiùs prosequitur Gem. *in c.2. de off. ord. in 6. col. 5.* Ideo dixit Bal. *in l. ius ciuile. in 1. col. ff. de iusti. & iur.* quòd si Princeps cõmittit causam ordinario in forma iuris communis, nõ erit delegatus, ex quo nil additur ordinariæ; ideo ordinarius efficitur delegatus, vbi aliqd additur ei iurisd. ordinariæ. Cæp. cons. 17. nu. 2. & ideo si causa ordinaria committitur cum clausula, q; ,ppcedat summariè, erit delegatus. Ias. *in l ius autem ciuile. nu. 5. de iust. & iur.* aduertendum tamen, quòd clausulæ, quæ faciunt delegatum, debent esse dispositæ in verbis dispositiuis, non exequutiuis, vt ibi Ias. nu. 7 & 8. vbi etiam, quòd si alteratur iurisdictio tantùm in procedendo, remanebit ordi-

19 narius in iudicando.

¶ Per quæ autem † verba dicatur delegata vel tantùm excitata iurisdictio, tradunt omnes *in c. licet in corrigendis. de offi. ord.* vbi latè Felynus, num. 3. vbi quòd verba ista inducunt delegatam iurisdictionem, concedimus, præcipimus, mandamus, committimus, secundum aliquos, licet alii contrà, vt ibi per eum. sic & verbum summariè, facit delegatam, ibi Fely. nume. 6. Similiter si dicat, quòd cognoscat, & ante expeditionem referat, erit delegatus, d. num. 6. in fi. quia ista qualitas relationis facit eum delegatum. idem Fely. *in cap. cùm ex officij., numero 21. versi. vbi adde, de præscrip.* sic committitur aliqua specialis causa ordinario inter eius subditos, erit delegatus: si autem generaliter, non ita. Inno. *in d. c. licet, de off. ord.* quem tamen Fely. ibi, nu. 7. non sequitur, & commissio temporis facit delegatum, perpetua verò ordinarium. Bald. *in l. 1. in 9. q. de offi. Consul.*

20 ¶ Differentia † autem est, quando iudex procedit vt ordinarius vel vt delegatus: nam quando procedit vt de-

legatus, non tenetur sequi formam statutorum loci, cui præest vt ordinarius, secus si procederet vt ordinarius, ita Bal. *in d.cap.licet.* quem ibi sequitur Fely. *num7.in fin.de offi.ord.*

Appellatio

Item à delegato ad delegantem appellabitur, & ideo si ex potestate ordinaria causa fuisset inappellabilis, per delegationem efficietur appellabilis, nisi aliter dictum sit, vt tradunt omnes *in d.cap.licet.* & ibi Felyn. *in princ.*

Sportulæ.

Item sportulæ non dantur ordinariis, sed benè delegatis ex consuetudine, vt no. *in c.cum ab omni, de vita & honest.cler.*

Item morte delegantis re integra expirabit commissio, si facit delegatum, & si erit sub nomine proprio, morte delegati vel finito officio: secus si faceret ordinarium, vt videtur esse de mente Bar. *in l.& quia, colum.1. ver. declaro, de iurisdict.omn. iudic.* sequitur Felyn. *in d. capit. licet. numero 8.*

21 ¶ Interpretabitur † autem vt sit delegatio, non iussus siue excitatio, quando Princeps committit aliquid alicui, ad quem priùs illud non spectabat, vt si appellatum esset à delegato Principis, & Princeps causam appellationis committeret ordinario per ista verba, fiat ius per Potestatem: nam ex quo appellatio non datur de delegato Principis ad ordinarium, sed ad Principem tantùm, ipse committendo ordinario, videtur facere eum delegatum, vt per Card. *in d.c. licet.* quem ibi sequitur Felyn. *nume. 9.*

22 ¶ Quando † iudex potest procedere & vti ordinarius, & vti delegatus, vt quando est excitata eius iurisdictio, poterit in vna parte causæ procedere vt ordinarius, in alia vt delegatus, & sic variare, secundum Inno. *in d.ca.cùm ex officij.* vbi Fel. *nu.26.de præscrip.*

Et quando appareret, quòd processisset ex vtraq;, scilicet ordinaria & delegata, prævalebit delegata, ideo appellabitur ad delegantem.

23 ¶ Si ordinarius † procedit vt delegatus per errorem, sententia erit nulla, quod latè comprobat Fely. *in d.c.cùm ex officij, nu.28.de præscri.* vbi *num.31.ver.considera,* dicit, quòd ista est communis.

Quod tamen intelligendum, dummodo ordinarius sciret delegationem esse nullam, secus si ignoraret, vt ibi per Fel. *nu.29.ver.secundò limita.*

Item procedit, nisi iudex procederet cum clausula, omni meliori modo, & ibi per Fel. *nu.30.*

Item procedit, si & partes errarent, sicut iudex: nam si ipsæ non errarent, sed procederent coram eo vti ordinario, valeret sententia. ita Felynus ibi, *numero trigesimo primo.*

Et ibi latissimè videbis, quando quis dicatur iurisdictionem habere, licèt ignoret: nam per plures colu. hoc disputat, & pertractat, & latè de omnibus Alex. *in leg.si per errorem, nu.8.& 9.ff.de iur.om.iud.*

24 ¶ In dubio † autem qui habet iurisdictionem ordinariam & delegatam, si procedit simpliciter, videtur procedere vti delegatus principaliter, per text. *in l.3.ff.de mil. testa.* præsertim, quando in sententia esset clausula, omni meliori modo, vt per omnes *in d. c. cùm ex officij.* vbi Fely. latè, *nu.34.de præscrip.*

Amplia, etiam si expressisset se ordinarium, puta Potestatem Paduę, quia censetur demonstrationis gratia id expressisse, Fel. ibi, nu.35.

Fallit, nisi aliud ex actis appareat. *ibi. num.36.ver.limita primò.*

Fallit & secundò, nisi ordinaria esset expresè reuocata, vt per Fel. ibi, nu.37.

25 Sed quid si ille, qui † habet & ordinariam & delegatam, citat, neq; exprimit ex qua potestate, an citatus teneatur comparere, vide ibi Felyn. *num.36. ver.sed obscurum videtur.* vbi refert Abbatem tenentem, quòd non tenetur comparere, sed postea distinguit, vt per eum.

26 ¶ Causæ verò, † quæ delegari non possunt, non possunt etiam consensu partium prorogari vti in delegatum, ita Felynus *in d. capitu. cùm ex officij. numero 39. de præscription.*

27 ¶ Superuenientia † autem iurisdictionis in delegante non validat delegationem antè ab eo factam, nisi aliquo modo priùs esset radicata, vt quia esset electus, puta in Ducem, sed adhuc non haberet exercitium, vt per Fely. *in d. cap. cùm ex officij, numero 40. de præscript.* & refert Bald. *in l. eum qui, quarta quæst. de iurisd.omn.iud.* dicentem, quòd si Titi⁹ cœpit cognoscere de quadam causa, & tempore, quo cœpit, nondum receperat literas delegationis, licèt pendente processu recipiat, per hoc non validabitur processus, etiam si Data delegationis fuisset ante processum, vide *in d.nu.40.*

28 ¶ Licèt etiam † possit delegatio causarum ciuilium fieri clericis, non tamen ita criminalium, quia clerici criminalia non pertractant, *cap.1. & toto tit.extra ne cleri.vel mona.* & in specie tradunt omnes in rubrica de officio eius. Sed regulariter potest omnibus fieri delegatio, qui non prohibentur expresè, vt per Iasonem *in d. rubrica, numero sexto.*

29 ¶ Nota tamen, † quòd ordinarius potest ex noua causa se impedire in causa delegata à Principe, ita dixit Abb. *in cap. dilecti, de appellatio. per l. si hominem.ff.manda.* & idem tenet Cardin. *in capitu. studuisti. de officio delega.* & Alexand. sequitur & cæteri, *in rubrica.ff. de officio eius.* non autem sufficiet quælibet noua causa, sed oportet quòd sit vrgentissima, vt quando immineret periculum peccati, *per cap. significauit, cum ibi not. de officio ordin.* vel quando immineret periculum non leuis scandali per capit. constitutus, vbi not. Hostien. & Panormitan. de appellat. & plura aggregat Felyn. *in c. 2. de præscr. in 2.colu.* vel quando delegatus excederet fines iurisdictionis sibi demandatæ, & in casibus, in quibus illi de facto resistere liceret, iuxta nota. *in cap. si quando. de offi. delega. & in l.vt vim. ff. de iustitia & iure.* Item prædicta omnia procedunt, quando Princeps esset absens in longinquis, & eius de facili non posset haberi copia, vt pulchrè declarat Claud. de Seisel. *in rubrica de offi.eius nu.7.*

30 ¶ Differt autem † ordinarius à delegato principaliter in tribus. Prima est in substantia iurisdictionis, quia ordinarius habet propriam, delegatus alienam, *l.1. §.qui mandatum.ff.de officio eius.* & ideo iurisdictio delegata dicitur extraordinaria, *l.si quando.* vbi Bald. *Cod. de dila.* Secunda differentia est in potentia iurisdictionis, quia ordinarius secundum aliquos, habet potentiorem, licèt alii cõtrà, ex quo plures effectus resultant, vt per Alexand. & alios *in rubrica de officio eius, & in rubrica extra de officio delegati.* Tertia est differentia in vtilitate, quia ordinarius non capit salarium, neque sportulas, capit autem delegatus, Iaso. *in l.nec quidquam.§.vbi decretum.col.1.de off.procon.* Abb. *in c.cùm ab omni.de vita & hone. cler.* ita omnes *in d.rubrica de off. eius.*

31 ¶ Delegatio † dicitur odiosa, ideo restringenda. *cap.1. vbi omnes notant, de officio delega.in 6.* Alexand. *in l.fi. in 2.col. de iur.omn.iud.* omnes *in d. rubrica de officio eius.* Iason *in l.more. de iur. omn. iud. num. 8.* vbi quòd ideo ipso iure expirat, *& in l.si idem cum eodem, num.3.6.de iur.om.iud.* & idem *in l. ex quacunq; ff.si quis in ius voc.non ier.nu.2.*

32 ¶ Meri imperii † causæ possunt delegari non modò quoad cognitionem, sed etiam quoad decisionẽ ex causa impedimenti absentiæ, vt videtur esse communis opinio Scriben. *in l.1.ff.de officio eius,* vbi Alex. *nume.49.& sequ.* Idem etiam ex causa infirmitatis, vt per Alex. ibi, *num.76.* non autẽ possunt delegari ob causam occupationis causarum, vt ibi idem Alex. *num.60. & seq.* Modica etiam coercitio corporis, licèt sit mixti, delegari potest, vt ibidem per Alex. num.67. Delegatus autem Principis non potest subdelegare causam meri imperii sibi commissam, quæ de sui natura erat indelegabilis, ita Alex. ibi, nu.79. & sequ. De iure autem canonico causæ meri regulariter delegari possunt, secundũ communem, vt per omnes in *l.imperium.de iur.om.iud.* & Alex. *in l.1.de off.eius.nu.91.*

Meri

33 Meri imperii † causæ delegari non possunt. fallit in 7. casibus, vt per Iasonem *in d.leg.1.de offi.eius.num.28.* Primò causa absentiæ, secundò Princeps, tertiò delegatus à Principe, quartò proconsul, quintò in causa susp. tuto. sextò in causa restitut. in integr. septimò de iure canon. octauò limita quoad cognitionem, vt per Bar. *in l.1.de offic.eius. nu.3.* & quòd causæ de iure can. meri possint delegari. Alex. *in l.imperium. ff.de iur.om iud.nu.24.* licèt aliqui contra. & Deci. *in l.omnia quæcunq;, nu.8.de reg.iur.* & Caccialu. *in l. omnes populi.nu 31.b.*

34 ¶ Item causæ † meri imperii indelegabiles poterunt etiam delegari, quando mora esset periculum allatura, vt in magno latrone, ita Bar. & Angel. *in d.l.1.de off.eius.* vbi Alex. *nu.52.* idem *in l.iubere.nu.19.*

¶ Delegatus autem propter absentiam vel infirmitatem, statim cessante causa desinit esse delegatus, ita Alex. post Bar. *in d.l.1.de off.eius.pro tempore, nu.64.* vbi dicit communem.

35 ¶ Notandum tamen, † quòd multùm differt substitutus à superiore in locum mortui, vel absentis à delegato, quia substitutus iudicabit vti ordinarius, & sic etiam in causis meri imperii, vt tenuit Bar. *in d.l.1.de off.eius. in pe.q.* vbi etiam Alex. *nu.53.* qui plura adducit.

36 ¶ In generali autem † delegatione causarum veniunt etiam causæ meri, si delegans erat in casu, in quo potuisset eas specialiter delegare, si voluisset, puta quia erat abfuturus causa reipub. vel infirmus erat, ita voluit gl. *in d. l.1.de off.eius.* vbi Alex. *nu.66.cum plurib. seq.* ad longum disputat hanc conclusionem, & tandem cum hac opi. resident, & Paris. *con.9.nu.21.in 1.*

37 ¶ Delegata autem † semel causa, semper remanet delegabilis. *l.videamus, iuncta l.præced.in fi.* vbi Bart. not. *ff.quod met.cau.* & Alex. *in d.l.1.de off.eius.nu.79.ver.tertiò pro hoc facit.*

38 ¶ Quando iudex committit causam, vt ipse personaliter iudicet, nullo casu poterit subdelegari, etiam partib. consentientibus, ex quo videtur electa industria personæ, *c.fi.de off.delega.* Alexan. sequitur *in d.l.1.de off.eius.nu 81.* sed not. quòd etiam si sit electa industria, poterit tamen delegari filius à patre, vt singulariter voluit Roma. *in l.1. ff. in ius voc. vt eant, per l.sciendum. §.legati. ff.de lega.* sequitur Fely. *in c.1.col.1.in fi.de magistris.* licèt videatur idem Fely. de hoc dubitare *in cap.afferte.col.2.de præsump.* quinimò idem Fely. contrarium tenuit *in cap.vlt.§.is autem.col.vlt. de officio deleg.* Et ego idem teneo, licèt Hippol. de Mars. simpliciter sequatur opinionem Rom. *in leg.1.numero sexto. Cod.de rap. virg.*

39 ¶ Subdelegatus à delegato Principis non est eiusdem potentiæ, cuius est ipse delegatus Principis, vt latè probat Alex. *in d.l.1.de off.eius.nu 82.*

40 ¶ Ordinarius licèt non possit se ingerere, neq; inhibere delegato Principis in causa delegata, attamen si noua suboriretur causa nõ considerata à delegante, poterit inhibere, vt voluit Abb. *in c.dilectus. l vlt.de off.delega.* quem sequitur Alex. *in d.l.1.de off.eius. nu.85.* item ex magna causa poterit se impedire, Fely. *in c.1.de const.nu.72.b.*

41 ¶ Delegatus Principis, & delegatus à lege, æquiparantur, Ias. *in l.1.ff.de off.eius.num.35.* sed delegatus à lege differt ab ordinario à lege dato, Alex. *in l.more num.14.de iur.omn. iud.* sed à delegato à lege appellatur ad Principem, *ibi. nu. 13. in fi. & seq.* & delegatus à lege ciuili differt à delegato, à statuto, vel à lege prætoria, quia ille potest subdelegare, hic non. Alexand. *d.numero 14.* & vide ibi Iasonem, *nume. sexto.*

42 ¶ Morte autem Principis delegantis finit delegatio, vt tenet Bar. post glo. *in l.more.nu.7.de iur.om.iud.* vbi etiam Alex. nu.9. vbi quòd fallit, si Princeps delegauerit sub nomine dignitatis, puta imperii, vel sedis Apostolicæ.

43 ¶ Sed assessor, si est electus à Potestate, dicitur delegatam habere iurisdictionem: quòd si à populo sit electus, dicetur habere ordinariam, vt voluit Io. And. in add. ad Spe. *in tit.de assessore. §.offi.in prin.in ver.quid est ergo. in add.insip. & secundo.* vbi refert hoc idem tenuisse Ouofre.

44 ¶ Delegatus à Principe, † si tulit sententiam nullam, poterit iterum iudicare, sicut posset ordinarius, vt per Ang. *in l.iudex posteaquam. ff.de re iud.* vbi etiam Alexan. sequitur & Fely. *in capitu.in literis.colum.1.ver. fallit secundò, de offi.delega.* & hanc dicit veriorem, & secundum eam fuisse iudicatum. Boer. *decis.6.iudex delegatus.col.1.& 2.* quidquid in contrarium dixerit Bal. *in l. si vt proponis.la 1.col.3.ver. sed hic dubitatur. C.quo & quando iud.* & Imo. *in d.l.iudex.*

45 ¶ Dignitatis † nomine facta delegatio dicitur perpetua, ideo non finitur morte Principis delegantis. Alex. in *l.more.de iur om.iud.nu.9.*

46 ¶ Consuetudo operatur, † vt delegatus possit subdelegare. Alex. *in l.more.de iur om iud.nu.28.*

47 Sed † an Inquisitores hæreticæ prauitatis possint subdelegare, gloss *in clem.2.de hæreti.in ver ipsorum.* tenet quòd sic, quia sunt delegati Principis, ideo possunt subdelegare, sequitur Alex. *in l.more.de iur om.iud.nu.44.*

48 ¶ Nota tamen, † quòd Princeps confirmando delegatam iurisdictionem, non facit eam ordinariam, Ias. *in leg. more.de iur.om.iud.nu.41.* neque etiam per distributionem causarum inter eos, vt ibi Ias. nu.52.

49 ¶ Incipit † vti iurisdictione delegat⁹, qñ literas delegationis recipit, Ias. *in l.more. de iur.om.iu. nu.58.* & anteq̃ recipiat, licèt sit conscius de delegatione, in nullo potest exercere iurisdictionem delegatã, Paris. *con.12.nu.18.in 4.*

50 ¶ Finita † delegatione Principis per mortem delegati, iurisdictio illa reuertitur ad Principem, non ad ordinarium, quia delegando Princeps videtur exemisse illam causam, Ias. *in l.more.nu.66.de iur.om.iud.*

51 ¶ Aduerte, † quòd sententia delegati, licèt sit iniusta, tamen dicetur semper nulla: nam semper in delegatione est clausula, vt iustitiam ministret. si ergo secus facit, cõtrauenit mandato, ergo nulla, vt per Inn. *in c.cũ dilecta, de reser. in cap.cùm venerabilis, de off. deleg.* Io. Fab. & Io. de Platea, *§.in bonæ fidei Institu. de act.* quos ibi sequitur Ias. *nu. 6. ver.item facit iste tex.* & sequitur & comprobat Crau. *consi. 182.videtur quod iudicium. num.9.in 1.*

52 ¶ Delegatio facta cum clausula, appellatione remota, intelligitur de friuola. Barto. *in l. omnes populi.de iust.& iur. nu.65.in fi.*

53 ¶ Si sit † facta delegatio pluribus personis, debent saltem duæ partes ex eis conuenire, & quod maior pars eorum declarauerit, ratum erit. Caccialup. *in l.omnes populi, nu.30 a. de iusti. & iure.* quia plures delegati non dicuntur habere potestatem insolidum, sed tantùm pro parte, vt idem Cacialup. ibi. nu.77.a.& b.& no. quòd si facta fuerit delegatio Titio & Potestati, vel Potestati & Capitaneo, & Titius efficiatur Potestas, vel Potestas efficiatur Capitaneus, vel econtrà, expirasse dicetur delegatio. Alex. in *l.de die, §.si fideiussor.nu.2.ff.qui sat isd.cog.*

54 ¶ Delegatio † tripliciter consideratur. Primò, respectu delegantis, secundò respectu delegati, & his duobus casibus respicit publicam vtilitatem. Tertiò, respectu act⁹, & tunc respicit priuatam. Ias. *in l Barbarius. ff.de offic.prætor. num.71.b.*

55 ¶ Delegatus † Principis delinquens poterit accusari coram ordinario, sed punietur finita delegatione tantummodo, Ias. *in l.2.nu.2.ff.de in ius voc.*

56 ¶ Delegatus † Principis potest recipere fideiussorem de præsentando reum quandocunque, & contra ipsum fideiussorem procedere, dato quòd delegatio non extendatur ad personas non comprehensas in delegatione, ita Iason *in l.1. ff. si quis in ius voca. non ierit, um. 4.*

57 ¶ Delegati † plures si contendant de iurisdictione, eligentur arbitri iuris, Iason *in lege, ex quacunque. numero 27.ff.si quis in ius voc.non ier.*

58 ¶ Delegati † asserentis de delegatione sibi facta, dicto standum est, dato quòd de ea non doceatur, si Princeps sit præsens, & ab eo facilè cognosci possit veritas, Paris. *con.1.nu.17.in 4.*

59 ¶ Testis † vacillans potest torqueri etiam per delegatum Principis, Baldus *in cap.primo, in 2.colum. in titu. si inter*

*dom.& vasal. lis oria. & in l.presbyteri, 2.not. Codice de episcopis & clericis.*

60 ¶ Maiorem † & potentiorem habet iurisdictionem is, cui mãdata est, si antè etiam habebat iurisdictionem, aliam, quàm si non habuisset, *Feli.in c.cum te, num.12.ad secundam manum.*

61 ¶ Delegatus † in criminal. regulariter nõ potest subdelegare, & si delegatus moriatur, licèt consumpta sit delegatio, iudex tamen ordinarius illius loci non poterit se impedire, *Hipp.cons 81.nu.39.& seq.*

62 ¶ Iurisdictione † quis dicitur vti subdelegando, Ias. *in l.more, de iurisd.omnium iud.num.56.B.item recipiendo literas, ibi.58.G.*

63 ¶ Mixtum † dicitur delictum, quod vtraque lege punitur, ciuili, & canonica, *not.omnes in cap.cum sit generale, de foro compet. Soci. consilio 219. præsupponitur in facto, numero 7.in quarto.*

64 ¶ Vbi persona † est secularis, & pœna imposita à iure canonico, vterq; poterit punire, laicus respectu personæ, ecclesiasticus respectu pœnæ, *ibidem Sici. ver.confirmatur.*

65 ¶ Ecclesiasticum est crimen, quando principaliter respicit potentiam, & reuerentiam Dei, *ibidem numero vndecimo.*

66 ¶ Et an in † mixtis ecclesiasticus possit imponere pœnam Iudæo. *Soc.num.13.ver.8.*

## CAP. XXVII.

## *Mixti Fori, quæ sint.*

### SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium, quare sit mixti fori, & qui iudices, & qualiter procedere debeant, & multis committitur modis.*
2 *Infideles & Iudæi, qualiter, & quando ecclesiastico iudici submittantur, & quibus legibus & iudicibus subsint.*
3 *Vsurarum causa, est mixti fori, & quando sit iudex laicus, & quando ecclesiasticus super ea cognoscat.*
4 *Hæresis est delictum merè ecclesiasticũ, & qualiter iudex laicus de eo se impediat, & vide ad longum materiam hæresis, & Inquisitorum.*
5 *Simoniæ crimen quamuis sit merè ecclesiasticum, tamen punitur etiam lege ciuili, & plura cumulantur ad materiam simoniæ.*
6 *Periurium quando dicatur mixtum, & qualiter istud procedat, & alia multa ad materiam.*
7 *Adulterium quare sit mixti fori, & vide multa ibi ad materiam periurij, & dotis: & quomodo in his omnibus procedatur, perpulchrè.*
8 *Concubinatus à laico etiam puniri potest.*
9 *Falsitas, an ab vtroque foro puniatur.*
10 *Sacrilegia, & diuinationes, sunt mixti fori.*
11 *Sodomiæ crimen, quia mixtum, etiam à iudice laico puniri potest, & quòd sodomita sit infidelis.*
12 *Delictum committens etiam non merè ecclesiasticum in ecclesia etiam per ecclesiasticum puniri poterit.*
13 *Blasphemia per vtrumque iudicem puniri potest.*
14 *Pacis fractæ crimen etiam mixtum dicitur.*
15 *Ecclesiasticus Iud. quamuis in quibusdam criminibus iudicet laicum, an possit etiam carcerare, & punire, & qui, vel brachium implorare seculare.*
16 *Punitus à laico, an in criminibus mixti fori, etiam ab ecclesiastico iud.puniri possit. & econtrà, & an vnius fori pœna, tollat aliam alterius fori, vide ad plenum.*
17 *Assasinium an sit mixti fori.*
18 *Iudices ecclesiast. & laicus, quando concurrere possint.*
19 *Iudæi iniuriantes religionem Christianam ab vtroque foro puniri possunt.*
20 *Derobantes ecclesias, vtrique iurisdictioni sunt subiecti.*
21 *Clericus coram iudice seculari falsum deponens, à quo potius iudice puniatur.*
22 *Offendens clericos, ecclesias, vel sacros ministros, per vtrumq; potest iudicem puniri.*
23 *Violans ecclesiæ priuilegia ab vtroque iure puniri potest, & qua pœna.*
24 *Ecclesiasticus si iudicium cœperit, iura Canonica seruabuntur, si laicus, ciuilia.*
25 *Fornicata laica cum sacerdote, ab ecclesiast. iudicabitur.*
26 *Iudex laicus an contra duas vxores habentem inquisitum procedat etiam cognoscendo super matrimonio, si negetur matrimonium earum.*

1 SACRILEGIVM † dicitur esse mixti fori: nam quandoque agitur ad pœnam corporalem, *de qua in l. sacrilegij, ff. ad legem Iul. pecul.* & istam imponet solus laicus, quia clerici non possunt imponere pœnam sanguinis, *cap. pœnam sanguinis, ne cleric.vel monach.* Quandoque agitur de pœna excommunicationis, vel similis, & solus ecclesiasticus imponet, quia sicut sanguinis pœnæ est incapax ecclesiasticus, ita excommunicationis laicus, *cap.2.de iud.* Quandoque agitur ad pœnam pecuniariam, *de qua in cap.quisquis, 17. quæstione quarta*, vel ad restitutionem rei subtractæ, & tunc vterque poterit procedere, *vt in cap fœlicis, in princ. iuncto cap.per hoc, de pœnis, in 6.& in c.cum sit generale, & cap.conquestus, de foro comp.* & sic erit in electione acculatoris, coram quo accuset, *vt dixi supra c.5. huius lib.*

Similiter dicimus, si quis iniuriam intulerit ecclesiæ vel sacerdotibus, vel sanctissimo signo Crucis: Hi enim vel viui comburuntur, vel furca suspenduntur, vel ad bestias damnantur tanquam sacrilegi, *l.sacrilegi, ff. ad leg. Iul.pecul.*

Similiter qui sculpserit signum Crucis humi in silice vel marmore, grauissima pœna, id est morte punitur, *l.1.C.nem.lice.*

Item qui iurat per capillos Christi, vel alia membra verecunda, §. *& quoniam, in auth. vt non luxur. contra naturam*, & hoc, quia per patientiam contumeliæ creatoris respublica læditur, & fames, terræmotus, & pestilentiq; fiunt, dum Christi opprobria sustinemus.

Item si aliqua irrogetur iniuria sacerdotibus, vel loco sacro, vel cultui diuino, iudex secularis capitali puniet pœna, *l.si quis in hoc genus, C. de episc. & cler. & in auth. de sanct.episcop. §. si quis contra. ver. si verò crimen.* vbi probat hoc esse crimen mixti fori ad electionem accusatoris, *& in c. si quis, §. qui autem, 17.q.4.* vbi comprehenditur etiam, qui vi extraxerit è templo ad instar criminis læs. maiest. longè enim grauius est æternam, quàm temporalem lædere maiestatem, *c.vergentis, de hæret.*

Pariter si laicus portauerit Crucem, vel lætanias cecinerit sine clericis, punitur, *d.tit.in auth. de sanct.epis §. omnibus autem laicis.*

Quod enim in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam, *l.manichæos, C. de hæret.*

Sic & blasphemus, *c.si. de maledi.*

2 Iudæi quoq; † & infideles, videntur subiici ecclesiastico, quando maximè delinquunt contra legem naturæ, *Inno. & Io.Andr. in c.quod super his, de voto.* Quod intellige in defectum iudicis secularis, & sic mediatè: immediatè autem subsunt seculari, & legibus imperialibus, non canonicis, *c.gaudemus, vbi omnes, de diuor. & toto tit. C. de Iudæ.* & ideo consuluit Pet. de Ancha. *cons.15.incip.spiritualis iudex*, quòd Iudæus quidam, qui dum in processione lætaniæ solenniter per vrbem cantarentur, de fenestra proiecit immunditias, & deturpauit Crucem, quæ ferebatur, in processione, debeat puniri per iudicem secularem, & pœna illi applicari. Iudæorum delicta.

Et quando Iudæi committunt in canones, puta nouas aliquas hæreses inueniendo & profitendo cõtra legem Moysi, puniri possunt ab ecclesiastico, *Abb. in c.post miserabilem, in fi. de vsur. & Io.And. in d.c.quod super his, de voto, & Fel.in c.1.nu.46.de consti.* ideo refert ibi Io.And. *in d.c. super his*, quòd mandato Papæ combusti fuerunt libri Talmuth Iudæorum, qui perperam interpretabantur legem Moysi, quod etiam nostris temporib. factum fuit,

dum

dum impressus fuisset d. liber, sed hoc fuit ex eo, quia in eo multa opprobria reperiebantur scripta per falsos Hebræos cõtra Saluatorem nostrum Christum, & Virginem beatissimam ipsius matrem.

Item exemplum potest dari, quando conuersarentur cum nunc Christianis olim Hebræis, quia Ecclesiasticus etiam poterit punire, ex quo in Concilio Toletano talis conuersatio expresse sub pœna prohibita fuit, *vt in capit. sæpè. 28. q. 1.* vbi glo. *in ver. publicis*, tenet, quod Ecclesiasticus potest punire Iudæos etiam corporaliter, id est, verberando, sed non excommunicando, & aliis pœnis spiritualibus plectendo.

Iudæus etiam receptans hæreticum, potest ab Ecclesiastico puniri, Oldra. *consil. vigesimo sexto, infrascripti sunt articuli.*

Et similiter Iudæus suadens, vt Christianus Iudæam sibi matrimonio copulet, vt ibi per Oldra. *colum. 1. ver. & talis receptor.* vbi pariter dicit, quòd poterit puniri per Ecclesiasticum pœna corporali, non autem spirituali. vbi etiam plus dicit, quòd ista persuasio apostasiæ & præuaricationis fidei, poterit per Inquisitores hæresis puniri, & sequitur etiam Ioan. de Ana. *in c. postulasti. col. 3. ver. extra glo. de Iudæ.*

Calderin. autem *consilio 2. incip. Iudæus dolosè, sub titul. de Iudæ.* tenuit, & consuluit, quòd cùm quidam Iudæus protulisset ista verba: *Nasca il vermo cane al Papa, & chil fè Papa, Dio non potrebbe fare, che esso fosse Papa; & si io haueße. Dio & il Papa & il Vescouo nelle mani, io li trarrei loro gli occhi.* potuit accusari coram Episcopo, & primò id tenet præsupponendo, quòd tale delictum sit merè Ecclesiasticum, sed postea concludit, quòd saltem est mixtum, & ideo fuit locus præuentioni.

Et ibi Calderin. dicit vnum not. verbum, quòd quamuis reperiantur leges aliquæ, & canones disponentes, ꝙ in aliquo crimine, quod videtur Ecclesiasticum, seculares iudices puniant, *vt in Authentic. vt non luxur. con. na. §. & quoniam. & in capitu. 2. de maled. & alijs simil.* intelligantur, quòd seculares puniant ad instantiam Ecclesiasticorum, si pœnæ Ecclesiasticæ non sufficiant, aut nõ timeantur, de quo tamen dicto valdè dubito, prout etiam reperio dubitare Alex. *con. 233. ponderatis, col. pen. in fi. ver. posset etiam responderi, in 6. vol.*

Iudæi quoque blasphemantes puniuntur etiam à seculari, vt per Alex. *d. consi. 233.* & per Socin. *con. 102. in præsenti, primo volumin.* & etiam ab Ecclesiastico, quia est crimen mixtum, ex quo punitur & lege canonica & ciuili, vt per Socy. *consi. 119. præsupponitur in facto, in quarto.* vbi tamen videtur concludere, quòd solus Ecclesiasticus puniet impugnando consil. Calderi. secundum, de quo suprà, & illi respondendo. Bald tamen *consi. 100. incip. si Iudæus, in secundo*, tenuit, quòd Ecclesiasticus poterit punire temporaliter Iudæum blasphemia, & etiam iudex secularis, ad mandatum tamen Episcopi. Et idem si Iudæus de imaginibus Sanctorum & Christi obloquatur. Et idē si fœdum faciat strepitum contra imagines, vel dum de Christo Christiani loquuntur. hæc enim ad secularem spectant, Guido Papæ, q. 63. fuit coram me. & de Iudæo blasphemante, quòd sit puniendus per secularē. & quòd ista sit communis, Alex. consuluit *consi. 99. visa inquisitione, nu. 13. in 6.*

Pariter si Iudæus suasionibus vel malis artibus impediuerit Iudæum volentem baptizari, & ne baptizaretur, transtulerit de loco ad locum, poterit puniri pœna pecuniaria & alia simili, vt per Bald. *con 305. Iudæis, in primo.* & & etiam cons. sequen. vbi enumerat, quæ per leges liceāt Iudæis.

Et ibi Bal. videtur tenere, quòd Inquisitores hæresis, non possint punire, sed ordinarii tantùm, & Guido Papæ, q. 63. fuit coram me.

Concludendum ergo, quòd aut loquimur in criminib⁹ merè Ecclesiasticis, & in hoc nulla dubitatio est, quòd potest Ecclesiasticus punire, quia in his criminibus Iudæi subsunt Ecclesiastico sicut laici, vt not. in ca. nouit, de iudi. dummodo intellige, Ecclesiasticus puniat pœna temporali, non spirituali, quia huius pœnæ non sunt capaces. Aut loquimur in delictis mixtis, & tunc poterit & Ecclesiasticus, & secularis punire, sed erit locus præuentioni, vt per Abb. *in cap. quod super. colum. 2. versic. vndè concordando dicta Inno. de voto.* In criminibus verò merè secularibus non se ingerit Ecclesiasticus contra Iudæos, vt ibi nota. & hanc quoq; distinctionem facere videtur Fely. *in c. postulasti. de Iudæ.*

In dubio verò non censetur Ecclesiasticus etiam in mixtis velle contra Iudæos inquirere, sed potiùs velle, quòd per seculares puniantur, vt est text. iuncta glossa *in ver. principibus. in clem. 1. de Iudæ.* & ita in specie etiam tenet Ioan. Andr. *i c. contra Christianos. de hæreti. in 6.* vbi dicit hoc verum, nisi lex canonica hoc specialiter committeret Ecclesiastico & hanc opinionem, quòd in mixtis regulariter secularis puniat, ꝓbat tex. *in c. in archiepiscopatu. de raptor. & in ca. postulasti. de Iudæ.* & declarat Abb. *in c. clerici, de excess. præla. & in c. gaudemus. de diuor.* & latè cõprobat Are. *consi. 157. copiosè. columna 2. in secundo dub.* & Soci. qui etiam consilii Areti. mentionem facit, & comprobat *con. 119. præsupponitur in facto. num. 25. cum plurib. seq. in 4. volumine.*

Et dixit Ioan. de Ana. *in rubrica de Iud. col. 2. in fi. & col. 3.* quòd de sacrilegio commisso per Iudæum iudex secularis cognoscet.

3 ¶ Vsurarum † quoque causa dicitur mixti fori, hoc modo intelligendo, vt scilicet, si tractetur quæstio super substantia vsurarum, id est, an contractus sit vsuratitius vel non. Ecclesiasticus sit iudex: si verò de exequutione nullitatis contractus vsuratitii, etiam secularis sit iudex, vt tenent omnes *in l. Titia. ff. sol. mat. & in l. omni. C. de sacrosanct. Eccl. & in l. quoties. ff. de iudi. & in l. cum allegas. C. de vsur.* & Cano. *in c. 1. de vsur. in 6. & in c. num. il primo, de ordi. cogn. in c. cùm sit generale. de foro comp. & in c. quid dicam. 11. q. 4. cum multis concor. de quibus per Alexand. consil. 9. præstantißimè. nu. 3. volum. 4. & per Bald. consi. 17. factum, super quo consilium exposcitur, 3. volum. in antiquis.* & Paul. *consi. 109. visa petitione, secundo volum. in nouis.* Corn. *consi. 19. videtur prima fronte, col. 2. ver. his tamen non obstantib. in tertio.* Et licèt multa circa hoc dici possent, cùm plures tenuerint causam vsurariam esse merè spiritualem, vt per glo. *in c. 2. de iud. in ca. cùm sit generale de foro compe.* per Lap. *allegatione 57. & 73.* qui dicit se hoc obtinuisse de facto, & per Corn. *consi. 227. viso processu. colum. 2. in fi. in litera d. ver. & longè minùs tertio vol.* attamen tenendum, quòd quoad imponendam pœnam peccati solus Ecclesiasticus est iudex, quia regulariter iure ciuili vsuræ non sunt prohibitæ, vt tradunt omnes *in authen. ad hæc. C. de vsur. & in c. quia in omnibus. de vsur.* Quo verò ad annullandos contractus vsurarios, qui de iure ciuili etiam & per constitutiones nouas prohibentur, vt habetur & not. *in capitu. 1. de Ecclesiast. tit.* & tenet gloss. & omnes, *in d. authen. ad hæc. & in d. cap. quia in omnibus. & in c. 1. de vsur. & in cap. quid dicam. 14. q. 4. in clem 1. de vsur. & in l. 1. C. de summa Trin.* & Ias. *in §. omnes autem. Insti. de acti. num. 14.* & etiam quoad infamiam, quam incurrunt vsurarii, & alias pœnas de iure ciuili, vt quia testes esse non possint, neq; testamentum condere, certè coram seculari poterunt tractari ista, vt habetur in locis præallegatis, & Mathes. *sing. 49. nota quòd omnes vsurarij.* vbi quòd sunt infames, & turpes personæ, & dicuntur raptores, & spoliatores, vt per Roman. *singulari 47. incip. infra quantum tempus, circa finem.* & per Baldum *in rubr. Cod. de summa Trinit. numero 14. & 15.* Iason *in leg. Barbarius. numero decimo octauo, ff. de officio præto.* Crau. *con. 73. nu. 6.* Et in practica ita obseruatur, præsertim sub hoc inclyto Dominio, quo per partes & leges expressas ꝓhibentur vsuratitii contractus, vel vsurariā prauitatem sapiant, vt per legem Vendraminam, & alias sim.

Vsuratiæ quæstiones.

Et poterit etiam per viam inquisitionis ꝓcedere, præcedente diffamatione contra aliquem vsurarium, & etiam torqueri poterit, si negauerit, & adsint indicia

contra

contra eum, licèt Angelus contrarium expresse tenuerit *in disputatione sua, incip. Astensis miles, columna quarta, vers. sed adhuc dubitari potest*, cui respondet Socin. qui hanc partem, quòd torqueri possit tenet, *consilio 119. circa primam, in tertio dubio, est mihi numero quarto, in secundo*, quia licèt videatur causa ciuilis, tamen habet delictum annexum, vt ibi per eum, & cum hac quoque Socin. opinione resideo, quia grauissimum est crimen, *vt per Abba. consilio 113. numero primo, in secundo volumine, & vide Baldum consilio 417. incipien. ad euidentiam præmittendum, quòd quandoque, 1. volum. in antiquis*, vbi quod valet inquisitio, etiam nulla præcedente infamia.

An autem & quando poterit contra vsurarium procedi post mortem, si fuerit manifestus, *vide Bald. consi. 125. visa dicta petitione, 2. vol. in antiquis.*

Et licèt Bald. *in l. improbum, Cod. ex quibus causis infam. irroge.* tenet, quòd contra vsurarium non potest criminaliter procedi, *quem sequitur latè Decius consilio 170. viso themate, & in l. rogasti, §. si tibi, in fine, ff. si certum petat.* & etiam sequitur Crau. *consilo sexto*, plura videnda, *numero 101. & 104. in primo.* cuius opinionem comprobare videtur decisio Lapi, *allegatione 70.* vbi voluit, quòd mandatum ad comparendum in causa ciuili, & criminali, non comprehendit causam vsurarum, quia non dicitur criminalis nec ciuilis, sed spiritualis. Veruntamen ego contrarium vidi obseruatum, quòd scilicet procedat etiam criminaliter, & criminaliter puniatur, *& hanc partem tenuit Iacob. Butr. in d. l. improbum, & sequitur Caccialup. in repet. l. 1. C. de summa Trinit. numero 61. vbi hanc comprobat, & secundum eam consuluit Corne. consilio 19. videtur prima fronte, 2. col. ver. his tamen non obstantibus, in tertio*, & quòd puniri potest pœna stellionatus, vt ibi tradunt prædicti, licèt Cor. ibi asserat hoc crimen proculdubio esse ecclesiasticum, licet dubitetur an sit etiam seculare.

Et tamen Bald. *consil. 84. verum si obijciatur, secundo volum. in antiquis*, tenuit, quòd in libello accusationis contra vsurarium non sit necesse apponere locum aut tempus, quibus vsuram exercuit, sicut in aliis criminalibus, ex quo confirmatur etiam eius opinio. *in d. l. improbum.*

Item licèt mortuo reo dicatur extinctum crimen, *l. 1. & 2. C. si reus vel accu. mor. fue.* tamen contra vsurarium potest etiam post mortem procedi, & probata vsura manifesta exhumabitur, *Federic. cons. 8. quæritur quomodo.*

Et Notarius, qui instrumentum vsurarium conscripserit, priuatur officio tabellionatus, & infamis efficitur. Hostien. *in titu. de vsu. §. fin. ver. quid de notario, Archid. & alij in c. sicut, 46. dist. & Rom. sequitur pro singulari, in singul. suo 385. incip. pone quod notarius, & Hip. singulari 181. sic & proxenetæ, & institores, vt per Alex. in l. si quis iniquum, §. 1. num. 12. & 13. ff. quod quisque iur. vbi etiam Dec. nume. 18.* vbi idem dicunt de factoribus, & procuratoribus.

Vsura enim dicitur furtum, *vt ibi per Alexan. d. numero decimotertio.*

In causis autem vsurarum magis est standum Doctoribus iuris canonici, quàm Theologis, Paris. *consil. 67. nu. 31. & 32. in quarto.*

Hæresis. 4 ¶ Hæresis †autem est delictum merè ecclesiasticum, & secularis, nullo modo potest se impedire, nisi in exequendo ad petitionem ecclesiæ, *cap. vt inquisitionis, §. prohibemus, de hære. in 6.* Hæresis enim inquisitio spectat iure ordinario ad episcopum, *clem. 1. §. 1. & ibi Cardin. de hæret. & est glo. in cap. 2. 4. quæst. 3.* Et si laicus in hoc crimine vellet se ingerere aliter, quàm in exequendo, vel exequutionem studeret retardare, ipso iure dicitur excommunicatus, in qua excommunicatione, si perdurauerit per annum, vt hæreticus condemnabitur, *cap. vt inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. in 6. & in cap. cum secundum leges, in fine, eodem titul. & in cap. ad abolendam, eodem titul. in decret.* & quod ad solum ecclesiasticum spectet, tradit etiam Io. Andr. *in addit. ad Specu. in tit. de hæret. in prin. Panor. in cap. excommunicamus, el secondo, in 2. not. de hæret. & in d. cap. ad abolendam, in 2. colum. vers. vlterius, & plenius in cap. cum sit generale, 7. colum. versicu. alius casus, & etiam colum. vltima, de foro competen. & in cap. ea quæ, de statu monach. & in c. 1. in glo. publicum, de offic. ord.*

Sed difficultas non modica insurgit, an si ecclesiasticus declarauerit aliquem hæreticum, & tradiderit curiæ seculari, an iudex secularis poterit denuò formare processum, & cognoscere, & sic absoluere, si cognouerit absoluendum? In qua difficultate discordant iuris ciuilis prudentes à Canonistis: nam Bartol. *in l. diuus, ff. de custo. reorum* tenet, quòd poterit secularis etiam cognoscere: & idem dicit post Guliel. de Cuman. *quem ibi omnes sequuntur, in l. magistratibus, ff. de iurisdict. omnium iudic. & est communis opinio Legistarum, vt inquit Imo. in cap. primo, de offic. ordin. per textum in §. si verò crimen, in authen. de sanct. episco. & Luc. de Pen. in l. 1. quæst. 1. de priuileg. schol. lib. 12. & in l. fin. quæstio. 3. C. de veteran. eodem lib. 12. & Ioan. Igne. in l. 1. §. cum dominus, numero 34. 40. & 41. ff. ad Sylla.* Contrarium tamen tenent Canon. *in c. 1. in glo. in verbo. publicum, de offi. ordin. vbi Panorm. & alij, & in c. at si clerici, de iud. & latè Felin. in d. cap. ad abolendam, de hære. per tex. in c. vt inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. in 6. & tradit Carre. in pract. sua crim. in tractat. de hæret. numero 63.*

Quam tamen Canonistarum cõclusionem tanquam magis receptam ibi limitat, nisi secularis iudex post condemnatum ab ecclesiastico vellet illi nouam pœnam imponere, si foret laicus, quia tunc non cõtrauenit ecclesiastico, sed coadiuuat, *& ita refert tenuisse Antonium de Butr. in cap. cum sit generale, de foro competen.* licèt Panorm. ibi dubitet, quod tamen dictum Anton. comprobat, *vt per eum.*

Limitari etiam potest prædicta conclusio, nisi apertè appareret de nullitate sententiæ, neque talis nullitas altiorem requireret indaginem, quia hæc nullitatis exceptio impedit exequutionem sententiæ, *cap. de cætero, de re iudi. & per glo. in cap. pastoralis, §. quia verò, de officio delega. & per Inno. in cap. cum in iure, eodem titulo.* Neque huic limitationi obstat text. in d. §. prohibemus, quia ibi prohibetur secularis cognoscere de hæresi, quod non facit, qui iudicat de nullitate. & text. *in d. cap. vt inquisitionis, in §. 1. in fine*, dicit, quod secularis recipiat condemnatos de hæresi, & contra eos exequatur, sed condemnatus non dicitur, qui nulliter est condemnatus, *leg. quarta, §. condemnatum, vbi Bartol. de re iudica.* & ita etiam in specie, in materia vsurarij condemnati per episcopum consuluit Angel. *consilio 276. punctus est talis.* Quinimo, & si non esset nulla sententia, sed adeo iniusta, quòd grauaretur conscientia ipsius iudicis secularis, non deberet exequi maximè ad mortem, *vt per Innoc. in d. c. pastoralis, §. quia verò, de offi. del. & tenet Gondisla. in tract. de hære. q. 19. nu. 8.*

Aduertendum tamen, quòd plures sunt species iudicum in causa hæresis. Primò sunt ordinarij. Secundò delegati à lege. Tertiò delegati à sede Apostolica. Quartò delegati ab episcopo.

Ordinarij sunt episcopi loci, & tam contra clericos, quàm laicos hæreticos, *cle. 1. §. 1. de hæret. vbi Card. c per hoc, eo. tit. in 6. c. excommunicamus, in fi. vbi latè Fel. eo. ti. in Decre. & in c. ad abolendam.* Sede aũt episcopi vacante capitulũ erit iudex ordinarius, *vt dicit glo. in d. cle. 1. §. 1. & omnes in d. c. ad abolendam.* possunt tamen hi vti ordinarij cognoscere, quando nõ dubitatur, an illud, de quo accusatur, vel inquiritur reus, sapiat hæresim, vel non; sed clarũ est, q; sit hæresis: quòd si dubium esset, an hæresim saperet, non possunt isti cognoscere, sed solus Papa, *c. quoties, 24. q. 1. & tradit Panor. in d. c. ad abolendam, in 2. not.*

Delegati verò dicuntur à lege ijdemmet episcopi, & etiam eius sede vacante capitulum eius, contra exemptos, *vt tenet Ioan. Andr. in d. cap. ad abolendam, quidquid ibi dicat Hostiens.* & licèt talis eorum iurisdictio non expiret morte Papæ, neque ipsius episcopi, hoc est, quia non dicuntur delegati à Papa, sed à sede Apostolica, quæ nunquam moritur, *cap. si gratiosè, de rescript. in 6.* item non fit personæ episcopi, sed dignitati, quæ pariter nunquam

quam moritur, *capitu. quoniam Abbas. de officio deleg.* & ideo transit in successorem, & ita tenet Panormitan. & Fely. & alii in d. cap. ad abolendam. nam licèt aliqui sint taliter per priuilegium exempti, vt non possint à quocunque iudicari, excepto Papa, tamen tales in crimine hæresis non gaudebunt hoc priuilegio, quia poterunt iudicari ab ordinariis, tanquam delegatis à sede Apostolica, *d.c.ad abolendam.in fine, vbi gloss.in ver.delegati. & in c.irrefragabili. §.cæterum. de offi.ord. & glo.in c.per hoc.in versi.delegata. de hæreti. in 6.*

Delegati à Papa sunt vel speciales vel generales. Speciales sunt, quando Papa delegat aliquẽ Episcopum specialiter in tali causa; nam tunc erit delegatus, licèt aliàs foret etiam ordinarius, vt probat text. & ibi sentit gloss. *in d.cap.per hoc.in ver.delegata.de hæreti.* & talis specialis delegatio operabitur: quòd si facta fuisset alia delegatio generalis omnium causarum hæresis in tali prouincia, non ideo impediretur, quò minùs & ipse Episcopus specialiter delegatus, non posset procedere, & vnitè cum delegato generali, & separatim, modò communicent vtrique processus, & vnitè proferant sententiam, si conuenient, sin autem remittant ad summum Pontificem, & hic specialis tenetur seruare in procedendo modum illum, & stylum, quem seruant Inquisitores hæresis generales, vt hæc constituit expresse text *in dicto cap.per hoc.de hæreti. in 6. & extrauagans Benedicti XI. sub titu. de hæreti. in extrauag. communibus, & inci it, ex eo, quòd quædam nouella constitutio.*

Inquisitores hæreticæ prauitatis.

Alii sunt delegati generales, qui Inquisitores hæreticæ prauitatis nuncupantur, qui quoniam de grauissima re cognoscunt, non debent esse minores ętate annorum quadraginta, vt habetur per textum, & omnes ibi, *in clement.2. de hæreti.* & hi dicuntur delegati, vt probatur *in d. cap. per hoc. vbi Domi. in princip. de hæreti. in 6.* & tenet etiam gloss. *in clemen. nocens. in ver. ipsorum. de hære. & in capitul. ne aliqui eodem titu. in sexto.* & ideo dicuntur habere iurisdictionem limitatam in causa hæresis *cap. accusatus. §. sanè. de hære. in 6. clem.1. in princ.* vbi Card. *eod. titu. & in §. fina. eiusdem clem. colum. fina. ver. quartò quæro.* Archid. & post eum Gemin. *in c.2. colum. penult. ver. quid de prælatis, de hæret. in 6.* & tradit Deci. *con. 117. diligenter. num. 5.* Et isti dicuntur delegati ad vniuersitatem causarum hæresis, siue in prouincia, siue in ciuitate speciali sint delegati, siue in diœcesi & castro, vt probatur per d.c.per hoc. & ibi Io. And. & tenet Panor. *in c.cum I. & A. in 2. colum. in glossa tertia de re iud. & in capitu fina. penult. colum. ver. venio ad secundum. eo. tit.* Card. *in d. clem.1. in secunda oppo. & in §. quia. in secunda quæst. de hæreti.*

Et hi sunt inuenti ad augmentum fidei, & errorum extirpationem, *clem.1. in prin.* vbi Cardin. *de hæreti.* ideo aliqua specialia sunt concessa.

Primò, quòd licèt plures sint Inquisitores in vna prouincia, habent iurisdictionem insolidum, & singuli separatim procedere possunt, quod non est in aliis delegatis, ita Panorm. *in c fi. de re iudi. & in c.causa. 1. col. de resti. spol.* & probatur *per dict. capitu. per hoc. de hæreti. in sexto.* vbi omnes.

Secundò, quòd talem iurisdictionem nõ habent priuatiuè, respectu ordinariorum illius loci, de quibus suprà, sed cumulatiuè; nam etiam Episcopi ordinarii poterunt procedere, *d.c.ad abolendam. de hæreti. & d.ca. per hoc. eo. tit. in 6.* & vtrobiq; omnes, maximè Fely. *in d. cap. ad abolendam.*

Tertiò, quòd licèt separatim quilibet possit procedere, & etiam ordinarii, tenentur tamen in calculo ferendæ sententiæ communicare processus, & vnanimes ferre sententiam, vt suprà dictum fuit, vt dicitur *in d. cap per hoc. & in d. clem.1. §. eo.* vbi etiam Scriben. & licèt de iure ciuili similes tenerentur ter communicare, tamen in hac causa sufficit semel tempore ferendę sententiæ, vt habetur *in d. extrauag. Bonifa. incip. ex eo, quòd quædam nouella constitutio. sub titu. de hæreti.* Si tamen Inquisitor prior sit in citando, ipse præferretur ordinario, qui citasset vti ordinarius, quia delegatus in hoc præfertur, *c. sanè. il secondo, de officio delega. & cap. studuisti. eo. titu. c vt commissi. de hære. in 6.* ideo secus esset, si ordinarius citaret, & ipse vti delegatus, vt quando procederet contra exemptos, vt suprà dixi, *iuxta capitulum, ad abolendam, in fine, de hæreti.*, & dixi suprà.

Quartò, quòd licèt Inquisitores soli nõ possint condemnare absque interuentu ordinarii, *d. clement.1. §. Nè hæreti.* poterunt tamen soli absoluere, cùm tamen is possit condemnare, qui potest absoluere, & econtrà, ratione correlatiuorum, gl. in d. clem.1. in ver. contra eos hoc tenuit, quæ videtur communiter recepta. & licèt multi contrarium tenuerint, vt habetur per Moder. in d. clem. 1. & per Carrer. in tract. de hæreti. nu. 72. attamen ista videtur magis communis opinio, & ipse eam ibi sequitur latè comprobando, quæ quæstio latissimè etiam disputatur per omnes in rub. de acquir. possess. in materia connexitatis contrariorum, & correlatiuorum, & omnes, præsertim Fel. *in c.3. de re iudica.*

Quintò, ipsi & eorum ministri possunt ferre arma, quibus tamen abuti non debent, *clem 2. §. fi. de hæreti.* Et si Dominus temporalis impediret, possunt eum punire vti turbatorem, vt inquit Cardin. *in clement in. 2. §. porrò. de hæreti.*

Sextò, mortuo delegante, nõ expirat ideo iurisdictio Inquisitorum, *c. ne aliqui. de hære in 6. omnes in l. m e, & in l. & quia. de iur om. iud.*

Septimò, possunt cogere sub pœnis officiales laicos, ad præstandum brachium seculare, *cà. vt inquisitionis. ca vt commissi. c. præsidentes. c. accusatus. §. denique. de hære. in 6. & in clem. 2 eo. tit. & in c. ad abolendam. & c. excommunicamus. 1. eo. tit. in Decretal.* vbi Panor. & alii.

Octauò, potest tollere omnia statuta & consuetudines, impedientes officium Inquisitorum, *cap. statutum. de hære. in 6.*

Nonò, potest inquirere post mortem hæretici, etiam post quinquennium, vt eius memoria damnetur, *gl. in c. accusatus. de hære. in 6. & in c.2. de præscrip. in 6.* Panor. & Fely. *in c. cùm à nobis. de præscri.*

Decimò, possunt prosequi hæreticum confugientem in aliam prouinciam, vel venientem in suam, & accipiendi libros & processus inquisitionũ per alios fortè factos, tex. & gl. *in c. vt commissi. de hæreti. in 6.*

Vndecimò, possunt procedere simpliciter, summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, & etiam testibus non publicatis, adhibitis tamen peritis Doctorib. & religiosis, *c. fi. de hære. in 6.*

Duodecimò, possunt præstare fidem testib. periuris, *c. accusatus. §. licet debere. in 6.*

Notandum tamen, quòd Inquisitores quantumcunque generalem habeãt potestatem sibi à Pontifice concessam, non possunt tamen contra Episcopos de hæresi inquirere seu procedere, nisi in specie de Episcopis facta fuerit mentio in delegatione, *capit. quia periculosum. de sententia excommunicat. in sexto.* sed debent de Episcopis hæreticis ad Papam deferre, *cap. Inquisitores. de hære. i 6.* & Panormitan. *in cap. excommunicamus. in fin. de hæret.* quod potest intelligi, nisi essent suspecti de fuga, quia possent carcerari, & postea denunciari summo Pontifici, *argu. §. audient. de defens. ciu.* & quod not. Bartol. *in l. Magistratibus. de iurisdict.. omn. iud.* & licèt Inquisitores non possint contra Episcopum, poterit tamen Episcopus contra Episcopũ, vt tenet Gondisla. *in tract. de hæreti. q. 7. nu. 16.* ex rationibus ibi deductis.

Nota tamen, quòd econtra Episcopus posset procedere contra Inquisitorem hæreticum ex eò, quia statim, quòd est hęreticus, amittit iurisdictionem, licèt aliàs par in parem non habeat imperium, vt per Gondisla. *in d. q. 7. nu. 17.* præsertim si crimen esset notorium.

Non possunt autem cognoscere, nisi de iis causis, quæ verè hæresim sapiunt, neque possunt cognoscere, an ali-

an aliqui actus hæresim sapiant, licèt possent cognoscere, an sapiant hæresim manifestam, ideo non possunt cognoscere de sortilegis, nisi de iis, quæ manifestam saperent hæresim, *c.accusatus.§.sanè.de hære.in 6.* Panorm. *in c.1. in fi.de sortil. & not.in c.fi. de officio delega.in 6.* ideo neque de vsuris cognoscere possunt, vt per Bald. *in c.1.§.ad hoc.2.col. de pa.iur.firman. & in cap.1.§.similiter.1.col.de controuer. inuest.* Fely. *in c.excommunicamus.* & Soci. *consi.219.ver.confirmatur etiam.2.vol.* licèt tamen vsurarios punire nõ possint, possunt tamẽ cogere eos ad restitutionem vsurarum, vt dicit Bal. *in d.§.ad hoc.* & Io.Mona. *in c.accusatus.de hære.in 6.* & Fel. *in c.excommunicamus,il 1 de hæret.*

Aduertendum tamen, quòd Inquisitor generalis non potest procedere contra eum, contra quem processit delegatus specialis in ea causa à summo Pontifice, quia delegando in specie videtur causam ad se aduocare, & inhibere omnibus aliis, *c ad nostram.de appella.ca.studuisti, de offi. delega.glo.in c.per hoc. de hæret.in 6.* & consuluit Deci. *consil. 137. diligenter. numer.4.* sed regulariter possunt procedere contra quascunque personas, tam Ecclesiasticas quàm seculares, exemptas etiam & priuilegiatas, *c. vt nostrum.§. denique.de hære. in 6. & in c.accusatus.in fi.eod.tit.& in c.ad abolendam.eod.tit.in Decretal.* vbi Fely. in vltimo no. Et possunt procedere, citare, inquirere, & carcerare irrequisito etiam Episcopo diœcesiano, non autem torquere aut arctioribus carceribus in pœnam detinere, vt dicitur in *cap.per hoc.de hære. in 6. & in clem.1.§.primo.* vbi Card. *eodem titulo.*

Possunt etiam procedere contra impedientem Iudæum baptizari, & contra Christianum, si fiat Iudæus, & contra Iudæum baptizatum, & reuersum ad Iudaismum, & contra Iudæum stimulantem, vel suadentem Christianum ad Iudaismum, *capit. contra Christianos.de hæreti. in sexto.* Card. *dicta clemen. secunda, §.primo, de hære.* & pariter contra Iudæum receptantem Christianum apostatam, vel Iudæum puerum Christianum ementem, & circumcidentem, vel contra ementes Christiana mancipia, vt per Oldra.con.36.

Inquisitor autem potest subdelegare, *clement.prima,§. verum.de hære. & clementina prima,§.1.eo.tit.* vbi Cardin. Alexan. *in l.more,1.col.ver.primo not.ff.de iur.om.iud. & etiam in fine legis.*

Sciendum tamen, quòd hodie nunquam procedunt Inquisitores, nisi cum præsentia Episcopi, & rectorum ciuitatis, vel eorum vicariorum, & etiam aliquorum Doctorum præfati loci, quod sumpsit originem à tex. *in c.fi. §.iubemus.de hære.in 6.*

Hi tamen Inquisitores, & eorum ministri, si malè se gerant in eorum officio, possunt à prælatis prouincialibus remoueri, licèt ab illis iurisdictionem ipsi non habuerint, & si prælati prouinciæ id facere neglexerint, ordinarii illius diœcesis deferre debent ad sedem Apostolicam, ipsi autem amouere aut punire non possunt, *clem. nolentes.de hæreti.* vbi Card. & per Baldum *in l.scire,de excus. tutor.*

Postremò & vltimò, sunt alii delegati non à pontifice, sed ab Episcopo ordinario, vel sede eius vacante à capitulo, qui pariter possunt inquirere & procedere, sicut alii Inquisitores, vt est tex. *in d. clemen.prima,§.primo. & §. verum.de hære. & in cap.fin.§.iubemus.de hære.in 6.ibi, eo absente eius Vicario.* sed nota, quòd Vicarius generalis Episcopi, vel capituli sede vacante, non poterit sine speciali mandato de hoc crimine iudicare, vt tenet Lap. & Imola *in d. clem.1.de hære.* sequitur Gondisla. *in tracta.de hæreti.quæst.7. nume.14.*

Contra Imperatorem autem nullam habent potestatem Inquisitores circa crimen hoc hæresis, sed solus Papa potest ipsum punire, & deponere, vt depositus fuit Federicus, *c.ad Apostolicæ, vbi glo.in ver.de hæresi.de re iud. in 6. & in cap.inquisitionis officium. vbi gloss. in ver. tunc. de hære.in 6. & in c.si Papa.40.di.c.alius..6.q.6.* & tradit Bart. Bald. & alii, *in leg.fin. Cod.de legi.* licèt gloss. & Bald. *in capitulo primo, in vltima col. si inter Dom. & vasal. lis ori.* & Barto. sibi contrarius post Guliel. *in l.non ambigitur, ff.de legi. & in l.sed & reprobari.ff. de excu. tut.* dicant posse deponi à populo Rom. sed hæc opin. potuisset procedere ante mutationem formę, & potestatis eligendi Imperatorem, & tempore, quo à populo, & senatu eligebantur, à quibus potestatem habuerant, *l. 1. ff.de consti.Prin.* vt latiùs hæc sum prosequutus s̃. hoc eo.lib.4.c.15.

Minus habebunt contra Papam in hac causa hæresis, in quem quis habeat iurisdictionem, quando est hæreticus, & an & quando deponi possit, latè sum loquutus in *d.c.15.vbi videndum.*

Notandum autem, quòd in causa hæresis non fit remissio ad locum originis, vel domicilii, quia vbique puniri poterit, cum praua ipsius intentione vbique peccet, vt tenet Card. *in clem.2.§. denique.in 9.q. de re iud.* & est text. & glo. *in c.vt commissi.de hæreti.in 6.* vt latè dixi suprà *hoc eodem libro, capitulo decimo nono. in 18. conclusione,* & tenet etiam Gondisla. *in tractat. de hæreti. quæstione octaua, numero decimo.*

Aduertendum quoq;, quòd generalia Concilia tantummodo iudicant de fide & hæresi, non prouincialia, *c.concilia.17. dist.* & ideo inquit Aug. *lib.6.contra Donatistas. capit. primo.* si quid in prouinciali concilio decretum est, quòd à vera fide deuiare videatur; per generale conciliũ, id corrigi debet. & de hoc exemplum habemus: nam Aphricanum concilium, in quo interfuerunt 71. Episcopi, decreuit hæreticos non posse verum baptisma conficere, quod tamen correctum fuit à Cornelio, tunc Bo. Pontifice, aliisque Italiæ Episcopis, vt refert Euseb. libr. 7. Ecclesiast. Hist. & postmodum pariter correctum per Concilium œcumenicum Carthaginense primum.

Certum autem est, quòd Papa iudicat de articulo nõdum deciso ab Ecclesia, *cap.quoties,24. q.1. & c.hæc est fides. & c.1.de iur.calum. & c.maiores.de baptis.* & plurib. comprobat Gondisla. *in tract. de hær. q.7. num.1. & 2.* licèt consultiùs faciet, si dubia circa hæresim cum concilio decidat, vt ibi ipse concludit, nu.3. & seq.

Legatus etiam sedis Apostolicę competens erit iudex in crimine hæresis, vt habetur *in cap. vt commissi. de hæreti. in sexto.*

Quòd si citatus ab Inquisitoribus nolit comparere, Dominus loci tenetur ab eis requisitus illum in eius manibus tradere, *capitul. vt inquisitionis, in principio, de hæreti. in sexto.*

Et iurare debent seculares Potestates se toto tempore suæ iurisdictionis exequuturos constitutiones & statuta contra hæreticos, fautores, & receptatores eorum, *c.vt officium.§.fi.de hær.in 6.*

5 ¶ Simoniæ crimen † licèt sit merè Ecclesiasticum regulariter, vt tradunt omnes *in rub. & toto titulo, de simon. & in summa,1.q.1. & in c.cùm sit generale,* vbi Abb. *num.20.de iudi.* attamen punitur etiam lege ciuili, *vt in l. si quemquam. C. de Epis. & cler.* vbi simoniacus per simoniam electus Episcopus dicitur commisisse crimen publicum ad instar publici, & læsæ Ma. & deponitur & efficitur infamis, & pariter etiam de hoc crimine disponitur Auth. *de sanctiss. Episcopis.§.præ omnibus, & in auth. quod pro hac.Cod.de Episcop. & cleric.* Simonia.

Et ideo videtur, quòd etiam laicus iudex possit punire lege sua, quia frustratorium fuisset legem cõdere, nisi foret iudex, qui eam posset exercere, *lege secunda, §. post originem. ff.de origine iuris.* & qui potest legem condere, potest etiam sententiam ex ea proferre, *capit.Ecclesia, de constitution.*

Sed concludendum, laicum non posse se ingerere, nisi fortè laicus foret simoniacus, qui scilicet dedisset pecuniam, vt ipse vel filius eligeretur in Episcopum, & tamen non fuerit electus: hoc enim casu propter attentationem, cùm sit enorme & graue delictum, poterit fortè puniri per laicum, ex quo etiam lege ciuili punitur,

tur, *vt dictum est*, & puniendus est simplex laicus, aliàs nõ.

Neque obstat, quòd leges ciuiles puniant etiam hoc crimen, quia tempore legum prolatarum in C. Episcopi & alij prælati, erant subditi Imperatoribus, vt tenent Bald. Paul. & Fulg. *in l. iubemus nullam. C. de sacrosanct. eccles.* Præterea Papa censetur approbare omnes leges ciuiles promulgatas in fauorem Ecclesiæ, vt per Host. *in ca. fi. de simon.* nam & contra hæreticos totus est titulus, C. de hæretic. quos etiam poterat laicus punire tempore, quo latæ fuerunt leges illæ, sed postea per ca. vt inquisitionis, §. prohibemus, de hæretic. in 6. prohibitum fuit expresse laicis, ne se in tali crimine cognoscendo ingererent.

Periurium. 6 ¶ Periurium † etiam quando constat de eo, mixtum dicitur, quia potest puniri & per Ecclesiasticum, *vt in cap. nouit. de iudi.* & etiam per laicum, *vt est tex. in c. Rex debet. 23. quæst. 5.* & in specie dixit Bald. *in tit. de pace Constan. §. vasalli.* quòd crimen periurij est mixti fori, & ideo quòd de eo potest cognoscere tam laicus quàm Ecclesiasticus, idem tenet Abb. quem ibi omnes sequuntur, *in dict. cap. cum sit generale. num. 21. versi. quandoque constat, quod iuramentum est licitum, sed agitur ad pœnam. idem tenent omnes in cap. testimonium. de testi. & in c. cum C. laicus. vbi Ioan. Andr. de foro competenti, in 6. & in c. licet mulieres. de iureiur. in 6.*

Quæ tamen intellige vera, quando nulla est dubitatio, quòd sit periurium: sed quando posset dubitari, tunc solus Ecclesiasticus iudicaret, *capit. venerabilis. de elect. capit. quanto. de iureiur. tradunt omnes in locis prælegatis, & Roman. singulari 426. incip. Canonistæ.*

Ideo idem Roma. *in singulari præcedenti 425. incip. ego coram magnis.* dixit se respondisse, quòd prætor erat Iudex competens declarando Capitaneum ciuitatis periurum, licèt aliqui ignorantes, & bestiales de hoc dubitarent: sed quòd non debebant dubitare, quia lex ciuilis punit periurum, *leg. de periurio. ff. ad legem Iul. pecul. leg. si duo patroni, de iureiuran. & toto titu. de falsis. & in leg. si quis maior. C. de transactio.* ergo lex ipsa dicitur punire, & iudex declarat tantùm puniendum, *leg. 1. ff. ad Turpill.* sed ista ratio mihi non concludit, quia ex ea sequeretur, quod de omnibus criminalibus, quæ punit lex ciuilis, etiam iudex secularis posset declarare puniendum, & sic etiam in causa hæresis, & in omnibus alijs criminibus, quæ forent merè Ecclesiastica, quod tamen absurdum est: ideo intelligendum d. Roman. quando non dubitaretur, vt suprà dixi, an esset periurus. sed certum esset ipsum esse periurum, vt dicunt omnes *in dict. cap. cum sit generale.* tametsi Guido Papæ, *consilio 29. ille incarceratus.* indistinctè teneat, quòd crimen periurij sit commune iudici Ecclesiastico, & secolari. sed & Roman. *consi. 512. quo ad primam. in 3. dub. est numer. 4.* dicit, quòd crimen periurij non est adeò merè Ecclesiasticum, quo minus iudex secularis possit de illo cognoscere etiam per viam iurisdictionis punitiuæ: idem quoque dixit Felyn. *in cap. 2. num. 26. de sponsal.* & idem tenet Ioann. Andr. *in cap. licet. de iureiuran. in 6. in ver. multum facit etiam. Petr. de Anchar. ibi, in quinto notab. & idem Bald. in leg. nulli. C. de test. & in l. 2. C. de fide instrumen. & in titu. de pace Constan. in gloss. in ver. tam vasalli. in ver. sed hic quæro.* idem tenet Guido Papæ, *quæst. 178. incip. de periurio.* vbi dicit præmissis non obstare ca. venerabilis, de electio. & d. c. cum sit generale, de foro competen. quia loquuntur de clerico puniendo, non de laico, de quo intelligenda sunt prædicta. vel dic tu verius, quòd loquuntur, quando dubitatur, an sint periuri, vel non: prædicta autem loquuntur, quando certum est, quòd sint periuri, *vt suprà sæpe dictum fuit, & ita in specie respondet Ioan. Andr. in cap. cum C. laicus. super vltima glo. de foro competen. in 6.* idem quoque, quòd iudex laicus possit punire secularem de periurio, tenuit Aufre. *in addit. ad Capell. Tholos. quæst. 17.* & ita etiam hodie obseruatur in practica, & idem tenet Alexand. *in apost. ad Barto. in l. de periurio. ff. de crim. stellio. sequitur Parpal. & ibi Cagnol. nu. 122. in l. si quis maior. C. de transact.*

Adulteriũ. 7 ¶ Adulterium † quoque dicitur mixti fori, quia potest & per Ecclesiasticum, & per secularem puniri, *vt not. in cap. tua, de procurat. vbi Innoc. & Abb. & alij, & per Ioan. And. & alios in cap. fin. de adult. in 6. & in cap. 1. de offic. ordin. & in ca. gaudemus. de conuers. coniug. & in dict. cap. cum sit generale, de foro competen. vbi omnes. & in cap. Rex. 23. quæst. 5. & Iurisc. in l. quamuis. C. de adult. & Guido Papæ dict. quæst. 178. & Dec. cons. 211. Magnif. domini, colum. 1.* verùm quia Roma. *singulari 674. incip. nos sumus in materia adulterij.* reprehendit Ioan. Andr. *in dict. cap. fi. & Scribentes in locis prælegatis, & infra adducendis vario modo loquuntur*, ideo reassumendo eorum dicta, quæ veriora esse putauero, constituo infrascriptas conclusiones.

Prima est, quòd si agitur de foro pœnitẽtiali, id est, de pœnitentia imponenda, puta annorum 7. prout erat antiquitus, absque dubio pertinebit ad Ecclesiam, & sacerdos cui fiet cõfessio, vel Episcopus imponet pœnam arbitrariam, *vt tradunt omnes in c. at si clerici. de iudi. & est text. in cap. mensuram. de pœni. di. 1. & in c. quem pœnitet. ea. dist.* quo casu neque solennitates iudiciorum, neq; ordo iuris seruabitur, vt per Abb. & Fely. *in c. cum I. & A. de re iudi. & præmissis est opt. tex. in c. vlt. 32. q. 5. vbi etiam Archid. not. & ita in specie intelligit tex. in c. 1. de offi. ordi.* quòd loquatur quoad forum pœnitentiale, Ioan. Andr. *in cap. ad nostram. il secondo. de iureiuran.*

Secunda sit conclusio, quòd si adulterium commissum sit cum clerico vel persona Ecclesiastica, poterit Ecclesiasticus cognoscere & punire tam clericum, quàm mulierem laicam, *argu. ca. quidam clerici. 81. dist.* vbi Episcopus punit etiam mulierem secularem se commiscentem cum clerico citra adulterium, & sic simplici fornicatione, multo ergo magis concurrente adulterio, & hoc etiam tenet glo. *in c. placuit, circa finem. ver. melius dicas. 6. q. 37.* quod tamen intelligit verum Maria. *in d. ca. cum sit generale, de foro compet. num. 24.* quando Ecclesiasticus vellet punire clericum adulterum, quia iudex secularis contra illum nullam habet potestatem, *capit. secundo, de foro compet.* quòd si tractaretur de punienda muliere seculari, tunc vterque poterit cognoscere, Ecclesiasticus scilicet ratione connexionis & sacrilegij, & laicus ratione personæ sibi subiectæ, & erit locus præuentioni, vt ibi per eũ, quod etiam dicit procedere in sacrilegio, & incestu commisso per laicum cum moniali, quia pariter vterq; contra laicum procedere poterit propter sacrilegium, vt dictum est, quam opinio. veram puto, quam etiam præter eum probat text. *in cap. intelleximus. vbi etiam Abb. & Io. de Ana. de adul. in c. 1. de offic. ordin. & in c. consuluit, de appell.* & quòd Ecclesiasticus etiam possit cognoscere de muliere, *textus est notab. in cap. fraternitatis. 34. distinct. & in cap. 2. de cohab. cler. & mulier.*

Tertia sit conclusio, quòd si agatur de adulterio commisso inter laicos ad separationem tantum thori, & non ad aliam pœnam, & etiam ad restitu. dotis, quòd solus iudex Ecclesiasticus cognoscet, vt est text. *in c. tuæ. de procur. & tradunt omnes, nullo excepto, in locis prælegatis.* & est ratio, quia ista pœna separationis est pœna canonica, & quę videtur impedire sacramentum matrimonij, ideo nimirum si Ecclesiasticus quoad hanc pœnam cognoscet, & hoc etiam tenet Roma. *singulari 674. incip. nos sumus, in prin.* idem etiam si ageretur ad pœnam excommunicationis, quæ propria est Ecclesiastici.

Quarta sit conclusio, quòd quando agitur ad aliquam pœnam Ecclesiasticam pro adulterio impositã, vt quòd in monasterium detrudatur actura pœnitentiam adultera, *vt dicitur in d. ca. fraternitatis. 34. dist. & in cap. gaudemus. de conuersa. coniuga.* tunc poterit cognoscere iudex Ecclesiasticus, præsertim cùm monasteria sint sub eius ditione, sed tamen poterit etiam iudex laicus circa istam pœnam cognoscere, quia & ista pœna est imposita à iure ciuili, *authen. sed hodie. C. de adult. & in authen. vt nulli iudicum. §. si verò quando. ex quo sumpta est d. authen.* sed quo ad exequutionem requiret Ecclesiasticũ, sub cuius iurisdictione sunt monasteria, *argum. capituli, biduum. secunda quæstio. 6. versi. siquidem. & l. inter pœnas. de interdi. & relega. & idẽ tenet Rom. de sing. 674.*

Nõ puto argumentum hoc à minori ad maius affirmatiue procedere, etsi. n. cognitio peccatorũ eorũ ad ecclesiasticos pertinebat, vt est cõcubinat⁹ qui iure ciuili non punie-batur, vt ita delinquẽtes sui peccati admonerẽtur: nõ tamẽ ex eo sequitur cognitionem adulterij, quod ciuilib. pœnis plectebatur, ad eos dem pertinere: nõ vi illius argumẽtationis à minori ad maius, sed forte alio iure.

*fing.674. & Maria. in dict.capit.cum sit generale. num.24.circa med.* Et idem dicendum, quando ageretur ad alias pœnas, quæ & de foro Ecclesiastico & seculari forent, vt incisio capillorum, *de qua in d.authen. sed hodie. & in capitu. de benedicto.32.quæst.1.* & ideo concludit glo. *in ver. sed in ciuili. & post eam Bald. ibi in authen. clericus. C. de episc. & cler.* quòd in quolibet crimine publico iudex secularis potest cognoscere, si agatur ad pœnam ciuilem: si verò agatur ad pœnam canonicam, adibitur ecclesiasticus: & si pœna ab vtroq; foro sit cognita, vterq; poterit adiri, & erit locus præuentioni, & ita tradunt ibi cęteri Scriben.

Quinta sit † regula, quòd si agatur ad pœnam sanguinis ciuilem, quòd regulariter secularis iudex erit adeundus: nam masculo adultero de iure ciuili imponebatur pœna sanguinis, *l.quamuis. C. de adulter.* sed Ecclesiasticus iudex non potest imponere pœnam talem, *capitu. sententiam, ne cleri. vel mona.* ergo nil mirum, si quo ad hanc pœnam Ecclesiasticus adiri nõ potest, & quòd seculares debeant punire adulteria, est tex. *in c. si quos. 23.q.4. & in c. Rex debet, eadem cau. q.5. & ca. relegentes, ea.q.* & isto casu Ecclesiasticus non poterit etiam recipere testes, si negaretur matrimonium, vt concluderetur nõ esse adulterium, sed secularis recipiet, quia si Ecclesiasticus reciperet, & trãsmitterentur illę probationes ad laicum, per quas condemnaret ad pœnam sanguinis adulterum, Ecclesiasticus fieret irregularis, ita in terminis tenet Pet. de Anch. *in ca. ea quæ. de reg. iur. in 6. in 4.q. est sub num.10. ver. item cum ad pœnam legalem. sequitur Barba. in d.cap. cum sit generale. nu.226. & num.seq. hoc comprobat duabus authoritatibus Bal.*

¶ Sexta sit † conclusio, quòd si agatur ad pœnam amissionis dotis pro adulterio, non poterit principaliter agi coram seculari, nisi prius coram Ecclesiastico præcedat separatio thori. ita in terminis consuluit Paul. de Castr. *cons.65. viso quodam libello, num.3. in primo & videtur etiam sentire Federic. de Sen. consi.236. in quæstione vertente, circa prin. ver. item sciendum, quòd quæstio adulterij.* licèt non putem veram indistincte hanc conclusionem: nam *vt inquit ibi Feder.* licet separatio thori spectet principaliter ad Ecclesiam, attamen priuatio dotis non spectat ad illum forũ principaliter, sed secundario, *iuxta l. consensu. C. de repud. & cap. plerunq;. quod est tertium, vbi notatur per omnes, de don. inter vir. & vxor.* ideo non video, quod impediat, quo minus non possit agi coram seculari ad amissionem dotis propter adulterium, cum pœna sit etiam de iure ciuili. neque text. ille in d. c. 3. qui adducitur per Paulum, vllo modo probat, quòd præcedere debeat iudicium Ecclesiæ de separatione thori, licèt ibi hoc dicatur sic factum se habuisse, quòd tale iudicium præcessit, nam & ibi alternatiuè factum præsupponitur, quòd scilicet mulier voluntate propria recesserat, & notum est, quòd facti narratio non inducit dispositionem, neque iuris mysterium, vt dicitur de verbo, præpeditus, *in l. fin. C. de præscript. 30. ann. & in l. cum apud, vbi Ang. not. ff. iudica. solui.* & illud consi. Pauli in alio etiam reprehendit Deci. *consi. 211. num.3.* quod tamen non pertinet ad materiam nostram, sed tantum ad cumulationem libelli, ideo non insisto. sed quòd agi possit etiam coram seculari, facit, quia crimen adulterij est mixti fori, *vt suprà comprobaui, & comprobat Alciat. in c.1. nu. 14. & seq. videlicet in 5. not. de offi. ord.*

Septima sit conclusio, quòd idem dicendum sit, quòd scilicet laicus sit iudex, si quis accusaretur, quòd matrimonium contraxisset cum duabus, quia & hoc lege ciuili prohibitum est, licet matrimonium concernat, *leg. cum quis duas, C. de adulter. & ita in terminis tenet Petr. de Anch. in d. c. ea quæ, de reg. iur. in 6. nu.10. ver. item cum ad pœnam legalem. vbi dicit se ita obtinuisse, & sequitur Sicul. in d.c. cum sit generale. num.227.*

Cõcubinatus. 8 ¶ Concubinatum † quoque posset punire secularis, quia de Ecclesiastico dubium est, *c. nemo. 32. q. 4. & in specie tradit Hostien. in summa, de foro compet. §. 2. & Spec. in titu. de comp. iud. adi. §. 1. ver. 2.* & quòd secularis etiam possit, tenet Io. Andr. *in mercur. in c. sine culpa. in fi. de reg. iur. in 6. & Hosti. in c. lator. qui fil. sint legiti.* nam & leges nouissimæ abhorrẽt concubinatum, *vt in auth. de leno. & in auth. vt non luxu. contra nat. & est tex. in c.1. de fil. nat. ex mat. ad morg. contract.* Amant enim & leges ciuiles castitatem, §. *illud. in auth. quibus mo. nat. effi. legi. & hanc opin. tenet But. & Panor. num.25. & Areti. in d.c. cum sit generale, vbi etiam Maria. & Fely. num.36. & Barba. nu.232.* quanquam de consuetudine in foro ciuili crimen hoc non puniatur.

Falsitas. 9 ¶ Falsitas † etiã in literis Apostolicis potest puniri per vtrunque forum: loquor etiam in laicis, *ca. ad falsariorum, il primo, de cri. fal.* vbi Ecclesiasticus punit. de laico verò nõ est dubiũ, *toto tit. ff. & C. de falsi. & tradunt omnes in d.c. cum sit generale. vbi Maria. num.24. ver. in eadem glo. & consimili, & ibi etiam Petr. de Anch & Barb. num.231.*

Sortilegia. 10 ¶ Sortilegia † & diuinationes pariter sunt mixti fori. quòd enim Ecclesiasticus puniat, est text. *in c. contra idolorum, 26.q.5.* quòd autem secularis, habetur toto titu. *C. de malefi. & in c. Episcopi, ea. 26.q.5.* & hoc tenet Abb. *in d.ca. cum sit generale. nu.26. & Maria. nu.24. in fi. & Barb. nu.235.*

Sodomia. 11 ¶ Sodomiæ † crimen dicitur etiam mixtum, secũdum aliquos, quòd secularis possit hoc crimen punire, est tex. *in l. cum vir nubit. C. de adul. & in auth. vt non luxur. contra nat. de Ecclesiastico est text. in c. clerici, vbi Maria. primo not. d excess. præla. & idem Maria in d.c. cum sit generale. nu.25. de foro comp.* Imò poterant etiam infideles tale crimen committentes punire, *vt tenet Inno. in c. super his, de voto, & videtur text. in c. in archiepiscopatu, de rap. vbi etiam Abb. not. & tradit etiam Barba. in d.c. cum sit generale, nu.237. de foro compe. & Fely. num.42. qui allegat Petr. de Anchar. consil. 268. & Cald. consilio 3. de foro competen.*

12 Cyn. *in l. † præsenti. C. de ijs, qui ad eccle. confu.* tenuit, quòd si laicus committat delictum, etiam quòd non sit merè Ecclesiasticum in Ecclesia, quòd etiam Ecclesiasticus punire poterit. sed eius dictum cõmuniter reprobatur, vt per Bart. *in l. si cui. § fi. de accu. & Abb in d.c. cum sit generale. de foro comp. nu.27. & ibi Maria. nu.25. & Barba. nu.235. in fi. & seq. & dixi suprà, c.17. num.31.*

Blasphemia. 13 ¶ Blasphemia † quoque potest per vtrunque puniri, *vt per omnes in c 2. de maledi. & tradit Calder. consi.2. sub titu. de Iudæ. & Fely. in d.c. cum sit generale, de foro comp. num.40. & dixi suprà c.10. in 12. limitat.*

Pacis fractio. 14 ¶ Crimen fractæ pacis † videtur etiam mixtum, si credimus omnibus, post Panor. *in d.c. cum sit generale. vbi Maria. nu.25. ver. item potes addere, & Fely. ibi, nu.43.*

15 ¶ Notandum † tamen vnum, quòd in his criminib. licet Ecclesiasticus possit iudicare laicum, vt dictum est, non tamen potest illum in carcerem conijcere, neq; punire pœna perpetui carceris, ita Oldra. *consil. 86. quæritur, quem tacito authore pro more, refert Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in rubrica de offi. ordi. sequitur etiam Pet. de Ancha. in cap. ea quæ, de regu. iur. q.2. in 6. in 48. colum. & idem Petr. & Imola in c. cum Episcopus, de offi. ordi. in 6. & Roma. singu. 711. incip. Tu scis, quòd de iure ciuili,* licet contrarium tenuerit Gemin. *in d.c. cum Episcopus. & Io. de Ana. in c.2. de adult. & in alijs locis enumeratis per Felyn. in dict. cap. cum sit generale. num.43. ver. & adde quod Ecclesiasticus, de foro compet. qui etiam sequitur hanc vlti. opinio. & hanc pariter sequitur Maria. in d. cap. cum sit generale. in fi. ver. vtrum autem Ecclesia. sed dictum Roman. sequitur Aug. de Arim. in addi. ad Ang. de mal. in ver. quod fama publica. num.88. & Carrer. in sua practica crim. in §. circa. num.53.* & hanc pluribus comprobat Doct. Palat. Ruui. *in repe. cap. per vestras. de don. inter virum & vxor. in 2. not. ver. sed est pulchra dubitatio. nu.18. & est mihi car.81. in princ. secundæ col.* vbi etiam respondet omnibus contrarijs, & concludit & bene, quòd vbicunq; Ecclesiasticus potest laicos condemnare, non tamen poterit pro exequutione suæ sententiæ auferre bona, neque eos carcerare, sed circa hoc implorabit brachium seculare, & hoc nisi alia in contrarium extaret consuetudo, quòd scilicet Ecclesiasticus posset etiam carceri demandare, *vt ibi per d. Doct. nu.26. in fi. ver. intelligo tamen, & ista est vera & tenenda.*

16 ¶ Sed pulchra † cadit dubitatio, an in istis criminibus

mixti

mixti fori punitus ab Ecclesiastico poterit pro eodem crimine puniri à seculari, & è contra? In qua Fely. *in dict. cap. cùm sit generale. num. 44.* contentus est tantùm remissionibus, licèt dicat sibi placere distinctionem Abb. *in cap. tuæ, de procura. num. 5. ver. vnde in proposito caderet alia quæstio, quæ fuit distinctio Ioan. Andr. in cap. felicis. §. per hoc quoque, de pœnis, in 6.* quòd aut pœnæ vnius fori sunt multum diuersæ à pœnis alterius, & tunc vna non tollit aliam; aut sunt omnino diuersæ, sed vna respicit interesse priuatum offensi, alia verò vindictam, & tunc vna non tollit aliam; aut verò ambo ad vindictam vel ad priuatum interesse, & tunc tollit. Sic etiam remissiuè loquitur Fely. *in capitu. de his, num. 10. de accusat.* sed idem Ioan. Andr. *in ca. 1. in glo. fin. de offic. ordin.* tenuit indistinctè, quòd si punitus sit ab Ecclesiastico, non poterit puniri à laico, quia Eccle sia tenetur defendere pœnitentes, *capitu. aliud. 11. quæstio. 1.* & idem videntur ibi tenere Hostien. Bald. & Sicul. contrarium tenuerunt Iac. de Are. Guliel. & Iac. Butr. & Bal. *in leg. placet, per illum text. C. de sacrosanct. eccle.* & idem Bald. *consi. 260. facta est per Episcopum inquisitio, in tertio volu. & latè Petr. de Ancha. qui illud consil. refert in cap. ea quæ, de reg. iur. in 6. in 9 quæ est sub num. 16.* & hanc dicit communem Alcia. *in d. capit. 1. de offi. ordi.* quam etiam pluribus comprobat, & pariter Bapt. de sancto Seuer. *in repet. leg. cunctos populos. C. de summa Trinita num. 33.* vbi per 4. col. disputat hanc quæst. & tandem distinguit 5. casus, vt per eum. Mihi verior videtur communis opin. quòd scilicet possit & alter iudex punire ex rationibus pro hac parte adductis per supradictos in locis præallegatis, quam puto veram, etiam si pares in omnibus essent pœnę, videlicet & fori secularis, & Ecclesiastici, vt tenet Bald. & eum sequuntur cæteri *in l. placet. C. de sacrosan. eccles. & Anch. in dict. regula, ea quæ.* quia cum sint fori separati, vnus non potest alteri præiudicare, licet contra hoc videantur cõmuniter omnes tenere, vt per Caccialup. *in d. l. cunctos populos. nu. 36. in fin. ver. quintus casus.* & Alcia. *in d. c. 1. de offi. ordi. num. 85.* qui etiam videtur tenere hanc meam opin. cum dicat, quòd in puncto iuris videtur verior, prout & ego veriorem puto, intelligendo tamen quando fori isti essent æquales, neq; se excederent secundum casus, de quibus infrà dicam in secunda declaratione, cum declarationibus tamen infrascriptis.

Prima, quòd attendenda sit persona, quæ punitur, vt scilicet si sit laica, & punita sit per laicum, quòd non possit puniri per Ecclesiasticum, quia persona erat principaliter suppositа seculari, non Ecclesiastico, & sic è contra, & hoc videtur sentire Bal. *in d. consi. 260. in fi.*

Secunda, quòd si delictum magis principaliter esset vnius fori, & per illum principaliter puniretur, quòd tũc si iudex fori principalis puniet, & competenter non poterit postea ab alio puniri, præsertim si satisfecerit primę condemnationi. exemplum in sacrilego, nam cum ius ciuile principaliter puniat hoc crimen, si secularis pœna ciuili punierit, & sic non fuit negligens, non poterit Ecclesiasticus punire, vt probatur arguẽdo à contrario sensu *in cap. cum sit generale. de foro competen.* & probatur etiam per doct. Bald. *in l. exequutorem. in 8. q. C. de exequ. rei iudicatæ,* vbi voluit, quòd absolutus in loco delicti vel condemnatus, non possit absolui vel condemnari in loco originis, quia locus delicti principalior est, *& hoc dictum in terminis nostris sequitur Alcia. in dict. cap. 1. de offi. ordin. num. 83. vbi etiam respondet contrarijs.* Sic è contra si crimen sit principaliter Ecclesiasticum vt vsura, si vsurarius fuerit punitus per Ecclesiasticum pœna canonica, non poterit puniri per secularem nisi in eo, quo pœna ciuilis excederet pœnam canonicam, *vt tenet Gemin. in c. 1. de vsur. in 6.* & isto casu saluabitur opinio Ioan. Andr. *in dict. cap. felicis. de pœnis. & hoc etiam sequi videntur Cyn. & Bald. in l. secunda. Cod. de spor. & in l. fin. de iurisd. omn. iudi. & hanc partem tenet, & dicit tutiorem Caccialu. in dict. leg. cunctos populos. num. 35. in fin. ver. quartus casus. & Alciat. in dict. capitu. primo, de offic. ordin. numero 84.*

Tertia declaratio est, quòd si ille superior, qui vtranque iurisdictionem habebat in illo territorio, vbi commissum fuit delictum, delegat causam illam Ecclesiastico, quia intelligitur delegare omnem potestatem, quam habebat, & sic etiam secularem, & ideo cum eo dispensare debet quoad pœnam sanguinis, ideo si à tali delegato Ecclesiastico fuerit absolutus vel condemnatus, non poterit iterum puniri à seculari. Hoc in terminis tenuit consulendo Areti. *consi. 58. diligenter. in secundo dub. quod est sub num. 7.* vbi consuluit, quòd si Papa habens in terris sibi subiectis iurisdictionem temporalẽ, & sic merum imperium, & gladij potestatem deleget cognitionem alicuius criminis, pro quo de iure ciuili ingerenda erat pœna sanguinis, & eam delegat alicui Ecclesiastico, qui regulariter non poterat talem pœnam imponere, *cap. 1 ne cler. vel monach.* quòd tamen sic delegando videtur dispensare cum eo, vt possit talem pœnam imponere: & ideo si inquisitus sit ab eo absolutus, nõ poterit amplius secularis, iudex procedere; quia iste delegatus censetur processisse tanquã secularis, nõ tanquã Ecclesiasticus, vel ex vtraq; potestate, & quanquam Alcia. *in d. c. 1. de offi. ordin. nu. 86.* dicat, quòd putat opinionem hanc Areti. non esse veram, quia est contra communem opinio. de qua suprà, quòd scilicet Ecclesiasticus non potest præiudicare seculari: tamen ego in terminis suis puto eam verissimam, quia communis opinio procedit, quando iudex Ecclesiasticus iudicauit vt Ecclesiasticus, non vti secularis; sed in casu Aretin. delegatus à Papa, qui habebat iurisdictionem etiam temporalem, & merum imperium in loco illo, in quo Hebræi commiserant illud delictum, non processerat vti Ecclesiasticus tãtum, sed etiam vti secularis, quia Papa delegando videtur tradidisse omnem potestatem, quam habebat in illo loco respectu d. delicti, & ad se omnem potestatem aduocasse, quam & Ecclesiastici, & seculares Iudices habebant super eo, & illam totam transtulisse in delegatum, *vt not. in l. & si prætor. de officio eius, & in l. more. de iurisd. om. iud. & in cap. cæterum, de iudi.* ergo cum dicatur iudicasse vti secularis, non potest etiam à seculari iterum iudicari, & sic dicta per Alciat. contra hæc nil faciunt contra consil. Aretin. cuius dictum comprobatur ex prædictis, & ex eo, quod dictum fuit suprà, quòd iudex delicti, & domicilij impediunt se, quando sunt sub eodem Principe.

17 ¶ Assasinatus † crimen videtur etiam esse mixti fori, *c. 1. vbi no. omnes. de homicid. in 6.* Assasinatus.

18 ¶ Aduertendum quoque, † quòd aliquando possunt Ecclesiasticus, & laicus concurrere, vt ambo iudicent, vt quando in confinio territoriorũ factum esset delictum, & non posset cognosci, cuius territorio ille locus fuisset vicinior, *vt dixi de alijs iudicibus supra cap. 17. num. 14. & pluribus seq.* Sed pulchra est dubitatio, ad quem interponetur appellatio, cùm duo iudices iudicauerint, alter laicus, alter Ecclesiasticus. communiter videtur concludi, quòd Ecclesiasticus adibitur tanquam dignior, iuxta Bart. *in l. 1. in fin. prin. de appella. & Bald. in l. præcipimus. in fi. C. de appella.* Sed Pet. de Anch. *in cap. ea quæ, de regu. iur. in 6. num. 8. in prima quæst.* tenet, quòd si vterque potest adiri, ad vtrunque sit prouocandum, vel quòd alter alteri deleget, & ibi etiam declarat, cuius leges erunt seruandæ, an ciuiles, an canonicæ, vide ibi, vbi etiam ponit plures casus, in quibus duo iudices diuersæ iurisdictionis mixtim possunt iudicare, *& hæc adde ijs quæ suprà dixi dict. capitu. 17. num. 14. & sequen.*

19 ¶ Contra Iudæos † etiam offendentes vel iniuriam facientes religioni Christianæ potest & secularis, & Ecclesiasticus procedere, vt per plura concludit Pet. de Anch. *in c. ea quæ, de reg. iur. in 6. in 6. quæst. quæ est sub num. 12. cir. med. & idem consi. 15.*

20 ¶ Contra † derobantes Ecclesias etiam vterque procedit, *vt est tex. vbi not. omnes, in sæpe dicto c. cum sit generale. de foro compet.*

21 ¶ Item si † clericus falsum deposuerit coram seculari

in ciuili vel criminali punitur, *vt in authen. presbyteri. la seconda. C. de episcop. & cler.* quanquam possit dici, quòd licet lex illa sit ciuilis, attamẽ quia pœnę ibi positæ, vt suspensionis, amotionis, & detrusionis in monasterium sunt potius canonicę, quàm ciuiles, ideo videretur, quòd potius hoc ad Ecclesiasticum spectaret.

22 ¶ Item offendens † clericos vel Ecclesias, & ministros sacros, possunt per vtrunq; iudicem puniri, *iuxta nota. in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cler.*

23 ¶ Item si quis † priuilegia Ecclesiæ violauerit, quia vtroque foro punitur, Ecclesiastico excommunicatione, per laicum pœna quinque librarum auri & banni, si perseuerauerit in excõmunicatione, *l. si Ecclesiæ. cum auth. seq. C. de episc. & cler.*

24 Et his † casibus si coram Ecclesiastico inchoatum erit iudicium, obseruabit iura canonica, pariter & si coram laico, laicus seruabit leges ciuiles, *ex his, quæ tradit Ancha. in c. ea quæ, de reg. iur. in 6. num. 28. in pen. colum. versi. 26. & vltimo.*

25 ¶ Si laica † fornicata sit cum sacerdote, Ecclesiasticus puniet eam, non laicus, *Ang. de mal. in ver. che hai adulterato, nume. 41. mihi.* & quòd si aliqua commisit fornicationem cum sacerdote, iudex Ecclesiasticus possit vtramque iudicare, *Hip sing. 180.*

26 ¶ Si † iudex laicus procedit contra accusatum vel inquisitum, quòd duas habeat vxores, si negat inquisitus eas esse vxores suas, an super matrimonio earum poterit testes recipere, quòd sic, licèt aliqui contra, Ang. de mal. in ver. che hai adulterato. num. mihi 59.

## CAP. XXVII.

## *Consuetudo dat iurisdictionem & Præscriptionem.*

### SVMMARIVM.

1 *Consuetudo tribuit iurisdictionem & voluntariam, & contentiosam.*
2 *Et non modo personæ publicæ, sed etiam priuatæ personæ. num. 2. & qualiter ista procedunt.*
3 *Consuetudo an tribuat merum & mixtum imperium.*
4 *Consuetudo per quos actus inducatur.*
5 *Consuetudo an extẽdatur de persona ad personã, de re ad rem, de loco ad locum, & de tempore ad tempus.*
6 *Consuetudo, vel priuilegium tribuentia iurisdictionem, priuatiuè intelligitur, quo ad alios magistratus, non cumulatiuè.*
*Consuetudo dat iurisdictionẽ carcerandi, item ordinariã masculis & fœminis.*
*Consuetudo est origo omnium iurisdictionum.*

1 COnsuetudo tribuit non modo iurisdictionem voluntariam, *l. 1. C. de emanc. lib.* sed & contentiosam, siue necessariam, *l. viros. C. de diuer. offi. lib. 11.* Nam consuetudo potest inducere, quòd iudex extra territorium suum possit cognoscere, vt videtur probare tex. *in l. 3. §. fi. ff. de testi.* quem ad hoc dicit valde not. Bald. *in cap. 1. de testi. cogen.* quem etiam sequitur Ias. *in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. in 12. limita. est sub num. 18. & addit text. in cap. vt litigantes, in fin. de offic. ordin. in 6. & Iasonem sequitur simpliciter referendo Hip. de Marsi. in d. l. fin. num. 23.* sic & licet non possit quis esse iudex in causis propinquorum, *l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud.* attamen poterit, si consuetudo talis sit, *vt est text. iuncta glo. in ver. punire, in fin. de pœnis. in 6. & glos. in c. cum contingat. de foro compet. tradit Ias. post Alex. in d. l. qui iurisdictioni. num. 9. in fi. in 10. limit. & comprobantur prædicta omnia per cap. cum irrefragabili. in §. excessus. de offic. ordi. & in c. auditis. & cap. cum olim. de præscri. & in c. ad hæc. & in c. accedentibus. de excess. præla. & c. dilecti. de arbi. & c. conquestus. 3. q. 8.*

2 ¶ Et præmissa vera sunt secundum omnes, † quòd tribuit iurisdictionem non modò personæ publicæ, id est, habenti iurisdictionem in alijs, sed etiam priuato, *vt voluit gl. in d. l. iubemus. C. de eman. lib. & Ioan. Andr. per illum text. quem dicit optime probare in c. cum contingat. de iure patro.* & gl. etiam *in l. 1. C. de tuto. & cura.* tenuit, quòd consuetudo potest dare priuato facultatem dandi tutores, *quam glo. summè commendat ibi Nicol. de Neap. idem tenuit Roma. in l. in summa. §. denique, de aqua plu. ar. qui etiam addit gl. in l. latronem. C. quib. ad liber. procla. non li. & idem tenuit etiam Archidiac. in cap. conquestus. 9. q. 3.* & istam esse communem attestatur And. Sicul. *in d. c. cum contingat. num. 56. in fin. de foro competen.* licèt dicat, quòd text. in d. c. cum contingat. qui solus ad hoc adducitur, non probat, & cætera iura, quæ adducuntur, non loquuntur in priuato, sed in alias habente iurisdictionem, & hoc quidem verum est discurrendo singularia iura supra adducta: sed communis conclusio verissima est, nam imò & fœminæ ex consuetudine possunt acquirere iurisdictionem, *vt ibi per Siculum, vt est text. in l. cum prætor. §. fi. arguendo à contrario sensu, de iudi.* nam si moribus inductum est, quòd fœminæ non possint iudicare & habere iurisdictionem, *d. §. fi.* ergo & contraria consuetudine induci poterit, quòd possint iudicare, & iurisdictionẽ exercere, cùm sicut lex legẽ abrogat, ita & consuetudo, *vt not. in l. de quibus. ff. de legib. & in l. 1. C. quæ sit longa consuet.* & ita in simili arguit per illum tex. *Bald. in l. moribus. ff. de vulg. & pup. & Ang. per illum tex. in l. more. ff. de acqui. hæred.* Verum est, quod Panorm. *in cap. dilecti. de arbit. num. 3. & sequen.* restringere videtur hanc conclusionem de fœmina, quòd scilicet procedat in fœmina habente dignitatem, secus in priuata, quia text. ille loquitur de ea, quæ dignitatem habebat, quod etiam videtur sentire glo. *in ca. noua. de pœnit. & remiss. in gl. fi.* vbi loquitur pariter de nobili tantum muliere, sed Deci. *in l. fœminæ. de reg. iur.* tenet indistinctè, quòd fœmina etiam priuata possit consuetudine acquirere iurisdictionem, *& probatur etiam in c. tria. 3. q. 7. in prin. & in cap. mulierem. in fin. 33. q. 4. & ita tenendum.* Et quòd priuatus possit acquirere etiam ea quæ sunt curiæ. Barba. *in d. c. cum contingat. num. 69. & seq.* vbi tamen contrarium tenet Maria. *num. 17.*

3 Verum, quia dictum est de iurisdictione, † potest etiam probabiliter dubitari, an prædicta vera sint quo ad iurisdictionem tantùm, an etiam quo ad merum & mixtum Imperium. Hostien. enim *in c. literas. de restitu. spol.* dicebat, quòd licèt consuetudo tribuat iurisdictionem, attamen id non procedit in arduis causis, sed merum Imperium est de arduis, *vt not. omnes in l. 1. de officio eius, & in l. Imperium. de iurisd. omn. iud.* ergo. sed in contrarium stat veritas, quòd imo & cognitio causarum, quæ arduæ sunt, & meri etiam Imperij, possunt consuetudine acquiri, *vt videtur probari in cap. auditis. & in cap. cum olim. de præscript. & in cap. dilectus. de officio ordin. & in c. accedentibus, de priuileg.* quæ iura ad hoc adducit Sicul. *in d. ca. cum contingat. de foro competen. num. 16.* & tamen mihi non probant. sed hanc conclusionem comprobat Petr. de Ancha. *in cap. cum venerabilis. de consuet.* vbi dicit se in facto habuisse, quòd quidam rector villæ, vinculis & cippis plures detinuerat, & dum de priuato carcere accusaretur, se excusauit consuetudine inueterata hæc faciendi, quòd scilicet præcessores sui ea potestate per longum tempus vsi fuerant. & probatur etiam clarè, quia priuilegium & consuetudo, *vt in dict. ca. cum contingat. de foro competen.* sed priuilegio nulli dubium, quòd datur merum imperium, *leg. 1. de officio eius.* ergo & consuetudine, & hoc argumento vtitur Barba. *in dict. cap. cum contingat. numero 64. & sequen.* & refert Ioan. Andr. *in dict. c. cum contingat.* quòd Fran. Accur. disputauit hanc quæstionem, sed illam non determinauit. Iaco. tamen de Aretio, *vt refert Cyn. in l. 1. num. 1. C. de emanc. liber.* tenebat, quòd merum Imperium non posset consuetudine aut præscriptione acquiri, contra quem tenet ibi Cyn. post Petr. & ibi idem etiam tenet Alberic. & idem *in l. fina. ff. de iurisd. omn. iudic.* vbi aliqua etiam adducit pro hac parte, & hoc etiam tenuit Archid. & Ioan. Andr. *in c. cum Episcopus. de officio ordina. in 6.* Quinimo concludunt omnes *in dict. cap. cum contingat.* quòd prælatus inferior potest præscribere

bere contra Episcopum merum Imperium, modo reseruetur ius superioritatis Episcopo, vt ibi per Sicul. *numero 77.* Et quòd merum possit consuetudine, & præscriptione acquiri, tenet Ancha. *consi. 142. clarior, & breuior. & Bar. consi. 189. quæritur vtrum iurisdictio. numero 5. in fin.* & Marian. *in dict. cap. cum contingat. numero 14. versi. sit ergo conclusio.* vbi respondet contrarijs, vbi etiam numero 15. latè disputat, an quæ reseruata sunt Principi, possint præscribi, & idem ibi numero 16. an excommunicandi ius præscribi possit.

4 ¶ Per quos † autem actus inducatur consuetudo, & præscriptio, vide Maria. *in d. c. cum contingat. num. 10. de foro competen. & est car. 99.*

5 ¶ Item an † consuetudo talis, & præscriptio extendatur de persona ad personam, de loco ad locum, de re ad rem, de causa ad causam, de tempore ad tempus, de specie ad speciem, vide ibi eundem Marian. *nume. 28. & plur. seq. vbi latè.*

6 ¶ Notandum etiam, † quòd vbi consuetudo vel priuilegium tribuit iurisdictionem alicui, intelligitur priuatiuè ad alios Magistratus, non cumulatiuè. quod tamen, quomodo procedat, vide Barb. *in d. c. cum contingat. num. 21. & in c. studuisti. de offi. lega.*

¶ Consuetudo tribuit iurisdictionẽ carcerandi, Bald. *consi. 40. & 41. in primo.* sed nota, quòd non valet consuetudo, quòd non fiant remissiones, *Boer. decis. 29.*

¶ Iurisdictio ordinaria potest dari per consuetudinem, & masculis, & fœminis, *Ias. in l. more. num. 43. de iurisd. omni. iud.*

¶ Et quòd consuetudo tribuat iurisdictionem, Paris. *consi. 25. num. 56. in primo.*

¶ Consuetudo est fons & origo omnium iurisdictionum. *Crau. consi. 238. num. 7.*

## CAP. XXVIII.

## *Exemptio liberat à iurisdictione.*

### SVMMARIVM.

*1 Exempto in loco exercere iurisdictionẽ, vel iuxta territorium suum, idem sunt. fallit, nu. 2.*

*3 Abbas exemptus, si delinquat in locis non exemptis, vel in personas non exemptas in locis exemptis, quis cognoscat.*

1 PAria enim † sunt, quòd quis extra locũ iurisdictionis, & territorij sui exerceat, vel in loco exempto, *c. cum Episcopus. vbi gl. & alij, de offi. ordi. in 6. & tradit Ias. in l. vlt. ff. de iur. om. iud. nu. 5. vbi Deci. nu. 2. & Hip. num. 6.*

2 Aduerte tamen, † quòd hoc fallit, quãdo persona delinquens in loco exẽpto esset immediatè subiecta illi iudici, qui vellet procedere, & locus etiam esset intra confines sui territorij vel diœcesis suæ, quia licèt esset exemptus, tamen posset adhuc contra personam sibi suppositam delinquentem in loco exempto procedere, *vt in specie consuluit Federic. de Sen. consi 2 statuto Episcopi.* & licèt Domin. *in c. 2. de constitu. in 6 post Ioan. Andr.* ibi tenere videatur contra Feder. tamen verior videtur Feder. opi. vt etiam ipsam sequi videtur Fely. *in cap. graue. colum. 2. de offi. ordi. & Pet. de Ancha. in cap. à nobis. de sententia excommunica.* & idemmet Gemin. *in cap. 1. §. fin. de sta. reg. in 6.* tenuit contrarium dicens, quòd Episcopus, qui constitutionem edidit contra euntes ad monasteria, poterit punire euntem ad monasterium exemptum, & ita dicit ibi tenuisse Lapum. Et isti non faciunt differentiam inter subditum, vel non, & istos sequitur etiam in eisdem terminis consulendo Iason, *consi. 82. in casu præsenti, in secundo dub. 1. volu. & vide etiam quæ suprà dixi, c. 27. nu. 28.*

Nota tamen, † quòd si Abbas exemptus delinquit in suis membris nõ exemptis, punietur per Episcopum: sed si delinquat in personas nõ exemptas, sed in locis exemptis, tunc Episcopus non cognoscet, & sic videtur plus posse locus exemptus quàm persona exempta, *Innocen. in cap. ex ore. de priuileg. per l. 3. de offi. præsid. & l. omnium. & l. non autem. ff. de iudi.* Abbates exempti, an subsint Episcopis vel Archidiacono ratione populi, quem habent, Inno. *in c. fi. de offi. Archid. nu. 5. ver. item dicunt quidam.*

## CAP. XXIX.

## *Extra Territorium suum iudicare non potest.*

### SVMMARIVM.

*1 Extra territorium suum quis iudicare non potest.*

*2 Bannitum posse offendi ex statuto, an habeat locum extra territorium, & qualiter procedat.*

*3 Statutum, quòd quis puniatur si delinquat extra territoriũ, non valet.*

*4 Citationis prorogatio per statutũ extra territorium fieri nequit. limita decem modis, vsq; ad num. 14.*

*15 Iudex banniens de suo territorio, etiã bannitus dicetur de nouo, acquisito territorio.*

*16 Statuto cauetur, quòd quis pro tertio furto suspẽdatur: si quis duo extra territorium, vnum intra fecerit, an sit furca suspendendus, quòd non.*

*17 Statutum puniens delinquentes, nulla facta mentione de territorio, intelligitur de suo.*

*18 Confiscatio bonorum per iudicem, contra subditum, an extendatur ad bona extra territorium sita, & cuius iudicis fisco applicentur, remissiuè.*

*19 Captus extra territoriũ, an possit puniri, si vi trahatur ad territorium vbi deliquit.*

*20 Delinquens in ecclesia, sita in territorio Patauino, an dicatur deliquisse in ipso territorio.*

*21 Legatus excommunicans in prouincia aliquem, an extra prouinciam absoluere queat.*

1 EXtra territorium non iudicatur, *text. est in l fina.* † *de iurisdict. omn. iud. vbi latè Ias. Deci. & Hippo. cap. vt animarum. in fin. de constit. in 6. c. à nobis. de sententia excommun. cap. nouit. de officio lega.*

2 Ideo statutum permittens bannitum impunè offendi, non poterit extra territorium statuentium offendens puniri, *ita latè ibi Ias. num. 2. & Deci. num. 1. & Hippol. num. 2. in fin.* sed contra videtur tenere Hippol. *in pract. crimin. §. aggredior. num. 21.* nisi dixeris, quod ibi loquitur de statuto, quod comprehendit plures iudices: nam bannitus ab vno, poterit extra territorium illius iudicis occidi, dummodo locus, in quo occiditur, sit subditus statuentibus, vide tamen remissiones hic adductas per Hip. secus tamẽ esset, si statutum daret præmium occidenti bannitum: nam tale statutum comprehendet etiam occidentẽ bannitum extra territorium, *ita Hippol. singulari 124. incip. vidisti anno præterito, vbi allegat Bald. consi. 497. incip. præmittendum est ad euidentiam, quod quædam sunt, quæ requirunt, in 6. volum. quod volumen non est impressum, sed ipse dicit se habere, & idem Hippo. sequutus est consulendo consil. 32. plura sunt, num. 5.* Ratio autem differentiæ inter casum, quando lex occidi impunè permittit, & quando dat præmium, potest colligi ex dictis Hippo. *in locis præallegatis, & in singu. 294. incip. odia.* nam primo casu, quando scilicet permittit bannitum occidi, est odiosum statutum, ideo restringitur: sed quando dat præmium, est fauorabile, ideo extendendũ. cogita tamen, quia dubito de hac decisione, & si vera est, nõ est ex eo, quia sit fauorabile, sed ex eo, quia dare præmium non concernit iurisdictionem, sed bene impunitatem concedere. Item quando dicitur bannitum impunè occidi, intelligitur, si intra confines: sed quando datur præmium, non videntur considerari confines, sed odium ipsius banniti.

3 Adeo quòd † nec valet statutum, quòd quis puniatur, etiam si deliquerit extra territorium, vt per Bart. *in leg. 1.*

*in 8.q.C.de summa Trinit.& Deci.ibi,in d.l.fin.de iurisd.omnium iudic.in princ.*

4 Extende etiam in † prorogatione termini citationis, quia non potest ea fieri extra territorium,*per ea quæ Ias.in l.fi.de iur.omn.iud.nu.19.& Hip.nu.24.*

5 Limita,† vt non habeat locum in iudice duorum territoriorum,quia stans in vno, potest punire delinquentem in alio,*Ias.in d.l.fin.de iur.omn.iud.num.9.& Deci.num.9. Hip.num.11.*

6 Limita † secundo in Magistratu expulso, quia contra expulsores potest procedere stans etiam extra suum territorium, idem contra impedientes, ne ingrediatur,*ibi. Ias.nu.10.& Hip.num.12.*

7 Limita † tertiò in eo, qui promisit sub pœna non offendere,& tamen offendit in alio territorio, quia iudex, cui promisit,poterit punire,*Ias.in dict.l.fin.de iurisdict.omn. iud.num.12.*

8 Limita † quartò,quando iudex requisitus, vt citaret, nollet,& negligens esset,quia poterit postea verus iudex etiam extra territorium citare,*Bartol.in extrauag. ad reprimen.in versi.per edicta.in 4.colum.Ias.in d.l.fi. de iurisd.omn.iud. num.13.& Hip.num.19.*

9 Limita quintò, † quando facta esset prorogatio iurisdict.per partes,*vt per Ias.ibi num.14.& Hippol.num.20.* quod quomodo & quando procedat, vide, quæ dixi suprà latè *hoc libro,c.23.*

10 Limita † sextò in sententia excommunicationis, quæ potest cõtra subditum ferri etiam extra territorium, ex quo afficit animam,non corpus.*ibi.Ias.num.17.& Hipp.nu. 22.*licèt Deci.*ibi,nu.20.*de ea dubitet.

11 Limita † septimò, nisi consuetudo esset, quòd etiam extra territorium posset,*Ias.in d.l.fi.num.18.& Hipp.nu.23. & vide ad hæc,quæ latè dixi suprà c.27.hoc libro.*

12 Limita etiam † octauò,in locis confœderatis, quia in illis poterit punire,*vt per Ias.in d.l.fin.num.21.*& Hipp.*num. 27.*vbi infert,& probat, quòd si quis delinquat in vna ciuitate ex confœderatis, & aufugiat in aliam confœderatam,poterit ibi capi & puniri,*ita ibi.num.30.idem dicit Hip. consi.32.num.8.*

13 Limita † nonò,nisi extaret statutum,quòd de delictis etiam extra territorium commissis possit in loco statuti puniri.*Hip.in l.fi.de iur.omn.iud.nu.142.*

14 Limita † decimò,nisi testis examinatus ad instantiam iudicis Patauini extra territorium suum, falsum deposuisset,quia ipse poterit eum punire de falso, *Bald. in l.neganda.in 6.colum. versicu.quæro, an ex illo arbitrio.C.qui accusa. non possunt.plura addit Hippol. in dict.l.fin. de iurisd. omnium iudic. num.145.*

Quia quod est intra confines territorij ciuitatis, præsumitur esse iurisdictionis illius, qui in ciuitate iurisdictionem habet, & ideo in hoc dicitur habere fundatam intentionem,*Deci.consi 528.nu.2.*

15 Et not.† si iudex banniuit de suo territorio, & postea acquirat nouum territorium, intelligitur bãnitus etiam de hoc nouiter acquisito.*Hip.consi.86.nu.12.*

16 An si extat statutum,† quòd quis pro tertio furto suspendatur,si duo furta commisit extra territoriũ,an poterit pro tertio,in territorio cõmisso puniri furca.quòd non,*Ang.de malefic.ver.& vestem cœlestem.nu.mihi 16.*

17 Nota,† quòd statutum puniens delinquentes, intelligitur de delinquentibus in territorio, vel districtu, nõ extra,licèt de territorio nulla mentio, & dato, quòd in alio statuto fieret mentio de statuto, *ita Bald.in consil.199. Tria reperiuntur statuta.2.volu.*

18 ¶ Sed an confiscatio bonorum facta per iudicem contra sibi subditum, extendat se etiam ad bona sita extra territorium iudicis confiscantis; & si extenditur, an applicentur fisco iudicis confiscãtis, vel iudicis in cuius territorio sita sunt,latius differam infra,dum tractabo pœnam confiscationis, nunc autem sufficiat indicasse locos, vnde decisio colligi possit. Videndus ergo primò Bart.*in l.cunctos populos.num.50.& sequen.vsque in fi.C.de summa Trinit.& fide cathol. & ibi addi. & omnes Scriben. ordinarij, & Repetentes.*Item Paul.*consi.319. primum quæsitum habet duo dubia,primo volum.& Bal.consi.341.super primo puncto,in quarto volum.quod est repetitum consi.39.eod. quarto volum.& Bolog. consi.35.viso igitur puncto.& Anton.de Butr.consi.58. constitutione.num.4.& consi.61.strictè,Aret.consil.10.casus talis est, quidam Titius condemnatus fuit. Alexand. consil.31.viso titulo quæstionis. primo volum.Angel.in tracta.malefic.in ver.& eius bona publicamus.num.5.& sequen.vbi latè,& ibi etiam add. & ibi, cuius fisco applicabuntur dicta bona.* & ideo dixit Abb. *consilio 103.placet mihi.nu.2.*in primo,quòd delinquens in vna diœcesi,potest priuari omnibus beneficijs, quæ habet etiam in alia diœcesi. ratio est, quia titulus beneficij est in personam delinquentis,qui subditus est ratione delicti illi iudici, qui ipsum priuauit, ideo potuit priuari omnibus, quæ insunt ipsi personæ,vbicunque sint;& ibidem nu.3.concludit,quòd ciuitas non recognoscens superiorem, potest publicare bona delinquentis, vbicunque sint, & dixit Bald.*consil.36.factum, quod proponitur, tale est, quidam Ioannes & Simon.secundo volu.in antiquis.* quòd si talis est bannitus, qui æquiparetur deportato, veniunt in confiscatione omnia eius bona vbicunque sita,quia fiscus se non diuidit, sed est vbique. neque etiam deportatio potest diuidi,vt per eum,sed bona applicabuntur cameræ loci, in quo reperiuntur,& si post delictum alibi sint trãsportata, vendicabuntur, vbi reperientur, vt pulchrè tradit ibi Bart.

19 Quidam † captus extra territorium,vi asportatus fuit & conductus in territorium in quo deliquit,an ibi poterit puniri? Bald.*consi.72 quidam subditus D.Comitis Sabaudiæ, in primo,in antiquis.*quod tamen in nouis non potui reperire,tenet quòd non: quia si nõ potuit citare in alio territorio,minus potuit capi, & quia forma remissionis est tradita à iure,ideo debuit peti.

20 ¶ An delinquens † in Ecclesia, sita in territorio Patauino, dicatur deliquisse in ipso territorio, & ibi puniri possit? quòd sic, Hippol.*consi.32 nume.12.vbi allegat Nellum, vide suprà,car.....nu.4.*

21 ¶ Legatus † excommunicans aliquem in prouincia,an possit eum extra prouinciam absoluere.*Imola in cap.nouit. num.10.de officio lega.*

## CAP. XXX.

## *Incidens, Emergens & connexa Familia.*

### SVMMARIVM.

1 *Incidentiæ,& connexitatis ratione potest ciuilis iudex cognoscere de criminali.*
2 *Statuto cauetur, si ciuis originarius occidat forensem, puniatur pœna pecuniaria,si ciuem, corporali,si mulier alienigena nupta ciui occidat,quòd punietur vt originaria.*
3 *Laicus non iudicat clericum,etiam super incidenti.*
4 *Clerici familia,sequitur forum clerici,remiss.*
5 *Clericus accusans laicum coram secul.iud. si à laico accusatur de falso coram eo,iud.secul.an procedi possit.*
6 *Iudex præparatorij,debet esse iudex præparati.*
7 *Testis vacillans,potest torqueri etiam per delegatũ Principis. Et quid si vacillat coram arbitro,à quo punietur.*
8 *Incidentiæ varia & pulchra ponuntur vsq; ad fin.cap.*

1 RAtione † incidentiæ, & connexitatis potest ciuilis iudex cognoscere de criminali, & è cõtra,*l.solemus. §.latrunculator. de iud. Bald.in l sed & loci. §. si dicantur. ff.fin.regun.*

2 ¶ Si statutum dicat, † si ciuis originarius occiderit forensem, puniatur pœna pecuniaria, si ciuem corporali, si mulier alienigena nupta ciui occidet, punietur vt originaria, latè de hoc Marian. *in rubrica, de foro competen. est num.13.*

3 Nota tamen,† quòd laicus non potest iudicare clericum

cum etiam super incidenti, *vt suprà latè hoc eo. libro nono, in 9. ampliat.*

¶ Mixti si sint clerici cũ laicis, iudex Ecclesiasticus iudicet, *hoc eo. lib. in 18. amplia. Hip. consi. 67 nu. 62.*

4 ¶ Familia clerici sequitur forum clerici, *suprà eod. lib. in 19. amplia.* & ibi, Quid in ascendentibus, descendentibus, transuersalibus, vxore, concubina, famulis, rusticis.

5 ¶ Quid si clericus accusat laicum coram seculari, demum procedente processu laicus accusat clericum de falso, vel de calumnia coram Ecclesiastico, an debeat procedi super hac accusatione de falso. & concludit Federicus de Senis *consi. 93. factum quod proponitur.* quòd non, quando scilicet secundo loco accusatus est de calumnia, quia à prima accusatione dependet decisio secundæ, & ideo illa prima est præiudicialis secundæ, quia si absoluetur, iam apparebit accusatorem calumniasse, & è contra, ideo iudex Ecclesiasticus, coram quo producta est secunda accusatio, non poterit inhibere laico, ne procedat, de quo tamen latius dixi supra, hoc eod. *lib. capit. 12. numero 2.*

6 ¶ Iudex præparatorij, † debet esse iudex præparati: ideo si quis petit absolutionem à iuramento coram Episcopo, vt possit dicere contractum simulatum, debebit absolutus dicere simulatum coram eodem Episcopo, Alex. *consi. 58. in fi. 1. volum. vbi additio.*

7 ¶ Testis vacillans potest torqueri etiam per delegatum Principis, *Bald. in cap. 1. in 2. colum. in titu. si inter domin. & vasall. lis oria. & in l. presbyteri. in secundo not. C. de Episcop. & cleric.*

Nota tamen, quòd testis vacillans coram arbitro debet torqueri per iudicem, Ang. *in authent. de testi. §. si verò ignoti. in secundo not.* & minus poterit puniri per eum. sed si haberet iurisdictionem, tũc quilibet potest punire testem falsum coram se deponentem, vide Angel. *de malefi. in ver. falsario. num. mihi 21. & etiam num. 28.* vbi refert Barto. contrarium sibi. Et quòd si est talis iudex, qui habeat potestatem etiam principaliter puniendi de falso, vel imponendi pœnam capitalem, poterit & incidenter punire. Quòd si talem non habet potestatem, debet ad superiorem remittere, vel extraordinariè punire.

8 ¶ Quid si iudex † Perusij, procedit contra principalem homicidam, iudex Florentiæ, contra mandantem, & quia debet vnitè procedi, principalis petit se remitti ad iudicem mandantis, & è contra mandans petit se remitti ad iudicem principalis, quid agendum? *vide Bal. in c. cum M. Ferrar. nu. 29. ver. pone, de constit.*

¶ Iurisdictio super principali extenditur ad connexa, *Hip. consi. 84. num. 18.*

¶ Et ratione connexitatis dignius trahit ad se minus dignum, Hip. *d. consi. 84. nu. 36. 40. & seq.* vbi de clerico, qui est inter plures laicos.

¶ Quid si testis, qui falsum dixit, maior est iudice, corã quo falsum dixit, *Specu. in titu. de testi. §. 1. col. 14. ver. quid si is, qui tulit.*

¶ Qui est iudex principalis, erit etiam incidentis, *Cæpol. consi. 10. num. 10. & seq.*

¶ In incidentibus criminalis iudex potest cognoscere de ciuili, & è contra, *Crauet. consilio quinquagesimooctauo, numero 1. & sequen.*

¶ Si plures delinquunt, dato quòd vnum sit delictum, poterunt tamẽ coram diuersis iudicibus accusari, & puniri, *Crau. consi. 232. num. 1. & 3.*

¶ Iudex criminalis potest condemnare in consequentiam reum ad restitutionem rei, & ad interesse. intellige tamen, si fuerit verè confessus, secus si fictè vel per testes probatum sit crimen, *Ruy. consi. 35. nu. 1. in 5.*

¶ Si est iudex in vno connexorum, erit in alio, *Iaſ. in l. more. de iurisd. omn. iud. num. 56. d.*

¶ Si laica fornicata est cum sacerdote, Ecclesiasticus vtrunq; iudicabit, *Hippo. sing. 180.*

¶ Iudex criminalis potest etiam de causa ciuili descendente ex criminali iudicare. *Crau. consi. 14. num. 1.*

Nota tamen, quòd qui habet iurisdictionem prorogatam, vel is, de cuius iurisdictione dubitatur, non poterit mulctare testes contumaces, neq; aduocatos, *Iaſ. in l. 1. §. is videtur. ff. si quis ius di. non ob. num. 15. a. & b.*

## CAP. XXXI.

## *Continentia Causæ.*

## CAP. XXXII.

## *Exemptio.*

## CAP. XXXIII.

## *Tempus Iurisdictionis.*

### SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionis tempore finito per confessionem rei, prorogatur iurisdictio.*
*Item si iudex communi opinione pro iudice habetur.*

1 LIcet † fuerit finitum tempus iurisdictionis præscriptum, tamen si citatus vel detentus reus confitetur delictum, videtur prorogare iurisdictionẽ de tempore ad tempus, neque poterit opponere exceptionem incompetentiæ, ita Ange. *de ma. in §. comparuerunt, & confitentur, num. 5.* quod verum intelligit, modò principaliter, non secundario confiteatur.

Licèt sit finitum tempus, tamen si ille iudex communi opinione habetur adhuc pro iudice, valebit inquisitio per eum post tempus facta. Bologni. *consil. 8. colum. 4. ver. capio nunc tertium fundamentum.*

## CAP. XXXIIII.

## *Incompetentia Iudicis, quid operetur.*

### SVMMARIVM.

1 *Confessio facta coram iudi. incompetente debet ratificari coram competente, limitatur pluribus modis.*
2 *Incompetens præuenire non potest.*
3 *Incompetentiæ exceptio, nunquam intelligitur sublata.*
4 *Confessio coram incompetenti, an valeat saltem in vim extraiudicialis confessionis.*
5 *Incompetens potest ad instantiam competentis procedere.*
6 *Incompetens pronuncians se competentem, valebunt acta, non appellato à tali pronuncia.*
7 *Incompetens si habitus est communi opin. pro competenti, coram eo gesta valebunt.*
8 *Acta coram incompetente, ratificata coram competente, valebunt.*
9 *Confessio facta coram seculari, an præiudicet clerico coram ecclesiastico.*
10 *Incõpetentiæ exceptio, & defectus iurisdictionis, impedit executionem.*
11 *Confessio coram incompetente ac nullis præcedentibus indicijs in tortura facta, si ratificetur, an valeat.*
12 *Tortus insufficienter à iudice incompetente, an à competente torquendus sit denuo, an computetur prima tortura.*
13 *Iudex si se competentem pronunciet, nec à pronuncia appelletur, non est amplius de iurisdictione differendum. fallit duobus modis, & vide alia quo ad competentiam.*

1 COnfessio † facta coram incompetenti debet ratificari coram competenti, aliàs non præiudicat, sed potest cogi ad ratificandum, Ang *de mal. in ver. comparuerunt, & confitentur. nu. 14. vbi plura etiam in addit. & pulchrè Bologni. consi. 8. col. vlt. ver. accedat insuper. & idem Ang. de mal. in ver. nec non ad denunciationem, numero 22.* vbi an confessio facta coram denunciante probet, & noceat, vbi quòd saltem facit indicium ad torturam. sed ibi Aug.

de Arim. *in addit. post Bald.* tenet, quòd relinquatur arbitrio iudicis; vbi etiam limitat, nisi calore iracundiæ confessus fuisset. Item limitat, vbi confessio emanasset enunciatiuè, & ad alium effectum quàm ad principaliter confitendum, licèt ibi Aug. dubitet de hac limitat. Item limitat tertiò, quando confessio facta esset coram iudice prorsus incompetenti, cuius iurisdictio neque tacitè, neque expresse prorogari potuisset, licet etiam de hac limitatione ibi dubitet, & dicam infra in materia confessionis.

2 ¶ Incompetens † non potest præuenire, *vide supra, c. 20. in 17. limit.*

3 ¶ Incompetentia † iudicis excusat, neque vnquam intelligitur sublata exceptio incompetentiæ, etiam si omnes exceptiones tollantur, Bologni. *consi. 8. col. 1. & 2. ver. sed retenta opin.*

4 ¶ Confessio coram † incompetenti, an valeat saltem in vim extraiudicialis confessionis, *Bologni. consil. 8. colum. 1. in fin. & seq.*

5 ¶ Incompetens † potest ad requisitionem competentis procedere, *Bologni. consi. 8. col. 3. ver. vel & secundò dicamus. & vide suprà hoc lib. c. 23. in materia prorogationis.*

6 ¶ Si iudex incompetens † pronunciat se competentẽ, & à tali pronuncia non appellatur, valebunt acta, *Bologn. consi. 8. col. 3. ver. vel tertiò aliter.*

7 ¶ Si communi opinione † habebatur pro iudice competenti, licèt verè foret incompetens, valebunt gesta coram eo, *Bologni. consil. 8. colum. 4. versi. capio nunc tertium fundamentum.*

8 ¶ Acta coram incompetenti, † si ratificantur coram competenti, valebunt, *Bolog. consi. 8. colum. 5. ver. accedat etiam vt confessio rei.*

9 ¶ Confessio facta † coram seculari, an præiudicet clerico coram Ecclesiastico, Feder. de Sen. *consi. 135. col. 1. in fi.* vbi quòd non.

10 ¶ Exceptio incompetentiæ † iudicis & defectus iurisdictionis impedit exequutionem sententiæ, *ita Hippo. in pract. crim. §. opportune. nu. 28.*

11 ¶ Quid si reus captus à iudice incompetenti torquetur indebitè nullis precedentib. indicijs, & fatetur, postea remissus ad competentem coram eo ratificat d. confessionem sine tortura, an valebit. *Hippo. in pract. crim. §. occurrit. in prin.* proponit hanc quæstionem & dicit esse nouam, sed non bene resoluit.

12 ¶ Item † quid si iudex incompetens torsit, sed insufficienter, an iudex competens de nouo incipiet torquere, vel sequetur iam cœptam? hanc etiam quæstionem proponit Hip. *in d. §. occurrit. num. 3. ver. quo autem ad secundam.* vbi tenet, quòd debebit sequi & computare primã torturam.

13 Nota tamen, † quòd quando iudex pronunciauit se competentem, & non est appellatum, vlterius non est disputãdum de defectu iurisdictionis vel de errore, Bar. *in leg. 2. colum. 2. ff. si quis in vocatus non ier.* quod procedit etiam quando iudex non habet iurisdictionem ipso iure, vt not. Abb. *in c. ex parte decani. in 3. not. de rescript. & in cap. si duobus. colum. penul. de appella. Domi. in c. si à subdelegato. in fi. de officio delega. in 6.* & ideo bene faciet accusator, si quoquo modo pronunciet se competentem, vt tradit Imola *in d. c. si duobus.*

Fallit tamen hoc, nisi extaret statutum, quòd iudex non posset excedere limites suæ iurisdictionis: quia tunc etiam si pronunciet se competentem, nil operabitur, *Anto. de Butr. in c. præterea. col. 5. de dila. sequitur Alexand. consi. 75. visis dubitationibus. colum. prima, in tertio, & cons. 80. viso processu. col. 1. eo. vol.*

Fallit etiam, quando essemus in casu, in quo iurisdictio prorogari nõ posset, quia tunc nil operaretur pronũcia competentiæ, quia eo casu non potest cognoscere, an sit competens. *Ita Angel. in l. 2. colum. 1. vers. 4. fallit. ff. si quis in ius vocatus non ier. & idem in leg. quidam consulebat. de re iudica. & Anton. de Butr. in capitu. si diligenti. colum. 4. de præscr. & in capit. secundo, colum. sexta, de dilatio. sequitur Deci. consi. 18. numero 5.*

¶ Si statutum disponat, quòd iudex non possit excedere limites suæ iurisdictionis, non posset etiam pronunciare se iudicem competentem, quando per hoc excederet terminos suæ iurisdictionis. Ita Anto. de But. *in c. præterea. circa 6. col. de dila. sequitur Alex. cons. 77. num. 3. in tertio.*

¶ Exceptio incompetentię quandocunq; opponi potest, *Deci. consi. 520. num. 12.*

¶ Iurisdictio sua cuique seruanda, *Barba. in cap. nonnulli. num. 2. de rescr.*

¶ Potest opponi exceptio incompetentiæ etiam post tres sententias conformes, *Hip. sing. 10. in prin.*

Nota tamen, quòd iurisdictionis defectus potest supleri per principem de plenitudine potestatis, *ibi. nu. 3.*

¶ Quando est defectus iurisdictionis, ipso iure semper opponi potest, *Cæpol. consi. 11. num. 8.*

¶ Incompetentia operatur, vt etiam confessus nõ possit damnari, *Hippol. singu. 201.*

¶ Iudex non debet se ingerere vltra quàm patiatur forma suæ iurisdictionis, *l. diuus. ff. de falsi.*

¶ Nemo potest puniri à non suo iudice, *Cæpol. consi. 58. num. 21. in fi. & seq.*

¶ Reus non censetur consensisse in iudicem procedentem per inquisitionem, dato quòd dederit ei constitutum, *Cæpol. consi. 58. num. 29. quod est not.*

¶ Incompetens est in reseruatis Principi, *de quibus infrà sub cap. 52.*

¶ Contumax non dicitur, qui ab incompetenti citatus est, *Crau. consi. 103. num. 7.*

¶ Metus nõ inducitur ex præcepto iudicis, cui parere non tenebatur. *Crau. consi. 115. nu. 6. b. & nu. 14. & 15.*

¶ Non valet argumẽtum in materia iurisdictionis, vt qui potest, quod est plus, possit & quod est minus, quando iurisdictiones sunt distinctæ, *Deci. in leg. non debet cui, de reg. iur. num. 5. a.*

¶ Iurisdictionis forma non seruata, nulla sunt omnia, *Paris. consi. 41. num. 22. in 4.* & non est necessaria appellatio. *ibi. num. 26. & 27.*

## CAP. XXXV.

## *Præiudiciales articuli.*

### SVMMARIVM.

1 *Testium accusatio de falso præiudicat principali accusationi. limita duobus modis & num. seqq.*

1 ACcusatio † falsi contra testes examinatos præiudicat principali accusationi siue inquisitioni, etiam si simpliciter accusentur testes de falso: quanquam aliqui voluerint, quòd vt præiudicet, & suspendat, requiratur accusatio etiam principalis producentis, *vt per Ang. & ibi Aug. in addi. in tracta. malefic. in ver. comparuerunt d. inquisiti in termino defensionis, nu. 20.* vbi August. post Bart. quòd in accusatione opus est, quòd accusentur testes, & producens, vel quòd per viam exceptionis procedatur.

2 Limita primo, † nisi accusantur testes, qui non essent necessarij ad probationem accusationis, sed superabundantes, quia tunc non retardaretur causa, ex quo per alios remaneret plena probatio, *vt per Bald. post glo. ibi, in l. 1. C. de quæst. & sequitur Ang. vbi supra.*

3 Limita secundo, † vbi accusatio de falso fuisset producta coram alio iudice separatæ iurisdictionis, & fori, puta coram ecclesiastico, cum principalis causa penderet coram seculari, quia tunc non poterit Ecclesiasticus inhibere seculari. *Ita Bald. pulchrè in leg. prima, in fin. C. quomodo & quando iud. & est sub numero 25. vbi allegat Fede. de Sen. ita consuluisse, & sequitur Aug. in addit. ad Angel. vbi supra.*

CAP.

## CAP. XXXVI.

## *quando Scribendum ad alios Iudices.*

### SVMMARIVM.

1 *Quando ſcribendum ſit ad alios iudices, vt citent in ſuo territorio exiſtentem.*
2 *Iudex incompetens ad requiſitionem competentis facit exequutionem in bonis in ſuo territorio exiſtentibus.*

1 QVando † ſcribendum, vt citet in ſuo territorio exiſtentem, *vide ſupra eo. lib. c. 18. nu. 5.*
2 Iudex † etiam incompetens ad literas competentis facit exequutionem in bonis delinquentis ſitis in ſuo territorio. *Bologni. conſi. 8. colum. 3. ver. vel & 2. dicamus, de quo vide infra ſub rubr. Exequutio ſententiæ.*

## CAP. XXXVII.

## *Communis error tribuit iuriſdictionem.*

### SVMMARIVM.

1 *Incompetentis communi opin. reputati cõpetentis acta valent.*

1 INcompetens † vel qui finiuit iuriſdictionem, ſi communi opinione reputabatur competens, valebunt acta coram eo, *Bologni. conſi. 8. colum. 4. verſi. capio nunc tertium fundamentum.*

## CAP. XXXVIII.

## *Exequutio ſententiæ per quem.*

### SVMMARIVM.

1 *Exequutio ſententiæ fit per iudicem etiam incompetentem, & in perſona, & in bonis ad requiſitionem competentis.*
2 *Iudex vnius territorij tenetur mandare exequutioni ſententiã iudicis alterius territorij per literas requirentis.*
3 *Exequutor merus non cognoſcit de nullitate, ſed cui iuriſdictio ineſt. limita vt nu. 4.*
5 *Clericum remiſſum iudici laico vt ipſum condemnet, iud. laicus denuo cognoſcere debet.*
6 *Exequutio vnius ſententiæ parit exceptionem contra aliam, quamuis per iudices tam delicti, quàm originis condemnari poſſit.*
7 *Iudex quiuis tenetur exequi ſententiam alterius iudicis, niſi fuerit iniqua.*

1 IVdex incompetens ad literas iudicis competentis exequitur ſententiam in perſona & bonis exiſtentis in territorio ſuo, *Bologni. conſi. 8. 3. col.*

¶ Si duo iudices habent æqualem poteſtatem in criminal. ſed alter tantùm habet exequutionem, ille ſolus eriget furcas, ſed alter proteſtabitur hoc fieri ſine præiudicio iuriſdictionis ſuæ, *Oldra. conſi. 6. quæſtio eſt.*

¶ Si reus in prima inſtantia condemnatus fuit corporaliter, quæ ſententia in appellatione fuit confirmata, quis exequetur eam, an iudex primus, vel iudex appellationis. *Ang. in tract. malef. in ver. præſente d. Caio & appellante, nu. 26. vbi etiam Aug. de Arim. in addi.*

2 ¶ Iudex † vnius territorij tenetur mittere exequutioni ſententiam iudicis alterius territorij, mediantibus literis ipſius iudicis, qui tulit ſententiam, modò bona delinquentis ſint ſita in territorio iudicis, cui diriguntur literæ, tradunt omnes *in l. à diuo Pio. §. ſententiam, de re iudic. cum concor.* vt per Hipp. *ſingulari 138. incip. iudex vnius.* vbi tamen dicit hoc locum habere, quãdo iudex, qui tulit ſententiam, pronunciauit ſecundum ius commune: ſecus ſi pronunciaſſet ſecũdum ſtatuta municipalia iudicis, qui tulit ſententiã, quia tunc alter iudex non tenebitur exequi, allegat Bal. *in l. 1. in vlt. verbis. C. de confeſſ. & plura alia.*

Et ibi etiam in fi. dicit Hip. quòd ſi iudex, ad quem diriguntur literæ pro exequutione, videt ſententiam iniquam, aut ſuſpicatur de iniquitate, non debet eam exequi, & poteſt cognoſcere de iniquitate talis ſententiæ.

3 ¶ Merus † exequutor non cognoſcit de nullitate, ſed bene ille, cui iuriſdictio ineſt, nã merus exequutor cuilibet iubenti parere debet, ſed qui ex imperio ſuo exequitur, non dicitur merus exequutor, neque debet exequi, quod nullum eſt, *ita Bal. conſi. 36. factum quod proponitur, tale eſt, quidam Ioanne & Simon, in fin. verbis, in 2. in antiquis.*

4 ¶ Exequutor † non exequetur, ſi contra ſententiã opponatur exceptio defectus iuriſdictionis, quia illa impedit exequutionem, *Hip. in pract. crim. §. oportunè. num. 28.*

5 Nota tamen, † quòd aliquando Eccleſiaſticus remittit clericum laico condemnandum, & tunc laicus non tenetur ſequi proceſſum formatum ab Eccleſiaſtico, ſed debet nouum facere: quandoque Eccleſiaſticus condemnat vt inquiſitor hæreticum, & ſic condemnatum remittit ad ſecularem, vt exequatur ſententiam, nam tunc non poteſt ſecularis cognoſcere de viribus ſententiæ, ſicut etiam in ciuilibus obſeruatur, *ita Saly. in l. ea quidem. C. de accuſa. ſequitur Ang. in tract. malef. in ver nec non ad denunciationem. num. 14. ver. ſed fortius nec etiam. & etiam Aug. de Arim. ibi, num. 19.*

¶ Iudex vnius loci debet mandare exequutioni ſententiã iudicis alterius loci, ſi per literas requiratur. Hip. *conſi. 85. num. 7. & ſeq. conſi. 86.*

6 ¶ Delinquens † poteſt condemnari & per iudicem originis, & delicti, ſed exequutio vnius ſententiæ parit exceptionem contra aliam, *Angel. de mal. ver. commiſit iudex vt citaretur. num. 14.*

¶ Quilibet † iudex tenetur exequi ſententiam alterius iudicis. fallit, niſi viderit eam iniquã, vel niſi primus iudex iudicauerit ſecundum ſtatuta, non ſecundum ius commune. *Hip. ſingu. 138.*

## CAP. XXXIX.

## *Literis, quæ tranſmittuntur per Iudices.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudicis competentis ſententiam exequitur incompetens cõtra perſonam, & bona in ſua iuriſdictione exiſtentia.*

1 AD † literas iudicis competentis incompetẽs exequitur ſententiam contra perſonam vel bona exiſtentia in iuriſdictione ſua, *Bologni. conſi. 8. 3. col.*

## CAP. XL.

## *Interim quis Iudicabit.*

### SVMMARIVM.

1 *Excipiente retento, ſe clericum eſſe, quid interim, dum pendet quæſtio, agendum?*

1 SI † retentus excipit ſe eſſe clericum vel exemptum, quis cognoſcet, & an remitti debeat ad Eccleſiaſticum? dic quòd non, ſed remanebit in carcere ſecularis, qui interim ſuſpẽdet, donec iudex Eccleſiaſticus iudicabit, an ſit clericus vel non, an gaudeat clericali priuilegio, vel nõ, quia ad Eccleſiaſticum pertinet hæc cognitio, *ita Innoc. in cap. vt famæ, de ſententia excommunic. & ſequitur Petr. de Anch. in c. ea. quæ. in 12. q. de reg. iur. & Gemin. in c. 1. §. fin. de cler. coniug. ſequitur etiam Angel. in tracta. de malef. in ver. comparent d. inquiſiti. & in termi. nu. 9. vbi Aug. de Arim. & idem dixit Fulgo. conſi. 123. præſuppoſitis. nu. 2. ver. cognitionem tamen, & Feder. de Sen. conſi. 135. factum tale eſt. colum. 2. verſi. præterea poſito.*

## CAP. XLI.

## *Plures Iudices in genere.*

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Iudicum duorum parem habentium potestatem, alter autem, qui habet in criminalibus tantum exequutionem, furcas eriget.*
2 *Legatus habet iurisdictionem fundatam in tota prouincia, & qualibet eius parte.*
3 *Monachus sufficienter punitus per regulas claustrales non autem canones ab Abbate, supplebitur ab Episcopo per canones.*
4 *Ordinarius habet fundatam intẽtionem suam cognoscendi de criminalibus, sicut in ciuilibus.*
*Et hoc etiam si statutum daret iurisdictionẽ taxatiuè in prima instantia.*
5 *Iudices duo non se habẽtes, vt inferior, & superior, si ambo procedant, & sententias proferant contrarias, quid agendum.*
*Vide per te reliqua pauca ad materiam vsq; ad fin. capitis.*

1 SI duo Iudices † æqualem habent potestatem, sed alter tantum exequutionem in criminalibus, ille solus eriget furcas, qui habet exequutionẽ, sed alter protestabitur hoc fieri sine præiudicio iurisdictionis suę. *Oldrad. consi. 6.*

2 ¶ Legatus habet † fundatam iurisdictionem in tota prouincia, ideo licèt vnus domicilium habens in vna ciuitate illius prouinciæ delinquat in alia, tamen poterit capere eum vbicunque, etiam si sint alij Iudices inferiores ordinarij. *Abb. consi. 24. Rodulphus. num. 2. ver. item si bene ponderetur, in primo.*

3 ¶ Si Abbas puniuit † monachum sufficienter secundum regulas claustrales, sed non secundum canones, poterit Episcopus eum punire etiam secundum canones. *Roma. consi. 375. in proposita quæstione. num. 2. & seq.* vbi, quòd pœna vni foro appropriata, non tollit aliam alterius fori propriam.

4 ¶ Ordinarius † habet fundatam intentionem suã cognoscẽdi de quocunq; crimine commisso sub sua iurisdictione, sicut etiam in quacunq; causa ciuili, *l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. præf. vrb. Petr. de Anchar. consil. 163. de viribus. Deci. consi. 3. col. 2. ver. sed tamen prædictis.*

¶ Quod procedit, etiam si statutum daret potestatem & iurisdictionem alicui iudici in prima instantia etiam taxatiuè: nam intelligitur cumulatiuè, nõ priuatiuè, adeo quod erit in potestate accusatoris adire, quẽ maluerit. ita ibi Deci. *num. mihi 3.*

5 ¶ Si duo iudices † non habentes se vt superior, & inferior cognoscant, & procedant, an valeat vtriusque processus, & quid erit, si sententiæ erunt contrariæ, *Abb. in ca. cum M. Ferrarien. de constit. nu. 34.*

¶ Perusinus commisit homicidium Florentię, accusatus fuit Perusij, & Florentiæ, poterit vtroq; loco contra eum procedi, & etiam condemnari, poterit tamen petere se ad vnum remitti, quod petere potest etiã per procuratorem.

Et quid si cõtra principalem proceditur Perusij, contra mandantem verò Florentiæ, principalis petit se remitti ad Iudicem Florentiæ, mãdans verò petit se remitti ad iudicem Perusij. Vide de his duobus, Bal. *in c. cum M. Ferrarienſis. de constit. nu. 29. ver. pone.*

¶ Si sint tres iudices dati, duo tãtum ex eis nil possunt facere, quod validũ sit in iure, *Hippo. consi. 81. nu. 34. cum seq.*

¶ Quis potest damnari in loco delicti, & originis, sed exequutio vnius sententiæ facta pariet exceptionẽ contra aliam, *Ang. de mal. ver. iudex commisit, vt citaretur, nu. 12.*

¶ Iurisdictio potest competere pluribus, *Tiraq. de nobil. 588.*

## CAP. XLII.

## *Iudex in causa propria.*

SVMMARIVM.

1 *Magistratus iniuriam sibi illatam an & quando vindicare possit tanquam iudex.*
2 *Domini Castellorum, an possint in suâ iurisdictione non delinquentes iudicare.*
3 *Pro iurisdictione offensa, datur actio popularis.*
4 *Consors vnius Castri delinquens ab alio consorte iudicatur.*

1 SI quæris, an † Magistratus, cui iniuria est illata, possit eam tanquam Iudex vindicare. Dic, aut iniuria fuit ei facta tanquam priuato, & ob priuatas inimicitias, & tunc non potest ipse iudicare, sed recurret ad superiorem, sicut alij: aut facta est ei iniuria tanquam magistratui, & tunc poterit cognoscere, *ita pulchrè Oldrad. consil. 7. quædam maledicta.*

2 ¶ An domini † Castellorum possint officiales suos, & aliorum in sua iurisdictione non delinquentes coercere. *Boer. decisio. 9.*

3 ¶ Pro † iurisdictione offensa datur actio popularis, Bal. *in l. si quis id quod. in prin. de iur. om. iud. nu. 12.*

4 ¶ Si † alter ex consortibus vnius Castri delinquit, poterit iudicari ab alio consorte, *Alex. in l. est receptum. num. 2. de iurisd. omn. iud.*

## CAP. XLIII.

## *Vnius iudicij acta, an probent in alio.*

SVMMARIVM.

1 *Confessio clerici coram seculari, coram ecclesiastico nõ probat.*

1 COnfessio † facta coram seculari per clericum, an probet coram Ecclesiastico, quòd nõ, *Feder. de Sen. consi. 135. col. 1. in fi. & vide suprà, c. 11. in fi.*

## CAP. XLIIII.

## *Monachus deliquens.*

SVMMARIVM.

1 *Monachus delinquens punietur ab Abbate, fallit tripliciter.*
2 *Abbates an sint iudi. ordinarij clericorum & monachorum, & an ei, vel episcopo magis, teneantur obedire, remissiuè.*

1 MOnachus † delinquens punitur, & iudicatur primum ab Abbate suo, vbicunq; deliquerit.

Fallit, nisi esset tale crimẽ, propter quod esset deponendus, quia tunc Episcopus solus esset iudex competens.

Fallit etiam, nisi Abbas esset negligens in corrigendo, quia tunc potest Episcopus.

Fallit etiam, nisi Abbas sufficienter non puniuisset secundum canones, sed tantum secundũ regulas claustrales, *vt de omnibus Roma. consuluit cons. 375. in proposita quæstione.*

2 ¶ Abbates, an † sint iudices ordinarij clericorum, & monachorum sibi subditorũ: Et an ei magis quàm Episcopo teneantur obedire monachi, & multa alia, *Innoc. in c. quanto. de offic. ordin.*

## CAP. XLV.

## *Maioribus Magistratibus multa conceduntur, quæ non minoribus.*

SVMMARIVM.

1 *Magistratus maiores, leges transgredi possunt, secus minores.*

1 LIcet † propter enormitatẽ delicti liceat leges transgredi, hoc verum in magistratibus maioribus, secus in minoribus, vt in Potestatibus terrarum, qui iurant seruare statuta, *ita Bald. in authen. hodie. C. de iudi. & in authen. sed nouo iure. secunda colum. C. de seru. fugit. quod dictum sequitur, & dicit not. Ias. in §. ex maleficijs. Instit. de acti. num. 14. & sequen. & Hippo. de Marsi. in practica sua crimin. §. diligenter, numero 176.*

CAP.

## CAP. XLVI.

## *Romanorum Iudices criminales, & antiquorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudices criminales Romanorum, & antiquorum, qui, & qualiter inter eos procedebatur.*
2 *Præfectus vrbi, de falso etiam cognoscebat.*

1 APud Romanos † animaduertendi in facinorosos, ea erat ratio, vt primum ad Triumuiros capitales crimina deferrentur, hi vt ad prætorem delata referrẽt, prætor iudicium concessumq; cogeret, iudicesq; in cõsilium mitteret. Triumuiri capitales rursum decretum consilij exequerentur, quorum Triumuirorum officium apud Græcos, x i. viri exercebãt, quos Nomophylacas vocabant. *Budæus in anno. ad l. vlt. de muner. est mihi car. 110. vbi plures adducit authoritates, quæ videndæ in secundis annot. & etiam car. 124. in primis, in l. vltima, de Senator.*

2 ¶ Præfectus † vrbi cognoscebat etiam de falso, *l. Athaletus, aliàs Aythales. ff. de falsi. l. sacculariÿ, de extraor. crim.* Similiter & cognoscebat si cuius instrumẽta prodita fuissent, *l. sacculariÿ. §. sunt præterea. de var. & extraor. crim.*

## CAP. XLVII.

## *Iudices Maleficiorum moderni, & eorum officium.*

### SVMMARIVM.

1 *Aduocatores Veneti, & eorum potestas, quib. antiquorum iudicibus comparentur.*
2 *Magistratus nostri temporis nullam habẽt iurisdictionem, nisi sibi per statuta concedatur.*
3 *Locum tenens Magistratus, quid agere possit, cùm sit loco legati proconsulis.*

1 SIcut † Tribunorũ potestas apud Romanos maximà in prohibendo: nam vno prohibẽte nihil alij, etiam si plures sint, efficere poterant, *vt Plutarch. tradit in vitis, 143. 60.* ita & Aduocatores apud Venetos.

2 ¶ Magistratus nostri temporis nullam habent iurisdictionem, nisi quatenus illis per statuta cõcedatur, *vt not. Bald. in auth. cassa. col. 1. C. de sacrosan. eccle. cum concor. de quibus per Deci. consi. 8 viso puncto, ver. secundo principaliter. & consi. 38. nu. 5. in fi. & consi. 72. num. 1. ver. non obstat.*

3 ¶ Sicut legatus † proconsulis olim poterat audire causas in criminal. ante aduẽtum sui Proconsulis in prouinciam, sed non condemnare, *l. solent. ff. de offic. Proconsi.* ita & hodie si Magistratus præmittat Vicarium suum vel Locumtenẽtem, poterit iudicare vsq; ad membri abscissionem exclusiuè, *§. aliud quoq;. & §. ad hæc. in authen. de collator.* Legati enim erant Locumtenentes suorum Magistratuum, *l. cognitio. ff. de offi. eius.* poterunt tamen absoluere ipsi legati, *d. l. solet.*

## CAP. XLVIII.

## *Appellationis iudex.*

### SVMMARIVM.

1 *Aduocator communis Venetus citat iudicem, vel magistratum, qui eam tulit, & si velit interesse, expectabit, vt adsit finito officio.*
2 *Imperio concesso, non videtur concessa appellatio à sententia Vicarij positi per ipsummet vasallum.*

1 VEnetijs, quando Aduocator intromittit causam criminalem, debet citare iudicem vel magistratũ, qui eam tulit, & si dixerit se velle adesse, debet expectari, vt finito officio adsit in libris literarũ officij aduo. 1508. 28. Nouemb. & 18. Decemb. & 1509. 2. April. & 1513. 20. Septemb. & 1517. 22. Septemb. 1457. 14. Decemb. in pergamena, in libro literarum 1518. 10. Maij.

2 ¶ Concesso mero † imperio, non intelligitur concessa appellatio à sententia Capitanei, vel Vicarij positi per ipsummet vasallum, *Paris. consi. 8. num. 31. & seq. & 35. in 1.*

## CAP. XLIX.

## *Syndicorum potestas.*

### SVMMARIVM.

1 *Syndici tãtum de pertinentibus ad officium, in eoq; factis tantum cognoscunt.*

1 SYndici possunt cognoscere tantum de his, quæ facta sunt in officio, & pertinentibus ad officium, non de alijs, vt per Bald. *in l. 3. §. ex hoc edicto. per illum tex. ff. nau. caup. stabu. & in l. obseruare. §. proficisci. in 2. quæstio. de offic. Proconsi. cum concord. de quibus per Deci. consi. 8. num. 1. in 2. col.*

## CAP. L.

## *Ab Vno punitus, quando possit ab alio puniri.*

### SVMMARIVM.

1 *Ecclesiasticus iudex in mixtis, quando puniuit, an etiam laicus punire possit, remiss.*

1 VIde latè Caccialupum *in repet. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. nu. 3.* † vbi loquitur, quando Ecclesiasticus in mixtis puniuit, an laicus etiam poterit punire, & *prosequitur per plures col. & dixi supra hoc libro, cap. 26. num. 16. vbi latè.*

## CAP. LI.

## *Magistratus delinquentes, & Iudices à quo puniantur.*

## CAP. LII.

## *Imperatoris & Principum iurisdictiones.*

### SVMMARIVM.

1 *Duces, Comites, & Marchiones, & Communitates quæ nõ recognoscunt superiorem, possunt quæ Imperator, et etiam reseruata.*

1 DVces, Comites, † & Marchiones, & Cõmunitates, quæ non recognoscunt superiorem, possunt omnia, quæ Imperator, etiam illi reseruata, *Deci. consil. 403. num. 6.*

¶ Concessa iurisdictione, non intelligitur cõcessa cognitio de falsa moneta, *Gramma. consi. 6.*

## CAP. LIII.

## *Iurisdictionem habeat oportet.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudex non habens iurisdictionem, vt arbiter, non potest torquere testem vacillantem.*

1 IDeo licèt quilibet † iudex possit torquere testem coram se vacillantem, non tamen arbiter, ideo tunc iudex ordinarius torquebit, Ange. *in authen. de testi. §. quia verò ignoti. in secundo not. & in ver. falsario. num. 21.* vbi quòd bene posset alius, qui haberet iurisdictionem similem, *vt ibi, & etiam num. 28.*

Ideo plus iurisdictionis dicitur habere is cui mandata est iurisdictio, si aliam prius habebat, quam si non habuisset, *Fely. in c. cum te. num. 12. ad secundam manum.*

CAP.

## CAP. LIIII.

## *Statuta, quæ seruanda.*

### SVMMARIVM.

1 *Ciuitas alteri accessoriè accedens, primæ ciuitatis statutis non astringitur.*

1 QVando † vna ciuitas alteri accedit non principaliter, sed accessoriè, non astringitur statutis primæ ciuitatis. *Dec. consi. 486. nu. 9.*

¶ Si extet hic statutum, quòd stetur damnum passi iuramento, an si forensis hic conueniatur ratione delicti, tenebitur stare iuramento, Roma. *singulari 255. vbi additio.*

¶ Statutis ligari, & iurisdictioni subijci, à pari procedunt, *Alex. consi. 13. num. 21. in 7.*

¶ Si vnus existens in vno territorio, tenet feudum sitũ in alieno territorio, cuius consuetudines seruandæ sint, *Tiraq. de retract. 307. 21. & seq.*

## CAP. LV.

## *Priuatiuè, Cumulatiuè, Iurisdictio.*

### SVMMARIVM.

1 *Priuilegium & iurisdictio alicui concessa, an priuatiuè, an cumulatiuè ad superioris iurisdictionem concessa intelligãtur, vbi plures casus.*

1 PRiuilegium † alicui concessum, non intelligitur, priuatiuè ad iurisdictionem superioris, sed cumulatiuè, & erit locus præuentioni, *Deci. consil. 542. nume. 7. ver. vltim.*

¶ Quãdo vnus iudex specialiter à statuto datus est, videtur alios excludere, *Deci. consi. 550. nu. 3.*

¶ Specialiter constitutus ad certum actum, intelligitur constitutus priuatiuè ad officialem generalem: nisi specialiter deputatus esset negligens, *Dec. cons. 664. nu 9.*

¶ Princeps concedens facultatem alicui iudicandi, intelligitur concessisse cumulatiue, non priuatiuè ad personam suam, *Gram. consi. 6. num. 23.*

¶ Quando dicatur iurisdictio data cumulatiuè, vel priuatiuè ad superiorem, *Mantua. apoph. 99.*

¶ Princeps concedendo iurisdictionem, intelligitur cumulatiuè, non priuatiuè quo ad se, *Gramma. voto 28. per totum.*

¶ Cumulatiuè semper, non priuatiuè censetur concessa iurisdictio, *Gramma. consi. 2. post decisio. num. 1. cum pluribus seq. & consi. 6. num. 23.*

## CAP. LVI.

## *Fundatam quis habeat iurisdictionem.*

### SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio qualiter fundetur, cognoscatur, præscribatur, diuidatur, & effectus, & de pœnis falsò asserentium iurisdictionem habere.*

1 PRo turbatione iurisdictionis competit vtile interdictum, Vti possidetis, *Dec. consi. 694. num. 11.*

¶ Quis mittendo banna, & administrando iurisdictionem, & puniendo delinquẽtes, dicitur esse in quasi possessione, & ideo fundatam habet, *ibi. Dec. nu. 2.*

¶ Præscribitur etiam iurisdictio, & quomodo, *Dec. consil. 85. num. 2.*

¶ Iurisdictio cognoscitur ex forma commissionis, *Specul. in tit. de iudi. delega. §. 5. in fi. ver. qualis sit eius iurisdictio.*

¶ Ex pace Constantiæ, quæ fuit facta cum Federico Imperatore, & Henrico eius filio anno 1180. omnes ciuitates Italiæ habuerunt suum præsidem & merum imperium, *Brun. Asten. consi. 47. visis dubijs. in prin.*

¶ Ordinarius habet fundatam iurisdictionem super omnibus locis subiectis, nisi probetur exemptio, *Deci. consi. 152. num. 1.*

¶ Promiscuis actibus iurisdictiones non confundendæ, *l. consulta diualia. C. de testa. c. cum singula. de præben. in 6.*

¶ Furcarum erectio probat iurisdictionem, *Oldrad. in consilijs, colum. 7.*

¶ Iurisdictionem non habent omnes populi, *Tiraq. de nobil. 585.*

¶ Iurisdictioni subijci, & statutis ligari, à pari procedunt, *Alex. consi. 13. num. 21. in 7.*

¶ Iurisdictionem ordinariam habens, nõ cessat superueniente maiore, *Barb. cons. 45. col. 2. num. 5. in 2.*

¶ Romæ nullus tutus, sed omnia crimina ibi puniri possunt. *Salomoni. de lege. 20. B.*

¶ Iurisdictio est fundamentum fundamentorum iudicij. *Hip. singulari 10. num. 3.*

¶ De iurisdictione iudicis ante omnia cõstare debet, *Gram. consi. 1. post decisio. num. 53. & seq.*

Nota tamen, quòd quando periculum est in mora, nullam habens iurisdictionẽ potest punire vsq; ad mortem, *Crau. consi. 319. nu. 12. ver. non obst. prædicta.*

¶ Iudex ignorans fundamentum iurisdictionis suæ, nil rectè potest agere, etiam si verè iudex sit, *Crauet. consil. 134. num. 4.*

¶ Villa & castrum non dicitur iurisdictionem habere, nisi ex consuetudine aut priuilegio, *Crau. cons. 195. 2. & Ias. in l. omnes populi. de iusti. & iur. num. 20.*

¶ Prius de potestate & iurisdictione quærendum, aliàs frustra agimus, Crau. *consi. 196. 4. b. & 5.* vbi, quòd probanda etiam qualitas ipsius.

¶ Qui habet omnimodam iurisdictionem, dicitur habere merum imperium, & fundatam intentionem, *Crau. consi. 209. num. 8. a. & 9.*

¶ Ignorans fundamentum potestatis suæ, vitiat actũ, cum nesciat, qua potestate vtatur, *Caccialup. in l. omnes populi. de iust. & iur. num. 77. d.*

¶ Cõcessa iurisdictione omnimoda vel plenissima, etiam merum concessum videtur, *Paris. consi. 9. nume. 1. 2. 3. & seq. in 1. & num. 12. 13. & 16.*

¶ Decessor habet fundatam intentionem, vt omnia possit, donec aduenerit successor. & licet successor mitteret vicarium suum, tamen ipse in crimina. non posset iudicare nisi vsque ad abscissionem membri excluiuè, & ideo decessor iudicaret. *§. ad hæc sensimus, in auth. de collat. l. meminisse. ff. de offic. proconsl. l. vnica. C. vt omnes iudi. tam ciu. quã crim. l. solent. ff. de offi proconsl.*

¶ Qui potest condemnare, potest & absoluere, sed nõ è contra, qui non potest condemnare, non potest absoluere, quia legatus proconsulis non potest condemnare, sed bene absoluere, *l. solent. ff. de offi. proconsl. not. in l. nemo qui condemnare. ff. de reg. iur.*

¶ Qui non potest condemnare, non potest absoluere. fallit, nisi sit eadem ratio, Dec. *in l. nemo. nu. 4. d. vbi e.* quòd præscripta potestate absoluendi, præscripta erit etiã potestas condemnandi.

¶ Iurisdictio est publici iuris, *Ias. in l. si conuenerit. de iur. omn. iud. num. 16.*

¶ Qui dubiam habet iurisdictionem, non potest multare testes contumaces, neque Aduocatos, *Ias. in l. 1. §. is videtur. num. 15. a. & b. ff. si quis ius di. non ob. & in l. ex quacunq; si quis in ius voc. non ier. num. 57.*

¶ Fundatur iurisdictio etiam ex dictis per partes in libello, *Ias. in l. cum quædam puella. num. 2. de iur. omn. iud. §. quotiens. Alex. in l. ex quacunq; ff. si quis in ius vocat. non ier. num. 16. & sequen.*

¶ Iudex non potest assumere informationem summariam ad fundãdam iurisdictionem suam, *Ias. in l. cum quadam. §. fi. de iurisd. omn. iud. nu. 2. a. & 3.*

¶ Et qui asserit se iurisdictionem habere, cum non habeat, incurrit crimen lęsæ maiestatis & omnia acta nulla, *Paris. consi. 124. nu. 11. & 12. in 4.*

¶ Reus

¶ Reus non dicitur fauorabilior, antequam ſit fundata iuriſdictio iudicis, *Alex. in l.de die, qui ſatisd. cog. num. 3.& ibi etiam Ias.*

¶ Concluſio libelli non eſt neceſſaria in criminali. fallit, niſi ex ea penderet iuriſdictio, *Alex. in l.1.ff. de eden. numero 17.a*

## CAP. LVII.

## *Quindecim miliaria vltra confinia.*

### SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictione aucta, cum omnibus ſuis qualitatibus vltra 15. miliaria bannire,& intra d. miliaria poterit etiam occidi bannitus.*

1 POTEST cadere ſub prorogatione iuriſdictionis.

¶ Aucta † iuriſdictione, cum omnibus qualitatibus ſuis intelligitur aucta: ideo ſi augeatur, vt poſſit vltra 15. miliaria bannire, ſic bannitus poterit etiam intra d. 15. miliaria impunè occidi, *Cæpol. conſ. 8. nu. 5.*

## CAP. LVIII.

## *Finiatur quando iuriſdictio.*

### SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio inquirentis ceſſat, ſuperueniente accuſatione.*

2 *Expiratura iuriſdictione; noctu feratur ſententia, & etiam tempore feriarum.*

1 ACCVSATIO † facit ceſſare inquiſitionem etiam coram alio iudice factam, *Gram. conſ. 28. nu. 11.*

2 Vbi † eſt expiratura iuriſdictio, poteſt etiam nocte ferri ſententia, *Tiraq. de retract. car. 107. nu. 12. in fi.*

¶ Item & tempore feriarum illo caſu valebit ſententia, *Ias. in l. 1. §. vlt. nu. 3.& 4. de fer.& in l. more, nu. 12. eo. tit.*

## CAP. LIX.

## *Mora periculum allatura.*

### SVMMARIVM.

1 *Morâ ſtante periculo, etiam nullam habens iuriſdictionem iudex fert ſententiam etiam capitalem & ad mortem.*

1 MORA † periculum allatura operatur, vt qui etiam nullam habet iuriſdictionem, poſſit condemnare vſque ad mortem, *Crauet. conſil. 319. num. 12. verſ. non obſtat aſſerta.*

## CAP. LX.

## *Confirmata iuriſdictio.*

### SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio confirmata, an dicatur de nouo data.*

1 IVRISDICTIO † confirmata, an dicatur de nouo data, *Alex. in l. more, de iuriſd. omn. iud. nu. 11. in fi.& 12.*

Papa ſi confirmat iuriſdictionem nullam, dicetur delegata non ordinaria, *Crot. in l. omnes populi, de iuſtitia & iur. num. 62. a*

## CAP. LXI.

## *Perpetuata iuriſdictio.*

### SVMMARIVM.

1 *An per citationem validam, vel inualidam perpetuetur iuriſdictio.*

1 AN † per ſolam citationem dicatur perpetuata iuriſdictio, *Alex. in l. more, de iuriſdi. omn. iud. num. 31.* ſed per citationem inualidam non, *Tiraqu. de retract. cart. 177. 4.*

Et vide, perpetuetur quando iuriſdict.

## CAP. LXII.

## *Iudices qui non poſsint eſſe.*

### SVMMARIVM.

1 *Fœmina, niſi hæreditario iure non eſt iuriſdictionis capax, nec infidelis: & Iudæus non potest eſſe Imperator, aut Rex.*

1 FOEMINA † non eſt capax iuriſdict. niſi iure hæreditario competat, *Deci. in l. fœminæ, de reg. iur. num 3. a. & Pariſ. conſil. 4. num. 12. in princip.& conſil. 22 num. 1. cum plurib. ſequen. in princ.*

Infidelis, qui non ſit Chriſtianus, non poteſt habere iuriſdictionem, Ias. in proœ. ff. num. 2. nam Iudæus non poterit eſſe Imperator, aut Rex. ibi.

## CAP. LXIII.

## *Pœnas quas quilibet poſsit imponere.*

### SVMMARIVM.

1 *Procurator Cæſaris non poteſt deportare, neque bannire, cùm ſint de prohibitis iſta.*

1 PROCVRATOR † Cæſaris non poteſt deportare, neque bannire, quia iſta ſunt de genere prohibitorum, *Iaſon in leg. final. ff. de offic. procurato. Cæſar. numero primo.*

## CAP. LXIIII.

## *Maiores & minores Magiſtratus.*

### SVMMARIVM.

1 *Maiores, non minores magiſtratus pœnas augent.*

1 MAIORES † poſſunt in atrocioribus augere pœnas, non ſic minores, *Hipp. ſingul. 244.*

# TRACTATVS CRIMINALIS CLARISSIMI AC CELEBERRIMI IVRISCONSVLTI D. TIBERII DECIANI VTINENSIS Comitis, Equitisque Illustrissimi;

# Liber Quintus.

## CAP. I.

## *De Generibus Delictorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Delictorum diuisio à causa efficiente, à materiali, à formali, ab effectu, ab accidente.*

2 *Delicta sunt à causa efficiente quædam Ecclesiastica, quædam ciuilia, quædam mixta, alia dolo, alia impetu, alia casu, alia puerorum, alia maiorum.*

3 *Delicta à causa materiali, alia facto, alia dicto, alia scripto, alia in Deum, alia in Principem, alia in proximum, alia in seipsum, alia damno, alia iniuria, alia cæde.*

4 *Delicta à causa formali, alia ordinaria, alia extraordinaria, alia publica, aut alia priuata, alia nominata, alia non.*

5 *Delicta ab effectu, alia capitalia, alia non, alia infamant, alia non.*

6 *Delicta ab accidenti, alia manifesta, alia non, alia leuia, alia grauia.*

POSTQVAM Accusator cognouerit Iudicem, coram quo ritè possit accusationem persequi, vel Reus defensiones suas proponere, aut Iudex ipse cognouerit, an ex officio possit in criminali causa, & ea in specie, de qua agitur inquirere, id tunc proximè ab his inuestigandum erit, quæ species sit eius delicti, quod in iudicio illo versabitur, vt ea cognita, quid sibi sit agendum, quæ prę paranda sint arma tum ad offendendum, tum ad defendendum, intelligat. Sicut enim Medici cognoscere primũ debent ægritudinis speciẽ, quam curare intendũt, antequã pharmacum ad morbi medelã aptum adhibeãt, ne oculũ pro aure, pedẽ pro manu curare videãtur: ita oẽs qui iudicia criminalia sunt exequuturi post personarum cognitionem, quę in eo iudicio sunt versaturæ, de quibus prioribus libris dictum est, sequitur vt cognoscant materiam, & rem, nempe delicti speciem, de qua præcipuè in eo iudicio tractandum est, tum vt sciant & iudex, & accusator, & reus, an accusationi propositæ respondeat delictum, de quo arguitur reus, tum vt reus sciat arma parare, quæ speciem illam delicti sibi obiectã oppugnent: tum postremò vt iudex noscat, quibus pœnis sit reus conuictus vel confessus plectendus, vel calumniator puniendus, cùm variæ sint secundum delictorum varias species propositæ pœnæ.

1 ¶ Diuisio autem † delictorum commodè fiet tum à causa efficiente, tum à materiali, tum ab effectu, tum ab accidenti.

2 ¶ A causa efficiente colligimus delictorum species, vt si dicamus:

Alia Ecclesiastica, alia ciuilia, alia mixta, *vt per glo. in c. nos inter, de purg. can. Spe. in tit. de compet. iud. adi. §. 1. ver. secundo, & dixi ſ. lib. 4. c. 10. in 1. & 19. limit. & latius c. 26. eo. lib. 4. vbi de mixtis loquutus sum.*

Item alia dolo seu ex proposito, alia impetu, alia casu, *l. respiciendum, §. delinquunt, de pœnis, c. vnum orarium, §. criminis appellatio, 25. dist.*

Alia puerorum, alia maiorum, *toto tit. extra, de delict. pueror.*

3 ¶ A causa † materiali, vt alia facto, alia dicto, alia scripto, alia patientia, *l. aut facta, in prin. ff. de pœnis.*

Item alia in Deum, alia in Principem vel Remp. alia in proximum, alia in seipsum.

Item alia iniuria, alia damno, alia cæde cõtrahuntur, prout diuidebat Hyppodamus, Eudiphontis Milesius, *vt refert Arist. Politi. 2. c. 6.* ideo impietas in Deum, Flagitiũ in seipsum, Facinus in proximum.

4 ¶ A causa formali, † vt alia ordinaria, alia extraordinaria, *toto tit. de extraord. crim.*

Item alia publica, alia priuata, *toto tit. de priuatis delict. & de public. iud.*

Item alia nominata, alia non, *Bart. in l. nunquam plura, nu. 4. de priua. delict.*

5 ¶ Ab effectu, † vt alia capitalia, alia non capitalia, *l. 2. ff. de pub. iud.*

Item alia infamant, alia non.

6 ¶ Ab accidenti, † vt alia manifesta, alia non.

Item alia leuia, alia grauia, *l. leuia, de accu.*

¶ Sed cùm quęlibet bona diuisio gradatim ad pauciora primum, mox ad singula deducatur, capiemus primo diuisionem factã à causa formali: ac primum dicemus, Delictorum omnium alia ordinaria esse, alia extraordinaria, mox de publicis & priuatis differemus.

## CAP. II.

## *De Ordinarijs & Extraordinarijs Criminibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Crimen ordinarium, & extraordinarium quid?*

2 *Criminum diuersitas apud Romanos, qualiter sit habita, secundum diuersa tempora, & qui quæstiones varias, quasq; ediderint, vide ad saturitatem.*

3 *Quæstiones Perpetuæ, quare ita dictæ.*

4 *Quæstiones ordinarie exerceri, & extraordinariè, quomodo intelligatur, & quæ sint, & quot ordinariæ, & quæ extraordinariæ, & nu. 6. & nu. 7.*

5 *Crimina ordinaria, & extraordinaria, alia ratione post summam in Imperatorem collatam potestatem, quæ sint.*

*Sed istæ differentiæ hodie recesserunt ab aula.*

8 *Iudiciorum ordo hodie non est omnino sublatus, sed ille superstitiosus formularum ordo.*

*Ordinarium iudicium, quid, & quid extraordinarium, & nume. seq.*

10 *Extraordinaria crimina quandoque dicuntur tertia species, differens à publicis & priuatis delictis, vt crimen stellionatus, & expilatæ hæreditatis.*

11 *Bart. reprehenditur dicens omnia delicta priuata esse, exceptis enumeratis in l. 1. ff. de pub. iud.*

Ordinarium

1 ORdinarium in gènere †dicitur, quod iuris ordine regulari, & communi sit certa & perpetua forma adhibita, *l. seruum quoque, §. publicè, ff. de procur. & in l. 1. §. 1. in fi. ff. si ven. no.* Extraordinariũ verò, quod nulla certa lege, neque perpetuo, sed singulari quodam ac temporali iure constitutum est, habita ratione circunstantiarum, vel personarum, vel loci, vel temporis, vel causæ: & ideo Martianus *in leg. nullo modo, ff. de falsi.* ponit hæc tanquam diuersa, Ius ciuile, ius prætorium, & extra ordinem, cùm inquit, Cùm neq; iure ciuili, neq; prætorio, neq; extra ordinem computentur.

2 ¶ Quod autem † ad materiam criminum, quam tractamus, attinet; sciẽdum apud Romanos ex temporum diuersitate vario modo habita fuisse crimina, & ordinaria, & extraordinaria. Regum enim tempore, cùm omnium criminum potestas ad Regem relata esset, *vt dicitur in l. 2. §. quod attinet ad Magistratus.* nullum fuisse discrimen legimus inter ordinariam vel extraordinariam criminum cognitionem: omnia enim manu regia, & ex Regis arbitrio exercebantur, & ideo omnia extraordinariè tractabantur: quia eo tempore Romani sine certa lege, ac sine certo iure viuebant, *vt inquit Pompon. in d. l. 2. in princ.* ergo omnia extra ordinem manu Regis tractabantur. Exactis autem Regibus, Consules creati, quibus data potestas, vt coercere possent, & in vincula publica ducere; vetitum tamen, ne possent in caput ciuis Romani iniussu populi animaduertere, authore Pompo. *in d. l. 2. §. exactis deinde.* Hoc ergo tempore quoque crimina omnia, quæ capitalem pœnam requirebant in ciuem Rom. ordinaria cognitione tractabantur demandata à populo Quæstoribus siue Quæsitoribus parricidij, *vt inquit idem Pompo. in d. l. 2. §. & quia vt diximus.* & tradit Festus *lib. 14.* quemlibet enim homicidam ex lege Numæ Pompilij Regis parricidam appellabant antiqui. Postea verò populus Rom. qui sibi hanc capitalium criminum potestatem reseruauerat, cœpit extra ordinem demandare cognitionem criminum capitalium diuersis Magistratibus, & ea ratione quæstiones appellabantur extra ordinem demandatæ. Aliquando enim demandabat Dictatori, vt quando Fabio Maximo Dictatori demandata est per popu. Roma. Quæstio in Capuanos Principes coniurationis contra Romanos, *vt refert Liuius lib. 9.* Aliquando etiam Consulibus demandabant extra ordinem, vt cùm quæstionem de Posthumiana cæde Consulibus Con. Cosso. & Furio Medulleno demandata, scribit Liui. in quarto. & cùm de Bacchanalibus sacris sceleratis quæstionem Consulibus demandauit, vt legimus apud eundem Liuium, *lib. 39.* & cùm etiam Sugurtinæ coniurationis, quomodo demandata est Consuli, vt scribit Tull. in Bruto. Aliquando & Prætoribus demandatæ quæstiones extra ordinem, vt cùm mandata est Prætoribus, mandan. vt de veneficiis & peculatu quærerent, vt author est Liui. *lib. 38. & seq.* & quæstio peculatus aduersus L. Scipionem Asiaticum Q. Terentio Cultoni, Prætori, apud Liuium *lib. 8. Decad. 4.* & postero anno quæstionem quoque de vi extra ordinem demandatam Cn. Domitio Prętori, scribit Cic. & Ascon. ꝓ Milone. Cùm igitur per hæc tẽpora variæ, & incertæ ac temporariæ forẽt qq. pub. iudiciorum, quòd modo Dictatori, modo Consuli, modo Prætori demandarentur, Censorino, & Manilio Cons. qui fuit annus ab Vrbe condita 605. 4. quæstiones perpetuæ factæ, de quibus extra ordinem non quæreretur, sed perpetuo earum Quæsitores 4. ex sex Prætoribus, qui tunc temporis habebantur Quęsitores essent, videlicet Maiestatis, Ambitus, Repetundarum, Peculatus, vt author est Tull. in Bruto, & pro Cluentio. Lucius verò Corn. Sylla Dictator, tres alias quæstiones perpetuas fecit, videlicet de sicariis, de falso, & de vi, atque ideo sex Prætoribus quatuor adiecit, qui publicis iudiciis præessent, vt inquit Pomponius *in dict. leg. 2. §. capta deinde Sardinia.* ita vt duo quæstores de Sicariis, vnus qui de Repetundis, alius qui de Ambitu, & alius qui de Peculatu, alius qui de Falso, alius qui de Vi, alius qui de Maiestate quæreret, vt colligi potest ex Tull. pro Cluentio, & pro Sextio, ac etiam pro Cælio, & ex Asconio in oratione pro Cornel. ita vt octo Prætores quæstiones exercerent, vt testis est Pompo. loco præallegato, quibus lege perpetua hæ quæstiones delegabantur, *vt est text. in l. 1. ff. de officio eius.*

3 ¶ Perpetuæ ergo † hæ quæstiones, & ordinariæ dicebantur, quòd casu aliquo eueniente, vt de iis delictis quærendum esset, non foret adeundus populus, qui quæstionem illam alicui Magistratui demandaret pro arbitrio, sed certus erat semper Prætor sortitus, qui vel de Maiestate, vel de Ambitu, vel de Sicariis, vel de aliis quæst. factis perpetuis ex lege Syllæ cognoscendi ius haberet, vnáque finita posset aliam persequi, donec Magistratu decederet, vel successorem haberet; quanquam præscripta certa forma per legem perpetuo illa in iis iudiciis obseruanda foret. Cæterum si quodpiam aliud delictum, quod præscriptis delictorum speciebus non contineretur, persequendum fuisset, manebat etiam tum antiquus mos, vt ea quæstio à populo speciali lege cuipiam demandaretur extra ordinem, vt cum quæstionem de L. Tubulo, qui cùm Prætor esset ob rem iudicandam pecunias accepisset, populus P. Scæuola Tribun. plebis rogante Cn. Scipioni Consuli decreuit, *vt author est Tull. de finibus.* Sic & L. Cassio ad criminationem Sex. Peducei demandatum est à populo, vt quæstionem exerceret de incestu Vestalium perperam à L. Metello absolutarum, vt est apud Asconium, & Tull. in Bruto. sed & cùm aliqua ex perpetuis, & ordinariis quæstionibus occurrisset, accidens tamen aliquod vel circumstantia instaret, quæ atrocius faceret delictum ordinarium, rogari lex solebat, vt extra ordinem quæstio hæc alicui demandaretur, prout simílem legem tulit Cn. Pompeius contra Milonem ob cædem Clodij, qua exercitio quæstionis huius demandata extra ordinem fuit L. Domitio Ænobarbo, vt author est Asconius in Miloniana.

¶ Quin & si leges certæ forent præscriptæ quibus forma erat constituta horum iudiciorum ordinariorum, non tamen ideo priuauerat se populus potestate alias quoque præscribendi leges, quibus ipsi formæ iudiciorum aliquid vel adderetur, vel detraheretur, nam & Cn. ipse Pompeius Consul solus creatus duas ex S C. (authore eodem Pediano loco præcitato) leges tulit; alteram de vi qua nominatim cædem Clodij, & seruorum in Apia via factam, & incendium Curiæ in funere Clodij, & domum M. Lepidi Interregis oppugnatam nominatim comprehendit; alteram de ambitu pœnam grauiorem & formam iudiciorum breuiorem continentem. vtraque enim lex prius testes dari, deinde vno die atque eodem ab accusatore, & à reo perorari iubebat, ita vt duæ horæ accusatori, tres reo darentur.

4 ¶ Ex præmissis ergo † omnibus colligimus tunc ordinariè exerceri solitas quæstiones, cùm à Prætoribus ad singulas sorte electis singulæ exercebantur de forma Iudiciorum, lege præscripta seruata: cùm verò singulis patratis criminibus populus lege lata singulas criminum quæstiones, pro arbitrio demandabat, tunc extra ordinem cognoscere dicebantur, quibus hæc exercitio fuerat delegata. Septem verò duntaxat quæstiones ordinarias fuisse videlicet de Sicariis, de Repetundis, de Peculatu, de Ambitu, de Falso, de Maiestate, & de Vi: quibus addere potes & eam de Parricidio, *quam connumerat Pompon. in dict. leg. 2. §. capta deinde Sardinia, de origine iuris.* Reliquæ autem omnes extraordinariæ erant, non quia certam pœnam aut legem, non haberent, quibus forma illorum iudiciorum non foret præscripta, sed quia certum, & perpetuum Magistratum non habebant, cui eorum cognitio per legem fuisset demandata,

& hæc vna est causa, qua quæstiones aliæ perpetuæ, & ordinariæ appellabantur, aliæ extra ordinem, atque ideo eadem ratione crimina illis quæstionibus comprehensa dici poterant vel ordinaria, vel extraordinaria.

¶ Cætera verò crimina, quæ inter publica non connumerabantur, poterant ordinaria illa ratione appellari, quia eorum cognitionem sibi populus non reseruauerat, neque ideo delegare eorum quæstiones solebat, sed ipsorum omnium animaduersionem præfectus vrbi sibi vindicauerat nõ solum in vrbe, sed & in tota Italia, *vt author est Vlpia. in leg. 1. de offic. præfect. vrb.* cuius verba generalia, dum inquit, omnia omnino crimina præfectura vrbis sibi vindicauit, restringo ad ea duntaxat crimina, quæ populus sibi speciali lege non reseruauerat, quæ vt dictum est, solebat vel perpetuo, & ordinariè vel extraordinariè aliis Magistratibus delegare, quanquam ad hoc Accursium, & alios interpretes non respexisse intelligo.

5 ¶ Alia quoque ratione † possunt dici crimina ordinaria, vel extraordinaria post deuolutam summam in Imperatores potestatem, quam populus habebat, qui formam nouam iudiciorum criminalium cõstituerunt respectu iudicij, id est, quæ persequitur accusator ordinariè, vel extra ordinem, vt si quis ciuiliter agat de crimine, tunc ad ius ordinarium remittendus erit, nec cogendus in crimen subscribere: enimuerò si extra ordinem eius rei pœnam exercere velit, tunc in crimen subscribere eum oportebit, *l. fi. ff. de priua. delict. & idem dicitur in l. fi. ff. de fur.*

6 ¶ Et ita † extraordinaria, & ordinaria dicuntur, vel quia ex ordine præscripta forma iudicij in cognoscendo de crimine non seruatur, vel quia ordinaria pœna lege ipsa statuta non infligitur, sed extraordinaria ex iudicis arbitrio, & ideo inquit Pau. *in l. & in priuatis, ad Turpill.* quod & in priuatis, & in extraordinariis criminibus omnes calumnioſi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur, & optimè probat text. *in l. 1. C. vbi de crim. agi opor. in princ. ibi, quæstiones eorum criminum, quæ legibus aut extra ordinem coercentur.* Ecce, quòd alia legibus, id est, pœna à lege indicta, alia extra ordinem, id est, ex iudicantium arbitrio, *idem probatur in l. ossa, §. si in locum, ff. de relig. & sumpt. fun. & in l. 1. §. qui aduersus, de postul. & in l. 3. Cod. qui accus. non poss & in l. si quis reum, ff. de custod. reor.* quæ tamen pœna & minor & grauior quandoque imponebatur, *vt probatur in præallega. iur. & in l. hos accusare, in fin. ff. de accusat. & in l. 1. §. cùm seruus, ff. de ijs, qui deiece. vel effu. & text. in l. qui actionem, ff. de iniur.* vbi licet calumnia puniatur ordinariè lege publicorum iudiciorum, *l. 1. §. calumniatores, ad Turpill.* tamen qui iniuriarum actionem per calumniam instituit extra ordinem, puniendus erit, id est, exilio, aut relegatione, aut ordinis amotione. & ideo dicit Vlpian. *in l. 3. §. pœna autem, de crimin. stellion.* quòd pœna stellionatus nulla legitima est, cùm nec legitimum crimen sit. appellat legitimum crimen, id est, lege nominatum, & circumscriptum ordinaria, sicut etiam eadem ratione legitimam pœnam appellat. Et aliquando etiam præter pœnam legitimam, & ordinariam etiam extra ordinem puniuntur, vt & priuata, & publica iniuria vindicetur, *vt dicitur in l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de public.*

7 ¶ Ex quibus † colligimus, quòd ordinaria crimina dicebantur, quæ præscripto iudiciorum ordine seruato in iudicium deducebantur. Item, & quæ præscriptas à lege pœnas habebant, extraordinaria è contra, in quibus prosequendis nullus iudiciorum ordo seruabatur, vel nulla certa, & legitima pœna, sed duntaxat arbitraria coercebatur. Sed & si ciuiliter, & ordinariè quis pro delicto egisset, poterat tamen & extraordinariè puniri per iura prædicta.

¶ Hæc autem inuestigatio, & differentia hodie in vsu esse desiit, tum respectu cognitionis, & iudiciarij ordinis; tum etiam respectu pœnæ, præsertim in publicis iudiciis. nam, *vt inquit Paulus in leg. ordo, de public. iudic.* ordo exercendorum publicorum iudiciorum in vsu esse desiit, durante tamen pœna legum, cùm extra ordinem crimina probantur. ex quo intelligimus ordinem cognoscendi de criminibus publicis, primo sublatum, durante tamen pœna. Sed & postea pœnæ legitimæ in vsu esse desierunt, quando extra ordinem procedebatur, *vt inquit Vlp. in l. hodie, ff. de pœnis.*

¶ Et ideo, & in materia criminum dici posset, quod dixit Imperator de interdictis, *in §. fin. Instit. de interdict.* De ordine, & veteri exitu interdictorum, superuacuum est hodie dicere: nam quoties extra ordinem ius dicitur (qualia sunt hodie omnia iudicia) non est necesse reddi interdictum, & ideo ipse quoque Imperator *in titul. de succession. subla.* inquit, quòd olim iudicia ordinaria in vsu fuerant, sed iudiciis extraordinariis posteritas vsa est.

8 ¶ Sed hîc monendus † Lector, ne putet omnem prorsus iudiciorum ordinem sublatum, quia hoc & absurdum esset, & contra legem libellorum, & concord. de accusat. in quibus datur forma inscriptionum, & concipiendi libelli, & recipiendi nomina reorum, & alia similia præscribuntur. Sed suprascripta iura intelligenda sunt de illo superstitioso ordine formularum, quo omnia iudicia exercebantur: nam vere illa dicuntur extraordinaria iudicia, in quibus subtilis formularum conceptio non obseruatur, *vt inquit Paul. in l. actio neg. gest. quæ est penul. ff. de negot. gest.* quæ etiam formulæ prorsus à Constantio & Theodosio sublatæ postea fuerunt, *l. 1. & 2. C. de for. subla.*

9 ¶ Vt igitur postremo † describamus aliquo modo crimina, tam ordinaria, quàm extraordinaria; sic est tenendum, ea dici ordinaria crimina, quæ certum habent criminis titulum certa lege, & certa pœna comprehensa, quæ & legitima appellantur, *leg. 3. §. pœna autem, de crimin. stellion.* & quæ nominata etiam vocat *gloss. 1. & ibi etiam Bart. & alij in leg. & in priuatis, ff. ad Senatuscons. Turpill.* extraordinaria verò ex aduerso dicentur, quæ nullum habent titulum, aut certum nomen, nullámque pœnam certa lege præscriptam, cùm contrariorum contraria sit definitio, *l. Papinia. exuli, ff. de minor. leg & si contra, ff. de vulga. & pupilla. leg. Pompon. §. sed & is, qui, ff. de procurat. leg. 1. ff. de ijs, qui sunt sui vel alieni iuris,* 10 *in princip.*

¶ Sed & quandoque extraordinaria † opponuntur publicis & priuatis criminibus, tanquam tertia species à publicis, & priuatis differens, quod probat text. *in leg. 1. ff. de crimin. stelliona.* vbi expressè dicitur, quòd actio stellionatus neque publicis iudiciis, neque priuatis actionibus continetur. Et idem dicitur de crimine expilatæ hæreditatis *in leg. stellionatus, ff. de extraordina. crimin. & probatur etiam in leg. 2. §. & post hæc, Cod. de veteri iure enuclean.* dum dicitur: & post hæc, duo terribiles libri de delictis 11 priuatis, & extraordinariis, nec non de publicis criminibus. ex quibus colligi potest, †malè Bart. collegisse *ex text. in leg. 1. ff. de public. iudic.* quod omnia delicta sunt priuata, exceptis ibi enumeratis, quæ sunt publica, cùm etiam alia extraordinaria sunt quæ neque inter priuata, neque inter publica connumerantur: adeo vt rectè sic etiam describere possimus extraordinaria crimina, quòd sint ea, quæ neque publicis, neque priuatis annumerantur.

## CAP. III.

## *de Publicis iudicijs in genere, quare sint sic appellata.*

### SVMMARIVM.

1 *Ordinariorum criminum quædam publica, quædam priuata, & quæ publica propriè sint, & quæ abusiuè.*

2 *Publica crimina, & crimina publici iudicij, & publicæ quæstiones, quæ dicantur, & quare, nu. 3.*

3 *Leges Iuliæ iudiciariæ duæ, altera publicorum, altera priuatorum iudiciorum, & quid in vtraq; continebatur.*

4 *Lex Iulia, quæ in singulari dicta l. publicorum iudiciorum discrepabat ab ijs, quæ in plurali dicebantur ll. public. iudicior. & quomodo.*

5 *§. Publica, il primo, Insti. de public. iudic. an contineat deriuationem publici iudicij, ex qua perpetuo argui possit affirmatiuè, & negatiuè.*

6 *Exequutio criminum, id est, accusatio aliàs exequi dicitur magistratus, quando punit.*
*Publica iudicia quæ, & quare sic dicta, vbi opinioni Caroli Sigonij aduersatur.*

7 *Publica iudicia, vbi exercebantur.*

8 *Publicum itemque priuatum iudicium facto ex vnico exoriri potest.*

1 ORdinariorum criminum † alia sunt, quæ publicis iudiciis continentur, alia priuata publica sunt, quæ sub titulo de publ. iudic. & præsertim in l. 1. priuata autem, reliqua omnia, exceptis extraordinariis, vt suprà dictum fuit, sed prius de nomine inquiremus, quare scilicet dicta sunt publica crimina, & publica iudicia.

Et certum est generaliter, ea publica dici propriè, quæ populi Romani sunt, abusiuè verò, quæ cuiusque sunt ciuitatis, *l. bona, & sequen. ff. de verb. signif.* id est, quę ad statum, & imperium Romanum vel ciuitatis spectant, sicut Vlpia. *in l. 1. §. ius publicum, ff. de iustitia & iure.* dicit, id dici ius publicum, quod ad statum rei Romanæ spectat, hinc publicani, *toto titulo de publica. publica vectigalia, leg. inter publica, de verb. signif.* & ideo publica etiam iure dicuntur magistratus, & officia publica, *l. amissione, §. fi. & l. seq. ff. de capit. dimin. & leg. fœminæ, ff. de reg. iur.* quæ significatio propriè non spectat ad hæc crimina, de quibus nunc quærimus.

2 ¶ Hæc autem raro † reperies appellari publica crimina, sed frequenter publica iudicia, & crimen publici iudicij, *vt in leg. 1. in leg. infamem, & in leg. penult. §. ad crimen, de publicis iudicijs.* adeo, quòd in toto illo titulo ff. & Institutio. nunquam reperies vocari publicum crimen, sed tantum publica iudicia, vel crimen publici iudicij, *prout etiam in leg. non distinguemus, §. Iulianus, ff. de arbit. & in titul. Institut. de publicis iudicijs, §. primo, & sequent. & in §. est & inter, & in §. penult. & vltimo, eodem titulo.* Quæ etiam publicæ quæstiones appellantur à Pomponio *in leg. secunda, §. capta deinde Sardinia, ff. de origine iuris.* tametsi in libris Cod. aliquando publica crimina dicantur, *vt in leg. Manichæos, Cod. de hæretic. & in leg. vltima, Cod. ad legem Iuliam repetund. & in leg. si quis in hoc genus, ibi, velut crimen publicum, Cod. de Episcopis & cleric. & in l. vlt. C. de pagan. & in l. transigere, C. de transact.*

Ideo autem dicta iudicia publica, non crimina publica, autumarunt aliqui, quia iudicium est nomen generis comprehendens iudicia ciuilia & criminalia, *prout not. in rubric. & leg. prima, ff. & Cod. de iudic. & latius Canonist. in rubric. extra, de iudic.* sed inter publica iudicia sunt etiam aliqua, in quibus criminaliter non agitur, sed tantum ciuiliter ad pœnam pecuniariam, vt ex lege Iulia de Annona, & de Residuis, ideo vt & ista delicta comprehenderentur, quæ veniunt ex legibus publicorum iudiciorum, in quibus non agitur criminaliter, dictum est de publicis iudiciis, nõ de publicis criminibus. Quæ quidem ratio mihi nullo modo satisfacere potest, cùm si eo respectu noluissent vocare crimina publica, quo isti dicunt, non video, quare non potuerint saltem vocari publica delicta, cum etiam priuata appellentur delicta, pro quibus ciuiliter etiam agitur, *leg. vltim. de priuat. delict. leg. vltim. ff. de furt.* & ideo si appellata fuissent publica delicta, prout rectè appellantur priuata, nil impediret, quin & l. Iulia de Annona, & Residuis, comprehenderetur. Quare ego puto huius appellationis eam fuisse rationem, quòd scilicet iudicia ista publicè, & coram populo exercebantur, & ideo leges publicorum iudiciorum nuncupabantur. Hæc autem publicè etiam horum criminum iudicia exercebantur, prout latius infra declarabitur. Vel verius dico, hac de causa dicta publica iudicia, non publica crimina aut delicta, quia publica erat accusatio, id est, omnibus patens, vt infra dicam, quæ accusatio pars est iudicij, non delicti, *leg. libellorum, de accusa.* nam si dictum fuisset de publicis criminibus, intellectum fuisset non de iis, in quibus publica est accusatio, sed de iis, quæ publicè committerentur: nam & videmus differre contractus bonæ fidei à iudiciis bonæ fidei, nam in iudicio nomen bonæ fidei concernit personam iudicantis, quæ ex bona fide iudicare debet: in contractu verò bonam fidem contrahentium, & in iudiciis latius patet bona fides, quàm in contractibus, siquidem in contractibus sufficit dolum & fraudem abesse, vt adimpleatur bona fides, *leg. 3. in fine, ff. pro socio, leg. in actionibus, de in litem iur.* vbi omnes, tametsi hodie parui putem referre, an publica iudicia dicamus, vel publica crimina, motus exemplo Iustiniani *in §. & post hæc, in leg. 2. Cod. de vet. iur. enucl.* vbi enumerans partes, & titulos Pandectarum, loquénsque de tractatu priuatorum delictorum, & publicorum iudiciorum inquit: Et post hæc, duo terrribiles libri sunt de priuatis delictis, & publicis criminibus. vides Iustinianum vocare tractatum de publicis criminibus, quem antiqui Iurisconsulti vocarunt de publicis iudiciis: nec quidem mirum, cùm & è contra vox hæc, crimen, sumatur, vel exponatur pro iudicio, *in leg. qui crimen, Cod. qui accusare non possunt. ibi, qui crimen publicum instituere voluerit.* ibi enim nulli dubium, quòd crimen sumi debet pro iudicio vel accusatione, cùm verbũ Instituere, propriè ad actionẽ siue accusationem, & iudicium referatur, *leg. 1. & leg. de ætate, §. qui ex quadrante, & §. qui tacuit, de interrogato. action. & leg. prima, Cod. de obsequijs patron. præstandis.* Ex quibus comprobatur, quod supra dixeram, publica iudicia dici, quæ publicè exercebantur primum, qui vsus cùm cessasset sub Imperatoribus, indifferenter dicta sunt & publica crimina, & publica iudicia, quasi quòd illa forma iudiciorum obsoleuerit, quod clarius statim de-
3 monstrabo.

¶ Sciendum etiam, † quòd duæ erant leges Iuliæ iudiciariæ, altera priuatorum, altera publicorum iudiciorum. Priori continebatur totus ordo, & regula ac forma priuatorum iudiciorum, *de qua Gell. lib. 14. cap. 2. & de qua fit mentio in leg. cum lege, & in leg. sed si in seruum, §. si quis iudex, ff. de arbitr. & in leg. secunda, ff. de iudic.* De altera, scilicet quæ formam publicorum iudiciorum describebat, fit mentio *in leg. hos accusare, §. lege, ff. de accusation. & in leg. libellorum, ff. de accusat. & in leg. quarta, ff. de testi. & in leg. secunda, ff. de accusat. & in leg. tertia, de prævaricat. & in leg. 2. ff. de custo. reor. & in l. 1. in fi. ff. ad legem Iul. de ambitu.*

4 ¶ Lex Iulia, † quæ in singulari dicebatur lex publicorum iudiciorum, differt ab iis legibus, quæ in plurali dicebantur leges publicorum iudiciorum, quòd illa ordinem omnium publicorum iudiciorum in genere contineret: hæc verò singulæ de singulis speciebus publicorum iudiciorum tractatus singulos continerent, vt lex Iulia de adulteriis, lex Iulia Maiestatis, lex Cornelia de sicariis, lex Pompeia de parricidiis, & aliæ similes, de quibus in numero plurali hac elocutione leges publicorum iudiciorum fit mentio *in l. 1. ff. de pub. iudic. & in l. 3. C. de accusat.*

5 ¶ Igitur dubitatur, † quare hæc iudicia publica sint appellata. & Iustinian. *in §. publica, qui est primus, Institut. de publicis iudicijs*, inquit, dicta sunt publica, quia cuiuis ex populo exequutio eorum plerumque datur. Quæ quidem deriuatio, & etymologia, vti vera est, non tamen ex ea argui potest perpetuo, neque affirmatiuè, neque negatiuè: non enim sequitur, accusatio in hac causa omnibus concessa est, ergo publicum est iudicium, vel publicum crimen: nam accusatio de suspecto tutore, omnibus patet, *leg. 1. §. consequens, de suspect. tutor.* & tamen

publicum crimen non est, *vt ibi notatur, & per Bartol. & omnes, in l. 1. ff. de publicis iudi.* sic actio vel accusatio de sepul. violat. omnibus patet, *leg. 3. ff. de sepulch. violat.* & tamen non connumeratur inter publica iudicia, dict. leg. 1. de publicis iudiciis. sic accusatio de termino moto omnib. patet, *l. fi. in fi. prin. ff. de ter. mo.* & tamen non connumeratur *in d. l. 1.* neque alibi inter publica iudicia. Sic & iniuria ob libellum famosum incertum potest à quocunq; de populo persequi, *leg. quod senatus, ff. de iniur.* & tamen inter publica iudicia non connumeratur. sic & populares actiones dicuntur, quòd cuilibet de populo pateant, *leg. 1. & toto titulo, ff. de po. actio.* & tamen non sunt publica iudicia.

¶ Negatiuè pariter non potest sumi argumentum à d. nominis deriuatione, quia non sequitur, ista accusatio non cuicunque de populo concessa est, ergo non est publicum iudicium: nam & partus suppositi iudicium est publicum, & tamen non est concessa accusatio cuilibet de populo, sed tantum parentibus, aut iis quorum interest, *l. lege Cornelia, la seconda, §. 1. ff. de falsi.* Item in crimine adulterij, non omnes admittuntur, si sint alij, quibus in specie concessa est talis accusatio, *leg. quamuis, Cod ad leg. Iul. de adult.* & hoc est, quod Imperator *in dict. §. publica, Institut. de pub. iud.* non dixit, quòd in publicis iudiciis cuiuis ex populo liceat semper accusare, sed dixit Plerunque, quæ vox denotat aliqua esse iudicia publica, quorum exequutio non datur cuiuis de populo, *vt not. per illum text. in leg. 3. §. 1. de offic. præfect. vigil. in leg plerumque, de iure do. & per Iaso. in leg. si tibi decem, §. fin. numero 6. de pact. & in leg. iurisgent. §. prætor ait, numero 21. eodem titulo.* Quòd autem illa dictio, Plerumque, excludat etiam legem Iuliam de Annona, & legem Iuliam de Residuis, ex eo, quia licet connumerentur inter publica iudicia, tamen earũ pœna nõ est criminalis, vt autumarũt Galli quidam, hoc nunquam admiserim: esto enim quòd criminaliter ex his non agatur, quod tamen nunc non affirmo, attamen satis est, quod persequutio d. criminum cuicunque ex populo patet, quod satis est ad id, quod quærimus, an deriuatio huius nominis, *publica*, tradita per Iustinia. sit bona, quòd scilicet cuiuis de populo pateat horum criminum accusatio, vt conueniat etiam his criminibus scilicet de annona fraudata, & de residuis pecuniæ publicæ, nam & in his omnibus patet accusatio vel criminaliter, vel ciuiliter agatur, ergo comprehenduntur sub voce illa, Plerumq;, non autem excluduntur.

Plerumque

6 ¶ Certum est autem, † quòd dum Iustinianus dixit, exequutionem horum criminum cuilibet ex populo dari, intellexit per vocem illam, Exequutio, accusationem. Exequi enim crimina dicuntur, qui iudicio persequuntur, vt crimina ipsa vindicentur, *leg. 1. & 2 & leg. qui iudicio, & leg. hi tamen omne, ff. de accusat. & pul. text. in leg. fin. ff. de priuat. delict.* licet & exequi dicatur crimina, & pœnas magistratus ipse, qui punit, *l. & eum, ff. ad leg. Iuliam, de vi publ. leg. 2. §. 1. ff. de ijs, qui sunt sui vel alieni iur. leg. saccularij, §. 1. ff. de extraord. crimin. ibi, ad exequutionem præsidis. & ibi, huius rei exequutio.* & ideo crimina hæc publicorum iudiciorum dicuntur habere publicam exequutionem siue exercitionem, & coerctionem, *leg. hæc stipulatio, de verb. sign. & leg. Lucius, §. vlt. ff. de euict. & textus apertus in leg. prætor edixit, §. atqui solemus, ff. de iniur.* quanquam, vt dixi, Imperator Iustini. in priori significatione accepit vocem illam, Exequutio, pro accusatione scilicet & delatione, vt patet etiam *in l. quamuis adulterij, in princ. C. de adult.* vbi habetur, quod adulterium publici iudicij dicitur, quod eius delatio omnibus sine aliqua interpretatione legum conceditur, *& in leg. 1. §. consequens, de suspect. tut.* accusatio suspecti dicitur quasi publica, quòd omnibus pateat, & in hunc sensum dicitur *in leg. palam, §. senatus, de ritu nupt.* quod non licet Senatori ducere in vxorem damnatam publico iudicio, quo cuilibet ex populo experiri licet, & ideo appellatur etiam publica accusatio *in l. lege Cornelia, §. fin. de fals. & optimus text. in leg. 3. in fin. ff. de prœuarica.* vbi, quòd si quis crimen publici iudicij dicatur destituisse, non ideo dicetur publici iudicij crimen admisisse, & assignat rationem, quia nulla lege eius delicti publica accusatio est instituta, *& in leg. tertia, ff. de publicis iudic.* vbi, quòd publica accusatio non permittitur defuncto antea reo. ex quibus apertè comprobatur deriuationem Iustiniani verissimam, ideo videlicet dicta fuisse publica iudicia, quòd in illis pateret omnibus accusatio.

Non negarim tamen posse etiam dici publica iudicia, quòd publicè exercerentur, vt testatur Tullius in Diuinatione, & in prima in Verrem, & pro M. Cælio, & in Officiis, & Plutarch. in Lucullo, dum inquit, iudicia autem publica, & reorum publicæ accusationes institutæ fuerunt olim iuuenibus ad eloquentiæ studium exercendis, & ad animorum egregiam contentionem. & quòd publicè exercerentur ista iudicia, videtur innuere Vlpianus *in leg. qui dolo, in princip. ff. ad legem Iuliam, de vi publica.* quæ confirmantur, nam hæc iudicia à populo primum exercebantur, præsertim capitalia, *leg. secunda, §. exactis deinde, & §. & quia diximus, ff. de origine iuris.* & quia etiam sortitio iudicum in his iudiciis publicè fiebat, *vt docet Ascon. in Verri. & pro Milone. & ex eo obseruauit Blond. lib. 4. Triumphantis Romæ.*

¶ Legi Commentarium Francisci Hotomani, viri eruditissimi verborum iuris, *in ver. iudicia*, qui declarando, quæ sint iudicia publica, & priuata, inquit, priuata esse, in quibus iniuria, quæ homini priuato illata est, vindicatur: publica verò, in quibus ea, quæ reipublicæ illata est. quæ verò sint iniuriæ, quibus respublica siue populus vniuersus lædatur in ipsius arbitrio atque voluntate positum esse, ideo dicens non modo peculatus, aut repetundarum, aut similia crimina, si populus volet, publica nominabuntur, eorúmque quæstiones causæ publicæ, verùm etiam furti, rapinæ, damni iniuria, dati iniuriæ, & omnia denique, quæ non sua sponte, sed prudentum interpretatione maleficia nominantur, quod ex lege Lætoria planissimè intelligi dicit, quæ aduersus eos lata est, qui minores circumuenissent, cum lege illa lata ea causa, quæ priuata antea fuerat, publica facta est, authore Tullio, *tertio de natura Deorum, & in tertio de Offic.* ex quo colligit falsam esse (vt eius verbis vtar) Iustiniani sententiam, qui iudicia publica ex eo dicta putauit, quòd cuiuis de populo agere liceat: non enim (inquit) publica sunt, aut dicuntur, quòd cuiuis de populo liceat agere, sed contra, quia causæ publicæ sunt, id est, quia quilibet de populo læsus est ac vnicuique facta iniuria, ideo vnusquisque potest hanc vti propriam iniuriam, pro virili sua prosequi. Cuius quidem viri sententiam Carolus Sigonius, & de humanioribus literis, & de antiquitate benemeritus, & mihi amicissimus, libro secundo de iure ciuium Romanorum, cap. 18. eisdem fermè verbis exequutus est, præterquam, quòd non ita audacter Iustinianum reprehendit, sed modestius agens, eandem tamen tenet sententiam, à qua tamen ego recedo, non quòd ignorem multa crimina fieri posse per legem publica, quæ tamen prius non erant, etiam si forent priuata, vt in sequenti capite docturus sum. hoc enim admitto, sed quod non ideo statim fateri cogar non ideo dicta publica, quia eorum accusatio cuilibet pateat: nam hoc sentio cum Iustiniano verè ideo dicta publica, quia singulis de populo concedebatur eorum accusatio. non enim tantùm Iustinianum, cui vti legislatori soli deferendum esset. huius deriuationis authorem habeo, sed etiam Constantinum Imperatorem *in l. quamuis adulterij, Cod de adult. & Vlpianum in leg. 1. §. consequens, ff. de suspect. tutor.* dum exponit publicam actionem per ista verba, hoc est, quæ omnibus patet, & eundem *in l. palam, §. senatus, ff. de ritu nupt.* & Modestinum *in l. lege Cornelia, la seconda, ff. de fals.* & Macrum *in leg. 3. in fin. ff. de prœuaric.* vbi

quod

quod ille, qui destitit à prosequutione publici iudicij, non dicitur crimen publici iudicij committere, quia nulla lege publica accusatio inducta. cum igitur hos habeam authores, qui aperte distinguunt publica iudicia à priuatis ex publica accusatione; hos libentius sequar, quam Hottomanum, & Sigonium, quibus tamen in hoc assentior, vt modo dicebam, quòd lex potest facere iudicia publica, quæ prius non erant, vt pluribus exemplis docebo in seque. capite, & propterea legem plectoriam seu mauis Lætoriam potuisse crimen, quo quis minorem circumuenit cõnumerare inter ea, quæ sunt publicorum iudiciorum, quamquam prius inter priuata delicta connumerantur. Neque etiam ab his doctissimis viris in hoc dissentio, quod negem in pubicis iudiciis non versari publicam quãdam iniuriam, sed & hoc non negarim in pluribus priuatis delictis etiam publicum interesse versari, *iuxta l. illud. ff. ad l. Aquil.* Sed hoc cõtendo deriuationem Iustiniani veram esse, & conformem antiquorum opinioni, quod ideo dicta sint publica iudicia, quod eorum accusatio omnibus pateat. Puto enim valere consequentiam hanc, regulariter non datur in isto delicto publica accusatio, ergo non est publi cum iudicium; sed non ita passim è contra affirmatiue, vt si dicerem, conceditur in tali causa vnicuique de populo agere vel accusare, ergo publicum est iudicium, *vt supra probaui, ver. igitur dubitatur, hoc eo. capite.*

¶ Sed & iudicia hæc ideo publica dici non inepte quis dicere poterit, liceat suam vnicuique commentari interpretationem, quod publice, & coram populo exercerẽtur, cuius interpretationis authorem habeo Polybium in primo fragmento 6. libri, dum agit de variis rerum publicarum formis, deque Romanæ præstantia his verbis. Iam vero malefihia, & crimina per Italiam commissa, de quibus iudicium publice fieri debet, vt puta proditionis, coniurationis, veneficij, cædis, & quæ sequuntur. Ecce quam aperte inquit Polybius, hæc iudicia publice exerceri debere. huic interpretationi adstipulatur Plato libro sexto de legibus per hæc verba: In publicis autem accusationibus necesse est in primis multitudinem iudicij participem facere, quod optime quidem fit, cum publice coram populo hæc exercentur iudicia, & hoc forte respexit Vlpia. *in l. secunda, §. vltimo. ff. de iudi.* dum inquit, iis datur mulctæ dicendæ ius quibus publice iudicium est, & non aliis, quod scilicet ij tantum mulctare possent, qui poterant publice, idest coram populo iudicia exercere, vt prætores, qui publica iudicia sortiebantur, vt habetur apud Tullium pro Archia. & in Verrem secunda, & tertia, & pro Murena, & diximus in præcedenti capite, quo fit, vt non ineptã putarim interpretationem glo. & cæterorum, qui verba illa, quibus publice iudicium est, interpretantur, idest qui publicum possunt exercere iudicium, quod publice videlicet exercetur, quæ etiam clare cõfirmantur *ex l. qui dolo. ff. ad l. Iul. de vi pub.* ibi, item qui cum telo dolo malo in concione fuerit, aut vbi iudicium publice exercebitur, quamquam ea verba possent etiam ad ciuilia iudicia, quæ in foro exercentur, respicere.

7 ¶ Hoc item sciendum † de loco, quo publica iudicia exercebantur, quòd cum duo prius essent fora ad causas agendas, & iudicandas, forum scilicet Latium antiquissimum, forum Cæsaris, in quo Cæsar dictator statuam Loricatam sibi erigi passus est. Augustus tertium constituxit summe magnificum, & Plin. li. 36. inter insignia Vrbis opera connumerat, & in hoc foro publica exercebantur iudicia, & sortitiones iudicum, *vt author est Sueto. in Aug. c. 29.* Hinc illud Statij de tribus his foris, sylua 4. quę Trino iuuenis foro tonabat. & Martial. Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

8 ¶ Notandum tamen † quod ex vnico facto potest oriri delictum publicum, & priuatum, *vt probatur in §. liberum, Instit. ad legem Aquiliam, & in l. prætor edixit. §. primo. ff. de iniur.*

## CAP. IIII.

## *Publica Iudicia, quæ & quot.*

### SVMMARIVM.

1 *Publica iudicia non omnia, in quibus crimen vertitur, sed quæ ex publicorum iudiciorum ll. veniunt.*
2 *Publici iudicij vera diffinitio, & eius singularum partium declaratio.*
3 *Regulæ duæ, altera affirmatiua, altera negatiua, quæ inde proueniunt.*
4 *Crimina omnia iure canonico sunt publici iudicij, & infamant; quamuis non iure ciuili, & quare.*
5 *Publici quasi iudicij crimina reperiri, & quæ sint illa, enumerantur.*
6 *Publicum iudicium tripliciter dici largissime, large, & stricte.*
7 *Periurium, an sit publici iudicij, regulæ très constituuntur, quibus cognosci possunt publica iudicia.*
8 *Statutum, an possit facere delictum publici iudicij, quod prius non erat, vel econtra.*
9 *Consuetudo, & statutum populares actiones constituere possunt ex aliqua causa cognita vel non cognita iure ciuili.*
10 *Statutum vel cõsuetudo, volens de iure ciuili aliquod cognitum delictum haberi pro delicto semper erit priuatum, etsi exprimatur, quod sit publici iudicij.*
11 *Nominis delicti mutatio facta à consuetudine vel statuto, non alterat eius naturam, nisi exprimatur.*
12 *Nominis delicti mutatio de iure cogniti, & nominati in aliud nomen delicti pariter cognitum si nouum delicti nomen fuerit inter publica delicta nominatum, lege noua, dicetur publicum ex l. noua, quamuis prius connumeraretur inter priuata.*
13 *Mutatio pœnæ in delicto per l. nouam, de leuiori in grauiorẽ, non operatur, quod dicatur per hoc crimen publici iudicij, ita econtra, si de grauiore in leuiorem, & quare.*
14 *Priuatum delictum, non fit publicum, per licentiam nouæ legis, quod cuilibet liceat accusare, nisi exprimatur, ita econtra, & quare.*
15 *Statuto si caueatur, vel edicto, quod si quis accuset de aliquo delicto, teneatur secreto, & consequatur præmium, per hoc non censebitur publicum delictum, & quare.*
16 *Delictum priuatum non fit perpetuo publicum ex eo, quod speciali aliquo casu fiat publicum, nec econtra.*
17 *Publica iudicia, vltra enumerata in l. 1 ff. de pub. iudi. quæ sint.*
18 *Crimen suspecti tutoris, an sit publicum vel priuatum, vide ad plenum.*
19 *Accusare quis non potest in Regno tanquam vnus de populo, nisi suam suorumque prosequatur iniuriam.*
20 *Accusare quilibet potest de iure canonico, & ideo quoad istud omnia crimina sunt publica.*
21 *Statuta, & consuetudines hodie ciuitatum ita alterauerunt omnia circa publica, & priuata iudicia, vt nulla inter ea differentia videatur.*

1 NOn omnia iudicia, † in quibus crimen vertitur, publica sunt, sed ea tantum, quæ ex legib. publicorũ iudiciorum veniunt, *ita Vlpian. in l. 1 ff. de pub. iud.*

2 ¶ Iudicium ergo † publicum sic recte diffinire poterimus, quod est actus publicus, quo publice controuertitur crimen ad cuiusuis de populo accusationẽ speciali lege publicorum iudiciorum exercendum, & vindicandum. Dixi, quod est actus, quæ vox generalis est cõprehendens quodcumque factum, siue re, siue verbis agatur, *vt inquit Vlpia. in l. Labeo, lib. 1. ff. de verb. sign.* & ita etiam diffiniunt iudicium omnes *in rubric. extra de iudi.* quod iudiciũ est actus trium personarum, *vt per Abba. ibi & alios.* Dixi, publicus, quia necessaria est lex, quæ iubeat tale iudicium esse publicum, *vt inquit text. in dict. lege prima de publi. iudi. argumen. l. lege obuenire, ff. de verborum signific. & est text. in l. actus legitimi, de regul. iur. & l. legitima ff. de pac.* Dixi, quo scilicet iudicio, publice controuertitur crimen, quia iudicium hoc criminale est, & publice exercebatur, *vt dixi supra, & probatur in l. secunda. §. fina. addita glossa in versic. publice de iud.* Dixi ad cuiusuis de populo accusatio-

nem,quia *vt supra in præce.capi.probaui.* regulariter in omni publico iudicio accusatio cuilibet de populo concessa est,§.*publica,Insti.de pub.iud.cum concord. supra per me adductis.* Dixi , speciali lege publicorum iudiciorum exercendum, & vindicandum: quia vt sit publicum iudicium,oportet,quod speciali lege id cautum sit fore publicum,*vt inquit Vlpia.in d.l.1.de pub.iud.vbi Bartol. numer. 7. & in l.3.in fi.ff.de præuar.& Bald.in rubrica,C.qui accu. non pos. num.7.& Matth.de Afflict.in consti.Regni,li.1.rubrica 6. numer. 22.& Bal.in l.transigere.C.de transac.nume.22.* sic ergo recta videtur diffinitio publici iudicij, quamquam neminem illud diffinientem legerim.

3 ¶ Ex qua diffinitione † duas colligo regulas, alteram affirmatiuam,alteram negatiuam.Affirmatiua est hæc, Omnia crimina,quæ per legem aliquam connumerantur inter publica iudicia, sunt publici iudicij , etiam si non sint expressa *in l. 1. ff.de pub. iud.* quam regulã probat tex.*in §.est & inter publica,Insti.de pub.iud. & probat clare etiã d.l.1.quam supra recitaui,* & infra deducam plura crimina, quæ sunt publici iudicij , & tamen non sunt de connumeratis in d.l.1.

Negatiua autem regula hæc est, Nullum est crimen publici iudicij , quod speciali aliqua lege in numerum publicorum iudiciorum coniectum sit.*quam probat text. in d.l.3.in fi.de præuarica.*

4 ¶ Hæc autem omnia secundum † ius ciuile dicta intelligi debent,nam de iure canonico secundum magis communiter receptam opinionẽ , omnia crimina sunt publici iudicij, & infamant , *vt dicit Alberic. de Rosa.in rubrica.ff.de pub.iud.& Ioa.Fab.in rubrica.Insti.eo. & in §. ex quibusdam,Insti.de pœna tem.litig.allegantes huiusce opin.solum authorem Archid.in capitu.non est, in verbo excessibus, de consuet.in 6.* sed præter eum hoc idem tenet gloss.*in capitu. infames, in versi fures,6 quæst.1.& gl.in ver.gracilem,in capitu.1.de collu. detegen.& Bal.in rubrica.C.qui accu.non poss.colum.penult.in fi. ver.præterea ciuitatum.* Ratione autem huius diuersitatis putant esse,quia iuris canonici finis est animæ salus.*cap. 1.in fi.de summa Trin.c.cum contingat,de iureiur.ca. licet mulieres,eo.titu.in 6.ca.quamuis,de pac.in 6.ca.fi. de præsc. cap.fin. de consue.* Nimirum ergo,si canonum conditores cuicumque voluerunt viam aperire , vt proximi crimina propalarent,ad hoc vt peccator quandoque resipisceret,& animæ suæ consuleret,neque diutius aliis esset scandalo: Qua ratione quoque inducta est denunciatio euangelica,*c.super his,de accu.& ca.nouit.de iudi.* Quibus adstipulatur & alia ratio , quod scilicet iure canonico nulla pœna sanguinis imponatur,ca.sententiã sanguinis, ne cle.vel mona.ideo non vertitur eo iure tantum corporis periculum , neque per consequens tantum timeri potest inimicorum aut inuidorum calumnia inimici sanguinem sitientium.

¶ Sed nullo pacto recipienda est Angeli sententia scripta *in d.l.1.de pub.iud.* qua tradit regulam talem ad cognoscenda publica iudicia de iure ciuili , quod scilicet omnia ea crimina dicantur publicorum iudiciorum, quorum tractatus in libris Digestorum habent titulum siue rubricam inscriptam per hanc formulam. Ad legem,puta Iuliam,Corneliam,Pompeiam , Flauiam,& simil. nam & illum reprehendit Imola *eodem in loco, colum.3.nume.2.* & rubrica ad legem Aquiliam,& ad legem Rhodiam,& ad legem Falcidiam,conuicit eius opinionis errorem.Notum enim est fuisse veterum I.C. interpretantium morem,vt dum legem aliquam vellent interpretari,inscriberent ipsi interpretationi siue tractatui titulum per hęc verba,Ad legem talem,ad S.C.tale, vt Iulius Martianus , qui composuit libros sex ad leges, & Marcellus pariter ad leges sex libros,& Caius ad Edictum prouinciale,item ad Edictum vrbicum,item & ad leges plures libros,& Vlpia.ad Edictum,& ad leges plures,& Paul.ad Edictum, ad l. Aeliam Sentiam , & ad legem Iuliam,siue Iuniam,item ad legem Velleiam, ad legem Cinciam,ad legem Falcidiam , ad regulam Catonianam,ad S.C.Orphicianum,Tertullianum, Syllanianum,Velleianum,& plures alij in eam significationem hac eloquutione vsi sunt.

5 ¶ Illud tamen sciendum,† quod aliquando lex reperitur,quæ delicta aliqua vult esse quasi publici iudicij, quo casu non proprie dicentur illa publica iudicia,cum dictio illa,Quasi,quę nota est improprietatis,proprietatem verbi minuat,*vt probatur in l.palam.§. quæ in adulterio,ff.de ritu nup.& l.1.§.consequens.ff.de suspect.tut.* & ideo dixit Bal.*in c.olim,de rescrip.* quod ille qui debet puniri quasi falsarius,non punietur pœna ordinaria,sed extraordinaria: Quasi publici ergo iudicij dñr hæc,suspecti videlicet tutoris actio, vel accusatio.*l.1.§. consequens.ff. de suspect. tut.* sed & si quis pecuniam dederit, vel quid aliud fecerit pro consequendo magistratu ante vel post omnes ac cusare hoc delictum possunt tanquam crimen publicũ, *l.vlt.C.ad legem Iuliã repe.* & idem dicitur *in l.si quis in hoc genus,C.de Episco. & cleri.* ibi velut crimen publicum , licet receptum sit vt fauore religionis illud quoque & omnia,quæ in religionẽ committuntur , publici sint iudicij.Ex subiecta.n.materia & ex grauitate delicti verba fictionis veritatem important,*l.Lucius Titius,in fi.ff.de admini.tut.lege,dedi,in princi.vbi glo.de cond.cau. da. & in terminis nostris est tex.iuncta glo.in l.1.ff.ad l.Iul.de vi priua.* vbi dicitur,& omni honore quasi infamis carebit.& gloss.ibi in ver.quasi infamis,inquit, quod ilia dictio denotat veritatem,*& probat per tex.in l.vltima,eo.tit.* habes etiam tex.*in §.& hæc de parentum,in Authen.vt cum de appella.cogn.* dum loquitur de veneno dato à coniuge coniugi , vel ad mortem,vel ad infamiam per hæc verba,secundum versionem Aloand.quamuis eiusmodi crimen tanquam publicum secundum leges examinatum:ibi enim vox,tanquam,denotat veritatem,& ideo communis versio loco tanquam,habet vt pote.

6 ¶ Et dicit Bar.† *quem omnes sequuntur in d.l.1.de pub.iud.* ꝙ tripliciter dici potest publicum iudicium.Primo largissime,vt omne iudicium ,quod fit ad vtilitatem publicã, vt delicta puniantur,*l.illud.ff.ad l. Aquil.* quæ ratio etiam in priuatis,secundario considerari potest,& in aliis quibuscunq;, in quibus de publico agitur interesse tã principaliter,quàm incidenter,*iuxta l.licitatio, §. quod illicite, de publica.l.quod Senatus,de iniur.l.interdum.de publ.iudi.* Quę conclusio vera est,vt ego sentio,vt scilicet,possint quoquomodo ista publica iudicia appellari non ad differentiam priuatorum,sed improprie,& abusiue,nam vix semel reperias hæc publica iudicia appellari , quinimo contra leges non esse publica,*vt in l.stellionatus, ff. de extraor.crim.& in l.1.ff.de publ.iudi.*

Et ex his dubitari potest, an periurium sit publici iudicij:nam text.*in l.fin.ff.de crim.stellionatus,* videtur dicere, quod non , & pariter text.*in l.secunda Cod. de rebus credit.* sed Luc.de Pen.*in l.si vacantia,C.de bon.vacan.numero octauo libro 10.* sic distinguit , quod aut iuramentum seruari publice interest, vt de pace seruanda , & iuramenta iudicum , & tunc erit publici iudicij : aut in tali iuramento vertitur interesse tantum priuati , & tunc erit priuati iudicij, *argumento eorum,quæ not. Specul.in titu.de legato.§. nunc ostendendum est.versicu.hoc quoque notandum est , mihi nu. vigesimooctauo.* Puto tamen ego hoc crimen indistincte esse publici iudicij ex eadem ratione,quia scilicet,quòd in religionem diuinam committitur,in omnium vertitur iniuriam,*l.Manichæos. C. de hæret.* & ideo hodie videmus hoc hodie obseruari,ꝙ huius criminis accusatio vnicuique patet.Neque obstabit *l.2.Codi.de reb. cred.* quia non confecta à Christiano Imperatore.Et si qui per capillos Dei iurat,punitur ea pœna, qua qui contra naturam se cum aliquo commiscet carnaliter, *vt in Authen. vt non luxur.contra natu.§.& quoniam quidam.* nempe vltimo supplicio.multo magis eadem pœna punietur periurus qui per Deum verum iurans non per capillos,nomen eius,& religionem spernit,& conculcat , & per huiusmodi impios actus ciuitatem , & Rempublic. lædit, vt

dici-

dicitur expreſſe in illo text. Sed & quod crimen periurij ſit publici iudicij, *probatur in l. vltima circa fin. ff. ad l. Iul. repetunda.* niſi dicas, quod illud videtur ſpeciale in illo caſu, ergo in contrarium eſt ius commune, *l. ius ſingula. de legibus.* Diſtinctionem tamen Luc. de Pen. ſequitur Aſſlict. *in capi. primo. §. ſi. numero 26, de conſuet. recti ſeu.* Altero modo large poteſt dici publicum iudicium omnis cauſa propter quam datur omnibus de populo actio, vt in popularibus actionibus, *toto tit. ff. de pop. act. & in l quod Senatus, de iniu. & in ſuſpecto tu l. prima, §. conſequens, de ſuſpectis tuto.*

Tertio modo dicitur ſtricte & proprie publicum iudicium illud duntaxat, quod prouenit ex legibus publicorum iudiciorum, *dicta lege prima de pub. iud.* Et ex quo quis ſtatim efficitur infamis ex Prætoris edicto, *ff. de iis qui no. infa.*

Attamen conſiderando dicta per Bart. in hac diſtinctione ex multis videtur mihi reddi dubia diſcutiendo ſingula ipſius capita. Primo enim dicit, largiſſime dici, publica quæ fiunt ad vindictam, ſiue ad vtilitatem publicam, & in hanc ſignificationem inquit capi debere verba l. interdum, de pub. iud. qui tamen tex. non probat intentionem Bart. in eo dicitur aliquando poſſe per cauſam ciuilem præiudicium generari criminali, quinimo loquitur in publicis iudiciis vere, & proprie, dicens, quod interdum per iudicia, in quibus agitur de re familiari, vt de damno, l. Aquil. vi bo. rapto. vnde vi, furti, & de tab. exhi. & ſic per iudicia ciuilia fit præiudicium iudicio publico. vt exemplum, ſi occiſus ſit ſeruus meus, poſſum agere ciuiliter ad damnum, l. Aquilia. ſed & publico iudicio, l. Corne. de ſicar. *l. inde Neratius. §. ſi dolo. ff. ad legem Aquiliam.* & licet in furto, cuius exemplum etiam ibi ponitur, non poſſit ita commode verificari, niſi in eo, qui furatus eſt ſeruum, & ipſum occidit, *vt in l. nunquam plura, de priua. delict.* attamen in aliis optime verificatur, vt in vi bonor. raptor. & interdicto Vnde vi. nam agi poteſt etiam de vi priuata, vel publica, quorum vtrumque inter publica iudicia connumeratur *in dicta l. 1. de publ. iud.* pariter & in interdicto, de tab. exhib. cum ad id ſit etiam proditum iudicium publicum leg. Corneliæ de teſtamentis, quod etiam in d. l. 1. connumeratur inter publica. ſic ergo patet, quod illa verba, publico iudicio, poſita in d. l. interdum, intelligũtur de publico iudicio proprie ſumpto, ideſt de connumeratis in dicta lege prima. & hinc eſt, quod Imola *in d. l. 1. de publ. iudi.* referendo hanc diſtinctionem Bart. in hoc primo capite diſtinctionis non adducit d. l. interdum, velut eam, quam ſciebat non loqui de publico iudicio largiſſime ſumpto, quinimo de vero, & proprio. pariter & l. Senatuſconſul. ff. de iniur. quam Bartolus adducit etiam ad demonſtrandam latiſſimam ſignificationem iudicij publici, non probat id, quod intendit Bartolus in ea enim dicitur, quod S.C. de iniuriis tunc eſt neceſſarium in crimine famoſi libelli, cum nomen eius, in quem compoſitus eſt libellus, non eſt inſcriptum: tunc enim, quia difficilis eſt probatio, voluit Senatus publica quæſtione vindicare. cæterum ſi nomen appareat, poterit etiam agi iniuriarum, quia nil impedit, quominus per priuatum iudicium publico præiudicetur, quia ad priuatam cauſam pertinet. Hæc ergo verba, quibus publicum iudicium nominatur, intelligenda ſunt de publico iudicio vere, & proprie ſumpto, quod opponitur priuato, vt ibi opponitur: nam cum ſciamus illud dici publicum proprie, & vere iudicium, quod aliqua lege publicorum iudiciorum factum ſit publicum, dicta lege prima de publi. iud. certe & hoc famoſi libelli publicum erit proprie, quia per Senatuſconſultũ quod publicum ſit, cautum reperitur, *quod etiam aperte ſenſit gloſſ. in l. & in priuatis, ff. ad Turpill. in gloſſ. prima in verſic. quarto dicunt, Alcia. ſequitur in l. hæc ſtipulatio noxis, ff. de verborum ſignificatione.* Dum vero in ſecundo membro diſtinctionis Bartolus dicit large capi publicum iudicium, quando quilibet de populo poteſt accuſare, adducens ad hoc l. 1. §. conſequens, de ſuſp. tut. & d. l. quod Senatus, de iniur. quatenus adducit l. quod Senatus, iam vel ex hoc ſolo conſtat, Barto. in hac doctrina ſibi non ſatis conſtare, cum in præcedenti capite adduxerit etiam hanc legem ad probandum largiſſime capi aliquando hęc verba, publicum iudicium, & nunc eandem adducat ad probandum, quod large etiam capiatur. quod vero attinet ad §. conſequens, dico illud crimen ſuſpecti dici priuati, non publici iudicij, vt infra deducam, ergo & in hoc non inſeruit iſta lex intentioni Bart. Iam vero dum poſtremo Bartol. dicit tertio modo publica iudicia dici vere, & proprie ea, quæ infamant, hoc etiam non eſt ex omni parte tutum ac verum dictum, vt oſtendam infra in ſeq. cap. dum loquar de effectibus publi. iudiciorum. Concludendum ergo, iſta verba, publica iudicia, ſemper capi proprie pro his, quę per leges aliquas ſancitum eſt, quod publica ſint, neque crediderim vix vno in loco aliter capi: quanquam hæc vox, publicum, ſola varie poſſit accipi, vt per Alberic. in Dictionario ſuo: ſed ſermo noſter eſt de his duabus vocibus coniunctis, publica iudicia.

Ratio autem, quare ea dumtaxat dici poſſint proprie publica iudicia, quæ ſunt connumerata in d. l. 1. ea potuit eſſe, quia illa magis lædunt, & perturbant humanam ſocietatem, & rempublicam, cum videatur in rẽpub. principaliter dirigi, & ideo tanquam atrociora digna fuerunt maiori pœna, cum & conceſſio accuſationis vnicuique de populo facta habeatur loco pœnæ, *d. l. quod Senatus. ff. de iniu.* ſicut & fauor eſt habere plures defenſores, *l. nam reipublicæ. ff. de oper. no. nun. iuncto §. final. legis præcedentis.*

¶ Hæc autem enumerantur in d. l. 1. de pub. iudi. Maieſtatis, ſub qua potes comprehendere etiã crimen perduellionis, *iuxta tex. in l. ſi. ad l. Iul. Maieſtat.* nam perduellũ differt à lęſa maieſtate, ſicut ſpecies à genere. quomodo autem, & in quibus differat crimen perduelli, à crimine læſæ Ma. dicam infra ſub rub. de crimine læſæ Ma.

¶ Item, & ſecundo, connumeratur adulterium ſub quo cõprehenduntur inceſtus, ſtuprum, & ſodomia, vt de ſodomia tradit Paul. *conſil. 400. præſuppoſito, per totum, primo vol.*

Connumeratur tertio loco inter publica iudicia L. Cornelia de ſicariis, ſub qua & de veneficiis tractatur.

Quarto Pompeia de paricidiis.

Quinto, Iulia peculatus.

Sexto, Cornelia de teſtament. ideſt, de falſis.

Septimo, L. Iulia peculatus, & de reſiduis & de ſacrilegiis.

Octauo, L. Iulia de vi priuata.

Nono, L. Iulia de vi publica.

Decimo, L. Iulia ambitus.

Vndecimo, L. Iulia repetundarum.

Duodecimo, L. Iulia de annona.

Non tamen ideo perpetua erit hæc regula, ſiue hæc conſequentia, hoc delictum non connumeratur inter publica iudicia, *in d. l. 1. de pub. iud.* ergo non eſt publicum: nam multa ſunt etiam præter ea, quæ publici ſunt iudicij, quæ hoc loco connumeranda ſuſcipio, ſi tamen certas regulas prius conſtituam quibus poſſint cognoſci publica iudicia.

¶ Primo, ergo omnia † ea crimina dicuntur eſſe publici iudicij, quæ vel à lege aliqua connumerantur inter publica, *vt l. 1. de pub. iud.* vel à lege aliqua, aut S.C. conſtituuntur eſſe publica, *vt probat textus in l. tertia in ſi. ff. de præuar.* 7

¶ Secundo poteſt regula conſtitui, quam etiam facit Bartolus *in d. l. 1.* quod vbicunque tale eſt delictum, quo quis in ſpecie non offenditur, tunc publicum poteſt dari iudicium, quam regulam probat text. *in dicta l. quod Senatus: de iniu.* nam cum reperitur famoſus libellus

ſcriptus

ſcriptus nullo expreſſo nomine certo eius,in quem ſcri ptus eſt,publica quæſtione vindicatur, vt ibi dicitur; & aſſignatur ratio,quia difficilis eſt probationis. Addo ego *tex.in l.Manichæus.C.de hære.* vbi ſtatuitur crimen hæreſis etiam publicum:& aſſignatur ratio,quia quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam,quaſi dicat;Licet nullus mortalium in ſpecie ſit offenſus,cui deferri poſſit accuſatio, attamen ea quoque ratione publicum cẽſeri debet hoc iudicium, cum etiam omnium interſit religionem ſuam tueri, & ad hæc vide Ioa.de Ana.*in c.fi.de maledi.col.11. verſi.2.quæritur, eſt mihi in litera b.*

¶ Tertio,ea etiã crimina quæ ſunt priuati iudicij,fieri tamen poſſunt publici,ſi aliqua addatur crimini priuato qualitas,quæ publica concernat iudicia, vt exemplum in eo qui volens furari ſeruum furatus eſt, & furando occidit:furtum enim, quod erat priuati iudicij, efficitur publici propter occiſionem,ſi l. Cornel. de ſicariis agatur,*l.inde Neratius,§.ſi dolo,ff.ad l.Aquil.* ſic & crimen concuſſionis publici iudicij non eſt,ſed tamen publici iudicij fieri poteſt. ſi quis ideo pecuniam acceperit,quod minatus ſit ſe de crimine accuſaturum, quod non erat,tunc enim is tenebitur publico iudicio l.Corneliæ de falſis,*l.2.ff.de concuſſio.*

Sic & qui concuſſerit,& pecuniam acceperit, ne accuſaret,dato quod de concuſſione teneretur, tamen tenebitur & l.repetundarum,quæ publici eſt iudicij, *l. ea lege,ff.ad legem Iul.repetu.* Sic & ſepulcri violati crimen licet priuatum ſit, poteſt tamen ad legem Iuliam de vi publica pertinere,quæ publici eſt iudicij, ſi vi armata aut turba conuocata,violatum fuerit ſepulchrum, *l.ſepulchri violati crimen,ff.de ſepul.viol.* Eadem ratione & termini moti crimen,quod priuati eſt iudicij, publici efficietur,ſi armatis hominibus conuocatis vi publica terminus ſit amotus:hoc enim caſu nulli dubium, quin & l.Iul.de vi publica teneatur.

8 ¶ Quarto dubitari poteſt, † an ſtatutum poſſit facere delictum publici iudicij,quod prius non erat, vel è contra.& in hac quæſtione Barto.*in l.1.de pub.iud.* relata opin.Iacobi de Arena, ipſe more ſuo diſtinguit vt per eum,ex cuius dictis addendo quæ perfectam reſolutionem quæſtionis poſſunt afferre, puto conſtituendas eſſe has concluſiones.

9 Prima,quod ſtatutum,† & conſuetudo poſſunt inſti
Statutum. tuere actiones populares ex aliqua cauſa vel cognita, vel non cognita iure ciuili,*l.plane, ff. quod cuiuſque vniuer. & per Bar.in rubr.ff.de pop.acti.& per Bal.in l. ſi aduerſus, C. de fur.& per Bal.in tracta.ſtatu.in ver.agere,nu.7.*

10 Secunda,quòd quando ſtatutum, † vel conſuetudo vult aliquod factum haberi pro delicto, quod tamen pro delicto de iure ciuili non erat cognitum,neque puniebatur; ſemper erit priuatũ, niſi expreſſe dicat,quod ſit publici iudicij.ita Bal.*in l.data opera,C.qui accu.non poſſ. mihi in 5.& 6.colum.ver.quandoque de nihilo faciunt aliquid ſtatuta.*& alibi dixit idem Bal.*in l.2.in vlt. verbis,C.qui teſta fa. poſſ.* quod omnia ſtatuta inducentia, vel punientia aliquod delictum nouum, ſunt leges priuatorum iudiciorum,quod etiam dixerunt ibi Angel.& Salyc.qui licet pro hoc dicto nil allegent,do tamen text.ad id not.*in l. 3.in prin.de præuar.* ibi aliud eſt iudicium præuaricationis publicum,aliud moribus introductum. ergo opponit iudicium publicum iudicio moribus introducto, inferens,quod cum illud, quod moribus introductum eſt non ſit publici iudicij,ſit priuatum, & hoc idem reperio tenuiſſe Bald *in conſilio 191.iudex ex officio, in quinto volum.* vbi plus dicit, quod quando agitur ex lege municipali ad vindictam criminis, quod de iure communi publici eſt iudicij,agetur non tanquam de crimine publici iudicij,ſed priuati:& ideo qui non proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam,accuſare non poterit, quidquid Bartolus contrarium videatur ſentire. Quod ſi ſtatutum diſponeret tale delictum pro publico haberi, vtique ſeruandum eſſet,*quod probatur ex l.vltim. Cod.ad l.Iul. repetund.*

11 ¶ Tertia ſit concluſio,† quod licet ſtatutum,vel conſuetudo,vel lex aliqua mutet nomen delicto, & aliud nomen imponat à primo,quod de iure prius habebat, non definit tamen eius eſſe naturæ, cuius erat ante, niſi expreſſe aliud diſponatur, hanc concluſionẽ probat tex.*in l.prima & ſecunda.ff.de abige.* vbi licet abigeatus olim ſub furto contineretur,& non puniretur pœna corporali:attamen cum poſtea per alias leges fuerit ſeparatus à furto,& huic delicto quandoque impoſita pœna capitis, attamen non ideo publici iudicij effectum eſt, vt inquit dicta lex ſecunda, ex qua lege cũ debeat eſſe dubitabili,colligi poteſt,quod etiam pœna capitalis eſt in cauſa,vt delicta publici iudicij fiant, quod tamen nõ eſt perpetuum, ergo mutatio nominis aut pœnæ non mutat naturam priorem delicti, vt ſit publici vel priuati iudicij.

12 Quarta ſit concluſio,† vbicunque lex noua, vel ſtatutum aut conſuetudo transfert nomen alicuius delicti prius de iure cogniti,& nominati in aliud delictum pariter,& cognitum à iure,& nominatum, puta furtum in vim publicam,ſortietur ſemper naturam delicti, cuius nomen noua lege eſt adeptum,& ideo ſi prius connumerabatur priori nomine inter priuata delicta, & nouum nomen fuerit connumeratum inter delicta publici iudicij,non dicetur amplius priuatum, ſed publici iudicij crimen,quod probo per not.doctri.Bart.*in l.omnes populi,de iuſti.& iu.in 7.quæſt.prin.eſt mihi.nume. 66.verſic. quandoque tribuit ius agendi ciuiliter.* vbi voluit, quod ſi ſtatutum ex aliquo facto inducit contractum aliquem, puta depoſitum, quia illud nomen contractus depoſiti habet ſuam ſpecialem actionem, orietur ex hoc nouo facto,eo nomine depoſiti per nouam legem nuncupato actio depoſiti, perinde ac ſi vere fuiſſet contractus depoſiti ordinarius.ſimiliter ſi ſtatutum induceret nouam ſucceſſionis ſpeciem, ageretur petitione hæreditatis, & pariter ſi ex nouo facto diſponeret acquiri dominium,ageretur rei vendicatione,quæ confirmantur per regulam,quam facit Bart.*in l.prima.ff. ad leg. falc. & de qua per Alex.in l.ſecunda.C.qui teſt.fa.poſ.* quod quando lex antiqua quid generaliter diſponit ſuper aliquo contractu,illud ſeruabitur etiam in caſibus nouiter à ſtatuto introductis ſub nomine eiuſdem contractus, quod in terminis noſtris delictorum probo. nam crimen ſacrilegij,licet non ſit connumeratum *in l.1. de pub.iud.* attamen comprehendebatur ſub crimine peculatus, *vt in rubr.ff.ad l.Iul.pecul.* & toto illo titulo,qui loquitur de ſacrilegis ſuffurantibus pecuniam, vel bona in Eccleſiis, *vt in l.4.& l.ſacrilegij,eo.tit.* quando autem violantur Eccleſiæ ſacerdotes,& profanantur res ſacræ,hæc ſacrilegij ſpecies non ſeruat antiquum nomen peculatus vt ſub lege Iulia peculatus comprehendatur, ſed tranſit in aliud nomen,vt comprehendatur ſub crimine læſæ Maieſtatis,*vt eſt tex.in c.ſiquis ſuadente,§.qui autem,17. quæſt. quarta.* quod etiam probat text.*in l.ſi quis in hoc genus, C. de epiſc.& cler.* & optime declarat gloſſ.*in c. in primis,§.ſiquis in hoc genus,in ver.& miniſtris,2.quæ..1.& hoc idem probatur in l.2.C.de his,qui ad Eccl.confug.* vbi qui vi exemerit eum,qui ad Eccleſiam confugerit, Maieſtatis crimine eſt retinendus.

13 Quinta ſit concluſio,† ſi ſtatutum, vel lex noua non mutat nomen delicti,ſed tantum pœnam, vt quia pœnam pecuniariam, quæ regulariter eſt priuatorum delictorum,mutat in capitalem,quæ vt plerumque eſt publicorum iudiciorum,non tamen ideo fiet crimen publici iudicij,quam concluſionem optime probat text. *in l.2.ff.de abige.* & ſuadetur ratione,quia pœna noua ſubrogata eſt in locum antiquæ,ideo antiquæ naturam ſapere debet,ex regula vulgata *l.ſi eum, §.qui iniuriarum.ff. ſi quis cau.* Addo ego & aliam rationem. mutatio enim in non ſubſtantialibus, non dicitur nouum quid conſtituere,

tuere, *l.ius ciuile.cum l.seq.ff.de iust.& iure.* sed pœnæ qualitas in delictis quo ad qualitatem publici, vel priuati iudicij non facit delicta publici, vel priuati iudicij, quia tam in priuatis quam in publicis variæ sunt pœnæ constitutæ,& tam capitales quam non. *l.secunda.ff.de pub.iud.* Ergo grauitas,vel leuitas pœnæ non facit esse delictum priuati,vel publici iudicij,ergo pariter neque eius mutatio,& præcipue, cum hodie omnes pœnæ sint arbitrariæ,*lege hodie.ff.de pœnis*,& in istis terminis reperio Iacobum Butrig.idem tenentem *in lege Manichæos. C.de hæreti.* vbi inquit, quod licet pœna delicti publici iudicij minuatur, non tamen definet etiam delictum publici iudicij, prout prius erat, quia diminutio vel augmentum pœnæ non immutat naturam delicti, & dicit se alias disputasse hanc quæstionem,& ita tenuisse, & ideo Afflict.*in constitu.eos,qui scienter,numero tertio.* tenet, quod periurium sit crimen priuatum, dato quod per illam constitutionem imponatur pœna sanguinis, id est manus,& ibi adducit gloss. *in l.cum seruus,in versic.supplicio.ff. de cond.ob cau.* vbi quod si pro furto statutū imponat pœnam mortis,remanebit tamen priuatum crimen,quam gloss.sequutus est Bald.*in cap.primo.§.iniuriæ, in versic.furtum,de pace iu.firm.* & facit etiam ratio,quia natura, & origo non mutatur ex causa superuenienti, *vt in l. assumptio.ff.ad munici.& in l.non putauit,§.si quis emancipatum.ff.de bo.poss.contra tab.*

14 Sexta sit conclusio,† si statutum vel lex noua det licentiam cuilibet de populo accusandi pro tali delicto, quod aliàs erat priuatum, non tamen ideo fiet publici iudicij,nisi hoc expresse caueat,si è contra statutum restringat facultatem accusandi, vt hi tantum accusent de crimine:quod erat publici iudicij, quorum interest, & non alij,non tamen ideo in cæteris cessabit esse publici iudicij,neque ex hoc fiet priuati iudicij,ita voluit Bartolus *in l.1.num.16.de pub.iud.per l.lege Cornelia, la secunda §.de partu.ff. de falsi.& l.quamuis. Cod. de adult.* quia hoc non est de essentia publici iudicij, quod quilibet possit accusare,nam & in popularibus actionibus quilibet potest accusare,& tamen non ideo sunt publici iudicij, sic & aliqua sunt publici iudicij, de quibus tamen quilibet accusare non potest,*vt per gloss.in versic.plerumque, Insti.de pub.iud.* & videmus accusationem adulterij restrictam ad certas personas. *leg. quamuis la seconda.Cod. de adult.* & tamen non ideo definit esse crimen publici iudicij, *vt per Thom.Gramma.decisio.31.numero sexto.* & lege Platonis cauebatur, *lib.nono de legi.* quod si proximus, agnati necem vindicare neglexisset,quasi scelere in ipsum reuoluto à quocunque volente accusari posset, quinque annis patria careret,& est mihi 859. circa fi. nec tamen ideo de eo publicum iudicium. Quibus tamen reperio contradicente Zabarell.*consil.94.incip. respondeo, quod B. numero secundo.* vbi consuluit quod si per edictum Principis concessum sit cuilibet de populo accusare eos,qui plus debito exegissent ab officialibus Episcopatus Mantuæ,quod si quis accusatus de tali delicto cōdemnatus fuerit,dicetur esse damnatus crimine publici iudicij,& ideo erit infamis,quod tamen dictum non puto verum per prædicta,quia nō valet cōsequentia, de tali delicto quilibet potest acusare,ergo est publici iudicij, vt dixi, & dictum est etiam supra,præsertim etiam cum in casu Zabarellæ non concurreret atrocitas delicti,quod plerumque in publicis iudiciis concurrere solet, *vt considerat Iaco.Butrig.in dicta l.Manichæos, de hæretic.* & quod non valeat hæc consequentia, quilibet potest accusare, ergo est publici iudicij, probatur ex actione de suspecto tutore,quæ competit cuilibet de populo,*dict.l. prima,§. consequens. de susp. tut.* & tamen non est publici iudicij, quod patet:quia volenti accusare non licet semper recte apud Præfectum vrbi accusare causarum omnium crimin.iudicem.*leg prima de officio Præf.vrb.* sed tantum apud Prætorem in vrbe,etiam si causa allegetur, quæ sit grauiori animaduersione digna, quā Prætor ex sua iurisdictione infligere non possit: nam Prætor ipse ex officio remittet,*vt dicitur in dicta lege prima.* apud quem, qui de suspecto accusat,neque se inscribit, neque alia obseruabit,quæ necesse est accusatores adimplere,neque etiam in libello concludet ad criminalem pœnam, sed ad hoc tantum,vt remoueatur, licet Præfectus ex officio pro modo culpæ possit remotum castigare,*vt colligitur ex dicta lege prima. ff.de officio Præf. vrb. & toto tit. ff. de susp.tutor.*

15 Septima sit conclusio, † quod si per legem nouam vel statutum,vel edictum dispositum sit,quod quilibet possit accusare,& tenebitur secreto, & consequetur aliquod præmium, vt sæpe fieri solet: non tamen ideo censebitur tale delictum publici iudicij, tum ex dictis in præcedenti conclusione,tum etiam, quia hoc casu inuitatus est quilibet potius ad indicandum crimen, quàm ad accusandum,& accusationem prosequēdum, & iudicium publicum exercendum, vt exemplum est in l.lex Cornelia,in fin. de iniur. inter iudicem autem, & accusatorem longa est differentia: qui enim indicat, non se inscribit ad pœnam talionis, prout accusatores tenentur,*l.ea quidem.Codic.de accusat.* & indicator prodit tantum nomen,& assistit iudici illum instruens secreto,*lege ab accusatore,§.nunciatores.ff. ad Turpil.l.in quæstionibus,ad l.Iul.Ma.* & hoc casu iudex accusatoris partes suscipit,& crimen exequitur. Accusator autem principaliter accusat,& exequitur,& inter hos differentiam facit tex.*in l.qui sepulchra.C.de sepul.viola.*

16 Octaua sit conclusio, † quod quamuis aliquo speciali casu delictum aliquod, quod priuatum est, fiat publici iudicij, non tamen ideo crimen illud censebitur publici iudicij,*text.est in l.tertia.ff.de præuari.* quia leges ad ea,quæ frequentius accidunt, accommodantur, *l. nam ad ea,de legibus.* sic & dici potest de crimine sepulchri violati,quia vno casu dici potest publici iudicij, *vt in l.sepulchri violati crimen,de sepul.viol.* Idem dici potest & in crimine concussionis, quod vno casu dici potest publicum,*l.secunda Cod. de concussion.* & in crimine famosi libelli,*iuxta l.lex Cornelia,§.vltimo,iuncta l.sequen, incip. quod Senatus.ff.de iniu.* sic & è contra licet aliquod crimen,cuius nomen regulariter est publici iudicij, in aliquo speciali casu sit priuatum,tamen non ideo nomen illud desinet esse publici iudicij: vt stuprum, quod regulariter est publici iudicij, tamen si fiat in personam seruæ, est priuatum,& soli domino competet eius persequutio, *vt pulchre per Boer.decisio.316.numero sexto.* sic & licet crimē iniuriarum sit priuatum,tamen quando fit in religionem,dicitur publici iudicij,*Bal.consil.315.Iudæis, numero 2. primo vol.*

¶ Præter igitur ea 12.crimina, quæ sunt enumerata *in dicta lege prima.ff. de pub. iud.* sunt & ista publicorum iudiciorum.

17 Fabia lex † de plagiariis,quam alij Flauiam alij Faulā appellant,inter leges publicorum iudiciorum connumeranda est;nam & Tribonianus hanc inter titulos publicorum iudiciorum posuit, quod à Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus primum, cautum esse reperio *in l.plagij,la prima.C.ad l.Flaui. de plagia.* & Iustinian. *in §.est & inter, Instit. de publ.iudic.* expresse hanc connumerat inter publica iudicia, & ideo in libris Digestorum connumeratur inter tit. publicorum iudiciorum etiam hæc lex Flauia. neque vera est distinctio Placentini dicentis id verum in persona hominis liberi, secus si serui,*vt animaduertit Odofre.in d.l.plagij.*

¶ Falsi crimen procul dubio publici est iudicij,quod intellexit Macer *in l.1.de publi.iudi.* comprehendi sub lege Cornelia de testamentis, quam connumerat inter leges publicorum iudiciorum. Et tametsi Placentinus,quem refert ibi Accursius,tenuerit,quod lex Cor. de falsis, puniret tantùm falsitatem in testamētis cōmissam:tamen rectius Azo arbitratus est, quem etiam ibi sequitur Accursius, quod ea lege puniretur quælibet falsitas

falsitas in quacunque scriptura commissa, nam hoc clare ostendit Iustinia. *in §. item lex Cornelia de falsis, Insti. de pub. iud.* vbi inter publica iudicia connumerat legem Cornel. de falsis, quam alio nomine dicit testamentariam appellari, quod clarius ex eo apparet, dum legem ipsam Corneliam explicando, inquit, quod lex testamẽtaria pœnam irrogat ei, qui testamentum vel aliud instrumentum falsum scripserit, signauerit, recitauerit. Idem quoque probat Pompo. *in l. 2. §. deinde Cornelius. de orig. iur.* vbi dicitur, Cornel. Syllam quæstiones publicas constituisse; veluti de falso, & quæ sequuntur. Idem tenet Angel. de Are. *in §. item lex Cornelia. de publ. iudi.* vbi dicit hanc communem, prout etiam communem attestatur pulchre Alexan. *consil. 12. numero 7.* & Clarus *lib. 5. sententiarum, §. 1. ver. sed nũquid accusatio.* Appellabatur autem testamentaria, vel de testamentis, quia primum caput huius legis de falso in testamentis commisso loquebatur, in aliis autem capitibus loquebatur de cæteris falsi speciebus, vt colligi potest ex toto titu. ff. de fals. adeo vt loqueretur etiam de partu suppositio, quę species etiam est falsi, *l. lege testamentaria, ff. de fals.*

¶ Viscelliæ legis crimen, an sit publici iudicij, discordes fuerunt antiqui Interpretes: nam Iaco. de Are. post alios quosdam antiquiores, quos etiã videtur sequi Bar. *in d. l. 1. de publ iudic.* tenuit, quod esset publici iudidicij.

Primò, quia reipub. interest, ne dignitatum ordo fœdetur, & conturbetur, *l. 1. §. pen. ff. de ven. inspi. l. super statu. C. de quæstio.* sed lex Viscellia hoc idem prohibet, nempe ne libertini gradus, & honores ingenuorum vsurpent, *l. vnica. C. ad l. Viscel. & l. 1. §. & cum libertus, C. quando ciuilis act. crimin. præiudicet.*

Secundo, quia hic titulus in libro C. connumeratur inter alios titulos publicorum iudiciorum.

Tertio, secundum Barto. quia asserere se ingenuum, cum sit libertus, est quædam species falsitatis, *l. eos. §. fin. ff. de fals.*

Quartò mouetur Bart. *per glo. in l. 1. in ver furti, C. quando ciu. act. crim. præiud.* vbi dicit, quod actio furti & accusatio legis Viscelliæ possunt concurrere: ergo cum hæc opponantur, & furti actio sit pro priuato crimine, videtur voluisse glo. quòd lex Viscellia, quam furto opponit, sit publici iudicij. Dynus autem in contraria fuit opinione, quam vti veriorem sequor ex hoc ineuitabili fundamento, quod scilicet nulla lege cautum sit hoc crimen publici iudicij censeri, ergo tale non est, *l. 1. ff. de pub. iud. l. 3. in fi. de præuari. & dictum fuit supra.*

Neque obstant, quæ pro contraria opinione dicta sunt: nam quod attinet ad primum, si voluissent legislatores hoc crimen speciem esse falsitatis, vel de eo mentionem fecissent in tit. de falsis, prout de partu supposito factum fuit, *l. lege testamentaria, §. fi. de fals.* per quem etiam tex. satis probatur, quod lex quo ad hoc non consiederauit confusionem familiarum, quam Bar. considerat, nam pro partu supposito non concessit lex omnibus & singulis de populo facultatem accusandi, sed tantum parenti aut iis, quibus ea res pertineret, vt ibi dicitur: nullus est enim casus, in quo maior possit cõsiderari falsitas quam in partu supposito, nam & filius serui potest supponi liberæ vel pro filio liberæ, qui cum seruus sit natus, pro ingenuo habebitur, & omnium dignitatum erit capax, & eo magis supponeretur vxori Senatoris, vel cuiuspiam alterius illustris viri, quinimo & Regis, & Principis.

Non obst. secundum, quia in libro C. non est seruatus is ordo, qui seruatus est in libris Digestorum, vt scilicet omnia priuata delicta in vno libro sint posita. ea autem, quæ publici sunt iudicij, in alio: nam ponitur titulus si quis Imperatori maledixerit, iuxta titulum ad l. Iul. Maiestat. & tamen illud non est publici iudicij, quia imo regulariter non punitur, vt dicitur *in l. 1. eo. tit.* Item ponitur titulus de raptu virginum, quod crimen publici est iudicij, & tamen sequitur titulus de emenda. seruorum, & etiam titulus, de emend. propinquorum, quæ tamen nemo dixerit esse publici iudicij, & plura alia exempla quilibet facile reperiet.

Non obst. glo. *in d. l. 1. C. quando ciuil. act.* quia opponit actionem furti legi Viscelliæ tanquam alteram ciuilem alteram criminalem, vt conueniat titulo, quando ciu. actio crimin. præiudicet. sed non ideo fit consequens, quod crimen legis Viscelliæ sit publici iudicij, quanquam fatear, quod pro eo criminaliter agatur, nam & de furto ciuiliter, & criminaliter agi potest, *l. fi. ff. de furt.* & tamen non ideo furtum est publici iudicij.

Comprobatur autem ex alio Dyni opinio: nam præter titulum, C. ad l. Viscel. est & alius similis, C. si seru. vel liber ad decurionatum aspira. lib. 10. & quod multum vrget, sub eo titulo positæ, sunt Dioclet. & Maximia. prout est illa vnica, C. ad l. Viscelliam, & de eadem materia loquuntur, & tamen certum est titulum illum non esse inter publicorum iudiciorum titulos connumerandum. Restat igitur crimen hac lege punitum nõ esse publici iudicij.

Turpiliani S.C. crimen tametsi glos. *in d. l. 1. de pub. iudi. quam ibi sequitur Bar.* & cæteri non putent esse publici iudici, moti *per l. 3. de præuari. & per l. 1. §. item si dicatur, ad Turpil. & l. spurij, §. qui iudicij. ff. de Decurio. quibus addo clariorem videri tex. in l. palam. §. si qua calumniæ. ff. de ritu nup.* Ego tamen puto rectius dici esse publici iudicij. Primò, quod in libris ff. inter publica iudicia connumeratur. Secundo pondero l. & in priuatis. ff. eo. ad Turpilia. vbi & in priuatis, & extraordinariis criminibus omnes calumniosi extra ordinem puniuntur pro qualitate admissi, ergo in publicis siquis calumnietur, ordinarie pœna eius S.C. vti de crimine publici iudicij punietur.

Tertio per tex. in l. in Senatusconsul. §. primo, ff. eodem vbi quod Senat. Consil. illud pertinet ad eos, qui hodie de publicis iudiciis extra ordinem cognoscunt, ita vt ex singulis causis singulæ pœnæ irrogentur. Si ergo illi cognoscunt de criminibus, quæ persequitur S.C. Turpilianum, qui de publicis criminibus cognoscunt, & singulis pœnis delictorum, de quibus accusarunt, puniuntur, sequitur quod tam ratione iudicum, quam ratione pœnæ sit publici iudicij hoc crimen.

Quarto, præuaricatio continetur in S.C. Turpilliano, d. l. 1. ad Turpilia. in prin. & tamen præuaricationis iudicium aliud publicum, aliud moribus introductum, *l. 3. ff. de præuar. in prin.*

Quinto, cum hodie omnia delicta, quæ erant publici iudicij, l. *ordo de publicis iudiciis*, sed præuaricator eadem pœna punitur, qua puniretur, si ipse reus fuisset criminis, de quo accusauit, *lege penul. ff. de præuaricato.* sed si ipse punitus fuisset vti principalis, reus fuisset damnatus publico iudicio, ergo.

Sexto, ij tantum incidunt in illud S.C. qui publico iudicio accusauerint, *l. 1. C. ad Turpillia. lege, qui calumniatores. Co. de calum. & in lege, si quis repetere, §. si stellionatus. ff. ad Turpilia. & lege prima ff. de præuaricato.* Sed hi similitudine supplicij puniuntur *lege vltima. C. de calumnia. & lege fin. C. de accusatio.* ergo punientur pœna legum publicorum iudiciorum.

Septimo adduco glo. *in l. prima §. primo in versic. irrrogatur. ff. ad Turpillia.* vbi tenet, quod siquis calumnietur in causa publici iudicij, publico etiam iudicio tenetur, secus si in causa priuati delicti, quam glo. sequitur Imola *in l. 1. de publicis iudiciis.*

Octauo addo tex. *in lege prima §. hoc autem iudicium. ff. de calumn.* vbi quod calumniator quandoque tenetur etiam pœna l. Iuliæ repetundarum, quæ lex vtique publici iudicij est, *l. prima de publicis iudiciis.* & quandoque etiam puniuntur lege Cornel. de fals. *lege prima, in prin. ff. de fals.* Vltimo addo authoritatem Taciti, lib. decimoquarto, est mihi car. 210. qui refert, quod cum quidam vt legem fraudarent. reos, qui apud præfectum accusari debuerant, apud Prætorem accusassent vt minor esset pœna;

Senatus-

Senatusconsultum factum est, vt qui talem operam emptitasset vendidisset ve, perinde pœna teneretur, ac si publico iudicio damnatus fuisset.

Quibus non obstaret supra in contrarium adducta *l tertia de præuaricato.* imo probat in princi. præuaricationis iudicium aliquod esse publicum, licet & aliquod moribus fuerit introductum. & licet in fine dictæ legis dicatur, quod qui crimen publici iudicij destituit, non tenetur publico iudicio: attamen non sequitur, quod in aliis casibus calumniator vel præuaricator, vel tergiuersator, qui tenentur Turpiliano, non teneantur publico iudicio.

Neque pariter obst. text. *in d. §. Item si dicatur.* quia nil concludit, quod non sit publici iudicij: nam simpliciter inquit, quod qui dicit quem in S.C. Turpilia. incidisse, non ideo est accusator: aliud enim est dicere, aliud accusare.

Neque etiam obst. tex. *in d. §. qui iudicij*, nam licet dicat text. quod qui deseruerunt accusationem publici iudicij ex Turpilia. S.C. notantur infamia, veluti calumniæ causa iudicio publico damnati, tamen illa dictio Veluri, non stat ibi denotans fictionem, sed veritatem, *prout & in lege, quotiens, C. de iure do. & in lege tertia, C. de agric. & censi. libro vndecimo, & not. in lege, si is qui ducenta. §. verum, de reb. dub. & Bellemera, decis. 677.*

Postremo non obst. l. palam, *§. si qua calumniæ. ff. de ritu nuptiarum*, quia illud speciale fauore fragilitatis sexus, *vt etiam habetur in lege, mulier, ff. ad Turpilianum. vbi gloss in versi. non videtur*, & glos. etiam *in d. §. si qua calumniæ* dicit id 18 esse speciale fauore matrimonij, vt restringantur ipsius impedimenta, ergo in contrarium est ius commune, *l. ius singulare de legi.* Sed conciliando prædicta, possumus sic recte definire, quod aliquando damnatus Turpiliano, dicitur damnatus publico iudicio, quando scilicet lege illud cautum reperitur, alias secus, vt saluetur generalis ratio adducta *in l. 3. §. fi. de præuarica.*

¶ Legis quoque Agratiæ de Termino moto crimen Placentinus in summa sua, dixit publici esse iudicij, motus quod hæc accusatio cuilibet de populo competeret *lege agraria, in fine princip. ff. de term. mo.* Bartolus tamen *in dicta lege prima, de publicis iudiciis.* contrà, motus, quia ea lege non est introducta publica accusatio, sed tantum peritio concessa, cui volet, & aliud est actio, aliud accusatio, *vt not. gloss in rubrica. ff. de publicis iudiciis, & de popular. actio.* Et quamuis Imola *in dicta lege prima, de publicis iudiciis*, contra Bartol. tenuerit dicens, quod imo pro tali crimine competit accusatio, non actio, quia pœna applicatur fisco, vt dicitur in dicta lege agraria, quo casu datur accusatio, non actio, vt sentit idem Bartolus sibi contrarius in d. lege agraria. Ego vero Barto. opinionem vti veriorem sequor, motus quod titulus ille de termino moto, positus est inter titulos priuatorum, non publicorum iudiciorum, & etiam quia nulla lege cautum reperitur tale crimen esse publici iudicij, *iuxta d. l. 1. de pub. iud. & l. 3. §. fi. de præuar.*

Neque meruit Bartol. ab Imola reprehendi in eo, quod dixit pro tali crimine actionem, non accusationem competere: nam quòd Bartol. sibi fuisset contrarius in eademmet lege, hoc profecto dormientis fuisset, non vigilantissimi Bartoli, quem Lucernam iuris omnes appellant. Verum ergo dixit primo Bartol. dum inquit, quod pro hoc crimine datur principaliter actio parti ad interesse, non accusatio, *vt aperte probat text. in d. l. agraria, in prin. circa fi., ibi, & eius actionis petitionem ei, qui volet dari.* ecce, quod non contentus Iur. con. verbo actionis, quod forte potuisset (licet improprie) pro accusatione interpretari, addidit & hanc vocem petitionem, quæ omnem dubitationem excutit, vt accusationem excludat, *l. si decem de verborum obligatione. l. item. §. petita, de peti. hære. l. amplius non peti. ff. rem ratam hab.* Neque obst. his aliud dictum Bartoli, quod pœna huius delicti fisco applicetur: nam ex eo non concludit Bartol. quod desinat esse priuatum, sed facit hanc regulã, quod quando lex inducit actionem, pœna non applicatur fisco. fallit tamen (inquit Bar.) nisi lex aliter disponat, sed non ideo si disponat applicandam fisco, desinet esse actio, vel priuatum crimen.

¶ Item hæresis omnis dicitur esse publici iudicij, quia ita specialiter lege cautum est *in leg. Manichæos §. primo. Codice de hære. & Mani.* quia, vt inquit ibi text. quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. Hæresis.

¶ Item & omnis iniuria, quæ fit in religionem Christianam, dicitur esse publici iudicij per rationem textus in d. l. Manichæos, *quod in specie asseruit Baldus consilio 315. Iudæis, num. 2. 1. vol.* Iniuria in Religionẽ.

¶ Item, qui idolis, & diis gentium sacrificant, & templa paganorum aperiunt, crimen publci iudicij incurrunt, *l. vltim. C. de paganis.* Idololatria.

¶ Item actio de sepulchro violato, quasi publici iudicij est, *vt probat glossa in l 3. §. penult. in ver. cessat, de sepulchro violato.* Sepulchri violatio.

Item, qui in Ecclesiam, vel eius ministros irruit. *leg si quis in hoc genus. C. de Episc. & cler.* licet ibi tex. vtatur dictione, veluti, fictionem & improprietatem denotante, de quo supra dixi. Sacrilegiũ.

¶ Item quando Iudæus matrimonium contrahit cũ Christiana, vel è contra, *l. nequis. C. de Iudæ.* vbi dicitur tale crimen adulterij vicem obtinere, libertate accusandi publicis vocibus relaxata. Matrimoni alis causa.

¶ Dubitatum etiam fuit, † an crimen suspecti tutoris, sit publici iudicij. & gloss. in l. prima. de pub. iud. videtur innuere, quod sic, quia eius accusatio vnicuique patet *l. 1. §. consequens. ff. de susp. tuto. & §. consequens, Insti. eo.* contra tamen Barto. *in d. l. 1.* quem omnes sequuntur, & bene. Et probatur. Suspecti crimen.

Primo per tex. in d. §. consequens. ibi, & sciẽdum est quasi publicam esse hanc actionem. si quasi, ergo ficte, non proprie, *vt per Abb. in c parochianos, de decimis.* si actio, ergo non accusatio, vt etiam supra dictum est in alio proposito.

Secundo comprobatur, quia talis actio proponitur tantum coram prætore, *l. 1. de susp. tut. & Insti. eo. in princip.* sed Prætor de causis tantum ciuilibus, non criminalibus cognoscit, *l. prima de offic. prætor.* ergo. & licet quando tutor suspectus esset grauiori animaduersione dignus, remittendus foret ad præfectum vrbi, qui de criminibus iudicabat, *l. 1. §. damus & § fi. de susp. tut. l. 1. §. itẽ solent. ff. de offi. præf vrb.* attamen eo casu animaduertebat in eum præfectus ex offi. non autem ad accusationem primi, qui contra eum coram prætore actionem suspecti proposuerat, vt animaduertit Cuma. *in d. l. 1. in prin. & in d. §. consequens. ff. de suspec. tuto.*

Tertio comprobatur, quia in priuatis delictis nunquam proceditur per inquisitionem, sed tantum per accusationem, *vt late notat Saly. in l. ea quidem, C. de accusa. & Angel. in repetitio. l. si vacantia, C. de bonis vacan. libro decimo.* fallit tamen in crimine suspecti tutoris, in quo iudex potest etiam ex officio procedere, *l. tertia, §. præterea. ff. de suspec. tuto. & tradit Angel. in tracta. malefic. in ver. hæc est quædam inquisitio, ver. secundo principaliter, mihi numero decimoquarto.* quod quidem specialiter inductum fuisse fauore pupillorum, inquit tex. *in d. §. præterea.* ergo ex hoc appareret in contrarium esse ius commune, *l prima ff. ad munic.* & cum de regula quæ est, quod in priuatis delictis non procedatur per inquisitionem, excipiatur crimen suspecti tutoris ad hoc, vt exceptio sit de regula, *iuxta leg. nam quod liquide, de penu lega.* necesse est, quod & istud crimen, quod excipitur, sit priuatum. Tertio hoc idem confirmatur ex alio, nam qui iudicio publico damnatus est, ius accusandi non habet, præterquam in casu, quo mortem liberorum, parentum, vel patronorum, vel suam iniuriam prosequeretur, *leg. qui iudicio. ff. de accusa.* sed tutor suspecti damnatus potest cõtutores suos

accusare.lege,tutor quoque,ff.de susp. tut. ergo sequitur,quod hoc iudicium non sit publicum.

Quarto idem comprobatur : nam qui hoc crimine accusat,non tenetur se subscribere,ideo non incidit in Turpil.*l.1. §.suspecti.ff. ad Turpilia.* ergo priuatum est crimen,quia in priuatis dumtaxat delictis receptum est, vt accusator non teneatur subscribere, *l. vltima.ff. de priua. delict.* cum in publicis necessaria sit subscriptio, *l. vltima. C.de accusa.* non ergo est hoc crimen publici iudicij. & quamuis omnibus pateat ipsius accusatio, non ideo dicitur publici iudicij, sed id speciali pupillorum fauore inductum, vt multa alia , vt multitudine accusatorum deterrerentur mali tutores à fraudandis pupillis. Graue enim est crimen eum,qui tuæ creditus est fidei, omniumque ignarus est fallere,ideo & hoc crimen lege 12.tab.punitum,vt inquit Iustinia.*Institu. de suspec. tuto. in prin.*& est crimen pene capitale , vt inquit Tul. tertio Off.& pro Cecinna,& pro Roscio , vbi inquit tria hæc iudicia fiduciæ,tutelæ,& societatis , summæ esse existimationis ac pene capitis. Aeque enim (inquit) perniciosum ac nefarium est fidem frangere, quæ continet vitam,ac pupillum fraudare,qui in tutela est. ex cuius dictis colligitur priuatum proculdubio esse crimen,dum ipsum æquiparat societati,& fraudatæ fidei,quæ vtique priuata sunt crimina,nisi fides fraudata fuerit publica. Demosthenes quoque suo malo expertus sit, quantum noceat pupillis tutorum improbitas,qui cum septemnis commissus fuisset à parente Aphobi tutelæ patrimonio quindecim talentorum,quæ summa (si Budæo credimus) nouem milium aureorum nostræ monetæ valorem explet,spoliatus est ab improbo tutore,adeo vt vix sibi reliquum fuerit vnde præceptoribus mercedem solueret, vt ipse in oratione contra ipsum tutorem dicta testatur.Expertus est idem quoque,nec sine magno eius periculo,vt author est Liui.*libro vigesimoquarto ab V.* C.Pub.Ebutius,qui perfidia Sempronij Rutilij tutoris, & victrici bonis omnib. fuit spoliatus,quæ tamẽ improbitas in causa fuit,vt flagitiosa illa ac scelerum omnium plena bacchanalia tollerentur.

19 ¶ Aduertant autem † incolæ Regni, quod in eo Regno per Ritum magnæ curiæ , qui incipit, item quod nullus laicus admittatur,dispositũ est, quod nullus admittatur ad accusandum tanquam vnus de populo, nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam , ex quo dici solet, quòd in Regno non habet locum titulus ff. de publicis iudiciis *vt refert Carrer.in tracta.de hæreti. numero 106.*

20 ¶ Item aduertendum, quod supradicta procedunt de iure ciuili,sed iure canonico omnia crimina sunt publica quoad hoc,vt de eis quilibet possit accusare, *vt inquit glossa in capi.infames,ver.fures,sexta quæstione prima.& Bald.in rubrica,C.qui accusare non poss.numero decimo.in fi. & Ioann.de Ana.post Hostien.in capitulo statuimus , numero decimonono. de maledi.*vbi dicit hoc communi calculo teneri.

21 ¶ Hodie tamẽ † per statuta,& consuetudines ciuitatum adeo immutata sunt omnia circa pubblica , & priuata delicta,vt nullum inter ea videatur relictum discrimen,vt refert Clarus libro quinto sententia.recep.cap. 1.ver.hæc tamen omnia.

## CAP. V.

## *de Effectibus Publicorum Iudiciorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Effectus , qui publica iudicia differre faciunt à priuatis , qui sint,& quot,vsque ad fin.cap.*

1 EFfectus † autem publicorum iudiciorũ, per quos etiam differre dicuntur à priuatis,hi sunt.

¶ Primo in publicis iudiciis regulariter quilibet potest accusare,nisi specialiter lege prohibeatur , *lege, hos accusare,ff.de accusatio.§.primo.Institut. de publicis iudiciis.* cum in priuatis illi dumtaxat,quorum interest , ad accusandum admittantur,*lege vltima ff.de fur.l.vltima, de priuatis delict.*Sed Bald.& Paul.*in lege prima.§.huius studij.ff.de iustitia & iure.*tenuerunt,quod siquis fecit iniuriam sacerdoti, quilibet de populo accusare poterit , dummodo sit de populo illius loci, quod sequitur etiam Præpos.*in summa,secunda quæstio 8.* contrarium tamen tenet Imola *in l.1 ff. de pub. iud.Imola , & Ang.in l.si quis.ff. de priua. delict. Ang.in tractatu maleficio.in ver ad querelam Titij, in ver. in crimine autem publico,& latius in ver che hai tradito la tua patria, versicul.in crimine autem publico.vbi Augustinus de Arimi. in additione.*

¶ Secundo in publicis licet vnicuique repertum in flagranti crimine capere,& ius publicum tueri, vt iudici puniendum offerat,quod in priuatis regulariter non conceditur,*ita Bal.in d.l.itaque ff.ad l.Aquiliam.*

Tertio accusator publico iudicio desistens ab accusatione,incidit in S.C. Turpilianum. *l.siquis repetere.ff.ad Turpilia.l.1.C.eo.gl.in capit.1.in ver.gratiam,de collusio.detegen.* secus in accusatore de priuato delicto , quia extraordinarie punietur.*d.l.siquis repetere,& idem dicit d.gloss in dicto cap.primo.*

¶ Quarto in publicis iudiciis procurator regulariter non potest intercedere.*l.seruum quoque,§.publice,ff.de procur.l.penul.§.ad crimen.de publicis iudiciis, c. veniens de accusa.* cum tamen in priuatis admittatur,*vt no.in locis præcitatis.*

¶ Quinto publica iudicia dicuntur regulariter spectare ad merum imperium , non priuata. *gloss secunda. in l.imperium. ff. de iur.omni.iudic.vbi Bartol.in illa quæstione,* an accusatio expediatur iudicis officio nobili, vel mercenario.

¶ Sexto ante cœptam litem in crimine priuato licet transigere,in publico autem non excepto adulterio,*l.si tibi,§.quædam.ff de pact.l.transigere,C.de transac.*

¶ Septimo in publicis iudiciis accusator non tenetur edere instrumenta,& alia,sicut in priuatis.*l.secunda. §.item diui fratres.ff. de iure fisci.notat Capici.decis. Neapoli. 126. numero tertio.*

¶ Octauo Senator non potest ducere in vxorem dãnatam publico iudicio,secus si sit damnata priuato, *l.palam.§.Senatus.ff.de ritu nuptia.*

¶ Nono pœna pecuniaria ademptionis bonorum in publicis transit ad hæredes , ita demum si lis contestata fuerit,& condemnatio sequuta : in priuatis vero ita demum,si viuo reo accusatio mota est, licet non fuerit sequuta condemnatio. *lege , ex iudiciorum, ff. de accusatio.*

¶ Decimo,qui iudicio publico damnatus est,non potest alium accusare,secus si priuato damnatus sit.*lege qui iudicio.ff.de accusationibus.*

¶ Vndecimo,qui crimen publicum instituit,tenetur se subscribere,& fideiussorem dare,secus si priuatum, *l. qui crimen,C.qui accusa.non poss.*

¶ Duodecimo , ab absolutoria in publicis iudiciis facta ex inquisitionis processu quilibet de populo appellare poterit,non sic in priuatis,*Bal.consilio 191. iudex ex officio,in quinto.*

¶ Tertiodecimo,causæ publicorum iudiciorum delegari non possunt,sed bene priuatorum,*l.1.ff.de officio eius,vbi omnes,& in l.imperium,de iur.om.iud.*

¶ Decimoquarto,in publicis iudiciis si plures sint offensi,vna sola accusatio sufficit,neque diuidi potest, sic & vna pœna erit imponenda:in priuatis vero si delictũ est in res, singuli possunt accusare , vnica tamen pœna plectendus erit reus : si vero delictum sit in personam commissum principaliter, vt iniuria , tot sunt iniuriæ, quot sunt & tot etiam fieri debent accusationes , & tot etiam pœnæ imponendæ,*ita Alberic.de Rosa.in secunda parte statu.quæstio.32.incipien.quinta quæstio fuit, colum. 3. in solutione eius,ver.soluendo dicit.*

¶ Decimoquinto, publica iudicia regulariter infamant,non priuata.*l.infamem,vbi omnes,ff.de pub.iud.l.1.ff. de*

*ius,qui*

*iis, qui no. infa. & quidem ipso iure, l. 1. ff. ad l. Iuli de ambi. & tradit Paul. consi. 268. ad primum videtur dictas sorores, in primo.* ℣ verum est, si per viam inquisitionis processum sit, *vt tenet idem Paul. consilio 400. præsuppositio, quod dictæ condemnationes, eo. primo volum. & probat etiam tex. in l. 1. ff. ad l. Iuliam de vi priua. & l. vltima. eo titu.*

Decimosexto, lege Iulia publicorum iudiciorum nõ licebat eodem tempore duos diuersis de causis publico iudicio accusare, quod tamen in priuatis non reperies cautum, *l. hos accusare, §. lege. ff. de accu.*

¶ Decimoseptimo, in publicis iudiciis nemo inuitus cogitur testimonium dicere contra agnatos, & affines, & alios, *de quibus in lege quarta, ff. de testib. l. Iurisc on ff. de gradi. & probatur etiam in l. secunda, de accusa.* quod in priuatis non obseruatur.

¶ Decimooctauo, si seruus publico iudicio capitali postularetur, isti debebat lege Iulia publicorum iudiciorũ, vel ab extraneo satisdato promitti debebat, quod si non defenderetur in vinculis causam diceret, *l. secunda. ff. de custo. reo.* quod in priuatis iudiciis cautum non reperies.

¶ Istæ tamen suprascriptæ differentiæ videntur cessisse ab vsu, *vt dixi in præceden. cap. & Clarus refert lib. 5. sententia. §. 1. ver. hæc tamen.*

## CAP. VI.

## *Diuisio Criminum publicorum Iudiciorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Criminum publici iudicij diuisiones, & subdiuisiones, à causa materiali.*

1 VT autem & criminum, quæ publici iudicij sunt, vniuersitatem certis generibus distinguamus, & diuidamus: omissa diuisione Pauli Iurisconsul. quod alia sunt capitalia, alia non capitalia, quæ diuisio est ab effectu, & sic à pœna: dicendum est diuidendo ab obiecto, siue causa materiali, quod alia sunt in Deum, alia in parentes, alia in Principes, alia in se ipsum, alia in proximum.

¶ Rursus eorum, quæ in Deum committuntur, aliqua diriguntur in iniuriam ipsius vel potentiæ, vel sapientiæ, vel bonitatis: aliqua in iniuriam ministrorum eius, nempe sacerdotum, clericorum, aut monachorum: aliqua in res Deo donatas, vt in templa, in res sacras, aut similia.

¶ Quæ vero in Deum directo committũtur, aut sunt infidelitas aut hæreses, aut periuria aut blasphemię, quę omnia sunt publici iudicij, vt infra deducam. prius ergo dispiciamus de infidelitate, quæ tanquam genus comprehendit hæresim tanquam speciem, *vt concludit Thom. secunda secundæ, quæstio. 11. articulo primo.*

## CAP. VII.

## *De Hæresis nomine.*

### SVMMARIVM.

1 *Hæresis Græce, Latine electio vel secta (quæ hodie in malam partem sumitur, & est nomen infame) quid importet, & vide alias deriuationes numero 2. 4. & 5.*

3 *Euangelij fides, quare etiam respectu sectarum quæ tunc vigebant, non possit dici hæresis, quamuis quodammodo dicatur electio.*

6 *Hæresis in malam sumpta partem, ab antiquis impietas appellabatur.*

7 *Secta, & hæresis, idem esse.*

8 *Priuatam eligens opinio. contra communem hæreticus dici potest.*

1 HÆresis vox † est Græca, quæ Latine dici potest Electio, siue secta in aliquo dogmate, *vt apud Tul. in præfa. Paradox. & ad Atticum, lib. 14. & Famil. lib. 15. ad Cassium.* & in hanc generalem significationem sumit etiam Modestin. *in l. si duas. §. est autem. ff. de excusa. tuto. de qua etiam Budæ. in anno. in l. 1. §. item sciendum, ff. de ædil. edic. & Isido. Etymo. libr. 8. cap. 3.* & Hierony. super Epist. Pau. ad Galat. inquit, hæresis Græce ab electione dicitur, quòd scilicet eam sibi vnusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. *quæ verba registrata sunt in capitu. hæresis. 24. quæst. 3. vbi etiam Archid. & sequitur Azo in summa, C. de hæreti. & Fely. post alios in rubrica de hæret.* Et tametsi hac ratione nomen hoc & in bonam, & in malam partem ex sui deriuatione capi possit: attamen hodie infame est hoc nomen apud omnes Christianos, & significat quamlibet peruersam opinionem à fide Christiana deuiantem.

2 ¶ In qua etiam † significatione seruat deriuationem prædictã, videlicet ab electione, qua quis suo proprio confisus iudicio, & sapientia eligit, quod sibi dictat opinio humana, spretis Christi sermonibus, secundum sanum intellectum, quem patribus nostris inspirauit Deus, etiam secundum sacrosanctam, & catholicam Ecclesiam. & ideo Paul. primo ad Timo. *capi. 6.* inquit, si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei qui secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languẽs circa quæstiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones, malæ conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt. Quibus concinunt eiusdem Apostoli verba ad Gala. 1. Miror, quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi in aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi. Sed licet nos aut Angelus de cœlo euangelizet vobis, præterquam, quod euangelizauimus vobis, anathema sit, sicut prædiximus: & nunc iterum dico, si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit.

3 ¶ Et quamquam fides † Euangelij dici quodammodo possit etiam electio ex multis videlicet sectis, quæ tunc vigebant, vt Phariseorum, Saduceorum, Essenorum, Aebreorum, & similium: tamen quia illa non ab electione hominis, sed Dei processit, & Spiritus sancti gratia infunditur in cordibus credentium, iuxta illud Pauli ad Ephe. secundo, fides est donum Dei, ideo proprie non potest dici hæresis, id est electio. iuxta etiam illud Ioan. sexto, Nullus venit ad me, nisi pater traxerit illum: sed illa dumtaxat opinio, quam suo quisque arbitrio eligit humano fretus consilio contra decreta patrum, & receptam à catholica Ecclesia interpretationem Spiritu Dei infusam, iuxta illud etiam Pauli 1. ad Corinthi. secundo, Sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus, & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei: & quia Christiana fides non est à quopiam homine electa, sed à Deo tradita, & inspirata, iuxta illud Ioannis, Nemo potest venire ad me nisi pater, qui misit me, traxerit eum. & Ioa. 15. non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Christianis ideo non conuenit electio sectæ, nec eis licet quidpiam circa fidem eligere, cum fides catholica non ex humano arbitrio, nec certa intellectus scientia dependeat, sed inspirante Deo reuelata, ideo apud nos nomen hæresis infame, *de quo late Alphons. de iusta hæret. puni. libr. primo capi. primo.*

4 ¶ Volunt etiam quidam, hæresis nomen deriuari à à verbo ercisco, quod est diuido, *vt in rub. & toto titu. ff. famil. erc.* quod hæretici diuisi sint ab vnitate fidei, & ecclesiæ catholicæ, *vt inquit Archid. in cap. 1. nume. 3. de excep. in 6.* quod & effectus indicat, nam postquam in notitiam deuenere, separantur, & segregantur à communione fidelium, & ab omnibus, qua Christianis, imo & aliis cõmunia sunt, vt ab agendo in iudicio postulando, testificando, procurando, & similia, & tradit etiam Gemin.

*consilio 44.nu.2.& Oldra.con.210.regularis,colum. 2.versi.circa primum,& probat tex.in ca.quod autem hi,quod est vltimum, 4. quæst.1.*

5 ¶ Et † demum aliqui etiam ab errando deriuatam hanc vocem putant,*vt per Archid.in d.c.hæreses.24.q.3.* quę deriuatio licet quoad sensum quadret, quod scilicet hæresis nil aliud sit, quàm erronea opinio, qua quis errat in fide, attamẽ repugnat orthographiæ, cum hæresis aspirationem habeat, quam non habet verbum, Erro.

Alias quoque sibi confingunt multi huius nominis alluſiones, quas non refero, quia lusus sunt potius & somnia, quam alluſiones, sed eas videre poteris apud Paul. Girlan.*in tracta.de hære.q.1.nume.4.& Carrer.in tracta. eo.de hæreti.nume.5.& Zanchi.de hæreti capite 1.*

6 ¶Hæresim autem, † quam nos in malam partem capimus, impietatem appellabant Antiqui, quo nomine cusatus fuit & Socrates,& Aristoteles quoq; ab Eurimedonte Hyerophãta, siue à Demophilo, vt quidam volunt,& ea de causa Athenis relictis in Chalcidem exulaturus contulit,*vt author est ex Origene Crin.lib.10.c.3.*

7 ¶Secta,& hæresis † idem esse testatur Tho.*secunda se cundæ.quæstio.11.arti.primo ad tertium.*

8 ¶ Prima enim † congregatio nominum fuit per viã cognitionis, cui congregationi contraria est hæresis, quæ consistit in singulari opinione cõtra communem, & ideo qui eligit priuatam opinionem contra communem, dicitur hæreticus, id est diuisus à communi.

## CAP. VIII.

## *de Nominatis,& Innominatis Delictis.*

### SVMMARIVM.

1 *Nominata,& innominata delicta,quæ dicantur,& quomodo distinguantur.*

1 NOminata † sunt, quæ habent nomen à lege, siue publica, siue priuata, vt adulterium, furtum: innominata sunt, quę non habent nomen iuris, sed facti, vt verberare, percutere, ingredi domum alienam, quæ non semper puniuntur: neque fiunt cum maleficio, cum nominata semper fiant cum maleficio, *vt per Bar.in l.nunquam plura,numero 4.de priua. delic. sequitur Clarus libro quinto recep.sententia.lib.5.c.1.ver.habes etiam.*

## CAP. IX.

## *Hæresis quid,& quot eius species.*

### SVMMARIVM.

1 *Hæresis definitio large,& stricte, & quæ concurrere debeant ad veram hæresim,nu.2.*

3 *Infideles omnes sunt hæretici,& è contra,cum hæresis sit infidelitatis species.*

*Infidelitatis species tres,& quæ:*

4 *Hæreticus est qui intellectu errat,non autem qui peccat corpore,intellectu non errante.*

1 HÆresis † ex prædictis sic definiri potest, quod est falsa opinio,& pertinax circa Deum, & ipsius catholicam fidem. Dixi, falsa opinio, quia vt supra dictum est, hæresis est opinio, quę vox loco generis ponitur. Dixi, falsa, quia plures species falsitatis continere potest. Dixi pertinax, quia vt statim dicam, sine pertinacia non potest esse hæresis, & sic vox falsa, ponitur ad differentiam veræ opinionis; vox, pertinax ad differentiam erroris, quem quis paratus sit emendare, qui excusabilis est, neque hæreticum constituit. Dixi, circa Deum, vt comprehenderem omnes species hæresis infidelium scilicet, vt Paganorũ, Iudæorum,& etiam Christianorum. *Quæ definitio colligitur ex dictis in præceden.capitulo,& ex tex.in d.cap.hæreticus,24. q.3. & per Thom. secunda secundæ.q.2.ar.1.& 2.*

¶ Omnis ergo, qui Trinitatem, & articulos fidei non agnoscit, vel in illis pertinaciter errat, hæreticus dici potest, vel sibi nullum Deum, vel alium fingat, vt sunt infideles. *glo.in cap.inter hæresim, 24. quæst.3.* Large igitur sumpta significatione hæresis, infideles, & Iudæi possunt dici hæretici, quia fallam habent circa Deum opinionem, *vt habetur etiam in c.qui vero,ea causa & quæst.* licet proprie apud nos hæretici non sint, & ideo Inquisitores hæresis non possunt contra eos procedere, *vt per Ioa. de Ligna.& Cald.inter consilia Bal.consil.316.in fi.1.vol. quod com probat Bal.idem tenendo in cons.antecedenti 315.incip. Iudæis, in fi.1.vol.*

2 ¶ Strictius † autem hoc nomen sumendo, vt nos Christiani illud vsurpamus, est dogma falsum fidei orthodoxæ repugnans cum pertinacia.

¶ Tria ergo concurrunt ad perfectam hæresim constituendam, falsa scilicet opinio, siue credulitas in rationali intellectu, peruersa volũtas in concupiscibili, & defensionis illius peruersæ voluntatis in irascibili. Et ideo vere ille dicetur hæreticus, qui errat circa fidem Christianam per intellectum, & pertinaciter hæret errori per voluntatem, *& probatur in c.dixit.24.quæstion.3.& per Girlan.in tracta.de hæreti.q.1.nu. 6. & Oldra consil.210. col. 2.ver.circa primum,& late Alphons.de Castro in suo tracta.de hæreti.cart.24.in fine.*

3 ¶ Quia igitur † hæresis est infidelitatis species vt cõcludit Tho.*2.2.q.11.artic.1.* dicemus, quod omnes infideles sunt hæretici, & omnes hæretici infideles: sed infidelitas distinguetur primo in tres species.

Prima, quando negatur Deus omnium creator, vt sunt Athei,& erant Romani, qui plures Deos constituebant.

Secundo, quando negatur Christus vti Dei filius, vt sunt Pagani,& Gentiles.

Tertio, quando negatur Spiritus sanctus, idest, scriptura veteris, vel noui testamenti, vel aliter intelliguntur, quæ à Spiritu patribus nostris dicta fuerunt, & orthodoxæ Ecclesiæ. Spiritu enim diuino omnes traditæ. Et à rectitudine fidei dupliciter quis potest deuiare.

Primò, quando quis Christo non vult assentire, & sic prauam habet voluntatem aduersus ipsum finem, scilicet Christum, quod pertinet ad infidelitatem Paganorum,& Iudæorum. Alio modo, quando Christum vere fatetur,& colit, non tamen eligit ea, quæ vere sunt à Christo tradita, sed ea dumtaxat quæ sibi propria mẽs suggerit,& hoc pertinet proprie ad hæresim, per quam professus fidem Christi dogmata eius corrumpit, *vt de prædictis author est Tho.2.2 q.11.arti.1.in respon.*

Hæresis dicitur etiam labes, *cle.1.§.2.de hæreti.*

4 Omnis qui peccat, non † dicitur hæreticus, sed tantum qui intellectu errat: ideo qui fornicatur, peccat corpore, sed non ideo peccat intellectu, si credat peccatum esse fornicationem: sed si crederet fornicationem non esset peccatum, tunc intellectu erraret, & ideo hæreticus esset.& sic simoniam exercere, non est hæresis, sed quando exerceret quis eam, quia crederet non esse peccatum. *& ita intelligendum ca.qui studet,prima, quæstio.1.* sed & aduertendum, quod quilibet error non est hæresis, sed is tantum, qui repugnat fidei Christianæ.

## CAP. X.

## *De Infidelitate.*

### SVMMARIVM.

1 *Infidelitas quid,& vnde dicta,& quotuplex.*

2 *Infideles an sint expellendi à locis fidelium,& ab Ecclesiis, & quando,& nu.6.*

3 *Christiani cum infideli contra infideles militare possunt.*

4 *Infideles ex causa necessitatis possunt adiuuare Christianos in bello contra Christianos,quibusdam concurrentibus,& fœdera inire cum infidelibus, & qualiter.*

*Et etiam eis subuenire tempore necessitatis,& famis.*

5 *Infide-*

5 *Infidelis confugiens ab Ecclesiam, ab ea non defenditur.*
7 *Paganum interficiens est homicida, & quare maius committat delictum quam Christianum occidens.*
8 *Infidelem clericus occidens, fit irregularis, idem de iniuriante infideles.*
9 *Infidelibus portare quæ prohibeamur & docere, limi. vt numero 11*
10 *Extensio vbi fit de casu ad casum, non est locus pœnæ legali, sed arbitrariæ.*
12 *Merces prohibitæ & non ex expresse prohibitæ, quo tempore prohibitæ sint respectiue.*
13 *Prohibitæ res faciunt in commissum cadere res non prohibitas, si cum prohibitis reperiuntur.*
14 *Duelli gratia an Principem infidelem adire liceat, & an vna parte adeunte, altera teneatur ad locum obtentum se conferre.*
15 *Saracenorum ad festa se conferens, vt apostata iudicatur, & punitur.*
16 *Infidelitas maior quæ sit Gentilium, Iudæorum, aut hæreticorum.*
17 *Infidelium gradus. & qui maior quoad peccatum.*
18 *Infidelis nullus, minis, vel deceptionibus ad Christiana mfidem trahendus est, sed persuasionibus, & rationibus.*
19 *Hæresis crimen, an cadere possit in infideli, & in Iudæo.*
20 *Infideles, quæ crimina committere possunt pœna digna. & vide circa idololatriam pulera.*
21 *Infideles post fidem susceptam apostatantes, quibus pœnis afficiantur, & quot modis ista perpetrentur, & qualiter procedant.*
22 *Infidelis conuersus plures retinens vxores, punitur; vnica, & prima enim adhærere debet.*
23 *Infidelis conuersus, potest retinere vxorem, quam in infidelitate duxit in gradu nobis prohibito.*
24 *Infidelis committens homicidium punitur, vt & Christianus, & an fiat irregularis, & quo casu ista procedant.*
25 *Infideles intrantes Ecclesias irridendi causa puniuntur.*
26 *Infidelis sepeliens infidelem in cœmiterio, Ecclesia, vel alio sacro loco punitur, nec posset consecrari post sepulturam locus ille.*
27 *Infidelis commiscens se cum Christiana, vel contrahens matrimonium qualiter puniatur.*
28 *Infidelis conuersus, an puniatur de peccato ante baptismum commisso.*
29 *Infideles contra naturam peccantes etiam à iudice Ecclesiastico puniri possunt.*
30 *Infideles committẽtes aliquid in opprobrium Christianæ fidei, puniendi sunt.*
31 *Infideles blasphemantes Deum, Christum, Spir. sanctum S. Mariam, vel Sanctos puniri debent.*
32 *Infidelis transiens ad Iudaismum, vel econtra, non punitur.*
33 *Infideles an æquiparentur Iudæis, ita vt pœnæ in Iudæos, & ad ipsos æque extendantur.*
34 *Iudices qui puniant infideles.*
35 *Saraceni dicuntur qui plures deos colunt, & nec nouum, nec vetus recipiunt testamentum.*
36 *Infideles qualiter canonibus ligentur.*
37 *Infideles, Romano Iure, nec ligantur, nec vtuntur, sicut Iudæi.*
38 *Infideles Mahometi nomen publice inuocantes iudicis arbitrio puniantur.*

1 INfidelitas † cum opponatur fidei, ꝙ vox ista sit cõposita à negatiua in, & à fide, prout sumitur fides professa de Christi, est negatio veritatis fidei Christi. Huius autem triplex est species, nam aut quis negat veritatem fidei nondum susceptæ aut professæ, & hæc conuenit Paganis, & Saracenis, aut negat veritatem fidei Christi susceptam & professam in sui figura, & hæc conuenit Iudæis, aut negat veritatem fidei Christianæ susceptã in baptismo, & in manifestatione ipsius, & hæc conuenit Christianis, & dicitur hæresis. prius ergo de infidelitate Paganorum Gentilium dispiciamus, ea dumtaxat attingendo, quæ materiam criminum concernunt. Infidelitas quanquam peccatum, & maximum quidem omnium peccatorum sit, cum fidei opponatur, quæ virtus est, *vt tradit Thom. 2.2. q. 10. articu. 1. & 3.* attamen neque iure ciuili neque canonico punitur, vti crimen, cum ab Ecclesia tolerentur, vti etiam Iudæi, *cap. & si Iudæos, de Iudæ. & toto illo tit. & etiam C de Pagan.* Ideo licet si velint Principes, eos de terris suis expellere possint, non tamen debent aut solent nisi ex causa, quinimo lege cautum, ne ipsi molestentur, aut eorum bona deprædentur, & auferantur, ~~sub~~ pœna dupli, *vt est text. in l. Christianis, C. de Pag.* nisi quid turbulentum tentauerint, aut contra leges quid fecerint, vt ibi dicitur. Et quod Prin-
2 cipes † non debeant eos expellere, licet possint, si velint, est not. consilium Oldra. *consil. 87. quæritur an Princeps & consil. 264. illa videtur*, vbi his verbis exorditur, quod illa videtur probabilior sententia, quod Princeps absq; legitima causa Saracenos, aut Paganos de terris suis non possit expellere, quod pluribus comprobat ibi diffuse, nisi subsit aliqua legit. causa. vbi concludit, quod tolerari debent, vt tandem conuertantur ad fidem, quia dicitur Ioan. 10. Alias oues habeo, quæ non sunt de hoc ouili. & dixit Iesus Petro, pasce oues meas, non distinguendo has, vel illas. Ideo non debent arceri ab audiendis prædicationibus, *c. Episcopus nullum, de consec. di. 1. vbi gl.* & quanquam gl. *in c. perlectis, in gloss 25. di.* dicat illud hodie non tenere, cum in d. capit. perlectis, in pri. dicatur, quod Ostiarij officium est fideles in Ecclesiam recipere, infideles non excipere, tamen non ita tenendum: nam dispositio d. cap. Episcopus nullum, sumpta est ex Concilio Carthaginensi 4. hoc autem est ex Epistola Isidori, cuius authoritas cedit proculdubio Concilij authoritati. sed conciliari possunt, vt ostiarius regulariter infidelem arceat ab Ecclesia, nisi viderit eum intrare audiendæ prædicationis gratia, cum alias timere possit, ne malo animo intret, vt subsannet, & derideat ritus nostros, & scandalo sit fidelibus, pro quibus faciunt verba Christi ad Apostolos relata à Marco capit. 25. Euntes in mundum vniuersum, prædicate omni creaturæ.

3 ¶ Quinimo † in bello iusto, & præsertim cõtra alios infideles possunt Christiani militare cum infidelibus, & eos iuuare, *c. quid culpatur, 23. q. 1. & c. Iulianus, 11 q. 3.*

4 ¶ Et è contra possunt Christiani in bello iusto, & ex causa magnæ necessitatis vocare & adiungere sibi infideles in auxilium contra Christianos, *vt tenet Oldra. cons. 81. nunquid Christianus. & sequitur Ioa. Andr. in add. ad Spec. sub rubrica de Iudæ. ver. conuertendo hunc casum, & tradit Abb. in ca. quod super, ad fin. ver. vltimo hic quæritur, de voto*, & est communis, modo hæc tria concurrant.

Primo, quòd nullum sit bellum actiue, vel passiue illatum cum infidelibus.

Secundo, quod iustum sit bellum, & necessarium.

Tertio, quod aliter non possunt inuocantes auxiliũ se tueri, *ita Ana. & Felyn. in c. ad liberandam, de Iudæ. & Corset. in tract. de potesta. Reg. in quarta parte prin. quæst. 83.* & exemplis veteris testamenti, & pluribus aliis comprobat insignis Doct. & conciuis meus, mihi vt frater amantissimus, *in tract. suo doctissimo, & locupletissimo, de Iudæis parte 1. cap. 6.* vbi etiam late cõcludit ex iustis causis fieri posse pacem, & fœdera cum infidelibus, etiam inconsulto summo Pontifice, dummodo contra eum, & Ecclesiam non fierent, & nõ fieret tempore, quo ab vniuersis Christianis indictum esset bellum infidelibus, vt ibi late, & eleganter per eum, quæ non prosequor, quia extra materiam nostram.

5 ¶ Sed & infidelibus † subueniendum tempore famis, & euidentis necessitatis, *c. quiescamus, 42. distin. capitu. non satis, 86. di. & per Oldra. d. cons. 87. & per Alexand. cons. 99. septimo volu.*

6 ¶ Verum est, † quod Ecclesia non defendit infidelem ad eam confugientem, *l. 1. C. de iis, qui ad Eccl. confug. & tradit Oldra. cons. 54. an fugiens, in fi.*

7 ¶ Quod si turbas † suscitent, vel Principi sint re-

belles, vel etiam tot & tantas opes cumulent, vt timeri probabiliter possit ne suffocent Ecclesiam, tunc & expelli, & bonis spoliari possunt, *ca. igitur, & c. omni timore, 23. q. 8.*

¶ Et quia, quod attinet ad materiam nostram, vel cõtra infideles possunt committi crimina, vel ex eorum causa, vel ipsi etiam delicta perpetrare possunt, ideo de singulis videndum.

7 ¶ Quod ergo † attinet ad delicta commissa per Christianos, vel alios infideles, sciendum quod interficiens Paganum, dicitur homicida, *c. clericum, c. de his, 50. distin. c. ex multa, de voto, & per Inno. in capit. olim, il terzo, de resti. spol.* quinimo secundum communem, maius damnum affert homicida pagani, quam Christiani, quia occidendo Paganum, occidit corpus, & animam, quæ forte potuisset saluari per conuersionem ad fidem, & baptismum: quæ ratio non militat in Christiano bono, & ideo maius etiam peccatum committit occidens puerum infidelem, quam adultum Christianum, cum maior sit spes, vt puer infidelis conuertatur quam adultus, *vt de omnibus his habetur in capitul. rebaptizare de consecra. di. 4. vbi Arch. & cæteri, & per Fely. in cap. ita quorundam, colum. 1. de Iudæ.*

8 ¶ Et ideo † de iure canonico clericus occidens infidelem efficitur irregularis, sicut si Christianum occideret, *c. suscepimus, ca. de cætero, c. tua nos, c. Ioannes, de homicid. d. c. clericum, & c. de his, 50. dist. & per Inno. in d. ca. olim, il terzo.* adeo vt nec cum eo poterit dispensare Episcopus, *c. miror 50. di.* Et ideo etiam in foro ciuili, qui occidit infidelẽ iniuste, punietur pœna homicidæ, *vt per omnes in l. Christianis, C. de Paga.* & pariter punietur Christianus pro quacũque iniuria infideli illata, sicuti si illam intulisset Christiano, vt ibi habetur.

¶ Committuntur rursus crimina per Christianos ex causa infidelium, vt quando ad eos accedunt Christiani negociationes exercendi causa cum rebus ad eos afferri prohibitis, *l. 1. & 2. Cod. quæ res expor. non deb. l. 2. C. quæ res vendi non poss. l. 2. C. de commerc. & merca. vbi in l. mercatores, & in l. vlti.* puniuntur pœna perpetui exilij, qui mercaturæ gratia ad eos se transferunt, & hoc ne Christiani videantur exploratores infidelium, quin etiam publicantur eorum bona, *vt dicitur in d. l. vltima.*

9 ¶ Et ad infideles † prohibentur Christiani apportare vinum, oleum, & alia liquamina, nec gustus quidem causa, aut vsus commerciorum, *l. 1. C. quæ res expor. non poss.* Item prohibentur afferre ferrum, chalybẽ, aut arma cu iuscunque generis tam ad offendendum, quam ad defendendum parata. Item & ea, quæ ad ipsa arma sunt accessoria. pœna autem hæc apportantium de iure ciuili est pœna capitis & publicatio omnium bonorum, *vt dicitur in l. 2. C. quæ res exporta.* de iure autem canonico pœna est excommunicationis, & qui hæc admiserit, & captus fuerit, capientis seruus eo iure efficitur, *ca. ita quorundam de Iudæ.* Quæ vtique procedunt etiam, siquis ferrum, vel arma venderet infidelibus, qui sub specie legationis, vel quocunque alio colore se ad terras Christianorum transferrent, *vt dicitur in d. l. secunda.*

¶ Aurum quoque, argentum, pecuniam, & alias res, quibus possint fortiores fieri infideles, & atrocius infestare Christianos, ad infideles afferre, aut eis dare non licet. *l. 2. C. de Commer. & merca.*

¶ Quin & frumentum, & sal, ac etiam cotem subigendo ferrum necessariam ad infideles portare, vel illis dare, capitale est, *l. cotem ferro, de publica.* quæ lex, licet loquatur de hostibus po. Ro. & à Paulo scripta, qui Gentilis erat, attamen & ad infideles extendi hodie potest, cum & ipsi dicantur hostes communis salutis, *l. fi. C. de malefic. & ita extendit glo. in l. 1. C. de litor. & itin. custo. lib. 12. & tradit Bar. in l. hostes, colum. secunda, de capti.*

¶ Et videtur, quod pariter & alia quæcunque ad victum, & auxilium infidelium pertinent, ad eos apportari non possint, *vt videtur velle gloss. in dicta lege prima, Codice quæres expor. non poss.* quinimo neque animalia possunt ad eos afferri. *l. vsurpationem, vbi nota. Codice de vectiga. commiss.*

¶ Item qui vendunt naues, vel aliquod genus nauigij aptum ad infestandum mare piratico more, & qui etiam vendunt, vel ad eos apportant ligna pro conficiendis nauibus, vel triremibus, sunt excommunicati, *vt in c. ad liberandam, de Iudæ*

¶ Item tradens artem nauigandi infidelibus capite punitur, *l. vlt. C. de pœnis, no. in d. l. 1. C. de lit. & itin. custo. li. 12. & in d. c. ita quorundam, de Iudæ.*

¶ Idem quoque dicere nunc possumus de iis, qui ad infideles transportarent scloppos archebusios, bombardas, vel simile genus tormentorum, vel etiam puluerem ad exonerandum d. tormenta, vel qui artes istas docerent, arguendo ab idẽtitate rationis, de qua in d. l. 2. C. quæ res expor. & in terminis reperio hoc considerasse Beneuenutum Straccã in suo tract. de mercatura, *in quarta parte prin. nu. 13. est mihi car. 68. ad quæ est tex. in extrauag. com. sub titulo de Iudæ. in c. multa mentis amaritudine, quod est primum*, vbi generaliter Christiani prohibentur ferre ad infideles arma, equos, ferrum lignamina, victualia, & alia quæcunque mercimonia, aut eis alias auxiliũ, vel fauorem præstare quoquomodo. dum ergo arma portari prohibentur, appellatione armorum venient etiam ista noua tormenta, cum omnia, quibus nocere possumus, si ad id fuerint inuenta, vel sumpta, arma dicantur, *c. de occidendis, 23. q. 5.* & tradit Ang. *in trac. de malef. in ver. vno stocco ferreo*, vbi etiam Aug. de Arim. in addi. Itẽ in d. extrauag. prohibentur omnia mercimonia apportari, quæ sint auxilio quoquomodo infidelibus, *& idem probatur in c. significauit, eo. titu. de Iudæ. in Decret al.*

10 ¶ Aduertendum tamen, † quod licet possit fieri extensio de casibus præmissis ad alios etiam casus similes, vt scilicet puniantur, qui aliquid simile apportauerint ad infideles, eo tamen casu, quo fiet extensio, pœna erit arbitraria: nam pœnæ expresse in legibus supra adductis, habent locum in casibus expressis, non autem in aliis, ad quos fit extẽsio, *arg. c. de causis, de offic. delega. c. postulasti, de Iudæ. l. 1. §. expilatores, de effractor.* & in terminis hoc ita declarat Host. *in summa de Sarac. §. qualiter erga ipsas, ver. nedum autem, & ver. seq. nu. 4.*

¶ Et puniuntur non tantum ij, qui deferunt, sed & ij, qui nuncios mittunt, vt deferant, vt habetur in iuribus præallegatis.

¶ Nec refert, an deferens, vel transmittens supradictas res prohibitas, id faciat animo nocendi Christianis, vel non, *vt tradunt omnes in d. ca. ita quorundam, de Iudæ.* & est ratio, quia lex in specie punit factum, non animum.

11 Limitantur autem prædicta, † vt liceat tamen pro redimendis captiuis afferre ad infideles prædicta, modo aliter redimi non possint, & modo qui affert, aliud commodum non reportet, quam redemptionem captiuorum, *vt probatur in capitulo. significauit, de Iudæ.* Item modo ne etiam tunc vigeret bellum cum eis, quia hoc tempore non licebit afferre etiam pro redemptione captiuorum, *vt per gloss. & Doctores in dicto cap. significauit.*

12 Declara etiam secundo, vt merces expresse prohibitæ, non possint afferri, neque tempore belli, neque etiam tempore pacis: cæteræ autem merces, non ita expresse prohibitæ, poterunt tempore pacis afferri, *vt probatur in d. c. significauit, & in c. quod olim, de Iudæis. & tenet Hostiensis in summa de Saracenis, §. vltimo. & Innoc. in dicto capitulo quod olim, quem omnes sequuntur, & late Alexander consuluit, consilio 130. super eo, numero secundo. in septimo volumine quem sequitur Boe. decis. 178. an licitum sit, nu. 11. & seq.* Et quod dictum est de tempore belli, idem dicas, & intelligas de tempore, quo præparatur bellum, vel de tempore induciarum, post quas timetur continuatio belli, *vt per Ioannem de Ana. in dicto capitu. quod olim, & per Ancha. consilio 88. præmissa facti serie, & Boer. d. decis. 178. numero 25.*

¶ Notan-

13 ¶ Notandum quoq; , † communem esse opin. quod si cum rebus prohibitis ad infideles apportari tempore pacis, reperiantur etiam aliæ, quæ expresse non sint prohibitæ, vel sint illiusmet, cuius sunt prohibitæ, vel alterius, modo sciuerit etiam prohibitas simul apportari, omnes tamẽ in commissum cadent, & publicabuntur, *vt not. omnes in l. cotem ferro, §. dominus, ff. de publica. & in l. cùm proponas, vbi Bald. & Salycet. Cod. de naut. fœn.* Guido Papæ, *quæst. 572.* & hanc dicit communem Boer. *d. decis. 178. num. 24. & 25.* vbi adducit etiam plures tenentes contrarium, & Gandi. *in tract. malef. sub titul. de rebus non portandis contra deuetum.*

14 ¶ Sed non inepte † etiam quæri potest hîc, an prouocatus ad duellum, qui duelli iure tenetur reperire iudicem & tutum campum pugnæ, si nullum reperiat Christianum Principem, qui locum velit concedere, teneatur accedere ad Principes infidelium, & ab ipsis procurare locum pugnæ, vel si prouocatus nolit accedere, an prouocans possit, & tunc prouocatus teneatur se ad illum locum infidelium conferre? & concludendum breuiter, quod non vtroque casu. *& ita in specie concludit Paris de Puteo in tractat. de re milit. libro secundo, capitulo incipiente, An si ad duellum, vbi pluribus hoc optimè comprobat.*

15 ¶ Item nota, † quod transiens ad festa Saracenorum, punitur tanquam apostata, vt per Oldradum, *consilio quinquagesimoprimo.*

16 ¶ Iam verò videndum † de ipsorum infidelium delictis, prius tamen sciendum, quod si infidelitas Gentilium barbarorum absolutè consideretur, maior est infidelitate Iudæorum, quia illi Deum vnum non cognoscunt, neque aliquem expectant Messiam, quod tamen faciunt Iudæi: sed horum omnium grauior est hæreticorum, qui iam susceptam fidem deserũt, vel in ea præuaricantur, *ita Tho. 2. 2. q. 10. artic. 6.* in vno tamen melioris conditionis esse potest Christianus fidem deserens, quia si reuertatur, bona prius per eum facta reuiuiscũt, quia facta in solido baptismatis fundamento, *c. pium, de pœnit. distinct. 3.* quod esse non potest in infideli, aut Iudæo, qui hoc sacramento caruit, *glossa vltima, per illum text. in capitul. primo, de schismat. vbi Marian. numero 4. & vide tu text. in capit. scimus nos, 12. quæstio. 1. in capit. fornicator, 33. quæstion. 4.*

17 ¶ Tametsi † inter infideles quoque gradus sint, qui maiorem vel minorem constituunt infidelitatem. Horribilior enim, & grauior eorum, qui Athei sunt, id est, nullum Deum agnoscunt, omnémq; aspernant religionẽ, vt Diagoras, Theomachos dictus, & Lupus, & Carbo Neptuni filius.

¶ Succedunt secundo gradu illi, qui Deos vtique colunt sibi confictos, sed inanimatos, vt Ægyptij, qui cæpe vel allia colebant.

Tertio gradu illi, qui animata, sed irrationalia colebant, vt canem, bouem, crocodilum.

Quarto, qua creaturæ cœlestes adorantur, vt Sol, Luna.

Quinto, qua creaturæ humanæ pro Diis colebantur, vt apud Gentiles, Saturnus, Iupiter, Mars, & similes.

Sexto, qua Deus omnipotens, & pater omnium colitur: Christus autem filius, & verus Messias, promissus in veteri testamento reiicitur, quod faciunt Iudæi.

18 ¶ Nulla autem † infidelium species cogenda ad fidem nostram suscipiendam, neque timore aut fallaciis trahendi, sed vel rationibus, vel persuasionibus tantum alliciendi charitate & doctrina, *capitul. qui sincera, 45. distinct. & ibi gloss. capit. debet, 22. quæst. 4. & capit. quod autem, ea. cau. quæst. 7.* Liberi enim debet esse fides arbitrij, quo ad homines, *ca. sen. de pœnit. d. 2. & tradit Oldrad. consil. 264. columna 2.*

19 ¶ Et sciendum, † quod crimen hæresis non potest propriè cadere in infideli, neque etiam in Ieo, *vt pulchrè declarat Tho. 2. 2. q. 11. artic. 1. quem sequitur Gurlan. in tract. de hære. q. 1. nu. 3.*

20 ¶ Committere autem † possunt infrascripta crimina pœna digna coercenda. Primò enim si in terris Christianorum templa Idolis aperuerint, vel Idolis sacrificauerint, aut auguriis aruspicinis, & extis inspiciundis vacauerint: hi autem capite puniuntur, cum publicatione bonorum, *leg. 1. & 2. Cod. de pagan.* quin & Iudices, & Rectores prouinciarum acriter puniuntur, si crimina hæc dissimulauerint, vel iustis pœnis non vindicauerint, vt ibi dicitur, & hoc ne religionis loco existimetur sacrilegium, *vt inquit text. in leg nemo venerandi, quæ est pen. Cod. de pagan.* Quinimo & conscij horum criminum eadem pœna tenentur, *vt dicitur in dict. leg nemo.* Et Rectores non vindicantes, quinquaginta libris auri puniuntur, & pariter eorum officiales eadem pœna plectuntur, *vt ibi dicitur*, quæ procedunt etiam si in alieno prædio vel domo aliquid tale perpetretur, quo casu si id factum sit scientibus dominis prædiorum vel domorum præter ipsorum prædiorum, & domorum publicationem, priuantur militia, & honore, bonáque eorum omnia proscribuntur: quod si plebeij fuerint & priuati status, cæsi in metallum, vel in perpetuum exilium damnantur, connumerantúrque hæc crimina inter publica iudicia, *vt omnia hæc habentur in lege vltima, Cod. de paganis.*

21 ¶ Secundò, † si fidem Christianam semel susceperint, coguntur in ea perseuerare, aliàs castigantur, vt alij apostatæ, schismatici, & hæretici, *c. contra Christianos, de hæret. in 6.* vbi quod hoc procedit etiam si metu mortis aut corporis cruciatus baptizari se permiserint, modo absolutè non fuerint coacti, puta ligati, vel vi aqua baptismatis abluti, & chrismate illiniti, *c. Iudæis, 45. distinct. & c. ad fidem, 23. q. 5. vbi scribentes.* Et plus dico, quod si infidelis philocaptus amore alicuius Christianæ puellæ, simulatè factus sit Christianus vt sibi copularet Christianam illam, & baptismum receperit, si postea reuersus sit ad pestem infidelitatis, cogendus est in fide perseuerare, & vti Christianus apostatans punietur, & valebit matrimonium, neque illa mulier poterit alteri nubere, & verè dicetur character baptismi impressus, *capit. sicut ficti, 1. quæst. 1. cap. quamuis, de consecrat. dist. 4. vbi gloss.* nam & Christus Iudæ mente infecta, & simulata recipienti buccellam panis pro sacramento communionis obtulit, *cap. quod quidam, 1. quæst. 1. in princ. & in §. sed ne Aug. & in §. ipsa enim salus.* quæ intelligenda sunt quo ad forum contentiosum, secus in foro conscientiæ, *vt per Innocent. in c. 1. circa fin. de baptis. & Abb. in capit. vlt. eodem tit.* & ideo cum ecclesia ignoret intentionem, & quilibet præsumatur bonus, poterit illum cogere, vt perseueret, & punire nolentem, *& ita etiam in terminis tenuit Beroi. q. 2. incip. Ex facto quærebatur.*

22 ¶ Tertiò delinqueret † infidelis conuersus ad fidem, qui plures habebat vxores, si vellet omnes retinere: tenetur enim adhærere primæ tantum, aliàs puniretur vti Christianus, qui duas haberet vxores, *capit. gaudemus, §. quia verò, de diuort.* scimus enim Christianum plures vxores habere simul non posse, *leg. secunda, Cod. de incest. nupt. leg. 2. Cod. de donat. ante nupt.* etiam si sint Iudæi, *l. nemo Iudæorum, C. de Iudæis.*

23 Quod si dum essent infideles, † contraxissent matrimonium cum aliqua in gradu prohibito penes nos, & à iure canonico, & per ecclesiam, non ideo tamen post baptismum separari debent, *c. de infidelibus, de consangu. & affi. & d. c. gaudemus, in prin.* & filij eorum vtiq; erunt legitimi, *c. vlt. qui fil. sint legit.*

24 ¶ Quartò infidelis † committens homicidium punietur sicut quilibet Christianus, *inxta l. nullus tanquam, Cod. de Iudæis.* Quinimo multi tenuerunt, quod si ante baptismum infidelis homicidium commiserit, efficiatur irregularis, adeo quod post baptismum non possit

promoueri ad ſacros ordines. quæ opinio vera eſt, & communis, quando homicidium commiſſum fuiſſet cum peccato, id eſt, concurrente voluntate occidendi, *ita Innocent. Calderi. & Abb. in cap. gaudemus, in ſecunda colum. ver. in gloſſ. fin. de diuort. Hoſtienſ. in ſumma de homicid. §. quæ pœna, verſ. quid ergo, & latè Maria. Soci. in cap. ad audientiam, numero 8. & 9. de homicid.* ſecus autem eſſet in homicidio caſu commiſſo, & ſine peccato, vt per omnes in locis prę-allegatis, *& ſequitur etiam Suſanna conciuis meus, in tractat. de Iud. in 1. part. c. 12. nu. 6.*

25 ¶ Quintò punirentur infideles, † ſi vellẽt intrare eccleſias & audire prædicationes, vt ſubſannarent, irriderent, vel reprehenderent, aut tumultum excitarent, & eas polluerent, *iuxta ea quæ dixi ſ. in prin. huius cap.*

26 ¶ Sextò puniretur † etiam infidelis, qui infidelem in cœmiterio, vel eccleſia aut loco ſacro ſepeliret: cũ imo ſi ſepultus antequam eſſet eccleſia foret, non poſſet ibi conſecrari eccleſia, neq; ibi celebrari, donec non eiiceretur cadauer, *vt cautum eſt Concilio Aurelian. relato in c. eccleſiam, de conſecrat. diſt. 1.*

27 ¶ Septimò puniretur, † ſi infidelis ſe cõmiſceret cum Chriſtiana vel è contra, prout de Iudæis dicitur *in cap. in nonnullis, extra, de Iudæis.* minus quoq; poſſunt matrimonium cum Chriſtiana contrahere, vel è contra: nam & hoc publici iudicij erit, & vti adulteri tales punientur, *leg. ne quis Chriſtianam, C. de Iudæis.* nam æquiparantur iſtæ duæ commixtiones Iudæi cum Chriſtiana, vel infidelis cum Chriſtiana, *d. c. in nonnullis, vbi Felyn. colum. 2. ver. & copulanti, & tenet Paul. Girlan. in tract. de pœnis omnifar. coitus, q. 12. numero 11.*

28 ¶ Octauò puniri poſſunt † etiam de delicto commiſſo, dum eſſent infideles ante baptiſmum: baptiſmus enim abluit & tollit peccatum, & pœnam animæ, non corporis, neque tollit offenſionem factam Reipub. delinquendo, *vt tenet Hoſtienſ. Anto & Abb. in c. gaudemus, de diuor. & in c. de his, de accuſ. vbi Ioan. de Ana. dicit, quod iſta eſt communis opinio, quam etiam ibi comprobat, prout & Zabarell. in Clement. 1. § ſanè, in quæſt. 14. de vſur. & hanc quoque dicit communem Deci. in cap. quæ in eccleſiarum, numero 17. de conſtitut. vbi dicit ſe ſecundum hanc conſuluiſſe Patauij, & ita iudicatum fuiſſe, prout verè conſuluit, conſil. 130. Proponitur.* quanquam poſſet etiam iudex ex cauſa amplecti primam opinionem vti mitiorem, *vt voluit Imol. in c. de his, quem ſequitur Ruy. ſub verbo. fortè, in conſ. 13. Caſus, de quo nu 3. verſ. nec obſt. tex. in 8. quæ.* tamen communis opinio procul dubio vera eſt & tenenda, vbi ſuſpectus eſſet infidelis, qui ad fidem cõuerſus foret, vt pœnam euitaret corporalem, quod indiciis poterit iudici conſtare, *vt inquit Ruy d. conſ. 13. in loco prælegato, & col. vlt. & Suſan. in tract. de Iudæis, parte 3. capit. 5.*

29 ¶ Nonò punietur etiam, † ſi contra naturam peccaſſent, quo caſu poſſent & ab eccleſiaſtico iudice puniri, *vt not. omnes in c. quod ſuper his, vbi Hoſti. Inno. & Io. Andr. & per Abb. in c. nouit, col. 2. de iudic. & per Henri. Boich & Anchara. in c. gaudemus, de diuort.*

30 ¶ Decimò punientur, † ſi quid committãt in opprobrium Chriſtianæ religionis, & puniri poterunt & per iudices eccleſiaſticos, & per laicos, *c. ſæpe, 28. q. 1. Pet. de Ancha. in repet. c. ea quæ, de reg. iur. in 6. & conſuluit Pet. de Anchar. conſ. 15. Spiritualis iudex.*

31 ¶ Vndecimò punientur, † etiam ſi blaſphemarent Deum, Chriſtum, vel Spiritum ſanctum, vel S. Mariam, aut alios Sanctos, *vt per Alex. conſ. 233. Ponderatis, 6. vol. & Socin. conſ. 102. In præſenti, 1. vol. & conſ. 119. 4. vol.*

32 ¶ Duodecimò infidelis † tranſiens ad Iudaiſmum, vel è contra, non puniuntur, vt tenet Oldrad. *conſ. 51. Iudæus tranſiuit, quem ſequitur Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rubric. de Iudæis, circa ſi. ver. dubitari vidi, Archid. & alij in c. Iudæi, §. verum, 28. q. 1. Ioan. de Ana. in c. ex ſpeciali, in ſi. de Iudæis. Roma. ſingula. 687. incip. Cras Chriſtus aſcendit, & Fely. in rubric. de Iudæ.* & dicit Iſidor. de ſummo bono, *lib. 1. c. 20.* quod qui ab idololatria ad Iudaiſmum vel hæreſim tranſeunt, iuxta prophetam, De malo ad malum egreſſi ſunt, & Dominum non cognouerunt.

33 ¶ Decimotertio poteſt dubitari, † an infideles æquiparentur Iudæis, adeo quod omnes pœnæ delictorum, quæ Iudæis imponuntur per leges, vel ſtatuta, extendãtur ad infideles. Et reperio Abb. *in c. cùm ſit, num. 3. in ſi. in ver. item collige, de Iudæ.* tenere quod non, *per illum tex. & per gloſſ. in c. conſtitutionem, in ver. prorogamus, de regulari. in 6. quod etiam ſequitur ibi Ioan. de Ana. col. 7. in ſi. ver. nota quod ſtatutum, quia d. comprobationem gloſſ. in d. c. conſtitutionem, adducit Bald. eam declarantem in l. ſi quis ſeruo, ad fin. C. de furt.* Ego tamen non puto veram indiſtinctè cõcluſionem prædictorum patrum, quinimo puto quod in iis, in quibus concurrit eadem ratio, fiat extenſio de Iudæis ad infideles, quod mihi probat text. *in d. c. cùm ſit.* dum in fine dicitur, hoc idem extendimus ad paganos, nam ex eo colligitur ſimilitudo inter eos, prout etiam colligitur ex rubr. illius tituli cõiungente Iudæos & paganos ſiue Saracenos: ſed vbi vigeret diuerſa ratio, quæ poſſet probabiliter aſſignari, tunc tenenda eſſet prior opinio. ſcimus enim q; etiam in pœnalibus ſæpe, vbi eſt eadem rario, fit extenſio de vno caſu ad alium, & præcipuè fauore fidei & religionis Chriſtianæ, prout eſt modo noſtra, & ita tenendum puto.

34 ¶ Qui autem iudices † poſſint infideles punire, dictũ eſt ſ. *lib. 4. c. 10. in 29. limit. & c. 26. nu. 2.* & breuiter circa eccleſiaſtica crimina eccleſiaſticus puniet, *vt per Abb. in cap. nouit, de iudi.* circa verò ſecularia delicta ſecularis puniet, & circa delicta mixti fori, erit locus præuentioni, *vt per Abb. in c. quod ſuper, col. 2. ver. vnde concordando, de voto, & omnes in Cle. 1. de Iud. prout etiam de Iudæis dicam in ſeq. c.*

35 ¶ Et notandum, † quod Saraceni dicuntur, qui nec nouum nec vetus recipiunt teſtamentum, ſed deos plures colunt, *vt per Hoſt. in ſum. in tit. de Iud. §. qui ſunt Saraceni, & ſeq.* licet quidã ex Saracenis receperint Pentateuchũ, id eſt, 5. libros Moyſi, vt tradit Alex. *conſ. 130. n. 11. in 7.* & licet inter ſe poſſint eſſe arbitri, hoc tamen non procedit in criminalibus, *l. Iudæi, C. de Iudæis.*

36 ¶ Certum eſt autem, † infideles non ligari canonibus præter ea, de quibus in ipſis ſpecialis facta eſt de infidelibus mentio pro Chriſtianorum religionis reuerentia, & ad compeſcendam eorum petulantiam, & in Chriſtianos impietatem, *vt not. omnes in c. 1. de conſtit.* iuxta illud Pauli 1. ad Cor. cap. 5. de his, quæ foris ſunt, nihil ad nos, *quod eſt trãſſumptum in c. gaudemus, de diuor. vbi no. omnes, & in c. multi, 2. q. 1. & Anch. latè conſ. 244. incip. Chriſtianiſſime, in principio.*

¶ Plura poſſent hîc etiam de infidelibus dici, quæ tractabuntur in ſequent. c. de Iudæis. quia vt ego puto, & ſ. dixi, quæ de Iudæis dicuntur, & ſtatuuntur, ad infideles quoq; extendi poſſunt, ſi eadem ſubſiſtat ratio, licet Abb. *in c. cùm ſit, col. 2. ver. item collige,* de Iudæis dixerit, quod ſtatutum loquens de Iudæis, non habet locum in paganis. *quod etiam ſequitur ibi Ana. colum. 7. ver. nota quod ſtatutum de Iudæo, per gloſſ. in c. conſtitutionem, in verſ. prorogamus, de regul. in 6.*

37 ¶ Hoc tamen hîc † non omiſerim, quod infideles non vtuntur aut ligãtur iure Romano, ſicut Iudæi, ideo nec compromittere poſſunt, *vt per Io. Bapt. Peruſ. in tract. de arb. lib. 2. capit. 9. quem refert & ſequitur Suſan. de Iudæ. par. 2. cap. 1. num. 13.*

38 ¶ Decimoquartò punientur † etiam arbitrio iudicis, ſi nomen Mahometi in terris Chriſtianorum publicè inuocauerint, *Clem. 1. de Iudæis.*

## CAP. XI.

## *de Iudæis.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudæus eſſe, an crimen ſit & punibile, & an verè ſint ſerui Chriſtianorum, num. 2. & qualiter à legibus protegantur, numero 3.*

4 *Iudæi regulariter expelli non possunt, & immunitas concessa hominibus certi loci, etiam ad eos extendi, num. 5. & quare tolerentur, & non hæretici, num. 6. eisq; ius suum tribuendum est, nu. 7.*

8 *Iudæi quomodo ad fidem suscipiendam adhortandi sint.*

1 DVbitari posset, † an quis dicatur criminosus, vel in crimine esse eo ipso, quod Iudæus est. Et gloss. *in leg. sed si res, in gloss 1. circa fin ff. de lega. 1.* videtur tenere, quod sic, ex quo in reprobatis superstitionibus perdurant Hebræi, *iuxta gloss. & ibi Scrib. in l. non erit, §. diuus, ff. de iureiur. & in l. 1. C. de summa Trin.* Attamen concludendum, Iudæum permanere, peccatum quidem esse apud Deum, sed in foro fori, vel contentioso non esse crimen punibile, *vt per gloss. in l. multum interest, ff. de verbor. oblig. & per Barto. in leg. apud Iulianum, §. constat, vbi Las. nu. 28. de lega. 1. & Can. in cap. multorum. vbi Felyn. num. 5. de Iudæis, & toto tit. Cod. & extra, de Iudæ & in capit. qui sincera, 45. distinct. & Barb. cons. 15. in prin. in 1. vol. & latißimè Paris. cons. 2. Et si esse Iudæum, 4. volum.*

2 ¶ Tolerantur ergo † ab ecclesia, & à Principibus. & licet dicantur serui Christianorum & Principis, sub quo degunt, *capit. si Iudæos, extr. de Iudæis.* tamen verè non dicuntur serui, imo & ipsi possident bona, neque possunt iniustè molestari, & priuari rebus suis, *vt latè concludit Præpos. in d. c. qui sincera, colum. 2. & not. omnes in c. sicut, de Iudæ. & Oldra. cons. 87. Quæritur, & cons. 264. Illa videtur, & per Alex. cons. 71. Ponderatis, in 2.*

3 ¶ Propter † eorum ergo infidelitatem & sectam nõ puniuntur, quinimo leges ipsos protegunt, & defendunt, ne à Christianis iniuriis afficiantur, *leg. nullus, Cod. de Iudæis.* & permittuntur seruare eorum ritus, & superstitiones, modo non sint in vilipendium Christianæ Reipub. *l. Iudæos, in fi. & l. die sabbati, C. de Iud. & Bal. cons. 428. Inquisitio dicta, in 5. vol.*

4 ¶ Ideo verior est opinio, † quod regulariter non possunt expelli à Principibus Christianis sine causa legitima, quia hoc esset eos toleratos ab ecclesia, exilio mulctare, contra præcepta charitatis, quinimo quilibet Christianus tenetur in necessitatibus subuenire, & eleemosynam facere Iudæis, *capit. quiescamus, quadragesimo secunda distinct. capitu. non satis, 86. distinct. & capitul si cupis, 16. quæst. 1.* & quòd non possint sine causa expelli, pluribus comprobat Oldrad. *consilio 87. & consilio 264. Illa videtur probabilior, Alexand consilio nonagesimonono, Visa inquisitione, columna vltima, vers. & quod Iudæus, in 6. & consilio 13. Attentis, volumine 4. versic. & propterea dicimus, & consilio 130. Super eo, columna secunda, in fin. in septimo. Paris. consilio vndecimo, columna secunda, in fin. & columna 3. in princip. 4. volumine, & plura congerit egregius Iureconsultus conciuis meus, D. Marquardus Susanna, in suo elegantißimo tractatu de Iudæis, in prima part. capit. 7. num. 4. præter quem etiam Paris. cons. 2. num. 15. & seq. in quarto.*

5 ¶ Et quamquam † odio habeantur Hebræi, attamen securitas vel saluus conductus tali, & sociis datus comprehendet etiam Hebræos socios, *vt per Angel. in leg. prima ff. ad leg. Iul. maiesta. & in leg. vtimur, ff. de sepulch. violat. & & sequitur Deci. consilio 51. columna secunda, in princip. vers. vnde videmus, & Boer. decisione 179. numero 6.* & immunitas concessa hominibus certi loci, extenditur etiam ad Iudæos ibi habitantes, *vt not. Bald. in leg. spadonem, §. iam autem, de excu. tut.* Iudæi etenim habent ea quæ sunt ciuium Roman. vt summat Bart. *in leg. Iudæi, Cod. de Iudæis. sequitur Alexand. consilio 75. Videtur numero 6. in 5. & consilio 99. in 7. Corn. consilio 260. in 3. Soci. cons. 6. column. 4. in 1. & consilio 86. num. 8. in 4. Deci. in capit. consuluit, il terzo, num. 8. de appellat. Crauet. cons. 73 num. 26.*

6 ¶ Tolerantur autem Iudæi, † non hæretici, quia fides Iudæorum habet primordium veritatis, iuxta gloss. *in l. nullus, C. de summa Trin. & hoc in specie dixit Felyn. in c. consuluit, ver. secundo nota, de Iudæ.* multa enim tolerantur per primordium veritatis, vt per Bald. *in l. data opera, in 18. col. vers. dubitatur de eo, & in l. si quis, C. de aquæduct. lib. 11. & Felyn. latè comprobat in cap. quæ in ecclesiarum, de constit. & Hippol. de Marsi. sing. 35. incip. Ille, qui nunquam.* vt enim inquit Augu. *lib. de vnico Baptis.* Iudæi sunt mali in lege bona, male eam interpretando, & Christiani sunt boni in eadem lege, rectè eam intelligendo.

7 ¶ Et ideo † non facienda iniustitia iudicando contra Iudæos, & pro Iudæis etiam consuli potest, vt consuluit Paul. se excusans tamen, *cons. 174. Videtur dicendum, quod d. Iudæus, in secundo, & Crau. cons. 73. Dicendum videretur.* licet in vltimis verbis d. consilij se excuset, *& Paris. cons. 2. Et si esse Iudæum, 4. volum.*

¶ Et ideo bonis Iudęorũ non debent Christiani pretia statuere, *l. nemo exterus, C. de Iud.*

¶ Neque bonis suis sine causa priuari possunt, neque in personam offendi, *leg. Christianis, vbi Bart. C. de paga. cum multis concor. de quibus per Paris. cons. 2. nu. 14. in 4. vol. l. nullus, C. de Iudæis.*

¶ Neq; ideo in festiuitatibus suis in iudicio conueniri possunt, *l die sabbati, C. de Iud.*

8 ¶ Non etiam sunt † cogendi, vt conuertantur ad fidem Christi, nec ad suscipiendum baptismum, nec sunt reuocandi à suis bonis consuetudinibus, & ceremoniis, *cap. sicut, & c. consuluit, de Iudæ.* sed blandis verbis, & rectis consiliis adhortandi ad fidem, & remouendi ab eorum errore, *c. qui sincera, 45. dist. & c. licet, & c. de Iudæis. & etiam in c. ad fidem, 23. q. 5.* quia sicut homo ex libero arbitrio periit, ita ex libero arbitrio debet conuerti, *vt habetur in d. c. de Iudæis. de quo etiam videndus Thom. 2. 2. q. 10. art. 8. & Archid. Flor. in summa parte 2. tit. 12. cap. 2. §. 1. & in tertia parte, tit. 14. c. 13. §. 9. & Hostiens. in summa sub titul. de Iudæis, §. & in quibus, vers. hanc autem.*

## CAP. XII.

## *Iudæorum Delicta.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudæi non sunt propriè hæretici.*

2 *Iudæi delinquentes confingendo hæreses in lege sua, & contra naturæ legem, quomodo puniantur, nu. 4.*

3 *Talmuth Hebræorum liber, quare concremari debeat, & quoties compilatus fuerit.*

5 *Iudæi opprobrium Christianæ religionis facientes, quomodo puniantur.*

6 *Iudæi blasphemantis Deum & Sanctos, Papam, Episcopos vel Christianos, atque tripudiantis die veneris sancti punitio, numero 7.*

8 *Iudæus subuertens animum inclinatum ad fidem Christi, vel impediens, punitur.*

9 *Iudæus habens propositum sumendi baptismum, pro baptizato est, & iniurijs conuersum persequi audens, flammis punitur, num. 10.*

11 *Iudæi Christianum circumcidentes, qualiter puniendi.*

12 *Iudæis vtentibus priuilegijs ne conueniantur excommunicantur cum eis communicantes.*

13 *Iudæi habentes duas vxores, puniuntur vti Christiani.*

14 *Iudæi fabricantes nouas synagogas, qua pœna puniantur, & & funditus dirutas reædificantes.*

15 *Iudæi nutricem Christianam, an possint retinere.*

16 *Iudæi non portantes signa aperta, quando puniantur.*

17 *Iudæi hebdomada sancta, & in diebus passionis domo exeuntes, puniuntur.*

18 *Iudæi anniuersarium facinoris crucifixionis Christi surreptos pueros Christianos cruci affigendo, celebrare conantur, & multa mala alia perpetrare solent.*

19 *Iudæi rem furatam scientes, si emant, delinquere dicuntur, nõ obstante priuilegio, & qualiter recuperentur talia bona.*

20 *Iudæus etiam meretricem cognoscens, sciẽs eam Christianam, quomodo puniatur, & coiens cum honesta, n. 21. & quomodo in spretum etiam vilem, n. 22. & ignoranter cognoscens, an & quando excusetur, nu. 24.*

23 *Iudæus si cognoscat mulierem etiam in figura matrimonij, pœna capitis puniendi, an sint vtrique, & quando.*

25 *Iudæus*

*25 Iudæus peierans, punitur ab eccleſiaſtico iudice, & quando præſtitum eſt iuramentum Iudæo, & quando Chriſtiano, qualiter procedatur.*
*26 Iudæi delinquentes ſimul cum Chriſtianis, grauius puniuntur vtriq; propter commercium.*
*27 Iudæus ſacramenta Eccleſiæ miniſtrando, quomodo puniatur.*
*28 Iudæorum pueri, ſi ſeipſos per ludum baptizarent, ſeruata forma Baptiſmi, cogerentur perſeuerare.*
*29 Iudæus ſi ſe patrinum conſtitueret in baptizando, vel chriſmate, delinqueret.*
*30 Iudæus Chriſtianum tenens mancipium, qua pœna mulctetur.*
*31 Iudæi aſſerentes, inter Chriſtianos vſuram non eſſe peccatum, quomodo exercentes illam, puniendi ſint, nu. 32.*
*33 Iudæi recipientes apoſtatas Chriſtianos vel factos Chriſtianos, ad Iudaiſmum redeuntes, vel inquiſitos de hæreſi, vt elabantur, eis opem præſtantes, puniuntur.*
*34 Iudæus ſi ſit Saracenus, an puniatur.*
*35 Iudæi habent primordium veritatis.*

1 IVdæi propriè † non ſunt hæretici, quod patet ex diuerſitate titulorum de Iudæis, & de hæreticis, in Codice, & in Decretal. & tradit in ſpecie Bald. *in conſ. 428. Inquiſitio dicta, num. 11. in 8. & Card. in Clem. 1. §. fi. q. 19. de vſur. poſt gloſſ.*

¶ Peiores tamen cenſentur Iudæi aliis infidelibus, *capit. nonne, vbi gloſſ in ver. peiores, 1. quæſtion. 1.* ſed de iis, quæ foris ſunt, nihil ad nos, *capitul. multi, 2. quæſtion. 1. capitul. gaudemus, de di. Alexand. conſilio decimotertio, numero 20. & 21. 7. volumine.*

2 ¶ Primò tamen delinquunt, † ſi hæreſes confingant vel ſequantur in lege ſua, & in moralibus facientes contra legem Moyſis, maximè deprauando ſcripturam veteris teſtamenti, puniuntur per eccleſiam, vt tradit Innocent. quem cæteri ſequuntur, *in capit. quod ſuper his, de voto.* vbi etiam Hoſtienſ. & Ioan. Andre. referunt de mandato Papæ Gregorij IX. & Innocentij IIII. crematum fuiſſe librum, quem ipſi Iudæi vocant Talmuth, in quo multæ hæreſes continebantur, mandando puniri etiam eos, qui dictas hæreſes docerent, vel ſeruarent, & idem dicit Felyn. *in capit. primo, de conſtitut. numero quadrageſimoſexto, quod & refert Suſanna de Iudæis. part. 2. capit. 6. numero 17.* vbi refert modernis etiam temporibus hunc librum combuſtum fuiſſe, præter quos
3 ſciendum, † quod liber iſte, qui Hebraica lingua vocatur Talmuth, Latina dici poteſt diſciplina, vel doctrina, in quo libro collecta ſunt decreta omnia Magiſtrorum ſuorum, quos Rabinos vocant, & omnes traditiones eorum & diuinarum atque humanarum legum interpretationes, quibus nunc tota Iudæorum natio regitur. Qui liber, vt ipſi Hebræi ſunt authores, initium habuit anno 150. poſt vltimam Hieroſolymæ deſolationem à Iuda quodam Simonis filio, qui omnia decreta præceſſorum interpretum, & Rabinorum, qui ad ea vſque tempora vixerant, in vnum coegit volumen: poſt id etiam tempus annis 150. lapſis idem liber iterum recognitus, & auctus à quodam Ioanne Rabi, & Talmuth Hieroſolymitanum vocauit. Poſtremò verò, anno à Chriſto nato 476. & ſic anno 136. poſt præfatam ſecundam compilationem tertiò compoſitus à quodam Aſſe, & quodam Hamai Rabinis, Babiloni Ægyptiæ, quam Cairum vocant, habitantes, & ea de cauſa Talmuth Babilonicum vocarunt, in quo multas hæreſes conſcripſerunt, & docuerunt contra ipſam, quam profitentur Moyſi legem, quinimo contra ipſam naturæ legem, & contra omne ius gentium, nec non multas & execrandas blaſphemias in Chriſtum Saluatorem noſtrum. Ex hac igitur cauſa, quod non tantum hæreſes in vetus teſtamentum, & legem Moyſi, ſed etiam in Chriſtum blaſphemias contineret, Gregor. primum IX. Pont. Maxim. anno Domini 1230. omnia dicta volumina concremanda flammis adiudicauit, huiuſque tam nefariæ doctrinæ lectionem atque vſum omnibus Iudæis interdixit, qui ſub ditione Chriſtianorum viuunt, quod & Innocent. IIII. conſtituit anno ſalutis 1244. cùm videret rurſus hos libros, non obſtante præceſſoris ſui Greg. decreto, inſtaurari. Tertiò cùm Talmudici libri non modo ab Hebræis legerentur, ſed etiam formis, & impreſſione fuiſſent in infinitum propagati, Iulius Papa III. nouo edicto omnes hos libros in vniuerſa ditione Chriſtiana perquiri iuſſit, eóſque anno ſalutis 1553. cùm feſta tabernaculorum Iudæi menſe Septembris celebrarent, per omnes vrbes exuri iuſſit. Poſtremò quoque Paulus IIII. ſummus Pontif. cum aſſenſu ſacro ſancti vniuerſalis Romanæ inquiſitionis Senatus anno 1559. idem fieri mandauit, quo circa multum ſollicitè aduertere debent Principes Chriſtiani, ne fortè auaritia ducti pretio recepto permittant hos libros in terris ſuis pullulare, vel quod peius eſt, imprimi, ſi Chriſti pietatem, & Chriſtiani nomen colunt, cùm execrabiles, certè & horrendas blaſphemias in Chriſtum Deum noſtrum contineant, quas mihi aliàs enarratas à quodam religioſo doctiſſimo viro, qui à Iudaiſmo ad fidem catholicam reſipuerat, non potui ſine maximo horrore atque execratione audire, præter id, quod & in Deum vnum, quem colunt, ſanctos Patriarchas, & Angelos, & Moyſis legem infandas blaſphemias atque hæreſes continent, & tales committentes contra vetus teſtamentum poterunt puniri à Papa, *vt late per Aret in. conſ. 158. Copioſe, in primo dubio.*

4 ¶ Secundò puniuntur, † imo & à iudice Eccleſiaſtico, ſi peccent contra naturam, hoc eſt, contra legem naturæ, qua quilibet rationalis viuit, præſertim per ſummum Pontificem, qui Vicarius Dei eſt in terris, *capitul. primo & ſecundo, de tranſlat. Epiſcop.* qui Deus pater eſt naturæ. *ita tradunt Hoſtien. & Anchar. in cap. quod ſuper his, colum. 3. de voto, & idem Anchar. & Henric. Boic. in c. gaudemus, de diuort. & latè Suſan. in tract. de Iudæ. parte ſecunda, cap. 9. ferè per totum.* ideo ſi peccatũ Sodomiæ vel idololatriæ commiſerint, poterunt puniri & à laicis, & ab eccleſiaſticis, *vt not. in cap. in archiepiſcopatu, de raptor. & in cap. clerici, de exceſſ prælat.*

5 ¶ Tertiò † puniuntur, ſi quid faciant in opprobrium Chriſti vel Chriſtianæ religionis, quo caſu puniri poſſunt etiam ab eccleſiaſticis, *capit. ſæpe, 28. quæſt. 1. & latè per Oldrad. conſilio 36. Infraſcripti ſunt articuli, column. ſecunda, verſ. ſed nunquid excuſabitur, quia Iudæus.* & Petr. de Anchar. *conſilio decimoquinto, Spiritualis iudex.* vbi de Iudæo, qui proiecerat immunditias ſuper crucem Chriſti per viam portatam, & tradit Ioan. de Ana. *in capitul. poſtulaſti, column. tertia, ver. extra gloſſ. de Iudæis. & Calderi. conſil. 2. ſub tit. de Iudæis.* vbi de Iudæo, qui dixit, Naſca il vermocane al Papa, & a chi el fè; Iddio non potrebbe fare, che foſſe Papa.

6 ¶ Quartò Iudæus † blaſphemans Deum, & Sanctos punitur, & etiam ab eccleſiaſtico, vt latè per Alex. *conſil. 233. Ponderatis, in 6.* & Soci. *conſ. 102. In præſenti, 1. volum.* contra quem tamen in eodem caſu conſuluit Alexan. *conſil. 15. in tertio. & conſ. 119. in quarto.* & Bald. *conſ. 100. Si Iudæus, in ſecundo.* vbi quod debet pro blaſphemia puniri mitius, & grauius, ſecundum ipſius intentionem, videlicet cõſiderandum, an calore iracundiæ id fecerit, vel doloſe
7 in contumeliam fidei, ſic etiam † blaſphemans Papam, Epiſcopos vel Chriſtianos, puniri poteſt tam per ſecularem iudicem, quàm per eccleſiaſticum, & eſt locus præuentioni, *ita Cald. verſ. 2. ſub tit. de Iudæ.* quamquam verior ſit opinio, & communior, quod ſecularis tale delictum puniat, vt ꝯ. dicam ſub cap. 14. quibus legibus, & iudicibus ſupponantur Iudæi, & Iudæus ornatè procedens vel tripudiãs in die veneris ſancta, dicitur blaſphemare, *Soci. conſ. 102. col. vlt. circa med.*

8 ¶ Quintò punitur † Iudæus, ſi Iudæi animum inclinatum ad fidẽ Chriſti ſubuertat, vel ſi illũ de loco tuto, in quo erat, & in quo liberè poterat deſtinationẽ ſuam exequi

exequi ad locum non tutum traduxerit, vel si quoquo modo fuerit ei impedimento, ne Christianus fiat, ita Bald. *cons. 315. Iudæis tutela, cum cons. seq. cui se plures ibi subscripserunt, in primo volum.* vbi dicit, quod hoc crimen dicetur esse publici iudicij, quia in publicam Christianorum iniuriam, & quod in hoc facto plura crimina versantur, falsa scilicet prædicatio, secundò diabolica suggestio, tertiò simonia, si fortè interuenit pecunia, ne fiat Christianus, quartò sacrilegium, quia auferunt sacrum de sacro, videlicet animam, quæ sacra est, de sacro, id est, de religione vera, & orthodoxa. idem etiam tenet ipse Bal. *cons. 316. eod. volum. & Zabarell. in Clement. 2. de hæret. ver. inquisitoribus, in fin.* & est ratio, † quia Iudæus habens propositũ sumendi baptismũ, iam baptizatus est flamine Spiritus sancti: & ideo si in eo proposito moreretur, cœlesti patria vti Christianus potiretur, *c. baptismi vicem, de consecra. dist. 4. & c. presbytero, 2. de presbyt. non baptiz.* ergo talem impediens, ne cum effectu transeat ad fidem, dicitur impedire non Iudæum simpliciter, sed etiam Christianum voto.

10 ¶ Sextò puniuntur flammis, † si ausi fuerint saxis vel aliis corporalibus iniurii conuersum ad fidem ex Iudaismo persequi, *l. Iudæis, quæ est secunda, C. de Iud.*

11 ¶ Septimò puniuntur, † si Christianum circumcidant, vel circumcidi mandent, aut procurent, & punientur perpetuo exilio ac publicatione bonorum, *leg. Iudæi, la seconda, Cod. de Iudæis, & in leg. prima, Cod. de eunuch. & in capit. plerique, de consecrat. distinct. 4. & notatur in capitu. nulla, 54. distinct.* licet Iudæos suos circumcidere liceat, *leg. circumcidere, ff. ad legem Corneliam, de sicarijs.* & tradit Oldrad. *consilio 36. incipient. Infrascripti sunt articuli.* de iis Iudæis, qui puerum Christianum circumciderunt, & Alexandriam transmiserunt, ne à Christianis repeteretur.

12 ¶ Octauo delinquunt, † si vtantur priuilegiis Principum, quod non possint per Christianos in ciuilibus aut criminalibus causis conuinci: nam si eis vtantur, excommunicantur per indirectum, nam excommunicãtur Christiani, qui cum illis communicauerint, *Clemen. 1. de testi.*

¶ Nonò, si Iudæus percutiat clericum Christianum, poterit puniri ab ecclesiastico, *cap. post miserabilem, de Iudæis, & sequitur Bald. in dicto consilio 315. Iudæis, primo volumine, in fine.*

13 ¶ Decimò, si duas haberent † vxores, punirentur sicut Christiani, qui in id crimen incurrissent, *de quo in l. eum qui duas, C. de adult. & in leg. neminem, Cod. de incest. nupt. hoc autem probatur in leg. nemo Iudæorum, in fin. Cod. de Iudæ. & not. in c. gaudemus, de diuor.* quod tamen fallit, nisi primam repudiasset, quod facere licet Iudæis, ex lege Moysi, *ita Bald. consilio 428. Inquisitio dicta, numero 3. & 4. quinto volumin.* vbi tamen concludit, quòd non sufficiet ad faciendum legitimum repudium solus repudij libellus, sed requiritur etiam præsentia sacerdotis, cum causæ cognitione.

14 ¶ Vndecimò delinquunt † fabricando nouas synagogas sine licentia, & puniuntur pœna lib. 50. auri, vel publicantur eius bona, & etiam aliquando pœna sanguinis plectuntur, *l. vlt. C. de Iud. c. consuluit, & c. Iudæi, extrà eod. tit. de Iudæis.* Synagogam autem non dicetur fabricasse, si quis Iudæus in domo sua locum habeat solitarium, in quo teneat libros, & lampadas suas accensas, & ipse cum aliis Iudæis ibi oret, *vt not. in locis præallegatis,* quinimo & veterem synagogam sub eisdem pœnis reædificare non possunt, si funditus fuerit diruta, licet si nõ funditus sit destructa, reparare eam possint, *vt per Abba. in d. c. consuluit, circa fin. vbi etiam Fely. in primo not. sequitur conciuis meus Susanna in tract. de Iudæis, parte 1. c. 3. num 8. & seq. vbi latè insistit.* licet Hostien. & Anan. contrarium senserint. Et ideo si noua ædificetur ciuitas, non poterunt in ea Iudæi synagogam construere, etiam de licentia Episcopi, sed requiretur licentia & consensus Papæ, *vt per Ioan. de Ana. in dict. capitul. Iudæi, colum. secunda, ver. nunquid autem, de Iudæis.*

15 ¶ Duodecimò delinquunt † etiã, si nutricem Christianam domi teneant ad pueros lactandos Iudæos sine dispensatione Papæ, etiam cum licentia Episcopi, *vt per Panorm. in c. ad hæc, de Iudæ. & not. omnes in c. si Iudæos, de Iudæis. idem quoque tenet Abb. in c. at si clerici, §. de adulterijs, de iudi. vbi etiam Fely. colum. vlt.* licet aliqui etiam in hoc variauerint, vt per Ana. *in d. c. ad hæc, in fin.* vbi inquit, quòd ex eo quia Scribentes in hoc variant, si Iudæus impetret dispensationem, vt possit nutricem Christianam domi retinere, non erit propriè dispensatio, quia non est contra ius scriptum, *ex his quæ notantur in c. fin. de offic. Archiep. & per Io. Andr. in c. vlt. de appell. in 6. & Imol. in c. ex tuæ, de cleri. non resid.* possunt tamen Iudæi dare pueros suos lactandos Christianis, extra tamen domos Iudæorum, *vt habetur in locis præallegatis.*

16 ¶ Decimotertio delinquunt, † si non portent signa, quibus ab aliis discernuntur aperta, & palam, non abscondita vel difficilia visu: quinimo & nocte ipsa tenentur talia signa portare, aliàs puniuntur, *c. in nonnullis, vbi omnes, de Iud.* potest tamen Papa dispensare vel omnibus vel alicui, quod non portent hæc signa, quia hoc est iuris positiui, *vt per Fulgos. cons. centesimoquinquagesimoquinto, Proponitur, quod in ciuitate Ferrariæ, & per Deci. in c. consuluit, il terzo, de appell. in 3. not.*

17 ¶ Decimoquartò, si hebdomada † sancta, & in diebus passionis domo exeant, puniuntur, *vt habetur in d. c. in nonnullis, de Iud.* & die Parasceues non debent ostia, aut fenestras tenere apertas, *vt ibi habetur, & in cap. quia super his, eodem tit.*

18 ¶ Decimoquintò † delinquunt multa mala in Christianos committendo, de quibus suspecti sunt: legimus enim sæpe hos sceleratos homines pueros Christianos suffuratos fuisse, & cruci affixisse die, quo Saluator noster Iesus Christus ab eis cruci fuit affixus, vt anniuersarium tam diri facinoris celebrent, atque ideo à prouinciis expulsos fuisse, quos casus refert diffuse excell. conciuis meus Susanna *in tract. de Iudæis, parte 1. c. 7. nu. 2.* quos non refero, cùm ibi videri possint, vbi etiam refert de imagine Christi per eos flagellata, ex qua maxima sanguinis copia miraculosè effluxit. solent etiam crucifigere agnum in die paschatis, & conspuere, & conculcare crucem, *vt per Oldrad. dict. consil. 36. Infrascripti sunt articuli.* puniuntur tamen in his per secularem, non per ecclesiasticum, *vt per Petrum de Ancha. consil. decimoquinto, Spiritualis.*

¶ Decimosextò delinquunt, si Christianam puellam emant, & in vxorem ducant, quia sæpe eas postea etiam interficiunt, *vt in casu Oldra. super quo consuluit d. cons. 36. Infrascripti sunt articuli.*

¶ Decimoseptimo delinquunt, si crucis signo vtantur, & illud immisceãt in locis, solennitatibus, & superstitionibus eorum, *l. Iudæos, la 2. C. de Iudæ. & tradit Barto. in prima consti. Digest. post princ.*

19 ¶ Decimooctauo delinquunt, † quia furtum committunt, si rem furatam sciẽtes furto subtractam emũt, non obstante priuilegio, quod non teneantur ad restitutionem rei furatæ sine precio, ita Bal. quem ibi sequitur Paul. *in l. seruus, ff. de condit. indeb.* dicens, quod etiam si dominus hoc casu soluisset precium, possit repetere tanquam indebitè solutum, *& idem tradit Bald. in leg. eos, Cod. de furt. & per Abba. in cap. quod clericis, colum. 5. vers. ex hoc infero ad no. quæstionem, de foro compet. & per Io. de Ana. consilio septuagesimo, Visis & ponderatis, vbi etiam Bolognin. in addit. & idem Bald. consil. 200. Tria possunt, in 4. volum.* Et nota, quod si bona ipsa furto subtracta forent ecclesię vel alterius nõ subditi illi Principi, qui priuilegium cõcessit, poterunt talia bona vendicari, neque subiacebunt d. priuilegio, *hoc no. Abb. in c. clericis, de foro comp. & And. Sic. cons. 75. Viso puncto, in tertio. & Hippol. de Marsi. latè sing. 13. incip. Volo tibi dare.* & præter eum Franc. Cremen. *singul. 82. incip. Pone, Iudæi.* qui lo-

qui loquitur in ſcholarium bonis, quod tamen verum non putarem, quia ſcholares in omnibus Gymnaſiis ꝓ ciuibus habentur, & ligantur ſtatutis, *vt per gloſſ. Domi. & Card. Alexan in c. quæ contra, 8. diſt. & Zaba. in Clemen. dignum, 5. quæſt. de celebration. miſſ. & tradunt omnes in dict. capitulo, quod clerici.*

20 ¶ Decimonono delinquit Iudæus † carnaliter cognoſcens Chriſtianam ſciens eam Chriſtianam etiam meretricem, & vilem, exemplo Phineæ, qui Iſraelitam, qui ſcortum Madianitã cognouit morte vtrumq; mulctauit, vt habetur Nume. 25. quod ei reputatum fuit ad iuſtitiam, *vt etiam habetur in c. reos, 23. q. 5. & in c. nos ſi incompetenter, §. his reſpondetur, el ſecondo, ſecunda quæſt. 7. & tenet Batr. in c. in nonnullis, de Iudæis.* attamen communis opinio eſt in contrarium, quòd ſcilicet pœna ſanguinis puniri non debeat, ſed extraordinaria, arbitrio iudicis, vt tenuit Oldr. *conſ. 333. quod eſt vltimũ.* vbi tamen refert, quod non obſtante, quod de iure ita foret iudicandum, vidit tamen iudicatum, & condemnatum Iudæum ad amittendum virilia, & ita fuit exequutum, quod quidem iudicium Ethnicis potius conueniſſe, quàm Iuriſconſultis, tradit Alciat. Parerg. *lib. 7. cap. 23.* cùm legatur Diogenem, cùm audiſſet Dydimenem quendam in ſtupro deprehenſum, ſic pronunciaſſe. & præter Alciat. Decius quoque *in auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugit. nu. 22.* iudicium illud damnat. idem tamen tenuit Alexan. *conſ. 13. Attentis his, in ſeptimo.* & eãdem ſequitur Suſanna conciuis meus, *in tract. de Iudæis, in ſecunda parte, cap. 3. num. 2. & ſequ.* præter quem idem tenet Alexan. *conſi. 99. Viſa inquiſitione, in 6.* vbi idem tenet in Iudęo cõmittente adulterium cum Chriſtiana habente maritum, quæ tamen erat meretrix, & idem tenet Andr. Sicul. *conſ. 63. licet in medium, 4. volum. & Neuiza. in ſua Sylua nup. mihi car. 74. colum. 1. in fin & late Hippol. conſ. 101. Illumina quæſo. ſequitur etiam Deci. in cap. 1. num. 17. in fin. in prima lect. extra, de conſtit. & in cap. conſuluit, il terzo, num. 2. de appellat. & in l. ſi fugitiui, in tertio not. Cod. de ſeru. fugit.* & latè etiam proſequitur Boer. *deciſ. 316. inci. Si quis volens, nu. 5.* vbi adducit etiam aliquos tenentes, quòd imo puniatur pœna corporali, & quòd ita fuit iudicatum ſæpe. Sed in Italia obſeruatur opin. Oldra. quam etiam tenet Caccialup. *in repet. l. omnes populi, de iuſtit & iure, colum. antepen. verſ. ſeptimo ſtatuto,* & Io. Villemar. *in repet. l. diuus, de ſicar. num. 89. & Corn. conſ. 114. ad ſi. in primo. Roma. conſ. 155. Calde. conſ. 12. de foro comp.* & ita vidi ego obſeruari, & dum ego aſſiderem Vicarius hîc Patauij Clariſ. D. Bernardo Nauagerio Poteſtati, qui poſtea fuit aſſumptus meritis ſuis ſuadentibus ad Cardinalatus gradum, iudicaui, & obſeruaui, præſertim cùm ſtatuta ciuitatum pro ſimplici ſtupro non imponant pœnam corporalem, & Iudæi ligantur ſtatutis laicorum, & illorum quoq; beneficio gaudere debent, *vt ff. deducam.* Verum eſt, quod ſecundum circumſtantias aggrauantes vel minuentes delictum poteſt aggrauari vel minui pœna, *vt pulchrè declarat Paulus Girland. in tractatu de pœnis omnifar. coitus, quæſtione duodecima, per totam, maximè numero 8. & ſequitur ad literam Marcus Angelelli Peruſin. conſil. 25. numero nono, ſecundo volum. crim. & Boſſi. in tit. de coitu damnato & punibili, numero duodecimo.* Neque his obſtat lex, ne quis, Cod. de Iudæis, quia loquitur ibi de Iudæo copulante ſe cum Chriſtiana in matrimonium, quod grauius eſt, quia oſtendit etiam ſacramentum Baptiſmi, *capit. caue, capit. non oportet, & ſequent. 28. quæſtione 1.* Hoc enim grauius, quàm coire cum propria conſanguinea Chriſtiana, quia per talem inceſtum violantur iura conſanguinitatis tantum, *capit. primo & ſecundo, de conſanguinita. & affinit.* qua remota valeret inter eos matrimonium, cùm ambo 24 ſint Chriſtiani: ideo videmus, quòd talia matrimonia ſæpe diſpenſantur à Papa, ſed cum Iudæo matrimonium Chriſtianæ vel è contra, nunquam poterit diſpenſari, niſi ſequuto Baptiſmo, *vt per gloſſam in dict. capit. non oportet, & tradit Girlan. in tract. de pœn. omnifar. coit. quæſt. 12. columna. 2.*

21 ¶ Vigeſimò delinquit † habendo rem carnalẽ cum muliere honeſtæ vitę Chriſtiana: nam grauius certè punietur, quàm ſi cum meretrice, vt ſuprà dictum fuit in præcedenti caſu: nam grauius puniuntur etiam Chriſtiani, *vt per omnes in l. quæ adulterium, C. de adul. & in l. 1. C. de rapt. virg. & in l. raptores, C. de epiſc. & cler.* & ita concludunt omnes in locis ſuprà allegatis, quod procederet data ſcientia Iudæi de qualitate mulieris, aliàs ignorantia illum excuſaret, vt ibi tradunt omnes. ſed aduertendum, quòd talis coitus grauabitur ſecundum ipſius circumſtantias: nam ſi rem habuerit cum maritata, punietur pœna adulterij, quæ videtur eſſe de iure communi pœna vltimi ſupplicij, *iuxta l. quamuis, cum ibi not. C. de adult. & per gloſſ. & omnes in capit. tua, de procur.* quòd ſi alia extarent ſtatuta mitiora, ſecundum illorum formam puniendus eſſet, *vt per Alexand. dict. conſil. 99. in 6. & conſil. 13. in 7. & Sicul. conſilio 63. in 4. & Hippol. conſil. 101. de quibus ſupra ſimiliter.* & ſi cum moniali, erit inceſtus, & ſi rapuerit, erit raptus.

22 ¶ Vigeſimoprimò, † ſi cognoſceret carnaliter mulierem etiam vilem, & meretricem, ſed in ſpretum, & cõtemptum ac vilipendium Chriſtianæ religionis: hæc enim vna eſt præcipua qualitas, qua delictum hoc aggrauatur, *arg. l. Iudæos, C. de Iudæis, & c. & ſi Iudæus, & c. poſtulaſti, & c. in nonnullis, & c. cùm ſit nimis, de Iudæ.* hoc enim videretur factum in iniuriam Chriſti, & omnium Chriſtianorum, ideo grauiſſimè vindicandum, ſicut crimen læſæ Maieſta. *cap. ſi quis ſuadente, verſ. qui autem, 17. q. 4.* quia maius eſt longè delictum in Dei opprobrium commiſſum, quàm hominum, *cap. ſicut, d. quæſt. 4. & c. mouet te, circa fin. 22. quæſt. 1. & ſentit Anchara. d. conſil. 15. Spiritualis iudex, & Oldrad. dict. conſ. 36. Infraſcripti ſunt articuli.* In dubio autem non præſumetur feciſſe in contemptum Chriſti, & Chriſtianorum, ſed luxuriæ explendæ gratia, *iuxta no. per Bartol. in leg. verum, ff. de fur. & ſentit Andr. Sicul. dict. conſ. 63. colum. penult.* licèt indiciis poterit probari talis ipſius intentio ex qualitate & vita Iudæi delinquentis, & ex factis aliàs per eum contra Chriſtianos, & ex verbis per eum prolatis, & ſimilib. & ſi cum moniali concubuiſſet: nam putarem hoc maximum eſſe indicium, quod in contumeliam Chriſti id fecerit, ex eo, quia Chriſto deuota foret.

23 ¶ Vigeſimoſecundò delinquit, † ſi cognoſceret Iudæus ſcienter mulierem Chriſtianam, etiam in figura matrimonij, non ex cauſa fornicationis: tale enim matrimonium nulli dubium, quod nullum eſt, & ſeparari debet in continenti, *c. caue, & c. ſi quis, 28. q. 1.* ſed & pœna capitis punietur Hebræus, imo vterque, ſi ſcienter tale matrimonium contraxerint, quaſi adulteri capite punientur, *l. ne quis Chriſtianum, C. de Iud.* & hoc crimen erit publici iudicij, quia quilibet poterit accuſare, vt ibi dicitur. quinimo, vt ibi conſiderat Saly. eſt crimen maius adulterio, & ideo licet pœna adulterij quo ad mulierẽ, hodie ſit commutata in mitiorem, quàm pœna capitis, *auth. ſed hodie, Cod. de adult.* non tamen erit commutata in hoc crimine, *vt ibi per Saly.* quia maius eſt adulterio. fit enim per hoc crimen iniuria duobus ſacramentis, quibus abutuntur huius criminis rei, videlicet ſacramento Baptiſmi, & ſacramento matrimonij, & ideo neque per ſummum Pont. poteſt talis commixtio diſpenſari, niſi præcedat Baptiſmus, *c. non oportet, 28. q. 1.* & quòd text. *in d. l. ne quis Chriſtianum,* loquatur tantum in hoc caſu, quo in figura matrimonij duæ iſtæ ſectæ commiſcentur, non autem alio caſu, tenuit Corne. *conſ. 114. Licet primo aſpectu, col. 2. verſ. nec obſtat, 1. vol.*

¶ Quæ autem † ſupradicta ſunt de delictis Iudæorũ mediante coitu cum Chriſtiana, vera ſunt, ſi ſciens eam Chriſtianam, illam cognouerit, & ſciens eam nuptam: ignorantia enim excuſat, ſi ſit facti, vt tenet in terminis gloſſ. *in cap. in nonnullis, in ver. errorem, de Iudæis, & ibi Abb. & cæteri.* Et quamquam conciuis meus Suſan. *in tract. de Indæis, parte ſecunda, capit. 3. numer. 18.* videatur contrarium

tenere

tenere *ex authoritate Girlan in tract. de pœnis omnifar. coi. q. 12. colum. fin.* ex eo, quia incumbentem rei illicitæ nullus error facti excusat, *vt per Bart. in l. si adulterium cum incestu, in princ. colum. 3. versi. & ideo pro declarando, ff. de adult. & per Angel. in tracta. malefi. in ver. che hai adulterato la mia donna, num. 66.* attamen admittendum est, quòd ea opinio ita indistinctè intellecta, vera non est: nam si Iudæus credens se coire cum Iudæa in actu simplicis fornicationis, quem etiam credebat sibi licere, vel saltem per eum puniri non posse à secularibus Christianis, & tamen in veritate illa mulier erat Christiana, & nupta, quòd iste error proculdubio excusabit: & facit ratio, quia licèt quoad rei veritatem incumberet actui illicito, non tamen erat illicitus quoad eius opinionem, & ideo contraria procedunt, quando Iudæus incumberet actui, quem sciebat illicitum, & punibilem, puta si concumberet cum Christiana, quam sciebat Christianam esse, sed nesciebat esse nuptam: nam eo casu, quia principium delicti dolosè, & scienter erat commissum, non excusatur ratione qualitatis ignoratæ, quæ qualitas accessoria est delicto, neque si deficiat, desinit esse delictum. at quando ignorat substantiam delicti, & credit non esse delictum punibile, tunc quia ignorantia versatur circa substantiam, non autem circa simplicem qualitatem delicti, ideo excusabitur. ita pulchrè declarat Angel. in d. l. si adulterium cum incestu, §. incestum, numero 5. de adult. per l. item apud, §. si quis virgines, ff. de iniur. iuncta l. penult. de adult. & l. quæ adulterium, C. eod. Vera est ergo conclusio contrarium tenentium, quando sciens esse punibilem, & illicitam ei incumberet: secus autem si à principio credidit impunibilem actū, vt si credidit concumbere cum Iudæa meretrice, quæ tamen erat Christiana & nupta; quòd si sciens Christianam, sed credens meretricem, cum ea coisset, quæ tamen esset nupta vel monialis: fateor, quòd de adulterio, vel de incestu puniretur, & ita intelligenda, & declaranda est doctrina Bartoli.

25 ¶ Vigesimotertio delinquit, † si peierat, & venit contra proprium iuramentum, & punitur etiam ab ecclesiastico, ne remaneat tale delictum impunitum, *ita Sozi. consilio 66. fruſtra plenitudini, numero 31. & sequ. in primo.* quod etiam voluit Inno. *in cap quod super, numero 5. de voto*, quod dicit procedere, quando à suis iudicibus & magistris non punirentur, quod si ab eis punirentur, non deberet ecclesia se impedire, quia de iis, quæ foris sunt, nihil ad nos, *cap. gaudemus, de diuor.* Quæ puto procedere, quando periurium fuit commissum inter ipsos Iudęos, id est violatum iuramentum præstitum Iudæo, quod si præstitum fuisset Christiano, tunc tenerem ipsum cogi posse, vt seruaret iuramentum, & quod puniri posset, si transgrederetur, ex eo quod sub religionis specie Christianum falleret, *& hoc tenet in specie Paul. consilio 90. visa quadam scriptura, numero 3. in secundo.* Et licèt contrarium videatur tenere Ias. *in l. 3. §. iurari, numero 10. ff. de iureiurand. & Deci. in cap. 1. de constitut. in secunda lectu. numero 8. versicul. infertur. adducunt consilium Roman. 155. præmissum laudum, & idem etiam videatur sequi Felin. consilio 30. neminem, numero 18. & sequen.* Attamen verior est opinio prædicta, quod ligetur Iudæus iuramento, & illud seruare cogatur. Hoc enim tenuit Roma. sibi contrarius, *colum. 3. ver. 7. limita, de acquir. hære. & in l. pactum quod dotali, Cod de colla. num. 11. & Andr. Sic. consi. 15. clementiss. colum. 3. 1. volum. quos adducit, & sequitur etiam comprobando Deci in d. l pactum, numero pariter 11. vers. nonò limitatur. idem tenet Vital. de Gab. in tractat. clausul. in clausula de renun. succeſſ. fu. colum. 39. ver. septimò, d. c. quamuis, Corn. consil. 45. duo principaliter, colum. 2. versic. & maximè, cum fuerit iuramento vallata. primo volu. Bertran cons. 233. ponitur in facto, numero 3. in primo, & Curtius senior in repe. auth. sacramenta puberum, C. si aduerſ. vend. colum. pen. ver. octauò limitatur, & Stepha. etiam Bertran. consilio 233.* & quod Iudæus possit puniri de periurio facto cum Christiano, tenet expressè Andr. de Iser. *in constitu. regni, incip. si quis in posterum, colum pen. & ibi Matth. de Afflict. in 16. not. in 13. quæst. numero 42. & in constit. incip. eos, qui scienter, in princ. vbi etiam Matth. de Afflict. in 9. quæst. numero 17.* & istam distinctionem inter iuramentum præstitum per Iudæum Iudæo, vel per Iudæum Christiano, reperio postea Marantam facere *in suo speculo aureo, 13. parte princ. numero mihi 42. ver. in ista varietate*, quem verè non videram. si ergo contractum faciet cum Christiano, & iuret seruare, vel si Christianus deferat iuramentum Hebræo decisiuum, vel si vti testis in causa Christiani deponat, & peierat, poterit certè de periurio puniri, *per prædicta:* nam si legibus Romanis viuunt, vt infrà deducam, debent & illis puniri, si delinquant in Christianos, & idem reperio tenere Ruy. *consilio 159. super eo, nu. 10. circa finem in quinto.* Quod intelligo, vel iurent secundum legem Moysi, & per decem præcepta, vt solent iurare Hebræi, *vt per Specul. in titul. de iuram. calum. §. restat, columna vltima, versic. sed pone Iudæus, & Abb. in cap. 1. columna 4. ver. qualiter, de iuram. calum. & per Felin. in cap. vltimo, columna prima, de Iudæ. & Bartol. in l. iusiurandum, §. ait prætor, in fine, ff. de iureiurand.* siue etiam iurarent per Christum: nam licèt prohibeatur Iudæus iurare per Christum, si tamen iurat, cogetur obseruare, *vt per Bar. in proœm. ff. in prin. numero 3. & sequitur Bauer. in in tract. de viribus iuramēti, ver. 59.* quod etiam iuramentum Iudæi factum per Christum, præsumetur in dubio factum in cōtumeliam, & vilipendium fidei, vt tenet Bal: *in rubr. de iusti. & iure, in prin. in litera G. & Bar. in d. rubr. proœ: Digestorum, nume. 2.* & quòd Iudæus etiam dicatur periurus, & quod si extat statutum, quod periuro non reddatur ius, non reddetur etiam Iudæo periuro, *Sozi. iun. consil. 125. in tertiò.*

26 ¶ Vigesimoquartò, si delinquunt † simul cum Christianis, grauius punientur tam Christiani quàm Hebręi propter commercium, & societatem in malis: nam si prohibetur conuersatio familiaris cum eis, etiam vbi delicta non intercedunt, multo magis prohibita intelligetur in delictis, & cum nulla certa pœna hoc casu à legibus sit constituta, relinquetur arbitrio iudicis, *iuxtà Hostien. in c. nonnullis, in fi. de Iudæ. & per Ant. de But. in c statuimus, de maledic.* quod tamen ab aliis tactum non reperio.

27 ¶ Vigesimoquintò delinqueret † Iudæus, si aliquem baptizaret, vel alicui præstaret sacramenta ecclesię, immiscendo se sacris: non enim illudi debet sacerdotibus Christianis per Iudæos, vel alios, *cap. bona, 11 secondo, §. nec nocebat, cum concor. de postul prælat. & c. 2. in fi. de conuersio. infidel. & c. maiores, §. propter quod, in fin. de baptis. & cap. vltimo, de renun.* neque enim pati debent magistratus, quòd Iudæi aliquid faciant, quod fidei nostræ confusionem inducat, vel Christianis scandalum, vel quòd verti possit in contumeliam, & derisionem fidei, *cap. & si Iudæos, de Iudæ.* præsertim cùm non possit alia causa præsumi, quare Iudæus hæc faciat præterquam in contumeliam nostram, quod etiam ex circumstantiis, & indiciis considerabit iudex: quinimo neque se ipsum posset baptizare immergendo se in aqua, & dicendo intentione sumendi fidem, ego me baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, *vt habetur in c. debitum, de baptis. & in cap. didicimus, 24. q. 1.*

Limitantur tamen prædicta in casu necessitatis: nam licèt Augustinus libro secundo, contra epistolam Parmeniani, mouens hanc difficultatem, dixerit, remittendum hoc esse decisioni sacri Concilij; attamen hodie decisum est, quod infidelis, & Iudæus potest in casu necessitatis baptizare, vt cōsultantibus Bulgaris respondit Nicolaus Papa *in cap. à quodam Iudæo, de consecra. distin. quarta, & est etiam opinio Isidori in cap. Romanus Pontifex, eadem distin. & est communis opinio omnium Scriben. in cap. quanto, extra de consuet.* nam & hæreticus, qui peior est, tempore necessitatis baptizare potest, *c. si quem fortè, 24. q. 1. & c. vilissimus, prima, quæst. 1. & cap. præter hoc, §. ad hoc verò, 32. distinct. & tenet etiam Thom. in quarto senten. distinct sexta, in secunda quæstione.*

28 Sciendum tamen,† quòd si per ludum,& cum intentione baptizandi pueri Iudæorũ vel infidelium se ipsos baptizarent inuicem seruatis verbis, & forma baptismi dicerentur vetè baptizati, & cogerentur perseuerare, prout factum fuit ab Alexandro, Alexandrino episcopo; qui cum per viam incedens vidisset puerũ Iudæum Athanasium nomine in ludo puerorum se pro episcopo gerentem, & baptizantem alios pueros, coegit omnes perseuerare in fide Christiana,quo factum fuit,vt Athanasius maximus euaderet fidei propugnator, vt hæc habentur in ecclesiastica historia,*lib.10.*

29 ¶ Vigesimosextò delinqueret † Iudæus, si se patrinũ constitueret in baptizando puero, vel alio volente fidẽ Christi assumere; quia hoc facere non potest non modò in baptismo,sed nec etiã in chrismate,*c.in baptismate, de consecra.distin.4. & tradit Ioan.Andr. in c.ex eo, de regul.iur. in 6.in Mercu.& Laudens.in tracta.de princip.q.226.*& est ratio, quia cùm patrinus teneatur instruere susceptos in fide, hoc fieri non posset ab infidelib. *c.vos ante omnia, de consecratio.dist.4.& c.relatum,37.dist.*& licet in illis iuribus non apponatur pœna,erit tamen arbitraria,cum hoc posset esse scandalo & confusioni Christianorum, *vt supra dictum est.*& Christiani Iudæos pro patrinis inuitantes etiam puniri deberent arbitrio iudicis.

30 Vigesimoseptimò delinquunt Iudæi,si Christianum teneant mancipium, pœna autem de iure ciuili erit, vt seruus ille liber confestim fiat nullo dato pretio, & Iudæus illum tenens exilio mulctabitur,*l.1. C.ne Christian. man.*etiam si donatum sibi fuisset mancipium illud,*vt ibi dicitur*, & licèt ibi videatur capitalis pœna imponi, tamen gl.& omnes interpretantur exilium, & idem probatur *in l.vltima,§.his ita dispositis,Cod.de episcop.& cleric.* De iure autem canonico distinguitur, an habeat venale mancipium, vel non: si enim venale habet,& intra tres menses exponat, habebit solidos duodecim, & seruus efficietur liber, si ad libertatem dati sint d.solidi, vel efficietur seruus redimentis,*cap.1.& c.vltimo,de Iudæ.* quod si seruus Iudęi ad fidem Christianam se conferre voluerit, & à domino Iudæo prohibeatur, grauissimis pœnis castigabitur Iudæus, & fiet liber seruus ille nullo dato pretio tam iure ciuili,quàm canonico, vt habetur in iuribus præallegatis. Poterant tamen Iudæi, cùm habebant bona immobilia & possessiones,tenere seruos colonos ascriptitios, *vt probatur in cap.2.de Iudæ.* modò illis maiora onera non imponerent,*vt ibi dicitur:* hodie verò cùm non possint possidere immobilia, frustratoria erit exceptio ista.

31 ¶ Vigesimooctauò delinquerent, & puniendi forẽt, si inter Christianos docerent, & assererent vsuras non esse peccatum,ita Cardin.*in clem.1.§.vltimo, de vsur.in 19.q. numero 10.*nam licet plerumque principes concedant eis exercere vsuras,*vt latè per Alex consilio 57.1.volum. & consilio 1.& consilio 107.in secundo,& Anton.de Prato veteri inter consilia eiusdem Alexand.consilio 49.in quarto,& per Iason.latè, & alios in l.cunctos populos,C.de summa Trinit.* attamen non debent tali licentia abuti, & suscitare vel persuadere hæreses inter Christianos.

32 Quinimo † punirentur etiam Hebræi exercentes vsuras absque licentia principum, sub quorum degunt dominio, & punirẽtur etiam criminaliter ab Ecclesiastico,*vt per Corne.consil.19.videtur prima fronte, per totum, & maximè,colum.3 in 3.volum. & Signorol.consil.257.in quæstione parentibus alligata, colum.1. versi.item præmitto, & sentit etiam Panorm.in cap.post miserabilem, de vsur.circa fin. & Iacob.Butr. in l.improbum, C. ex quib.cau.infa.irroge. & tradit Io.Mona.& Gemi.in c.1.de vsur. in 6.* & hanc esse veriorem dicit conciuis meus Susan.*in tracta.de Iudæ.par.1.c.11.nu.7.* quanquam Bald.*in d.l.improbum, & Dec.consi.170. viso themate, & in l.rogasti,§.si tibi,in fin.ff.si certum petat.*teneant, quòd imò nec Christianus pro crimine vsurarum possit criminaliter puniri, de qua re vide etiam Alciat.*in cap.1.numero 80. de offic.ordin.*

33 ¶ Vigesimonono delinquunt,† si recipiant Christianos apostatas, *vt per Oldr.cons.36.& per Carr.in tra.de hæret. nu.90.* & præter eũ facit totus tit. *C. de receptator.* quo ligantur & Iudæi,*vt infra dicam,*similiter punietur Iudæus recipiens factũ Christianum denuo deficientem ad Iudaismum,vt per Old.*d.consi.36.*&idem ibi dicit de ea cuius facto inquisitus aliquis de hæresi elabatur,*& pulchrè etiam tradit prædicta Alber.in rub.C.de Iudæ.col.pen.versi.vltimo quæro.*sic & præstantes his fauorem,*vt consuluerunt Patauini,& Bononienses, quos refert Campeg.in add.ad Zanchi.c.36. in addi.litera C. ver.2.an inquisitor*, vbi etiam quod contra tales poterit procedere inquisitor.

34 ¶ Notandum tamen,† quod Iudæus non poterit puniri,si transeat ad sectam Saracenorum,*vt tenuit Old.consil.51.si Iudæus transiuit,& sequitur Alberi. in rubr. C.de Iudæ.col. 1.ver.quæro circa hanc, & Io.And.in addi.ad Spec.in rubr.de Iudæ. circa fin.ver.dubitari vidi,& Ioan.de Ana.in c.ex speciali,de Iudæ. in fin.*& comprobat latè Roma.*sing.687.cras Christus ascendit,*quas tamen decisiones habeo pro valdè dubiis:nam si puniuntur quid admittentes contra legem Moysi, *vt supra latè probaui hoc eod.cap.in primo casu*, multo magis puniri deberent, si in totum illam reijciunt, & ab ea apostatant,nisi dixeris,quod satis est, quòd transeant ad sectam minus odiosam,&malam,vt dicebat Roma.quod

35 tamen † non admitterem, cùm Iudæi lex Mosayca primordiũ habeat veritatis, *vt supra dixi*, cogita.sed pro opinione communi facit, quia non prohibetur matrimonium Iudæi cum Saracena,& econtrà,*vt per Archi.& alios in c.Iudæi,§.verum,28.q.1.*

## CAP. XIII.

## *De Pœnis Iudæorum.*

### SVMMARIVM.

*1 Iudæorum pertinacia, & proteruia, quot & quibus pœnis sint mulctatæ.*
*2 Iudæi per mortẽ Christi,in seruitute sunt, & Domini eos vendere,& expellere possent,& in seruitutem redigere.*
*3 Iudæi ad ecclesiam confugientes non sunt ab ea tuti,& quare, & an sit hoc verum etiam de iure canonico.*
*Nec eorum synagogæ eos tueri possunt.*
*4 Iudæi sunt omnibus dignitatibus priuati ac officijs publicis, & multis alijs.*
*5 Iudæus non potest esse Doctor,nisi ex priuilegio.*
*Et an possit esse notarius.*
*6 Iudæi tutores an esse possint.*
*7 Iudæus filiam Iudæam dotare non tenetur, quamuis Iudæus, & Iudæa parentes filiam effectam Christianam dotare teneantur.*
*8 Iudæus esse testis contra Christianum non potest, maximè in criminalibus.*
*9 Iudæi sunt infames.*
*10 Iudæi sunt viles, & abiectæ personæ.*
*11 Iudæi soluunt magnas collectas principibus, vt habitent in suis locis.*
*12 Iudæis non defertur iuramentum in supplementum probationis contra Christianum.*
*13 In Iudæo pœna à l.apposita, vbi verificari non potest, nec legis dispositio habebit locum.*
*14 Iudæi per indirectum possunt excommunicari,& quomodo.*
*15 Iudæis non æquitas,sed iuris rigor præstatur.*
*16 Iudæus non potest capere aliquid ex testamento Christiani, imò excommunicatur Christianus etiam post mortem, si ei leget.*
*17 Iudæi cum coerceri censuris ecclesiasticis non possint, tamen interdicuntur Christiani,ne sibi communicent.*
*18 Synagoga est destruenda, in qua aliquid actum est in præiudicium baptismi.*

1 PROTERVIÆ, & pertinaciæ † suæ pœnas passi sunt per desolationem Regni,& Sacerdotij,& hodie patiuntur peregrinantes atq; exulãtes,neq; vl-

lam

lam habentes sedem permanentem, & ideo odiosæ dicuntur personæ, quòd fidei nostræ insultant, *vt inquit text.in l.vltima, Cod. de Iudæ.* Amiserunt ideo filiationem Abrahę,& nomen Iacob,& Israel perdiderunt,quia fidem, quam patres eorum in Christo, & in spe Messiæ, qui est Christus,noluerunt recipere,*vt per Oldr. consi.72. an contra, & per Bart.in l.1.C.de Pagan.* & ideo tanquam inimici Christi,odiosi omnibus esse debent,*c.licet vniuersis, de testibus, c.cum sit nimis, de Iudæ. & c.nulla,54.dist. & Deci.in cap.1.de proba. numero 20.ver.sed tamen prædictis*, & infestissimi sunt semper Christianis, adeò vt quotidie execrentur Christianos in eorum quotidiana oratione, & semper maximè sæuierunt in homines alienæ sectæ. refert enim Dion.in Traiano,quòd Iudæi, qui Cyrennem incolebant, Andrea quodam Duce tanta rabie Græcos Romanosq; inuaserunt, vt excarnificatorum membra in mensam cõmedenda proponerent,sanguineque adhuc stillantibus intestinis præcingerentur,pellibusque quibus cadauera excoriauerant induerentur pro vestibus, & plures à summo ad imum serra secarent, plures bestiis obijcerent, plures inter se pugnare cogerẽt, adeò vt ducentum, & amplius hominũ millia is furor absumpserit, quĩ & in Ægypto similiter est grassatus, ac Cypro; trucidatis ibidem Artemione Duce, ducentisque & quadraginta hominum millibus, quo factũ fuit, vt lege caueretur, vti quauis ratione in insulam appulsus Iudæus occideretur.

2 ¶ Secundò,per mortem Christi † sunt in seruitutem redacti,*c.& si Iudæos,& c.consuluit,de Iudæ.& not.in c.& si Iudæos,de Iud.& per Rom.& Alex.in l.multũ interest,ff.de verb.obl.* & ideo sicut Princeps vti eorũ dominus posset eos vendere,multò magis deberent eos expellere,*vt tenet Archi. in c.qui syncera,45.dist.*& plura ad hoc adducit Ioan. de Ana.*in d.c.& si Iudæos,colum.2.ver.in contrarium facit, & Corse. in tractat.de potesta.regia in quinta & vltima parte,quæst.81.colum.3.*dicens hanc partem hodie amplectendam, attenta malitia eorum, & licèt ecclesia eos toleret, vt fortè resipiscant, tamen si sint ingrati, & in Christianos sæuiant,veluti liberti ex ingratitudine in seruitutem redigendi sunt, ne ceruicem aduersus nos erigant, *argumen. tex.in l.2.Cod.de liber. & eorum liber.* & ideo licèt sine causa non debeant expelli à Principibus, *vt supra etiam dictum fuit*, attamen cum causa poterunt, & debebunt expelli,*vt per Oldra.consil.87.& consil.264. & Alberic.de Rosa. in rubrica,C.de Iudæ colum.2.ver.item quæritur,nunquid Princeps,& Alex.cons.13.cons.130.in 7.& cons.99.in 6.& alibi sæpè, vt per Paris.cons.11.in 4.* omnes enim concludunt, quòd licet sine causa non debeant expelli, subsistente tamen causa expelli debent, prout sæpè expulsi fuerunt & à Sabaudia, & ab Anglia, & à Gallia, vt refert ex Busto Susanna de Iudæ.*1.parte, cap.7. num.2.* & à Ciuitate mea Vtinensi expulsi fuerunt decreto confirmato ab illustrissimo Domino nostro, anno 1556. ob pestem Vtini sæuientem, quæ multa Vtinensium millia absumpsit,quam pestem Iudæi in illam ciuitatem primum attulerunt. iusta ergo causa subsistente, hæc erit condigna pœna,vt extorres expellantur.

3 ¶ Tertiò puniuntur etiam † in hoc, quia si confugiunt ad ecclesiam,non sunt tuti, secundũ magis communem opinionem, quia ecclesia nõ defendit eos, qui non sunt sub sua lege, *& videtur de hoc text. apertus in l.1.C. de ijs,qui ad eccle.confug.& tenet clarè Oldra.in consi.54. Aufugiens pro debito, col.2. ver.quid de Iudæo, & hoc idem tenet Azo in summa,tit.C.de ijs,qui ad eccles.confugi. & omnes in d.l.1. eodem titu.& gloss.in §.sed neque,aliàs incipit, §.publicorum. in ver.cogentur, in fi.in auth.de manda.prin. & Ioan. de Ana.in c.Iudæi, il primo,de Iudæ.col.2. ver.nunquid autem Iudæi, & hanc communem dicit Marsil.in l.ex Senatusconsulto,col.vltima, ff. ad l.Corn. de sicar.quanquam Igne.in l.1.in prin.ff.ad Syllan.numero 47.* videatur contrarium tenere, sed leuibus motus rationibus: & quanquam alij teneant, quòd verum sit de iure ciuili, quòd Iudæus non gaudeat immunitate ecclesiæ, quia tex.est clarus in d.l.1. sed contrarium fit de iure canon.vt talem differentiam facit Zaneti.*in tracta. de differentijs inter ius ciuile, & canonicum, in 93. differentia, est mihi numero 161.* licèt tandem videatur in eam opinionem inclinare, quod etiam de iure canonico non gaudeat immunitate, *& Tiraq.in tract.de primogenitura,q.66.num.8.* refert tantum opiniones in hoc contrarias.

Quæ tamen limitari possent, nisi confugeret ad ecclesiam bono zelo, & animo suscipiendi fidem, non fictè, *vt per Petr.de Anchar.& Imol.in clem.1.colum.2.de pœni & remiss.& glo. & Anto.in c.inter alia,de immun.eccl.& Feli.in d. c.Iudæi,il primo de Iudæ.*

Certum autem est,quod eorum synagogæ non præstant securitatem ipsis Iudæis, sicut præstant ecclesiæ Christianis,*vt clarè dicit Io.de Ana.in d.c.Iudæi, in fi.*

4 ¶ Quartò, priuati sunt † Iudæi omnib. dignitatibus, & officiis publicis.*l.vltima, C.de Iudæ. & not.in c.cum sit nimis,& in c.1.& c.ex speciali,de Iudæ.& in c.constituit, 17.q.4.& c.nulla,54.dist.*vbi additur pœna excommunicationis per indirectum, quia excõmunicantur omnes, qui cum eis conuersabuntur, vel communicabunt: & non solùm publica officia sunt illis interdicta,sed quodcunque officium,& commercium, per quod Christianis posset aliquod grauamen inferri, *vt in c.vlt. vbi Abb.primo no.de Iudæ.* perdiderunt enim omnes immunitates, *l. iussio. C. de Iudæ.*quanquam Ias.*in rubr.ff.de iusti.& iure,colum.2.ver.contra Bart.* teneat, quòd d.l.fin. C. de Iudæ. loquatur tantùm de dignitatibus publicis, non autem de priuatis, quod etiam ante eum sensisse videtur Alberic.*post Iaco. Ra.in l.item in potestate.ff.de ijs, qui sunt sui vel alien.iur.* quorum tamen opinionem nõ sequor:nam videmus, quod neque officiales, neque publicani, neque aduocati esse possunt, *vt per Io. de Platea in l.probatorias, C.de diuer. offi.lib. 12.& in l.omnes, C.de decur.lib.10.*

5 ¶ Ideo † neque Doctor esse potest,*vt per Bar.in proœm. C.in 3.colum.ver.quæro circa hæc, & in d.l.omnes, la terza, C. de decur.lib.10.& in l.1. colum.2. C. de digni.lib.12. & in l.vltima,in vltimis verbis,Cod.de postulan &in l.generaliter,§.fin.de Decur. & per Ioan.de Ana. in rubric.extra de Iudæ.& Felin.in c.1. eodem tit.colum.ver.2.* limita etiam si vellet esse tantum aduocatus,vel simplex Doctor,& nollet legere, *vt per Abba.in c. proposuisti,colum. vltim.de proba.* licèt de licentia principis, posset Doctoratus insignia percipere, *vt per Ioan.Staphil. in tractat.de grati.& expectat.in tit. de præscript.in forma breui. numero 41.*

Neque etiam possunt esse aduocati, *l.vlt. C.de postul.l. nemo,la.2.C.de epis.audi.c.nemo,il 1.de pœni.dist.1.*

Neque tabellio esse potest, *vt per Ias.in rubr.ff.de iusti. & iure,colum.1.ver.similiter Iudæus,* licèt contra Ioan.de Ana.*in rubr. extra de Iudæ.* quod intellige inter Christianos verum esse, sed inter Iudæos potest scribere, & ei præstabitur fides,si testamentum scripserit,*vt per Cald.consil. 11.sub tit.de consue.& consi.10 de constit.* sed aduerte tu,quòd non ideo erunt notarij authoritate imperiali vel apostolica,*vt per Oldra.consilio 75.quis possit creare,* sed benè poterũt creari notarij ab Imperatore, vel Papa cum clausula, non obstante, *vt voluit Bald. in rubric. ff.in addit. & ibi Ias.numero 5.*

Neque etiam possunt esse Medici graduati,aut principis:nam dicerentur habere dignitatem,*vt per Bar.in l.1. C.de Comiti.& Archi.lib.12.*nam medici priuatorum, & sine gradu esse possunt,*vt per Ana.in d.rub.de Iudæ.*

6 Neque etiam secundum † aliquos possunt esse tutores Christianorum,*vt latè per Ias. & Claud.de Seyssello in rub. de iusti. & iur. & de omnibus istis latissimè per Susan. in tract. de Iudæ.parte 2.c.7.per totum.*

Neque prædictis obstat l.generaliter, §. vlt. ff.de decurion. quæ ad honores admittit eos, qui Iudaicam superstitionem sequuntur: nam per illa verba intelligit IC.Christianos, qui à Iudæa fuerunt oriundi, non Iudæos,*vt docet Alcia.disp.lib.3.c.8. & in l.quidam ignauiæ, C. de decur.libro 10.*

¶ Quintò puniuntur,† quia pater non tenetur dotare filiam Iudæam,*l.cognouimus, in ver.cæteris liberis, C.de hære. & glo.1.in l.si verò, ff. de in rem ver. & Bal.in authen. res quæ, colum.vlt.C.de lega.* & pariter mulier Iudæa nõ habet priuilegia dotis,*vt per Cyn. & alios in l.1.ff.solu.matri.* Econtra autem Iudæus pater tenetur dotare filiam effectã Christianam, secundum vires patrimonij sui, *d. l.cognouimus.* quinimo & mater Iudæa tenebitur dotare filiam suam effectam Christianã, dato quòd aliàs mater dotare non teneatur, vt voluit glo.*in l.mater, C. de iure dot.* vbi etiam Bald.hoc expressè tenet in Iudæa, *quem refert & sequitur Iason post Angel.ibi in §.fuerat, Institu.de acti.nu.112.& 115.*

8 ¶ Sextò puniuntur, † quia Iudæus non potest esse testis contra Christianum,maximè in criminalibus,*vt habetur in cap.1.& c.Iudæi, extra de testi.& in cap.pagani, & in c. si hæreticus, secunda, quæstione septima, & tenet Specul. & post eum Ioan.Andr.in addi.in titulo de teste, §.1.ver.item quòd est Iudæus, & Bart.in l.1.in 9.oppo. Cod.de summa Trinita. cum concor. vt per Marsil. consilio 12. cor mundum, numero 14. & sequen. vbi etiam comprobat, & idem singulari 41.& Decis.Neap.214.* & vide latè Susan.*de Iudæ.parte secunda,cap.5.numero 9.& sequen.* vbi num.15. in fi. quòd admittetur contra factum Christianum,& relapsum,sic contra hæreticum.

9 ¶ Septimò sunt † infames, *vt not.in auth.Gazaros, Cod. de hæreti.& sequitur etiam Marsil.d.consilio 12.numero 14. versi. & facit ratio. & præter eum hoc tenet Sozi. consilio 62. columna penult.ver.2.hæc opinio,in primo, & Crau.consilio 73. dicendum, numero sexto.*

10 ¶ Octauò Iudæi † sunt viles, & abiectæ ac humiles personæ,*l.vltima,C.de Iudæ.*& ideo infero ego,quòd subijcientur pœnis, quibus viles & humiles personæ puniuntur, *vt voluit Alex.consi.13.nu.1.in 7. & idem tenet Sozin. cons.86.col.pen in fi.4.vol.& Crau.consil 73. dicendum, nume.6.* vnde illud Iuuen.Saty.3.

*Nunc sacri fontis nemus,& delubra locantur*
*Iudæis,quorum cophinus fœnumq; supellex.*

Et idem Satyra 6.

*Cophino fœnoq; relicto,*
*Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem.*

11 ¶ Nonò puniuntur, quia soluunt magnas collectas principibus,vt inhabitẽt terras Christianorum,& præsertim in terris Ecclesiæ, *vt per Cæpol. consilio 74. numero septimo,versicul.præterea lex iussio, & habetur in l.Iudæorum, C. de Iudæis.*

12 ¶ Decimò Iudæo† non defertur iuramentum in supplementum probationis contra Christianum, *vt per omnes in l.admonendi,de iureiur.& Crau.consil.73.nu.9.in fin.latius Marsil.singulari.41.incip.Iudæus.*

13 Aduertendum tamen, † quòd vbicunque pœna apposita à lege non potest verificari in Iudæis, vt excommunicatio, denegatio sepulturæ, & simil.non habebit etiam locum dispositio illius legis,*glo.in clem.1.in ver.censuram,de vsur.Gemin.in c.1.§.fin.in fi.de vsur.in 6.Feli.in c.quia, colum.2.versi.sed aduerte quia contra,de Iudæ.& Iaſ.in l.si insulam,columna 2.ver.teneas primam,ff.de verbor.obl.& per Sozin. consil 70.in præsenti.& consil.71.col.2.in primo, & Aret.cons.158. copiosè,col.pen.& vltima.*

14 Notandum tamen, † quòd Iudæi per indirectũ possunt puniri pœna excommunicationis, dato quòd illius non sint capaces, excommunicãdo scilicet fideles cum eis communicantes, *cap.quanto, cap.post miserabilem, de vsur.cap.multi.11.quæstione prima, cap.decernimus, de deci.& glo. in cap.Iudæi, il secondo, ver. permittuntur, de Iudæ. vbi Hostiens. & alij.*

15 ¶ Vndecimò puniuntur † Iudæi, quia eis non seruatur æquitas, sed iuris rigor,*glo.pen.in ver.iuris seueritate,in c.2.de Iudæ.Iaſ.in repeti. l.admonendi, de iureiurand.in 36.* casu in quo non defertur iuramentum in supplementum,*& Marsil.singulari 41.Iudæus, & Iaſ.in l.& si post tres, col.1.in fi.ff. si quis cau. & Felin.in d.c.2. columna vltima, de Iudæ.* quod intellige, quando beneficium æquitatis non est in lege scriptum, secus si esset expressum, quia cum legib. Romanis viuant,habebunt & hoc beneficium æquitatis in legę scriptæ, *vt per Ripam in l.si insulam,num.9.cum sequen.de verborum oblig.*

16 ¶ Duodecimò nil possunt † capere Iudæi ex testamento Christiani, quinimo Christianus eis legans excommunicatur etiam post mortem,*ca.sanè profertur, vbi glo.in ver.permittantur,24.q.2.omnes in c.Iudæi,il.2.de Iudæ.vbi Host.col.2.ver.nonò ex testamento,& in l 1.C.de Iudæ.& in l.cum Senatum,ff.de reb.dub.* quod procedit non modo quando relinqueretur collegio siue sectæ Iudæorum,sed quando etiam vni tantùm ex eis, *vt per Felin. in d.c.Iudæi, col.2. vbi plura,* licèt aliqui contra, *vt per eum & per Scrib. in l.1.C. de Iudæ.& in l.1. C. de sacrosan.eccle.* quinimo videtur magis communis opinio, quòd singulis possit legari,*& per Bar. in d.l.cum senatus,vbi Cuma Sozi.& Paul.*

17 Decimotertiò nota, † quòd licèt Iudæi non possint censuris ecclesiasticis coerceri, poterit tamen pro pœna interdici Christianis, ne aliquid cum eis communicent, *c. ita quorũdam.in fi.de Iud.* quæ pœna grauissima est, cùm durum sit versari inter homines, & hominum carere suffragiis,*l.hi,qui sancta,C.de apostat.* Item possunt puniri pœna pecuniaria *c.postulasti,de Iudæ.* Item pœna carcerum,fustigationis,& simil.corporali,*cap.in archiepiscopatu,de raptor.c.constituit,17.q.4.c.qui syncera, 45.dist.in glo.in ver.sed nonne,in fine.*

18 ¶ Decimoquartò † synagoga etiam eorum destruenda est, in qua opere, voluntate & consilio Iudæorum aliqui Christiani in præiudicium, & absterſionem characteris & baptismi sunt abluti, & fidem in ea abnegarunt ad Iudaismum transeundo,quia tunc talis synagoga nudata est priuilegiis Christianorum, & ita consuluerunt Patauini,Bononienses, & Ferrarienses, *quos refert Campegi in add.ad Zanchi. in tract.de hæret. cap.36.in addi. litera C.ver.quarto quæritur.*

## CAP. XIIII.

## *Quibus legibus, & iudicibus sint suppositi Iudæi.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudæi nulla lege coguntur ad baptismum, & quo genere vis adduci possint.*
2 *Iudæi cùm non sint verè hæretici, Inquisitoribus hæresis non subsunt,inquantum sunt Iudæi, & casibus quibus,& qui iudices habeant iurisdictionem in eos.*
3 *Iudæis in ciuilibus qui sint competentes iudices.*
4 *Iudæi iudices circa ritus eorum, & ceremonias, qui sint, & quotupliciter appellentur.*
5 *Iudæi quibus subsint legibus,& principibus.*
6 *Iudæis inter se seruanda est lex Mosacia, in defectum ciuilis.*
7 *Iudæi in matrimonijs seruant ius Mosaicum, ideo gradus iuris canonici ab eis non est attendendus.*
*Idem de repudio vxoris, vel si contrahat cum commatre Iudæus: non enim punitur.*
8 *Iudæi non comprehenduntur leg. vsuram prohibentibus, nisi faciant contra edicta principum.*
*Item non tenentur seruare festa nostra.*
9 *Iudæi quibus legibus & statutis ligentur.*
10 *Iudæi in spiritualibus, & sacramentalibus non subijciuntur canonibus, neque à lege concilij, cùm non participent nobiscum in diuinis.*
11 *Inquisitor in casibus, in quibus potest contra Iudæos procedere,poterit etiam mandare secularibus iudicibus.*

1 NVLLA lex † cogit Iudæos ad baptismum:inuitandi enim sunt,non cogẽdi. nemo enim inuitus saluandus, sed volens,*cap.de Iudæis 45. distin. vbi omnes.* quod intelligunt de vi absoluta, quando quis violenter arriperet Iudæum,& aqua baptismi immergeret: nam tunc verè non foret baptizatus: secus si vi causatiua, vt si quis minatus mala Iudæo, nisi se baptiset, consenserit

sensetit baptizari: nã tunc verè erit baptizatus, quia voluntas coacta vtiq; voluntas est *ita omnes ibi, & omnes etiã in c.sicut, de Iudæ. & in c.maiores, de baptis. & no. etiam in c.quia contra Christianos, de hæret. cum plurib. concor. de quibus per Paris. consilio secundo, numero 17. cum pluribus seq. 4. volum.* neque etiam filij Iudæorum paruuli debent à parentibus inuitis abstrahi, *vt ibi per Paris. numero 38. & 41. vbi latissimè.* in quibus non insisto, quia materiam criminum non tangunt.

2 ¶ Inquisitores † hæreticæ prauitatis nullam habent iurisdictionem in Iudæos ex eo tantum, quòd Iudæi sunt, quia ipsi non sunt verè hæretici, vt per Baldum *consil 315. Iudæis, in primo, & in consilijs sequentibus, quæ sunt Io. de Ligna. Calder. & aliorum*, sed in eos iurisdictionem habent in spiritualibus Diœcesani, & in secularibus ordinarij, *vt not. in cap. nouit, de iud.* & si sint delicta mixta, erit locus præuentioni, *vt per Abba. & omnes, in cap. quod super, colum. 2. ver. vnde concordando dicta Inno. ext. de voto, vbi etiam alij Scriben.* Notandum tamen, quòd si delinqueret circa fidem nostram contemnendo, & vilipendendo eam, vel etiam committendo aliquid in contumeliam Christi, & eius fidei, & Ecclesiæ. Item & si delinqueret impediendo officium Inquisitorum, posset his casibus Inquisitor procedere, & agnoscere, & punire, nam ratione horum delictorum efficiuntur de foro ecclesiæ, & iurisdictione ipsius, *cap. nouit, de iudic. & cap. & si Iudæos, extra de Iudæ.* aliàs essent melioris conditionis quàm Christiani, *& hoc in specie tenet Zanchin. de hæret. cap. 36. numero 2.* quod tamen ego de iure ordinario verum esse non crederem, cùm Inquisitorum officium limitatum sit contra hæreticos, sed Iudæi non possunt dici hæretici, ergo. Verùm quia extant constitutiones speciales Clementis IIII. & Gregorij X. quæ dant authoritatem Inquisitoribus iudicandi, & puniendi Iudæos, qui Christianos ad Iudaismum induxerint, quas extrauagantes allegant ad hoc Ioan. Andr. & Gemin. *in cap. contra Christianos, de hæret. in 6. & ad verbum eas transcripsit Campeg. in add. ad Zanchi d. cap. 36. in addi. 6.* vbi etiam dicit ita vsu obseruari, ideo quoad illum expressum, quando scilicet Iudæus induceret Christianum ad Iudaismum, admitto Inquisitores procedere posse: sed quoad alios, de quibus supra, & qui non sint expressi aliqua decretali, vel constitutione extrauaganti, teneo Inquisitorem non posse procedere contra Iudæos, quia vnius inclusio est alterius exclusio, *l. cùm prætor, de iudic.* & limitata potestas limitatum debet producere effectum. Cùm igitur in hoc casu sit data potestas, in aliis videtur adempta; & cùm iste sit casus specialis, præsupponit ius commune in contrarium, *l. ius singulare, de legibus*, satis ergo erit, quòd in cæteris casibus iudex ecclesiasticus, & secularis poterunt punire, *vt supra.* & insuper notandum, quòd quando Iudæus delinqueret circa ea, quæ quoad fidem sunt communia nobis cum eis, puta quia non crederet vnum Deum, quod & ipsi lege Mosaica credere iubentur, & non crederet decem præcepta ligare, ex lege diuina posset puniri per Inquisitorem, *vt tenet Director parte 2. quæst. 46. quem refert, & sequitur Campegi. in addit. ad Zanchi. in dicto cap. 36. in addi. cap. in patri.* Et quanquam ecclesia in ecclesiasticis criminibus & mixtis possit Iudæum punire: intelligitur, si vult, non tamen cogitur de iure, quinimo in dubio præsumitur nolle punire, sed permittere, quòd puniantur per iudices seculares, *vt est text. iuncta gloss. in ver principibus, in clem. 1. de Iudæ.* neque vllo casu dicetur ecclesia velle punire Iudæos, nisi in casibus à iure expressis, *& ita declarat Aretin. consilio 157. copiosè, & Socin. consilio 119. præsupponitur in facto, columna antepenult. & penult. in 4. volum.* & ideo Alexan. *consilio 99. in 6.* concludit punitionem blasphemiæ dictæ per Iudæum spectare ad iudicem secularem, non ad ecclesiasticum. & ideo dixit etiam Ana. *in rubrica de Iudæ. columna 2. in fine, & sequen.* quòd sacrilegium commissum per Iudæum punietur per iudicem secularem, non autem per ecclesiasticum, & tradit etiam Anchar. *consilio 15. & Scribentes omnes in cap. cùm sit generale, de foro compet. & in cap. postulasti, de Iudæ.* vbi latè Felin. *in 2. columna*, vbi tenet pro conclusione ea, quæ supradicta fuerunt, quòd in criminibus merè ecclesiasticis, & pro quibus ecclesiastici tantùm solent punire Christianos, idem quoque tantum puniet etiam Iudæos: in aliis verò solus secularis, licet in mixtis erit locus præuentioni, vt dictum fuit supra, & eo casu si ecclesiasticus non plenè puniuerit, poterit etiam puniri per secularem, & tradit etiam Marsil. *in l ex Senatusconsulto, de sicar.* sed quòd regulariter seculares iudices puniant, tenet Calderi. *in consilio 2. sub titu. de Iudæ. & Anchar. consilio 15. & in repet. cap. ea quæ, de regul. iur. in 6. colum. 15. & Guido Papæ, decisio. Delphin. 63. incipient. fuit dubitatum coram me, & Alexand. consilio 99. visa inquisitione, numero 13. in 6. volu.* vbi concludit, quòd regulariter secularis puniet, nisi foret negligens, quia tunc ecclesiasticus puniret, & Socin. *consilio 202. primo volumine*, contra quem consuluit Alexand. *in eodem casu, consilio 15. in tertio*, & in simili idem consuluit Socinus *dicto consilio 119.* vbi diffusè concludit punitionem blasphemiæ in Iudæo spectare ad secularem.

3 ¶ In ciuilibus † autem certum est, quòd seculares iudices ordinarij sunt competentes, *l. Iudæi, & l. si qua, C. de Iudæis*, si sunt causæ inter Christianos, & Iudæos. Item aliquando iudicant etiam inter eos, quo casu tenentur iudicare secundum eorum leges, non autem secundum nostras, *vt consuluit Bal. consi. 428. inquisitio dicta, numero 5. in 5. volumine.*

4 ¶ Circa verò † ceremonias & ritus eorum habent suos iudices Hebræos, quos Rabinos vocant, qui inter ipsos iudicant, quos text. *in lege secunda, in princip. Codic. de Iudæ.* vocat eorum maiores, & text. *in l. exterus, in fine, eodem titulo*, vocat proceres, & text. *in l. si qua, eodem titulo*, vocat seniores, & text. *in l. Iudæorum, eodem etiam titulo de Iudæ.* vocat primates. & quòd tales sint iudices inter eos, circa prædicta tenuit Bartol. *in l. Iudæi Romano. Cod. de Iudæis. & clarè Bald. dicto consilio 428. columna secunda, in fine:* quanquam verè in contrarium valdè vrgeat dict. text. *in l. Iudæi Romano.* ibi, in iis causis, quæ tam ad superstitionem eorum, &c. prout etiam illum textum considerauit conciuis meus, de Iudæ. *parte secunda, cap. 6. numero 15. & seq.* de qua re nunc non disputo, quia non concernit directò materiam nostram.

5 ¶ Subiacent † autem proculdubio Iudæi legibus Romanis, & secundum eas iudicari & puniri debent, *dict. l. Iudæi Romano. vbi omnes, & l. nemo Iudæorum, & l. nemo exterus, Cod. de Iudæ. & tenet Innocen. in cap. quod super, de voto, & Ioan. Andr. in cap. gaudemus, de diuor. & omnes in cap. primo, de constitut. Anchar. consil. 271 de titulis criminum, columna 2. in fi. & sequen. & Paul. consil. 377. ad primum, in princip. in secundo volumine, & Aretin. consil. 158. copiosè, & Alexand. consilio 75. videtur in præsenti, colum. secunda, ver. hoc idem confirmatur quinto volumin. Socin. consilio 62. in præsenti consultatione, columna quarta, ver. secundo pro hac parte, & consilio 70. in præsenti columna prima, in primo volumine, & Corn. consil. 114. columna vltim. circa finem, in primo, & per Imol. in consilio primo, in fine, cum duobus sequent.* Dicuntur enim Iudæi de populo Romano, & subiecti Imperatori, & aliis Principibus, *vt per glo. in c. ius Quiritum, ver. quod nulli, 1. d. & in c. venerabilem, in ver. transtulit in Romanos, de elect. Bartol. in l. hostes, de capti. & postlim. reuer.* & ideo omissis multis, quæ concernunt ciuilia, videmus quod licet in criminalibus reus teneatur comparere personaliter, non autem possit per alium, *l. penult. §. ad crimen, de publ. iudic. l. seruum quoque, §. publicè, de procurat.* tamen si pater compareat pro defendendo filium in causa capitali admitteretur, vt per Bart. & alios in dictis iuribus, vbi & ego alias dixi, & latè Cæpol. *consil. criminal. 45. Titius vulnerauit, & consil. sequen. quod est Anton. Rosell. cum pluribus alys consilijs sequent. maximè consilio 54. vnus filiorum*, quod cum procedat in Christiano parte, ha-

bebit locum etiam in patre Hebræo, *vt per plura, consuluit idem Capol. consilio 74. pater potest, vbi id tenet in causa contra Christianum*, sic pariter si pater Christianus offerat principi, vel iudici filium suum reum capitis etiam pro crimine læsæ maiestat. non erit condemnandus filius capite, sed mitiori pœna, *argum. l. milites agrum, §. deserto rem. ff. de re milit.* quod idem etiam iudicari debebit in filio Hebræo oblato à patre, *vt per Hieronym. Gigan. in tract. de crimine læsæ maiestat. lib. 3. quæstio. 6.* Item sicut bona damnatorum parentum non auferuntur à filiis, *authen. bona damnatorum, Cod. de proscr.* idem quoque dicendum de filiis Iudæorum, *cap. Iudæi, 1. quæstio. quarta, vbi gloss.* sic & Iudei transeuntes ad secundas nuptias subijciuntur pœnis, de quibus *in l. fœminæ, Codic de secund. nupt. vbi Ripa, numero tertio.*

6 ¶ Aduertendum tamen, quòd † inter Iudæos ipsos seruanda est lex Mosaica, & in eius defectum ciuilis, *vt latè concludit Andreas Sicul. consilio sexagesimoquinto, tertio volumin. & ante eum Baldus consilio trecentesimo decimosexto, quia sæpè reuocatur, primo volumin. cui subscripserunt Ioann. de Ligna. Calderic. Ioan. Fantuci. & alij insignes Iurisconsulti. idem Calderi. sub titul. decimo, de constitut. & consilio secundo. consuetudo quæ habet, sub titul. de consuetud. Anchar. consil. 271. de titulis criminum, columna secunda, Corn. consilio sexagesimoquinto, licet in hac consultatione, columna secunda, versicul. insuper dicta prima, & multis sequentibus in 2. Alexan. consil. 2. visis dubitationibus, columna vltim. in secund. & consilio sexto super præmissa dubitatione, columna prima & sequen. 6. volum. Campeg. in tract. de dote, quæstion. vltim.* vbi dicit ita seruatum, & iudicatum fuisse Mantuæ in ardua quæstione anno 1461. idem tenet Gozadin. *consilio vigesimoquarto, quæritur an Dauid, numero decimo.* & ideo si vna pœna imposita foret per legem Mosaicam delinquenti aliquo crimine, & alia imposita foret de iure ciuili, attendenda & imponenda foret pœna legis Mosaicæ, non legis ciuilis inter ipsos Iudæos, *vt colligitur ex dictis Calderi. consilio 30. sub titul. de test. & Andre. Sicul. dict. consilio 65. & Felin. pulchrè in capitulo primo, de constitut. numero 46.* nisi vbi dicit Iudæum ligari legibus ciuilib. in iis duntaxat, in quibus lex Mosaica non repugnat, & de quibus ipsa non disposuit. & idem quoque tenuit Roch. de Curte. *in repe. c. vlt. de consuet. num. mihi 754.* vbi nume. seq. videlicet 755. dicit hoc procedere etiam in criminalibus, & quod ita debet intelligi glo. *in c. sæpè, 28. q. 1.* quæ indefinitè voluit, quòd ecclesia possit punire Iudæos, & pœna corporali: nam intelligenda est, nisi lex Mosaica repugnaret. & generaliter tenendū est, quòd si lex ciuilis aliquid in genere disponeret, & Mosaica super eodem in specie, attendenda esset lex Mosaica, *ita Andr. Sic. consuluit cons. 15. 1. vol. & Ruyn. consil. 4. quoniam in 2. vol.*

7 ¶ Et ideo licèt † matrimonium in pluribus gradibus lege ciuili, & canonica inter Christianos sit prohibitum, non tamen est prohibitum Iudæis in his gradibus, in quibus lege Mosaica permissum est, & ideo in matrimoniis contrahendis seruant legem Moysi, *cap. non satis, 34. quæstione vndecima, capitu. de infidelibus, de consanguinit. & affinit. cap. vltim. qui fil sint legitim. & capitul. vltimo, de diuor. & notat. per omnes in capitu. gaudemus, eodem titul. & per Petr. de Anchar. consilio 336. reuocatur in dubium*, & ideo patruus Iudæus poterit ducere in vxorem neptem suam, *vt per Felinum in capitul ad hæc, in secund. nota. de Iudæis. post Hostiens. in summa. de Iudæis, §. in quibus tollerentur, versicul. item permittitur, & Andreas Sicul. consilio decimotertio, illud in medium, volumin. quarto*, vbi etiam consuluit de sorore vxoris suæ, quòd possit duci per sororium, adducens Ioan. Andream *in capitul. literas, de restitut. spol.* qui dixit seruari inter Iudæos, quòd patrueles, id est filij duorum fratrum, possint matrimonium contrahere, & ibi consuluit Sicul. valere hæc matrimonia, neque posse à lege ciuili sic contrahentes aliqua pœna puniri. sic etiam licet Christianus non possit habere duas vxores viuentes, potest tamen Iudæus repudiata prima, aliam superinducere, neque ideo punietur, *vt per Bal. d. consil. 428. in 5. & consil. 316. quia sæpè, in 1.* Et pariter dixit Archi. *in c. peruenit, 30. quæstio. 1.* quòd Iudæus contrahens matrimonium cum commatre sua, nō punietur, sicut puniretur Christianus, & hoc quia lege Mosaica non est prohibitum: & licèt Pet. à Bella pertica, & Cyn. *in l. celebrandis, Cod. de nupt.* dixerit, quòd si Iudæi non contrahant matrimonium secundum ritum Christianorum, liberi eorū non succedant, prout & tenere videntur Sali. & Fulg. *in l. nemo, la prima, per illum tex. C. de Iudæ.* attamen tex. ille prohibens Iudæis contrahere nuptias secundum eorum morem, intelligitur secundum morem, vel legem eorum diuersam à lege Mosaica, prout etiam Accurs. ibi sentire videtur.

8 ¶ Sic & iura punientia † vsurarios, non comprehendunt Iudæos, quia vsura permissa lege Moysis, *vt not. in c. quanquam, de vsur. & Pet. de Anchar. in cap. ea quæ, de regul. iuris, in 6. in 15. colum. quæstione 6. Flor. in l. vltim. C. de Iudæ. quem refert Ana. in cap. super his, columna prima, de Iudæ. & Areti. consilio 157. copiosè, colum. tertia, ver. & per hoc. Soz. consil. 70. colum. vltim. cum duobus consilijs seq. 1. volum. & idem Sozin. consil. 119. columna sexta, ver. vndecimo clarum est, quarto volumin.* quicquid contrarium senserit Deci. *in cap. primo de proba. nume. 20. & in l. prima, columna 4. ver. & circa dispositionem, Codic. de edend.* licet loquatur in alia materia, videlicet editionis: nam nos loquimur quoad pœnam, vt scilicet exercentes vsuras Iudei non puniantur regulariter, nisi fortè facerent contra edicta Principum, sub quibus degunt, *vt per Alexand. consilio 6. in 6. volum. & dixi supra.*

¶ Similiter si lex vel statutum puniat artifices, certis festis diebus artes suas exercere, tamen non comprehendentur Iudei laborantes, neque ex ea lege puniri poterunt, quia Iudæi tenentur obseruare tantum dies festos ex lege Mosaica interdictos, *vt tradit Archidia. in cap. si quis suadente, decimaseptima, quæstion. quarta & Collecta. in cap. in audientia, de sententia excommunica. & in terminis ita respondit Bald. consilio 110. statuto cauetur, quòd nullus artifex, quarto volumine, & Bertach. sequitur in tractat. Gabel. parte septima quæstione decimaseptima, vbi etiam allegat Feder. de Sen. idem tenentem.*

9 ¶ Item notandum, † quòd licet Iudei ligentur legibus Romanis, & sic iure communi: attamen ligantur etiam statutis illius ciuitatis, in qua habitant etiam contrariis iuri communi, & etiam in criminalibus tam in odium ipsius, quàm in fauorem, vt latè per Alexand. *consilio 99. visa inquisitione, in 6.* vbi consuluit, quòd Iudeus pro adulterio per eum commisso cum Christiana punietur secundum formam statutorum ciuitatis imponentium minorem pœnam morte: imo plus dicit, quòd neque etiam puniretur pœna legis Mosaicæ, de qua habetur *Nume. 25. & in cap. reos, §. Phinees, 23. quæst. 5. & in §. his ita, el secondo, 11. quæstio. septima.* & idem Alex. *cons. 13. attentis his, volum. 7.* consuluit, quòd Iudæus, qui cognouerat Christianam innuptam, puniatur pœna statuti loci delicti commissi. *& idem consil. 75. videtur in præsenti, quinto volumine, & Corn. cons. 115. licet primo aspectu, 1. volum. & cons. 65. licèt in hac, secundo volum. & And. Sicul. consilio 63. in 4. & Marsc. consil. 101. & Hipp. consil. 101. numero 41. & Iasc. in rubr. de iusti. & iure, in fine, & Ana. in rub. de Iudæ. columna 3. Barba. consil. 15. clementissimi colum. 1. volum. 1. & consil. 63. 4. volum. & Alex. cons. 75. videtur in præsenti, colum. 2. in 5. & Cæpol. consilio 75. pater. ver. item pro hoc, Aretin. in c. licet vniuersis, in 1. not. de testi. Deci. in cap. consuluit, il terzo, in secundo not. de appella.* & ideo dixit idem Bald. *in l 3. §. hæc verba, de negot. gest.* quòd statutum de offendente ciuem, comprehendit etiam offendentem Iudæum. *& Caccialup. in repe. l. omnes populi, ff. de iusti. & iur. numero 123. mihi in litera F.* sic & consuluit Sozin. *consil. 62. in præsenti consultatione, columna 3. & sequent. in primo,* quòd Iudæus de falsitate per eum commissa puniri debeat pœna statuti loci delicti. Statutum

10 ¶ At verò in † spiritualibus, & sacramentalibus Iudæi non subijciuntur canonibus, *vt not. omnes in capit. 1. de con-*

*de consti. in cap. 1. & cap. vltimo, vbi gloss. de diuor. & in cap. de infidelibus, de consang. & affi. & per gloss. in clemen. prima, de testib. in ver. Principum.* Fely. *in c. Iudæi, el secondo, colum. 2. ver. & de hac materia, de Iudæ.* Sozi. *in cap. cum sit generale. nume. 23. de foro compet.* Roman. *consilio 155. præmissum laudum, in fine.* quinimò neque ligarentur lege Concilii, vt per Anto. *in capitulo quanto, in secundo nota. de vsur.* quæ procedunt quo ad animam, & sic ad forum conscientiæ, & poli: quia quoad animam de iis, quæ foris sunt, nihil ad nos, *capit. multi, 2. quæstio. 1.* & ideo dicit Baldus *in leg. spadonem, §. iam autem & Iudæi, de excusat. tutor.* quòd Iudæi in actibus humanis participant nobiscum, non etiam in diuinis, & est gloss. *in capitulo sæpe, communiter approbata, 28. quæstio. 1.*

11 ¶ In casibus † autem, in quibus Inquisitor potest contra eos procedere, poterit etiam mandare secularib. iudicibus, vt eos negantes torqueant ad eruendam veritatem, vt consuluerunt Patauini, & bono. quos refert Campeg. in addit. ad Zanchin. *de hære. capit. 36. in add. littera C, ver. tertiò an Inquisitor.* vbi concludit, quòd imo & Inquisitor torquere poterit, *per clem. multorum, §. duo tamen. de hæreti. vbi gl. in ver. tormentis,* quod & ego sequor.

## CAP. XV.

## *de Conuersis ad fidem delinquentibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudæus post baptismum, si relabatur ad Iudaismum, punietur à iudicibus Ecclesiasticis, & etiam ab Inquisitoribus.*
2 *Baptismus an impediat accusationem criminum antè commissorum.*
*Et an teneatur ad debita ante baptismum contracta, & damna resarcienda.*
3 *Baptismus non liberat à restitutione vsurarum, & malè ablatorum.*
4 *Iudæus nouiter Christianus, est suspectus, & ideo à multis repellitur.*
5 *Iudæus si Christianus effectus sit sincero animo, nec ne, quibus cognoscatur indicijs, & num. seq.*
7 *Iudæa mater potest vendicare filios à marito, qui remansit in Iudaismo.*

1 IVDÆVS † effectus Christianus si relabatur ad Iudaismum, dicetur & apostata, & præuaricator: ideo poterit puniri etiam per iudicem Ecclesiasticum, ac etiam per Inquisitores hæreticæ prauitatis, vt per Oldra. *consilio 36. infra scriptæ, colum. 1. versic. ad primum articulum, & est text. in capit. contra Christianos, de hæret. in 6. vbi omnes, & in cap. de Iudæis. 45. distinct. & in cap. plerisq;, de consecrat. distinct. 4.* & per Felyn. *in cap. postulasti, numero 5. de Iudæ.* & Card. *in clem. 2. ver. Inquisitoribus, in fin. de hære. & habetur in cap. firmissimè. vbi gloss. & Scriben. de hæret.* & sequitur Paris. *consilio 2. & si etiam Iudæum, num. 48. in quarto,* & Car-
2 rer. *in tract. de hære. nu. 89.*

¶ Per † baptismum an euitet Iudæus accusationem criminis ante commissi, & pœnam eius? Communis est conclusio, quòd non euitat, vt tenent omnes *in c. gaudemus, de diuor. & in cap. de his, de accusa.* vbi Ana. dicit hanc esse communem, idem tenet Alexandri. *in cap. deinde. 26. dist.* & est ratio, quia baptismus delet peccata animæ, non pœnas corporis. vt per omnes in locis præd. & per Deci. *consilio 130. proponit.* vbi etiam dicit hanc esse communem, & idem *in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 17. de consti.* vbi dicit secundum eius consilium fuisse iudicatum hic Paduæ. quanquam Ruyn. *cons. 13. casus, de quo quæritur, colum. vltima, in 5.* dicat, quòd aliqui tenuerunt cõtrarium, quòd imò per baptismum euitabunt pœnas delictorũ ante commissorũ, nisi appareat de fraude, vt tenuerunt Calde. Anton. & Felyn. *in dict. capit. de his, de accu.* & quòd ideo iudex fortè posset eligere hanc opinionem vti veriorem, & mitiorem, & quæ fauet fidei. Et ego proculdubio sequerer hanc opinionem duobus concurrentibus. primò si nullum indicium fraudis appareret, secundò si eum fidelem esse Christianum, & virum probum post baptismum effectum, quo casu verè diceretur nouus homo, *cap. 2. 26. distin.* & hoc vt condonetur aliquid reuerentiæ, quam debemus huic sanctissimo Sacramento, per quod sit transitus de maculis ad sanctificationẽ, vt habetur *de consecra. dist. 4. per totam.* Quam tamen opinionem sequerer, quando tractaretur de sola pœna corporali ad vindictam: nam licet per delictum sit offensa Respub. tamen per baptismum est etiam locupletata Resp. vno Christiano, qui potest ei in plurib. esse adiumento: sed quoad damnum resarciendum offenso, sequerer cõmunem, q̃ deberet condemnari non obstante baptismo, per quod nemini ius quæsitum aufertur, vt per gloss. *in cap gaudemus, in ver. poterit obijcere, de diuor. & not. in l athletas, §. Pomponius, & in l. penult. ff. de ijs, qui not. infa.* quod si viderẽ ipsum accusatum adhuc iudaizare, & peruersam vitam continuare, *iuxta cap. constituit, 17. quæst. 4. & in cap. plerique, de consecra. distin. 4.* Item considerarem, an de proximo factus esset Christianus, quia tunc difficiliorem me redderem ad ipsum excusandum; tum quia mihi non foret nota mens eius, quæ ex vita, & moribus colligitur: tum ex his, quæ dicam statim de Iudæo de proximo effecto Christiano. Sed si diutius fuisset fidelis Christianus, & probatæ vitæ, semper sequerer opinionem contra communem, motus etiam authoritate gloss. *in cap. obeuntibus. §. vltimo, in gloss. magna, ad fin. 63. distinct.* quæ vult, quod emendatus præfertur illi, qui semper fuit bonus. Et quod dictum est de fraude, procedit indubitatè, quod scilicet si fraudulenter fiat Christianus, quod non euitet pœnam, est certissimum, quòd non euitabit, vt per Abb. & alios *in c. ad abolendam, de hære.* & Bart. *in l. 1. de pœnis. & in l. cum quædam puella, vbi omnes de iur. om. iud.* licet loquatur de hæretico abiurante vel de laico effecto clerico, quæ fraus satis probata dicetur, si procurauerit suscipere baptismum, postquam fuit accusatus, vel saltem diffamatus de delicto, vt per Bartolum *in leg. prima, de pœnis,* vbi Alexand. in additio. *per leg. fin. ff. de his, qui sibi mor. consciue.*

Limitatur autem prædicta communis conclusio quòd non euitet pœnam, primò, nisi Papa expresse remitteret omnes pœnas delictorũ antea cõmissorum, quod facere potest, vt per Dec. *cons. 137. in primo,* quod potest facere etiam quilibet alius Princeps, sub cuius ditione commissa sint crimina, vt per Paris. *cons. 1. colum. 2. in quarto.*

Limita secundo, nisi Iudæus ante delictum commissum, votum emisisset suscipiendi fidem Christianam, & postea delictum commisisset, antequam suscepisset, & postea susciperet: nam tunc retrotrahitur votum, & ideo per iudicem laicum puniri non poterit, vt per Bal. *in l. 1. Cod. an ser. ex facto suo.* & sequitur Ias. *in addit. leg. cum quædam puella, numero 11.* qui tamen loquuntur in Christiano vouente ante delictum, ingressum religionis vel assumptionẽ clericatus; nam in Iudæo vouente baptismum recipere, videtur, quòd iam sit quasi Christianus, & ideo vti Christianus delinqueret, & ideo magis puniri posset, & sic puto limitationem hoc casu veram non esse.

3 ¶ Neque etiam baptismus † liberabit Iudæum effectum Christianum à restitutione vsurarum, & malè ablatorum. vt tradunt omnes post glos. *in dicto capitulo gaudemus, de diuor.* vbi per Anton. & Ana. *in dicto capitulo Iudæi, il secondo, de Iudæ.* & Dec. *in dict. capitulo quæ in Ecclesiarum, & in dicto consilio 130.* tenet etiam Card. *in clem. 1. §. sanè, de vsur. & in cap si res, 24. q. 6.* & tradit etiam Ruy. *d. cons. 13. colum. 1. in quinto.*

¶ Notandum tamen, † quòd Iudæus de proximo fa-

ctus Christianus suspectus est, ne relabatur, & ne iudaizet, ideo contra Christianum non ita de facili in testem recipitur, vt per gloss. *in dict. cap. constituit, 17. quæst. 4. in ver. qui ex Iudæis*, per quam Archidia. ibi dicit, quòd sicut Iudæus non potest admitti ad dignitates, ita qui nouiter Christianus est effectus, & idem quoque tenuit Ana. *in capit. Iudæi, il secondo de Iudæ.* vbi Felyn. colum. secunda, intelligit illam gloss. in specie in conuersis de recenti. & idem Felyn. *in capitul. Episcopi, in ver. infidelitas*, vbi etiam Deci. & Ripa, *de rescript. in vltimo not.* & Roman. *singulari 679. nunc veniamus ad lucrum.* & Marsil. *singul. 176. viget communiter statutum, colum. 2. ver. item & facit gloss.* Ratio autem est, quia verendum ne adhuc restent aliquæ reliquiæ Iudaismi, donec diutissimè probati fuerint, & ea ratio in Episcopos promoueri non potest, vt habetur *in princ. 48. distin.* sicut etiam dicimus, quòd inimicus de recenti reconciliatus, suspectus est, & ideo non statim est idoneus testis, vt est gloss. per illum text. *in c. accusatores, & testes, quod est secundum. 3 quæst. 5. & gloss. in ver. inimicitias. in cap. per tuas, il primo, in fin.* & ibi Ana. *colum 3.* & Felyn. *colum. vltima, de sim.* Alexand. *consilio 99. in causa inquisitionis, colum. 1. ver. & quamuis tempore, in primo.* Sozinus iun. *consilio 79. licet in præsenti, numero 42. in primo.*

5 ¶ An autem Iudæus effectus Christianus sincero animo id fecerit vel in fraudem, & dolosè, colligetur ex factis, & vita ipsius post baptismum, quia ex factis subsequentibus præcedens voluntas declaratur. *l. duo fratres ff. de acquiren. hæred. l. gerit, eodem tit. l. reprehendenda, C. de instit. & substit.* & tradit Anchar. *consilio 302. Materia, de qua. colum. 1.* & plus poterunt facta contraria Christianæ vitæ, quàm nomen Christiani, *argumento capit. dilecti filij, el secondo*, vbi Deci. *in secundo not. de appellat. & l si tamen, §. ei qui, de ædili. edicto.* ideo si adhuc frequentissimè conuersaretur cum Iudæis, & valde familiariter, laboraret præsumptio contra eum, iuxta notata *in cap. ad hoc, de Iudæis, & notatur in l. si plures. §. si parens, & §. quamuis, de administrat. tutor.* & tradit Oldra. *consilio 62. circa. prima colum.* & Romanus *consilio 8. columna prima, ver. quartum quidem iudicium.*

6 ¶ Idem quoque dicendum esset, † quòd suspectus redderetur, si primum nomen suum, quo dum esset Iudæus, vocabatur, retineret, & eo sæpe vteretur, vt in terminis hæc considerat Craue. *concilio 73. dicendum videretur, nu. 11. & sequent.*

¶ Idem quoque, & fortius, si probaretur retinuisse aliquos ritus Iudæorum, de quibus *in cap plerique, de consecra. dist. 4.*

7 ¶ Nota etiã vnum † pro fauore cõuersorum vel conuertẽdorum ad fidem, quod mater Iudæa effecta Christiana potest vendicare filios à marito, qui remansit in Iudaismo, vt consuluit Andr. Sicul. *consilio 57. per totum. in tertio.* vbi pulchrè loquitur, & respondet iis, quæ supra diximus, quòd Iudæi non debent inuiti ad fidem cogi.

## CAP. XVI.

## *de Delictis Christianorum contra Iudæos, vel circa eos, & infideles.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudæus vel infidelis, nec occidi, nec offendi potest impunè ab vllo priuato.*

2 *Clericus, quando per homicidium non incurrit irregularitatem.*

*Damnum maius est occidere infideles quàm Christianos, respectu animæ.*

3 *Iudæam cognoscens Christianus, qua pœna puniatur.*

4 *Christiani non debent seruire Iudæis, nec intra, nec extra domum, & quare:*

*Nec cibum cum eis sumere.*

*Et serui à quocunq; possunt eximi pro duodecim solidis.*

5 *Principes Christiani spoliantes Iudæos ad fidem conuersos, excommunicantur.*

*Et surripientes aliquid ipsis Iudæis, tenentur pœna dupli.*

1 NVLLI priuato licet Iudæum aur infidelem nedum occidere, sed neq; offendere personam, aut etiam res eorum, *l. nullus tanquam. Cod. de Iudæ. & l. Christianis, C. de pagan.* & quilibet interficiens paganum vel infidelem, dicitur homicida. *c. clericum, & c. de his. 10. dist. & c. ex multa, de voto*, & per Innoc. *in c. olim, il terzo. de resti. spolia.* & ideo dispositio *c. miror. 50. dist.* locum habet etiam in occidente paganum, & Iudæum, vt per Archi. *ibi, in princ.* nam & irregularitatem incurrit talis homicida, *c. suscepimus, c. de cætero, c. tua nos, c. Ioannes, de homicid.*

2 nam vnus † tantum casus excipitur, quo clericus per homicidium non incurrit irregularitatem, videlicet quando pro necessaria defensione vitæ suæ, *vt in clem. 1. de homici.* & per Abb. *in c. sicut dignum, colum 3. eodem titul. de homicid.*

¶ Quinimò gloss. *in c. rebaptizare, de consecrat. distinct. 4.* videtur tenere, quod maius sit peccatum occidere infidelem vel Iudæum, quàm Christianum: nam qui occidit infidelem, occidit corpus, & animam, sine spe salutis, qui tamen si occidat Christianum, occidit corpus, & fortè non animam, si sit bonus, & contritus pœniteat, vt per Fely. *in c. ita quorundam, col. 1. de Iudæ.* & maius est damnum per mortem vnius animæ, quàm mille corporũ, *c. ille. 22. q. 5. & c. si habes, 24. q. 3.* licet Thom. *2. 2. q. 69. artic. 6.* contrarium teneat, sed Scribentes *in d. c. rebaptizare*, concludunt maius esse damnum in occisione infidelis, quam fidelis, & ideo ad cautelam maior pœnitentia imponi debet, licet quoad charitatem teneat magis diligere Christianum, quam Iudæum, tanquã magis proximum, super quo non insisto, cum cõcernant hæc forum animæ, non forum contentiosum, de quo est sermo noster. Sit ergo conclusio, quòd occidens Hebræũ vel infidelem dolo, sic puniendus est, vti si Christianum occidisset.

3 ¶ Christianus, qui carnaliter † Iudæam cognouerit etiam in forma matrimonii, punitur pœna adulterii, id est capite, *l. ne quis Christianam, C. de Iudæ.* quinimo maius videtur crimẽ adulterio, quia accusatio ista cum sit publica, nulla temporis præfinitione tollitur, cum tamen secus sit in vero adulterio. *l miles, §. si pater, & §. si mulier, & §. sexaginta. ff. de adult.* & quilibet de hoc crimine poterit accusare etiam absq; inscriptione, vt videtur sentire glos. *in d. l. ne quis Christianam, in gloss. vltima, & gloss. 2. in c super his, de accu.* Est enim atrociissimum crimen, cum id committẽs iniuriam faciat sacratissimo sacramẽto baptismi commiscendo carnem eo sacramento purificatam & chrismate vnctam cum nefandissima & infecta carne Iudæorum, qui sunt atrociissimi Christi inimici, *c. licet vniuersis, de testi.* & sui nominis sanctissimi blasphemi. *cap. 1. cap. cum sit nimis. de Iudæ.* Præmissa tamen procedunt de iure communi, quando nullum extaret statutum imponens pœnam adulterio vel stupro: nam si extaret, puniendus esset pœna statuti, sicut è contra Iudæus, si cum Christiana coiret, vt dictum fuit supra, & consuluit Alexan. *consil. 99. in 6 & consil. 13. in 7.* & Marsil. *consil. 100. num. 4.* & Boer. *decis. 316. num. 5.* licet verè augenda esset pœna propter qualitatem personarum, citra tamẽ pœnam capitis: nam etiam pœnæ statutorum augeri possunt, tum ex qualitate personarum, tum vt tollatur scandalum, & præripiatur occasio delinquendi, vt infrà latè differemus, dum de pœnis augendis, vel minuendis tractabimus. Statutum.

4 Christiani non debent † seruire Iudæis, aut famulari, neq; in domo, neq; extra, tum ne propter conuersationem corrumpantur animæ in fide, tũ ne videantur ipsi Iudęi Christianis dominari. *c. ad hæc, vbi omnes, de Iudæ.* & Paul.

& Paul. 2. ad Cor. cap. 6. inquit, Nolite iugum ducere cum infidelibus: quæ enim participatio iustitiæ cũ iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras?

¶ Ideo Patauii anno 1559. cum quidam Hebræi, quos Maranos vocant, valde diuites, se contulissent in hanc ciuitatem, & plures haberent domi famulos & ancillas, fuit omnibus inhibitum per Episcopum, ne seruirent, & ita destituti remanserunt famulatu, & tandem recesserunt.

¶ Quinimò cibum etiam sumere cum Iudæis & infidelibus, interdictum est Christianis, *c. nullus, c. omnes, vel inter omnes, 28. q. 1. vbi gloss.*

¶ Quinimò serui Iudæorum possunt à quocunque Christiano redimi pro 12. solidis, *c. 1. de Iudæ.* Et Christiani, qui Iudęis famulantur, excommunicãtur, *c. Iudæi. il 2. & c. ad hæc, de Iudæ.*

¶ Principes † autem Christiani excommunicantur, qui Iudæos ad fidem conuersos suis bonis spoliant, *d. c. Iudæi, de Iudæ.* nam in Sabaudia, & Gallia permittuntur retinere bona, & etiam per concilium Basilienſe, *vt ibi in addit.*

¶ Et qui Iudæis quid surripiunt, tenentur pœna dupli, *l. Christianis, C. de pagan.*

## CAP. XVII.

## *Hæresium Christianorum species.*

### SVMMARIVM.

1 *Hæresis quid, & quot eius species secundum varias aliquorum opiniones, & vide per totum cap. genera ipsius.*

CVM supra sic hæresim diffiniuerimus, † quod sit falsa, & pertinax opinio circa Deum & Ecclesiam Christi: sequitur, quòd ille dicatur hæreticus qui hanc falsam opinionem pertinaciter tenet. verum quia errores, sicut mala, infiniti sunt, vt dicebat Pythagoras, vt author est Aristot. 2. Ethic. ideo infinitæ consequuntur hæresium species, quas cognoscere singulas necessarium foret, vt eas euitare possemus: attamen quia hoc ad vnguem exequi ferè foret impossibile, & plures magni viri eas explicare, & enumerare nixi sunt: Ideo breuius quo potero explicabo tantum eas, quæ magis dubiæ videbuntur, cum à claris, & notoriis quilibet facilè cauere possit. Vniuersam autem hæresium speciem, in duo principaliora membra diuidemus: aut enim est hęresis circa ea, quæ explicitè credere tenemur, vt circa articulos fidei, videlicet Symbolum Apostolorum, & hæc directè illis cõtrauenit; aut est circa ea, quæ implicitè credere tenemur, per quã indirectè sequitur corruptio alicuius ex præfatis articulis fidei, & ita hæreses in vniuersum considerat Thom. *quarto sententiar. distinct. 13. articul. 3. & 2. 2. quæst. 11. artic. 2.* & sequitur Gondisla. *in tract. de hære. quæst. 1.* Prima species comprehendit articulos tantum fidei, qui ad duodecim reducuntur. Secunda verò species comprehendit traditiones & ritus ac Ecclesiæ determinationes circa fidẽ, & sacramenta.

¶ Isidorus autem Etymolog. *lib. 8. cap. 5.* enumerat circiter 80. species hæresium, quæ omnes sunt transcriptæ per Gratianum *in capit. quidam autem, 24. q. 3.* præter quas sunt etiam aliæ infinitæ, quas & August. & Hieron. & Epiphanius, & plures alii prosequuti sunt, & demum frater Bernardus Lutzenburgus plusquam trecentas species hæreticorum tribus libris describit, ac postremo frater Alphonsus de Castro omnes etiam collegit per capita articulorum, in quæ impingunt hæretici contra fidem catholicam, & orthodoxam, qui omnes, quæ vnquam fuerunt hæreses ad nostra vsque tempora, 14. libris complectitur, singulas validissimis rationibus confutando, quas qui curiosè cognoscere voluerit, adeat prædictos, quia vt dixi, non est nostri instituti omnes in specie hæreses prosequi, sed tantum earum genera, & quomodo inquiri, & puniri debeant, prosequi. Hoc igitur capite tractabimus de aliquibus speciebus in genere, quæ non ita omnibus innotescunt.

¶ Primo ergo sciendum, quòd omnes illi dici possunt hæretici, qui negant, vel impugnant eos omnes articulos fidei, quos professus est Iustinianus Imperator se tenere, & quam Ioannes tunc Pontifex pro orthodoxa, & catholica recepit, & laudauit in Epistola, inter claras, quæ ponitur pro leg. 4. & vltima, Cod. de summa Trinita. & fid. cathol. & eos, qui professi fuerunt in Concilio generali sub Innoc. III. *in cap. 1. extra de summa Trinit. & fide cathol. & in cap. damnamus, eodem titul. & in cap. 1. eo. tit. in 6. & in clem. 1. eodem tit & in cap. hæc est fides, 24. q. 1.* & per omnes in rubr. *extra de hære.*

¶ Secundo hæreticus est, qui amplectitur, adhæret, & sequitur ac pertinaciter tenet opiniones eorum, qui vti hæretici damnati sunt, vel à Conciliis, vel à sede Apostolica, & ab orthodoxa Ecclesia, qui enumerantur per text. *in dict. cap. quidam, 24. quæst. 3. & in l. Ariani, cum leg. sequent. & in l. quicunque. Cod. de hæretic.* & per alios approbatos authores, vt in dict. iuribus habetur, nisi protestetur se velle credere, quod credit Ecclesia, vt per Carrer. *de hæret. nu. 20. & nu 46.*

¶ Tertio, hi qui in his duobus cap. contenti in hæresim incurrunt, etiam si leuiter, vel in modico crederent damnatis, vel non crederent approbatis per Ecclesiam, vt est text. apertus *in l omnes, quæ est. 2. C. de hæret.* ibi, qui vel leui argumento à iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare. & potest esse ratio, quia fides est tunica inconsutilis, & ideo, qui vel in minimo pertinaciter deuiat ab eo, quod credit Ecclesia, omnium fit reus, cum in omnibus nolit communicare cum Ecclesia. ille autem text. potest intelligi. Primò vt scilicet, si in minimo deuiat à fide, hæreticorum vocabulo contineatur, & hæc vera intelligentia. vel & alio modo, vt scilicet, qui leui argumento, id est leui præsumptione fuerit conuictus deuiare, contineatur nomine hæreticorum, & si hunc teneat intellige, quòd hæreticorum nomine continebitur quantum ad hoc, vt vti contra suspectum de hæresi contra eum inquiratur, & procedatur, non autẽ, vt possit vti hæreticus considerari, & ita declarat gloss. *in cap. literas, in fin. in glo. in ver. vehementem, de præsumpt.* licet priorem intellectum veriorem putem, quem etiam sequitur Hosti. *in summa, eod. tit. & Isern. in c. 1. §. diffidamus, 3. colum. ver. sed an omnes, & in §. quocunque nomine, in titu. de statu. contra liberta. Eccles. in vsi. feud.* & faciunt ad hæc ea, quæ dicam infra, ver. decimo de iis, qui asserunt vsuras in minimis non esse peccatum, & quòd in minimo etiã dicatur hæreticus, tradit Bald. *in l. qui contra, col. 2. C. de inceſt. nupt.* & Archid. *in c. hæreticus, 24. q. 3.* Alex. *in l. 1. §. fi. nu. 12. ff si quis ius di. non obtemp.*

¶ Quarto, qui sacramenta, traditiones & mysteria Ecclesiæ impugnant, vt habetur per omnes *in dict. cap. ad abolendam*, vbi Panormit. & Felyn. *in primo not. & in cap. firmißimè, de hæreti.* & Ioan. Andr. in rubr. *de sacramen. non iteran. & in rubr. de summa Trinit.* Azo, Bald. & Alberic. in rubr. C. *de summa Trin.*

¶ Quinto propriè sumendo nomen hoc, hæreticus, illi verè, & propriè dicuntur hæretici, qui in alterum ex his duobus impingunt, de quibus supra, vel in vtrunque, videlicet vel qui aliter sentiunt de articulis fidei, quam sentiat Romana, & catholica Ecclesia, *d. c. hæc est fides, 24. q. 1.* vel qui malè sentit de sacramentis Ecclesiæ, *d. cap. ad abolendam, & d. capit. firmißimè, de hæreti.* & ita concludit Deci. *consi. 161. maximi ponderis, num. 3.* & Felyn. *in d. c. firmißimè, allegat gloss. in c. ea verò, 24. q. 3.* & Cardin. *in clem. 1. de summa Trinit.*

¶ Sexto hæretici etiam dicuntur simoniaci, *cap. quiſquis, 1. q. 1. & notatur per gloss. in c. firmißimè, de hæreti.* sed impropriè, de quibus infra suo loco latè differemus, & per Carrer. *de hæret. nu 31.* Simoniaci.

¶ Septimo

Schismatici.

¶ Septimo schismatici etiam dicuntur hæretici, *c. inter hæresim, 24. q. 3. & ibi gloss.* & alii, licet etiam impropriè, *vt infra latè sub sua rub,* & quòd istæ duæ species, Simonia, & Schisma, sint impropriè hæreses, Dec. *dict. consi. 151. numero 2. in fi. & sequent.* & Carrer. *de hæret. nu. 32. & infra latius suo loco speciali.*

Contumaces Incorrigibiles.

¶ Octauo contumaces incorrigibiles contra maiores & superiores dicuntur hæretici, *vt in c. si qui sunt presbyteri, 81. dist. & in c. nullus, quod est vltimum, 33. dist.* sed & isti impropriè dicentur hæretici, vt per omnes *in c. si Papa, 40. dist.* & Dec. *d. cons. 151. num. 1. in fi. & 2.*

Dubius in fide.

¶ Nono, dubius etiam in fide, dicitur hæreticus, *cap. dubius, de hære. & in cap. 1.* vbi Panor. & ibi etiam Felyn. *qui limitat 4. modis.* nam vt inquit Vgo de S. Victore, *lib. 1. de Sara. parte 10. c. 2.* fides est certitudo animæ de rebus absentibus supra opinionem, & infra scientiam constituta. & est certitudo, quia vbi adhuc dubitatio, ibi fides non est. & August. 8. *de Trinit. capit. 5.* Vide in iis, quæ sunt fidei non esse licitum dicere fortè, quia dubitationem importat, inferens, quòd salua fide dici potest, Maria virgo fortè talem faciem habebat: sed dicere, de Maria fortè virgine natus est, non potest salua fide Christiana hoc dici. sic & Bartol. *in l. admonendi, nume. 25. de iureiurand.* concludit non solum dubitationem, sed neque suspicionem aut opinionem de vno posse concurrere cum credulitate, & fide oppositi, imo neque de eodem haberi opinionem per fidem, sed hac eueniente cessare illam, & idem sensit *in leg. 3. §. eiusdem. ff. de testi.* & licet Scot. in loco infra statim adducendo, videlicet in 3. d. 23. videatur contrarium dixisse: attamen intelligendus est loqui de dubitatione primi motus, non de pertinaci, & ita illum declarat Adrian. Papa *Quolibe. 2. fol. 29. pag. 2.* sequitur Picueta. *in c. si quis autem, de pœniten. distin. 7. nume. 19.*

Suspicio. Opinio.

Primo, quando non dubitaret cum delectatione, & & pertinaciter persistens in ea dubitatione, sed tantum ex primis motibus, qui non sunt in potestate nostra, *c. sed pensandum, 6. dist. cap. 1. cap. sciendum. & cap. tentatio, de pœni. distinct. 2.* & Ioan Andr. & Panormit. *in capit. primo. de hæretic.* & Scot. *in tertio, distinct. 23.* dixit fidem non excludere omnem dubitationem, sed dubitationem vincentem & trahentem in oppositum credibilis.

Secundo si paratus esset se corrigere, si aliud Ecclesia teneret, quod videtur esse idem cum præcedenti, quia hoc casu non diceretur pertinaciter dubitare: nam referendo se ad fidem Ecclesiæ, illa dicetur fides sua, & non alia, vt not. *in cap. 2. de summa Trinita.* & per omnes *in c. 1. de hære. & in d. c. hæc est fides, 24. q. 1. & in d. c. si Papa, 40. distinct.*

Tertio, nisi quis erraret per simplicitatem, vt quia crederet patrem maiorem filio, prout in hoc seculo pater maior est filio, vt per Innocent. & Panormitan. in rubric. *de hæretic.* & per Bald. in rubric. *Cod. de summa Trinit.* sed & ista videtur eadem cum prima: quia si per simpliciratem errat, ergo non est pertinax, quæ qualitas requiritur.

Quartò, nisi dubitaret de his, quæ non concernunt fidem, videlicet si dubitaret, an planetæ moueantur contra, vel cum firmamento, *capit. in quibus, vbi gloss. 22. q.* sed verè ista non est limitatio, quia limitatio debet esse de regula. *l. nam quod liquide, de penu legata.* sed regula stat, quod dubitans in fide, id est circa ea, quæ fidem concernunt, hæreticus est: sed in ista fallentia tractamus de dubitatione circa ea, quæ non concernunt fidem, ergo.

Quinto, nisi dubitaret circa ea, de quibus variæ forent opiniones Theologorum, vt per Innocent. *ne innitaris, de constitu.* Archid. *in capitu. hæresis, 24. quæst. 3.* & facit ratio, quia dubitare de dubiis, id est de iis, quæ apud peritos dubia habentur, non est peccatum; sed tantum dubitare de certis, sicut dicimus, quòd quando in aliqua quęstione variæ sunt opiniones Excellentium Iurisconsult. non peccat iudex in alteram partem, quam maluerit inclinando, vt per Socin. *consilio 150. columna 17. in primo,* quem refert & sequitur Deci. *consilio 607. numero 15. in fi.* & de his omnibus Carrer. *in tract. de hæret. nu. 7.* qui simpliciter refert.

Vsuras licitas dicens.

¶ Decimo, hæretici dicuntur asserentes pertinaciter vsuras esse permissas, hæretici sunt; quia hoc est contra doctrinam Euangelicam, & dogmata Ecclesiæ, *cap. 3. & capit. cum inter, de vsur. & capit. cum inter, eodem titul.* gloss. & Card. *in cap. 1. de vsur. in gloss. in verb. hæret. cum,* etiam si affirmaret hoc de vsuris minimis tantum, vt de vno nummo, vel dimidio obolo pro singulis centum, vt per Baldum in authent. *ad hæc. Cod. de vsur.* & per Iason. *Institut. de action. §. fuerat,* & Carrer. *in tracta. de hæret. numero nono.* quæ tamen vera sunt, si asserat inter Christianos vsuram non esse peccatum; secus si inter Iudæos, vt latè ibi Carrer. *numero decimo, & sic limitatur præcedens conclusio hoc casu.*

Secundo etiam non procedit prædicta conclusio, si quis assereret vsuras posse exigi ab hoste, *capit. ab illa. 14. quæst. 4.* & Roman. *tradit in l. si vero, §. de viro, in 15. fallen. ff. solut. matrim.* & sequitur simpliciter Carrer. *in loco præallegato, dict. num. 10. versi. limita secundo.* sed aduertendum, quanquam Carrer. nil dicat, quòd communis opin. est in contrarium, quod scilicet, neque cum hostibus licitæ sint vsuræ, vt per Host. *in summa in tit. de vsur. §. an aliquo, in 7. fall.* & Scriben. *in dict. §. ab illo.* Ioan. de Anan. & ibi latè August. Bero. *in c. 1. nume. 114. de vsur. vbi alios adducit,* & Soci. *in reg. 3. in 29. casu.*

Aduerte quoque, quòd licet ibi Carrer. *in ver. tempora, nisi Iudæus,* dicat, quod si Iudæus assereret inter Christianos vsuram nō esse peccatum, quod erit hæreticus: attamen hoc falsum est, quia in Iudæo non potest cadere hæresis, & ita expresse tenet Card. in loco per ipsum Carrer. allegato, videlicet *in clem. 1. in §. vlt. in 19. quæst. est num 10. de vsur.*

Iurare nolens.

¶ Vndecimo, hæreticus etiam esset, qui nollet iurare, asserens iuramentum etiam cum veritate continere in se peccatum, vt tenent Hostiens. & Panormit. *in cap. excommunicamus. in fin. de hær.* quod etiam sequitur Carrer. *in tracta. de hæret. nume. 11.* in quam hæresim incurrerunt Humiliati, qui fuerunt ex hac causa condemnati à Lucio III. Pontif. sed postea absoluti à Clemente III. tum, quia hoc non concernebat articulos fidei, tum quia se correxerunt consentientes cum Ecclesia catholica, quod recitat gloss. 1. *in cap. olim. il primo, de restitu. spol.* in quam hæresim incurrerunt etiā Chataristæ & Vualdenses, contra quos Alphons. *de hæretic. lib. 8. in ver. iuramentum.*

Humiliati.

Chataristæ Vualdēses.

¶ Duodecimo, è contra hæretici forent, qui asserent licere aliquo casu, vt puta secreti tuendi causa, prout fuerunt Priscilliani, Apostolici, & Flagellantes, de quibus Alphons. *in præallegato loco.*

Priscilliani, Apostolici, Flagellātes.

¶ Decimotertio, asserentes vsum paupertatis non includi sub voto Euangelicæ paupertatis, vt est text. apertus *in clem. exiui, in §. volentes itaque conscientiarum, &c. ver. dicere autem, de verborum significat.* vbi ista verba scribuntur. Dicere autem, sicut aliqui asserere perhibentur, quòd hęreticum sit tenere, vsum pauperum includi, vel non includi sub voto Euangelicæ paupertatis, presumptuosum & temerarium iudicamus, & sequitur Carer. *de hære. nu. 12.*

Paupertatē asserentes.

Sed & illud hæreticum est † asserere, neminem posse vitam æternam consequi, nisi omni proprietati bonorū renunciauerit, prout Apostoli fecerunt. in quem errorem inciderunt Apostolici quidam sic vocati, quod vitam Apostolorum retinerent, vt author est Augustinus *de hæresibus, cap. 40.* Pariter & illud asserere hæreticum est, sola paupertate omnia delicta deleri. in quem errorem lapsus est quidam Gulielmus Antuerpiensis, vt refertur catalogo hæreticorum: sicut & ex aduerso dicere paupertatem noxiam esse, & impedientem

Apostolici.

tem profectum ad salutem hæreticum est. quem errorem sequutus est quidam Desiderius Longobardus tempore Alexandri Papæ III. & quidam Gulielmus de Sancto Amare, qui tractatum de hoc contra mendicantes scripsit, vt refert Alphons. *de hæretic. lib. 12. in vers. paupertas, hæresi 3.* Similiter & hæreticum est asserere Ecclesiasticos non posse possidere diuitias, & bona, & agros, cuius hæresis primos inuentores fuisse quosdam Vadianos, siue Anthropomorphitas, testatur Augustinus de hæresibus, cap. 50. quam hæresim postea suscitarunt Vualdenses, vt refert Syluius *in tracta. de origine Bohem. cap. 35.* Eos autem sequutus est postea etiam Marsilius Patauinus à Ioanne Papa XXII. damnatus, huius & aliarũ hæresum nomine. postremo & Ioannes Vuicleph, & demum temporibus nostris Lutherus.

Diuitiarum cõtemptus.

Vadiani Anthropomorphitæ.

Desperãtes.

¶ Decimoquarto, asserentes inueteratum in peccatis non posse in ætate decrepita, & articulo mortis saluari, contra *capit. is, qui. 26. quæst. 6.* & contra illud Ezech. 18. cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. & hos esse hæreticos consuluit Oldrad. *consilio 271. quæstio talis est.* quem refert & sequitur Felyn. *in capit. excommunicamus, de hæretic.* & tradit etiam Alberic. rubrica, *Codic. de hæretic. numero 6.* & Dec. *consilio 137. diligenter, numero 3.* Quinimo non defuerunt assertores, quod qui semel lapsi sunt, etiam si pœniteant, nunquam remissionem consequantur. quam opinionem Hieronym. lib. 2. aduersus Iouinianum attribuit Montano, tametsi & Augustinus, & cæteri, & præsertim Eusebius histor. Ecclesiast. *lib. 6. capit. 36.* ascribant Nouato. Pariter & hæreticus est, qui asserat ad veram pœnitentiam, & remissionem peccatorum non requiri satisfactionem. Item & qui asserat pœnitentiam, quæ ex timore gehennæ oritur, non proficere, vel potius nocere, quarum hæresium author & magister Lutherus, contra quas Alphons. *de hæretic. lib. 12. in ver. pœnitentia, & idem lib. 4. in ver. contritio.*

Potestatem Papæ minuentes.

¶ Decimoquinto asserentes Papam non habere potestatem dimittendi peccata, vt per Arch. & alios *in cap. manet, 24. quæst. 1. & in cap. quodcunq; 2. distinct.* & per Felyn. *in cap. excommunicamus, de hære.* & per Oldra. *d. cons. 271.* & Dec. *cons. 137. nu. 2.*

Idem si assererent non posse Papã remittere peccata, nisi ea sanctitate foret conspicuus, qua fuit B. Petrus, & ideo per peccatum talem potestatem amitti, cuius hæresis authores fuerũt quidam pseudo-Apostoli dicti, quos sequutus est Ioannes Vuicleph, & hunc Ioannes Hus, & demum Lutherus, qui hunc tantum habuit scopum, vt potestatem Papæ euerteret. Sed etiam ante hos Acesius Nouatianorum Episcopus dicebat, quòd si quis post baptismum peccaret, non poterat absolui à presbyteris sacerdotibus, aut Papa, sed à solo Deo exposcenda absolutio & remissio. Refert Bernard. Luzemb. *de hæretic. in addi.* contra quos Felyn. *in c. excommunicamus, lo secondo, de hæretic.* Item qui asserunt absolutum à sacerdote non esse absolutum, quia talem haberet potestatem sacerdos absoluendi, sed quia credit se absolutum, & sic fides vera potius absoluit quam sacerdos, cuius erroris author Lutherus, quem Leo X. primum damnauit, postremò Concilium Sacrosanctum Tridentinum, sessione 4. cano. 9. Item qui asserunt in potestate absoluendi omnes sacerdotes esse pares, & æquales etiam Papæ, cuius erroris etiam author Lutherus. Item asserentes quemlibet laicum, & puerum, & fœminam posse æquè absoluere vt sacerdos, de quibus duabus speciebus hæresis Alphons. *de hæret. lib. 2 in ver. absolutio, hæresi. 2.* & hæ pariter à Leone X. damnatæ, & à concilio Tridentino, *sessione 4. cano. 10.*

Vuicleph. Hus. Lutherus. Acesius.

Absolutionẽ negãtes.

Idem quoque dicendum de his, qui negant indulgentias à Papa, vel aliis concessas prodesse, quod asserebant Vualdenses, deinde Vuicleph, & demum Lutherus, qui etiam asseruit, quòd liberatus à culpa intelligitur liberatus & à pœna, de qua hæresi Alphons. *de hæret. lib. 8. in verb. indulgentia; & Archiep. Floren. in summa sua, in prima parte, c. 10. artic. vlt.* & Alberic, in rubrica, *C. de hæret. num. 6.*

¶ Decimosexto, asserentes Papam in temporalibus non habere potestatem, sicut in spiritualibus, & hodie Imperatorem non habere Imperium ab Ecclesia, *vt est extrauag. Bonifac. incip. vnam sanctam, sub tit. de maior. & obed. tradit gloss. in clem. ad nostram, in ver. Ecclesia, de hæretic. cum multis adductis per Carrer. de hæretic numero trigesimo, circa med.*

Iurisd. eccl. negantes.

¶ Decimoseptimo, qui asserunt excommunicationes Papæ, & prælatorum non esse timendas, cuius erroris author Ioannes Vuicleph, Ioannes Hus, & Lutherus demum, contra quos Alphons. *de hæretic. lib. 6. in ver. excommunicatio.*

Excommunicationem negantes.

¶ Decimooctauo, qui non credunt, quod credit sedes Apostolica Romana, *capit. 1. & 2. de summa Trinita. & fide catho. quod etiam probatur in cap. ego Berengarius, de consecrat. distinct. 2.* vbi Berengarius hæreticus ad fidem reuersus fatetur veram esse fidem, quam credit Romana Ecclesia.

Sectarii.

¶ Decimonono, spernens vel negans canones, & decreta Pontificum vim legis habere, & obligare ad peccatum, *capit. de libellis, in fin. 20. distinct.* quem errorem sequuti sunt Ioannes Vuicleph, Vualdenses, & Ioannes Hus, & demum Lutherus, asserentes decretales Epistolas Pontificum esse apocryphas, nec obseruandas, & hoc ea ratione hæretica moti, quòd Ecclesia leges condere non possit, contra quas Alphons. *de hæret. lib. 6. in ver. Ecclesia, in tertia hæresi.* & quod ista assertio sit hæretica, tradit Felyn. *in cap. 1. de consti nu. 10.* & latè etiam Carrer. *de hæret. nu. 28. & seq.*

Canonicũ ius negantes.

¶ Vigesimo, asserens dispensationes summi Pontificis non esse seruandas, *cap. ponderet. 50. dist.* Ioan. Andr. *in tract. dispensatio. parte 1. nu. 3.*

Dispensationẽ Papæ negligẽtes.

¶ Vigesimoprimo, asserentes salutem extra Ecclesiam reperiri posse, quæ conclusio iam pro hæretica est damnata, *c. quoniam vetus, circa fin. 24. q. 1.*

Salutẽ extrà ecclesiã esse affirmãtes.

¶ Vigesimosecundo, qui assererent duas esse posse vniuersales Ecclesias, contra illud, & vnam sanctam Ecclesiam, *vt per gloss. in capit. non autem, in gloss. 2. circa finem. 7. quæst. 1.*

¶ Vigesimotertio, qui præcepta Apostolicæ sedis contemnit, credens ea non ligare, *c. nulli. 19. dist.* Ias. *in l. 1. nu. 1 ff. si quis ius di. non ob.*

Mandata apostolicæ temnens.

¶ Vigesimoquarto, qui asserit auferẽda esse priuilegia Ecclesiæ, & qui auferre conatur, *capit. 22. distinction.* & per Decium *consilio 151. numero 8.* & Carrer. *de hæretic. numero 33.*

Priuilegia eccles. imminuens.

¶ Vigesimoquinto, qui credit contemnendas esse Papæ literas mandantes sub pœna indignationis Dei, & Apostolorum Petri & Pauli, *notatur in cap. generali, de elect. in 6. & in §. vlt. 4. dist. & Zenzeli in extrauag. execrabilem, in fin.* & sequitur Martin. Laud. *in tract. de priuil. & rescript. quæst. 18. in verb. quæ.*

¶ Vigesimosexto, asserens non deberi decimas malis prælatis, neque illis confitendum, aut eorum sacrificia audienda, hæreticus est, vt per Pet. de Anchar. *in clemen. 1. §. sanè, de vsur.* vbi dicit quendam prædicatorem, qui hæc asserebat, ab omnibus Theologis, & Doctoribus vtriusque iur. damnatum fuisse pro hæretico, sequitur Afflict. *in constitut. regni, inconsutilem, numero 22.* quem etiam errorem sequutus est Ioan. Vuicleph, & & damnatus hic articulus, qui erat *18. simul cum aliis in cõcilio Constãtiensi,* & refert Alphons. *de hær. li. 5. in ver. decimæ.* vbi etiã dicit discordare Theologos à Canonistis, an sicut verè aliquid de frugibus terræ debetur sacerdotibus de iure diuino, ita debebatur certa illa quota, videlicet decima: nam Canonistæ putant quotam illam decimæ esse de iure diuino, adeo quòd minui non possit ad 12. vel 20. vel 40. Theologi verò contradicunt portionem aliquam verè deberi, sed quotam

Decimarũ solutionem detrectãtes.

fuisse

fuisse ad decimam deductam de iure antiquo veteris Testamenti inter ceremonialia, quæ postea fuerũt abrogata superueniente Saluatoris nostri Euangelio. & an negantes decimas deberi clericis, sint hęretici. quòd non propriè, vide latè Carrer. *de hære. nu. 37.*

Capita Duo ecclesiam habere posse asserens.

¶ Vigesimoseptimo, asserens ecclesiam catholicam posse habere duo Capita, vel duos Vicarios Christi, & duos Pontifices, *extrauag. vnam sanctã, de maior. & obedien. gloss. in ver. Ecclesiæ, in Clem. ad nostram, de hæret, cum concord.* de quibus per Carrer. *in tract. de hæret. num. 30. gloss in cap. non autem, in fi. gloss. magnæ. 7. quæst. 1. & plenior in clem. ad nostram, in ver. Ecclesiæ, de hæret. Abb. in cap. at si clerici, colum. 19. ver. aut enim quis credit Ecclesiam, de iudi. & in capit. 1. de parochi. Card. in clem. 1. §. porrò, in 2. quæst. de iureiurand* Felyn. *in c. 3. de hæret.* nam hoc repugnat articulo fidei credere iubentis vnam sanctam Ecclesiam catholicam.

Imperatorẽ negãs Monarcham.

¶ Vigesimooctauo, asserentes Imperatorem non esse Dominum, & Monarcham totius orbis, Bart. *in l. hostes, colu. 2. ff. de capti & in l. deprecatio, ff. ad l. Rhodiam, de iac. & l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscript.*

Sed dicas tu, quòd asserere Imperatorem non esse Dominum totius orbis, non est hæreticum, quia experientia docet eum talem non esse, vt per Bald. *in cap. solitæ, de maiorit. & obed.* & per Panormitan. *in cap. nouit. de iud. in fi.* & per Ias. *in l. cunctos populos, C. de summa Trinit.*

Obedientiã Imperatori negans.

Sed qui assereret Imperatori in terris suis non esse Obediendum, & sic subtrahere conaretur subditos ab obedientia, certè putarem eum hæreticum censendũ, cum in Euangelio pro lege scriptum sit, quæ sunt Cæsaris, Cæsari reddenda.

Interpretes scripturarũ peruersi.

¶ Vigesimonono, Interpretantes aliter scripturas quàm Ecclesia Romana recipiat, & aliter quàm sensus Spiritus sancti exposcit, *cap. dixit, & seq. 24. q. 3. & cap. quidam, in fi. & cap. hæreses, & seq. ea. q. clem. 1. §. porrò, de summa Trinit.* & latè Alex. *del Neuo, consi. 101. nu. 21.*

Fornicationem peccatum esse negans.

Trigesimo, asserens Fornicationem † non esse peccatum mortale, *cap. qui in Ecclesia, 24. q. 3. in Ecclesia 24. q. 3. cum concor.* de quibus per Carrer. *de hæret. nu. 17.*

Purgationẽ canonicam negans.

¶ Trigesimoprimo, recusans se † canonicè purgare accusatus de hæresi, contra quem laborant indicia, *gloss. in c. excommunicamus, §. adijcimus, de hæret. c. ad abolendam, §. qui verò, eodem tit. Carrer. de hæret. num. 18.* hic enim pro hæretico habendus est, nisi forte ex subtilitate conscientiæ iurare recusaret, vt per eundem Carrer. *nu. 45.*

Hæreticum notorium defendens.

Trigesimosecundo, qui hęreticos † palam vel secreto defendunt facto vel verbo, vel ipsis auxilium, & fauorem præstant, ne conuincantur, vel puniantur, *argu. l. 4. ff. ad l. Iul. ma. cum aliis*, de quibus per Carrer. *de hæret. num. 19.* intellige, modò sciuerit eos hæreticos, & vti hęreticos tutari intendat. Item & ii, qui eos receptant, vt per Carrer. *ibi nu. 48.*

Hæretico credens.

¶ Trigesimotertio, qui etiã credit hæreticis hæreticus est, vt not. *in c. 1. de sum. Trin.* vbi Panor. & alii, & etiã in rubrica *eiusdem tit.* & per Carrer. *de hæret. nu. 20.* modò non sit paratus corrigi ab Ecclesia, & paratus sit credere, quod credit Catholica Ecclesia, vt ibi per Carrer. & etiam *num. 46.*

in Excommunicatione per annũ vel vltra persistens.

¶ Trigesimoquarto, qui per annum † vel bienium persistit in excommunicatione, hæreticus est, *vt in capit. inquisitionis, in fi. de hære, in 6. & not. in cap. vltimo de pœnis, & cap. insinuatum, in glo. vltima, de simon. cum multis adductis per Carrer. de hære. num. 21.* quod verum intellige, quando excommunicatus esset pro hæresi, vel alia causa criminali, secus si ciuili, vt ibi per eum.

Confessionem & Eucharistiam per annum vel vltra negligens.

¶ Trigesimoquinto, qui per annum vel plures, neq; confessus est peccata, neque Eucharistiam suscepit, suspectus est de hæresi, & præsumitur hæreticus, si nullã alleget causam, quia præsumitur malè sentire de sacramentis, & de Ecclesiæ traditionibus, & excommunicatus est, *cap. omnis vtriusq;, de pœnis.* & ideo etiam ex hoc, quia in excommunicatione perseuerat, præsumitur hęreticus, vt per Felyn. *in rubrica, & in capit. ad abolendam. columna prima, de hæretic. cum aliis.* vt per Carrer. *de hæret. nume. 22.*

Incantationib. & fim. credens.

¶ Trigesimosexto, credentes Incantationibus, Diuinationibus, & Inuocationibus dæmonum, præsertim ad præsciendum futura, vel nocendum alicui, *cap. ij, qui 26. q. 2. & cap. igitur. 26. q. 4. & nota. in cap. accusatus, §. sanè, de hæreti. in 6.* & per Carrer. *de hæret. num. 23.* & latius infra dicam, suo speciali loco.

Idololatræ.

¶ Trigesimoseptimo, idolis sacrificantes, vel ab eis responsum expetentes, *c. concilia, §. hinc etiam. 16. distinct. c. nunc autem, 21. dist. cum multis concor.* de quibus per Carrer. *de hæret. num. 24.*

Lamiis & simil. credentes.

¶ Trigesimooctauo credentes Lamiis, † vel Strigibus, & Ariolis, & credẽtes mirabilia, quæ tales asserunt de transformationibus hominum, & aliis similibus, *c. Episcopi. 26. per Girland. in tract. de sortileg. q. 7.* & Carrer. *de hæret. nu. 25.*

Blasphemi.

¶ Trigesimonono, blasphemi quoque vti hæretici puniri possunt, si moniti sint incorrigibiles, quia præsumuntur non credere blasphemiam esse peccatum, *c. qui in Ecclesia. 24. q. 3.* & per Carrer. *de hære nu. 26. de quo infra latius suo speciali loco dicemus.*

Magistratus ecclesiastico Brachiũ negans.

¶ Quadragesimo, vt hæretici puniuntur Magistratus laici, qui requisiti nolunt præstare brachium suum & auxilium contra hæreticos, & eorum fautores & receptatores, *c. vt officium, §. statuimus, de hære. in 6.*

Paradisum, Infernum, Purgatoriũ negantes.

¶ Quadragesimoprimo, negantes Paradisum, Infernum, aut Purgatorium, asserentes animam esse mortalem, vt per Federic. de Sen. *consil. 245. incip. Reuerendo in Christo Patri*, & per Carrer. *de hære. nu. 36.*

Animam mortalem dicentes Apostata.

¶ Quadragesimosecundo, Apostata contrahens publicè matrimonium, *vt not. in cap. de homine, de celebra. missar.* & per omnes *in leg. nemo, Codic. de summa Trinit.* & per Carrer. *de hære, nu. 38*, & per Felyn. *in cap. ad abolendam, nume. 1. de hære.*

Hostiam nõ cõsecratam recipiens.

¶ Quadragesimotertio, recipiens hostiam non consecratam, vel celebrans cum ea, præsertim si perseueret, vt per Ana. *in cap. ad abolendam, de hære.* & per Carrer. *ibi num. 39.*

Sãguinis & aquæ Christi effusionẽ negantes.

¶ Quadragesimoquarto, negantes ex corpore Christi defuncti exiisse sanguinem, & aquam, *clem. 1. de summa Trinita. vbi gloss. 1. in verb. aperuit.* & per Carrer. *ibi, numero 40.*

Animam ex traduce esse dicens.

¶ Quadragesimoquinto, credentes de anima hominis aliud, quàm credat Ecclesia, vt quòd traducat de corpore in corpus, quòd sit sanguis, quòd generetur ex præexistenti materia, & simil. vt not. *in cap. quod vero, & in cap. Moyses, in gloss. in ver. nec animatum, 32. q. 2. cum concord.* de quibus per Carrer. *de hære. nu. 41.*

Historias Biblicas veras negans.

¶ Quadragesimosexto, negantes Bibliæ historias veras esse. Afflict. *in constitu. Regni, incip. inconsutilem, in 19. no. q. 9.* & Carrer. *de hære nu. 42.*

Inobedientes prælatis.

¶ Quadragesimoseptimo, contumaces in obediendo præceptis prælatorum, quòd negent eos à Deo potestatem habere, & minus eorum ministros, *c. si Papa, vbi nota. 24. dist.* & Carrer. *de hære. nu. 43.*

in Criminibus moniti persistẽtes.

¶ Quadragesimooctauo, persistentes moniti in notorio crimine, *cap. vltim. 38. dist. cap. vlt. de pœnis.* notat Panormit. *in capitu. significasti, de electio.* & per Carrer. *de hære. numero 44.*

Hæreticos docentes.

¶ Quadragesimonono, instituentes hæreticos, siue sint consanguinei, siue etiam extranei, *cap. si quis, de hære.* Carrer. *de hæretic. numero 47. idem si institueret paganum, vt ibi.*

Imagines Comburẽtes.

¶ Quinquagesimo, frangentes, deturpãtes, vel comburentes imagines Christi, & Sanctorum, asserendo eas esse Idola, vt per Carrer. *de hære. nu. 49.*

Obedientes dæmoni.

¶ Quinquagesimoprimo, obedientes dictis dæmonum iubentium quidpiam in opprobrium fidei Christi, Innoc. *in c. 1. in prin. de apostat.*

Apostatæ.

¶ Quinquagesimosecundo, apostatæ perfidi quoque sunt hæretici, id est, qui fidem abnegant, & ex professo

Rebaptisantes.

Humanitatem Christi negantes.

Relapsi in suspicionē hæreseos.

Magistratus canones seruare nolens.

Animæ hominis verā qualitatem negans.

Animam prius corpore fuisse dicens.

Animā Dei substātiam asserens. Gnostici.

Animā non à Deo creari dicens. Messaliani. Animam ex corpore patris gigni dicens. Tertullianus. Apollinares. Luciferani.

Animas impias in Dæmonas cōuerti dicēs. Tertullian.

Animam mortalem dicens. Saducæi. Animā mori dicēs, sed resuscitādā cū corpore.

Animam ante corpus creatū peccasse dicēs. Origenes. Prosilianistę. Animam mortuo vno corpore in aliud transire dicens. Pythagoras. Albanēses.

Impeccabilitatē asserens.

fesso impugnant, cap. 1. vbi gloss. & omnes, de aposta.

¶ Quinquagesimotertio, rebaptizantes se hæretici sunt, & eis non prodest pœnitētia, *l. Manichæos, & l. si quis Satanam, C. de aposta.* & Carrer. *d nu. 51. in fi.*

¶ Quinquagesimoquarto, asserentes Christum non esse aliquid secundum carnem, vel vti homo, *c. cum Christus, vbi not. omnes, de hæret. c. hæc est fides, 24. q. 1.*

¶ Quinquagesimoquinto, abiurantes vti suspecti, sed non conuicti de hęresi, si iterum in suspicionem inciderint: nam pro veris tunc hæreticis habentur, *c. accusatus*, vbi Archid. & alii, *de hære. in 6. & hi relapsi appellantur, vt ibi habetur, & in c. ad abolendam*, §. *quia verò, de hær.* & Carrer. *de hære. nu. 54.*

¶ Quinquagesimosexto, Magistratus recusantes iurare se seruaturos canones, contra hæreticos & eorum fautores, quod ad eorū attinet brachium, *c. contra Christianos, de hære. in 6.* Carrer. *eo. in loco, nu. 55.*

¶ Quinquagesimoseptimo, asserentes animæ rationalis seu intellectiuę substantiam, non esse formam per se humani corporis verè ex ea ratione, quia rationalis, de quo errore habetur per gloss. & alios, *in clem. 1.* §. *porrò, de summa Trinit. & fide Catholica*, & per Carrer. *de hære. numero 56.* cuius erroris author primus fuit quidam Petrus Ioannis tempore Clementis Papę V. de quo per Alphons. *de hæretic. libro secundo, in ver. anima, in prima hæresi.* & fuit damnatus hic error in Concilio Viennensi, tempore dicti Clementis authoris, dicta clemen. prima.

¶ Quinquagesimooctauo, asserentes animam prius esse formatā quàm corpus, cuius erroris author Ioannes Episcopus Hierosolymitanus, contra quem & Hieronymus, & Leo Papa, qui hanc impiam appellat fabulam, & de quo Alphons. *in d. ver. anima, in tertia hæresi.*

¶ Quinquagesimonono, asserentes animam esse aut Dei substantiam, aut ex Dei substātia, vt asserebant hæretici vocati Gnostici, de quo errore Alphons. *in d. ver. anima, in quarta hæresi*, vbi latè de authoribus & sectatoribus huius erroris, & quomodo diluatur.

¶ Sexagesimo, asserentes animas non à Deo immediatè creari, sed vel Angelis & ex igne & spiritu, vt Messaliani autumabant. Vel animam corpoream filii fieri ex anima patris, sicut corpus ex corpore, vt tenuere Tertullianus, Apollinares, & Luciferiani, de qua Alphons. *in dict. ver. anima, in quinta hæresi*, vbi dubitat, an sit hæresis, cum nullus reperiatur locus sacræ Scripturæ, neque Ecclesiæ decisio in contrarium, tametsi fateatur errorem esse.

¶ Sexagesimoprimo, asserentes animas impiorum post mortē, vel in Dæmonas, vel in alia animalia bruta, suis meritis cōgrua transire, cuius hæresis author Tertullianus, & de qua Alphons. *de hære. lib. 2. in ver. anima, in 6. hæresi.*

¶ Sexagesimosecundo, asserentes animam cum corpore interire, nunquam suscitandam, vt dicebant Saducæi, vel interire quidem cum corpore, sed suscitandam simul cum eo in die resurrectionis, vt quidam Arabes tenuerunt, de quibus Alphons. loco prędallegato, *in 7. hæresi.*

¶ Sexagesimotertio, asserentes animam ante creatum corpus peccasse, & in pœnam in hoc corpus inclusam veluti carcerem, vt asserebat Origenes, & post eum Prosilianistæ, vt per Alphons. *in dict. lib. 2. in ver. anima, in 8. hæresi.*

¶ Sexagesimoquarto, asserentes animā mortuo corpore transire in aliud corpus humanum, quod Pythagoras primū, mox Albanenses senserunt, contra quem errorem Alphons. ibid. *in 8. hæresi.*

¶ Sexagesimoquinto, asserentes errores damnatos *in clem. ad nostrum, de hære. in 6. qui sunt hi*, videlicet. Primo, quòd homo in hac vita possit tantum proficere, quòd reddatur impeccabilis, vltra quem gradum non possit in gratia proficere, cum alias posset quis perfectior Christo reperiri, quæ impiissima est blasphemia. Secundo, quòd nec Ieiunare, nec Orare oportet, postquā quis ad illum gradum perfectionis peruenerit, sed poterit tunc concedere corpori, quidquid ei placuerit, cum sensualitas rationi penitus in eo statu sit subiecta. Tertio, quòd qui in eo sunt gradu perfectionis, liberi sunt ab omni legis obedientia. Quarto, quòd in hoc mundo, quis potest beatam vitam assequi perinde ac in alio. Quinto, quòd quælibet intellectualis natura, in se ipsa beata est, neque indiget Dei gratia, aut lumine ad fruendam Dei præsentiam. Sexto, quòd imperfecti est animi exercere se in actibus virtutū. Septimo, coitum non esse peccatum, quia ad illum naturaliter inclinamur: osculum autem esse peccatum mortale, quia naturaliter ad eum actum non ferimur. Octauo, non esse præstandā reuerentiam Eucharistiæ, ne à summo actu contemplationis & perfectionis declinet cogitatio ad contemplandam passionem Christi. Qui omnes errores damnati fuerunt in Concilio Viennen. vt habetur *in d. clem. ad nostrum*, in quos inciderant Begardi, & Beguinæ, vt ibi habetur.

Ieiunia & Orationes negans.

Obedientiā legis negātes.

Vitā beatā in hoc mundo asserens.

Naturam intellectualē in se beatam dicens.

Virtutis exercitium negans.

Coitum nō esse peccatum dicēs.

Osculum peccatum esse.

Eucharistiā colendam negans.

Begardi.

Beguinæ.

¶ Sexagesimosexto, qui potest errantem in viam reuocare, & malitiosè id facere negligit, vt hęreticus habetur, quia videtur illis erroribus delectari, & ideo illis implicitus esse, *cap. 2. de hære. c. qui alios, 1. quæst. 1. & c. negligere, 1. q. vlt.* & Carrer. *de hære. nu. 58.*

Errantem reuocare nolens.

¶ Sexagesimoseptimo, qui vagus & inconstans est in fide: nam licet aliquādo reuertatur ad fidem, & sic non sit pertinax, tamen relabens etiam si reuertatur, dicetur hæreticus, vt Echibos quidam Sophista, qui mores Imperatorum sequens modò Christianus, vt sub Constātio; modò paganus vt sub Iuliano, modò tertio Christianus sub successore, vt habetur in historia Triparti. *lib. 6. cap. 28.*

Inconstans & vagus in fide.

Echibos.

¶ Sexagesimooctauo, qui assereret omnes hæreticos bene sentire, quia quo ad eos firmiter ita credūt, quem impiissimum errorem tenuerunt quidam Rethorii dicti, quod impossibile creditu sibi videri, inquit Aug. & contra quos Alphons. *de hæretic. libro 7. in ver. hæreticus, hæresi.*

Hæreticos bene sentire credens.

Rethorii.

¶ Sexagesimonono, asserētes hæreticos nulla pœna corporali puniendos esse, vt per Alphons. *in d. verb. hæreticus, hæresi 2.*

Hæreticos non esse puniendos dicens.

¶ Septuagesimo, asserentes omnem, qui mortaliter peccat, hæreticum esse, quæ hæresis fuit damnata tempore Gregorii XI. quia non potest esse fidelis, qui peccando contra fidem agit, contra quos Alphons. eod. in loco, *hæresi tertia*, vbi asserit Lutheranos quosdam in hanc quoque impingere, & probatur in cap. *accusatus*, §. *de quæstionibus, de hæretic. in sexto.* & vide Zanchin. *de hære. cap. 35.*

Peccantem mortaliter hæreticum esse dicens.

¶ Septuagesimoprimo, asserentes Deū principium esse formale omnium rerum, vt dicebant Almarcani hæretici, contra quos Thom. *in 1 parte Summæ, q. 3. artic. 8.* quia Deus non potest venire in cōparitione alicuius rei, neque tanquam principium formale, neque tanquam materiale.

Almarcani.

¶ Septuagesimosecundo, asserētes plures esse Deos, quocunque modo id asserant, vel si duos assererent, vnum bonum, à quo omnia bona; aliū malum, à quo omnia mala, vt Gnostici & Apellis sectatores, & post eum Albanenses & Albigenses, vel duos Deos; vnum iustum dictum, qui non fuerit pater Christi; alium bonum, qui Christi pater fuerit, vt Cerdon autumauit. Vel quicunq; plures Deos commentus sit, quocunque nomine eos appellauerit, hæreticus est, contra quos Alphons. *de hær. lib. 5. in ver. Deus, hæresi 1.*

Deos plures asserens.

Gnosticus.

Apelles.

Albanēses & Albigenses.

¶ Septuagesimotertio, asserentes Deum esse corporeum, vt asserebat Tertullianus, & quidam Vadiani, de quibus Alphons. *de hære. lib. 5. in ver. Deus, in 2. hæresi.*

Deū corporeum dicēs.

Tertullianus.

Vadiani.

¶ Septuagesimoquarto, si quis impiissimam hanc assereret blasphemiam, Deum esse mendacē, quòd dixe-



Deū mēdacem dicēs.

rit Caim à nemine occidendum, & tamen seipsum occidit, vt dicebant Armeni quidam, de quibus Alphons. ibi, *in 3. hæresi.*

Armeni.

¶ Septuagesimoquinto, si quis assereret, vt asserebat Petrus Abailardus, quòd Deus non potuit, nec potest facere res alio modo, quàm fecit, & facit sic negando omnipotentiam Dei, contra quos Alphons. in loco præallegato, *in 4. hæresi.*

Omnipotẽtiam negãs. Abailardus.

¶ Septuagesimosexto, si quis dicat, & asserat vnam esse Dei personam diuersis tamen nominibus nuncupatam, & ideo patrem passione Christi passum fuisse, vt docebãt Sabelliani, qui ideo Patripassiani dicti sunt, de quibus Alphons. ibid. *in 5 hæresi.*

Personam Dei vnã esse dicens. Sabelliani. Patripassiani.

¶ Septuagesimoseptimo, asserentes filium esse minorem patre, & esse meram creaturam: quem errorem professi fuerunt Arriani, contra quos Alphons. *de hære. in ver. Deus, hæresi 6.*

Filium minorem esse patre dicẽs. Arriani.

¶ Septuagesimooctauo, negantes filium Dei esse verbum, vt negabant Alogiani, contra quos ibidem Alphons. *in 7. hæresi.*

Filium Dei verbũ esse negans. Alogiani.

¶ Septuagesimonono, asserentes Christum ignorasse diem extremum iudicii, prout asserebant Ignoitæ, de quibus ibid. Alphons. *in 8. hæresi.*

Christum ignorasse Diẽ iudicii. Ignoitæ.

¶ Octuagesimo, asserentes Filium non posse videre, aut noscere patrem, neque Spiritum sanctum, in quem errorem dicitur Origenes incurrisse, vt per Alphons. ibi, *in 9. hæresi.*

Filiũ ignorare patrem dicens. Origenes.

¶ Octuagesimoprimo, asserentes Spiritum sanctum esse minorem patre & filio, & non esse eiusdem substantiæ cum patre, sed esse veram creaturam, vt sentiebant Arriani, contra quem errorem Alphons. *in d. ver. Deus, in 10. hæresi.*

Spiritum S. minorẽ patre & filio dicens. Arriani.

¶ Octuagesimosecundo, si quis assereret Spiritum sanctum esse animam mundi, vt docebat Petrus Abailardus, de quo errore ibi per Alphons. *in 11. hæresi.*

Spiritum S. Animam mundi asserens. Abailardus.

¶ Octuagesimotertio, negantes Spiritum sanctum procedere à patre & filio, vt per plures annos negarũt Græci & Armeni, contra quos ibi Alphons. *hæresi 12.*

Spiritum S. ab vtroque procedere negans. Græci, Armeni.

¶ Octuagesimoquarto, asserentes attributa personis Trinitatis, esse propriam earum naturam, ita vt alteri non conueniat, vt potentiam esse propriam patris, sapientiam filii, benignitatem Spiritus sancti, vt docebat Petrus Abailard. contra quem Alphons. *in dict. ver. Deus, hæresi 13.*

Proprietates personarum confundens. Abailardus.

¶ Octuagesimoquinto, credẽtes Deum habere corporis molem membris distinctam humanis, quod Anthropomorphitæ asserebãt, contra quos Thom. *in summa contra Gentiles, lib. 1. cap. 21. & de quibus mentio in c. quidam 24. quæst. 3. colum 3.* vbi dicitur hæresim hanc ex rustica simplicitate processisse. & quod Epicurus aiebat Deũ non habere corpus, sed quasi corpus, nec sanguinem, sed quasi sanguinem, vt author est Tullius libro 1. de natura Deor.

Deum corporeũ asserens. Anthropomorphitæ. Epicurus.

¶ Octuagesimo sexto, asserentes Deum non creare, aut facere mala, vt sentiebant Coluthiani, vel contra asserentes Deum mala omnia creare, vt sentiebant Floriani; quæ sectæ licet sint è diametro contrariæ, vtraque tamen hæresim sapit. Deus enim creat mala, quæ scilicet nobis videntur mala, vt venena, fulgura, grandines, lupos, serpentes, ingerit quoque mala, vt pestem, ægritudines, & similia, in pœnas, scilicet iustissimè irrogatas. Non creat autem mala, id est, naturas & substantias malas, in quantum sunt naturæ & substantiæ, vt pulchrè declarat Aug. *de hære. c. 66.* & Alphons. *de hære. in ver. malum.*

Deum mala creare vel non creare dicens. Coluthiani. Floriani.

¶ Octuagesimoseptimo, credentes Deum esse materiam primam, vt asserebat Dauid de Dinanto, contra quos Thom. 1. *contra Gentil. c. 1.* cũ impossibile sit Deum in compositionem alicuius venire.

Deum Materiam primã asserẽs. Dauid de Dinanto.

¶ Octuagesimooctauo, astruentes Adam primũ nostrum parentem non fuisse saluatum, vt Taciani dicebant, de quibus Aug. *de hæresi. c. 25.*

Adam non saluatum asserens. Taciani.

¶ Octuagesimonono, asserentes patri supercœlestia assignata, filio Cœlestia, & Spiritui sancto subcœlestia, vt asserebant Euchetæ, de quibus Crini. *lib. 7. c. 4.*

Euchetæ.

¶ Nonagesimo, asserentes aquam fuisse coęternam Deo, iuxta illud Genes. 1. & spiritus Domini ferebatur super aquas, contra quam hæresim, & Concilium Nicenum, & Constantinopolitanum, & Lateranense sub Innocentio III. cum Deus sit creator omnium, & habetur in capitulo, firmiter, de summa Trinitate, & fide Catholica, & per Alphons. *de hæretic. in ver. aqua, in prima hæresi.*

Aquã coæternã Deo esse, dicens.

¶ Nonagesimoprimo, asserentes Deum patrem passum fuisse in Cruce, quia vnus tantum Deus, ꝙ astruebant Noeras, & postea Sabelliani, qui ideo Patripassiani dicti, contra quos Alphons. *de hæreticis, in ver. Deus, hæresi 5.*

Deum patrẽ passum fuisse dicẽs. Noeras. Sabelliani. Patripassiani.

¶ Nonagesimosecundo, asserentes imaginem, ad quam formauit Deus hominem, fuisse corpori hominis, non animæ impressam, contra quos Alphons. *de hære. in ver. imago, 2. hæresi.*

Imaginem Dei corpori non animæ impressam dicens.

Nonagesimotertio, asserentes mundum non habiturum finem, sed post resurrectionem eundem mansurum, contra quos Alphons. *de hære. in ver. mundus, hæresi 2. & 5.* vbi probat omnia noua, & meliora futura.

Mundi Æternitatem asserens.

¶ Nonagesimoquarto, astruentes prædestinatos à Deo non posse mutare voluntatem, atq; ideo iis, neque nocere mala, neque prodesse bona, quod asserebat Ioannes Hals, contra quos Alphons. *in hæresi. in ver. prædestinatio.* pariter & credere iustum posse certò scire se esse prædestinatum, hæreticum est, ibi Alphons. *hæresi 2.*

¶ Nonagesimoquinto, asserentes Deum non prescire ex se aliquid malum, sed per diabolum aduersarium suum, qui pater est omnium malorum, vt tenuerũt Albanenses, cõtra quos Alphons. *de hæret. in ver. præscientia.*

Præscientiã mali in Deo negantes. Albanẽses.

¶ Nonagesimosexto, asserentes Angelos bonos vel malos posse quid creare præter Deum, iuxta cap. Moyses, 32. q. 2. Girland. *in tract. de hæret. q. 2. nu. 3. in fi.* potentia enim Dei creaturis non est tribuenda.

Angelos creatores dicens.

¶ Nonagesimoseptimo, asserentes posse humanam virtutem ac scientiam, nedum similem fieri Deo, sed etiam æqualem, vt Euchetæ & Gnostici, de quib. Cœl. Antiq. lect. lib. 2. c. 16.

Humanam virtutẽ Deo æqualem asserens. Euchætæ. Gnostici.

¶ Nonagesimooctauo, asserentes Christũ Saluatorem nostrum, non esse Dei filium secundum diuinitatem & consubstantialem patri, vt Ariani. Vel in Christo non esse duas naturas, Diuinã scilicet & humanam, vt Acephali dicebant, contra quos est text. *in c. 1. §. quarta. 1. q. 1. & c. cum Christus, de hæretic. & in l. idem est. in princip. C. de hæreti. & in c. quidam, 24. q. 3.* Vel qui negarent Christum esse verbum & Deum, vt Alogi, de quibus Augus. *de hæretic. cap. 30.* Vel quòd non fuerit verus homo, & ꝙ in carne nõ ascenderit in cœlum, vt Apellitæ, contra quos Augus. *de hæret. cap. 23. & lib. 2. contra aduersarium legis & prophe. cap. vltim.* & per Euseb. *in histor. Eccles. lib. 5. c. 13.* vel qui dicerent Christum fuisse sine mente, neq; carnem à beata Maria Virgine, & matre glorioſa assumpsisse, vt Apollinariani, de quibus Aug. *de hæret. c. 55. & contra sermon. Ariano. cap. 6. & in lib. 83. quæstionum, cap. 80. & in quæstioni. super Leuit. c. 93. & lib. confess. 7. & cap. 19. & contra eos disputat Thom. contra Gentiles, lib. 2. cap. 86.* Vel impiè asserentes Christum fuisse purum hominem, vt Asclepiadori, de quib. in histor. Eusebii *lib. 5. c. 29.* Vel qui credunt Christum verè non fuisse crucifixum, vt Basilidiani, de quibus Aug. *de hære. cap. 4. & in cap. quidam, 24. q. 3.* Vel quod Christus non fuerit ante Mariã, etiam quoad diuinitatem, vt asserebat Berillus, de quo Euseb. *lib. 6. c. 26.* & Antoni. *in hist. 1. par. tit. 17.* Vel quod Christus fuerit Dei filius adoptiuus, non naturalis, vt Bonosiani, de quibus *in d. c. quidam, 24. q. 3. colum. 4.* quæ hæresis damnatur etiã *in c. in quadã, de celebr. miss.* Vel qui dicerẽt filium, id est Christum nõ potuisse perfectè videre, aut cognoscere patrem, quod. s. filius sit creatura, vt asserebat Caponius,

Arriani. Acephali. Alogi. Humanitatem Christi negantes. Apellitæ. Apollinariani. Asclepiadori. Basilidiani. Berillus. Bonosiani.

Caponius.

ponius, de quo Tripar. hist. *lib. 1. c. 23.* Vel quod Christus fuisset purus homo, sed animã singulari dono affectam accepisse, vt posset supercælestia scire, & nunciaret, vt Carpocratiani dicebant, de quib. Aug. *de hære. c. 7. & in d. c. quidam. 14. q. 3.* quod etiã asserebat Diodorus Arianus. de quo Grego. *18. Moral.* & Ebionitæ, vt Hieron. author *in lib. de Ecclesiasticis Scriptorib.* dũ loquitur de Ioanne Euangelista. Vel quod Christus non verè natus fuerit, aut carnẽ assumpserit, neq; passus fuerit, sed omnia hæc simulasse Deum per phantasmata, in qua hæresi fuerunt Cerdoniani, vt per Aug. *de hæres. c. 21.* Vel qui crederent Christũ nõ resurrexisse, sed resurrecturũ esse, vt astruebãt Cherinthiani, de quib. Aug. *de hæres. c. 8.* Vel negantes ex latere Christi exisse sanguinẽ & aquã. *contra clem. de sum. Trin. vbi gl. in ver. aperuit.* Vel qui assererent Christũ non esse aliquid, vt homo consideratus, vt notatur *in c. cum Christus, de hæreti. & in c. hæc est fides, 24. q. 1.* Vel qui assererent Deũ humanã tantum naturã habuisse, vel contrà diuinã tantum, contra quos Alphons. *de hæret. 1. & 2. hæresi.* Vel ꝙ Christus duplicem naturã habuerit, alterã humanam, alterã diuinam, ita ꝙ Deus in homine habitauerit, quã hæresim sequutus est Nestorius, & contra quam Alphõs. *vbi sup. in 3. hæresi.* Vel ꝙ Christus vnã tantum habuerit naturã, scilicet diuinam, quæ & crucifixa fuerit, vt Euthicius, & Doscorus tenebant, & alii, contra quos Alphõs. *de hære. in ver. Christus, hæresi 4.* Vel quod Christus solum corpus habuerit, nõ animã, vt Arius & Apollinaris tenebant, contra quos Alphons. ibi, *hæresi 5.* Vel quod habuerit Christus vnicam tantũ voluntatẽ, vt tenebant Macharius & Monothelitæ, contra quos Alphons. ibi, *in 6. hæresi.* Vel quod nobis non apportauerit salutem Christus, vt esserebat Bassus & Abailardus, contra quos Alphons. ibi, *hæres. 8.* Vel quod habuerit spiritum timoris Domini, vt idem Abailardus tenebat, vt per Alphõs. ibi, *hæres. 9.* Vel quod in Cruce lancea vulneratus fuerit, antequam moreretur, de qua hæresi Alphons. ibi, *hæres. 10.* Vel quod sine carne ascenderit, de qua ibi Alphons. *hæres. 12.* Vel quod Christus sit minor patre & adorandus, vti intercessor tantum, de qua hæresi Alphons. *de hæret. in ver. Deus, hæres. 6.* Vel quod Christus ignoraret diem vltionũ, vt Ignoitæ tenebant, contra quos Alphons. *de hæret. in ver. Deus, in 8. hæresi.* Vel qui dicerent alium esse filium Dei, alium verbum, alium Christum. vt Nestorii, de quibus *in l. 4. §. manifestum igitur, in fi. C. de summa Trin.* vbi catholicè docetur, quid credendum de Christo, & quomodo adorandus, & idé habetur *in clem. 1. de summa Trin.* Vel qui crederent ex latere Christi non exisse veram aquam, vt elemẽtum aquæ, sed humoré phlegmaticum, & ita in consecratione aquam in phlegmam conuerti, quod damnatur *in ca. in quadam, de celebr. miss.* Vel qui negaret Spiritum sanctum à Filio pariter procedere, vt per Salyc. *in leg. nullus, Cod. de summa Trinit.* licet videatur lex illa contrarium dicere, sed illa fuit opinio Græcorum, contra quam Alphons. *de hæret. in ver. Deus, hæresi 12.*

Carpocratiani. Diodorus. Arrianus. Ebionitæ.

Cerdoniani.

Cherintiani.

Nestorius.

Euthicius. Doscorus.

Arius. Apollinaris.

Macharius. Monothelitæ. Bassus. Abailardus.

Ignoitæ.

Nestorii.

¶ Nonagesimonono asserentes Spiritum Sanctum à Filio tantum procedere non æqualé Filio, & minorem Patre, vt Ariani, vt per Aug. *lib. 6. de Trin.* & ideo damnati in Nicena & Constantinopolitana Synodo, vt in hist. Tripar. *c. 13.* & Beda *lib. 4. de gestis Anglor. & in l. Ariani, Cod. de hæreti.* Vel quòd Spiritus ita operatus sit in Augustino, Hieronym. & aliis Sanctis, prout in Virgilio, Ouidio, Horatio, & aliis quibuscunque Scriptoribus, vt habetur *in cap. vltim. in fi. de summa Trinit. vbi pul. Bellamera.* Vel qui putarent quemlibet hominem posse dare Spiritum Sanctum, vt Albanenses tenebant. Vel qui crederent Spiritum Sanctum non esse verum Deum, vt Bonosiani & Cathaphriges, de quibus *in cap. hi verò hæretici, de consecra. distinct. 4. & in dict. cap. quidam, 24. quæst. 3. in 3. colum. & in cap. canones, in princip. distinct. 15.* Vel quòd Spiritus Sanctus non possit cognoscere Filium, sicut nec filius Patrem, contra quam hæresim Alphons. *de hæret. in ver. Deus, in 9. hæresi.* Vel Spiritum Sanctum esse minorem patre & filio, neque eiusdem substantiæ, sed meram creaturam, vt Macedoniani tenebant, contra quos Alphõs. *de hæreti. in verb. Deus, hæresi 10.* Vel Spiritum Sanctum esse animam mundi, vt Abailardus tenebat, contra quem Alphons. ibi, *hæresi 11.* Vel qui crederent Spiritum Sanctum à patre & filio procedere, sed tanquam à duobus principiis, & nõ tanquam ab vno, contra *c. 1. de sum. Trin.*

Spiritus S. essentiam vel qualitatem negãs. Ariani.

Albanẽses.

Bonosiani. Cataphriges.

Spiritus S. essentiam vel qualitatem negãs. Ariani.

Macedoniani.

Abailardus.

¶ Centesimo, asserentes patrem, filium & Spiritum sanctum vnam esse personam, & quemlibet ex his trinomium esse, vt habetur *in dict. capit quidam, 24. quæst. 3.* & contra hanc se tenere professus est Iustinianus noster in professione sua, quam transmisit ad Ioannem Papam II. quæ est transcripta in primo Tomo Concil. *car. 162. colum. 1.* in quam hæresim lapsi sunt Sabelliani. Vel qui dissimilem putarent patrem filio, vel filium Spiritui sancto, vt Eunomeniani, & Ætiani, qui condemnati fuerunt in 2. Synodo Constantino. de quibus Aug. *de hæret. capit. 54.* & in Tripart. histor. *lib. 5.* contra quos Aug. *16. de Trinit.* Vel qui putarent tres esse personas eiusdem substantiæ, sed maiorem patrem filio, & filium Spiritu sancto, vt per August. *de hæres. capit. 69.* in quam hæresim Donatistæ impegerunt, contra quos & similes Alphons. *de hæret. in ver. Deus, hæresi 5. & 6.* Vel tenentes potentiam esse propriam patris non appropriatam, sic sapientiam filii & benignitatem Spiritus Sancti, contra quos Alphons. ibi, *hæresi 13.* Vel qui non putant patris, & filii, & Spiritus sancti, vnam esse Deitatem sub pari maiestate, & sub pia Trinitate credendam, vt habetur *in l. 1. Cod. de summa Trinit.* Vel qui crederet Trinitatem esse separatam quandam speciem & essentiam à patre, filio, & Spiritu sancto, adeo vt quaternitas quædam inducatur, in quem errorem incidit Abbas Ioachim, alioquin sanctus vir, *cap. damnamus, de summa Trinit.*

Personam patris filii & Spiritus S. vnã esse.

Sabelliani.

Eunomeniani. Ætiani.

Donatistæ.

Abbas Ioachim.

¶ Centesimoprimo, asserentes Ecclesiam non posse constitutiones facere obseruandas sub pœna peccati mortalis, neque malis pœnas imponere, neque quicquam temporalis possidere, neque posse excommunicare, vt Albanenses tenebant, de quibus Antonin. in quarta parte Summæ, *tit. 11. cap. 7.* quem postea errorem renouarũt Io. Vuicleph, & Ioannes Vuessal. & demum Lutherus, contra quos Alphons. *de hæret. in ver. Ecclesia, in hæresi.* Vel qui crederent intra Ecclesiam non posse esse malos, vt putabant Donatistæ, & quòd præsciti non sunt pars, aut membra Ecclesiæ, vt etiam tenuerunt Circumcelliones Ioannes Hus, & demum Lutherus, contra quos Alphons. *de hæret. in ver. Ecclesia.* Vel tenentes Ecclesiam errare posse, non modò in facto, sed etiam in iure, vt tenebat Ioannes Vuicleph, contra quam hæresim Alphonsus *de hæretic. in ver. Ecclesia, in secunda hæresi.*

Ecclesiam cõstitutiones facere negans.

Albanẽses.

Donatistæ.

Circumcelliones.

Ecclesiam errare posse tenens.

¶ Centesimosecundo. Qui aliter sentit de sacramentis quam Ecclesia. *cap. ad abolendam, de hæreti.* vt qui crederent non esse infantes Baptizandos in nomine Trinitatis, sed secundum inæqualitatem personarum, vt Ariani, de quibus *in cap. hi qui, in fin. prima quæst. prima.* Vel qui crederent sacramenta non esse necessaria vt potè quòd sicut sacramenta legis Mosaicæ, quæ erant patris sublata esse per Euangelium, quod est filii, ita & sacramenta filii, id est Euangelii sublata sunt per aduentum Spiritus sancti, vt tenebat Albericus, de quo erre Antonin. in histor. *parte 3. titul. 19. capit. 1. §. 7.* & Albanenses pariter negabant omnia sacramenta, vt per Antoni. in histor. *titul. 11. cap. 7.* Item qui crederent posse baptizari per hæc verba, in nomine patris, per filium, in Spiritu Sancto, vt tenebat quidam Barbas, de quo in Tripartita histor. *lib. 12. & in supplement. Chron. lib. 9.* Item qui putarent circumcisionem simul cum baptismo obseruandam, vt putabant Cherintiani, contra quos est text. *in cap. maiores, de baptism. & in c. omnis, qui 24. quæst. 1.*

Sacramentarii & circa Baptismum errantes. Ariani.

Albericus.

Albanẽses.

Barbas.

Cherintiani.

Anabaptistæ. Item Anabaptistæ, qui dicunt sacramenta non esse signa fidei, sed allegorias tantum eorum, quæ à nobis vel sequenda, vel fugienda sunt, prout dicunt & in lege veteri circunciſionem monitionem quandam fuisse, vt abstinerent à vitiis carnis. sic igitur putant baptismum patientiam in afflictionibus signare cœnã Domini, mutuam beneuolentiam & officia mutua inter Christianos & negant infantes baptizari posse. Item qui putant baptismum esse posse etiã extra Ecclesiam, id est quòd ab hæreticis, & separatis ab Ecclesia fieri possit, vt tenebant Donatistæ; de quibus Aug. *de hæresi. cap. 69. & in cap. quidam. 24. q. 3. & in cap. ees, de consecra. distin. 4.* & quòd posset reiterari baptisma, contra totum titul. Cod. ne sacrum baptis. reiteret. Item qui putarent infantes, & paruulos saluari non posse per baptismum, vt Eraclitæ, de quibus *in d c quidam, 24. q 3.*

Donatistæ.

Eraclitæ.

Et qui diceret baptismum non dare salutem, sed solam orationem, vt Elpulius dicebat, & Enchidius, de quibus in Tripartita historia, *lib. 7 c. 11.*

Elpulius. Enchidius.

Qui pariter tenerent posse baptizari in igne, vt putabant Seleucus, & Hermias, contra quos Alphons. *de hære in ver. baptismus, hæresi 1.*

Seleucus. Hermias.

Qui etiam putant aliter posse baptizari, id est aliis verbis quam istis, Ego te baptizo in nomine patris & filii, & Spiritus sancti, cum trina mersione in aqua, licet & cum vna valeat, vt per Alphons. ibi, *hæresi 2.* & licet Græci aliis verbis se baptizent, licet eiusdem sensus, non ideo ex hoc tantum sunt hæretici, sed ideo hæretici sunt, quia putãt nos secundum ritum nostrum non ritè baptizare, *vt ibi per eum*, & ideo sunt schismatici. Vel qui crederent mortuos etiam baptizari posse, vt credebant Cathaphriges, & Marcionistæ, contra quos Alphons. ibi, *hæresi tertia.* Vel qui crederent baptismum non diluere peccata, neque conferre gratiam, vt ibidem Alphonsus *in quarta hæresi.* Vel quòd infantibus non profit baptismus, contra quos Alphonsus ibi, *in quinta hæresi & in capit. illud, de consecra.* Vel qui crederent rebaptizandos adultos. Vel quòd baptismus à sceleratis collatus non prodesset, in quam hæresim plures incurrerunt, contra quos Alphons. *de hæc. in ver. baptismus, hæresi 6.* Vel qui crederet non prodesse baptismum sine chrismate, & signo crucis, & Eucharistia, vt Armeni, contra quos Alphõs. ibi, *hæresi 7.* Vel quòd non prodesset baptismus, si admisceretur oleum chrismatis, vt Valdenses, contra quos Alphons. ibi, *hæresi octaua.* Vel quòd baptismus non tollat peccatum originale paruulorum, quod non habeant, vt putabat Pelagius, de qua hæresi Alphons. ibi, *hæresi nona.* Vel pueros posse saluari sine baptismo cum orationibus parentum, & proposito baptizandi, de qua hæresi Alphons. ibi, *hæresi 9.* Vel quod adultus etiam cum proposito baptizandi saluari non possit sine baptismo etiam data impossibilitate baptizandi, ibidem Alphons. *in decima hæresi.* Vel negantes baptismum tollere concupiscentiam carnis, vt tenebat Lutherus, & Melanchthon, cõtra quos Alphons. *de hæretic. in ver. baptismus, hæresi secunda.* Vel dicentes baptismum aqua sublatum, & succeſſisse baptismum sanguinis, ideo flagellandum corpus vsque ad sanguinem, de qua hæresi Alphons. ibi, *hæresi duodecima.* Vel qui putarent, vt Lutherus, nullo sacramento imponi characterem, id est signum salutis, contra quam Alphons. *de hæretic. in ver. character, & in ver. sacramenta, in secunda hæresi.* Vel quòd per baptismum ita acquiratur gratia, vt nusquam postea possit per peccata amitti, vt senserunt Iouinianus, Pelagius, & Lutherus, contra quos Alphons. *de hæretic in ver. gratia, in 2. hæresi.*

Armeni.

Iouinianus. Pelagius.

¶ Qui putarent baptismum ab hæretico sumptum non prodesse, sicut prosunt cætera sacramenta, vt per Areletanum *de hæret. no. 34. & 39.* Vel qui putarent Apostatam etiam in fide amittere vim baptismi, contra cap. vsq; adeo, quod est vlt. 32. q. 7.

Vel qui credunt aliquid circa sacramentum baptismi, contra scripta in clem. 1. de baptism.

¶ Centesimotertio, asserentes sacramentum confirmationis non esse sacramentum, neque character imprimere. Item quòd à quocunque sacerdote possit fieri, vel quòd gratiam non conferat, de qua hæresi Alphons. *de hæret. in ver. confirmatio & in ver. Episcopus, & habetur in c. presbyteri, de consecra dist. 4. & in c. ministrorum.*

de Confirmationis sacramẽto.

¶ Centesimoquarto, negantes virtutem aliquam inesse sacramento Eucharistiæ, vt negabant Missalanii, de quibus in Tripart. histor. *lib. 7. c. 11. & in l. Arriani. C. de hære.* Vel quòd in Eucharistia non sit verum corpus Christi magis quam in alia re. Vel qui aquam solam offerendam in calice putent sub specie sobrietatis, vt putabãt Aquarii, de quibus Aug. *de hæres. c. 64. & habetur in c. quidam, colum. 2. 24. quæst. 3.* & Alphons. *de hæret. in ver. Eucharistia, hæresi 6.* Vel qui putarent panẽ, & caseum offerendum in hoc sacrificio Eucharistiæ, quòd à primis hominibus oblatio facta fuerit de fructibus terræ, & ouium, in quem errorem Artatorritæ incurrerunt, de qua hæresi est text. *in capit. 1. & cap. cum omne, de consecra. distinct. 2.* Vel qui existimarent sacrificium sanguine humano faciendum, vt Cathaphriges, de quibus per Augustin. *de hæres cap. 26. & in cap. quidam, colum 3. 24. quæst. 3.* Vel qui putaret hominem deuotum tantam gratiam posse consequi in perceptione cibi communis, quantam in perceptione Eucharistię, vt putabant plures, de quibus Naucler. *in Chronic. genera. 46.* Vel crederet hoc sacramentum neque prodesse, neque lædere, vt Messalanii putabant, de quibus in histor. Tripart. *lib. 7. cap. 11.* Vel qui putaret posse celebrari, vel communicare cum hostia non consecrata, vt per Ana. *in cap. ad abolendam, de hæreti.* & Felyn. *in rubr. de hæretic. & habetur in cap. de homine, de celebra miss.* & Felyn. *in dict. cap. ad abolendam, in prima colum.* & per Thom. *in suis Quolib. quæst. 6.* Vel quod ex pane non possit confici corpus Christi, quòd panis creatura sit diabolí, vt tenuerunt Catharistæ, & Manichæi, contra quos Alphons. *de hæretic. in ver. Eucharistia, hæresi prima.* Vel Eucharistiam non azymo, sed fermentato pane cõficiendam, vt autumant Græci, & Armeni, contra quos Alphons. ibi, *hæresi secunda.* Vel qui putant aliis verbis posse consecrari, quam quibus vtitur Ecclesia, vt Vualdenses, contra quos Alphons. ibi, *in 3 hæresi.*

de Eucharistiæ sacramento. Missalanii. Aquarii. Artatorritę. Cathaphrigęs. Messalanii. Catharistæ. Manichæi. Græci. Armeni. Vualdẽses.

Negantes veram carnem Christi esse in Eucharistia, sed asserentes esse carnem in signo & figura sicut in agno paschali, vt Berengarius tenebat, & non magis extare carnem Christi in illa Eucharistia, quam in quocunque alio pane. contra quos Alphons. *de hæret. in ver. Eucharistia, in quarta hæresi.* Vel quòd in Eucharistia post consecrationem sit panis simul cum carne, & corpore Christi, vel remanere panem, quod est ipsum Christi corpus, vt etiam tenuit Lutherus, contra quos Alphons. ibi, *hæresi 5.* Vel quod in calice vinum tantum, non aqua sit consecranda, vt Græci tenent, cõtra quos ibidem Alphons. *in 7. hæresi.*

Berengarius. Græci.

Vel quòd hoc sacramentum neque prodesse, neque lædere possit, contra quod Alphons. ibi, *hæresi octaua.* Vel quod maiorem efficaciam habeat in die cœnæ Domini in hebdomada maiori, id est sancta & passionis, quam in aliis diebus, quod tenuerũt Græci, cõtra quos Alphons. *de hære. in ver. Eucharistia, in 9. hæresi.*

Græci.

Et ad receptionem huius sacramenti fidem tantum requiri, non confessionẽ aut cõtritionem, vt Lutherus tenebat, vt ibi per Alphons. *hæresi 10.*

Et qui credunt peccatores non posse recipere corpus Christi, vt per Alphons. ibi *hæresi 2.*

Item credentes quòd corpus Christi per consecrationem non adueniat, sed demum dum sumitur, & ideo frustra seruari in tabernaculis ad necessitatem, vt tenebat Lutherus Alphonsus, *de hæretic. in ver. Eucharistia, in 12. hæresi.*

Item asserentes peccare, qui non communicant sub

vtraq;

Græci. Armeni. vtraq; specie, etiam si sit laicus, quod Græci & Armeni, & Lutherus, contra quos Alphons. ibi, *hæresi 13.*

Item consecrationẽ non fuisse à Christo institutam, neq; sacrificium esse oblationem Eucharistiæ in missa, Alphons. *de hæret. in ver. missa, in 2 hæresi.*

Item sacrificium hoc non prodesse viuis, neq; mortuis, sed si cui prodesse posset, prodesset sacerdoti tantum celebrãti, vt Lutherus autumabat, & ibidem prosequitur Alphons.

Et prima hæresis, quæ apparuit in Ecclesia, fuit circa hoc sacramentum Eucharistiæ, *c. 1. hæresis, de consecr. dist. 2.* & Gondissa. *de hæret. q. 4. nu. 3.*

Item hæreticus est, Eucharistiam non recipiens singulo anno, vt tenet Fely. in rubr. *de hæret. num. 3.* per tex. not. *in auth. de priui. do. hære. mul. non præstand.* in ver. igitur sacram communem in catholica Ecclesia non percipientes à Deo amabilibus sacerdotibus hæreticos iustè vocamus, nam licet nomen Christianorum sibi imposuerint, veruntamen à Christianorum se fide, & communione separant, & idem dicit Felyn, *in c. ab abolendam, num. 2. de hæret.* quod tamen ego eo duntaxat casu admitterem, quando nollet omnino communicare, sed si per annum, vel plures annos ob aliquam causam non sumpsisset Eucharistiam, haberet tamẽ animum suscipiendi quandoque: hunc ego hæreticum non iudicarem, nam certæ pœnæ videlicet excommunicati sunt statutę contra eos, qui singulis annis Eucharistiam non suscipiunt, *c. omnis vtriusq; sexus, de pœni.* ergo non sunt hæretici. quia non ponuntur sub tit. de hære.

de Peccato eiusq; confessionem. ¶ Centesimoquinto, qui putant nullum imputari peccatum in fide manentibus, etiam si non pœniteant, vt putabant Ariani, *cap quidam, colum. 3. 24. q. 3.* & Aug. *de hære. c. 54.*

Arriani.

Item putantes male facere, qui peccatores & delinquentes puniunt, contra quos Thom. contra Gentil. *lib. 3. c. 145.* vt putabat Algazel hæreticus. Vel qui putant denegandam esse veniam pœnitentibus, vt putabant Chatari, de quibus *in c quidam, 24. q. 3.*

Algazel.

Chatari.

Item, quod non possit saluari inueteratus in peccato vsq; ad mortem, quamuis in articulo pœniteat, Oldra. *cons. 271.* Felyn. *in c. excommunicamus, de hæreti.* & Deci. *cons. 137 colum. 2.*

Item putantes se absolutos, etiam si contritio desit, etiam si absoluantur à laico non sacerdote, & quòd ad absolutionem sola fides sufficiat, vt Lutherus autumabat, vt per Alphons. qui hanc hæresim confutat *in tract. de hæreti. in ver. absolutio.*

Iacobitæ. Item putantes confessionem auricularem non esse necessariam, confitendumque esse Deo, non sacerdoti, vt Iacobitæ tenebant. Vel quòd superflua sit confessio, si adsit contritio, neque omnia peccata necessariò confitenda. Neq; confessionem esse sacramentum, vt Lutherus profitebatur, contra quę Alphons. *de hæret. in ver. confessio.* Vel qui contritionem ob timorem pœnæ peccatum esse profitetur, vt Lutherus, contra quem Alphons. *de hæreti. in ver. contritio, & in ver. pœnitentia, in 2. hæresi.* Vel satisfactionem non esse partem pœnitentiæ, neque ad eam necessariam, vt idem Lutherus prædicabat, contra quem Alphons. *de hæreti. in ver. pœnitentia.*

Nouatiani. Item qui credunt pœnitentiam non posse saluare lapsos, vt Nouatiani autumabant, cõtra quos Alphons. ibi, *in ver. pœnitentia, in 3. hæresi,* & Oldra. *consi. 271.*

de Vnctione extrema. ¶ Centesimosexto, Qui negaret extremam vnctionem esse sacramentum, neque infirmis prodesse ad salutem, vt tenebant Græci, Vualdenses, & alii, & postremò Lutherus, contra quem Alphons. *de hæreti. in ver. vnctio extrema.*

Græci. Vualdẽses.

de Ordinis sacramẽto. Ærians. Centesimoseptimo, Tenentes nullam esse differentiam inter Episcopum & alium sacerdotem, vt Ærians, de quibus per Augu. *de hæresi. c. 52.*

Item tenẽtes, malam vitam prælatorum obesse subditis, & derogare viribus sacramenti, & quòd nullus malus, possit esse Episcopus, vt tenebant Albanenses, de quibus Antonin. *in 4. parte Sum. tit. 11. c. 7.* Albanẽses.

Item putantes, sacros ordines posse conferri etiam fœminis, vt Cataphrigii, de quibus Euseb. *in historia, lib. 7. c. 19.* & Thom. in apostil. ad Titum. *c. 3.* & Alphons. *de hære. in ver. mulier.* Cathaphrigii.

Item quòd ordo non imprimat characterem, vt tenebat Lutherus, contra quem Alphons. *de hæreti. in ver. character.*

Item, quod ordo nullus sit inter Christianos, vt vnus maior sit altero, & nullum esse sacerdotem, nisi qui prædicat verbum Dei. Neque ordinem esse sacramentum, aut aliquam gratiam conferre, Alphons. *de hære. in ver. ordo contra Lutherum.* Vel quòd minores ordines, vt subdiaconatus, vt cæteri non contineantur sub sacramento ordinis, ibid. Alphons.

Item credentes sacerdotes omnes esse æqualis potestatis, vt per eundem Alphons. *de hæreti. in ver. sacerdotium, hæresi 1. & 2.* Vel quod sacerdos amittat cõsecrandi potestatem, si peccatum mortale incurrat, vt ibi latè per Alphons. *in 3. hæresi.* Neque sacerdotes in matrimonio debere abstinere, contra quam hæresim Alphons. *de hæreti. in ver. sacerdotium, in 4. hæresi.* Vel quòd infimus quisque possit exercere officium Episcopale, absente Episcopo, vt idem Alphons. ibi, *in 5. hæresi.*

de Matrimonio. Abelliani. Adamiani. ¶ Centesimooctauo, Asserentes matrimonium cum carnali copula peccatum, vt Abelliani tenebant, contra quos Aug. *de hæresi c. 87.* quem errorem etiam Adamiani tenebant. quod scilicet coitus nunquam, nisi post peccatum. de quib. etiam *in c. quidam, 24. q. 3.* & Aug. *de hæresi. c. 31.* & Crim. *de honesta disciplina, lib. 16. c. 16.* & Alphons. qui plures similes refert hæreticos, *in tractatu de hæreti. in ver. nuptiæ, hæresi 1.*

Item putantes matrimonium perpetuum licitum non esse, sed tantum promiscuum coitum, cum licentia tamen Principis, vt tenuerunt Adamitæ, vt refert Æneas Sylu. *in lib. de origine Bohem. c. 41.* Adamitæ.

Item tenentes, quod si Adam non peccasset, non fuisset distinctio sexus, sed multiplicatio hominum, sicut Angelorum, vt tenebat Almerius Carnotensis, de quo *in cap. vltimo, in fi. de summa Trin. & fide cathol.* Vel qui sub prætextu castitatis matrimonium damnat, cõuersantes tamen cum mulieribus in eadem domo & lecto, vt faciebant Agapetæ, contra quos inuehit Hieron. *in Epistola ad Eustochium de virginitate custodienda, & idem ad Octenum, de vita cler.* Almerius Carnotẽsis. Agapetæ.

Item qui secundas nuptias putant prorsus illicitas, vt Cathari, & Nouatiani, & Cathaphriges, de quibus Aug. *de hæresi c. 26. & 38.* & Alphons. *de hæreti. in ver nuptiæ, in 2. hæresi.* Cathari. Nouatiani. Cathaphriges.

Item credentes opus esse charitatis communicare omnia, etiam vxores, vt Balthasar & Dulcinus quidam, de quibus Blondus Deca. 2. *lib. 9. & Naucl. in Chronica gener. 44.* Balthasar. Dulcinus.

Item qui coniugatos putant non posse saluari, sed monachos tantum, vt Eraclitæ, de quibus *in cap. quidam, 24. quæst. 3.* Eraclitæ.

Item promiscuos coitus semel tantum in anno concedentes, nulla habita ratione sanguinis aut affinitatis, vt Euchetæ, de quibus Crini. *de honesta disciplina, lib. 7. c. 4. & Cæli. Rodi. Antiq. lect. lib. 2. c 16.* Dicentes quoque se habituros vxores suas in alio seculo, hæretici sunt, vt per Card. *in clem. 1. §. nos. de summa Trinit & fide,* refert Carrer. *in tracta. de hæret. num. 2. in fin.* Asserens Fornicationem simplicem non esse peccatum mortale, *gloss. in c. ad nostram, de hæret.* Ioan. Andr. *in c. sine culpa, de regul. iur. in 6. in Mercur. cum concor.* de quibus per Carrer. *in tracta. de hære. numero decimoseptimo.* & Alphonsus *de hæret. in ver. coitus, in prima hæresi, car. mihi 131. in fine, & sequent.* licet ibi prius dubitet. Euchetæ.

Item professus recedens à religione & publicè contrahens matrimonium, Bald. & Salic. *in l. nemo, C. de summa Trin.*

...t Trin. Panor. *in c. de homine, de celebra. miss.* Abb. *consil. 68. videtur primo. nume. 4.* vbi ex mente Butr. dicit, quòd si clam contraxit, præsumitur dolo, & ideo Inquisitor debet cognoscere: si verò palam, non præsumitur in dolo, sed errare: & si Carrer. *de hære. nume. 38.* videatur totum contrarium tenere, & scilicet si palam, punietur vt hæreticus: quod ego magis verum puto, cum non possit dici errasse, qui publicè contrahit, cum votũ fecerit castitatis, *c. 1. de voto*, & nimium supina foret hæc ignorantia, ideo cum palam contrahat, videtur credere se posse id facere, ideo hæreticus, licet Campegi. in additio. ad Zanch. *c. 35. in fi. add.* videatur tenere, quòd suspectus est.

Item si quis publicè duas duxerit vxores, & hoc sibi licere crediderit, vt sentit Bald. *in dict. l. nemo*, & Gemin. *in cap. accusatus, §. sanè, de hære. in 6.* Felyn. *in c. ad abolendam, 1. colum. de hære.* Carrer. *in tracta. de hære. nume. 38.* Nota tamen, quòd contra ducentem duas vxores potest inquiri, vt videatur, qualiter sentiat de sacramento matrimonii, Lapus *in cap. accusatus de hære. in 6.* Credentes coitum promiscuum licitum, & quemlibet masculum vel fœminam teneri sub pœna peccati mortalis assentiri appetenti coitum cum eo, vt multi senserunt, contra quos Alphons. *de hæreti. in ver. coitus, hæresi 1.*

Item asserentes coitum, vrgente naturali libidine, non esse peccatum mortale, quia natura excusat, sed osculum peccatum esse, cum naturæ excusationem nõ habeat vt asserebant Baguardi, contra quos Alphons. *de hæret. in ver. coitus, in 3. hæresi.* Baguardi.

Item qui asserunt matrimonium non esse sacramentum, neque posse gratiam conferre, vt tenuerunt Armeni & Lutherus, contra quos Alphons. *de hæret. in ver. nuptiæ, in 3. hæresi.* Armeni.

Item qui tenent licere duas habere vxores vel plures, vt Anabaptistæ, & Adamitæ, contra quos Alphons. ibi *in 4. hæresi.* Anabaptistæ. Adamitæ.

Item asserentes matrimonium posse pro libito coniugum dissolui, vel per diuortium, vel aliter, vt tenuerunt Montanus, Erasmus, Lutherus, Caietanus, contra quos Alphons. *de hære. in ver. nuptiæ, in 5. hæresi.* Montanus. Erasmus. Lutherus. Caietanus.

Item qui credunt, licitum esse palam coire omnibus videntibus, quòd naturalia non debeamus erubescere, contra quos Alphons. *de hære. in ver. verecundia.* Asserentes quoque virginitatem non esse maioris meriti, quàm matrimonium, vt Iouinianus, Eluidius, Basilides, Lutherus, contra quos Alphons. *de hære. in ver. virginitas.* Iouinianus. Eluidius. Basilides.

Item asserentes inter hæreticos non esse verum matrimonium, *vt in c. decreuit, de hære. in 6.* & not. Card. *in cap. vltimo, de conditio appo. in quæstio. 2. facit quod not. in capitulo de fidelibus, de consang. & affin. & in cap. gaudemus, de diuor.*

¶ Centesimonono, asserẽtes fato omnia regi, vt Bardesanistæ, de quibus August. *de hære. c. 35.* de Fato. Bardesanistæ.

Item obseruantes auguria, & superstitiosas diuinationes, Deuteron. *c. 7. & c. sed & illud, quod est vlti. 26. q. 2.* de Auspiciis.

Item qui somnia obseruant, credentes vera prænunciare, vt Messalarii, qui putabant somnia prophetias esse, de quibus per Hist. Triparti. *lib. 7. c. 11.* de Somnio. Messalarii.

¶ Centesimodecimo, asserentes Pontificem & Episcopos parere debere Imperatori, non è contra, vt Eutichiani tenebant, in quam hæresim lapsus Anastasius Imperator, de quo Greg. *in dialog.* de Obediẽtia Ecclesiasticorum. Eutichiani.

Item oppugnantes priuilegia Romanæ Ecclesiæ, *c. omnes, 22. dist.* Deci. *consilio 151. colum. 6. in fin. primi dub.* etiam si simpliciter attentauerit, vt per Carrer. *de hære. nume. 33.* Asserentes Papam, & Ecclesiam non habere authoritatem condendi Canones & constitutiones, *cap. nullitas. 19. distinctio. gloss in capitulo illi qui, §. quia verò, 24. quæstione 3. gloss. in capitulo generali, de elect. in 6.* Panormit. *in capitu. 1. in prima gloss. de aposta.* Felyn. *in cap. 1. 3. colum. de constit.* & contra hos Alphons. *de hære. in ver. Ecclesia, in 3. hæresi.* Asserentes Ecclesiam posse habere duo capita, id est, duos Pontifices & Vicarios Christi, Abb. *in c. nouit ille, num. 12. de iud. & in c. firmissimè. n. 2. de hære.* de Priuilegiis & Potestate ecclesiæ.

Item asserentes Papam non posse habere potestatem in temporalibus, & Imperatorem non habere Imperium ab Ecclesia, vt in extrauag. Bonif. *incip. vnam sanctam Ecclesiam, sub tit. de maior. & obed. plenè gloss. in ver. Ecclesiæ, in cap. ad nostrum, de hæret.* Felyn. *in cap. quæ in Ecclesiarum, penult. colum. ver. hanc declarationem, & in cap. firmissimè, de hæreti, cum concor.* vt per Carrer. *de hære. nu. 30.* de Iurisdictione temporali.

Itẽ asserentes peccata dimitti à solo Deo, absque ministerio clauium, vt per Fely. latè *in cap. excommunicamus, il secondo, de hære.* & per Carrer. *de hære. nu. 34.* Asserentes, decimas non deberi Ecclesiæ & prælatis, Anchar. *in clem. prima. §. sanè, de vsuris.* & latè per Carrer. *de hæreti. numero 37.* de Peccatorum remissione.

Item credentes se posse in bonis Ecclesiæ instituere hæredes consanguineos, aut extraneos vel paganos, *c. si quis*, vbi summat Panormit. *& cap. sequenti*, vbi Felyn. *de hæreticis.* de Bonis ecclesiasticis.

Item asserentes ea, quæ circa Pontificem dicta sunt, super num. 15. cum multis sequent. quæ hic collocanda erant.

Item asserentes Ecclesiam, nil propriè habere posse, vt tenebant Vadiani, Vualdenses, & plures alii, contra quos Alphons. *de hære. in ver. Ecclesia, in 4. hæresi.* de Proprietate rerum eccles. Vadiani. Vualdẽses.

Item qui asserit excommunicationes Papæ esse contemnendas, vt Ioan. Vuicleph, Lutherus, & alii, contra quos Alphons. *de hære. in ver. excommunicatio.* Tenentes ac impiè asserentes, Papæ potentiam tyrannicam, & Antichristi ac Nembroth, & Regnum Ecclesiæ, regnum esse Babylonis, vt Lutherus, & ante eũ alii, contra quos Alphons. *de hære. in ver. Papa.* de Excommunicatione.

Item asserentes solum bonum Papam habere potestatem, non malum. ibi, Alphons. *in 2. hæresi.* Asserentes Papam, nullam habere potestatem contra hęreticos, cum imò habeat contra quoscunque, etiam si Angelus foret hæreticus, vt per Gondisla. *in tracta. de hære. q. 7.*

Item asserentes, Papam non posse dimittere peccata, Oldra. *consilio 271.* Anto. *in cap. quod autem, de pœn.* Abb. & Ioan. de Anan. *in capit. ad liberandum, de Iudæ.* Card. *in clem. 1. de reliqui. & ven. sanct.* Asserentes indulgentias non valere ad remissionem pœnæ præhabitis debitis circunstantiis, neq; Papam posse eas concedere. *c. legimus, 93. dist. & Thom. secunda secundæ q. 187.* & per Zaneti. *in tract. de foro conscientiæ & contentioso, nu. 184.* de Indulgentiis.

Item non credẽtes in omnibus, quod credit, & credere iubet Sancta Romana Ecclesia, *vt in c. 1. & 2. de summa Trin. & in c. ego Berengarius, de consecr. dist. 2.* vbi Berengarius reuersus ad fidem confitetur se credere, quod credit Romana Ecclesia, *& in cap. hæc est fides, 24. q. 1. & in cap. quoniam, ea. cau. & quæst.*

Item qui negant primatum Ecclesiæ Romanæ, *cap. 2. & cap. sacrosancta, 22. distin.* Negantes Pontificem habere ius dispensandi, *contra cap. ponderet. 50. distinct.* Contraueniens bullæ Papæ habenti clausulam indignationis, si per contemptum contraueniat, Martin. Laud. *in tracta. de priuilegiis, & rescript. q. 18.*

¶ Centesimodecimo, asserentes Concilium nullam habere potestatem, vt asseruerunt omnes hæretici. de Cõciliis.

Item & Conciliũ errare posse, contra quos Alphõs. *de hære. in ver. Concilium.* Gondisla. *in tracta. de hære. q. 7. nu. 7.* Tenentes opin. contra quatuor prima concilia, videlicet, Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense. *l. 4. §. suscipimus, C. de summa Trinit. l. quicunq; in princip. C. de hære.* Conuocantes vel interessentes cœtibus, & conuenticulis ac parasynaxis hæreticorum, *d. l. quicunq; §. vniuersi, C. de hære.*

¶ Centesimoduodecimo, Qui dogmata Ecclesiæ spernunt, vt si credant sacrificia & oblationes pro defunctis nõ prodesse, pariter nec eleemosynas, quod reprobatur, *c. animæ. 13. q. 2. & c. præced. incip. pro obeuntib.* similiter neq; ieiunia statuta ab Ecclesia seruanda, sed pro libito ieiunandum, ne videantur sub lege, vt autumabant Ariani, de quibus per Aug. *de hære. c. 53.* de Carẽmoniis. de Ieiunio. Ariani.

Item

Almericus Carnonen-sis.

Item qui Imagines, Altaria, Reliquias sanctorum thurificare putãt Idololatriã, vt Almericus Carnonensis, & alij, *de quo in c. vlt. in fi. de sum. Trin. & per Cæsar. in dial. dist. 5. & per Alphons. de hær. in ver. imago.*

Albigenses.

Item qui in alium finem ieiunant, quàm ob macerationem carnis, *vt per Hieron. in epistola ad Eustochium, in primo tomo, car. 140.* Qui irrident morem standi in Ecclesia, & orandi, & dicendi horas Canonicas, & omnes eleemosynas, & pios actus pro defunctis, *vt per Cæsar. in dial. d. dist 5.* prout Albigenses, hæc omnia irridebant. Putantes neminem saluari posse præter eos, qui nil possident,

Apostolici.

& omnia reliquerunt, vt putabant hæretici dicti Apostolici, *vt per August. de hær. c. 40. & Thom. contra Gentil. lib. 3. c. 127 in fi & c. quidam, 34. q. 3.* Putantes non esse assurgendum, neq; aperiendũ caput sacratissimo corpori Christi, sed tantum in extasi contemplandi, vt putabant Begardi, *vt in clem. ad nostrum, in fi. de hær.*

Begardi.

Anabaptistæ.

Item Anabaptistæ, qui damnant Magistratus, iudicia, iuramenta & omnia politica. Qui Sanctorum preces prodesse nõ putant, ieiunia, horasq; Canonicas damnant. Nullumque prorsus diem festum celebrandum putant, præter diem Dominicam, & Pascha, Monasteriáve putant diaboli figmenta, vt tenebant Hussitæ, *de quibus in tract. de persequut. Eccl. c. 39.*

de Paupertate.

Item qui statum paupertatis damnant, neq; licitum putant bona sua relinquere, vt Christum sequatur, nisi velit manibus, & sudoribus sibi victum parare, de quibus Thom. *in tract. contra impugnantes relig. c. 6.* horum hæresiarcha erat Desiderius quidam Longobardus, *vt ibi per Thom.*

Desiderius.

Diopetres.

Item qui damnant charitatem, & curam humanitatis in peregrinos, vt damnabat Diopetres hæresiarcha, *de quo Ioan. in Canonica sua 3. vbi Beda:* Putantes non saluari posse, qui nudis pedibus non incedunt, maximè in Ecclesias, vt illi hæretici, qui Discalciati appellantur, & de quibus Augustin. *de hæret. & habetur in clem. cedit, de Iudæ.*

Discalciati.

Hæbionei.

Qui putant in persequutione fidem abnegari posse & debere ore, modò corde retineatur, vt Hębionei docebant, de quibus Augustin. *de hæresi. cap. decimo.* Qui non putant eos saluari posse, qui carnes comedunt, vt autumabant Taciani, siue Encratitæ, de quibus Augustin. *de hæreti. cap. 25. & in l. Arriani, C. de hæreti.* qui & Seueriani dicti, *de quibus etiam Cæl. Rhodigi. lect. antiq. libro 9. cap. decimo septimo, & libro vigesimo septimo, cap. vigesimo.*

Taciani. Encratitæ. Seueriani.

Euchitæ.

Qui credunt Monachos non posse saluari, si manibus operentur, vt victum quæritent, vt tenebant Euchitæ siue Euchidiæ, *de quibus Cypria. in suo opere de hæret. & Damasce. in lib. primarum hæresum.*

Item qui putant orationibus semper vacandum, neque aliis piis operibus vacandum, neque quicquã temporis intermittendum præter id, quod naturalibus officiis impendi necesse est, vt Euchitæ, de quibus Augustin. *de hær. cap. 57.* Contumax cum contemptu in parendo præceptis Ecclesiæ & prælatorum, §. *si qui presbyteri, 80. distinct. & cap. nullus contumax, cum concordan. de quibus per Carrer. de hæret. numero quadragesimotertio.* Negantes aquam & cereos benedictos, plus virtutis habere, quàm alios: similiter & irridentes benedictiones campanarum, mitrarum, ignis, & alias similes, contra quos Alphonsus *de hær. in verb. aqua, & in verbo, benedictio, & in verbo, exorcismus.* Credentes cantus Sacerdotum in Ecclesia prohibendos, & etiam cantus Balaal, vt tenebat Ioannes VVicleph, contra quem & alios similes Alphonsus *de hæreti. in verbo, cantus.* Vel licere commedere quæcunque cõmestibilia, nulla habita ratione temporum prohibitorum ab Ecclesia, vt Iouiniani, VValdenses, & Lutherani, contra quos Alphonsus *de hæret. in verbo, cibus, in secunda hæresi.* Horas canonicas non prodesse Sacerdotibus propter seruitutem, qua lex eos premit, contra quos Alphons. *de hær. in verb. horæ Canonicæ.* Ieiunia & ciborum delectus damnantes, contra quos Alphonsus *de hæret. in verbo, ieiunium, in prima hæresi*, maximè si statutis temporibus sint indicta, *vt eodem loco habetur hæresi secunda.* Aut ieiunia non esse necessaria iustis, vt tenuerunt Begardi, contra quos Alphons. *ibi, in tertia hæresi.* Vel qui putant eos solos saluari, qui nudi incedunt, vt Adamitæ. contra quos Alphonsus *de hæret. in verbo, nuditas.*

Iouiniani. VValdenses.

de Ieiuniis.

Begardi.

Adamitæ.

Item qui credunt Pascha celebrandum esse 14. Luna inuiolabiliter, contra quos Alphon. *de hær. in ver. Pascha.* Vel sepulturam corporis in sacro loco, nil plus prodesse, quàm in profano, vt tenebant VValdenses, contra quos Alphons. *de hæret. in verb. sepultura.* Vel qui putant suffragia pro defunctis nil prodesse, vt plures etiam ante Lutherum tenuerunt, contra quos Alphons *de hæret. in ver. suffragia.* Vel quòd templa in Ecclesia Dei nõ prosint, neque ædificanda, vt VValdenses profitebantur, contra quos Alphons. *de hær. in ver. templa.*

de Pascha-te. Sepultura. VValdẽses.

¶ Centesimodecimotertiò, abnegantes vel improbãtes Scripturas aliquas, aut partem aliquã earum, quæ sunt ab Ecclesia approbatæ, vt Manichæi, qui profitebantur Euangelium contrarium esse legi antiquæ, & Prophetis, & similiter Apostolica dicta, contra quos librum vnum scripsit Augustinus, qui est in Tomo operum suorum 6. Et prout erant Alogi & Alogiani, qui negabant verbum Deum esse, ideo negabant Euangelium Ioannis & Apocalypsim, *vt per August. de hæresib. c. 30. & in d. c. quidam, 34. q. 3.*

de Scriptũ rarũ sacrarũ contemptu. Manichæi. Alogi, Alogiani.

Item asserentes vetus testamentum non esse recipiendum, & quòd nullus ante Christum bonus fuit, vt sentiebant Albanenses, vt per Antoninum *in quarta parte Summæ, titu. 11. cap. 7.* Qui etiam vetus testamentum respuerent, & dicerent solum Euangelium amplectendum, vt Andeani putabant, *de quibus in l. Arriani, Cod. de hæret. & in histor. Tripart. lib. primo, ca. vndecimo,* quod etiam asserebant Apellitæ, vt per Augustin. *lib. 2. contra aduersar. legis & prophet. cap. vlt.* & Cerdoniani, *vt per Augustin. de hære. cap. 18. & d. cap. quidam, & alij plures, quos longum esset enumerare.* Et denique qui aliquem librum veteris vel noui testamenti ab Ecclesia receptum respueret, & præsertim in Concilio Laodicensi, hæreticus est, vt in eodem Concilio dicitur *cap. 59.* & quanquam in eo non connumerentur omnes Scripturæ, quæ hodie receptæ sunt, vt Thobiæ, Iudith, Sapientiæ, Ecclesiast. Machabæor. & Apocalyp. non tamen excludit, quin possint per alia Concilia approbari, prout fuerun tapprobatæ in Concilio Carthaginens. 3. licèt etiam in hoc non sit connumeratus liber Esdræ, vt refert August. *lib. 2 de doctrina Christiana, cap. 8.* quas omnes Scripturas recepit etiam Concilium Florentinum sub anno 1439. in Decreto 7. quod addidit etiam librum Baruch, & demum omnes sunt approbatæ à sanctissimo Concilio Trident, *in 3. Sessione, anno 1546. 5. Aprilis.*

Apellitæ. Cerdoniani. Andeani. Albanenses.

Item ij sunt hæretici, qui aliter Scripturas interpretantur, quàm Ecclesia Catholica, dato quòd inniterentur verbis vel allegoriis, vt testatur Augustin. *de doctrina Christiana, lib. 3. c. 8. & 10. & in epist. 40. ad Vincentium Donatistam, & Hieronym. in 2. lib. super Matthæum*, exponens illud de fermento à muliere absconso, *& idem Hieronym. in epistola ad Galatas.* Omnis enim hæresis ab hoc fonte prauæ interpretationis Scripturarum effluxit, *vt inquit August. lib. 83. q. in q. 69. in 4. Tomo, & beatus Pet. in 2. sua epist. c 3.*

de interpretatione S. literarum.

Item qui non credunt Canonibus Apostolorum, 48. quos posuit Isidorus in principio Conciliorum, & Clemens Zepherinus, & Leo Papa confirmarunt. Et pariter, qui non credunt aliis Scripturis vniuersalis Ecclesiæ, & ab ea approbatis, *vt per Augustin. epist. 118. ad Ianuarium, & etiam in epist. ad Casulam presbyterum. & idem aduersus Gresconium Grammaticum, & Origen. in lib. Numer. homil. 5.* Qui denique non credunt Scripturis omnibus, interpretationibus, & traditionib. patrum, tam circa fidem, quàm circa mores, *de quibus in Concil. Tridentino, Sess. 4. c. 1.* Similiter & qui Leonis Epistolam ad Flauianũ respuerit, hæreticus est, *c. vlt. 15. distinct.*

de Canonũ auctoritate.

Item qui teneret Euangelium esse prædicandum secundum literalem sensum, non autem secundum allegoricum, vt tenebat Abbas Ioachim, & quidam Petrus Ioannis, contra quos Alphons. *de hære. in ver. Euangelium, in 2. hæresi.*

Abbas Ioachim.

Item qui crederet Euangelium non esse legem iuxta propriam legis rationem, prout profitebatur Lutherus, contra quem Alphons. *de hære. in verbo, Euangelium, in tertia hæresi.*

de Resurrectione mortuorum.

¶ Centesimodecimoquartò, qui resurrectionem mortuorum negarent, & eo modo, quo ab ecclesia creditur, prout plures à primis Ecclesiæ temporibus tenuerunt, contra quos Alphons. *de hæret. in verbo, resurrectio.*

Item si tenerent in resurrectione corpora nostra futura palpabilia & visibilia, contra quos Alphons. *ibi, in 2. hæresi.* Vel quòd corpora post resurrectionem futura sint iterum mortalia, vt ibi per Alphons. *hæresi 3.* Vel quòd omnes in sexu masculino sint resurrecturi, non in fœminino, contra quos Alphons. *hæresi 5.*

Item credentes Christum resurrexisse à mortuis post parasceue, hora sexta, contra quos idem Alphons. *in ver. resurrectio, hæresi 4.*

de Paradiso & Inferno.

¶ Centesimodecimoquintò, asserentes non esse Paradisum, aut infernũ in alio seculo, sed quemlibet bonum in se Paradisum habere, malum autem infernum, vt Almerius, *de quo in cap. fin. de summa Trinitat. & Cæsari. in Dial. distinct. 5. & Federic. consilio. 245. Reueren. in Christo Patri. Carrer. in tractat. de hære. numero trigesimosexto, & Alphons. de hære. in verbo, Infernus, & Federic. de Sen. consilio ducentesimo quinquagesimo secundo*, in qua phrenesi fuerunt Ouidius, dum in Metamorph. inquit:

Almerius.

Ouidius.

*O genus attonitum gelidæ formidine mortis,*
*Quid stygа, quid tenebras & nomina vana timetis?*
*Materiam vatum falsiq; pericula Mundi.*

Et Seneca, qui in libro de Consolatione ad Marcia. sic inquit: illa, quæ nobis inferos faciunt terribiles, fabula est; Luserunt ista Poetæ, & vanis nos agitauere terroribus. Vel asserentes in Paradiso non posse videri Deũ, in sua essentia, sed tantùm in splendore quodam: & in hoc mundo videri posse Deum in rebus ab eo creatis, vt Armeni & alij, *de quibus in cap. excommunicamus, de hær. et. & Alphons. de hære. in ver. beatitudo.* Vel qui putarent beatam vitam futuram in carnis deliciis, contra quos Alphons. *ibi, in 2. hæresi.* Vel beatos iterum in corpora redituros, & iterum beatos futuros, vt sic fiat quidam circulus Beatitudinis & miseriæ, vt Origenes putabat, contra quem Alphons. *de hære. in verb. Beatitudo, in 3. hæresi.* Vel quòd beatitudo possit in præsenti vita haberi secundum omnem gradum perfectionis, vt tenebãt Begardi, contra quos Alphons. *de hæresi, in verb. beatitudo, in quarta hære.* Vel qui putarent omnem intellectualem naturam ex se ipsa beatam esse, vt Begardi, contra quos Alphons. *in tractat. de hære. in ver. beatitudo, in 5. hæresi. & est text. in clemen. vlt. de hære.*

Seneca.

Armeni.

Origenes.

Begardi.

Item qui putant ante diem iudicij, nullam animam beatam esse posse, neque damnatam, vt tenuerunt Armeni & Græci, contra quos Alphons. *in d. ver. beatitudo, in sexta hæresi*, vbi refert hanc damnatam in pluribus Conciliis.

Armeni. Græci.

Item si crederent non esse futuros gradus beatitudinis, & pœnarum in alio seculo, sed omnes pares futuros, vt Iouinianus asserebat, quæ hæresis fuit damnata à pluribus Conciliis, *vt per Alphons. in d. ver. beatitudo, in septima hæresi.*

Iouinianus.

Item qui credunt omnem iustum certitudine fidei, scire se esse in gratia, & iustificatum, vt Lutherani tenent, contra quos Alphonsus *de hære. in ver. certitudo.*

Item qui asserunt diabolum, nunquam fuisse bonum, sed ex sui natura semper malum, vt tenuerunt Manichæi & Prisciani, contra quos Alphons. *in verbo, diabolus, in prima hæresi.* Vel diabolum aliquando liberandum esse à pœna inferni, vt tenuit Origenes, contra quem Alphonsus *de hære. in verbo, diabolus, in secunda hæresi.* Vel qui putant infernum nullum esse, nullasque futuras pœnas in alio seculo, cùm passio Christi omnia purgauerit, contra quos Alphonsus *de hære. in verbo, infernus, in secunda hæresi.* Et qui putant pariter nullum futurum iudicium, contra quos idem Alphonsus *in verbo, iudicium.*

Manichæi. Priscianí.

Origenes.

Item qui putant iudices non posse condemnare delinquentes pœna aliqua, contra quos Alphonsus, *de hære. in ver. iudex.*

Item qui asserunt nullum esse locum purgationis in alio seculo, vt Græci & Armeni tenuerũt, contra quos Alphons. *de hæret. in ver. purgatorium.*

de Purgatorio. Græci. Armeni.

Item qui putant dato purgatorio animas in eo existentes non esse extra statum merendi, vel demerendi, contra quos Alphons. *ibi in secunda hæres.* Vel animas in purgatorio non posse existere de sua salute securas, ibi. Alphons. *in 3. hæresi.* Et quòd animæ in purgatorio existentes peccant, dum quærunt requiem, & exhorrent pœnas, *ibid. in 4. hæresi.*

Item qui putant timorem pœnarum, & Dei propter pœnas esse inutilem, quinimo peccatum, vt Lutherani tenent, contra quos Alphonsus *de hæret. in verb. timor Dei.*

¶ Centesimodecimosextò. Asserentes id, quod verè peccatum est, si bono zelo & charitate fiat, non esse peccatum, vt Almericus asserebat, *de quo in capit. vltimo, in fine, de summa Trinitate.* Vel quòd peccatum originale nihil sit: vel quòd peccata non veniant à libero arbitr. vt Albanenses: vel quòd peccatum luxuriæ & gulæ non sit peccatum, quia naturam habent ducem, vt Baalamitæ. Et putantes sola voluntate sua, & liber. arbitr. absque etiam gratia Dei posse quem non peccare, & beatũ fieri, stante legis obseruatione, vt Pelagiani asserebant, contra quos Augustinus plura scripsit, præsertim librum vnum ad Eutropium, & Paulum de perfectione iustitiæ concludens in fi. tales ab auribus hominum amouendos, & ore omnium anathematizandos, & de quibus idem Augustinus *de hæres. capit. 41. & 88.* & duos etiam libros idem scripsit contra eos de gratia Christi, qui sunt in 7. tomo, & in lib. 2. c. 7. narrat, quomodo fuerint damnati.

de Peccato. Almericus. Albanẽses. Baalamitæ. Pelagiani.

Item qui putant se ipsos interficere, salubre esse, vt eo martyrio peccata omnia deleantur, cõtra quos Augustinus *in epistola ad Bonifacium, quæ est sub numer. 50.* contra quos etiam Alphonsus *de hære. in verbo, martyrium, hæresi. 2. & 3.*

Homicidiũ sui.

Item qui putant mendacium dicere, non esse peccatum, præsertim negando se bonum fecisse, vt humilitatem ostenderet, contra quos Alphonsus *de hæret. in ver. mendacium.*

Mendaciũ.

Item qui putant omnia opera nostra peccata esse, imò iustum in omni bono opere peccare, vt Lutherus docuit, contra quem Alphons. *de hæret. in ver. opera*, vel peccata nostra non procedere à libero nostro arbitrio, sed à diabolo, vt docebant Valentiniani, Manichæi, & alij, contra quos Alphons. *de hæret. in ver. peccatum, in tertia hæresi.* vel quòd sint aliqua peccata, quæ à nullo sacerdote remitti possint, vt tenuerunt Armeni, cõtra quos Alphonsus *de hæreti. in verbo, peccatum, in hæresi sexta.* Vel quòd nullum peccatum sit tolerandum etiam gratia euitandi maioris mali, vt VValdenses tenebant, contra quos Alphonsus *in dicto verbo, peccatum, in septima hæresi.* Vel quòd omnia peccata paria sint, contra quos Alphonsus *ibi. hæres. octaua.* Vel quòd semel per gratiam iustificatus, non possit amplius peccare, contra quos Alphonsus *ibi. in 9. hæresi.* Vel quòd nullum possit dici mortale peccatum, præter infidelitatem, vt Lutherus & alij, contra quos Alphonsus *de hæret. in verbo, peccatum, in decima hæresi, & Alexand. del Neuo, consilio 101. numero 21. & consil. 102.*

Bona operа.

Valentiniani. Manichæi.

vvaldenses.

*consil.102.num.3.* Vel quòd omnia sint peccata mortalia, nullum veniale, vt docebat Caluinus, contra quem Alphons. *de hæret. in verb. peccatum, in 11. hæresi.* Vel quòd per peccatum magistratus & prælati tollatur omnis potestas tam secularis, quàm Ecclesiastica, vt plures tenuerunt, contra quos Alphons. *de hæreticis, in verbo, potestas.* Vel quòd furanti non sit necessaria restitutio ablatorum ei, à quo ablata sunt, sed sufficere eleemosyna ea largiri, vt asseruerunt Græci, contra quos de hæreti. *in verb. restitutio.*

Incestus. Item dicentes incestum non esse peccatum, contra quos Federic. *consil.252.*

Fornicatio. Item qui asserant fornicationem, vel vsuram, vel quemlibet alium actum ab Ecclesia pro peccato habitum, non esse peccatum, *vt per Purpura in l. cunctos populos, Cod. de sum. Trinitat. numero 47. & Capel. Thol. decis. 346. vbi etiam addi.*

de Libero Arbitrio. Albanēses. Pelagiani. Cælestini. ¶ Centesimodecimoseptimò, qui asserunt in nobis non esse liberum arbitrium, vt Albanēses de quib. Archiepisc. Flor. *in 4. par. sum. tit. 11. c. 7.* vel contra omnia lib. arbit. cōcedentes, nil autem gratiæ, vt Pelagiani, & Cælesti. de quibus per August. *epist. 90. & in pluribus libris contra Pelagianos & Cœlesti scriptis, & Alphons. de hære. in ver. gratia, 1. hæresi. & in ver. libertas*, vel quòd nemo per magistratus possit cogi ad bonum stante lib. arbi. vt Donatistę, *vt in c. displicet, 23. q. 4.* Vel gratiam semel per baptismum acceptam non posse amitti, contra quos Alphons. *de hære. in ver. gratia, 2. hæresi*, vel cōtra, quòd semel amissa nunquam recuperari possit, vt Lutherus docebat, contra quem Alphon. *de hæret. in ver. libertas, in 2. hæresi.* Vel quòd iustus semper certus sit se habere gratiam Dei, ibi Alphons. *in 3. hæresi.* Vel quòd opera nostra nullum possint consequi meritum ad gratiam consequendam, quod asserebat Lutherus, contra quem Alphon. *de hære. in ver. meritum*, cùm imo diceret omnia opera nostra peccatum esse, *vt supra, & idem Alphons. in ver. opera.* Nec non qui putarent nullum opus nostrum esse bonum, nisi ex amore erga Deum duntaxat procedet, etiam si fieret gratia consequendæ salutis æternæ. Vel quòd homo postquam ad gradum perfectionis peruenerit, nulla debeat bona opera facere, de qua Alphons. *in ver. opera, in 3. hæresi.* Vel quòd nullum opus bonum sit ad vitam æternam cōsequendam necessarium, vt Lutherus tenebat, contra quem Alphons. *in verb. opera, in quarta hæresi.* Vel quòd prædestinatis nil faciat liberum arbitrium, cùm eorum opera bona vel mala neque prosint, neque noceant, vt credebat Ioan. Huss, contra quem Alphons. *de hæret. in verb. prædestinatio.* Vel qui tenent vota non obligare, quia nihil bonum ex necessitate sit faciendum, sed omnia ex libera voluntate, vt tenuit Lutherus, & ante eum alij, contra quos Alphons. *de hæret. in ver. votum.* Vel quòd nil voueri debeat, quod non sit præceptum à Deo, *ibi, hæresi secunda.*

de Angelis. Angelici. ¶ Centesimodecimooctauò, si quis putaret Angelos pro Diis colendos, vt quidam hæretici, Angelici dicti, profitebantur, de quibus August. *de hæres. c. 39.*

Item qui assererent Angelos neque bonos, neq; malos fuisse à Deo creatos, quæ hæresis damnata fuit, *vt per Alphons. de hæret. in ver. Angelus, & habetur in c. firmiter, de summa Trinit. & fide cathol. & in auth. nouell 146. & per Thom. in prima parte summæ, q. 6.*

de Maria V. Centesimodecimonono, asserentes Mariam matrem Christi non fuisse virginem, & post natum Christum commistam fuisse cum viro suo, vt Antidicomarianitæ putabant, contra quos tex. *in c. Ioseph, de verborum significa. & in c genuit 27. q. 2. & in c. quidam, 24. quæst. 3. in 4. columna.*

Antidicomarianitæ. Vel quòd Christus vere fuerit filius Ioseph, vt putauit

Aquila. Aquila, de quo August. *15. de ciuit. Dei, c. 23. & de his Alphon. de hæret. in ver. Maria virgo, & in prin. lib. 1. c. 5. in fi.* Vel q̄ Maria non fuerit Christi mater, sed tantum cuiusdam hominis iusti, contra quos Alphons. *in d. ver. Maria virgo, in secunda hæresi.*

¶ Centesimouigesimò, qui asserunt animas ab animabus generari, sicuti corpora à corporibus, vt Apollinaristæ, contra quos Tho. *secundo contra Gentiles, c. 86. & habetur in l. Arriani, C. de hæret.* Vel qui putarent animam mori cum corpore, sed simul cum ipso corpore resurrecturam, vt Arabici quidam, de quibus August. *de hæres. c. 83. & in c. quidam, 24. q. 3. col. 5. & Tho. secundo contra Gentil. c. 79. & Alphon. de hæret. in ver. anima, in prima hæresi.* Quinimo manifesti dicuntur hæretici, qui asserunt animam esse mortalem, *vt inquit Federi. de Sen. consil. 245.*

de Animarum generatione. Apollinaristæ. Arabici.

Item, quòd anima sit sanguis, & generetur ex præexistenti materia, & traducatur de corpore in corpus, *vt habetur in c. quod verò, & in c. Moyses, in glo. nec animatum, 32. q. 2. & in clem. 1. de summa Trinita.*

Item qui asserunt animam rationalē seu intellectualem non esse per se formam humani corporis, *vt in d. cle. 1. §. porrò, vbi glo. de summa Trin. & fide cath. & Alphons. de hæret. in verb. anima, hæresi prima.* Vel qui asserunt animam non esse spiritum, contra c. Moyses, 32. q. 2. Alphons. ibi, in secunda hæresi.

Item qui assereret animam Adæ fuisse creatam ante corpus, vt ibi per Alphons. *in tertia hæresi.* Vel animam esse Dei substantiam, vt per Alphon. *ibi, in 4. hæresi, præter quem est tex. in c. quidam, 24. q. 3.*

Item asserens, quòd anima corpus habeat diuisibile, Alphons. *de hære. in ver. anima, in 5. hæresi.* Vel quòd animæ in animalia etiam bruta conuerrantur, vt tenuit Tertu. contra quem Alphons. *ibi. hæresi sexta.*

Gnostici. Manichæi. Item quòd animæ peccauerint, antequam huic corpori fuerint infusæ, & in illud tanquam in carcerem in pœnam coniectas esse, contra quos Alphons. *de hæret. in verbo, anima, hæresi nona.* Vel quòd bruta etiam habeant animas rationales, & intellectuales, vt Gnostici, & Manichæi, contra quos Alphonsus *de hæreticis. in ver. bruta, & in verb. bestia.* Et contra credentes animam esse mortalem, Coras. Miscella. *lib. 3. c. 8. nu. 8.*

de Dæmonum inuocatione. de Diuinatione & mā themasi. ¶ Centesimouigesimoprimò, inuocare dæmones ad præsciendum futura, hæreticum est: quia attribuitur creaturæ, quod Creatori conuenit, *Oldrad. consilio 210. in secunda columna, versicul. sed circa hoc, & habetur in cap. hi qui, 26. quæstione secunda, & in cap. igitur, 26. quæstione quarta, & in cap. accusatus, §. sanè, de hæret. in 6. & Gondisla. in tractat. de hæret. quæst. 9. & Girlan. in tractat. de hæret. quæst. 2. numero 4.* Et qui pertinaciter asserit, diuinationem futurorum non esse prohibitam, hæreticus est, *vt per Francis. Squillacen. in tract. de fid. cathol. c. 18.*

Item hæreticus est, qui per phialam aqua plenā cum cereo furtum inuenire se posse asserit, inuocando Angelum, *vt latè probat Andreas Siculus consilio 55. per totum, primo volumine.*

Item qui credit sortibus, ariolationib. & diuinationibus hac fide, quòd per dæmonē hæc fieri, & sciri possint, *vt latè comprobat Gemin. consil. 44.*

Item asserentes prophetas malo, & contrario spiritu fuisse inspiratos, vt tenebat Apelles, contra quem Alphons. *de hære. in ver. propheta.* Apelles.

Item credentes prophetas non intellexisse, quid dicerent, sed fuisse arreptitios, vt tenuit Montanus & Priscillinianus, contra quos Alphonsus *ibi, hæresi secunda.* Vel quòd omnia stellarum influxionibus & fato regantur, & corpus nostrum secundum 12. signa cœli compositum esse, vt tenebant Bardesiani & Priscilliniani, contra quos Alphons. *de hæret. in verbo, fatum, & Federic. de Sen. consilio 252.*

Montanus. Priscillinianus. Bardesiani.

Item qui asserunt naturali necessitate omnia fieri, adeò quòd aliter non possunt: nec etiam contingenter fieri, vt docebat Lutherus & alij, contra quos Alphons. *de hæret. in ver. futurum contingens.*

Item qui credunt astra cogere, non tantùm inclinare, *vt per omnes in c. 2. de sortileg. & per Paul. Girlan. in tracta. de sortileg. in 3. 10. & 11. q. & per Thom. secunda secundæ, quæstione 90. articul. 5.*

Item

Item qui tenent exorciſmos & benedictiones ignis, candelarum, palmarum, oliuarum, campanarum, & ſimilium eſſe prohibitas, quòd nobis non liceat creaturas benedictionibus meliores facere, quàm eas fecerit Deus, vt tenebant VViclephiſtæ, contra quos Alphon. *de hæret. in ver. exorciſmus.*

Item qui putant omnes tentationes dæmonum, quibus nos tentant fieri contactu lapidum & herbarum, quas norunt ad ea vitia inclinare: nam licet id verum eſſe poſſit aliquando, non autem eſt verum ſemper: nam eſt & tentatio carnis, in qua hæreſi fuit Abailardus, contra quem Alphonſ. *de hæret. in ver. tentatio.* Et denique omnis dicetur hæreticus, qui inuocat dęmones, & ſemper cum illis verſatur exorcizando, characteres faciendo, & ſimilia, quæ ad artem nigromanticam ſpectant. Qui enim amicitiam contrahit, & fœdera ac pacta init cum inimicis Principis ſui, contra principis voluntatem, dicitur infidelis & proditor ac præuaricator fidei principi ſuo datæ, *vt notatur in cap. ſi inimicus iſte, 92. diſtinct. & notat etiam Andr. de Iſern. in titu. quæ fuit prima cauſa benef. amit. colum. 2. & 3.* multo ergo magis, qui contrahit fœdera cum inimico Dei, qui eſt diabolus, & contra fidem, quam ei in baptiſmo ſpopondit: & ſi conuerſatio cum hæreticis facit quem hæreticum, *c. accuſatus*, §. *ille quoque, de hæret.* multo magis hæreticus erit, qui cum dæmonibus aſſiduè verſatur.

Abailardus.

Item qui credunt dæmones ex ſua potẽtia poſſe nobis mala & nocumenta inferre, præter tentationem ſine permiſſione Dei. licet enim propriũ ſit diaboli tentare, non tamen eſt proprium alia mala nobis ingerere, niſi permiſſu Dei, vt eſt text. Auguſt. *in c. ſciendum, cap. nec mirum, 26. q. 5. & in cap. ſciſcitaris, 7. quæſt. 1. & Thom. ſuper Iob, cap. 2. & ſuper quarto, diſtin. 34. artic. 3.* voluntatem enim habet diabolus nocendi à ſe ipſo propter eius malitiam: poteſtatem autem minimè, niſi ex Dei permiſſione, *vt idem Thom. dicit ſuper Iob, c. 4.*

Item qui credunt aliquid boni fieri poſſe per inuocationem dæmonum, *vt per Bald. conſil. 81. 3. volum. in antiq.* Sortilegi quoque licet regulariter non dicantur hæretici, *vt in cap. accuſatus*, §. *ſanè, de hæreti. in 6.* attamen ſi eo animo quis ſortibus vtatur, vt futura præſciat, & eo animo, vt credat & fidem adhibeat his ſortibus, hæreticus erit, vt ibi habetur: aliàs enim, niſi de tali animo conſtet, difficile erit cognoſcere an ſortibus vti ſit hæreticum, *vt inquit Gondiſla. in tractat. de hæret. quæſtione 9. numero 6.*

Item hæreſim ſapiunt ſortilegia, quando in eis immiſcentur ſacrificia diuina, poſitis aris & idolis vel diabolo adoratis, *ita Oldra. conſil. 210. & Gemin. & alij in d. c. accuſatus, in* §. *ſanè, de hære. in 6.*

Item quando immiſceretur in his ſortilegiis ſacroſancta Euchariſtia, *vt ibi habetur per glo. & alios.*

Item quando interueniret rebaptizatio pueri vel alterius in ipſis ſortilegiis, vt ibi etiam glo. notat in d. §. ſanè, & etiam ſi ad ſanitatem conſequendam baptiſmum iteraret, *vt in caſu c. ſecundi, de apoſtat.*

Item ſi in ipſis ſortilegiis conficiendis hæreticus interueniret, vt ibi dicit eadem glo.

Item quando iſtis quis vteretur ſortilegiis ad habendum notitiam eorum, vel faciendum ea, quæ ſoli Deo Creatori omnium reſeruata ſunt, vt creare hominem, *vt Geneſ. cap. 2.* Mortuos ſuſcitare, futura ſcire, cœli motum ſiſtere, vel mutare, futura perfectè ſcire, ſecreta cordis humani, quę nondum ad aliquem actum extrinſecum peruenerunt, cognoſcere, de quibus omnibus habetur in capitulo, conſuluiſti, 2. q. 4. quæ omnia cùm ſoli Deo ſint reſeruata, ſi dæmoni vel alteri creaturæ tribuantur, vel ab ea requirantur, hæreticum quidem eſt, de quibus etiam Paul. Girland. *in tract. de ſortileg. q. 10.* & ideo qui credit poſſe incantationibus transformari homines in bruta vel alia, vt ſtrigæ facere dicuntur, & volare, & ſimilia facere, hæreticus eſt, quia iſta poteſt ſolus Deus facere, *c. Epiſcopi, 26. q. 5.*

Item ſi in ipſis ſortilegiis & ſuperſtitionibus interueniret aliquis actus, qui hæreſim ſaperet: nam licèt de per ſe ſortilegium non eſſet hæreſis, tamen ratione illius incidentis hæreſim committeret, vt puta ſi, vtenti ſortilegiis ad amorem vel luxuriam diabolus iuſſiſſet, vt in crucem ſpueret, & expuiſſet, vt rem gratam faceret diabolo non metu, aut inuitus, tunc vti hæreticus puniri poſſet, *vt per Innocen. in capit. primo, de apoſtat. & concludit Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtione 12. & quæſtione 23. & per Matth. de Afflict. in conſtitu. Regni, inconſutilem, in 16. not. in 2. quæſtione.*

¶ Centeſimouigeſimoſecundo, credere quòd hodie nulla poſſint eſſe miracula in Eccleſia, hæreticum eſt, vt tenuerunt VValdenſes, contra quos Alphonſ. *de hær. in ver. miraculum.* de Miraculis. VValdẽſes.

¶ Centeſimouigeſimotertiò, requiſita ad hęreticum conſtituendum, ſecundum Alphonſ. *in tracta. de hæret. in prin. car. 23. in fi. & ſeq.*

Primò, vt Chriſti fidem ſemel ſuſceperit per baptiſmum, ideo infideles non dicuntur propriè hæretici.

Secundò, vt erret in fide, & errare dicetur, etiam ſi dubitet circa deciſa per Eccleſiam, etiam ſi in omnibus articulis, ſacramentis, & traditionibus erraret, & diceretur apoſtata: nam licèt ſit apoſtata, non ideo deſinit eſſe hæreticus, cùm maius ſit crimen apoſtaſiæ crimine hæreſis, & apoſtaſia ſit quædam qualitas aggrauans delictum hæreſis, *vt ibi Alphonſ.*

Tertio, quòd pertinax ſit in errore.

Centeſimouigeſimoquartò, cõtumax in comparendo inquiſitus pro hęreſi excommunicatur: quòd ſi perſeuerauerit in excommunicatione per annum, puniri poteſt vti hæreticus, *cap. cum contumacia, de hæreti. in 6.* niſi iudici conſtiterit de innocentia quantum ad principale crimen hæreſis, *vt per Gondiſla. de hæret. quæſt. 12. numero 3.* licèt largè tantum dici poſſit hæreticus, *vt per Deci. conſil. 151. numero 2.*

Centeſimouigeſimoquintò, facto etiam non modò dicto, quis incidit, *omnes in clem. vnica*, § *ſanè, de vſur. c. extimant, & cap. non ſolum, 11. quæſt. 3. & c. violatores, 25. quæſtio. 1. & tradunt Archid. & Ioan. Andr. in c. 2. de hæret. in 6.* Scimus enim ex factis animum declarari, *l. dolum, ff. de dolo, c. ſicut enim, & cap. qui viderit, 22. quæſt. 5.* quinimo plus eſt factis aliquid demonſtrare, quàm verbis, *vt not. in capitu. dilecti, de appella.* Factum.

¶ Centeſimouigeſimoſextò, hæreticus eſt ſola cogitatione & mente, licet ad aliquem actum exteriorem non veniat, *glo. in clem. 1. §. verum, in ver. eo ipſo, de hæret. Bald. in l. ſi quis non dicam rapere, C. de epiſc. & cler. Ioan. de Anan. in c. ſi epiſcopus, colum. 3. de hæret. & in c. conſuluit, de vſur. Fel. in tractat. de cona. columna ſecunda, ver. quartus caſus. & Zabarel. in clemen. 1. §. ſanè, de vſur. & in clem. 1. §. verum, de hæret. in 6. & 7. quæſtione.* Cogitatio.

¶ Centeſimouigeſimoſeptimò, nolentes credere Inquiſitori corrigenti vel aliquid aſſerenti, vel nolentes ei obedire, ſed pertinaciter reſiſtentes, poteſt dici pertinax hæreticus, & tanquam talis damnari, Bar. *per illum tex. in l. tutor*, § *tutores, de ſuſpectis tutorib. & ſequitur Fel. in rub. de hære.* & ſeptem modos, quibus dicatur quis pertinaciter reſiſtere, vide per gl. *in extrauag. Ioan. XXII. incip. cum inter nonnullos, de verborum ſignifica. in glo. in ver. pertinaciter, lo primo.* Contradictio.

¶ Centeſimouigeſimooctauò, recuſans ex quadam animi obſtinatione benè agere, hæreticus dici poteſt, *ita Præpoſ. Alexandri. tenet in cap. nullus Epiſcopus, per illum textum trigeſimaoctaua diſtinctione, quem ſequitur Arelata. de hæretic. not. 32.*

¶ Centeſimouigeſimononò, excommunicatus pro quacunque cauſa, etiam ciuili, perſiſtens per annum in excom- Excommunicatio.

excommunicatione, habetur suspectus de hæresi, *vt no. omnes in capitul. fina. de pœnis.* quæ suspicio licèt non sufficiat ad condemnationem, vt ibi dicunt omnes, sufficiet tamen ad inquirendum contra eum de hæresi, & sibi indici purgatio, in qua si defecerit, habebitur pro conuicto de hæresi, *c. inter, in fi. de purga. cano.* & ratio est, quia talis præsumitur malè sentire de sacramentis, & de potestate Ecclesiæ, ex quo tanto tempore in excommunicatione permãsit, quam ideo non curare, sed contemnere videtur, *vt not. Panor. in d. c. fin. & c. cum contumacia, de hære. in 6. sequitur Arelata. de hæret. nu. 41. & Girlandus in tract. de hære. q 8. num. 4.*

de Ecclesiâ Romana.

¶ Centesimotrigesimò, negans Romanam Ecclesiam caput aliarum ecclesiarum, *iuxta glo. in cap. hæc est fides, 24. quæst. 1. & in cap nulli fas, 19. distinct. & bonus text. in cap. violatores, 25. quæst. 1.*

de Iuramento.

¶ Centesimotrigesimoprimò, negantes vllo casu licere iurare, *c. non est, vbi glo. 22. q. 1. c. excommunicamus, §. vlti. de hære. no. glo. in c. olim, de rest. spol.*

de Libris Hæreticorum.

¶ Centesimotrigesimosecundò, habens libros hæreticorum penes se, potest vt hæreticus damnari, *Archid. in c. sanè profertur, 24. q. 2. & hoc per c. si fortè, qui sequitur, & tradunt Doctor. in c. si quis episcopus, de hære. & comprobat Hippol. de Marsil. in l. qui falsam, nu. 106. de fals. & in pract. crim. §. diligenter, nu. 92. & consil. 52 & nu. 34. & Lud. Ro. sing. 126. incipi. eo ipso, & Carrer. in tract. de hære. nu. 125.* fallit tamen, vt dicam infrà, *in cap. seq. in 25. casu.*

de Lectione Librorũ prohibitorum.

¶ Centesimotrigesimotertiò, cùm hodie per Decr. Pont. & Concil. Trid. cautum fuerit, ne quis sine licentia possit tenere libros prohibitos & descriptos in catalogo emisso & impresso, certè nemo videtur posse excusari, quòd velit eos improbare, cùm debuit impetrare licentiam.

de Communione fidelium.

¶ Centesimotrigesimoquartò, communione fidelium maximè prælatorum, qui abstinent, hæretici sunt, *Nouel. constitu. 109.*

de Iuramẽto.

¶ Centesimotrigesimoquintò, qui recusant iurare de propalandis hæreticis, vti hæretici damnantur, *c. excommunicamus, §. adijcientes, de hæreti.*

de Fide hæreticis habenda.

¶ Centesimotrigesimosextò credẽtes hæreticis, hæretici sunt, *c. pen. §. vlt. in fi. de hæret.*

De Iudaismo.

¶ Centesimotrigesimoseptimò, Christiani ad Iudaismum transeuntes & redeuntes, hæretici dicuntur, & vt tales damnantur, *c. contra Christianos, de hære. in 6.*

¶ Centesimotrigesimooctauò, Temporales Domini si resistant, vel non obediant Inquisitoribus, excommunicãtur, & si per annum in excommunicatione persistant, vti hæretici damnantur, *cap. vt inquisitionis, in fin. de hæreti. in 6.*

¶ Centesimotrigesimononò, Negans se dixisse, aut credidisse contenta in querela, imò asserens se credere, quod credit S. Roma. Ecclesia, si tamen conuincitur ea dixisse, aut credidisse, condemnabitur vti impœnitens, *Rota in antiquis Decis. prima, sub titulo, de hæreti. est decisio 875.*

¶ Centesimoquadragesimò, qui non vult se Purgare, hæreticus est, *Bellamera decisio. 689. colum. 8. ver. ad vndecimum.*

¶ Centesimoquadragesimoprimò, Negãs posse Romæ magis, quàm alibi dimitti peccata, hæreticus est, *deci. consi. 137. num. 3. in litera E.*

¶ Centesimoquadragesimosecundò, Adiurans Dæmones ad malum, & circa ea, in quibus non est à Deo sibi data potestas, vt in collectione herbarum, in characteribus, & aliis similibus, Gemin. *consil. 54. nume. 4. & seq. vsque in fin.*

¶ Centesimoquadragesimotertiò, qui potest Errantem in fide Reuocare, & non reuocat, *c. 2. de hæreti. c. qui alios, 1. q. 1. c. negligere, 2. q. 7.*

¶ Centesimoquadragesimoquartò, qui Simulant sanam fidem tenere. hi enim negantibus æquiparantur, *cap. 2. 4. q. 1.*

¶ Centesimoquadragesimoquintò, nota etiam, quòd non tantum dicto, sed & facto quis dicitur hæreticus esse, *vt probatur in cap. accusatus, §. ille quoque, de hæreti. in 6.*

¶ Centesimoquadragesimosextò, hæreticus etiam erat ille sacerdos, quem refert Zanchin. *de hæret. dict. cap. secundo, numero octauo,* qui cùm esset concubinarius, celebrabat tamen quotidie, credens, quòd quando se præparabat ad sacrificium Missæ per indumentum sacrarum vestium abolerentur peccata omnia, ita quòd remaneret mundus, donec sic esset vestitus: quod tamen hæreticum est, quia sine confessione & pœnitentia non remittuntur peccata, *cap. desleat peccator, de hære. c. perfecta, 3. dist. & vt ibi per Zanchi.*

Hæresiarcha. ¶ Centesimoquadragesimoseptimò, Hæresiarcha dicitur, qui gignit errorem, & author est noui erroris, & etiam quia pertinaciter defendit errorem, *tap. aliorum, 24. quæstione 3.*

¶ Centesimoquadragesimooctauò, qui etiam non credit scriptis in quatuor sanctis Conciliis, *cap. quicunque, C. de hæret.*

¶ Centesimoquadragesimononò, adorantès corpus alicuius non canonizati, nec recepti in numerum Sanctorum, si putant corpus illud, aliquid posse præter Deum & voluntatem eius, hæretici sunt, & poterunt per Inquisitores coerceri: nam creaturæ tribuerent id, quod soli Deo tribuendum foret, *vt not. in c. 1. de reliq. & ven. sanctorum.* quòd si adorarent credentes ipsum in vita fuisse sanctæ vitæ, & quòd meritis Christi & ipsius posset apud Deum per intercessionem gratiam impetrare, non esset hæreticus: sed si putaret eum ex se posse; dato, quòd vidisset miracula fieri, nõ tamen ideo excusaretur, quia diabolus his mediis quærit quotidie nos decipere, *cap. penult. & fin. 26. quæst. 1. & not. in d. c. 1. & 2. de reliq. & ven. sanct.*

¶ Centesimoquinquagesimò, duas etiam ducens vxores, dicitur hæreticus, *vt per Gemin. in cap. accusatus, §. sanè, de hæret. in 6. Felin. in capitu. ad abolendam, numero primo, de hæreti. & Gondisla. de hæreti. quæstione 9. numero quarto & quinto,* quod tamen intellige, modo assereret hoc licere: secus, si ex lasciuia vel alia de causa credens non licere, duas duxerit.

¶ Centesimoquinquagesimoprimò, duodecim modos enumerat, quibus quis potest dici hæreticus Turrecrem. *in summa de ecclesia, lib. 4. parte 2. c. 12.*

Primus, quicunque Dubius est in fide, *c. dubius, de hære.* modo deliberatè in dubietate persistat, secus si tentaretur de fide cum dolore cordis.

Secundus, omnis Simoniacus dicitur hæreticus, *cap. quisquis, 1. q. 1.*

Tertius, omnis Præscissus ab Ecclesia, ideo excommunicatus dicitur hæreticus, *c. quod autem, 4. q. 1. cap. ipsa pietas, 23. q. 4.*

Quartus, qui sentit contra Sacram Scripturam vel ea, quæ per necessariam consequentiam ex illa eliciuntur, siue qui ipsam malè interpretantur, *caput. hæresis, 24. quæstione tertia.*

Quintus, qui Nouam adinuenit opinionem, vel inuentam sequitur, & hi sunt hæresiarchæ, vt Arrius, Sabellius, Lutherus, & Arriani, Sabelliani, Lutherani, *c. hæreticus, 24. q. 3.*

Sextus, qui Roma. Ecclesiæ priuilegia auferre conatur, *c. omnes, 22. dist.*

Septimus, qui præcepta sedis Apostol. pertinaciter Transgreditur, *c. nulli, 19. dist.* spernendo S. R. E. & dicendo eam non esse caput, nec posse leges condere.

Octauus, qui infidelis est Paganus, & Iudæus, largè dicitur hæreticus.

Nonus, qui aliter sentit de articulis fidei, quàm Romana Ecclesia, *cap. hæc est fides, vigesimaquarta, quæstione prima,* & hi nouem modi traduntur à glo. *in capit. illi, §. quoniam, 24. quæst. 3.*

Decimus,

Decimus, qui de sacramentis aliter sentit, quàm Romana Ecclesia. *Hostiens. in cap. ad abolendam, de hære.*

Vndecimus, qui non recipit quatuor Concilia generalia, *de quibus in c. sicut Sancti, distin. 15.*

Duodecimus, qui generaliter aduersus quodcunque genus veritatis catholicæ opinionem suam peruersam pertinaciter defendit, *6. vbi in ecclesia, 24. q. 3.*

## CAP. XVIII.

## *Hæretici qui non sint.*

### SVMMARIVM.

1 *Hæretici qui non sint, plures casus enumerantur.*

TAMETSI contrariorum eadem sit disciplina, ita vt cognito qui sint hæretici, facilè cognosci poterit, qui non sint, *iuxta l. 1. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur.* attamen cùm multi sint casus, qui speciem habeant hæresis, cùm tamen verè hæreses non sint, qua in re facilè posset quispiam errare; ideo non ab re fore existimaui, si hoc loco aliquos enumerem casus, qui prima facie potuissent videri sapere hæresim, cùm verè illam non sapiant, vt facilius possit lepra à lepra discerni.

Dubitans. 1 ¶ Primò ergo non erit hæreticus, qui dubitat circa ea, de quibus variæ sunt Doctorum & Theologorum, & Canonistarum opiniones, *vt per Innocen. in cap. ne innitaris, de constit. quem sequitur Bald. in l. captatorias, versic. vnum scias, quòd tabellio, Cod. de testamen. milit. sequitur Felin. in cap. de hære. Archid. in cap. hæresis, 24. quæstio. 3. cum concordan. vt per Carrer. in tractat. de hære. numero octauo*, vt si dubitaret, an ignis inferni sit similis huic nostro materiali, quoniam de hoc adhuc sub iudice lis est. fallit tamen hoc, nisi in hac dubitatione vnam partem sibi eligeret, quam ita veram crederet, vt paratus foret eam tueri, etiam si ecclesia contrarium determinaret: nam propter pertinaciam contra ecclesiam diceretur tunc hæreticus, cùm sola pertinacia faciat hæreticum, *vt supra dictum fuit.*

qui Extra ecclesiam sunt. ¶ Secundò, qui sunt extra Ecclesiam, non sunt hæretici, vt infideles, & Iudæi. *gloss. & Cardin. in clemen. prima, §. fina. quæstione 19. de vsur.* vt enim quis sit hæreticus, oportet, quòd baptismum semel susceperit. Ideo neque Aristoteles, neque Auicenna, neque Porphyrius possunt dici hæretici, quia fidem Christi nunquam agnouerunt: neque enim Saracenus vel Iudæus poterit dici hæreticus, si negauerit articulum fidei, *cap. hæretici, 24. quæst. 1. cap. firmißimè, de hære. Abb. & alij in rub. de hære. Thom. secunda secundæ, quæst. 11. & Cardin. à Turrecrem. in lib. 4. de ecclesia, 2. parte, cap. 1. tametsi Alphons. de Castro in lib. de iusta hære. puni. lib. 1. cap. 1.* vbi quòd potest dici hæresis, quia sicut quælibet propositio catholica à quocunque proferatur, catholica est, ita & econtrà: sed dicas, quòd certè propositio illa aduersa fidei catholicæ erit hæretica, sed non punibilis, de qua ipse ibi ex professo tractare videtur.

Diuisus ab ecclesia, si non errat in fide. ¶ Tertiò, qui non errat in fide, licèt diuisus sit ab ecclesia, & per consequens schismaticus. Is enim ex solo Schismate non propriè censendus est hæreticus, nisi hæresim confingat, vel profiteatur, propter quam ab ecclesiæ vnitate desciscat. Verùm quia vix vnum schisma reperies, quod hæresim aliquam non prætendat pro causa, ideo schismaticus etiam hæreticus dici potest, arguendo à communiter contingentibus, *l. nam ad ea, de legi.* non quòd ipsum schisma hæresis sit, sed quia disponit ad hæresim confingendam. Sed verè & propriè schisma nunquam potetit dici hæresis, nisi addatur, vel immisceatur error intellectus: potest enim contingere, vt quis Ecclesiam credat esse omnium matrem, & constans sit in fide omnium, quæ credit Ecclesia, sed sola hac ratione separatur, & non vult capiti, id est Pontifici obedire, quòd dicat eum non ritè electum, neq; secundum canones, vt fuit schisma, quod per Concilium Constantiense sublatum fuit: licèt ergo teneamur credere vnum esse Pontificem Christi Vicarium, & ideo ei obediendum esse, non tamen tenemur credere Pium vel Paulum verum esse Pontificem, & secundum Canones electum.

Defensor & Fautor hæreticorum. ¶ Quartò eadem ratione defensores & fautores hæreticorum quamuis aliquando hæretici appellentur, si tamen personas tantùm, & non errores eorum defendant, non erunt vt hæretici iudicandi, licèt vti delinquentes puniendi sint, sed talis fauor in aliam delicti speciem transit, quia hæresis non est, nisi concurrat error intellectus in fide.

Ignorãtes. ¶ Quintò, qui sententiam suam quamuis falsam & peruersam nulla pertinaci animo sitate defendunt, præsertim quam non audacia suæ præsumptionis peperierint, sed à seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperint: quærunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquã sunt inter hæreticos deputandi: hæc sunt verba Augustin. *in epist. 162. ad Glorium & Eleusim, & in cap. dixit Apostolus 24. quæst. 3. quibus adstipulatur*, quod idem Augustin. scripsit *in libro de Baptismo, cõtra Donatum* in hæc verba: Si aliquis hoc idem sentiat de Christo, quod Fotinus opinatus est, & in Ecclesia catholica baptizetur, & hoc credit esse fidem catholicam: nondum dico hunc esse hæreticum, nisi manifesta doctrina catholicæ fidei resistere maluerit, & illud, quod tenebat, elegerit.

Dubitans. ¶ Sextò, ex his sequitur, quòd qui primo motu & animi impetu dubitat, vel qui animi & ingenij inconstantia dubij semper sunt, & in quacunque re ancipites assiduisque vrgentur scrupulis, vel etiam ex ignorantia dubitent, quia scilicet nesciant tale quid per catholicã Ecclesiam definitum, parati tamen vtroque euentu ecclesię in his & aliis assentiri absq; vlla hęsitatione, cùm fuerint moniti aut edocti, censeri non debeant hęretici.

de Interpretatione dubitans. ¶ Septimò, dubitãtes circa interpretationem alicuius loci sacræ Scripturæ hęsitantes, quid nam sub illis verbis verè contineatur, & lateat, cùm modò tamen firmissimè credant verum esse, quidquid verbis illis Deus nobis insinuare voluerit, licèt quis sit verus sensus, non rectè ac constanter teneant, vt sacratissima Virgo, cùm Angelus ei nunciasset illam concepturam esse, & parituram filium, credidit quidem, sed dubitauit de modo, qui sibi non erat explicatus, dicens: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? *Matthæi primo.*

Dubitationẽ proponens. ¶ Octauò, dubitationes proponentes non quia firmiter nõ credant, sed vt instrumẽta & locos reperiant, quibus possint, quod credunt, hæreticis & non credentibus facilius persuadere: hi quidem, nec inter hæreticos connumerabuntur, vt testatur Cyrillus *super Ioannem, capite decimotertio*, licèt ergo quis disputationis gratia in quęstionem deducat, quod iam ab Ecclesia determinatum est, non tamen ideo censendus hæreticus, quòd dubitet circa iam statuta, sed affectus & animus considerandus: & ideo qui dubitationem proponit, vt audiat rationem paratus acquiescere, hæreticus non est, Alberic. de Rosa. *in rubric. de hæret. numero secundo, in fine.* Notandum tamen, quòd de decisis iam & terminatis, nulla est proponenda disputatio, *leg. tertia, Cod. de summa Trinitate.*

Incerta pro certis habens. ¶ Nonò, qui pro certis assereret ea, quæ apud Ecclesiam nondum sunt certa, vt asserens annos & tempus principij creationis mundi incertos esse, licèt sacræ Scripturæ in numerum illos redegisse videantur. Variæ enim sunt annorum supputationes, quarum tamen nullam Ecclesia hucusque reiecit, quæ varietas processit ex diuersitate tranſlationum veteris Testamenti., cùm septuaginta Interpretes in tali supputatione temporum longè differant ab Hebraica litera, quam Latinam reddidit beatus Hieronymus, de qua discordia Augustinus *libro 15. de Ciuitate Dei*, pluribus disputat.

Hinc

Hinc factum est, vt Eusebius & August. supputationem 70. Interpretum sequantur. Beda verò Hebraicam, & Philaster nescio quam aliam: non ideo censendus hæreticus, qui in hac varietate incertum numerum annorũ à creatione mundi profitetur, quod & asseruit Alphons. *de hæreti. in ver. annus.* reprehendens in hoc Philastrum, qui contrarium astruere videbatur.

Indecisa pro decisis asserens.

¶ Decimò, asserentes id, de quo nulla est certa Ecclesiæ diffinitio, nõ possint dici hæretici, dato quòd postea damnetur eorum opinio ab Ecclesia. nam & Ireneus & Theophylactus & Beatus Bernardus in hæresim inciderunt, putantes neminem beatum esse posse, neque damnatum ante diem iudicii, quã sententiam sequutus est quoque Ioannes XXII. eius nominis Pontifex: & tamen licèt hæc sententia postea damnata fuerit à Benedicto Pontifice, & Concilio Florentino, non inde sequitur, tam sanctos viros iustè posse hęreticos vocari, vt horum omnium author est Alphons. *de hæreti. in ver. Beatitudo. in 6. hæresi.* qui graues circa hæc authores citat. non enim tunc determinata fuerat ea quæstio per Ecclesiam, ideo liberum erat in alterutram partem inclinare absque hæresis labe. Sic & Ioachin peruersè sensit de Trinitate, an posset appellari de per se essentia verè, & eius opinio fuit damnata per Innocentium III. in Concilio, & tamen non damnatur vt hæreticus, præsertim quia in omnibus scriptis submiserat se correctioni Ecclesiæ, *c. 2. de summa Trinitate & fi. Cathol.*

Protestans, se paratum esse doceri.

¶ Vndecimò, qui protestatur se paratum corrigi, & subiacere dispositioni Catholicę Ecclesiæ, vt habetur in *d. cap. 2. in fi. de summa Trinita.* & de qua protestatione per Bartol. *in l. sequitur. §. si viam, num. 3. in fi. ff. de vsucap.* & facit text. *in clemen. 1. §. sane, de vsu. in cap. 1. §. fi. de summa Trin. in 6.* & Deci. *consilio 602. num. 3.* Declaranda tamen sunt prædicta, vt procedant in non definitis per Ecclesiam, vel in dubiis: secus tamen in iam certa determinatione per Ecclesiam definitis, nam talis protestatio non excusabit protestantem tanquam contraria facto, iuxta tradita per omnes *in cap. cùm M. Ferrariensis, de constit. & in l. non solùm. §. morte, de noui oper. nunc.* nam protestatur se paratum corrigi ab Ecclesia, & tamen illa quo vult corrigi, manifestè contradicit. Quæ enim iam per Ecclesiam matura deliberatione sunt determinata, non debent viteriùs in quæstionem deduci. *c. maiores quod est secundum. 24 q. 1.* & idem tradit Leo Papa, *Epist. 22. & 52.* & habetur *in c. hæc est fides, 24. q. 1.*

Tentationem dæmonum credens.

¶ Duodecimò, credens dæmonem posse hominem tentare & inclinare tactu lapidum, vel herbarum, secũdum varias earum virtutes & varias hominum complexiones, hæreticus non est. quia imò hoc verum esse probat Alphons. *de hæreti. in ver tentatio. in princi.* licèt si quis crederet omnes tentationes esse per tactum lapidum & herbarum, hæreticus esset, quia excluderet tentationes carnis, concupiscentiæ, & mundi, vt per eum.

Corde Credens, Licet ore neget.

¶ Decimotertiò, ore negans & corde credens, non dicitur hæreticus, licèt grauiter peccet, & puniendus sit. *ca. existimant. 11. quæst. 3. & capitu potest fieri de pœniten. distinct. 1.* & Calderi. *in titu. de hæreti. consi. 4.* mens enim & affectus, non verba attendenda.

per Ægritudinẽ errans.

¶ Decimoquartò, si quis in ægritudine constitutus petat sibi ministrari hostiam non consecratam, vt credatur, eũ sumpsisse Eucharistiã, non est hæreticus, licèt grauiter peccet, qa cognoscebat se peccatorẽ indignũ, neque Deum fallere volebat, sed homines tantùm, neq; circa sacramentum Eucharistiæ errabat, ita Calderi. *dicto consilio 4. subtit. de hæreti.* Quod puto verum, etiam si luminibus accensis adorans sacramentum, & existens in causa, vt alii adorarent, illud assumeret. licèt enim hæc pœnam mereantur, non tamen est hæreticus, quia neq; circa fidem, neque circa sacramenta errat, neque etiam alios errare facit in fide, licèt adorent id, quod credunt esse adorandum, quod tamen adorandum nõ erat, cùm in facto id non esset, quod ipsi credebant esse.

Religiosus qui deserit religionẽ.

¶ Decimoquintò, si religiosus professus religionem exit, & vxorem ducit occultè, putans hoc non peruenturum ad aures magistratuum, non est hæreticus, quia cùm occultè faciat, apparet eum putare sibi non licere: quòd si palam id fecisset, præsumeretur hæreticus, & id fecisse non ex instinctu libidinis, sed quia putabat erroneè sibi licere, hoc tenuit Iacob Butrig. & Baldus, *in lege tertia, Cod. de summa Trinitate.* & Panormitan. *in capitu. cùm quidam, de iureiuran.* & Gondisla. *de hære. quæst. nona. numero quarto.* & Alciat. *in leg. nullus. Codice, de summa Trinitate. nu. 3.* vbi idem dicit tenendum de eo, qui duas vno tempore duxit vxores, ibi *nu. 5.*

Audiens semel cõciones hæreticorum.

¶ Decimosextò, audientes semel sermones siue conciones hæreticorum, nõ ideo dicuntur hæretici, si postea reuersi non sunt, cùm nõ videantur approbare, quod postmodum euitarunt, *arg. l qui contra. Cod. de inces. nupt. & capitu. constat. 1. quæst. 1. & cap. ex studijs. de præscrip.* hoc tenet no. Ioan. Andr. *in cap. 2. de hæreticis. in 6.* vbi etiam Archid. & Gemin.

Accedẽs ad hæreticos.

¶ Item qui accessit ad hæreticum, vt ab eo doctrinam eius addisceret, si ideo non discessit ab Ecclesia, sed permansit in fide, hæreticus non est, licèt propter curiositatem & malum exemplum puniatur pœna decem librarum, vt inquit textus *in l. quicunque §. eos verò, qui descendi. Cod. de hæreticis.* quem adducit Bartolus *in lege prima, Cod. de summa Trinitate. post gloss. ibi,* vbi etiam Purpur. *nu. nonagesimo sexto.*

non Pertinax.

¶ Decimoseptimò, in dubio etiam, quòd quis appareat hæreticus, non tamen ideo præsumetur pertinax, nisi de pertinacia probetur, vt tenet Ioan. Andr. *in capit. contumacia, de hæret in 6.* vbi & Gemini. qui allegant *clem. 1. §. porrò, de summa Trinitate. & in clemen. ex graui, §. sanè, de vsur.* sequitur Ioan. de Ana. *in c. excommunicamus. §. qui autem, col. 2. in fi. de hære.* & tradit Francisc. Squillacens. *de fide catho. c. 25. nu. 2. in fi.*

Erraticus.

¶ Decimooctauò, Erraticus nõ est hæreticus, sed differt: nam Erraticus is dicitur, qui in fide errat ignorantia potiùs quàm pertinaci animo discedẽdi à fide catholica, vt sunt rustici & idiotæ simplices. Hæretici verò, qui ex professo pertinaciter asserunt ea, quæ sciunt deuiare à fide Catholica. Ita Bald. *in c firmiter, de summa Trinit. & fide Cath. in prin.* quem refert & sequitur Alua. *de hæret. notab. 33.*

Conuersans cum hæreticis.

¶ Decimononò, conuersantes cum hæreticis & eos receptantes, etiam si sciant eos esse hæreticos, non ideo hæretici sunt, si eorum opinionibus non consentiunt, licèt grauiter puniantur, *cap. excommunicamus, §. credentes. il primo & secondo, de hæret cis.* tradit Girland. *in tractat. de hæreticis. quæstione nona, numero tertio.* & est text. vbi glossa, *in capitulo accusatus. paragraph. si verò eodem titulo, il secondo.*

Monarchiam Imperatoris negans.

¶ Vigesimò, dicens & credens Imperatorem non habere monarchiam mundi, non dicitur hæreticus, *vt in extrauagan. vnam sanctam Bonifacij VIII.* licèt Bart. *in l hostes, ff. de cap.* dixerit contrarium, & cum eo Ang. *in l. 1. ff à quib. appell. non li.* & per Angel. Areti. *in §. 1. in ver. Romanorum. Instit. de patria po.* & quòd non sit hæreticus, probat Baldus *in c. solitæ. de maior. & obed.* & pluribus confirmat latè Igne. *in quæst. an Rex Galliæ recognoscat Imperatorem, num. 11. & num. 14. & sequ.*

Mortaliter peccans.

¶ Vigesimoprimò, non omnis, qui mortaliter peccat, dicetur hæreticus, nisi fortè assereret mortale non esse peccatum, quod ab Ecclesia pro mortali habetur, qa is demum hæreticus est, qui à fide deuiat, vt sæpè suprà dictum est, & tradit Francisc. Squillacen. in tracta. de fide Cathol. c. 22.

non Communicans omni anno.

¶ Vigesimosecundò, non communicans omni anno, non ideo dicetur hæreticus, licèt puniatur, *vt in capitulo, omnis vtriusque sexus, de pœnitent. & remiss.* & similiter non confitens peccata, & habetur *in Authent. de priuil. do. hæreti. mul. non dan. §. 2. & 3.* nisi fortè malè sentiret de sacramento Eucharistiæ, vel de pœnitentia, vt quia non putaret

conferre ad ſalutem. Puto tamen, quòd non confitens & communicans pluribus annis, poſſet haberi pro ſuſpecto de hæreſi, & ideo contra eum inquiri.

Eccleſiæ vni contradicens.

¶ Vigeſimo tertiò, qui aſſerit id, quod vna tantùm vel plures Eccleſiæ iudicarunt eſſe hæreticum, dummodo Eccleſia Romana id non iudicauerit. Quamdiu enim quis non contrauenit fidei Eccleſiæ Romanæ, quamuis alia quælibet Eccleſia teneat oppoſitum, nunquam eſt hæreticus, *cap. damnamus, de ſumma Trinit. in fin.* & ſequitur Archiep. Flor. *in tract. de excommunic. c. 4. nu. 5.*

Corrigi paratus.

¶ Vigeſimoquartò, paratus corrigi, licèt malè credat, modò non ſit in ſupina ignorantia, circa iam decreta & definita per Eccleſiam. *c. beatus Paulus 22. q. 2.* & Archiep. Florenti. Antoni. *in tract. de excommu. c. 7. nu. 8.* & plura adducit Deci. *conſi. 15. 1. nu. 6. ver. ſecundo de Marcellino.* & Abb. *in rub. de ſumma Trin. nu. 5.* & Pariſ. latè, *conſi. 2. nu. 199. & ſeq. in quarto*, vbi latè, quòd requiritur perſeuerantia, & latè etiam Boer. *deciſ. 341. nu. 4.*

Libros hæreticos habens.

¶ Vigeſimoquintò, tenens libros hæreticorum, ex hoc ſolo non poteſt dici hæreticus, neq; damnari vt hæreticus, niſi aliæ grauiſſimæ concurrant coniecturæ, vt tradit Felyn. *in c. ſi quis Epiſcopus. in fi. de hæret.* poteſt enim eos tenere, vt eos confutet, in quo magis cõmendandus foret, quàm damnãdus. *c. legimus, il ſecondo, diſt. 37.* & multò magis non eſt cenſendus hæreticus, ſi appareat, quòd licèt haberet, tamen eos combuſſit antè, quàm inquireretur, vt tradit Archid. *in c. ſanè, 24. q. 2.* & Carrer. *in tracta. de hære. nu. 125.*

Contradicens Doctori.

¶ Vigeſimoſextò, contradicens Doct. canonizato, nõ ideo ſtatim dicetur hæreticus, ſi id, in quo contradicit, non patet diſpoſitiuè receptum fuiſſe ab Eccleſia. nam non ſequitur iſta conſequentia, talis Doctor eſt canonizatus, ergo prohibitum eſt aliter opinari, quàm ipſe ſenſerit: neque econtrà ſequitur, talis non eſt canonizatus, ergo ipſius dicta non ſunt recipienda. eſt tamen bona conſequentia, talis Doctor eſt canonizatus, ergo licitè legantur, & teneantur eius libri. Ita Aug. de Anchona *in tract. de poteſtate Eccleſiæ. q. 100. artic. 4. & ſeq.* quem refert & ſequitur Felyn. *in capit. ſecundo. de rescr. numero ſexageſimo ſexto.*

Malè ſentiens de articulis fidei.

¶ Vigeſimoſeptimò, propriè hæreticus dicitur, qui malè ſentit vel de articulis fidei, vel de ſacramentis, in reliquis dicitur impropriè, vt per Deci. *con. 151. nu. 3.* ideo leges loquentes de hæreſi, intelligi debent de hæreſi, ꝓpriè ſumpta ibi.

Coactus.

¶ Vigeſimooctauò, vi coactus ad aliquid dicendum, puta ad adorandum idola, non dicitur hæreticus, licèt peccet & malè faciat, *gl. 2. in c. poteſt fieri, de pœni. diſt. 1. & gl. vlt in c. non ſolum. 11. q. 3.* & Dec. *con. 151. nu 6. ver. 2. reſpondetur, quòd Marcellinus.*

Hæreticorum gradus.

¶ Vigeſimononò, gradus ſunt inter hæreticos, quia alii aliis peiores. ita Andr. de Iſer. *in tit. de ſtatu contra libert. Eccleſ. §. diffidamus. nu. 3.* ideo magis pernicioſus eſt, qui erroneam iam damnatam defendit opinionem, quàm qui de nouo inuenit, Abb. *in c. damnamus. num. 1. de ſumma Tri.* ideo dicitur *in l. pen. C. de hære.* quòd maiores hæretici, vt Manichæi & ſimiles, non poſſunt dicere teſtimonium, alii verò leuiores poſſunt.

¶ Trigeſimò, capitulum ſeu vniuerſitas, non ideo dicetur hæretica, quia Prælatus vel Magiſtratus, aut illam gubernans ſit hæreticus, Abb. *in capit. damnamus. de ſumma Trin. num. 1. & 2.*

Tranſgreſſor canonum.

¶ Trigeſimoprimò, tranſgreſſor canonum non eſt hæreticus, niſi erret in poteſtate clauium. Bald. *in rubr. de ſum. Trin. num. 24.*

Hæreticus in vno.

¶ Trigeſimoſecundò, hæreticus in vno, non ideo dicitur hæreticus in omnibus, Bald. *in c. 1. de ſumma Trinitate. numero primo, in fine.* ſed contrà, vide Belleme. *deciſ. 689. columna 6. verſic. dico enim, quòd omnes hæreſes, & columna 8. verſi. ad nonum dico.* & idem contra tenet Thom. *ſecunda ſecundæ. q. 5. articu. 3.* dicens, quòd qui eſt hæreticus in vno articulo, non poteſt eſſe fidelis in alio, licèt in alio idem credat, quod Catholicus. nam credit ſecundum opinionem, non ſecundum fidem.

Excommunicatus.

¶ Trigeſimotertiò, excommunicatus ex alia cauſa, quàm ob ſuſpitionem hæreſis, licèt ſtet in excommunicatione per annum, non tamen ideo cenſebitur hæreticus, c. excommunicamus. §. qui autem, de hære.

Schiſmaticus.

¶ Trigeſimoquartò, licèt omnis ſchiſmaticus ſit hæreticus, tamen ſi ſunt duo Pontifices, quorum vterque credit ſe rectiùs aſſumptum, & Eccleſiam apud ſe eſſe, & ſic adhærentes eorum, qui credunt illum eſſe legitimum Pontificem, cui adhærent, nõ ſunt hæretici, *glo. in ſumma. 24. q. 1. in ver. vbi apoſtil.*

¶ Trigeſimoquintò, nullus eſt hæreticus, niſi quem Petri authoritas damnauerit, *cap. manet. & cap. ſequen. 24. quæſt. 1.*

Vſurarii.

¶ Trigeſimoſextò, vſurarii non ſunt hæretici, niſi crederent vſuram eſſe permiſſam, Afflict. *in conſtitu. Regni, inconſutilem, num. 17.* Saly *in l. cunctos populos. C. de ſumma Trini. ante nume. 16. ver. oppono ſucceſſiuè.* & pariter credens vſurarium poſſe teſtari, non eſt hæreticus, quinimò ſi Princeps faceret ſtatutum, quòd hæreticus poſſet teſtari, nõ ideo incurreret hæreſim. ita Bald. *conſi. 334. num. 2. in 2. in nou.* licèt ſi crederet vſuram non eſſe peccatum, foret hæreticus, vt ibi dicit etiam Bal & idẽ Bal. *con. 394. n. 1. in 2. & con. 255. nu. 2. in 3. & con. 315. nu. 2.* dicit, ꝙ vſurarii ſcientes & credentes ſe malè facere, ſed exercentes vſurã propter auaritiam, non ſunt hæretici. quinimò & ſi factis tantùm indicaret ſe credere licere vſuras exercere, vt quando quis inhumaniter tractaret debitores, tunc vti ſuſpect⁹ poſſet contra eum inquiri, vt per Campeg. poſt Lap. & Imol. in add. ad Zanchin. *de hæret. capit. trigeſimo quinto, in fi. additio.*

Imaginum fractor.

¶ Trigeſimoſeptimò, frangens imagines Chriſti, Mariæ, & Sanctorum, non eo animo, vt non putet adorandos eſſe eos, quos repræſentant, hæreticus non eſt, licèt grauiter ſit puniendus. *capitu. ſi Canonicus. in fin. & ibi gloſſ. de offic. ordin. in 6. in ver vlrix, & in l. 1. C. ne luce. ſign. Salua. & tenet Hoſtien. in ſumma, de hæreti. §. qua pœna. Iſern. in capitulo primo, §. diffidamus. vltima column de ſta. contra liber. Eccleſiaſt. vbi dicit ita obſeruari. & Matth. de Afflict. in Conſtitution. Regni, inconſutilem, in decimo ſexto notab. in 4. quæſt.*

Maledicus.

¶ Trigeſimooctauò, qui malè loquuntur de fide, & tamen credunt, quod credit Eccleſia, hi non ſunt hæretici, Butrig. *in leg. omnes. Cod. de hæreticis.* licèt vix credam hoc poſſe contingere, vt qui obloquitur de fide Catholica, ab illa non ſit alienus, cùm verba ſint præcones veraces animi.

Credens quod Eccleſia credit.

¶ Trigeſimononò, qui credit id, quod credit Eccleſia, non dicitur hæreticus. Iaſ. *in rubr. Cod. de ſumma Trinitate, nume. 1.*

¶ Quadrageſimò, non eſt hæreſis hæc, quia non reperitur ſub titulo & rub. de hæreti. ſed alium habet ſpecialem titulum, ita arguit Gemin. conſi. 54. num. 4. ad probandum, quòd ſortilegi non ſunt hæretici.

Dæmones inuocans.

¶ Quadrageſimoprimò, inuocans dæmones ad tentandum animum alicuius, quia hoc eſt proprium dæmonum: ſecus ſi inuocaret, vt ſciret futura, vel vt à dæmone impetraret, quæ ipſius non ſunt propria, ſed ſoli Deo ſpectant. In dubio autem præſumetur inuocaſſe potiùs ad tentandum, ita latè Geminia. *dicto conſilio quinquageſimo quarto. columna ſecunda. verſicu. de ſecundo. & num. 5. 6. 7. & 8.*

Interpretatio.

¶ Quadrageſimoſecundò, in dubio ea capienda interpretatio, quæ hæreſim non ſapiat, Gemin. *d. conſi. 54. num. 4. in fine.*

Herbas adiurans.

¶ Quadrageſimotertiò, colligens herbas cum adiurationibus ad aliquid, non eſt hæreticus, modò non credat herbas illas habere poteſtatem & virtutem operandi actum, qui non eſt eius proprius, vt diuinationem. ita pulchrè Geminian. conſilio 54. numero quarto, & ſequenti.

¶ Quadrageſimoquartò, credens aliquid hæreticum, quod

quod tamen credit nõ esse hæreticum, sed & Romanam Ecclesiam illud credere, hæreticus non est, modò non sit supina ignorantia, vt per Baldum *in rubr. Cod. de summa Trinitate. & nota. in leg. omnes. ver. argumento. Codice, de hæreticis.*

Superstitiones.

¶ Quadragesimoquintò, superstitiones omnes non sapiunt hæresim, sed illæ duntaxat, quæ mala intentione creduntur, vt cùm creaturæ, puta tempori, numero, loco, & personis, ac ceremoniis pl⁹ tribuimus, quàm Deo, firmiter credentes, aliter quàm cum illis superstitionibus non posse obtineri, quod est in votis, Geminia. *consi. 44. col. 2. ver. de secundo.* vbi de colligentibus herbas cum genuflexione & orationibus, num. 5. & 6. Et de scriptura nominum Dei cum sanguine humano facta, ibi. num. 7. Superstitionem autem definit Tul. libro 2. de natura Deorum, quam irridet Lactantius, libro 4. capit. 28. vbi quòd qui veteres & notos Deos colebant, religiosi, qui verò nouos & ignotos, superstitiosi dicebantur, vnde Virgil.

*Vana superstitio, veterumq; ignara Deorum.*

Et ideo fœmellæ annosæ, quas Strigas vocamus, superstitiosæ dicuntur, iuxta illud Plauti in Ruden. Quid si ista aut superstitiosa, aut ariola est. Superstitiosi enim propriè, qui plus iusto metuunt, & ideo sibi confingunt Deos, quos venerentur vel alio cultu, quàm Ecclesia dictet. & de superstitiosis loquitur *lex qui sub conditione, ff. de condit. instit.* & in has incidunt homines simpliciores, *argument. leg. at si quis. §. funeris. in fine. ff. de relig. & sumpt. fune.*

Disputans de fide.

¶ Quadragesimosextò, disputare de fide publicè, licèt sit prohibitum & præsertim laicis. *leg. nemo. Cod. de summa Trinitate & fide Catholica. cap. cum quibus. 24. q. 3. cap. cum ex iniuncto, & cap excommunicamus. lo primo. §. quia verò. & cap. sicut. il secundo. de hæret. & capitu. sæpè vitia, 41. distinct. capitu. quicunque. §. inhibemus. de hære. in 6.* Gondissa. *de hæret. quæst. 21. nume. 1.* & Thom. *secunda secundæ, question. 10. articu. 6.* vbi etiam Caiet. non tamen ideo ex hoc potest censeri hæreticus, vt tenet Zanch. *de hæreti. c. 4. 7. nu. 8.* vbi add. Campeg. Intellige tu modò disputare, defendendo fidem Catholicam assertiuè, non dubitatiuè, & probat text. in *cap. conuenientibus, 1. quæstio. septima. & in capitu. infideles, 23. quæst. 4. & cap. antecessor. 11. quæst. 3. & in c. responso, de sentent. excom.*

Adorans non canonizatum.

¶ Quadragesimoseptimò, si quis adorat aliquod corpus alicuius defuncti, dato quòd ille non fuerit canonizatus, neque receptus in numero Sanctorum, credens ipsum habere ex suis Christíque meritis gloriam apud Deum, & credens, quòd possit suis precibus à Deo gratias impetrare, iste non erit hæreticus, neq; contra eum ex hoc poterit Inquisitor procedere, quia verè non erat in fide, licèt possit errare in facto, quo casu nil potest Inquisitor, *cap. accusatus. §. sanè. de hære.* nam vt inquit Innocent. & Host. *in cap. 1. de reliq. & ven. sanct.* licet vnicuique in secreto honorare defunctum, quem putat fuisse bonum, & sanctæ vitæ, & rogare eum, vt fundat pro eo preces, vt ibi ipsi dicunt; verum est, quòd prout etiam supra sæpè dictum fuit, circumstantiæ possunt & aggrauare, & facere peccatum, quod de se non erat, vt in isto casu. nam si talis publicè & palam adoraret, & adorandum prædicaret non canonizatum, malefaceret, & si nõ abstineret, posset per Episcopum coerceri, quia faceret, quod prohibitum est. *cap. si quis hominem. 11. q. 3. cap. 1. & 2. de reliq. & vener. Sanct.* neque excusaretur, quòd vidisset miracula fieri, quia illa quandoque fiunt dæmonis potestate, qui his mediis conatur nos decipere, *capitu. penultimo, 26. quæstione quinta.* & not. Scribent. *in dicto capitulo primo.*

## CAPVT XIX.

## *Hæresis atrocitas.*

### SVMMARIVM.

1. *Hæresis crimen est omnium atrocissimum, ideo simonia, læsa maiestas, & hæresis æquiparantur.*
2. *Hæresis impedit totius pietatis Christianæ fundamentum, s. fidem.*
3. *Hæretici magis peccant quàm infideles, & quare.*
4. *Hæresis crimen etiam per ignorantiam, est grauius homicidio ex dolo commisso.*
5. *Hæresis sapit peccatum in Spiritum sanctum, & dicitur iniuria publica.*
6. *Hæretici qui sint ex Esa. & Salomone, & quot modis appellentur, & dicuntur ipsis elementis iniuriam facere.*
7. *Cruce signati ad exterminium hæreticorum habent multas indulgentias, prout illi, qui signantur pro recuperatione terræ sanctæ.*
8. *Hæresis atrocitas ex effectu dignoscitur.*
   *Ex hæresi Mahumeticum regnum originem sumpsit.*
9. *Romani summo studio nitebantur, ne nouæ religiones introducerentur, & quare.*
   *Similiter apud Græcos iudicia læsæ religionis exercebantur.*
10. *Hæreticus etiam in minimo morte plectitur, cùm non sit dare plus, & minus in his.*
11. *Hæreses idola, hæretici idololatræ appellantur.*

VT autem omnes atrocitate criminis absterreãtur, videndũ de huius criminis grauitate, & de specialibus ea de causa in hoc crimine introductis.

1 ¶ Hæresis quidem † grauissimum est crimen, *clem. 1. §. verum. il secundo.* vbi etiam Zabar. *de hære.* & omnium peccatorum atrocissimum. *c. primum. in prin. 22 q. 2. & c. quid in omnibus. 32. q. 7. c. quid autem. 34. q. 3 c. sanè. & per totum. 24. q. 2.* Cæpo. *con. 11. nu. 25.* Andr. de Iser. *in c. 2. diuinam & humanam. in tit. de statu. contra liber. Eccles.* nam directò tendit contra Deum patrem & creatorem omnium. Tho. *secunda secundæ. q. 10. art. 1. & q. 11. art. 1.* vbi Caiet. vtroq; loco, & Tho. etiam *in 4. dist. q. 2. art. 2.*

¶ Ideo simonia, læsa Maiestas, & hæresis æquiparantur, *§. verum. 6 q. 1. & glo. Inst. de hæred. quæ ab intesta. §. per contrarium.* & Card. *in clem. 1. §. pen. de hære. c. statutum, il secundo, de hær. in 6 gl.* & Saly. *in l. 2. C. ad l. Iul. maiest.* imò longè grauius est æternam lædere maiestatem, quàm temporalem, *vt in auth. Gazaros. C. de hære. c. vergentis. extra eo. tit. c. 1. §. Gazaros. de statu. contra lib. Eccl.* Diuina namq; gratia humanæ prævalere debet, *§. hinc autem. in auth. de mona.* & ideo valebit argumentum de crimine læsæ maiestatis ad hæresim, arguendo tamen à multò magis; secus econtrà.

2 ¶ Et detestandum est † hoc crimen, quia fundamentum impedit totius pietatis Christianę, id est, fidem, sine qua impossibile est placere Deo, vt ait Paul. ad Hebrę. 11. Ex fide enim iustus viuit. Abacuch 2. Super quam velut firmissimam petram Deus fundauit Ecclesiam, & nos fundandi sumus, vt inquit Paul. ad Hebr. 11. & ad Colo. 1.

3 ¶ Quinimò † magis peccant hæretici quàm infideles, sicut grauiùs peccat, qui nõ implet, quod ꝓmisit, quàm qui non implet, quod nunquam promisit, vt considerat Tho. *secunda secundæ, q. 10. art. 6.* Quin & grauiùs peccat, quàm idololatra, qui nunquam fidem Christi audiuit, quamquam idololatria de per se considerata grauius est delictum quàm hæresis, vt per Tho. *secunda secundæ, q. 94.* vbi quod grauitas peccati, potest dupliciter considerari, vno modo ex parte ipsi⁹ peccati, alio modo ex parte peccantis, vt ibi pulchrè per eum.

4 ¶ Item crimen hæresis, † in quod etiam quis inciderit lubrico ignorantiæ, grauius est homicidio dolosè commisso. Bal. *in l. 1. num. 45. C. qui accu. non poss.* sequitur Arelata. *de hære. not. 28.*

5 ¶ Et videtur † sapere peccatum in Spiritum sanctam propter pertinaciam.

¶ Et hæresis dicitur iniuria publica. Bal. *in l. 1. de iusti. & iu. nu. 6.* ideo dementes, vesaníque appellantur. *l. 1. Cod. de summa Trin.*

6 ¶ Hi enim † sunt hæretici, de quibus dicitur Esaiæ 28. Posuerunt mendacium spem suam, & mendacium ope-

riri sperauerunt. & hi secundum Prophetam dicunt Domino: Recede à nobis, vias tuas scire nolumus. & ideo Salomon de eis loquens, inquit: Per semitas propriè culturæ errauerunt. colligunt autem manibus infructuosa. *Epistola inter claras, quæ est l.4. C. de sum. Trin.*

¶ Impietas igitur appellabatur ab antiquis, vt testatur Crin. de honesta discipl. lib. 10. c. 3.

¶ Prauitas quoq; appellatur *in l.4. §. sed nec filios. Cod. de hæret.*

¶ Sacrilegi etiam appellantur hæretici *in d. leg. 4. in vlt. verbis.*

¶ Et dicuntur etiam ipsis elementis iniuriam facere. *l. Ariani. §. Manichæis. C. de hære.*

¶ Portentosa superstitio etiam appellatur hæresis, *in l. damnato. C. de hære.* & execrandos homines appellat *l. curiales. C. de hære.*

¶ Et profanam peruersitatem, & funestam, & facinorosam, & sacrilegam appellat hęresim, & quidem immanissimam tex. *in l. quicunque. C. de hære.* & impiam affectionem vocat tex. *in l cognouimus. C. de hære.* & nequitiam tex. *in auth. idem est. C. de hære. ibi,* perseueransin nequitia. Et nimirum si Iustinianus profitetur se hæreticos odio ꝓsequi in constit. nouel. 45. circa principium.

7 ¶ Ideo † qui cruce signantur ad exterminium hæreticorum, habent omnes indulgentias, quæ sunt concessæ Cruce signatis pro recuperatione terræ sanctæ. *c. excommunicamus. § catholici. de hæretic.* nam pestilentes personæ appellantur hæretici, *in c. 2. §. ad hæc, de hære in 6.* non enim habet Deum patrem, qui Ecclesiæ relinquit vnitatem, *c. alienus. 24. q. 1.* in vnitate enim consistit virtus Ecclesiæ, vt dicitur in c. præced.

8 ¶ Huius criminis † atrocitas etiam ex effectu eius cognoscitur: nam Mahumeticum Regnum aliunde non habuit initium, quàm ex hæresi & dissensione dogmatum fidei, ac tempore Arianorum & Manichæorum, ac aliorum hæreticorum vniuersus orbis dissipatus, ac in varias discerptus est partes, magnáque incommoda, cædes & ruinas passus est. quæ calamitas hodie (proh dolor) ætatem nostram vexauit, & hodie vexat atrociss imè, & ni Deus clementissimus piam manum interponat, maiora futura sunt mala, tam sæua & horrenda est pestis ista hæresis, quæ non modò Ecclesias, sed prouincias, & regna omnia concutit, dissipat, & conuellit, vt malo nostro docemur, tametsi sæuis sit pestis eorum, qui se Catholicos ore profitentur, moribus tamen Diaboli sunt: nam, vt inquit Aug. *in c. quæro. 6. q. 1.* An Catholicus pessimis moribus sit præferendus hæretico optimorum morum, non audeo præcipitare sententiam. quamquam ego putem vix Catholicum reperiri posse, qui perditorum sit morum. necesse est enim, vt fidem non habeat Catholicam, qui Deum non modò non amat, sed nec timet, cùm singulis horis ipsum peruersis moribus offendat, & Christianis ac vniuersis hominibus sit scandalo.

9 ¶ Hinc Romani, † ne nouæ religiones in vrbem irreperent, néve noui Dii colerentur, summo studio semper curauerunt, sentientes labem hanc paulatim totam Rempub. conturbare, & ni grauissimis pœnis inhiberetur, euersuram denique, vt author est Liui. *l.b. 4. & lib. 35. de bello Punico secundo,* & alibi quoq;, & Seneca *6. controuers.* laudat actionem læsæ religionis.

¶ Sed & apud Græcos iudicia læsæ religionis & mysteriorum exercebantur, & extat Adrocidis oratio in causa Alcibiadis de turbata religione, quæ Athenienſem populum ad tumult⁹ & seditiones excitauerat: nam vt inquit Isocrates, nullæ grauiores exoriuntur seditiones & tumultus, quàm ex causa religionis. & ideo licebat Athenis in causa violatæ religionis ducere in carcerem, accusare publicè causam apud Empolidas agere, & apud Regem etiam proponere, vt testatur Demosthe. in oratione aduersus Androcienem: & in Ariopagitico foro publicum & capitale iudicium exercebatur in nouam introducentes religionem, vbi etiam fuit accusatus Paulus Apostolus.

¶ Non est ideo hæreticis relinquendus locus, in quo etiam ipsis elementis fit iniuria, *l. Ariani, §. Manichæis. C. de hæreti.*

¶ Et execrandos homines appellat text. *in l. curiales. C. de hæret.*

¶ Notandum tamen, quòd inter hæreses nulla est differentia, neque est dare plus & minus, quia hæreticus etiam in minimo morte est puniendus, & sic par est pœna omnium, vt patet *in c. excommunicamus. in princ. de hæret.* & in c. pen. eod. titu. ibi, animaduersione, quod verbum mortem denotat, vt habetur *in l. Imperium. de iur. om. iud.* & declarat Fely. *in cap. ex literis. col. antepen. de constit.* licèt quidam vltramontani, quos refert Bald. *in l. cunctos populos, Cod. de summa Trin.* vellent dare gradus inter hæreses, quorum tamen opinio reprobatur, vt per Purpur. *in d. l. cunctos. num. 92. & seq.* sed pro Vltramontanis est text. no. *in l. pen. Cod. de hæreti.* vbi aliquibus grauioribus hæreticis interdicitur in omni casu testimonium dicere, aliis autem leuioribus non in omni casu. & tenet hoc, quod gradus dentur, Pet. de Bellapertica *in repe. l. 1. C. de summa Trin. col. mihi 5. ver. quæritur, lex ista dicit.*

¶ Et hæreses dicuntur idola, & hæretici idololatræ, ꝙ Deos alienos colant, vt inquit Hieronymus exponens illud Zachariæ: Disperdam nomina idolorum de terra, quod est c. 13. quod etiam approbat August. in lib. de vera religione, dum inquit: Est alius deterior & inferior cultus simulachrorum, quo hæretici phantasmata sua colunt, & quidquid animo errante cum superbia & tumore cogitando imaginati fuerint, religionis nomine obseruant.

## CAP. XX.

## *Hæresis specialia.*

### SVMMARIVM.

1 *Hæresis crimen, quamuis inter publica non sit numeratum, tamen de eo quilibet potest accusare, etiam personæ prohibitæ & quare.*
2 *Hæresis in crimine etiam fœminæ filiæ puniuntur.*
3 *Hæreticus statim ipso iure amittit rerum suarum dominium.*
4 *Hæresis in crimine per lineam paternam vsque ad secundum gradum, per maternam ad primum extenditur.*
5 *Hæreticorum filij fiunt inhabiles ad beneficia obtinenda, & obtenta perdunt.*
6 *Exempti ex hæresis crimine amittunt priuilegium, & sic eo non obst. in hoc subsunt episcopo.*
7 *Hæresis in causa plures delegati, & omnes, & singuli, & vnitè, & separatim procedere valent.*
8 *Delegante mortuo non expirat iurisdictio delegati à Papa vel alio in crimine hæresis. fallit tamen.*
9 *Iudicum iurisdictionum distinctione non obstante ecclesiasticus iudex in hæresis materia cogit laicos officiales, & magistratus, ad auxiliandum sub pœnis.*
10 *Hæresis in crimine, etiam post quinquennium à morte hæretici ecclesiasticus procedere valet.*
11 *Testes etiam in alijs causis inhabiles, hoc in crimine admittuntur.*
12 *Inquisitores procedere valent summariè, de plano, & sine strepitu, & figura iudicij.*
13 *Inquisitores etiam testibus non publicatis procedunt.*
14 *Inquiri potest & damnari etiam Imperator in crimine hæresis.*
15 *Papa inquiri & damnari potest in crimine hæresis per Concilium; nec constitutionem Papa potest facere, quòd Papa de hoc non possit inquiri.*
16 *Legitimatio personæ in hoc crimine non requiritur, prout in alijs.*
17 *Accusatio in hæresi etiam inepta, & sine loco & tempore procedit.*
18 *Diffamatio in crimine hæresis non requiritur.*

19 *Absens*

19 *Absens pro hoc crimine potest damnari.*
20 *Aduocatus notorium hæreticum defendens, est excommunicatus.*
21 *Suspicione ex leui in hæresi inquiri potest.*
22 *Tortura infertur in hæresi, priuilegijs non attentis.*
23 *Præsumptionibus tantùm deuenitur in hæresi ad condemnationem.*
24 *Testes etiam non citata parte, in hæresi, faciunt fidem & recipiuntur, etiam publicatis attestationibus, nu. seq.*
26 *Appellatio in crimine hæresis denegatur.*
27 *Degradatio ob hæresim, non requirit episcoporum numerum requisitum, & quibus præsentibus degradetur.*
28 *Accusatione instituta in crimine hæresis, contra regulas communes, recedi potest à prælato.*
29 *Accusatores non propalantur, si Inquisitoribus visum fuerit, qui nec tenentur se inscribere.*
30 *Remittere tenetur etiam dominus temporalis hæreticum subditum, qui deliquit in alieno territorio, iudici illius territorij.*
31 *Confugiens hæresi impetitus ad Ecclesiam, potest extrahi, nec obuians Cardinali, liberatur.*
32 *Receptantes consanguinei, in casu hæresis puniuntur.*
33 *Pœna augeri potest post sententiam in hæresi.*
34 *Iudex ecclesiasticus implorare potest brachium tyranni & excommunicati, si ob periculum moræ ad legitimos recurrere non valeat.*
35 *Spoliato hæretico agenti possessorio recuperandæ, obstabit exceptio hæresis, etiam quòd opponatur exceptio proprietatis.*
36 *Possessorium vxoris recuperandæ non datur hæretico.*
37 *Confessio etiam non constito de delicto, nocet in hæresi.*
38 *Inquisitores non pronunciant se competentes in materia hæresis, & quare.*
39 *Legari non potest, nec vni, nec collegio hæreticorum.*
40 *Transigi non potest in crimine hæresis.*
41 *Cogitatio etiam ipsa in casu hæresis est punibilis.*
42 *Testium secundo dicto standum in crimine hæresis, non primo, etiam quòd vtrumq; sit iudiciale.*
43 *Reus cogitur in casu hæresis edere ad fundandam etiam actoris intentionem.*
44 *Hæretici non possunt habere, quamuis Iudæi possint synagogas suas.*
45 *Testium examen in casu hæresis, alteri committi potest.*
46 *Notarius in officio iuratus, iterum iurat in causis hæresis adscribendum si assumi debet.*
47 *In sacris constitutus in materia hæresis notarius esse potest.*
48 *Hæresis in materia etiam tyrannus iurisdictionem exercet.*
49 *Iuramentum non datur hæretico in supplementum.*
50 *Pœnitentia in hæresi facit euitare pœnam.*
51 *Episcopus consilium capituli requirere tenetur, in casu hæresis, licèt hodie Inquisitor etiam accedat.*
52 *Inquisitio in casu hæresis, superueniente accusatore minime cessat, nec remissio datur, nu. seq.*
54 *Sententia absolutoria in hæresi non transit in rem iudicatam.*
55 *Fides hæreticis minus seruanda.*
56 *Error communis ad fauorem hæretici non facit ius.*
57 *Magistratus omnes iurare tenentur se exterminaturos omnes hæreticos, alias priuantur officio, & sententiæ eorum nullæ sunt.*
58 *Morte delictum hæresis non finitur, sed delinquentis memoria damnatur.*
59 *Locus, & res inanimata patitur ob criminis hæreticæ prauitatis atrocitatem.*
60 *Filij sui iuris fiunt ob patris hæresim.*
61 *Inquisitores negligentes ab episcopo excommunicandi sunt, & à solo Papa absolui possunt.*
62 *Hæreticus, cum vbiq; dicatur peccare, vbiq; etiam puniri potest.*
63 *Confessio hæretici propalari potest à sacerdote.*
64 *Hæreticus etiam super eodem articulo ad diuersos iudices trahi potest.*
65 *Mutuans hæretico, non habet tacite illam rem obligatam, & multa alia specialia, remissiuè, num. seq.*
67 *Par in parem in hæresis crimine, potestatem habet.*
68 *Non prosequens suam iniuriam in hoc crimine admittitur.*
69 *Confessione audita, sacerdos an hæreticum propalare possit, & quid agere.*
70 *Purgatio in casu hæresis vbi requiritur, compurgatores debent attestari, quod etiam præteritam vitam hæretici notam habent.*

COgnita delicti atrocitate videndum de specialibus, quæ in hoc crimine à iure sunt inducta præter vel contra iuris regulas.

1 ¶ Primò ergo de hoc crimine † quilibet potest accusare, quamuis inter publica iudicia nõ connumeretur, *in l. 1. ff. de pub. iud. tex. est in l. Manichæos, C. de hæreti. & in l. apostatarum, C. de apostat. Bald. in rubr. in 2. colum. C. qui accus. non poss. & in l. reos, 2. colum. C. de accus.* iniuria enim diuinæ facta maiestati omnibus facta videtur, *d. l. Manichæos, & d. l. apostatarum, & §. licentiam, in auth. quomo. opor. Epis.* quinimo etiam personæ alias prohibitæ poterunt tamen de hoc crimine accusare, *vt per Bart. in extrauag. ad reprim. in ver. accusationem, & no. in l. famosi, & l. seq. ff. ad l. Iul. maiest. gloss. & omnes in l. apostatarum, C. de apostat. & tradit Carre. de hæreti. num. 107.* & ideo licèt regulariter laicus clericum accusare non possit, *cap. 1. & 2. 2. quæst. 7. & cap. cum P. de accus.* fallit tamen in hoc crimine hæresis, *vt voluit glos. in summa. 2. quæst. 7.* similiter hæreticus hæreticum accusare poterit, *cap. si hæreticus, 2. quæst. 7. & gloss. in cap. ipsa pietas, 23. quæst. 4.* sic & inimicus admittitur ad accusandum in causa hæresis, *vt tradit Isern. in tit. de statu. contra lib. Eccl. in ver. diuina & humana.*

2 ¶ Secundò, in crimine † hæresis etiam filiæ fœminæ puniuntur non tantum masculi, *c. statutum, & c. vbicunq;, de pœn.* licet secus sit in crimine læsæ maiest. in quo masculi tantum puniuntur pro crimine patris. *l. quisquis. §. ad filias verò, C. ad l. Iul. maiest.*

3 ¶ Tertiò, in crimine hoc † hæreticus statim amittit dominium bonorum suorum ipso iure, *ca. cum secundum, de hæreti. in 6. cap. quicunq;. eod. tit. & no. Collectar. in cap. excommunicamus, in prin. de hæret. & in c. in quibusdam, ver. hodie tamen, de pœnis.* licet secus sit in crimine læsæ maiest. *l. quæsitum. ff. qui & à quibus.*

4 ¶ Quartò, in crimine † hæresis extenditur infamia vsq; ad secundum gradum per lineam paternam ob crimen hæresis patris: si verò hæresis fuerit matris, extenditur ad primum gradum, *c. statutum, de hæret. in 6.* licet in crimine læsæ maiest. etiam in crimine paterno extendatur infamia vsq; ad primum gradum tantum, *d. l. quisquis, §. ad filias, C. ad l. Iul. maiest.*

5 ¶ Quintò, † filij hæreticorum non solum fiunt inhabiles ad beneficia in futurum obtinenda, sed etiam iam obtenta ipso iure perdunt, licet secus sit in filijs eorum, qui crimen læsæ maiest. commiserint, *vt habetur per Henr. Boich. in c. vergentis, col. vlt. in fin. de hær.*

6 ¶ Sextò, exempti à iurisdictione † episcopi amittunt ex hoc crimine tale priuilegium, quia Episcopus eo nõ obstante poterit procedere & punire, quia ipse dicitur delegatus à iure, non ordinarius hoc casu, *cap. ad abolendam, in fin. de hæret. in 6. vbi gloss. in ver. delegatis. §. irrefragabili, §. cæterum, de off. ord. & gloss. in ca. pro hoc, in ver. delegata, de hære. in 6.*

7 ¶ Septimò, si sint † plures inquisitores delegati, poterunt omnes & etiam singuli procedere etiam in vna eademq; causa & separatim & vnitè, quod non possent facere in alijs causis, *Panor. in cap. vlt. pen. col. de re iud. & in cap. causam. 1. col. de restit. spol.*

8 ¶ Octauò, mortuo delegante † licet alias delegati iurisdictio expiret. *l. & quia. ff. de iur. omn. iud. & no. in l. more, eo. tit.* attamen secus est in hoc crimine, quia poterit Inquisitor delegatus à Papa procedere etiam mortuo Papa. *cap. ne aliqui, de hær. in 6. & not. omnes in d. l. & quia, & l. more.* quod procedit non tantum in delegato à Papa, sed in

delegato etiam à quocunque in alio. Fallit tamen, nisi delegatio vel officium inquisitionis fuisset datum Inquisitori cum clausula, ad beneplacitum Papæ vel delegantis, quia expiraret morte, *c. si gratiosè, de resc. in 6.* licèt secus esset, si diceretur, ad beneplacitum sedis Apostolicæ. ita Io. And. limitat *in d. c. ne aliquis. in nouell.*

9 ¶ Nonò, licèt distinctæ sint † iurisdictiones Ecclesiasticæ à laicis, & vnus nõ possit in alterius messem falcem imponere; attamen iudices Ecclesiastici possunt cogere officiales & magistratus laicos, vt officium & brachium seculare in auxilium contra hæreticos illis præstent sub pœna, vt habetur *in c. inquisitionis. & c. vt commissi, de hære. in in 6. & c. præsidentes, & c. accusatus. §. denique, eo. tit. & in cle. 2. eod. titu. & in ca. ad abolendam. & cap. excommunicamus. eod.* vbi Panor. & Felyn.

10 ¶ Decimò, potest Ecclesiasticus † inquirere etiam post quinquennium à morte hæretici, vt eius memoria damnetur, quod tamen in aliis delictis fieri non posset, *gl. in c. accusatus. de hære. in 6. & in c. 2. de præscr. in 6.* & Panor. & Fely. *in c. cum à nobis, de præsc.*

11 ¶ Vndecimò, testes † inhabiles in aliis causis hoc in crimine admittuntur, vt excommunicati, socii & participes criminis, *c. in fidei fauorem. de hæret. in 6.* & periuri quoque admittuntur, *c. accusatus. §. licet. eo. tit.* & dicam latè ĩ. *sub c. de probationibus. in crim. hæresis.*

12 ¶ Duodecimò, procedere † possunt Inquisitores summariè, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicii, *c. vlt. de hære. in 6.*

13 ¶ Decimotertiò, procedere † possunt Inquisitores, etiam testibus non publicatis timore existente & periculo, ne testium personæ offendantur, adhibitis tamẽ Doctoribus & religiosis peritis, vt dicitur *in d. c. vlt.* & vide latè per Carrer. *de hære. num. 122.* & quòd nomina testium in causa hæresis non sint publicanda, tenet Bologni. *con. 37. col pen. ver. vlt. dico.*

14 ¶ Decimoquartò, potest etiam † contra Imperatorem de hoc crimine procedi & damnari, si repert⁹ fuerit hæreticus, quod non est in aliis criminibus: & exemplum habemus in Federico Imperatore, qui ob hęresim & alia crimina fuit depositus, vt habetur *in c. ad apostolicæ. in ver. & Apostolicæ. in ver. & ibi glo. in cc. verbo, de re iud. in 6. & in cap. vt inquisitionis, vbi glo. in ver. tunc, de hære. in 6. & glo. in capit. si Papa. 40 distinct.* Deponetur autem per solum Papam, nõ per alium, vt tradunt Bart. & Bald. *in l. vlt. C. de legi. c. alius. 16. q. 6 cle. 1. §. fi.* vbi Card. *de iureiuran. in fi.* Alex. in apostil. post Bar. *in l. 1. §. 1. ff. de requir. reis.*

15 ¶ Decimoquintò, Papa † quoq; de hoc crimine accusari potest, & contra eum procedi per Concilium, licèt de aliis non possit, *d. c. si Papa. 40. dist. vbi glo.* nam valdè absurdum esset & periculosum, si vera fides, quæ in tota Repub. Christiana requiritur, in capite non reperiretur, vt dicitur *in c. miramur. 61. distin.* nam si Papa sit hæreticus, tunc minor est quocunque Catholico, vt inquit gl. *in ca. Acatius. 24. q. 1.* & per Panorm. *in c. quotiens. de simo. & in cap. cum venissent.* vbi etiam Decius *in 3. colum. de iud.* Card. *in cle. 2. §. cæterum. & §. nuncij, in fi. de hære.* & Archid. *in cap. in fidei. de hær. in 6.* & latè Decius *consi. 151.* quinimò Papa non posset constitutionem edere, quòd contra Papam non posset inquiri de hæresi, quia tota Ecclesia periclitaretur, vt inquit gl. *in d. c. si Papa, in ver. à fide.* pro quibus vide plura adducta per Arelatan. *de hære. not. 12.* vbi latè.

16 ¶ Decimosextò, licèt aliàs † requiratur legitimatio personæ accusatoris ante omnia, vt si filius famiâs accuset, quia requiritur probari consensus patris, vt per Gandi. *in rub. de filio fam. accu.* & per Angel. *in tracta. mal. in versi. nec non ad querelam. versi. quid si filius fam.* vbi etiam Aug. de Arim. vel si pupillus accusaret, requireretur consensus tutoris: attamen in hoc crimine, in quo proceditur summariè, breuiter & de plano, vt suprà dixi, non requireretur legitimatio personæ, vt pluribus comprobat Carrer. *in tract. de hære. nu. 108.*

17 ¶ Decimoseptimò, † accusatio in hoc crimine procedit, etiam si sit inepta, neque diem aut locum contineat, licèt alias continere debeat, *iuxta l. libellorum. ff. de accusat.* ita tenet Ang. *in d. l. libellorum. & in Auth. quomodo opor. Episc. §. fin.* & tradit Aug. de Arim. post Ange. *in tractat. malef. in ver. hæc est quædam inquisitio, 7. col. in ver. locus & tempus est, in 4. princi. q. num. 64.* vbi allegat Bal. *in c. 1. quib. mo. feud. am.* & idem dicendum de inquisitione, vt per Barto. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. inquisitionem.* & per Carrer. *de hæret. nume. 109.* & sequitur Aug. de Arim in add. ad Ange. *in ver. de anno præsenti. nu. 1.*

18 ¶ Decimooctauò, licèt † in inquisitione pro aliis delictis debeat præcedere diffamatio, in hoc tamen non est necessaria, vt per Bart. *in extrauag. ad reprimen. in d. ver. inquisitione.* & per Card. *in clem. 1. §. pen. & in clem. 2. q. 2. de hæret.* Aug. post Ange. de malef. *in ver. hæc est quædam inquisitio, in add. incip. mero officio. cum alijs, de quibus Carrer. de hæreti. num. centesimo decimo. & Arelatan. de hæreticis. not. 26. numero tertio.*

19 ¶ Decimononò, absens pro hoc † crimine damnari potest, non pro aliis, Barto. *in extrauag. ad reprim. in ver. inquisitione. & in ver. contest.* & Carrer. *de hæret. nume. 112.* licèt non statim, quòd est contumax, damnetur de hæresi, sed per annum expectatur, *capitu. cum contumacia, de hæreticis, in sexto.*

20 ¶ Vigesimò, aduocatus † volens defendere hæreticum maximè notorium, est excommunicatus, *cap. aduersus. de hæret. & in cap. vlt. de hæreti. in 6. cum aliis multis, de quibus per Carrer. de hære. num. 114.* sed intellige, vt dixi, quando vellet hæreticum iam damnatum in aliis causis defendere, sed pro ipsa hæresi accusatum poterit defendere, nisi sit verè notorius, & vt per Carrer. ibi.

21 ¶ Vigesimoprimò, licèt ex leui suspitione † in aliis criminibus quis damnari non possit, poterit tamen in isto, *l. 2. & ibi glo. & authen. Gazaros. ibi. leui suspitione. Cod. de hære. glo. in cap. literas. in ver. vehementem. de præsumpt.* intellige tamen, quòd ex leui suspitione inquiri poterit, non tamen damnari, neq; etiam ad torturam procedi, vt per Carrer. *de hæret. num. 116.*

22 ¶ Vigesimosecundò, in hoc crimine † quoad torturam non attenduntur priuilegia: nã torquentur omnes, siue miles, siue Doctor, siue Decurio, vel alius quiuis sit, vt habetur *in l. nullus, C. ad l. Iul. maiest. & in l. milites. Cod. de quæstio. cum concord. de quibus per Carrer. de hæreti. numero 117. circa fin.*

23 ¶ Vigesimotertiò, licèt regulariter † in criminalibus ex præsumptionibus, etiam violentis, nemo ordinaria pœna puniatur; attamen fallit in hoc crimine, vt per omnes *in c. ad abolendam. §. illos. de hæret. in 6. cum alijs, de quibus per Carrer. num. 118. circa fin.* & Girland. *in tract. de hæret. q. 80.* & ĩ. latiùs dicam, *C. de pœnis.*

24 ¶ Vigesimoquartò, probabunt testes † etiam parte nõ citata, qui tamen aliàs non probarent, vt per Carrer. ibi, num. 121.

25 ¶ Vigesimoquintò, post publicationem † testium, licèt in aliis criminibus non recipiantur alii testes, maximè super eisdem: attamen in hoc possunt recipi, Ang. in *l. per hanc, C. de temp. appella.* Gemi. *in cap. vt officium. §. verum. de hære. in 6. per c. vlt. de hære. in 6. cum concor. de quibus per Carrer. de hære. nu. 124.*

26 ¶ Vigesimosextò, in hoc † crimine non datur appellatio, *c. vt inquisitionis officium. de hære. in 6. cum concor. de quibus per Carrer. de hære. nu. 129.*

27 ¶ Vigesimoseptimò, licèt in degradando † clericum ob alia delicta requirantur sex Episcopi, si degradandus est presbyter, & tres si Diaconus, vt per Panor. & Felyn. *in c. non potest. de re iud.* tamen in hoc crimine si interuenire non possunt tot Episcopi, solus Episcopus conuocatis Abbatibus aut aliis religiosis poterit degradare, vt habetur *in c. 1. de hære. in 6. cum concord.* vt per Carrer. *de hæret. num. 134.*

28 ¶ Vigesimooctauò, licèt instituta † accusatione contra prælatum regulariter nõ possit recedi ab ipsi⁹ obedientia,

tia, *c.nonne,8.q.4.* fallit tamen in hoc crimine. nam etiam ante institutã accusationem recedi potest à prælato hæretico, vt per glo. *in c.sacerdotes.2.q.7. & in c.cum non liceat, de præscr.*

29 ¶ Vigesimononò, accusator † regulariter in aliis criminib. debet se ostendere, *c. non oportet,3.q.9. & c.habetur.* & insuper debet se subscribere ad pœnam talionis, *l.libellorum.ff.de accusa.l.qui crimen.C.qui accu.non poss.l.pen. Cod.de accu.c.super his,eo.tit.c.licet Heli,de simon.* quinimò & carceris custodiã subire. *l.vlt.C.de accu.* Fallit tamen in hoc crimine, quia si videbitur Inquisitoribus, poterunt tenere nomina accusantium occulta, si timetur potentia accusatorum, vt habetur in *c.vlt. §.iubemus. de hære.in 6.*

30 ¶ Trigesimò, licèt regulariter † Dominus non teneatur tradere subditum suum delinquentem in alieno territorio, iudici illius territorii ipsum requirenti, vt per Cal. *in tit. de pace tenen. §. si iudex.* fallit tamen in inquisito vel accusato de hæresi, quia Dominus etiam temporalis loci, in quo reperitur habitare, tenetur remittere eum ad Inquisitores, si ad hoc requiratur, vt est tex. *in c. vt inquisitionis.in prin.de hære.in 6.*

31 ¶ Trigesimoprimò, licet † delinquentes ad Ecclesiam confugientes nõ possint inde extrahi regulariter, *tot.tit. C.de ijs,qui ad Eccl. confu.* fallit tñ in hæretico confugiente ad Ecclesiam, quia non gaudet eius immunitate, *gloss. in Auth.de manda.prin.§.neque autem.& not.in l.1. C. de his,qui ad Eccl.confugi.* sic etiam licèt aliàs ductus ad patibulum obuians Cardinali liberetur à morte, vt per Bal.& Saly. *in l. addictos, C.de appella.* & per Andr.Sicul. *in titu.de Cardin.q.9. primæ partis, col. 2.* attamen in causa hæresis non liberabitur, vt per Girlan. *in tract.de hære.* sequitur Rim.iun. *in l.imperium.de iur.omn.iud.nu.38.*

32 ¶ Trigesimosecundò, q; licèt ẽt aliàs † consanguinei receptantes consanguineos delinquentes mitius puniantur, *vt in l.2.ff.de recepta.* fallit tamen in receptante consanguineum hæreticum propter atrocitatem criminis, vt per Gondisla. *de hæret.q.16.in fi.*

33 ¶ Trigesimotertiò, in aliis † criminibus post sententiam non potest pœna augeri aut minui ex causa, *glo.in l. quid ergo, §.pœna grauior.ff.de ijs, qui no. infa. & in l. & si seuerior. C.eo. l.1. §.vlt.de quæstio. l. Diui.ff.de pœnis.* verùm in hoc crimine, etiam potest pœna mutari arbitrio iudicum, *c.vt commissi.§.nec non,de hære. in 6.* pro cuius intellectu videndus Gondisla. *in tract.de hære.q.17.nu.5.*

34 ¶ Trigesimoquartò, potest † iudex Ecclesiasticus implorare brachium secularis etiã excommunicati vel Tyranni, & qui de facto occupauit dominiũ illius loci vel magistratus, dũmodo sine periculo moræ non possit recurrere ad legitimos dños, *vt est tex.in c.præsidẽtes,de hær.in 6.* sequitur Gondis. *in tract.de hære.q.19.nu.8.*

35 ¶ Trigesimoquintò, quanq; spoliatus † ante omnia sit restituendus, etiam si opponatur exceptio proprietatis. *l.si quis ad se fundum, C.ad l.Iul.de vi pub.c.1. & c. literis.de resti. spol.* hæc tamen regula non habet locum in hæretico spoliato, cui agenti possessorio recuperandæ obstabit exceptio hæresis, ita glo.not. *in c.quo iure,* vbi etiam Præpos.Alex. *8.dist.* & est ratio. quia hæreticus statim & ipso iure est excommunicatus, *ca.excommunicamus, de hæret.* & tamen spoliato excommunicato obstat exceptio excommunicationis, vt per glo. *in c.1.in ver.audientia, 24.dist. & in ca.ex insinuatione,in ver.aliud canonicum.de procur.cum concor.* Est & alia ratio, quia cùm agat possessorio hæreticus, nil possidere potest. *ca.1. & 2.23.q.7.* ideo nimirum si obstat exceptio hæresis: nam omnis exceptio obstat agenti possessorio, quæ concludit agentem non posse possidere. Bald. *in l.1.C.si de momen.poss. & in l.2.* vbi etiam Ange. C. *de edict. di.Adria.toll.& in l.dolo.ff.de doli except.* & Alex. *in l. naturaliter.§.nihil commune,col.6.& seq.in 7.fall.de acqu.poss.ff.* vbi etiam Ripa, *num. 88.*

36 ¶ Trigesimosexto, tametsi † quilibet etiam excommunicatus possit agere ad restitutionem vxoris, *glo.in c.quoniam multos.in ver.vxores. 11.q.3.* Panorm. *in cap.vlt.de ord.cog.* hæreticus tamen non poterit vxorem petitam consequi. *c.quanto.de diuor.c.inter.de purg.can.*

37 ¶ Trigesimoseptimò, quamuis in † aliis criminibus confessio criminis per reum facta nil obsit, nisi constet de delicto. *l.1.§.item illud.* vbi Bar. *ff.ad Syllan.* Bald. *in auth. sed nouo iure.C.de seru.fugi.* & Ang. *in l.1.C.de confess.cum concord.* vt per Ias. *in l.error.col.3.C.de iur.& fact.ignor.* & Felyn. *in cap.auditis.col.15.de præscript.* tamen in hoc crimine sola confessio sufficit ad condemnationem: quia de eo aliter constare non potest. solus.n. Deus est scrutator cordiũ: & fides in solo animo consistit, ita Bal. *in l.si quis non dicam rapere.C.de Episco.& cle.* sequitur Fel. *in d.c.auditis.* & de quo dicam infrà, *in c.de probationibus,in causa hæres.*

38 ¶ Trigesimooctauò, quanquam etiam in aliis † iudiciis iudex, cuius iurisdictio declinatur, potest cognoscere de sua iurisdictione, & pronunciare se competentem vel non, *l.2.vbi omnes. ff. si quis in ius voca.non ier. l.si quis ex aliena. ff.de iudic.* attamen in hoc crimine Inquisitores non possunt se declarare competentes, quia non possunt cognoscere nisi de iis, quæ sapiunt hæresim manifestam. *ca. accusatus.§.sanè.* vbi gloss. Arch. & Ioan. Andr. hoc dicunt, de hæretic. in 6. & ibidem Gemin. tradit regulam generalem, quòd vbi iudex non potest cognoscere nisi de manifestis, non potest cognoscere, an sua sit iurisdictio. sequitur Fely. *in c.si clericus laicum, de foro compet.* & est ratio, quia cùm non possit cognoscere nisi super manifestis & notoriis, si dubitatur, an crimen sit manifestum, non poterit iudicare, cùm sit dubium.

39 ¶ Trigesimononò, Iudæo † singulari, id est, vni Iudeo legari potest, licèt non collegio Iudæorum. glos. & Bart. *in l.1.C.de Iudæ.omnes in l.1.C.de sacrosanctis eccle.* Bart. *in l.cum Senatus.per illum textum.ff.de rebus dubiis.* & tamen neq; collegio hæreticorum, neque vni tantùm hæretico legari potest. *l.Manichæos.C.de hære.cap.si Episcopus.c.in eos.cap.vergentes.de hæret. cap. sanè. 24.q.2.* & tradunt Doctor. in locis prælegatis, & etiam Soci. *in d.l.cum Senatus.* de quo latiùs Arelatan. *de hær.no.7.*

40 ¶ Quadragesimò, transactio † super crimine capitali pœnam sanguinis ingerente licita est. *l. transigere. Cod.de transact.* fallit tamen in hæresi, quanquam capitale sit crimen, & pœnam sanguinis ingerat. *l.Ariani.C.de hær.cap.ad abolendam,extra eod.* quia solus Deus hoc crimen remittere potest, quinimò neq; Episcopus potest talem iniuriã remittere, ideo nullus est, cum quo trãsigi possit. ita Bal. *in l. accusationem. col.11.in fi.C.qui acc.non poss.* sequitur Purpur. *in d.l transigere.* & Arelatan. *de hæret.not.8.*

41 ¶ Quadragesimoprimò, certa est regula cogitationis pœnam nullam esse, quatenus in terminis puræ cogitationis persistat. *l.cogitationis pœnam.ff.de pœn.* vbi Bartol. & alii, & Scrib. *in l si quis non dicam rapere.C.de epis.& cler.* fallit tamen in hoc crimine hæresis, quoniam sola voluntate committitur, & ideo cogitatio punitur, vt voluit gl.no. *in cle.1.§.verum.in ver.eo ipso.de hæret.* vbi Card.Zab. *q.6.& 7.* & Bal. *in d.l.si quis non dicam.* & Io.de Ana. *in c.si Episcopus.col. 3.de hær.* plura ad hoc per Fely. *in tract. conatus.in 2.col. versi. quartus casus.*

42 ¶ Quadragesimosecundò, si testis † variet, & vnum dicat in iudicio, postea aliud vel contrarium dicat in iudicio, stabitur primo, & non secundo dicto. gl. & omnes in *in c.cum in tua.de testi.* tex. & omnes. *in c.præterea.de testi.cog.* vbi latè Fely. in crimine tamen isto hæresis speciale est, vt stetur 2. dicto, quamuis vtrunq; fuerit iudiciale, text. no. *in c.accusatus.§.licet, vbi glos.in ver. postmodum, de hæretic. in sexto.*

43 ¶ Quadragesimotertiò, reus nõ cogitur edere ad fundandam intentionem actoris contra se, *l.1.l.accusare.& l. vlt. vbi omnes. C. de ed.* hoc tamen fallit in hæretico, qui si quid habet contra se ad fundandam intentionem accusatoris, cogitur edere. glo. & ibi Philip.Franc. *in c.vt commissi.in ver.quibuslibet.de hæret.in 6.* Ange. *in l.per hanc.Cod.de temp.appel.* Purpur. *in l.vlt. Cod.de eden.num.20.* Arelatan. *de hæret.no.21.*

44 ¶Quadragesimoquartò, licèt Iudæi possint habere in terris Christianorum suas synagogas, in quibus conueniant ad sacra,& ceremonias suas.*l.3.& l.die sabbathi, C. de iud.c.3.de iud.* hæretici tamen hoc non possunt facere.*l.3. C.de hær. l.2.*vbi gl. assignat rationem diuersitatis. *Cod.de sum.Trin.Arelat.de hæret.num.25.*

45 ¶Quadragesimoquintò, examinatio † testium licèt in criminalibus alteri committi non possit.*auth.apud eloquentissimum.C.de fide instrum.glo.in clem.1.in ver.ciuili.de offi. deleg. cum concord.* attamen in hoc crimine committi poterit.*c.vt officium.§.verum.de hær.in 6.* sequitur Fel.*in c.cum causam.col.antepe.ver.fallit.3.de testi.*& Arela.*de hæret.not.35.*

46 ¶Quadragesimo sextò, quamquam in cæteris † causis sufficiat notarium à principio iurare se exerciturum officium fideliter.*c.ad audientiam,de præscr.glo.vbi omnes in leg. quædam.§.numularios.ff.de eden.* neque tenetur vlterius iurare constante officio, cùm satis sit semel iuratum fuisse, vt tradit Bald.post glo.*in c.præterea.* vbi etiam Felyn.*col.1. de testi cogen.*at in causa hæresis notarius iterum, dum assumitur, debet iurare.*clem.1.§.porrò.ver.& quia.vbi gloss.in versi.iurabunt,* & ibi etiam Ancha.& Imo.*de hæreti.* vbi dicunt omnes hoc esse speciale propter delicti atrocitatẽ.

47 ¶Quadragesimoseptimò, licèt in sacris † constitutus non possit esse notarius.*c.sicut, vbi omnes, ne cleri.vel mona.* attamen poterit esse in hac causa hæresis.*cap. vt officium. §.ad conscribendas,vbi glo.& cæteri omnes de hæreti.in 6.*gl.Anchar.& Imo.*in cle.1.§.sanè.ver.& quia.in gl. in ver.notari. eod. tit.*& Hostien.*in d.c. sicut Fran.Squilla. in tract. de fide cathol. capitu.27.* & Iason *in l.1.§. huius studij. de iusti. & iur. num.8.*

48 ¶Quadragesimooctauò, Tyrannus † vel qui de facto iurisdictionem occupat, si quid sub nomine dignitatis vel iurisdictionis faciat, irritum est,*vt not.in ca fundamenta,§.quòd si secus.de elect.in 6.& in l.decernimus. C.de sacrosan. Eccle.* in hoc tamen crimine hæresis potest Tyrannus iurisdictionem exercere, & omnia valebunt, vt Arelatan. refert *de hær.not.40.*

49 ¶Quadragesimononò, iuramentum † in supplementum probationis non defertur hæretico contra Catholicum, sed benè econtrà, licèt obstet regula correlatiuorum, vt notant omnes *in c.vlt.de iureiur.*& Bapt.de S.Blas. *in tract.correlatiuorum.ver.venio ad quintum,in 28.fallen.* & sequitur Arelatan.*de hær.not.47.*

50 ¶Quinquagesimò, licèt in aliis † criminibus pœnitentia non admittatur ad euitandã pœnam.*l.qui ea mente.*vbi Bart.*ff.de fur.* tamen in hoc crimine hoc est speciale, quòd admittatur.*c.ad abolendam.in prin.de hær.& l.Manichæos.C.eod.*

51 ¶Quinquagesimoprimò, Episcopus † in causa hæresis tenetur consilium capituli sui requirere, licèt non sequi, vt not.Pet.de Anchar.*in ca.excommunicamus.de hæreti.* licèt hodie sine Inquisitore ꝓcedere non possit.*clem.1.de hær.* ita Anto.Archiep.Floren.*in tract.de excommu. cap.4. num.2.& 3.*

52 ¶Quinquagesimosecundò, licèt aliàs superueniente † accusatore cesset inquisitio, tamen fallit ista regula in crimine hæresis, prout etiam in crimine læsæ maiest. vt per Bar.*in extrauag.ad repri.in ver.per denũciationem.*& Ang.*in l.1.§.1.in fi.ff.de rei vendi.& in l.ea quidem,*C.*de accu.per text. in c.per hoc.de hær.in 6.* & sequitur Aug.in add.ad Ang. de malef.*in ver.hæc est quædam inquisitio.nu.74.& seq.*

53 ¶Quinquagesimotertiò, accusatus † de hæresi potest vbique locorum puniri & condemnari, neque datur remissio, vt tenet Iac.Butr.*in l.Ariani.Cod.de hæreti.* sequitur Guido Papæ *q.202.col.1.ver.quarto,quòd ipse delatus.*

54 ¶Quinquagesimoquartò, sententia absolutoria † in causa hæresis nunquam transit in rem iudicatam, hoc tenet Iacob.de Belui.*in auth. de priuil. do. mul.hær.non dan. ver.quæritur an sententia absolutoria,* quem sequitur Luc.de Pen.*in l.1.nu.3.C.de senten.aduer.fisc. lat. lib.10.per illum tex.*

55 ¶Quinquagesimoquintò, licèt † vulgatum sit, fidem etiam hosti seruandam, attamen id omnium consensu fallit in hæretico, quia illi etiam fides data seruanda non est, quod Constãtiense Concilium obseruauit, dum Ioannem Hus,& Hieronymum Pragam hęresiarchas contra fidem datam damnarunt, & igni damnatos concremarunt, vt refert Solomon *in l.2.§.exactis deinde, ff.de orig. iuris.*

56 ¶Quinquagesimosextò, licèt † regulariter communis error faciat ius, vt scilicet, qui communi opinione reputabatur legitimus magistratus, vel iudex, possit sententiam ferre, & valeat ipsius sententia.*l.Barbarius. ff.de off.prætoris.* fallit tamen in hæretico.nam si hæreticus cõmuni opinione habitus pro catholico sententiam proferat, nihilominus non valebit talis sententia,*vt est glo.in summa,24.q.1.& sequitur Archid.in c.pen.de offi.Archid. in 6.& Iaſ.post Alberic.in d.l.Barbarius.num.62.*

57 ¶Quinquagesimoseptimò, Magistratus † omnes tenentur iurare se exterminaturos & persecuturos hæreticos omnes; alioquin priuantur officio,& sententiæ eorum nullæ sunt,*vt est constitutio Federici posita post auth. præsides gentium,C.de Episc.audi.*

58 ¶Quinquagesimooctauò, morte non finitur † delictum, sed memoria defuncti hæretici potest damnari.*l. 4.C.de hæreti.*

59 ¶Quinquagesimononò, atrocitas † huius delicti facit, vt etiam res inanimata puniatur. quia si hæreticus fuerit sepultus, locus in quo fuit sepultus, perpetua carebit sepultura,*c.2.in fi.prin.de hæret.in 6.* Item domus, in qua facta est congregatio, destruitur absque spe restitutionis, vt dicam infrà,*capitu.41.nume.13.& 33.* sic & ciuitas tota destruitur, vt ibi.

60 ¶Sexagesimò, desinunt etiam filii † esse in potestate patris hæretici propter tanti delicti atrocitatem, inquit text.*in c.2.de hæret.in 6.in§.illorum.*

61 ¶Sexagesimoprimò, Inquisitores † negligentes in exterminando tam nefario crimine excommunicantur ab Episcopo, neq; possunt absolui nisi à summo Pontifice, & in articulo mortis,*cle.1.§.pen.de hær.*

62 ¶Sexagesimosecundò, potest hæreticus † vbique locorum puniri, vbi inuentus fuerit, quia etiam vbiq; peccat, scilicet in cœlo, terra,& mari, vt inquit Cyn.*in l.cunctos populos. C.de sum.Trin. nu.7.*

63 ¶Sexagesimotertiò, licèt sacerdos confessionem † ꝓpalare non possit, potest tamen propalare confessionem hæretici, ita Alberic.*in rub.de hær.nu.4.in fi.vide infr.nu.69. vbi latius.*

64 ¶Sexagesimoquartò, hæreticus potest † trahi ad diuersos iudices super eodem articulo. Gemini.*in c.per hoc §.verum.in prin.per illum tex.* Gomes.*in c.dispendia.num.18.de rescr.in 6.*

65 ¶Sexagesimoquintò, licèt mutuans † ad refectionem alicuius rei habeat tacitè illam rem obligatam, fallit tamen in mutuante hæretico,*auth.item priuilegium. C.de hær.*& not.Abb.*in c.quia gaudemus.de diuor.* Ias.*in l.creditor,la prima,nu.4.ff.si cert.peta.*

66 ¶Sexagesimosextò, multa † alia specialia colliges ex c.seq.de iudicibus,*& in c.de pœnis.& in c.quomodo procedatur,& in c.de probationibus.*

67 ¶Sexagesimoseptimò, par in parem † potest in hoc crimine iurisdictionem habere, vt Episcopus in Episcopum, vel etiam in Inquisitorem, & Papa in Papam,& infrà dicam *c.seq.nu.6.ver.extende 2.*

68 ¶Sexagesimooctauò, licèt extet statutũ, † quòd nullus admittatur ad accusandum vel denunciandum, nisi suã vel suorum prosequatur iniuriam: attamen à tali statuto excipietur hoc crimen, sicut & crimen læsæ ma. Carrer.*de hær.num.106.*

69 ¶Sexagesimononò, sacerdos † qui confessionem audiuit, potest hæreticum propalare, si recuset pœnitere vel cessare à præstando fauorem hæreticis, vt tenet Archid.post Ray.*in c.sacerdos de pœni. di.6.nu.3.* & sequitũr Alber.de Rosa.*in rub. C.de hær.nu.4.in fi.* licèt Archid. vbi s̃, dicat, ꝙ tutius faciet sacerdos, si adeat Episcopum,& dicat: Vigila super gregem tuum, quia lupus est in eo.

Septua-

¶Septuageſimò, licèt in aliis criminibus, in quibus indicitur purgatio, ſufficiat, quòd compurgatores atteſtentur ſe notam habere præſentem vitam ſuſpecti de crimine: attamen in crimine hæreſis oportet, quòd habeant notam etiam vitam eius præteritam. *c. inter ſolicitudinis. §. attendentes, in fi. de purg. can.* & Hoſt. *in ſumma illius ti. §. quales. ver. & ſpeciale.*

## CAP. XXI.

## *de Iudicib. in cauſa hæreſis.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudices apud Roman. ne noui colerentur dij, & circa eorum nouum cultum.*
2 *Iudices Hebræorum, circa religionem læſam, quilibet benè educatus ac natus erat, nullo ſenatus iudicumve expectato aſſenſu, & aliàs, vt nu. ſeq.*
3 *Iudex apud antiquos Hebræos patres noſtros conſtitutus cum Sacerdotibus Leuitici generis, iudicabat, Moyſes autem ſolus iudicabat.*
*Hæreſis quando eſt clara, & quando eſt dubium, quis iudex ſit.*
*Papæ poteſtas quoad hæreſim etiam in angelos.*
*Papa in his, quæ ſedem concernunt, cautius aget, Concilium generale ſi requiret.*
4 *Hæreſis inquiſitio ordinario iure ad Epiſcopum ſpectat, tam quoad clericos, quàm ſeculares, imò & contra exemptos.*
5 *Tex. in c. inquiſitores, de hæret. in 6. intellectus.*
6 *Epiſcopus iure ordinario procedere poteſt etiã contra Inquiſitorẽ hæreticæ prauitatis, & contra delegatum apoſtolicum.*
7 *Vicarius Epiſcopi etiam generalis ſine ſpeciali commiſſione nõ cognoſcit de hæreſi, & quid ſi Epiſcopus ſit abſens.*
8 *Epiſcopi negligentes purgare hæreticis diœceſes ſuas deponendi veniunt.*
9 *Epiſcopus requirere debet capitulum ad declarandum quem eſſe hæreticum.*
10 *Epiſcopi poteſtati non derogatur per Inquiſitorum creationẽ, licèt teneatur ſeruare ordinem Inquiſitoribus perſcriptum.*
11 *Epiſcopus ſolus poteſt iubere citari hæreticum, & carcerari, etiam exiſtentibus Inquiſitoribus.*
12 *Epiſcopus antiquitus quis ſolus ſententiam ferret, hodie tamẽ ſolum poteſt abſoluere ſolus, & vide de veritate iſtius concluſionis.*
13 *Capitulum eſt iudex ſede vacante, vel quaſi.*
14 *Epiſcopo ſecundum communem non datur procedere contra exemptos, & quare.*
15 *Inquiſitor ſine capitulo non procedit ſede vacante.*
16 *Delegatus Epiſcopi, vel capituli, ſede vacante procedere poterit ſuper hæreſi.*
17 *Epiſcopus hæreticus, hæreticum non damnat, nec vocem habent in capitulo, nec in eo vocandi.*
18 *Præuenientis ſententia attenditur, quamuis à diuerſis regionibus inquiri poſſit.*
19 *Inquiſitores quare hæreticum priuare poſſint honoribus ſine Epiſcopo, & non beneficiis remißuè.*
20 *Papa abſoluere poterit excommunicatum tanquam hæreticum à ſancta Synodo.*
21 *Imperatores hæreticorum condemnationes comprobabant à Synodis factas.*
22 *Epiſcopis & Inquiſitoribus diſcordantibus, ad Papam recurri debet.*
23 *Diuiſim procedere, quomodo intelligatur, & quando communicandi ſunt proceſſus.*
24 *Inquiſitor quando procedere poßit contra domicilium mutantem.*
25 *Hæreſim pluribus committens in locis, in quibus conueniri poteſt quoad pœnas reiterabiles.*
26 *Priuilegium habentes abſoluendi ab excommunicatione, an hæreticum abſoluere poſſint, & in quo foro.*
27 *Hæreticus vbi deliquit, ibi deprehendi debet, & ſi abſens ſit, qualiter fiet.*

VIso de huius criminis grauitate, & eius ſingularibus à iure introductis, nunc videndum de iudicibus & magiſtratibus, qui contra hæreticos inquirere & procedere poſſint atque eos condemnare.

1 ¶Apud Romanos † reperio Ædilibus primùm & Duumuiris capitalib. mandatum, vt curarent ne noui Dij; nouóve alio ritu colerentur quàm patrii, & patrio more, néve in patriam Deorum religionem committeretur, vt author eſt Liuius ab V. C. libr. 4. his verbis: Datum inde negotium Ædilibus, vt animaduerterent, ne qui niſi Romani Dii neu quo alio more quàm patrio colerentur. Verùm ſcelus hoc hæreſum latiùs graſſari animaduertebant, tunc maiori magiſtratui, id eſt, Prætori Vrbano eam cognitionem mandabant, vt author eſt idem Liuius, libro vigeſimo quinto, de bello Punico ſecundo, in hæc verba: Incuſati ab Senatu grauiter Ædiles triumuiríque capitales, quòd non prohiberent nouos religionis ritus, cùm emouere multitudinem è foro ac diſiicere apparatus ſacrorum conati eſſent, haud procul abfuit, quin violarentur, vbi potentius iam eſſe id malum apparuit, quàm vt per minores magiſtratus ſedaretur, M. Attilio Prætori Vrbano negotium ab Senatu datum eſt, vt & his religionibus populum liberaret. Pontificibus autem hanc curam demandatam nuſquam legi.

2 ¶Hebræorum lege, † vt refert Philo libro primo, de Monarchia, permiſſum erat cuiuis benè nato educatóque ab impiis ſine mora pœnas ſua manu exigere nullo expectato Senatus aut Iudicum aſſenſu, immò nec delato quidem nomine eius, quod etiam videtur probare Deuter. c. 13. tametſi potiùs ex eo loco probetur, Moyſem, & ſic iudicem, ad quem loquebatur Deus, lapidare debere impium.

¶Sed apud antiquos † patres noſtros Hebræos iudex conſtitutus ſimul cum ſacerdotibus Leuitici generis iudicabant, an quid eſſet contra fidem, vt habetur Deuteronom. capite decimo ſeptimo, & tempore Moyſis ipſe ſolus iudicabat ea, quæ Dei erant, id eſt, quæ ſpectabant ad fidem, & ceremonias, vt dicitur Exodi capite decimo octauo, dum mandatur à Deo Moyſi per Iethram cognatam eius in hæc verba: Eſto tu populo in iis, quæ ad Deum pertinent, vt referas, quæ dicuntur ad eum, oſtendáſq; populo ceremonias, & ritum colendi, viámq; per quam ingredi debeant, & opus, quod facere debeant.

¶Quando hæreſis eſt clara, & determinata, tunc cognoſcunt Epiſcopi & Inquiſitores, vt infrà dicetur: ſed quando factum eſt dubium, an ſcilicet ſapiat hæreſim, tunc ſolus Papa cognoſcit, *capitu. quoties. 24. quæſt. prima. & c. maiores. de baptiſ. & in ſpecie Abb. in ca. ad abolendam, in 2. not. de hæret.*

¶Item quando Epiſcopus & Inquiſitores ſunt diſcordes, tunc ſolus Papa iudicat, *capitu. per hoc. de hæreticis, in 6.*

¶Item quando Epiſcopus eſt hæreticus, ex quo non poſſunt Inquiſitores contra eum procedere, niſi ſpecialiter hoc eis demandatum ſit, debent ſedi Apoſtolicę referre, & ad Papam ſpectabit cognitio, *capit. Inquiſitores. de hæret. in 6.* & not Panormitan. *in capit. excommunicamus. in fi. de hære.*

¶Item ſolus Papa iudicat, an factum aliquod ſapiat hæreſim vel non, vt per plura teſtimonia ſanctorum patrum docet Alphonſ. de Caſt. *libro primo, capit. octauo, columna tertia.* præſertim in nondum clarè deciſis, vt probat textus *in capitu. quotiens. 24. quæſt. prima. & capitu. hæc eſt fides. & capitu. primo, de iura. cal. & in cap. maiores. de bapt.* nam Saluator Petro, quem Pontificem conſtituit, dixit Lucæ vigeſimo ſecundo: Ego pro te rogaui Petre, vt nõ deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma

fratres

fratres tuos. quod etiam sentit Thom. *secunda secundæ. q. 1. art. 10.* & est ratio, quia debet esse vna fides totius Ecclesiæ, iuxta illud Pauli, 1. ad Corinth. 1. id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. quod quidem obseruari non posset, nisi quæstio de fide exorta determinaretur per eum, qui toti præest Ecclesiæ.

¶ Quinimmò tanta est in hoc Papæ potestas, quòd si possibile foret Angelum de cœlo aliquid hęreticum docere, posset Papa id iudicare, & illum excommunicare, iuxta illud Pauli ad Gal. c. 1. Sed licèt nos aut Angelus de cœlo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. quod & statim repetit.

¶ Cautius tamen fecerit summus Pontifex, si in arduis his, quæ fidem concernunt, requiret Concilii generalis consilium, vt habetur *in c. de eo. 50. dist. & in c. benè quidem. 96. dist. & in c. ad sedem. 35. q. 5. & in c. quod quis. 35. q. 9.* nam integrum est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, *cap. prudentiam. in princ. de offi. delega. c. de quibus. 20. di.* Errare enim potest Papa in fide, & à Concilio damnari, *c. si Papa. 40. dist. omnes in cap. in fidei fauorem. de hæret. in 6.* Plures enim legimus Romanos Pontifices hæresim incurrisse, vt Anastasius *in cap. 19. d. & in ca. nunc autem. 21. d.* & Cælestinus, *vt in c. laudabilem. de conuers. infidel.* & alii plures, vt per Alphons. de Castro, *de hæreti. libro 1. c. 4.* nam & Petrus ipse damnatus est à Paulo, vt habetur ad Galat. cap. 2. errare tamen non potest Ecclesia repræsentata per Concilium, iuxta illud Matth. ca. 18. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. & illud Matth. 28. Ego enim vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi.

4 ¶ Iure autem nostro hæresis inquisitio ad Episcopum iure ordinario spectat, *clem. 1. §. 1.* & ibi Card. *de hæret. c. per hoc. eo. tit. in 6. c. ad abolendam. & c. excommunicamus. in fi. extra eo. tit.* vbi Felyn. *in pen. col. versic. nota ex fine.* quæ conclusio procedit tam respectu clericorum, quàm respectu secularium. Imò & contra exemptos à iurisdictione sua quoad hoc crimen iurisdictionem habet, vt videtur tenere Hostien. in d. c. ad abolendam. qui etiam videtur tenere, quòd sit ordinarius etiam quoad ipsos exemptos. cõtrà tamen tenet ibi Ioan. Andr. & verius, quòd scilicet contra exemptos non dicatur ordinarius, sed delegatus. & licèt morte delegantis non expiret, prout alię delegatæ iurisdictiones, *iuxta c. gratum. de off. delega.* tamen illud est in hæresi duplici ratione. primò, quia talis delegatio in causa hæresis non fit à Papa, cuius morte possit extingui, sed fit à sede Apostolica, quæ nunquam moritur. *c. si gratiosè. de rescr. in 6.* Secunda est, quia non fit talis delegatio personę, quo casu cum persona extingueretur, sed fit dignitati Episcopali, quæ nunq̃ moritur, *c. quoniam Abb. de off. dele.* & ideo appellatio à sentẽtia, si fieri posset, deuolueretur ad sedem Apostolicam non ad alium ordinariũ, puta ad Archiepiscopum. & opin Io. And. sequitur Abb. *in d. c. ad abolendam. in gl. vlt.* & Fely. *ibi in 2. colu. ver. nota, quòd procedetur, & gl. in ver. delegata. in c. per hoc. de hæret. in 6.* sequit Carrer. *de hæret. nu. 65. & dixi s. in c. præce. in 6. speciali. & in 8.*

Ex his ergo patet, quòd Episcopus quoad subditos suæ iurisdictionis erit ordinarius, quò verò ad exemptos erit delegatus non Papæ, sed legis.

5 ¶ Extende † hanc conclusionem, vt per Gondisla. *in tract. de hæret. q. 7. nu. 16.* vbi voluit, quod tex. *in c. Inquisitores. de hæret. in 6.* per quem deciditur, quòd Inquisitores delegati in causis hæresis non possunt procedere contra Episcopos hæreticos, nisi expresè & specialiter hoc eis committatur: nam inquit Gondisla. quòd Episcopus, in cuius territorio delinquit alius Episcopus hæreticus, poterit vti ordinarius contra illum procedere, quia cùm ibi delinquat iure ordinario, dicitur eius subditus, non autem exemptus, *alleg. gl. in c. ibi, 3. q. 6. & in c. 1. de raptor.* & Innoc. *in c. cum inferior. de ma. & obed.*

6 Extende & † secundò, vt Episcopus de hæresi possit procedere ex iure suo ordinario, etiam contra Inquisitorem hæreticæ prauitatis, vt tenet Gondisla. *in præd. q. 7. num. 17.* ex quo per hæresim quis amittit iurisdictionem ipso iure, vt ibi per eum, qui vult etiam, quòd Episcopus possit punire Inquisitorem malè se gerentem, & exercentem in causis hæresis; nam ordinarius delegatum Apostolicum malè se gerentem in causa sibi commissa, punire potest, dummodo eius iurisdictio nõ impediatur, vt not. Doct. *in c. vlt. de rescr. & in auth. qua in prouincia, Cod. vbi de crim. agi opor.* pro cuius confirmatione præter eum adduco not. glo. *in c. 1. in glo. vlt. 24. q. 1.* vbi tenet, quòd Papa Catholicus potest damnare Papam hæreticum, vt ꝓbatur ex illo tex. & ibi respõdet ad regulam, quòd par in parem non habet imperium, quia inquit glo. Papa hæreticus in eo, quod est hæreticus, minor est quolibet Catholico. *c. crescimus. 22. q. 1.* non est ergo in hoc par, sed minor, & sic pariter non obst. quod dixit Bar. *in l. vlt. ff. de rer. diuis.* qui voluit, quòd si sint duo Domini in solidum vnius castri, vnus non poterit alterum delinquentem punire, quia verum est in ordinariis delictis, secus in hæresi per prædicta. & quamquam Lap. Franc. & Gemin. *in d. c. Inquisitores. de hæret. in 6.* contrariũ videantur tenere maximè durante officio inquisitionis, tamen in puncto iuris puto veriorem esse primam opin. *per glo. in d. c. 1. 24. q. 1.* consulerem tamen Episcopum, quòd solus non cognosceret, sed formato processu rem ad Pontificem deferret, prout & Inquisitor deferre tenetur, si vellet contra Episcopum procedere, d. c. Inquisitores.

¶ Sed illud certum est, quòd Episcopus potest Inquisitores negligentes in procedendo in hac causa hæresis, vel aliter in eius processu delinquentes suspendere & excommunicare, vt est tex. clarus *in cle. 1. §. pen. de hæret. & in cle. 2. §. notarij verò. eo. tit.* quòd tamen Episcopus non possit procedere, neq; punire Inquisitorem, per multa conatur asserere Campeg. *in tract. Zanch. de hæret. in litera G.* licèt Zanch. ibi teneat communem, sed rationes Campeg. non adeo sunt efficaces, vt à communi sit recedendum.

7 ¶ Vicarius † tamen etiam generalis Episcopi non poterit sine speciali commissione, & mandato Episcopi de hoc crimine hæresis cognoscere, vt tenet Lap. & Ioan. de Imo. *in clem. 1. de hæret. per tex. in c. licet. de off. Vicar. in 6.* quam sententiam sequitur Gondis. *in d. q. 7. nu. 14.* & præter eos hoc not. Gemi. *in c. vt commissi. §. vlt. ver. quæro an præsente Episcopo.* vbi quòd absente Episcopo Vicarius cognoscit, non eo p̃sente, nisi specialiter ei committat Episcopus.

8 ¶ Episcopi autem † adeo habent fundatam iurisdictionem ordinariam contra hæreticos suæ diœcesis, vt si fuerint negligentes in purgando diœcesim suam hæreticis, vel remissius id egerint, cùm id certis indiciis apparuerit, deponendus est, *c. excommunicamus. in fi. de hæret.*

9 ¶ Aduertendum tamen, † ꝙ ad declarandum quem esse hæreticum Episcopus debet requirere cõsilium capituli sui, *c. ad abolen. in fi. prin. de hær.*

10 ¶ Et notandum, † quòd per creationem Inquisitorum in aliqua prouincia, vel ciuitate non intelligitur derogatum ordinariæ potestati Episcopi, sed & ipse poterit, & coniunctim, & diuisim procedere, & proferre sentẽtiam, modò si discordes fuerint, referant Papæ, licèt Episcopi teneantur in ꝓcedendo eum ordinem seruare, qui præscriptus est per leges Inquisitoribus. hæc probat ad literam tex. *in c. per hoc. de hæret. in 6.*

11 ¶ Poterit ergo † Episcopus etiam Inquisitoribus existentibus solus iubere citari hæreticum, ac etiam illum carceri, & custodiæ demandare, sed non in arctum, & durum carcerem intrudere potest sine Inquisitoribus, neque econtrà Inquisitores sine Episcopo, neque etiam ad torturam procedere solus potest, neque etiam ad diffinitiuam sententiam, poterit tñ & delegare vices suas Inquisitoribus, & econtra vicẽ Inquisitorum recipere, vel ẽt per literas vnus alteri suam significare opinionem & sententiam. hæc omnia habentur *in cle. 1. §. de hæreti.*

12 ¶ Licèt autẽ † antiquitus solus Episcopus poterat sententiam ꝓferre, prout & solus Inquisitor, hodie tñ id in

hoc

hoc correctum est *per clem. 1. §. 1. de hæret.* quòd solus Episcopus absque Inquisitoribus non possit condemnare, sed tamen benè poterit solus absoluere, vt voluit glo. in *d. clem. 1. §. 1. vbi gl. in ver. ad sententiam, & in ver. contra eos*, quę glo. communiter ibi approbatur, & etiam per Scriben. *in l. 3. ff. de re iud.* vbi Ias. comprobat *num. 13.* licèt Iac. de Aret. Franc. Aretin. & Socin. ibi contrarium tenuerint, sed communior est prima sententia, & est ipsa veritas, vt inquit Zas. *in d l. 3.* & eandem tenent Dec. *in l. nemo. ff. de reg. iur.* & Campeg. in add. ad Zanchi. *c. 8. in add. in litera* E. vbi etiam aliquibus comprobat, licèt contrarium etiam teneat Symancha in Enchirid. c. 51. nume. 2. quam ego putarem facilè posse defendi fauore fidei, ne scilicet daretur occasio istis iniustè absoluendi; nam si negligentes in persequendo hæreticos damnantur, *d. clem. 1. §. pen.* non est danda tanta libertas vni, vt possit absoluere, cùm fortè posset condemnandum absoluere: & plures quoq; aliæ rationes possent contrà adduci, quas recitat Carrer. de hæreti. nu. 72. vbi latè disputat, & tandem residet cum communi, quòd possit absoluere per plura, quæ ibi videri possunt.

¶ Delegat etiam quandoq; Episcopus, vt habetur in *cle. 1. §. 1. & § verum, de hære. & in cap. 1. §. iubemus. de hære. in 6.*

13 ¶ Sede autem † vacante aut quasi capitulum dicetur iudex ordinarius, & de hæresi cognoscet, *d. cap. ad abolendam. de hæret. & clem. 1. §. 1. eo. tit.*

14 ¶ Contra exemptos † autem secundum magis communem non cognoscet, quia Episcopo conceditur talis cognitio, iure potiùs speciali quàm ordinario, vt in d. ca. ad abolendam. & ideo in tali iure speciali non succedit capitulum, *c. verum. de fo. comp.* Panorm. *in cap. cum omni. de maior. & obed. & in c. scriptum. de electio. & in c. at si clerici. §. de adulterijs de iud.* & Fely. *in c. cum omn. s. 4. col. de consti.* & Panormita. *in specie. in d. cap. ad abolendam.* & Carrer. *de hæreti. nume. 66.*

15 ¶ Sed neque Inquisitor † poterit sede vacante procedere absque interuentu capituli in loco Episcopi, *clem. 1. de hæreti.* vbi Card. *16. q. & seq.* & per Scrib. *in c. per hoc. de hære. in 6.* & per Fely *in c. cum non ab homine. 2. col. ver. 3. de iudic. & in c. excommunicamus. in fi. de hære.*

16 ¶ Delegatus † quoque Episcopi, vel capituli sede vacante poterit cognoscere de hæresi, *clem. 1. §. 1. de hæretic.* & tradit Gondisla. *de hæret. q. 7. num. 12.* & Carrer. *de hæreticis. num. 96.*

17 ¶ Notandum tamen, † quòd Episcopus hæreticus hęreticum damnare nõ potest, vt habetur *24 q. 1. in summa, & in c. audiuimus. §. sin autem, & per totam illam q.* sic ncq; in capitulo aut concilio vocem habere possunt, aut vocandi sunt hæretici, vt habetur *in c. cum quib. 24. q. 3. & in c. conuenientib. vbi gl. & Archid. 1. q. 7.*

18 ¶ A pluribus † & in diuersis regionibus inquiri potest & condemnari, sed tamen vna sententia, videlicet prævenientis, in inquisitione attendetur, Francisc. Ponzim. in tract. de lamiis, nu. 74.

19 Nota tamen, quòd † Inquisitores sine Episcopo possunt priuare hæreticum dignitatibus & honoribus, sed non beneficiis, & quare. Gemin. *in c. vt commissi. §. fi. in fin. de hære. in 6.*

20 ¶ Sed & hoc † nota dignum est, quòd si sancta Synodus excommunicauerit aliquem vti hæreticum contumacem, vel alia de causa, poterit tamen Papa absoluere, Roma. cons. 354.

21 ¶ Tempore † Iustiniani Imperatores comprobabant condemnationem hæreticorum factam à Synodis, prout Iustinianus ipse comprobauit damnationem Antimi hæretici, & Zoaeræ, quæ comprobatio extat in 5. Synod. Constantinop. actio. 1. & in 2. tomo Concilior. folio 61. colum. 1.

22 ¶ Si autem discordarent † Episcopus & Inquisitores, recurrendum foret ad Papam, vt habetur *in ca. per hoc. de hære. in 6.* & per Campeg. in add. ad Zanch. *de hæret. cap. 8. in litera* E *in fi.*

23 ¶ Diuisim autem † tunc dicuntur procedere, quando quilibet super eodem facto separatum faciunt processum, quos postea communicare tenentur, d. c. per hoc, & tunc communicandi sunt processus in fine tantùm, s. dum sententia diffinitiua promulganda est, & etiam qñ ferenda est interlocutoria, quæ non habet reparamen à diffinitiua, vt quando declarãdum foret procedendum esse ad torturam; nam tunc etiam communicandi sunt processus, vt habetur *in clem. 1. §. duro. de hære.* ita ex Director. tradit Campegi. in addit. ad Zanchin. *de hæret. cap. 8. in litera S.*

24 ¶ An Inquisitor † poterit procedere contra mutantem domicilium? conclude quòd non, si non præuenerit citando vel aliter, vt per Zanch. de hære. ca. 8. nu. 6. vbi quòd iudex delicti non remittet ad iudicem domicilii, licèt aliqui contrà.

25 ¶ Et si in pluribus † locis quis deliquerit hæresim cõmittendo, poterit in omnibus conueniri quoad pœnas reiterabiles, ita Zanchin. d. c. 8. num. 7. & dictum fuit s. latè lib. præced.

26 ¶ Sed an illi, † qui in casu Cruciatæ, vel aliis casibus habent priuilegium à Papa absoluendi à quacunque excommunicatione, an poterunt absoluere hæreticum damnatum delatum, & diffamatum. videtur quòd non, quia extat extrauagans Sixti IIII. incip. & si dominici, quæ id expresè prohibet. Sed Dominicus Soto super 4. sent. distinct. 22. quæst. 2. articulo 3. columna 10. in fine, & sequen. contrarium videtur tenere, quia illa extrauagans in desuetudinem abiit, dicens, quòd poterũt absoluere in foro pœnitentiæ, licèt Inquisitores postea in foro contentioso poterunt contra eos procedere. cui sententiæ ego adhæreo ex ibi dictis per eum, quidquid in contrarium dicat Siman. in Enchirid. tit. 51. num. 4. & 5. in articulo tamen mortis poterunt à quocunque Sacerdote absolui, si desit Episcopus & Inquisitor, vt in Concilio Tridentino, sess. 14. capitu. 7. Episcopi autem semper possunt hæreticos in foro conscientiæ absoluere, licet nõ eius Vicarius, vt habetur in eodem Concilio, sess. 24. c. 6. in fi.

27 ¶ In qua prouincia hæreticus deliquit, in ea comprehendi debet, quòd si absens fuerit, debent Inquisitores per literas requirere iudices loci, in quo reperitur, vt illum comprehendant & remittant, *c. vt commissi, §. & contra illos, de hære. in 6.* est. n. rationi conueniens, vt causa in loco criminis commissi peragatur, & ibi reus puniatur, vbi deliquit, vt eo conspectu cæteri terreantur, *Authen. vt nulli iud. §. comprehensorum*, & videtur probari Num. ca. 35. licèt & hoc communiter receptum sit, quòd hæreticus vbique comprehendi potest, & puniri, etiam vbi nõ deliquit, vt per Cyn. & alios *in l. 1. C. de summa Trin. & omnes in c. vt commissi, de hære.*

## CAP. XXII.

## *De Inquisitoribus hæresis, quæ possint.*

### SVMMARIVM.

*1 Hæreticum quem esse iudicare, quia magnum est, ideo Papa transmittit Inquisitores ad prouincias, vt simul cum Episcopis, ne vnius iudicio committatur, inquirant.*

*2 Inquisitores hæresis dicuntur iudices delegati, & plures dicuntur insolidum quoad cognoscendum, non quoad condemnandum, quia id vnica sententia fit, & nu. 7. & nu. 9. & nu. 11.*

*3 Inquisitores hæresis non debent esse minores annis 40. Episcopum autem, qui est ordinarius sufficit esse annorum 30.*

*4 Inquisitorum iurisdictio, quia sunt delegati, restringenda est.*

*5 Inquisitores quamuis delegatam habeant iurisdictionem, tamen non expirat mortuo Papa, sicut aliorum, & nu. 19. fallit tamen vt ibi.*

*6 Inquisitores quæ facere valeant, & nu. 15.*

*8 Inquisitores habent iurisdictionem cumulatiuè, non autem priuatiuè cum ordinarijs.*

*9 Inquisitore & Episcopo citantibus vno tempore, parendum est Inquisitori. fallit in exempto.*

*12 Inquisi-*

12 *Inquisitores non modo de hæresi, sed & de dependentibus ab ea cognoscunt.*

13 *Inquisitores, de omnibus hæresis speciebus cognoscunt, de quib. non dubitetur an sit hæresis.*

14 *Inquisitores contra quascunq; personas procedere valent, etiã Ecclesias ac exemptas.*

14 *Inquisitores contra impedientem Iudæum baptizari, & contra Christianum si fiat Iudæus, & similes procedunt.*

17 *Inquisitores procedunt contra Iudæos apostatas Christianos recipientes, vel pueros Christianos ementes, vel in vxores ducentes Christianas.*

18 *Inquisitores impediri possunt alium subdelegare, ac alios iudiciales actus committere.*

19 *Inquisitores possunt inquirere etiam per quinquennium post mortem hæretici, vt eius memoria damnetur.*

21 *Inquisitores possunt cogere officiales, & magistratus laicos sub pœnis ad auxilium præstandum contra hæreticos.*

22 *Inquisitores punire, & statuta tollere, & consuetudines impedientes officium inquisitionis.*

23 *Inquisitores cogunt hæredes præstantes fauorem hæreticis, ad soluendas pœnas iniunctas.*

24 *Inquisitores procedunt contra blasphemantes, & incorrigibiles monitos.*

25 *Inquisitores priuant prædicatores officio prædicationis impedientes congregationem circa inquisitionem.*

26 *Inquisitores procedunt contra fugientem hæreticum in alienam prouinciam, & alienæ venientem in suam.*

27 *Inquisitor potest committere vices suas.*

28 *Inquisitores absoluere possunt à sententijs, & à Papa die Iouis sanctæ latis contra hæreticos.*

29 *Inquisitores non vtuntur inter se remissionibus, quia vbiq; dicuntur peccare, & puniuntur.*

30 *Inquisitores habent vsum armorum.*

31 *Inquisitores habent facultatem interpretandi statuta Ecclesiastica & seculatia contra hæreticos edita ex constitutione Innoc. quæ ibi recitatur.*

32 *Inquisitor condemnans inquisitum, si post abiurationem aufugerit, potest iterum condemnare.*

33 *Inquisitores non tenentur obedire prælatis suis in his, quæ spectant ad eorum officium.*

34 *Inquisitores ratione officij communicant absq; excommunicationis incursu, cum excommunicatis.*

35 *Inquisitores cogunt iudices & Principes seculares ad iurandũ multa, vt ibi.*

36 *Inquisitores possunt amouere inquisitionis officiales, & punire, & alios subrogare.*

37 *Inquisitores quare cõtra seipsos iniuriantes possint procedere.*

38 *Inquisitores possunt præcisè cogere hæreticos ante condemnationem ad credendum variis cruciatibus.*

39 *Inquisitores hæresis recipiunt votum à cruce signatis ad persequendum hæreticos, ac eos absoluunt ab excommunicatione, & cogunt ad persequendum.*

40 *Inquisitores procedunt contra monachum professum matrimonium contrahentem.*

41 *Inquisitores procedunt contra Mahumetthanum ad fidem conuersum ducentem duas vxores.*

42 *Inquisitores suspecti iurare possunt ex causa tamen non friuola.*

43 *Inquisitorem se falsò asserens, qua pœna puniatur.*

1 QVIA vbi maius † imminet periculum, ibi cautiùs agendum, *cap. vbi periculum, de elect. in 6.* ideo prudentissimè maiores nostri videntes, quàm magnum sit iudicare quempiam esse hæreticum, noluerunt vnius tantùm iudicio hoc tãtum negotium remittere, vt olim remissum erat: sed moribus & vsu comprobatum est, vt summus Pontifex Inquisitores hæreticæ prauitatis transmittat in prouincias, qui simul cum Episcopis contra hæreticos inquirant, procedant, & iudi- 10 cent, *capitu. vt officium. & capitu. sequ. de hæreticis. in 6.* & sunt inuenti ad augmentum fidei, & extirpationem errorũ, vt in clem. 1. & ibi Card. de hære.

¶ Hi autem delegati † sunt, non ordinarii, & si plures
2 sunt in vna prouincia, habent insolidum iurisdictionẽ, & dicuntur delegati ad vniuersitatem causarum, *in capit. ne aliqui, de hæreticis. in 6.* intellige quoad cognoscendum, non quoad condemnandum, quia vnica sententia damnare debent, vt per Ioan. Andr. *in cap. vltimo. de re iudic. in 6.* & per Angel. *in l. si pluribus. in fine. ff. de leg. 1.* & not. etiam *in d. c. vt officium.* & ideo dicuntur habere iurisdictionem limitatam in causa hæresis, *capitu. accusatus. §. sanè. de hæreti. in 6. clementi. 1. eodem titulo.* & latè Dec. *consi. 137. diligenter, nume. 5.* & latè Carrer. *de hæreticis, numero sexagesimo octauo.* & licèt instituantur à suis prælatis, vt dictum est, tamen dicuntur delegati Papæ, *capitu. per hoc, de hæreticis, in sexto.*

¶ Non possunt tamen esse ætate † minores annis qua-
3 draginta, vt est text. *in clem. 2. in princ. vbi etiam gloss. de hære.* per quem textum limitatur regula *capit. cum vicesimum. de offic. delega.* sed sufficit, quòd d. annum quadragesimum attigerit, licèt non compleuerit, vt ibi per glos. & Cardi. & si detur minor, non valebit delegare, quinimò delegans punietur. & si quæris rationem, quare Episcopus, qui & ipse est iudex, & ordinarius in causa hæresis sufficiat, quòd sit annorum 30. Inquisitor autem debeat esse annorum 40. responderi potest, quòd Episcopi eliguntur à Papa in collegio Cardinalium, & promouentur; Inquisitores autem non tanta authoritate, & tam exacta causæ cognitione creari solent, nimirum si maturiores ætate lex eos esse voluit, vt no. Abb. *in cap. cùm in cunctis, de elect.*

¶ Et ex hoc † quòd Inquisitores sunt delegati non or-
4 dinarii, iurisdictio eorum est restringenda, vt tradit Gemin. *con. 44. in princ.*

¶ Licèt autem sint † delegati, tamen eorum iurisdi-
5 ctio non expirat morte Papæ delegantis, prout expirat aliorum delegatorum, *gl. in clem. ne Romani, in ver. expirare, de elect. & dico j. nu. 19.*

¶ Inquisitores autem † possunt citare, & denunciare
6 sententias latas contra hæreticos & fautores, aduocare etiam peritos, vt assistant, & eos ad id compellere, conuocare etiam clerum, & populum loci, & contra hæreticos prouinciæ sibi commissæ procedere, licèt se ad aliam transtulerint.

Item iubere sibi exhiberi libros, & processus, in quib. inquisitiones contra hæreticos, & alia ad eam rem spectantia continentur, licèt facti fuerint per legatos sedis Apostolicæ. Minuere quoque possunt, & mutare pœnas obedientium, priuare quoq; delinquentes beneficiis & dignitatibus, tam s. hæreticos, quàm eis credentes, & eorum fautores ac filios eorum, de consilio tñ ordinariorum, vel eorum vicariorum, nisi etiam ipsi scienter contulissent beneficia. de hæreticis hæc habentur *in c. vt commissi. de hære. in 6.* vbi gl. & omnes Scrib. latè.

¶ Si plures ergo fuerint, † habent iurisdictionem in
7 solidum, & separati procedere possunt, licèt in aliis delegatis secus esset, vt per Panorm. *in c. vlt. de re iud. & in cap. causam. 1. col. de restit. spol.*

¶ Habent tamen iurisdictionem † etiam in Diœcesi
8 ordinarii, & Episcopi non priuatiuè, sed cumulatiuè, qa etiam Episcopi procedere simul cum eis possunt, aut eorum sede vacante capitulum, *c. ad abolendum.* vbi Panor. & & Felyn. *col. 1. de hære. & in cle. 1. eod. tit. & in c. per hoc. de hæret. in sexto.*

9 ¶ Possunt tamen † singuli, & Inquisitores, & Episcopus procedere etiam separati, & est locus præuentioni, modò vnitè, vel vnicam proferant sententiam, vt habetur *in d. c. per hoc. & in d. cle. 1. §. eo. de hære.* & dummodo vterque communicet processus suos, quod quomodo intelligatur, dicam j. hoc lib. c. 28 nu. 3.

¶ Quòd si singuli vno † tempore citarent, videlicet &
Episcopus, & Inquisitor, parendum esset potiùs Inquisitori, ex quo est delegatus, *c. sanè. il 2. de off. dele. & c. studuisti, eod. titu. & in cap. vt commissi. de hæretic. in 6.* Fallit tamen,

nisi

nisi procederetur contra exemptos, quia cùm & ordinarius contra eos sit delegatus, *vt habetur in cap. ad abolendum, in fin. de hære.* non esset minus parendum Episcopo, quàm Inquisitori, *vt per Ioan. de Ana. in cap. excommunicamus, de hære. & per Felin. in cap. excommunicamus, numero octauo, de hæreticis.*

11 ¶ Licèt autem dictum sit, † quòd singuli procedere possunt, modò vnitè omnes proferant sententiam condemnatoriam: aduertendum, quòd tamen singuli eorum, & quilibet solus poterit sententiam absolutoriam proferre, secundum magis communem, *vt supra dixi in præceden. c. num. 12.* & si vnus alium monuerit, vt adsit, qui nolit adesse, poterit ipse solus procedere, *d. clem. 1. § duro, de hære.* & sufficit vnica monitio, *vt ibi in glo. in ver. requisierint, & Cardin. q. 18.* & debent se monere per nuncium, vel per epistolam, *vt ibi per Card. q. 20.*

12 ¶ Poterunt Inquisitores † cognoscere non modò de hæresi, sed & de omnibus dependentibus ab ea causa per ea, quæ latè tradit Aret. *cons. 83.* quia multa, maximè si ex ipso crimine hæresis procedat.

13 ¶ Poterunt etiam † procedere & inquirere de omnibus speciebus hæresis, de quibus non dubitetur, an sit hæresis, *vt per Bal. in l. nemo, in fi. C. de summa Trin.*

14 ¶ Poterunt & contra quascunque † personas procedere pro crimine hæresis, siue sint ecclesiasticæ, siue seculares, siue exemptæ, siue non, *vt dicitur in cap. ad abolendam, in fi. de hære & in c. vt nostrum, §. denique, eodem tit. in 6. & per Felin. in d. c. ad abolendum, 1. colum. ver. vltim. nota, & text. in c. accusatus, in fi. de hære. in 6.* vbi quòd procedit etiam contra religiosos, licèt non contra episcopum, *cap. Inquisitores, eod tit. & lib.* & sic habent fundatam iurisdictionem suam contra quoscunque.

15 ¶ Et Inquisitor solus † potest inquirere, procedere, citare & carcerare, etiam irrequisito Episcopo, modo non duriori carcere ad pœnam detineat, & dummodo non torqueat, *vt habetur in c. per hoc, de hære. in 6. & in clem. 1. vbi Card. eo. tit. & per Zanch. de hære. c. 8. nu. 5.*

16 ¶ Possunt quoque isti Inquisitores † procedere cõtra impedientem Iudæum baptizari, & cõtra Christianũ, si fiat Iudæus, & cõtra Iudæum baptizatum reuertentem ad Iudaismum, & cõtra Iudæum inducentem Christianum ad Iudaismum, *vt habetur in c. contra Christianos, de hære. in 6. & in clem. 2. §. 1. de hæret.*

17 ¶ Item possunt etiam † procedere cõtra Iudæum receptantem apostatam Christianum, vel cõtra Iudæum puerum Christianum ementem, & circũcidentem, vel Christianam accipientem in vxorem, vt ad Iudaismum conuertatur, vel contra Iudæum, aut infidelem ementem Christianum, & reuendentem, vel contra Iudæum crucifigentem agnum in die Veneris sancta, *vt habetur per Oldra. cons. 36. & per omnes in l. 1. Cod. ne Christian. man. & Carrer. de hære. nu. 91.* sed contra Alber. *in rub. C. de Iudæ. in fi.* vbi quòd non possunt procedere contra crucifigentem agnum, neque contra Iudæum expuentem in crucem.

18 ¶ Et si sunt Inquisitores † impediti, possunt aliũ subdelegare, *vt in clem. 1. §. verum, & §. & quia, vbi Card. in 2. q. & in cle. 2. §. 1. de hære.* & per Alex. *in l. more. 1. colum. nu. 3. & 44. ff. de iur. omn. iud.* vbi etiam in fine dicit, quòd Inquisitor potest constituere Vicarium: & dicunt Io. Andr. & Gemin. & Franc. *in c. vt commissi, in prin. de hære.* quòd possunt committere aliis quoscunque actus iudiciales, *& idem firmat Zanchin. de hæret. c. 30.* vbi Campeg. sub litera A. refert Director. plura de Vicario, & subdelegato Inquisitorum dicentem, & plures refert extrauagant. & consilia circa hæc, licèt melius facerent reseruare sibi sententiam diffinitiuam. prælati autem ordinis minorum, qui nominant Inquisitores, non possunt constituere, neq; destituere Vicarios, *vt ibi dicitur ex Director.*

19 ¶ Item Inquisitores † delegati, vel constituti à Papa possunt procedere etiam mortuo Papa, qui ipsos constituit, dato quòd aliàs delegatio morte delegantis expiret, *l. & quia, vbi omnes, de iur. omnium iudi. hoc habetur in c. ne aliqui, de hæret. in 6. & per Angel. Paul. Alexand. Ias. & alios, in d. l. more, vbi Alexan. num. 29. & dixi etiam supra, nu. 5.* quod procedit nedum in Inquisitore constituto à Papa, sed etiam à quocunque alio, *vt per Franc. in d. c. ne aliqui.* Fallit tamen, nisi talis Inquisitor fuisset cõstitutus cum clausula ad beneplacitum Papæ, quia expiraret mortuo Papa, *vt habetur in c. si gratiosè, de rescr. in 6.* secus si dictum fuisset, ad beneplacitum sedis Apostolicæ, *vt declarat idem Io. And. in d. c. ne aliqui, in nouel. & Areleta. de hæret. not. 4.*

20 ¶ Possunt etiam Inquisitores † inquirere post quinquennium à morte hæretici, vt eius memoria damnetur, *c. accusatus, vbi glo. de hære. in 6. & in c. 2. de præscr. in 6. Panor. & Feli. in c. cum à nobis de præscr.*

21 ¶ Possunt quoque cogere † officiales, & magistratus laicos ad præstandum auxilium, & brachium seculare sub pœnis, *de quibus in c. inquisitionis, & c. vt commissi, de hære. in 6. & c. præsidentes, & c. accusatus, §. denique, eo. tit. & in cle. 2. eo. ti. & in c. ad abolendam, & in c. excommunicamus eo. & omnes Scrib. in locis præal. c. præsidentes, & c. vt off. §. statuimus, de hære. in 6. Zanch. de hære. c. 37. in prin. vbi Campeg. in add.*

22 ¶ Item possunt punire † impedientes officium inquisitionis, *c. vt officium, & cap. vt commissi, de hære. in 6.* & tollere omnia statuta, & consuetudines impedientes officium inquisitionis, *c. statutum, de hæret. in 6.* vbi quòd possunt censuris Ecclesiasticis cogere seculares ad exhibendum dicta statuta.

23 ¶ Possunt etiam cogere † hæredes inquisiti de receptione, & fauore præstito hæreticis, vt soluant pecunias promissas per inquisitum pro pœnitentia ei iniuncta, *vt inquit tex. in c. accusatus, §. si verò pro his, de hær. in 6.*

24 ¶ Possunt pariter † procedere contra blasphemantes monitos, & incorrigibiles ex rationibus adductis *per Aflict. in constit. regni inconsutilem, nu. 48. quæ est 1.*

25 ¶ Excommunicare quoque † possunt, & priuare officio prædicationis prædicatores impedientes cõgregationem circa inquisitionem, *c. accusatus, §. compescendi, de hære. in 6. & c. vt officium, §. vlt. eo. tit.* vbi quòd possunt coercere censuris Ecclesiasticis quoscunq; quomodocunq; impedientes eorum officium.

26 ¶ Item possunt prosequi † hæreticum profugientem ex sua in alienam prouinciam, sicut possunt etiam procedere contra hæreticum alienæ prouinciæ venientem in suam, *c. vt commissi, de hære. in 6.*

27 ¶ Potest etiam Inquisitor † committere vices suas, vt disputando concludit glo. *in cle. 2. de hære. per illum text. & per tex. in cle. 1. §. porro, eo. tit. quam gloss. communiter sequuntur Scrib. in d. locis, & Gondisla. in tract. de hær. q. 7. nu. 13.*

28 ¶ Possunt etiam inquisitores † absoluere hæreticum etiam à sententiis, quas Papa die Iouis sancta promulgat contra hæreticos, *vt tenet Archid. in c. vt officium, in prin. de hære. in 6. vbi idem tenent Io. And. & Gemin. & sequitur etiam Gondisla. de hære. q. 20. num. 10.*

29 ¶ Neque inter ipsos † inquisitores diuersarum prouinciarum datur casus remissionis, quia hæreticus vbicunque reperiatur peccat, ideo & vbique locorum puniri potest de hæresi. *Card. in cle 2. §. denique, in 9. q. de re iud. & est tex. & glo. in cap. vt commissi, de hær. in 6.* & præter eum facit, quod in simili de furto tradit Bart. *in l. si dominium, ff. de furtis, & in l. si abducta, Cod. eodem, de furt. & in l. sed nec legatarius, de cond. furt. & idem tenet Guid. Pap. q. 202. ver. 4. & Cyn. in l. cunctos populos, C. de summa Trin. nu. 7. & latius Albe. in rubr. C. de hæret. num. 5.*

30 ¶ Habet etiam vsum † armorum, *vt probatur in clem. 1. de hæret. & latè Gondisla. de hær. c. 11. nu. 17.*

31 ¶ Interpretari etiam possunt † statuta Ecclesiastica, & secularia edita contra hæreticos, quam facultatẽ habent ex quibusdam constitutionibus Innoc. IIII. in hæc verba: Vt cõmissum vobis negotium ab Apostol. sede, tamen salubre & vtile ministerium exequi liberius, & exercere possitis efficacius in hac parte interpretandi statuta ecclesiastica, & secularia contra hæreticos edita, &c. vobis authoritate præsentium cõcedimus facul- Statuta.

tatem. Idem etiam habetur in literis Alex. IIII. quarum tenor recitatur à Campeg. *in additio. ad Zanch. c. 16. colla. 7. versic. rursus arbitrium.*

32 ¶ Et not. † quòd licèt Inquisitor condemnauerit semel inquisitum vel accusatum, & ei iniũxerit pœnitentiam post abiurationẽ, poterit tamen iterum eum condemnare, si non adimpleuerit pœnitentiam, puta quia aufugerit à carcere, *vide Zanch de hæreti. c. 10. nu. 5.*

33 ¶ Inquisitores autem † non tenentur obedire prælatis suis in his, quæ spectant ad inquisitionis officiũ: nam nullus apost. sed delegatus vel ab eo subdelegatus, aut executor, aut cõseruator ab eadem sede deputatus aut deputandus in inquisitores seu notarios aut eorum speciales officiales, quamdiu sunt inquisitores, & illi in officio suo excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti sententiam promulgare possunt absque mandato speciali prædictæ sedis Apostolicæ faciẽte specialem mentionem de hac exemptione, vt patet ex definitione Vrbani 4. Alex. 4. & Clem. 4. quarum summam, quinimo & verba refert ex Director. Campeg. *in addit. ad Zanch. de hæret. c. 31. ver. secundum autem quod ad superiores,* ideo non possunt eorum prælati illis inhibere, ne claustra exeant, dum volunt incumbere officio suo, neque socios eorum impedire, ne illos associent, quinimo neque Episcopi ordinarij possunt eos directè vel indirectè impedire circa ea, quæ spectant ad eorum officium, *cap. per hoc, de hæret. in 6. & cle. 1. eo. tit.*

34 ¶ Inquisitores etiam licèt † participent cum excommunicatis ex causa officij sui, non tamen ideo erunt excommunicati, *vt ex Director. tradit Campeg. in add. ad Zanch. c. 31. vers. cessat præterea ibi rursus ne Inquisitores,* vbi quòd hoc ab Alex. 4. statutum fuit.

35 ¶ Possunt etiã Inquisitores † cogere Iudices, & Principes seculares per cẽsuras ecclesiasticas, vt iurẽt, quòd facient subditos suos seruare leges, & constitutiones contra hæreticos statutas, & præstabunt ipsis inquisitoribus auxilium, & fauorem, vt possint officium suũ exercere, & si fuerint in his negligentes, poterunt eos punire censuris ecclesiasticis, vt habetur in decretis Inno. 4. Alex. 4. & Clem. 4. quæ refert Campeg. *in addi. ad Zanchi. cap. 31. ver. cessat præterea ibi item officiales.* & si extent aliqua statuta in ciuitate impedientia, vel debilitantia officium inquisitionis poterunt inquisitores cogere Rectores vel Dominos illius ciuitatis, vt illa deleant, reuocent vel modificent, *per cap. statutum, 1. de hæret. in 6. & per Campeg. in loco prælleg.*

36 ¶ Possunt etiam † Inquisitores officiales inquisitionis amouere, & alios subrogare, & etiam illos punire, si circa ipsum officium deliquerint, *vt per Campeg. in d. addi. ad Zanchi. de hæret. c. 31. ver. cessat præterea, in fi.*

37 ¶ Possunt etiã † ipsi Inquisitores-met procedere contra iniuriantes se ipsos, quia non ipsi tantùm, sed officium inquisitionis, & ecclesia, & fides iniuriata videtur, *vt latè per Zanchi. de hære. c. 32. & ibi add. Campeg.*

38 ¶ Possunt etiam ante † condemnationem cogere hęreticos præcisè, vt credant, cogendo eos tormẽtis, plagis, & aliis cruciatibus, *vt per Zanchi. in tractat. de hæret. cap. 33. vbi etiam adde Campeg.* sed post condemnationem non possunt.

39 ¶ Possunt etiam recipere † votum à cruce signatis de persequẽdo hæreticos, quos etiam cruce signatos possunt absoluere ab omni excommunicatione, & interdicto, & eos etiam cogere, vt persequantur hæreticos, de quibus cruce signatis latè per Campeg. *in add. ad Zanchi. c. 37. in litera C.* vbi refert plures constitutiones summorum Pontificum circa hos cruce signatos, quorum officium, & munus est ex voto persequi hæreticos, neque possunt cruce signari ab aliis, quàm ab inquisitoribus aut vicariis.

40 ¶ Possunt etiam contra monachum, † qui post solennem professionem contraxit matrimonium procedere, *vt habetur in c. impulicas, & c. si quis sacro, & c. monacho, & c. & quia, 27. q. 1.* sic & contra clericos procedere possunt, qui sacro ordine suscepto vxores duxerint, & eos punire, *iuxta c. 1. de cler. coniuga. & c. decernimus, & c. presbyter, & cap. presbyterum, 28. d. capitul. si quis modo, cum sequent. 81. distinct. cap. diaconus, 27. dict. cap. eos, 32. d. clemen. 1. de consanguin. & affinit.*

41 ¶ Item contra Mahumetanos † conuersos ad fidem duas ducentes vxores procedere possunt, quia eo ipso sunt suspecti de reditu ad sectam Mahumetanam, & similiter secundum aliquos possunt procedere contra alios quoscunq; Christianos duas habentes vxores tanquam eos, qui malè sentire videntur de sacramẽto matrimonij, vt aliqui senserunt, *in c. ad abolendam, de hæret. & in c. accusatus, eo. tit. in 6.*

42 ¶ Suspecti tamen allegari possunt, & si iustæ fuerint causæ, reijcientur, *c. vlt. 3. q. 5. Cardin. in clemen. 1. de hære. Paris. consil. 2. in 4. Angel. in summa, in verb. Inquisitio, §. 5.* & ideo recurrẽdum ad superiorem, vt alij committatur. quòd si causæ erunt friuolæ, non admittetur recusatio, prout non admittitur appellatio.

34 ¶ Si quis autem se † falso finxerit inquisitorem, vt aliquem concutiat, qua pœna puniendus. *Symancha in Enchirid. tit. 67. num. 15. & 16.*

## CAP. XXIII.

## *Quæ non possint Inquisitores.*

### SVMMARIVM.

1 *Inquisitores non cognoscunt, an aliquid factum, vel dictum sit hæresis, sed qualitatem, &c.*

2 *Inquisitores contra episcopos non possunt de hæresi inquirere, nisi specificè sibi sit commissum, sed si de fuga forent suspecti possent carcerari.*

3 *Inquisitores de sortilegijs non cognoscunt, nisi manifestam sapiant hæresim.*

4 *Inquisitores non cognoscunt de vsuris, quoad cognitionem, sed benè quoad restitutionem.*

5 *Inquisitor generalis, impeditur ab Inquisitore speciali à Papa delegato, & quare.*

6 *Inquisitores non possunt in atroci carcere trudere, nec torquere, nec damnare, sine interuentu Episcopi, nec etiam sede vacante.*

7 *Inquisitores contra Imperatorem non procedunt, sed solus Papa, nec statuta condere, quibus pœnæ hæreticis augeantur, numero sequen.*

9 *Inquisitores non cognoscunt an sua sit iurisdictio.*

10 *Inquisitor nullus procedit de hæresi contra Roma. cur. officiales, vel nuntios.*

11 *Inquisitor iniuncta pœnitentia abiurato, & absoluto, non amplius se ingerere potest.*

12 *Inquisitores, quæ Iudæorum delicta cognoscant, & quæ non.*

13 *Inquisitores habent limitatam iurisdictionem, & quomodo.*

14 *Inquisitores, vbi Papa manum apposuit, non possunt se ingerere.*

15 *Inquisitor iudicare an possit hæreticum, dum est in statu pœnitentiæ, id est, pro alijs criminibus contra eum procedere, cùm tunc dicatur Ecclesiasticæ iurisdictionis.*
*Et à quo iudice puniantur tunc delinquentes.*

16 *Inquisitores, si Papæ pœna sit reseruata, non poterunt absoluere, nec laicorum bona confiscare, nu. seq.*

18 *Inquisitoribus ab Episcopo dissidentibus Pontifex consulatur.*

19 *Inquisitores contra publicè fœnerantem, adulterantem, &c. non procedunt, secus contra affirmantem talia delicta, peccata non esse.*
*Item procederent contra reddentem se suspectum, videlicet, peccata non confitendo, nec sacram Eucharistiam sumendo, & fidelium consortium effugiendo, & similia agendo.*

20 *Inquisitores non possunt de hæresi damnatos ad pœnam ac honores restituere.*

Quando

1 QVando dubitatur, † an aliquod factum, vel dictum ſit hæreſis vel non, Inquiſitores cognoſcere non poſſunt, ſed bene de qualitate hæreſis, puta an manifeſta vel non, *vt per omnes in ca accuſatus, §. ſanè, de hæret. in 6. & not. in c. vlt. de offic. deleg. in 6.* ideo non poterit cognoſcere, contra ducentem duas vxores, niſi fecerit id, quia putauerat ſibi licere. idem in religioſo exeunte religionem, & ducente vxorem, *vt per But. in l. 3. C. de ſumma Trin. & Gondiſla. de hæret. q. 9. num. 4. & 5. ſed vide quæ dico ꝯ. nu. 9. & Gem. conſ. 44. nu. 4.*

2 ¶ Non poſſunt etiam inquirere † contra epiſcopos quantumcunque generalem habeant commiſſionem, niſi ſpecialiter de epiſcopis facta ſit mentio, *c. qui periculoſum, de ſent. excom. in 6.* ſed bene poſſunt eos denunciare ſedi Apoſtolicæ, *cap. Inquiſitores, de hæret. in 6. & not. Panor. in cap. excommunicamus, in fin. de hæret.* putat tamen Gondiſla. *de hæret. q. 7. num. 15.* quod ſi eſſent ſuſpecti de fuga, poſſent carcerari ab Inquiſitore, vt ad Papam remitterentur, *arg. text. in §. audiente, de defenſ. ciuit. in authent. & per Bar. in l. magiſtratibus, de iuriſ. om. iud.* Et dic, quod etiam poterunt teſtes examinare, & eorum dicta tranſmittere ad Pontificem: nullo enim meliori modo ſcire poſſunt eos eſſe hæreticos vel ſuſpectos, *argum. l. 1. C. de exhib. reis, & leg. diuus, ff. de cuſtod. reor. & leg. 3. de re milit. & l. ne quid. de incen. rui. naufr.*

3 ¶ Non poſſunt etiam cognoſcere † de ſortilegiis, niſi manifeſtam ſaperent hæreſim, *vt per Abba. in c. 1. in fin. de ſortileg. Afflict. in conſtit. regni, inconſutilem, in 16. not. 1. q. & Gemin. conſ. 44. num. 2.*

4 ¶ Prohibentur etiam cognoſcere † de vſuris, *vt per Bald. in c. 1. §. ad hoc, 2. colum. de pa. iur. firm. & in c. 1. §. ſimiliter, 1. colum. de controuer. inueſt. Fely. in c. excommunicamus, 4. col. ver. vtrum autem de crim. vſur. de hære. Soci. conſ. 119. 2. vol.* quod intellige quo ad pœnam, vt ſcilicet non poſſit eos punire, ſed bene poſſent cogere ad reſtitutionem, *vt per Io. Mona. in c. accuſatus, de hære. in 6. & eſt tex. in c. accuſatus, §. de quæſtionibus, de hæret. in 6.*

5 ¶ Prohibetur etiam generalis † Inquiſitor procedere contra eum, contra quem cœpit procedere ſpecialis Inquiſitor delegatus à Papa, nam Papa cauſam commitendo videtur ad ſe aduocare, & per cõſequens inferioribus poteſtatem procedendi interdicere, *c. ad noſtrum, de appell & c. ſtuduiſti, de offi. deleg. gio. in c. per hoc, de hæret. in 6. quod comprobat Dec. conſ. 137. col. 3. nu. 3. & 4.*

6 Non poſſunt etiam atroci † carcere mancipare, neq; torquere aut condemnare, vel pronunciare hęreticum ſoli abſq; interuentu epiſcopi, vel capituli ſede vacante *c. excommunicamus, vbi Fely in fi. de hæret. c. per hoc, de hæret. in 6. Cle. 1. vbi Card. in 16. q & ſeq. eo. tit. & Felyn. in c. cùm non ab homine, 2. col. verſ. 3 de iud.*

7 ¶ Non poſſunt etiam contra Imperatorem † procedere, cùm contra eum ſolus Papa procedere poſſit, *cap. alius, 16. q. 6. c. vt inquiſitionis officium, vbi gl. in ver. tunc, de hæret. in 6 & traditur in c. ad Apoſtolicæ, vbi glo. in ver. de hæreſi, & de re iudic. & gl. in c. ſi Papa, 40. diſtinct. & declarat Bart. & Bald. in l. vlt. C. de legi. Alexand. poſt Bart. in l. 1. §. 1. de requir. re. & Carrer. de hæret. num. 98.*

8 ¶ Neque poſſunt † ſtatuta noua condere, quibus pœnam augeant hæreticis, *Gondiſla. in tract. de hæret. quæſt. 22. numero 6.*

9 Licèt † alij iudices poſſint cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, & ideo poſſint declarare ſe competentes, *l. 2. vbi omnes, ff. ſi quis in ius voc. non ier. l. ſi quis ex aliena, ff. de iudic.* non poſſunt tamen Inquiſitores hoc facere, cùm non poſſint niſi de manifeſta hæreſi iudicare, *ita gloſſ. in c. accuſatus, §. ſanè, per illum text. de hæret. vbi omnes, & per Fely. in c. ſi clericus laicum, de foro compet.* nam ſi non poteſt iudicare niſi de notoria hæreſi, ſi reuocetur in dubium non poteſt eſſe notoria, ſi tamen extraiudicialiter vellet ſe informare, an eſſet notorius hæreticus, poſſet, iuxta gloſſ. *in c. 1. de offic. deleg. in 6.* quæ videtur contrariari prædictis, ſed ſaluatur, vt gl. in §. ſanè, loquatur, quando iudicialiter vellet cognoſcere, hæc verò quando extraiudicialiter. *ſequitur etiam Arelat. de hæret. not. 3. ſed vide quæ dixi ſ. nu. 1. hoc capit.*

10 ¶ Nullus Inquiſitor † poteſt procedere de hæreſi cõtra aliquem officialem, vel nuncium Romanæ Curię, *vt habetur in extraua. Ioan. XXII. quæ incip. Cùm ſuper.*

11 ¶ Si abiuranti † pœnitentiam iniunxerit, & abſoluerit, poſtea ille pœnitentiã non adimpleuerit, non poterit circa hoc Inquiſitor ſe ingerere, *vt probat Dec. conſ. 134. nu. 4.* fallit tamen in caſu *de quo ſ. in præce. c. nu. 21.*

12 ¶ Non poſſunt etiam delicta † Iudæorum punire, *vt per Oldr. conſ. 36. & per Bald. conſ. 428. in fi. 5. vol.* niſi in caſibus *de quibus latè dixi ſ. hoc eod. lib. c. 13. & vide Bald. conſ. 215. & 396. in nouis, in 1. volum.*

13 ¶ Habent iuriſdictionem † limitatam in cauſa hæreſis, ideo ſi caſus aliquis incidens emergeret, puta an delegatio vel commiſſio ſit ſeruata ad vnguem, vel an pœnitentia iniuncta fuerit adimpleta, quia nõ poſſunt cognoſcere de iis, quæ immediatè non tangunt hæreſim, licèt mediatè tangerent, *vt per Deci. conſilio 137. numero 5. 6. & 15.*

14 ¶ Non poſſunt etiam † ſe ingerere in illis cauſis in quibus quoquo modo Papa manũ appoſuit, præſertim ſi ſummus Pontifex vſus ſit clauſulis generalibus derogatoriis, *de quibus per Dec. d. conſ. 137. nu. 16.*

15 ¶ Non poterit Inquiſitor † iudicare hæreticum pœnitentem, & qui eſt in habitu pœnitentis, & ad pœnitentiam damnatus, & ſub ea forma pœnitẽtis ad eccleſiam admiſſus, non poterit, inquam contra hunc procedere de aliis criminibus commiſſis per eum, dum eſt in ſtatu pœnitentię, licet quidam contrarium ſenſerint, *per tex. in c. aliud, 11. q. 1. repetitum in c. aliud, de pœnit. diſt. 1.* & videtur hoc tenere gloſſ. *ibi, & Hoſtienſ. in ſumma, de for. compet. §. ex præmiſſis patet, & Specul. in tit. de comp. iud. adi. §. 1. verſ. 17. Anto. de Butr. in c. 2. de foro compe. col. 2. vbi And. Sicul. num. 61.* putant enim hi talem, dum eſt pœnitens, eſſe eccleſiaſticę iuriſdictionis, & ideo per laicum iudicari non poſſe, neque in ciuilibus, neq; in criminalibus: licèt aliqui temperent hoc verum eſſe in eo, cui publica & perpetua eſt indicta pœnitentia, *vt per Calder. in conſ. 70. in tit. de iudic. & Anton. Burg. in c. 2. col. vlt. de emp. & vend. & Innoc. in c. ſignificantibus, de offic. delega.* aliter etiam temperauerit, vt ſcilicet hi pœnitentes ſint eccleſiaſtici fori vti miſerabiles perſonæ, quarum protectionem ſuſcipit eccleſia, dum à potentioribus vexãtur, quem ſequuntur Panor. *in c. 2. de for. comp. nu. 9.* & ibi etiam Aret. *col. 2.* aſſerentes, quod licèt pœniteant, & delinquant, puniẽtur à ſecularibus iudicibus, & coram eis conueniri poterunt, & ſequitur etiam Maria. Socin. *in c. 1. eod. tit. nu. 13. verſ. decima declaratio.* Et alij putant Leonem in illo text. conſilium dare pœnitenti, vt eccleſiaſticum adeat, nõ autem hoc pro præcepto ſiue ſanctione tradere, *vt refert Andr. Sicul. d. c. 2. nu. 61. de for. comp.* Et alij putant tex. illum intelligi in pœnitente actore, non in reo, *vt per omnes ibi, & in d. c. 2.* Sunt & alij, qui putarunt pœnitentem ſi vult agere, debere primo ob reuerẽtiam citare laicum coram eccleſiaſtico, ſed ſi reus excipiet de incompetentia remittetur ad laicum ex mente eiuſdem Leonis in epiſtola 96. ad epiſcopos, & preſbyteros intra Thraciam, in fine, cuius hæc ſunt verba: Sane, ſi clericus laicũ pulſet, prius ſe audiri ab epiſcopis poſcat, tamen ſi petitioni ſuæ laicum viderit obuiare ex permiſſu epiſcopi ſui in ſeculi moderatore diſceptatione confligat. Verum (ni fallor) tantum abeſt, vt ille text. probet pœnitentes exemptos fore à ſeculari foro, & ſubiectos eſſe Inquiſitoribus, vt mihi cõtrariũ clare probet. primo enim Leo diſtinguit id, quod licet ab eo, quod expedit iuxta illud Pauli, ꝙ allegat 1. Corin. 6. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt, & dicit, quod pœnitenti licet credita ſua iuſta repoſcere, ſed ꝙ oportet illicitorum veniã poſtulãtem etiam à licitis abſtinere: ideo ex hoc infert, quod ſi quis pœnitens habeat cauſam, quã negligere fortè non de-

beat,melius expetit Eccleſiaſticum quàm forenſe iudicium. quæ verba ſi ritè ex præmiſſis inferantur, probãt mihi, quòd quanquam poſſit cauſam ſuam in forẽſi iudicio proſequi, & ſic quanquam hoc liceat,tamen melius faciet, & ſic magis ei expediet expetere iudiciũ eccleſiaſticũ, id eſt, expectare finem præſentiæ,vt iudicio Eccleſiaſtico in foro conſcientiæ prorſus abſoluatur, quàm pro cauſa in iudicio forenſi experiri: aliàs enim ſi admitteretur ſenſus, quòd debeat cauſam proſequi corã Eccleſiaſtico, certè exequeretur ea, quæ licerẽt tantũ,non quæ expedirent,& ſic non rectè inferret ex precedenti dicto, quòd multa licent, quæ non expediunt: nam licet vtique ex regulis generalibus cauſam ſuã coram Eccleſiaſtico iudice exercere, ſed pœnitenti nõ expedit, cùm illicitorum veniam petat, deberent à licitis abſtinere,id eſt,à litibus,quæ variis temporalibus curis animũ implicatum detinent,qui ideo puro, & feruenti corde dum temporalibus diſtrahitur,non poteſt pœnitentiæ,quæ cordis contritionem requirit,vacare.Lites enim pariter animum occupant, ſi in Eccleſiaſtico foro exercentur,ac ſi in ſeculari,&ideo oppoſuit iudicio Eccleſiaſtico,quod intellexit iudicium poli, & conſciẽtiæ forenſi, non autem dixit ſeculari, quod vtique expreſſiſſet,ſi differentiam facere voluiſſet inter forum eccleſiaſticum, & ſecularem: ſed quia voluit diſtinguere forum Eccleſiaſticũ forẽſe, id eſt ſtrepitoſum à foro conſcientiæ,ideo illis eſt vſus vocibus,& iudicium Eccleſiaſticum dicitur forẽſe, cùm Eccleſia forum habeat, *c.forus,de verb.ſigni.*qui ſenſus clarior redditur ex litera, quæ cõmuniter habetur in d.c.aliud, quæ ſic ſcripta eſt; Melius eſt illi, vt expectet Eccleſiaſticum iudicium quàm forenſe. verbũ enim illud expectet, denotat quod cùm iam ſit alligatus foro pœnitentiali, expectare debet finem illius iudicij,& ſic finem pœnitentiæ,antequam ſe forenſibus immiſceat, quanquam in ipſa Epiſtola Leonis impreſſa inter opera ſua legatur verbũ expetit, non expectet. Et hunc ſenſum etiam reperi poſtea licet aliis verbis teneri,& approbari per Didacum egregium I C. & Reuerendiſſ. Archiepiſcopum Hiſpanum, practica. quæſtionum,c.34.nu.3. ver.eſt in hoc eodem tracta. vbi latiſſimè diſputat, & pertractat hanc quæſtionem. Qui intellectus cõprobatur *per c.9. eiuſdem epiſtolæ Leonis*, immediatè ſequens, dum inquit, pœnitenti vtilius eſt diſpendia pati, quàm periculis negotiationis obſtringi, quia difficile eſt inter ementis vendentisq; cõmercium non interuenire peccatum: ecce quod licet negotiatio licita ſit, vt ibi dicit in princ.d.c.attamen melius eſt abſtinere: ſic ergo licet licitum ſit iura ſua in iudicio proſequi,melius eſt tamen abſtinere.

16 ¶ Inquiſitores etiam non † poterunt abſoluere, ſi abſolutio ab hæreſi ſit reſeruata Papæ, quoniam reſeruatio nõ eſt pœna,ſed ademptio iuriſdictionis. *ita Thom. de Vio Cardin. Caietа.ad Thom.ſecunda ſecundæ q.11. art.3. & 4. circa fin.ver.ex his autem patet primo.*

17 ¶ Non poſſunt etiam de iure † confiſcare bona laicorum,*vt per Alber.in l.Manichæos, C.de hære.ſed latius in l.cognouimus,eod.tit.*

18 ¶ Sed quid ſi † diſcordant cum Epiſcopo, vel in procedendo,vel in iudicando,tunc ad Pontificem ſcribendum,*vt habetur in c.per hoc,de hæret.in 6.& per Campeg.in addi.ad Zanchi.de hæreti.c.8.in add.in fi.*

19 ¶ Non poſſunt procedere † contra eum, qui publicè exiſtit in peccato mortali, vt contra publicè fœnerantem,blaſphemantem, adulterantem: fallit tamen quando tales dicerent,fœnerari,adulterari,blaſphemare nõ eſſe peccatum,quia tunc eſſent hęretici,& ideo poſſent tunc Inquiſitores contra eos procedere.

¶ Idem ſi redderetur ſuſpectus, vt quia euitaret conſortium fidelium, nunquam aſſumeret Euchariſtiam, nunquam confiteretur, peccata, neq; in dictis temporibus abſtineret ab vſu carnium: iſtis enim caſibus quia redditur ſuſpectus de hæreſi, ideo Inquiſitores poſſent procedere, *vt per Felin.in rubr. de hæret.in cap.ad abolendam, numero 2.de hæret.& Zanchin.de hæret.c.35.vbi Campeg.in add.*

20 ¶ Non poſſunt damnatos de hæreſi reſtituere ad famam,ad honores, vel ad teſtamẽti factionem, *latè Zanchin.in tract.de de hæret.c.38.vbi etiam Campeg.in addi.*quia talis reſtitutio ſoli Papæ eſt reſeruata,*vt ibi.*

## CAP. XXIIII.

## *de Officio Eccleſiaſticorum iudicum in cauſa hæreſis, & eorum Pœnis.*

### SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores metas ſibi traditas indiſcretè excedere non debent,ac ſemoto odio & amore, circa illud officium exercere, numero ſequen.*
*Et curare vt eorum officiales fideliter ſuum officium exerceant,num.3.*
4 *Inquiſitores ſicut diſcretè debent procedere, ne quis falsò de hæreſi petatur, ita & acerrimos ac promptos ſe reddant in procedendo, vbi procedendum fuerit.*
5 *Inquiſitoribus pecuniam extorquentibus grauiſſimæ pœnæ imponuntur,ac applicantibus bona Eccleſiæ ob clerici delictum etiam Eccleſiæ fiſco, & quæ pœnæ.*
6 *Miniſtri, & ſocij Inquiſitorum videntes talia eos committere, debent grauiter arguere.*
7 *Inquiſitores debent habere neceſſarios, ac vtiles officiales, qui conceſſione armorum non abutantur,nu.ſeq.*
9 *Inquiſitores curare debent,vt magiſtratus iurent,ac obſeruarifaciant conſtitutiones à ſede apoſtolica editas contra hæreticos,fautores eorum,ac receptatores.*
10 *Inquiſitores aſſiſtere faciãt peritos in ſententijs ferendis, quia cautè in his procedendum.*
*Et an ſequi teneantur peritorum conſilium.*
11 *Epiſcopus, & Inquiſitor,ſi remiſſi fuerint in eo officio exequendo,loco eorum alij ſufficiendi ſunt.*
12 *Epiſcopus ſumptibus ſuis procedere debet,neque ei portio inquiſitioni aſſignata debetur.*
13 *Inquiſitores, & ordinarius à xenijs, eſculentis, & poculentis abſtineant,& quid in delegato, & quid de minimis, & vſque ad quam quantitatem.*
14 *Inquiſitores pœnas non minuant, vel tollant in hæreſis criminibus,& econtra non temere procedant, ne inſontes condemnari contingat,num.ſeq.*
16 *Inquiſitores hæreticorum, quare odio ſint laicis, & qualiter temperare debeant, & abolere tale odium, & ſuſpicionem.*
17 *Inquiſitores in officio delinquentes à ſuis prælatis amoueri poſſunt, licèt non habeant in eos iuriſdictionem, & correctionem.*
*Et ſi ſint negligentes, ab ordinarijs ſedi apoſtolicæ deferantur.*
18 *In crimine hæreſis, remiſſionibus de loco ad locum non vtimur.*
19 *Inquiſitores primo monitionibus vti debent, & quare, contra reum.*
20 *Inquiſitores,vt de eorum conſtet diligentia,faciant ſcribi in actis omnia accidentia,& quæ aguntur,ac quo colore,& vultu tam accuſator, quàm reus,& teſtes procedant.*
21 *Notarij Inquiſitorum, vltra ſuum iuramentum, quando creantur, iurare debent, quando volunt in officio Inquiſitionis ſe ingerere, & quid. Idem omnes officiales, numero ſequen.*
23 *Iudices inquiſitionis moneant officiales, ne propalent acta, & probationes ſub pœna falſi.*
24 *Iudices hæreſis caueant,ne nutu, vel vultu animum indicent ſuum,ne reus inſtruatur.*
25 *Notarij Inquiſitorum, an etiam laici eſſe poſſint, & quòd ab Inquiſitoribus ſint etiam creãdi,& ſic creati, in quibus cauſis poſſint ſcribere.*
26 *Teſtium in examine debent duæ religioſæ, & diſcretæ perſonæ aſſiſtere,non ſolus notarius.*

27 Inqui-

27 *Inquisitores, & ordinarij formam à iure traditam in hac materia seruare debent.*

28 *Inquisitorum arbitrio multa relinquuntur, ac æquitati adhærere debent, & medium tenere, id est, ne nimium gratiosi, vel seueri sint, num seq.*

30 *Inquisitores pœnas, quæ magis timentur, imponant, possibiles tamen ad adimplendas.*

1 HOc primum † generaliter obseruare debent, ne metas sibi traditas extendentes adeò excedãt suæ potestatis officium, vt quod in augmentum fidei per circumspectam Sedis Apostolicæ vigilantiam salubriter est prouisum, dum sub pietatis specie grauaretur, innoxij cedat infidelium nutrimentum, *verba sunt hæc text. in clem. 1. in prin. de hæret.*

2 ¶ Debent ergo † Inquisitionis officium exercere omni carnali amore, odio, vel timore, ac cuiuslibet commodi temporalis affectione semotis, *vt habetur in d. clem. 1. §. 1.* in quibus & aliis eorum conscientia oneratur, *vt ibi dicitur.*

3 ¶ Curare etiam † debent, vt omnes eorum ministri, notarij, & officiales suum fideliter exerceant officium, *vt habetur in d. clem. 1. §. porro. in fine.*

4 ¶ Verum, † quia graue, & damnatione dignissimum est malitiosè in fontibus hæresis labem imponere, ideo enixè præcipitur episcopis, & Inquisitoribus, & aliis ad dictum officiũ substituendis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ, vt sic discretè & promptè contra suspectos, & diffamatos de hæresi procedant, quòd malitiosè, aut fraudulẽter tantam labem, ita quòd ipsos in executione officij inquisitionis impediat, falsò aliqui non imponãt, neq; econtrà odij gratia, vel amoris, lucri, aut cõmodi temporalis obtentu contra iustitiam, & conscientiam suam omittant contra quenquam procedere, vbi fuerit procedendum, *vt dicitur in d. clem. 1. §. verum.*

5 ¶ Sciant quoque † eis sub grauissimis pœnis iniunctum, ne prætextu officij Inquisitionis, quibusuis modis illicitis ab aliquibus pecuniã extorqueãt, nec scienter attentent ecclesiarum bona ob clericorũ delictum prædicti occasione officij, fisco etiam ecclesiæ applicare, vt hæc habentur *in cle. 2. de hære. in princ.* vbi pœnę contrafacientibus imponuntur, videlicet excõmunicationis, à qua non poterunt absolui, præterquam in mortis articulo, & donec plenè restituerint ablata, quæ tamen pœnæ per illum text. impositæ sunt Inquisitoribus, non tamen episcopis: qui licèt à prædictis abstinere debent, illis tamen prædictæ pœnæ nõ sunt impositæ, cùm non sit expressum, quòd scilicet voluerit Papa episcoporum dignitati deferre, *vt in c. sanè, il secondo, de offi. deleg. & in c. 2. eod. tit. in 6. & hoc tenet glo. in d. cle. 2. in verb. commissarijs. quam cõmuniter Scrib. sequuntur.* quinimo neque pars, à qua fuerit extortum, poterit illud remittere per pactum, aut aliter, *vt dicitur in d. clem. 2. ibi, nullis pactis, vel remissionibus super hoc valituris.*

6 Præcipitur insuper † notariis, officialibus, ministris, & sociis Inquisitorum, & eorum Cõmissariorum, quòd si aliquid ex prædictis ab eis secretè nouerint committi debeant (si indignationem Dei, & Apostolicæ sedis offensam vitare voluerint) ipsos grauiter arguere, & corrigere secretò, qui si emendare se noluerint, debeant coram eorum prælatis accusari, vt puniantur. *hoc idem dicitur in d. clem. 2. §. notarij.*

7 ¶ Officiales autem † dũtaxat necessarios habere possunt, talesque, qui officio vacare & possint & velint, *d. clem. 2. §. porro, qui est vltimus.*

8 ¶ Concessione † quoque portationis armorum abutinon debent, *vt ibi dicitur in d. §. vlt.*

9 ¶ Curare insuper † debent, quòd Magistratus ciuitatum iurent præcisè attendere inuiolabiliter, & obseruare, ac facere à suis subditis obseruari toto tempore sui regiminis in terris suæ ditioni subiectis constitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, ipsorumque filios, & nepotes à Sede Apostolica promulgatas, & approbatas, *quæ habentur in c. vt officium, §. vlt. de hære. in 6.* licèt de facto hæc hodie non obseruentur.

10 ¶ Consilium quoq; † peritorum in proferendis sententiis assumere debẽt, cùm in hoc officio summa cum cautela procedi debeat, *vt habetur in c. vt commissi, vbi glo. & Ioan. And. de hæret. in 6.* vbi quòd debent esse periti vel in Theologia, vel in iure canonico, vel ciuili, *vt ibi per Gemin. in §. 1.* & tales consulentes non possunt exigere salarium, sed benè recipere. *Gemin. ibi.* Sed an Inquisitor teneatur sequi consilium Iurisperitorum. Campegi. *in additio. ad Zanchi. de hæret. cap. 15. in litera A.* tenet, quòd non tenetur sequi ex hac ratione, quia possent corrumpi isti Iurisperiti; sed non aduertit, quòd Zanchi. ibi tenet cõtrarium: quia dicit, quòd si discordabunt, consulendus erit Papa: nam si non teneretur sequi, nil referret, an concordarent, vel discordarent, & hoc credo verius: nam quòd Iurisperiti possint corrumpi, hoc est commune etiam Inquisitoribus, quòd corrumpi possent & ipsi. Præterea debent Inquisitores eligere viros probatæ vitæ, & tolletur omne periculum corruptionis.

11 ¶ Si Episcopus, vel Inquisitor † in expurgandis hæreticis negligens fuerit, vel remissus, cùm id certis indiciis apparuerit, deponendus est, & alius substituendus, qui ardentiori studio, quod suum est officium, exequatur, *vt habetur in cap. excommunicamus, in fin. de hæret.* & contra conniuentes & negligentes est tex. *in l. 2. §. nec per conniuentiam, C. de hæret.*

12 ¶ Episcopus autem debet † procedere sumptib. suis, neque ei debetur portio pecuniæ assignatæ officio Inquisitionis, *ita tenet Ioan. And. in c. vlt. in prin. in verb. procedit episcopus, de hæret. in 6.*

13 ¶ Abstinere etiam deberẽt † à xeniis, & esculentis & poculentis, etiam mera liberalitate oblatis, & etiam si paucis possent consumi diebus, vt etiam alij ordinarij abstinere debent, *vt tenet glo. in l. plebiscito, in glo. vltima, ff. de officio præsid. & probatur in §. scriptum, in authen. vt iudi. sine quoquo suffrag.* vbi etiam Bart. tenet opinionem gloss. licet contrarium tenere videatur *in dict. l. plebiscito*, differentiam tamen facit Bartol. *in dicto §. scriptum*, inter ordinarium & delegatum, volens quòd delegatus possit recipere xenia, *per cap. statutum, §. insuper, de rescript. in 6.* quod etiam videtur sentire Bald. *in l. solent, de officio proconsul.* & huius ratio potest esse, quia ordinarij habent constituta salaria, quibus debent esse contenti, non sic delegati, quod videtur etiam sentire gloss. *in dicta l. plebiscito.* dum inquit, quòd in defectum salarij etiam ordinarius recipere poterit xenia. Dixi, quòd abstinere debent, vt omni scilicet prorsus culpæ suspicione vacent: non negarim tamen, quòd licet aliquid minimum receperint, non tamen ideo punientur, cùm ex minimis non offendatur lex, vt Bald. dicit *in d. l. solet, §. non vero, numero secundo.* nam & pro modico sponte oblato in collatione rei spiritualis non committitur simonia, *vt est tex. in cap. & si quæstiones, de simonia*, & est glo. *in cap. non licet, in quæstione tertia.* quæ videtur etiam declarare quantitatem xeniorum, quam possunt accipere, vt scilicet possint accipere vsque ad quantitatem centum aureorum in anno, quod tamen verum non puto, cùm hæc nõ dicerentur minima: sed dic hoc relinquendum arbitrio iudicis, habita ratione personarum, loci, & temporis, & aliarum circumstantiarum, *iuxta nota. in l. hæc adiectio, de verborum significat. & in l. id est, ff. de dolo & not. ad Salicetus in l. secunda, Codic. de rescindend. vend. vbi Salicet. septima quæstione, & Cremens. numero quinquagesimo octauo, & Cagnol. numero 29.*

14 ¶ Nulli iudicum liceat † delatum ad se crimen minori, aut nulli coercitioni mandare, ne ipse idem pati velit, quod aliis dissimulando concesserit, *l vltim. Cod. ne sacr. baptism. in fine*, & pariter si iudices pareent, vel

negligant eos, qui idolis sacrificant 50. libr. auri pœna 20 plectuntur, *l. nemo, la 1. C. de pagan.*

15 ¶ Et ad condemnationes † non temerè procedant, sed antequam condemnent, summo studio, & diligentia omnia perpendant: nam sæpè damnati sunt pro hæreticis, qui verè non erãt hæretici, vt quidam Humiliati, qui à Lucio III. fuerunt damnati tanquam hęretici, & tamen Clemens III. cognouit eos non fuisse hęreticos, *vt refert glo. 1. in c. olim, il primo, de hæret.* & discant ab Augustino, qui quanquam foret eximius fidei zelator, Tertullianum tamen leui, & vix admissibili excusatione defendit, *vt infra dicam c. 35. nu. 49.*

16 ¶ Aduertant insuper † Inquisitores, quòd odiosi sunt, & suspecti omnibus laicis, quia iam longo tempore creditum est eos ex leuissimis suspicionibus solere contra diuites procedere, *vt refert Alberic. de Rosa. in rubr. Co. de hæret. nume. 6. in fi.* ideo curent, vt temperantia, & modestia sua talem suspicionem, ac odium à vulgo cõceptum aboleant: multi enim zelo Dei se acriter hæreticorum crimina persequi profitentur, sed dum indiscretè hoc agunt, & præcipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multo magis in deterius cadunt, *vt inquit text. in c. non perpetuum, 24 q. 3.*

17 ¶ Aduertant etiam, quòd † si malè exerceant hoc officium, & in eo delinquant, poterunt amoueri à suis prælatis prouincialibus, licèt ab eis non habeant iurisdictionem, ab ipsis tamen corrigi non poterunt, aut puniri, *vt per Cardin. in dicta clemen. nolentes, quæ est secunda, in §. notarij, in fi. sequitur Carrer. de hæret. numero nonagesimoquinto.* sed si in officio fuerint duntaxat negligentes, ordinarij deferre debent Sedi Apostolicæ, neque tamen amouere possunt, *clement. nolentes, de hæreti. vbi glo. & Cardin. & idem Cardin. in clemen. secunda, quæstione nona de rescriptis.*

18 ¶ Nullus remittat † ad iudicem, vel Inquisitorem originis, aut domicilij hæreticum, quia vbi reperitur, ibi puniri debet, cùm semper delinquant, *l. Arriani, C. de hæret. & hoc tenet Paul. de Leazar. in clemen. pastoralis. vbi Imo. nu. 64. de re iudicata.*

19 ¶ Moneant etiam † amicè, & humaniter reum ad se ductum, vt verum fateatur: & cùm humanum sit peccare, angelicum emendare, & diabolicum perseuerare, Angelos imitetur, non diabolum, nisi enim monitus fuerit de errore, non potest dici pertinax. *Ioan. Lup. in allegatione sua posita post repet. cap. per vestras, de donatione inter virum & vxor. §. quartò faciunt dicta. & Thom. secunda secundæ, quæstione 2. artic. 2. in solutione tertij argumenti, & Zabarel. in clem. nostrum, §. penul. de hæret.* sicut enim ecclesia non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat, *cap. his à quibus, 23. quæstione vltima.* ita iudex debet reum blandè monere de officio Christiani, & docendo & instruendo blanditiis, & rectis consiliis reducere in viam, *capitu. conuenientibus, 1. quæstione septima*, ad exemplum pastoris, qui suas oues custodit, & deuias colligit, & reducit, *c. 1. 23. quæstione sexta*, & ad præmissa bonus tex. *in c. conuenientibus, versic. item Petrus, 1. quæstione septima*, vbi dicitur, Romæ exilio mulctatus Macharius hæreticus à sancta 6. Synodo, & quadraginta dierum inducias dedit illi pater noster Benedictus Papa, & quotidie mitteret ad eũ Bonifacium Consiliarium suũ, & instruebat eum commonitoriis verbis ex diuina Scriptura, & nullatenus voluit emendari. hoc autem faciebat, vt eum reciperet in ordine suo. & bonus text. *in cap. non inuenit, in fine, 24. quæstione tertia*, vbi dicitur, de vobis autem corripiendis, atque coercendis, habita ratio est, qua prius admonereminiab errore discedere, quàm pro scelere puniremini. Aliquando tamen hæc monitio semel facienda, *c. quàm dignior, in fi. q. 1.* aliquando bis, *vt in c. non vos*, ibi, noluit acquiescere, & obedire primo & secundo vocanti, *23. quæst. 5.* aliquando ter, *cap. administratores, in fi. 23. quæst. 5.* quandoque sæpè, *vt in dicto cap. conuenientibus, & Calder de hæreticis.*

¶ Scribi faciant in † actis omnia accidentia, & omnia quę occurrunt agenda, aguntur, vt semper cõstare possit de eorum diligentia, *vt per Directorium in tertia parte.* Item scribi faciat, quo vultu, quo colore tam accusator, quàm reus, & testes deponant, & loquantur, quia etiam ex istis veritas deprehenditur, *iuxta Bartolum in l. de minore, §. & plurium, ff. de quæstionibus, & Bald. in tract. de quæstionib. & torm. c. 1. nu. 11. & Ang. in tract. malef. in verb. fama publica, vers. nonò quæro, num. 105.*

21 ¶ Et notandum, † quòd licèt quilibet notarius, dum creatur, iuret se fideliter exerciturum officium, attamen in causa hæresis propter atrocitatem criminis, & maximum periculum, quod incurrunt delati, inquisiti, vel accusati, iterum iurare debebũt notarij, qui ad scribendum in causa hæresis suscipiuntur manu tactis scripturis ad sancta Dei Euangelia, quòd fideliter officium suum exercebunt, *vt habetur in clem. 1. §. porro. versic. notarij quoque, de hæret. vbi glo. in verb. iurabunt.*

22 ¶ Pariter quoque † omnes officiales iurare debent, *vt in authen. vt iudic. sine quoquo suffrag. §. si verò aliquibus in prouincijs, & in §. si igitur, & in §. oportebit igitur, & per Boer. decis. 149 num. 9. post Parid. de Put. in tract. synd. in ver. iuramentum officialis, per totum.*

23 ¶ Current etiam iudices, † non moneant officiales, ne pandant, & propalent partibus acta, vel probationes: aliàs enim punirentur de falso, & essent periuri, *l. 1. §. si is qui, ff. de falsi. l. si quis aliquid, §. instrumẽto, & seq. ff. de pœn. l. si prætor, §. Marcellus, de iudic. l. sacculârij, §. 1. de extraord. crim. tradit Bonif. de Vital. in pract. crim. sub rubr. de falsi. nu. 20. & ante eum Gand. de malef. in rub. de falsar. nu. 15.*

24 ¶ Caueant quoque † iudices ipsi, ne non tantùm verbis expressis, sed nec vultu quidem indicent motum animi sui, ne reus instruatur, *cap. accusatus, §. sacerdotes, de hæret. in 6.*

25 ¶ Notarij autem in † hac causa possunt esse laici creati notarij, *cap. vt officium, §. ad conscribendas, de hæret. in 6.* sed & Pius IIII. Pontif. Max. priuilegio speciali, quod inci. pastoralis officij cura, Datum Romæ apud S. Petrum, anno 1561. Cal. Septemb. Pontific. sui anno secundo cõcessit, quòd Inquisitores possint pro quibuscunque negotiis officij sui vnum, vel plures etiam clericos seculares, vel quorum vis ordinum regulares in notarios eligere, assumere, atque creare. Ex quib. verbis Campeg. *in addit. ad Zanchin. de hære. cap. 9. in addit. 6. versicul. adde rursus*, tenet, quòd non sufficit simpliciter adhibere aliquem clericum, vel religiosum ad scribendum: sed oportet, quòd Inquisitores illum creent notarium solitis solennitatibus in creandis notariis obseruatis, vt ibi latè per eum. quod verum puto, quantum ad causas hæresis tantum, non tamen puto, quòd etiam sic creatus notarius posset in aliis causis non spectantibus ad officium inquisitionis scribere: nam priuilegia strictè sunt interpretanda, & limitata causa limitatũ producit effectum. ergo creatus notarius ad illos actus inquisitionis, non dicetur notarius quoad alios, quia stabimus regulæ iur. communis, quòd clericus & religiosus non possit esse notarius, *cap. sicut te, ne cleri. vel mona.* & facit etiam in proposito, quia ante hoc priuilegium oportebat, quòd vel fuissent notarij in seculo, vel ad id apostolica authoritate in specie creati, *vt habetur in cap. vt officium, §. ad conscribendas, de hæret. in 6.* & ibi quoque limitatur eorum officium, qui sunt creati apostolica authoritate notarij quoad inquisitionis officium ibi, ratione præfati negotij fidei: ergo inclusio vnius, exclusio est alterius, *l. cùm prætor, de iudi. & vide eundem Campeg. in add. c. 31. ver nec ex notariorum.*

26 ¶ Curent præterea † iudices, vt in examinatione testium solus non adsit notarius, sed duæ religiosæ & discretæ personæ assistant, ne fraus aliqua committatur, *vt clarè disponitur in d. cap. vt officium, §. verum quia, de hæreti. in 6.* quod extenditur etiam ad examinationem reorum,

quia

quia in eorum examinatione ratio scripta & expressa *in d. §. rerum*, militat, videlicet quia in tam graui crimine oportet cum multa cautela procedere, vt ex Director. tradit Campeg. in addit. ad Zanchi. *de hæret. c. 9. in addi. b. ver. si quæris, an Inquisitor.*

27 ¶ Notandum quoque, † quòd ordinarii, sicut & Inquisitores tenentur seruare modum inscriptum à canonibus in hac materia, *c. per hoc. §. fi. de hære. in 6.*

28 ¶ Et diligenter † animaduertant, quòd multa eorum arbitrio relinquuntur, vt de probationibus, & de pœnis, & in his debet æquitatem seruare, vt per Abb. *in c. fi. num. 9. de transact.* & per Felyn. *in c. super his, de accusa. num. 8.* & Scrib. *in l. 1. C. de legi.* & tradit Ioan. Andr. *in c. 1. de consti.* relatus à Felyn. *in c. quoniam frequenter, in §. porrò, in secunda col. vt lite non contestata,* & tradit Hippol. *sing. 397.*

29 ¶ Item medium † tenere debent, vt neque nimium gratiosi, neque nimium sint seueri, vt docet Ioan. And. *in cap. 1. de re iud.* quem refer Bald. *in l. quicunque. Cod. de ser. fugit.* & per Felyn. *in capitu. ex literis, de constitut. ver. tertia declaratio.*

30 ¶ Imponant † regulariter eas pœnas, quas magis timeri nouerint, modo talis sit, quam putet verosimiliter à condemnato adimpleri posse, *iuxta cap. ea vindicta, 23. q. 4. & cap. prodest, ea. cau. q. 5. & in c. quoniam frequenter, in fin. vt lite non contest. in cap. pœnitentes, 50. dist. & not. in c. clericos, de cohab cler.*

## CAP. XXV.

## *de Iudicibus Secularibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudex non laicus, sed Ecclesiasticus iure ordinario cognoscit de hæresi; imo secularis se impediens in eo, vel non obediens, est ipso iure excommunicatus.*

2 *Iudex secularis cui traditus sit hæreticus damnatus, an teneatur stare, & in quibus casibus, processui facto per iudicem ecclesiasticum: vide ex professo q disputatam tam de iure ciuili, quam canonico.*

*Et contra quas personas, & quibus de pœnis, vterq; iudex se ingerat, vt exequatur.*

*Limita tamen, quòd non teneatur stare processui quinq; modis, vsq; ad nu. 5.*

5 *Iudices seculares tenentur hæreticum citatum contumacem capere, & tradere, & quibus impensis, quandocunq; fuerint requisiti.*

6 *Magistratus iurare tenentur obseruare, & facere obseruari omnes constitutiones editas contra hæreticos, fautores, & c. alias officio priuantur, & aliis pœnis plectuntur, & fiunt infames.*

7 *Magistratus seculares, si promptè exequi non curant, requisiti, vel se impedire præsumant, item fauorem, vel auxilium scienter dantes, excõmunicationem incurrunt, & per annum pertinaces, vt hæretici condemnandi.*

8 *Iudices seculares poterunt, petita licentia ab episcopo, procedere contra hæreticos, & condemnare, contra tamen laicos, non autem contra clericos.*

9 *Iudicibus secular. non est præclusa via damnandi hæreticos ad pœnitentiam admissos.*

10 *Potestates, & magistratus permittẽtes hæreticorum conuenticulas, qualiter puniantur.*

11 *Imperatores antiquitus confirmabant sententias, & ingerebant se contra hæreticos, & qualiter ex Papæ mandato, nu. seq. etiam quòd sint tyranni, nu. 13.*

14 *Iudices seculares obedire tenentur inquisitoribus, & episcopis sub pœna excommunicationis, in qua per annum durantes damnantur.*

15 *Iudices secul. capere possunt hæreticum, & carcerare eo animo vt remittant iudicio ecclesiastico.*

*Nec poterunt Principes secu. pœnas minuere ab ecclesiastico impositas, nu. seq.*

17 *Iudices secu. & Principes statuere possunt super parte tertia, fisco applicanda.*

18 *Bona hæreticorum, dãnatione per Inquisitores secuta, per iud. secularem confiscari possunt: acquisitum est enim sibi ius per condemnationem.*

19 *Iudex ecclesiasticus non tradit hæreticum secul. puniendum, vbi ipse condemnare potest, nisi in subsidium.*

10 *Iud. secul. an possit nouas edere leges contra hæreticos, & qualiter.*

21 *Saluus conductus, vel securitas, an hæreticis pertinacibus concedatur, & sibi concessi obseruandi sint.*

22 *Iudex secu. renuens sententiam ecclesiastici exequi, censuris compelli potest.*

1 CRIMEN hoc hæresis est merè Ecclesiasticum, vt not. glo. l. *in c. secundo, 4. q. 3.* ideo ad iudicem Ecclesiasticum tantum iure ordinario spectat & cognitio & decisio, non autem laicum nisi quoad exequutionem sententiæ factę per Ecclesiasticum. quinimò si laicus iudex ingereret se in cognitione vel decisione huius criminis, vel etiam exequutionem sententiæ latæ per Ecclesiasticũ differret exequi, ipso iure est excommunicatus, in qua excommunicatione si per annum perseuerauerit, vti hæreticus condemnandus erit. *text. est apertus in c. vt inquisitionis negocium. §. prohibemus, de hære. in 6. & in c. cum secundum leges, in fin. eod. tit. & lib & in c. ad abolendam, de hære.* & Zanchi. *de hære. c. 8.* vbi Campeg. *in add. si*

2 ¶ Sed pulchra insurgit dubitatio, † an si Ecclesiasticus condemnauerit hæreticum, & tradiderit illum seculari iudici puniendum, an secularis teneatur stare d. sententiæ & processui formato per Ecclesiasticum; vel an possit nouum formare processum, & cognoscere, an sit exequẽda d. sententia vel non? Et in hac quæstione, maxima est dissensio inter Legistas & Canonistas. professores enim iuris ciuil. tenent, quòd secularis non teneatur stare processui formato per Ecclesiasticum, sed quòd debeat alium ipse informare; & si viderit iniustè damnatum, quòd possit abstinere ab exequutione, vt tenuit Bart. post Guliel. de Cuneo. *in l. diuus, nume. 3. ff. de custod. re. & in l. magistratibus, nu. 5. ff. de iurisd om. iud. per text. in §. si verò crimen, in auth. de sanctiss. Episc. in fin. & hanc opinionem sequuntur in dict. l. magistratibus,* Alberic. Bald. Angel. Fulg. & Paul. & ferè omnes Legistæ, vt inquit Imola *in c. 1. de ff. ordin.* vbi etiam Andr. Sicul. & Alcia. *num. 64.* conatur defendere opinionem Bart. licet Sicul. se remittat determinationi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ; & Alcia. dicat non esse recedendum ab opin. communi Canonistarum, & opin. Bart. sequutus est etiam Luc. de Pen. *in l. 1. q. 1. de priuil. scholar. & in l. vlt. q. 3. C. de vet era. lib. 10. & Igne. in l. 1. §. cum dominus, nume. 34. & 40. cum sequent. ff. ad Syllan.* Canonistæ verò omnes reprehendunt Bart. & contra eum tenent per text. *expressum in d. c. vt inquisitionis. §. prohibemus, de hæreti. in 6.* vt per Abb. *in c. 1. de offic. ordin. & in c. at si clerici, de iudi.* vbi Areti. *colum. 2.* & Dec. *num. 15.* & Pet. de Ancha. *in cap. ea quæ, de reg. iur. in 6. in 21. 1. quæst prin. ver. consil. quæro latè.* Felyn. *in cap. ad abolendam, in fin. de hæreti.* & Imola *in d. c. 1. de offic ordin.* Petr. de Ancha. Franc. & alii *in d. §. prohibemus.* sed & eam plures Legistę tenuerunt. vt Angel. *in d. l. magistratibus, & in dict. l. diuus,* & Bald. *in authent. clericus quoq;, C. de episcopis & clericis, & consil. 260, in 3. & in c. si duobus, de appella.* & Saly. *in l. ea quidem, C. de accusat.* Alexand. & Iason, & alii *in dict. l. magistratibus.* vbi tamen Dec. ex mente prædictorum distinguit, q; aut cõstat damnatũ ab Ecclesiastico, damnatũ esse pro delicto mere Ecclesiastico, & tũc secularis nil potest facere, sed tenet exequi, vt in hoc crimine hæresis, aut est damnatus pro crimine mixti fori, puta sacrilegio, & tunc secularis poterit nouum processum formare. communis ergo est conclusio tenenda, damnata pro hæresi ab Ecclesiastico non posse amplius secularem cognoscere. Neque obst. text. *in d. §. si verò crimen.* quia secundum Dec. loquitur in crimine mixto; quæ quidem responsio dubitabilis quibusdam videtur, cum text. ille loquatur indefinitè, dum inquit, si verò crimen fuerit, quod infera-

tur. Alii verò respondent, q̃ in illo text. Ecclesiasticus non condemnauerat per sententiã. quæ etiam responsio apertè contrariatur verbis illius text. dum inquit, si quidem apud Episcopũ aliquis accusatur, & ipse veritatem inuenire potuerit ab honore aut gradu, hũc secundũ Ecclesiasticas regulas deiiciat. Sed verius esse putarim dicere, q̃ tẽpore Iustiniani id obseruabatur, q̃ Ecclesiastici primùm cõtra clericos & religiosos in criminalib. procedebant, eosq; priuabant reos repertos beneficiis & dignitatibus Ecclesiasticis, & postea secularis quoq; contra eosdẽ procedebat, & secũdum leges puniebat, vt dicitur in d.§. si verò crimen, quando crimen esset mixtum, vt dicebat Dec. & ita procedit tex. *in d.§. si verò crimen.* sed quando crimen erat merè Ecclesiasticu, dico, q̃ tunc solus Ecclesiasticus cognoscebat. & licet ipse nil ad hoc alleget, do tex. clarum in auth. vt clerici apud propri. Episc. §. si vero Ecclesiasticũ sit delictũ, vbi expresse ꝓhiberetur iudex se ingerere in Ecclesiasticis delictis. neq; enim (inquit) volumus talia negocia omnino scire ciuiles iudices. Sed & in hoc facienda est distinctio, quòd aut quærimus de pœna Ecclesiastica infligenda, & tunc procedit ille text. quod patet ex illis primis verbis, si verò Ecclesiasticum sit delictum egens castigatione Ecclesiastica. & parum infra in illis verbis, cum oporteat talia Ecclesiasticè examinari & emendari animas delinquẽtium per Ecclesiasticã mulctam. Si verò loquimur de pœna ciuili & corporali nõ Ecclesiastica, prout est pœna sanguinis, tũc ecclesiasticus non potest ad eam pœnã condemnare, sed tũc procedet tex. in d.§. si verò crimen. quæ tamen procedũt quando cõtra clericũ hæreticũ procederetur: quia in hoc casu, d. duo §§. si verò, procederetur contra laicum, tunc iudex laicus simul cum episcopo cognoscet, vt est text. *in §. neque occasione, ver. si verò canonicum, in auth. de mand. prin.* quod & hodie in practica obseruatur. quo casu cum vnitè procedant, tollitur difficultas prædicta, an scilicet exequendo possit nouum facere processum, cum exequatur laicus sententiam latam super processu, ad quẽ formandum & ipse interuenit. Sed si ius canonicũ seruandum sit, certum est seculares iudices non posse se in hoc crimine vllo pacto ingerere, d. §. prohibemus, *c. vt inquisitionis, de hære.* quæ tamen constitutio temperata est ex cõmuni vsu, vt dixi, & seruatur hodie, quod supra dictum est, licet Aflict. *in proœm. consti. Regni in prin. nu. 46.* dicat extare quandam extrauagantem Federici Imperatoris, quam Inquisitores habent sub bulla Papali, q̃ scilicet seculares nullo modò se ingerant. quam tamen extrauag. non asserit se vidisse, neq; ego vnquam vidi, neq; audiui ab vllo extare, & ibi etiã Aflict. tenet opin. communem Cano. veriorem, licet etiam Fulgos. *in d. l. magistratibus nu. 5 de iur. omn. iud.* mentionem faciat de d. extrauag. & communem quoq; tenet Ange. de malef. *in ver. necnon ad denunciationem. nume. 14. & 19.* & Campeg. in addi. ad Zanchin. *cap. 8. in addi. a.* Sed & Canonistarum aliqui consentiunt, quòd secularis iudex possit præter sententiam Ecclesiastici, & pœnas in ea appositas, alias nouas infligere superaddendo, vt tenuit Ant. de Butr. *in c. cum sit generale. de foro compet.* licet Panorm. ibi de hac decisione dubitet. opinio tamẽ Anto. non videtur sine ratione: quia licet per pœnę adiectionem lex superioris tolli non possit, adiuuari tamen potest per pœnæ impositionem, vt est glo. *in clemen. ne Romana, in ver. tolli, de elect. & not. in cap. si propter, de resti. in integr. in 6.* & per Ioan. Andr. *in c. vlt. de offi.* Archi. & Panorm. *in c. prudentiam, vlt. not. de offic. delega.* & cum multa specialia sint inducta in hoc crimine ob eius grauitatem, vt dixi supra latè, *c. 19.* non est mirum, si & hoc toleretur fauore fidei. pro quibus etiam facit: nam cum confiscatio bonorum etiam sit facienda, *vt infrà videbimus*, dum de pœnis loquemur, quæ bona præsertim si sunt feuda Principis, applicari debent ipsi Principi, vt per Fely. *in c. vergentis. in t. not ab. de hæret.* & Guido Papæ, *q. 76.* & per Ioan. Andr. & Franc. *in c. cum secundum, §. confiscationis, de hæret. in 6.* si Ecclesiasticus non condemnasset ad confiscationem bonorum, poterit secularis id facere, vt tenet Panormit. *in cap. de causis, de offi. delega.* Bald. *in l. 1. C. de summa Trinit.* licet ibi non decidat, quia asserit tũc quæstionem istam pendere de facto. sed idem tenet *in l. placet, Cod. de sacrosanct. Eccles. & in l. officiales. Cod. de episcopis & cleric. & in l. nullum, C. de testi. & in l. & si seuerior, Cod. de quib. cau. infa. irrog.* Butri. *in cap. tuæ, de procurat.* Anchar. *in repe, cap. ea quæ, de reg. iur. in 6. in 10. q.* Gemin. *in cap. 2. de constit in 6.*

Secundò etiam limitant conclusionem supra firmatam, quòd secularis non possit se ingerere in hoc crimine, vt non procedat, quando apertè constaret de nullitate ex defectu iurisdictionis, vtpote si Ecclesiasticus Inquisitor damnasset aliquam mulierem vti hæreticam ex hoc solo, quòd propinasset poculum amatorium: nam cum hoc crimen non sit hæresis, & ideo non spectet ad cognitionem Inquisitorum, vt tradit Panormit. *in cap. 1. de sortil. & est text. in cap. accusatus, de hære. in 6. & dixi sup. cap. 17. num. 41. & 43. & cap. 22. nume 5.* nam iudex secularis, cui remissa fuisset quoad executionem, posset cognoscere & non exequi, vt concludit hoc pluribus comprobans Alcia. *in d cap. 1. de offic. ordi. num. 66.* quod ego verum puto, quando notoriè constaret ex actis de defectu iurisdictionis Ecclesiastici, alias si aliqua esset dubitatio, an factum probatum saperet hæresim vel non, eo casu non puto posse laicum cognoscere, cum imò neque ipse Ecclesiasticus posset cognoscere, an factum illud saperet hæresim vel non, si sit Inquisitor. *vt dixi sup. cap. 22. num. 1.* Quam limitationem sic declaratam veram puto, etiam quando nullitas euidẽter appareret ex alio defectu quam iurisdictionis puta citationis, vel alio simili, vel etiã si notoriè foret iniusta, quia iniquitas euidens æquiparatur nullitati, *c. inter cæteras, de re iud.* nam quando Ecclesiasticus præcipit aliquid euidenter iniustum, potest ei non pareri etiã sine peccato, vt per Innocen. *in c. cum in iure peritus, de offic. deleg.* & licet Felyn. *in c. 1. de iureiur. num. 16.* allegans dictum Innocen. dicat illud limitari in casu speciali hæresis, *d.§. prohibemus.* attamen non probatur hæc specialitas, quo casu sequitur, quod dicit glos. *in l. filium quem habentem, C. famil. ercis.* & text. *in d.§. prohibemus.* præsupponit sententiam validam & iustam: quinimò etiam si Papa quid iniustum præciperet, non esset ei obediendum, vt inquit idem Innoc. *in c. inquisitionem, de senten. excommunicatio.* quem sequitur Felyn. *in cap. si quando, colum. 2. de rescript.* & proculdubio prædicta procederet limitatio, quando ageretur de præiudicio irreparabili, vt de inferenda morte, vt per Bald. *in l. ab executore, Cod. quorum app. non reci.* Alexand. *in l. 3. §. si seruus, colum. 1. de acquir. possẽsio.* quinimo tali casu licet, ductum ad mortem vi eripere è manibus familiæ, *cap. non inferenda, vbi gloss. 23. quæst. 4.* Felyn. *in cap. si quando, colum. 2. vers. fallit, de offic. delegat.* & Ias. *in §. pœnales, Instit. de action.*

Tertio limitatur secundum Abb. *in d. c. 1. de offic. ordin.* vt non procedat, quando iudex secularis certus esset in conscientia sua damnatum ab Ecclesiastico esse innocentem, quia hoc casu nullo modo debet exequi, *per c. qui scandalizauerit, de reg. iur.* & pariter si videret sententiam iniustam, *per tex. in d. c. 1. de off. ord.* & licet Alcia. *in d. c. 1. nu. 67.* videatur dubitare de hac limitatione, quã conatur saluare: hoc tantum casu, quando. s. ad secularem non esset transmissus processus, neq; transmitteretur p secularem requisitum: attamẽ non satisfacit hæc saluatio, quia præsupponit Abb. q̃ ex conscientia sua secularis iudex cognosat reum innocẽtem: quod si sic est, nil proderit visio processus, cum si ex processu contrarium appareret, præsuppositũ Abbatis non esset verum, q̃. s. in conscientia sua foret certus de ipsius innocẽtia. nam præsupponit Abbas, quod solus secularis in facti veritate cognoscceret eum innocentem, licet per testes puta falsos conuictus fuisset, & hãc limita. sequitu retiam

Gondisla.

Gondisla.*de hær.q.19.nu.8.*vbi plus dicit,quòd si Ecclesiasticus cogere vellet eum censuris ecclesiasticis, vt exequeretur,potius deberet eas humiliter tolerare, quàm alicui iniustè mortem inferre,licèt contrasentiat Campeg. *in addit.ad Zanch. de hæret.c.8 in add.A, versi.sed vt rem ipsam.* cuius tamen & aliorum Theologorum sententiam , ego si verè conscius esset de innocentia damnati, nunquam sequerer, maximè ad mortem , licet Simancha *in Enchirid.titul.66.numero3. & sequent.*contrarium videatur tenere.

Quarto limitatur , nisi reus condemnatus ab Ecclesiastico appellasset , neque tamen fuisset delatum , cùm tamen debuisset, *iuxta c.directæ,de appella.ita tradunt Innoc. & omnes in d.c.1.de offi.ord vbi Alcia.post alios,nu. 68.* intellige tamen tu semper, quando notoriũ esset appellationem admittendã esse:nam licet in dubio sit admittenda,*iuxta glo.& Doct.in c.vt debitus,in ver.ox rationabili,de appell.*tamen non putarem ex hoc solo posse iudicem secularem denegare brachium , cùm & iudex pro sententia sua semper habeat præsumptionem, *vt etiam declarat Alciat.in loco prædicto.*

Quinto limitatur , vt non procedat, quando constaret Ecclesiasticum non processisse ordinariè , sed velo leuato & extraiudicialiter : quia tunc secularis non teneretur exequi. *hoc tenent Inno. & alij,& ibi Alciat.nume.69. in dicto cap.1.de offic.ord. & Afflict.in d.proœm. constitu. regni,in princ.num.48.*

5 ¶Sciant quoque † seculares magistratus , quòd si in eorũ territorio extet aliquis hæreticus, qui citatus verbo nomine Inquisitorum nolit comparere , ipsi seculares magistratus tenentur eum capere & tradere in manibus eorum,si fuerint requisiti ad hoc, *c.vt inquisitionis, in prin.de hære.in 6.* & hoc fieri debebit expensis publicis, *vt per Bald.in c.1.§.si iudex,de pace tenenda,argum. l.mulier in opus,de capti.* præsertim cùm iniuria hæresis tangat etiam seculares, vt sæpè dictum fuit : verum tamen esse puto, quòd si officium inquisitionis habeat pecunias publicas,primo expensæ ex illis faciendæ erunt , *vt in terminis tenet Gondisla.de hæret.q.11 num.8.*

6 ¶Item nouerint, † quòd ad requisitionem Ecclesiasticorum iudicũ in causa hæresis tenentur Magistratus & iudices seculares iurare præcisè attendere , atque inuiolabiliter obseruare & facere à subditis suis obseruari toto tempore eorum magistratus in terris eorum iurisdictioni subiectis constitutiones omnes editas cõtra hæreticos, credentes, fautores, & receptatores , atque defensores eorum ipsorumque filios,& nepotes,& qui iurare id noluerint & seruare, velut hæretici, ac de fide suspecti & infames,officio & honore sui regiminis spolientur,& sint inhabiles ad officia publica de cętero cõsequenda, *c.vt officiũ,§.vlt.de hær.in 6. & est etiam ad hoc constitutio Federici posita post auth. præsides gentium, C.de episc.au. & incipit,statuimus hoc edicto,quæ idem ferè disponit,& est etiam ad idem tex.in c.excommunicamus,§.moneantur, de hære.in ç.ad abolendam,§.statũimus,eo.tit.in 6.*

7 ¶Item si requisiti † exequutionem contra hæreticos petitam promptè,prout ad eorum spectat officiũ,facere seu adimplere detractent,aut si sententiam , vel processum iudicum , qui super hoc crimine procedũt directè impedire præsumpserint , & qui sciẽter in prædictis dederint auxilium & fauorem , excõmunicationis sententiam ipso facto incurrãt ; quam si per annum animo sustinuerint indurato , ex tunc velut hæretici sunt condemnandi,*vt in d.c.vt inquisitionis,§.prohibemus.*

8 ¶Seculares tamen † iudices de iure ciuili poterant & debebant contra hæreticos procedere , & eos condemnare, *l.1.§.vlt.C.de summa Trinit.& l.quicunque,* §.*vlt. C.de hæret.* vel saltem habita licentia ab Episcopo procedere poterant,*vt in auth.de manda.prin.§.si verò canonicum sit,* intelligendo semper, quando contra laicos procederent: secus si contra clericos,quia nullo casu possunt,*vt in authen.vt clerici apud propri.episc.§.si tamen,& not.Prosdoc.de differen.inter ius ciu.& can.nu.164. & Zanetin.eod.tracta.in differentia 106.num.181.*

9 ¶Notandum tamen,† quòd licet Ecclesiastici admittant aliquem hæreticum ad pœnitentiam , non tamen ideo præcludetur via secularibus eos damnandi de iure ciuili , vt probatur in epistola , inter claras , posita post tex.*in l.vlt. C.de summa Trin.* vbi Papa intercedit apud Iustin.Imperatorem, & supplicat pro hæreticis pœnitentibus,ne puniantur.

10 ¶Si Potestas & magistratus permiserint hæreticos habere conuenticulas & loca communia , punientur præfecti centum libris auri, præsides verò 50. *hoc dicitur in l.3.C.de hæret.*

11 ¶Sciendum tamen , † quòd antiquitus etiam Imperatores se immiscebãt in persequutione hæreticorum, & confirmabant sententiam Ecclesiasticorum , *vt habetur in auth.in constitu.82.sub ti.vt Anthimius Seuerus,&c.* cuius initij verba ex interpretatione Haloãdri hæc sunt.Non insolitam Imperatoriæ maiestati rem agentes ad præsentem legem peruenimus.quotiescunque enim sacerdotum sententiæ aliquos, qui sacerdotio indigni essent sacerdotalibus deturbarunt sedibus,vt Nestorium,Euthychetem,Arrium, Macedoniũ, Eunomium , & alios non inferiores, quàm illi malitia,toties etiam ad sacerdotum authoritatem Imperatoris consensus accessit, ( & assignat pul.rationem) vt diuina cum humanis coeuntia rectis sententiis symphoniam quandam & vnam consonantiam inducerent:&ideo Iustinia.ibi cõprobat sententiam Concilij,qua damnatus fuerat,vt hereticus Anthimius quidam Episcopus,& ea lege ipsum exulem declarat:& ibi pariter cõprobat sententiam latam contra quendam Seuerum damnatum de hæresi :& pariter comprobat sentẽtiam latam & degradationem factam Petri Episcopi Apames,eosq; finibus suę ditionis ablegat, eorumq; libros & scripta prohibet sub grauib. pœnis , & pariter approbat sententiam latam contra Zoaram hæreticũ , quanquam de ea sententia loquens subdat hæc verba: Quam tametsi per se valentẽ, multo tamen adhuc valentiorem reddit Maiestas Imperatoria, quę regia hac vrbe ipsum expellit.Ex quo colligitur sententiam Ecclesiasticorum non indiguisse quidem imperatoria confirmatione,sed tamen ad cautelam & magis efficacem obseruantiam potuisse confirmari & addi pœnas.

12 ¶Quinimo Papa † mandat Principibus secularibus, vt hæreticorum per Ecclesiasticos cõdemnatorum bona , quæ Papæ non sunt subiecta, publicent , *c.vergentis, de hæreticis.*

13 ¶Seculares etiamsi sint † tyranni & etiam excõmunicati possunt requiri ad exequendũ sententias cõtra hæreticos,*c.præsidentes, de hæret.in 6.*licet aliàs eorũ acta non valerent,*vt not.in c.fundamenta,* §. *quod si secus,iuxta med.per illum tex.de elect.in 6.& in l.decernimus, C.de sacros eccle.*

14 ¶Obedire † quoq; debent seculares Inquisitoribus & Episcopis in omnibus, neque ei resistere possunt sub pœna excommunicationis,in qua si durauerint per annum,vti hæretici damnari possunt , *vt est tex.in c.vt inquisitionis,de hæret.in 6.*& plura ad hoc vide Campeg.*in add.ad Zanchin. de hære. c.8. in addit.A, ver. quomodo autem Inquisitor,* vbi adducit plures extrauagant. Pontificum & Imperatorum super hoc , vt laici in his , quæ concernunt hoc crimen,pareant Ecclesiasticis.

15 ¶Poterunt tamen † seculares capere hæreticũ &carcerare eo animo , vt ipsum Ecclesiastico iudicio remittant,*vt per Affl.in consti.Regni,inconsutilem,nu.33.*

16 ¶Quinimo † Princeps secularis non poterit de iure minuere pœnam impositam ab Ecclesiastico , vtpote pœnam ignis, vt pluribus comprobat Purpur. *in l.1.C.de sum.Trin.nu.88.& seq. & nu.95.*

17 ¶Notandũ tamen, quòd † seculares iudices vel Principes poterunt statuere super ea parte bonorũ hęretici damnati,quæ venit fisco suo applicanda, quæ est tertia,

*vt per*

*vt per Io.And.in c.cum secundum,de hæret.in 6.vbi plura adducit, & ibi Ancha.in 3.not.& Gemin.& Franc.& habetur in l.cognouimus,in ver.liberis,in fi.vbi glo.& Doct.notant,& in consti.Gazaros,C.de hæret.& in l.1.C.de apostat.& in auth. vt cùm de appell. cogno.§.generalẽ autem.* nam possunt statuere super bonis sibi applicandis, dato quòd ex delicto Ecclesiastico applicanda sint,*vt concludit Pet.de Ancha.consi.434.postquã ista Domina,& cons.125.visis diligenter, colum.pen. Alex.cons.9.ponderatis his,columna secunda,in 5.And.Sicul. consilio decimoquarta,columna vltim.in 1.& Felin. dicens hoc esse clarum, in cap.quæ in ecclesiarum, colum.vlt. vbi etiam Deci.num.6. in fi. in 3.not.& cons.139.& diligenter,nu.2.*

18 ¶Item notandum,quòd †si Episcopus & Inquisitionis officium damnauit hæreticum, secularis statim poterit bona dicti hæretici confiscare, *iuxta d. authent. Gazaros, Cod. de hæret.* etiam inuito Episcopo: & licèt ipse fortè expectaret, vt pœniteat, & abiuret hæresim ad finem,vt sibi pœnam remittat, *iuxta textum in capit.ad abolendam, de hæret. quod probatur in epistola, inter claras, in fine, Cod.de summa Trinitat.* vbi summus Pontifex, qui condemnauerat quosdam hæreticos, rogat Imperatorem, vt ipse illis indulgeat. statim enim per sententiam,qua declaratus quis fuit hæreticus, acquisitum est ius ipsi seculari iudici in ipsius bonis, quoad portionem ipsum tangentem, *iuxta dict.authen. Gazaros*, quæ fuit promulgata etiam de consensu Pontificis, vt apparet in corpore,vnde sumitur. Ideo non potest Ecclesiasticus indulgere post sententiam, & remittere pœnam in præiudicium iuris iam quæsiti fisco seculari,*vt probatur in dict.epistola,inter claras, & per præmissa hoc tenet Alciatus in c.1.de offic. ordi.nume.51.* quod tamen dictum temperari potest, nisi iudex Ecclesiast. reseruasset sibi in ipsa sententia facultatem indulgendi,si pœnituisset: quia tunc illa reseruatio esset pars sententiæ, & ideo non diceretur absolutè condemnatus, neque ideo ius acquisitum fisco seculari purè,sed tantum conditionaliter.

19 ¶Ecclesiastici autem † non debent tradere hæreticum seculari puniendum,si possunt ipsi punire, *vt Boer. decis.340.in vltimis verbis*,allegat Card.Alexand.*in cap.nunc autem,21.distinct.* qui tamen in libro meo id non dicit,sed verũ puto:quia non traditur seculari, nisi in subsidium, id est in casu quo ingerenda est pœna mortis, quam ecclesiastici non possunt infligere.

20 ¶Non poterunt † etiam seculares nouas pœnas introducere contra hęreticos,ex quo tale crimen est merè ecclesiasticum, *vt tradit Abb.in c.cùm sit generale, numero 19.& 31.de foro compet.& in cap. ad abolendam,numero 7. & 12. de hæret.& in c.1.numero 12.de offic.ord.* licèt putem ego contrarium verius, *quod etiam tenuit Butri. in d.c.cum sit generale,prout ibi refert Abb.numero 19.* nam potest secularis augere pœnam, & aliquid addere in fauorem fidei contra hæreticos,*vt dixi supra hoc cap.num.2.in 1.fallen.& est glo.in clem.ne Romani,de elect.*

21 ¶Non poterunr insuper†securitatem, quam saluũm conductum vocant, hæreticis pertinacibus concedere, & si concessa fuerit, nullum ideo præiudicium inferretur iurisdictioni ecclesiasticæ,quominus eo non obstante possint cõtra ipsum diffamatum vel hæreticum procedere & puniri, etiam si de saluo conducto confisi ad locum iudicij venerint, aliàs non venturi: neque concedentes principes tenentur,si curauerint,quantũ potuerint, vt eis talis securitas seruetur. *hæc fuit constitutio facta in Concilio Constantiensi,Sess.19.& est mihi in 2.Tom.Concil.car.1111.col.1.in fine.*

22 ¶Sed quid si laicus † nollet sententiam Ecclesiastici exequi? dic, quòd Ecclesiasticus poterit ipsum censuris Ecclesiasticis compellere, *glo.in c.1.ver.præiudicandum, de off.ord.per c.administratores, 23.q.5.* & sequitur Campeg. alia adducens *in add.ad Zanchi.c.8.in addit.1.ver.sed quid si laicus.* licèt dicat vnum, quòd etiam si sciat iniustam, tenetur exequi,quod tamen verum non est, *vt dixi supra, numero 2.in 2.& 3.fallen.*

## CAP. XXVI.

## *quæ Leges seruandæ in causa hæresis.*

### SVMMARIVM.

1 *Leges Imperiales, quare non seruentur in cognitione hæreticæ prauitatis, si iuri aduersentur canonico, secus si confirmatæ à Pontifi.nu.seq.*

3 *Leges ciuiles, an quoad bona & qualia hæreticorum sint seruandæ,& quæ leges,& quibus casibus.*
*Cap vergentis,de hæret.& ll.Manichæos,& l.cognouimus,C. eod.intellectus.*

4 *Principes iura condere minus possunt,per quæ pœna per Canones hæreticis imposita minuatur, vel retardetur inquisitorum processus, Imo coguntur ea edere, vt tollantur, vel corrigantur.*

5 *Inquisitor & assessor debent esse periti,non solùm in iure canonico & ciuili,sed & in Theologia,aliàs poterit recusari.*
*Ius canonicũ, circa quæ versetur, & Theologia.Iuris canonici periti, quibus in rebus præferendi, & in quibus Theologi in causa hæresis,& quod eorum cuiusque officium.*
*Papa nouum articulum inducere,vel detegere, qualiter possit, & intelligatur.*

6 *Stilus curiæ inquisitionis, & non semper iura seruari possunt.*

7 *Argumentum ll.punientium læsam maiestat.ad pœnam hæresis non semper tenet,& nu.seq.*

9 *Procedendi modus in materia hæresis, an sit arbitrarius, & quoad quæ.*

1 NON sunt seruandæ leges † Imperiales in cognitione huius criminis & similium: quia cùm vt dictum est,sit crimen merè Ecclesiasticũ, laici non possunt se ingerere,ideo dicitur, quòd l.hi qui, C.de apostat. est correcta, neque seruanda, *vt per plura concludit Gondisla.de hæret.quæst.20.numero 3.per tex.in cap.benè quidem, 96.distinct. & not.in capit. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutio. cum simil.* licèt contra quod scilicet d.l. hi qui, non sit correcta, tenuit Arelatan. *in tractat. de hæret.not.44.* de quo tamen infra, dum loquar de apostatis latius. sed quod attinet ad id, de quo loquimur, certum est leges Imperiales,quæ aduersantur canonibus in materia hæresis, non esse seruandas, quòd si aliqua sit in corpore iuris inserta, quæ non aduersetur iuri canonico etiam in materia hæresis, quòd sit seruanda, *vt tradunt omnes in cap.1.de oper.noui nun.& not.per Bar.& Alex.in add.in l.priuilegia,C.de sacros.eccl.& in c.lege Imperatorum, distin.10. & glo.in prin.& in ver.Ecclesiastica.*

2 ¶Quòd si Imperiales † leges sint confirmatæ à summo Pontifice,seruandę sunt inquantum hęreticos persequuntur,*vt habetur in c.vt inquisitionis,de hæret.in 6.& c.fin. in fi.eo.titu.* vbi expressè confirmantur leges Imperiales fauentes persequutioni hæreticorum.

3 ¶Quinimo† fuerunt aliqui in opinione, quòd etiam quoad bona hæreticorum & eorum successionem non sint seruandæ leges Imperiales,vt tenuit Alberi.de Rosa.*in l.cognouimus,C.de hæret.* licet alioqui sit Ecclesiasticis infestus,& licèt etiam Gofred.*in summa de hæreti.§.quid si hæretici habeant filios*,intelligẽdo tamen de hæreticis, qui non sint subiecti terris Ecclesiæ. quam etiam opinion. licet valdè dubitans tenet Archid.*23.q.7.in prin.numer.2.* putarem tamen ego, quòd in casibus, in quibus leges Imperiales cõseruant bona, vtpote filiis hæretici,*vt per l.Manichæos,& l.cognouimus,Cod.de hæret.* quòd leges illę sint seruandæ in terris Imperij, quæ in nullo contrariantur cano.*cap.vergentis, de hæret.* vt putarunt aliqui: quia text. *in cap.vergentis,* loquitur de hæreticis damnatis & declaratis hæreticis, quod patet, dum cõprobat decisi.illam à simili damnatorum læsæ maiestat.Dicit enim, cum secundum legitimas sanctiones reis leſ.Maiest.punitis capite bona confiscentur,&c.ergo vt sit bonũm simile,&

conue-

conueniat, oportet ꝙ in eiſdem terminis loquatur illa deciſio, quando ſcilicet iam ſunt damnati. At dd.ll. Manichæos, & l. cognouimus, non loquuntur in Chriſtianis damnatis de hæreſi in ſpecie, ſed loquuntur de Manichæis, quorum hæreſis licet foret damnata, non tamen ſinguli iudicialiter erant damnati, ſed de facto tolerabantur propter magnam eorum multitudinẽ, neq; puniri poterant, & in eo caſu etiã loquitur l. cognouimus, videlicet de ſectis, quas ob multitudinẽ illis temporib. neceſſe erat tolerare, quod patet: quia cogit parentes hæreticos filios alere catholicos. Concludendũ ergo, ꝙ ſi hæreticus homo in ſpecie damnatus fuerit vt hæreticus, bona eius omnino publicabuntur, iuxta deciſionem c. vergentis. neq; ideo dicẽtur correctæ ll. ciuiles, quia non loquuntur in ſingularibus hominibus damnatis, ſed de ſequentibus ſectas, qui neque accuſantur, neq; in ſpecie damnantur, aut aliter puniantur, *vt dixi.*

4 ¶ Seculares Principes † non poſſunt ſtatuta cõdere, ꝑ quæ alteretur pœna præſcripta per canones hæreticis, vel quæ impediãt, ſeu retardẽt ꝓceſſum inquiſitionis, vt eſt tex. in cap. ſtatutum ciuitatis, *de hære. in 6.* vbi ꝙ ſeculares tenentur tale ſtatutum exhibere, vt reuocetur, vel ſaltem moderetur, vt ibi dicitur. & ibi poſt gl. & antiquos dicit Ancha. *in 2. & 3. not.* ꝙ Eccleſiaſticus poteſt cogere ſeculare, vt tale ſtatutũ tollat, & ibi etiã hoc tenet Gemin. *in prima oppo.* & ibi etiam Franc. & probat etiam tex. *in c. accuſatus*, §. *ſacerdotes, eod. tit. & in c. vlt. de immuni. Eccl. & in c. nouerint. de ſent. excommuni.* nã nulla ſtatuta laicorũ valẽt ſuper ſpectantib. ad Eccleſiaſticos, niſi per ipſos Eccleſiaſticos fuerint confirmata, vt habetur *in c. vt inquiſitionis, in prin. eod. tit.* vbi Anchar. nam ibi Papa confirmat conſtitutiones Federici Imperatoris, quæ ſi non confirmatę fuiſſent, non valuiſſent. nam etiam ſi in vtilitatem & beneficium Eccleſiæ ſint emanata, non tamen valent ſtatuta laicorum ſuper concernẽtibus iuriſdictionem Eccleſiaſticorum, vt inquit text. *in c. quæ in Eccleſiarum, in gl. 1. de conſtit.* vbi Panorm. Fely. & Dec. *nu. 6.* & habetur *in l. decernimus, C. de epiſc. & cler.* & quòd non valet ſtatutum laicorum alias pœnas imponens, *not. in c. 2. de conſti. in 6. & in l. fin. de iur. om. iud.* maximè quia eadem imponitur pœna hæreticis à iure canonico, quæ à iure ciuili & conſuetudine, vt dicit Abb. poſt Hoſtien. & Io. Andr. *in cap. ad audientiam, in gloſſ. in ver. audientia. de hæreti.* videlicet pœna ignis, ſed nota, quòd licet non poſſent per ſtatuta minui pœnæ, poterũt tamen augeri, vt pulchrè per Ant. *in c. cũ ſit generale, de for. comp.* & pulchrè gl. *in cle. ne Romani, in ver. tollit. de elect. & not. in cap. ſi propter, de reſti. in integr. in 6.* Ioan. Andr. *in c. ſi. de offic. Arch.* Panorm. *in c prudentiam. vlti. not. in princ. de offic. delega.* Deci. *conſi. 11. colum. 7. ver. non obſtat ſtatutum*, & in terminis hoc tenet Carrer. in tracta. *de hære. nu. 64. vbi latè.*

5 ¶ Inquiſitor † ergo vel aſſeſſor in cauſis vel cõſultor non eſt ſuſcipiendus, qui ſit purus & merus Legiſta, qui nõ calleat iura canonica, imo nec merus Legiſta & merus Canoniſta, qui nõ calleat Theologiam. ideo ſi adſit, poterit recuſari, qa aſſeſſor & cõſultor debet eſſe peritus in ea facultate, de qua agitur, vt inquit Gemin. poſt Lapum *in c. ſtatutum, in princ. col. vlt. de reſcr. in 6.* dicentes, quòd merus Legiſta in materia canoniſtali recuſari poterit, & tradit Deci. *in c. ſciſcitatus ante fi. de reſcrip.* ad quæ facit no. doctr. Pet. de Anch. *in ſua diſputa. incip. antiquis & modernis temporibus*, quem refert Alex. *conſ. 1. circa primum, num. 10. in ſecundo. eſt in 4. col. in ver. & ſi aliqui fortaſſe*, vbi dixit, quòd cum ſciẽtia canonici iuris tendat ad interpretationem iuris diuini in dubiis caſib. pertinẽtibus tantũ ad mores dirigentibus actus noſtros in Deum, in his ergo tantũ Canoniſta ſe ingerere poterit. At cũ Theologia pertineat ad interpretationem iuris diuini, quoad fidem noſtram in Chriſtum Ieſum, ideo quatenus dubium aliquod tendat ad ſpiritualitatem & agnitionem veræ fidei contra hæreticos, Iudæos, & alios infideles, hoc videtur potius ad Theologos ptinere. hinc dixit Panorm. *in c. 1. de conſanguinit. & affinit.* ꝙ in loco vbi hæreſes pullulant vel vicino hęreticis in electione Epiſcopi præferendus erit ſimplex Theologus ſimplici & mero Canoniſtæ. Quibus tamen ego non aſſentio, non quia ſim ciuilis & canonici iuris graduatus tãtum, non Theologiæ, ſed quia veritatem hoc ſuadet. quinimo dico in inquiſitionibus & proceſſibus contra hæreticos præferẽdos eſſe Canoniſtas, & ſi quis recuſandus eſſet, potius recuſandos fore Theologos ignaros iuris canonici. Quod probo primò, quia ſolum ius canonicũ preſcribit modum procedendi contra hęreticos & eos puniẽdi, ſolumq; declarat, qui iudices poſſint procedere, & hoc ſolum ius confert poteſtatem procedendi, vt patet toto tit. *extra de hæreti. & in 6. & in Cle. & alib.* ergo qui hæc non callet, non poterit ritè iudicare: quia artem, quam quiſq; norit, in ea ſe exerceat. Secũdò, ſi Inquiſitor expreſſe prohibetur cognoſcere, an aliquod factũ ſapiat hæreſim vel non, ſed tantum poteſt cognoſcere de iis actibus, qui notoriè & certè ſunt habiti pro hæreticis, vt concluſum fuit ſupra hoc eo. lib. *c. 22. nu. 1.* quod quidem verè ſpectat ad Theologũ potius quàm ad Canoniſtam, quia Theologus verſatur circa veram fidem Chriſti & Catholicam, cui directò aduerſatur hæreſis, circa quæ non verſatur principaliter Canoniſta. ergo præter ea dum ſcilicet tractatur de iuriſdictione, an ad talem ſpectet vel non, dũ tractatur de modo procedẽdi vel non, dum quæritur, an legitimè ſit conuictus hæreticus. i. per legitimas ꝓbationes. dũ quæritur, qua pœna ſit puniendus hæreticus. dũ quæritur etiã, an ſit relapſus vel non: certe omnia hæc, in quibus fundamenta officii Inquiſitorum, imo totum ipſum officium conſiſtit, magis ſpectãt ad Canoniſtã q̃ ad Theologũ merũ, qui neq; nouit, quid ſit iuriſdictio, neq; quid inquiſitio, aut quæ præcedere vel ſequi debeãt inquiſitionẽ. neq; quid ſit probatio, aut quæ ſit legitima, neq; qui teſtes admittẽdi & qui non, & minus quæ exceptiones & defenſiones reorũ admittẽdæ, vel quæ reiiciẽdæ. Tertiò, cũ multi largè dicãtur hæretici, vt fautores, receptatores, perſeuerantes in excõmunicatione, & ſimiles, quæ non concernunt fidei articulos. Ideo in his cognoſcendis certe magis erit idoneus Canoniſta q̃ Theologus. Cõcludo igitur, ꝙ in omnib. actibus, in quib. tractatur principaliter de fide & diſtinguẽdis actibus fidei catholicis vel hæreticis, Theologus proculdubio eſt præferendus: & ideo ſi dubitaretur, an aliquis actus ſaperet hæreſim vel nõ, id eſt, an eſſet cõtra fidẽ vel non, fateor Theologum præferendum, quia in his magis verſatur: at cũ agitur de inquirendo, procedendo, & cognoſcendo cõtra hæreticos & eos puniendo, teneo Canoniſtã præferendum, vtpote qui ſolus tractet ea inſtrumenta, quib. ad condemnationem hæreticorum vtendũ eſt. & ideo vera eſt deciſio Petri de Anchar. ꝙ in eligẽdo Epiſcopo præferendus erit Theologus Canoniſtæ in locis vicinis hęreticis ad hunc finẽ, ſcilicet vt hæreticos conuertat, & dirigat in verã fidẽ, non autẽ vt puniat, & contra eos procedat. & hanc diſtinctionem ſentiũt omnes *in d. c. 1. de conſanguini. & affini. videlicet Hoſtien. col. 2. ſuper ver. diſcretos*, & Cardi. *nu. 6.* & Anchar. *nu. 7. vſq; in fi.* & Panor. *nu. 9. ver. hinc ſumpta occaſione, & idem in c. licet, col. 1. num. 5. in fin.* & Roman. *conſ. 333. quoad primum, num. 11.* & Lamberti. *in tracta. iur. patro. in 12. artic. 5. quæſt. tertiæ partis, 2. lib. ver. dubitatur adhuc, qui etiam alios allegat.* idem etiam tenet Fely. *in cap. clerici, nume 5. de iudic. & conſil. 18. ſtante conſuetudine, num. 8. & ſeq.* & licet dicant, quòd in locis vbi abundant hæretici, præferendi ſint Theologi Canoniſtis, tamẽ id dicunt non ad eum finem, quòd contra ipſos melius ſciet Theologus quàm Canoniſta ꝓcedere, ſed vt poſſit eos ad fidem catholicam conuertere & in viam reuocare, quod eſt proprium munus Theologi, & ita etiam reperio tenere Purpura. *in tit. ff. de officio aſſeſſo. nu. 75. & ſequent.* & ideo ex prædictis puto nimium acerbè ac etiam

etiam iniustè Alphōsum de Castro, virum pium & doctum Theologum *in tracta. suo de hæreti. c. 8. circa fin. lib. 1.* reprehendisse Abb. Panormit. *in c. cum Christius, in fin. de hæreti.* qui ex illo text. colligit Papam posse nouum articulum fidei inducere assignans rationem, quia catholica fides consistit in verbo Dei, quod iam erat, & semper fuit. sed licet catholica ecclesia determinet aliquid esse hæreticum, non ideo facit hæreticum, quod non erat, sed detegit, quod erat occultum. sic inferens, quòd licet *in d. cap. cum Christus*, dicatur, & constituatur per Alexandrum ℣ Christus in quantum homo aliquid erat, & quòd qui aliter asserit hæreticus sit, non tamen ideo facit hæreticum, quod prius non erat. quia id credere semper fuit hæreticum, sed tantum declarauit id asserere esse punibile, ℣ antè forte non erat, licet in veritate foret hæreticum. Dico enim immerito reprehēsum Abbatem. nam nisi tota lege & scriptura perspecta reprehendi debuit. non enim scripsit Panor. ℣ Papa possit inducere nouum articulum fidei, sed addidit, quòd potest inducere nouum articulum declarādo ius diuinum. Gerundium enim illud declarando, denotat modum, quo inducere potest. si ergo declarat ius diuinum, ergo ante etiā declarationem erat illud ius & illa fides. nota est enim regula, ℣ qui declarat, nil de nouo inducit. *l. hæredes palam, §. sed si notam. de testam. cum concor.* ergo sensit Abb. idē quod Alphons. quod scilicet Papa non possit inducere nouum articulum fidei simpliciter & absolutè, intelligendo nouum, quod scilicet antea etiam apud peritos non fuisset, sed dixit nouum respectu eorum, qui periti non erant, & ideo credebant non esse hæresim. Qui sensus Panor. sumitur ex sequentibus ipsius dictis clarius, dum inquit, & ideo ex hoc infertur, quòd ista constitutio respicit etiam præterita, cū disponat super iure diuino. scimus enim legē regulariter futura tantum respicere & ligare, non præterita. *l. leges & constitutiones, C. de legi.* sed cum Papa vel lex declarat ius diuinum, iam non est noua lex, sed detectio eius, quod erat quidem, sed occultum. nam etiam quęlibet lex declaratoria iuris antiqui non dicitur noua, vt futura tantum comprehendat, sed respicit etiam præterita, quæ post legem antiquam quam declarat, acta sunt, vt pulchrè declarat Fely. *in c. vlt. nu. 17. de constit.* sic ergo patet, quòd & Alphons. impingit in prouerb. ℣ ipse obiicit Panormitano, non vltra crepidam iudicandum. si enim omnia verba Abbatis diligenter perpendisset, & iuris regulam tenuisset, iam tum cognouisset Panor. non aliter sensisse, quàm ipse sentit. atq; ideo non tanto cum stomacho reprehendisset. & vt tandem huic quæstioni finem imponam, vbicunq; decidenda fuerit quęstio, an factū aliquod sapiat hæresim, vel non, recurram equidem ad Theologum: verum vbi procedendū erit contra hæreticum iudicialiter, vt puniatur, consultorem requiram mehercle Canonistam potius, quàm Theologum. & hinc factum est, vt hodie ex communi praxi in officio inquisitionis adhibeātur & Theologi & Canonistæ, vt scilicet quilibet in arte sua paratus sit officiū suum exhibere, ad extirpandos profanos hæreticos.

6 ¶ Nota etiam, † ℣ stilus inquisitionis & curiæ ipsius seruandus est: & ideo nimirum, si multa sunt in practica. quæ exercētur in hoc crimine excutiendo, nec possunt ita iuribus semper probari: nam & Archid. sequutus est formulas officii Inquisitionis, & etiam glo. sæpe, vt inquit Ioan. Andr. *in c. vt commissi, col. pen. ver. Archid. habuit quasdam informationes, de hæreti. in 6. in nouella.* licet ibi dicat Ioan. Andr. quòd tamen contra illas informationes obseruant Inquisitores.

7 ¶ Nota etiam, † quòd non semper valet argumētum de legibus punientibus læsam maiestatē, ad pœnā hæresis, maximè in receptatoribus, vt per Carrer. *de hæret. nu. 166.* licet rebelles & hæretici in multis æquiparātur, vt ibi. quamquam regulariter valeat hoc argumentum, qui humanam maiestatem offendit, hac pœna punitur, ergo multo magis eadem pœna punietur, qui diuinam offendit, quod grauius est, *l. Manichæos, C. de hære. c. vergentis, ext. eo. c. si apud 23. q. 5. c. sicut qui Ecclesiam, 17. q. 4.*

8 ¶ Sunt etiam † plures extrauagantes summorū Pontificum in hac materia, quæ omnino seruandæ sunt, *cap. vt inquisitionis, in prin. & c. fi. de hære. in 6.* sequitur Zanchin. *de hære. c. 1. nu. 1.*

¶ Zanchin. autem *in tracta. de hæreti. cap. 9.* dixit, quòd modus procedendi contra hæreticos, est multum arbitrarius, quia in hoc crimine procedendum breuiter, summariè & de plano, cui quidē assentiri non possum: nam sequeretur, quòd in omnibus causis, in quibus proceditur summariè, breuiter & de plano, de quibus *in clem. sæpe, de verb. signif.* latum esset arbitrium iudicium, quod tamen verum non est, vt ibi habetur, præterquam quo ad dilationes.

## CAP. XXVII.

## *Processus contra hæreticos quomodo formandus.*

### SVMMARIVM.

1 *Inquisitores quando ingrediuntur locum destinatum, quid agere teneantur, & nu. seq.*
3 *Testes recepti super inquisitione generali, non probant: at in inquisitione speciali repeti debent, vt possit ad cōdemnationem deueniri.*
4 *Contra hæreticos potest quinq; modis procedi, & qui sint fauorabiliores, nu. seq.*
6 *Inquisitores possunt cogere habentes processus suorum prædecessorum ad eos edendos.*
7 *Inquisitores possunt contra fugientes, & absentes procedere.*
8 *Citari potest hæreticus extra forum suum, nisi tutus sit accessus, vbi moratur ipse.*

1 INQVISITORES † habita delegatione siue commissione à Pontifice se conferunt ad locū sibi demādatum, vbi adeunt Episcopum, vel eius Vicarium, & ei pręsentant litteras siue bullas potestatē sibi attributam continentes, instantq;, vt Episcopus clerum conuocet, quo congregato pariter in eo conuentu facultatem sibi tributam exponunt, & ostendunt, atq; Episcopi, & totius cleri fauorem implorant. Postea se conferre debēt ad supremum magistratum secularem eiusdem loci, cui pariter facultatem sibi concessam ostendunt, eiusq; fauorem, & brachium cum eo indigebit implorant: demum cōciones habet ad populum de fide Christi conseruanda, & falsis dogmatibus relinquendis exponentes facultatem, & potestatem sibi concessam, & quòd intendunt inquisitionem generalem facere contra hęreticos, ideo monendo saltem bis omnes hæreticos publicè vt relictis falsis opinionibus, quæ sint contra sacrosanctā Romanam, & catholicā Ecclesiam ad ipsam contrito corde reuertantur, quæ tanquam pia mater nunquam claudit gremium redeunti, *c. super eo, de hæret. in 6.* dictum est autem, quòd saltem bis moneant, vt seruetur dictum Pauli ad Titum, c. 3. hæreticū hominem post vnam & secundam admonitionem deuita, & habetur, *in c. quam dignior. 24. q. 3. & in c. dixit Apostolus, ea. cau. q. 3.* licet ex praxi iudiciali melius est, quod tres faciant monitiones, inter quas singulas decem dierum spatium intercedat ad minus, quæ praxis colligi potest *ex cap. vt commissi, §. 1. & §. conuocandi, & ibi Scriben. de hære. in 6.*

2 ¶ Postea procedunt † ad inquisitionem generalem recipiendo in singulis parochiis iuramentum à rectore parochiali, & ab aliis probis, & honestis viris, vt propalent, & indicent, si aliquos nouerint hæreticos aut diffamatos, siue suspectos, & hanc formam tradit Gondisla. *in tracta. de hæret. q. 8. nu. 1. & 2.*

¶ Sed notandum, † quòd si primo super generali inquisitione recipiant testes, qui deponant contra hæreticum

ticum aliquem, non poterit tamen ex illis teſtibus ille condemnari,ſed oportet denuò ſpecialem contra eum facere inquiſitionem,& tum nominatim citare,& data copia defenſionis faciendæ iterum repetere teſtes,& probationes,& ſic ſeruatis ſeruandis contra eum procedere,vt declarat Inno.*in c.bonæ.il primo,de elect.*& Spec. *in ti.de notor.crim.in prin.*neq; etiã poterit ex probationibus receptis in generali inquiſitione ad torturam procedere,ſecundum Barto.*in l.vltim.ff. de quæſtion.* & ita in ſpecie docet Gondiſla.*de hære.q.10.nu.5.*

4 ¶Quinque modis† procedi poteſt contra hereticos, primo per Accuſationem,vt eſt tex.*in c.ſuper his.de accuſ. c.accuſatus.& c.vltimo.in ver.accuſatoribus. de hære.in 6.* ſecũdo per Inquiſitionem,*vt in capit. licet Hely. de ſimon & toto tit.de hæret.extra & in 6.& in Clem.* vnde Inquiſitores dicti.tertio per Denunciationem,vt habetur etiam *in d.c. licet Hely.& in præalle.tur.*quarto per viam notorij, vt ibidem habetur per Scriben. quinto procedi poteſt etiam per Exceptionem,vt videtur ſentire gl.*in c.in fidei fauorẽ. in ver.inquiſitionis.de hære.in 6.*

5 Sciendum tamen,† quod inter prædictos modos fauorabiliores ſunt hi,quibus proceditur per Inquiſitionem,Denunciationem,& notorium, quam per Accuſationem,& Exceptionem,vt tenet glo.*in d.cap.in fidei.in ver.inquiſitionis.& probatur in cap.ſi quis Epiſcopus. 2.quæſt.7.*& ideo licet ſpeciale ſit in inquiſitione, quod excommunicati teſtes,& inhabiles admittantur: attamen ſecus erit,quando proceditur per viam accuſationis vel inquiſitionis,vt dicit *gloſſ.ſupra alleg.*& pariter in cauſa hæreſis lex loquens de accuſatione prohibita, non comprehẽdet inquiſitionem, vt per Matth. de Afflict.*in conſtitu. Regni,incip.vt vniuerſis.in 3.no.in vltim.verbis, eſt mihi num. 6. in fin.*videndum ergo de forma proceſſus,& quid ſeruãdum ſit, quando proceditur per viam accuſationis,& ſucceſſiue de ſingulis alijs modis.

6 ¶Et † poſſunt Inquiſitores cogere habentes proceſſus prædeceſſorum ſuorum, vt ſibi omnes præſentent, Gemin.*in cap.vt commiſſi.in §.necnon.in 1.no.de hære.in 6.*

7 ¶Contra† fugientes,& abſentes poſſunt etiam procedere,quod ſpeciale eſt in hoc crimine.*c.veritatis.de dolo & contu.& per Zanchi.de hære.c.8.num.8. & habetur in ca.vt commiſſi.* §. *& contra illos. & capitul.cum contumacia. de hære. in ſexto.*

8 ¶Si † non erit tutus acceſſus Inquiſitorib. ad locum, in quo moratur hæreticus, poſſunt eum extra forum ſuum citare ad locum, vbi poſſint officium ſuum exercere,& vbi ſit copia conſultorum, vt per decretum Innocentij IIII.prouiſum eſt,de quo Campegi. *in add. ad Zanch.de hære.c.31.ver teſtium quoq;.in fi.*

## CAPVT XXXVIII.

## *per Accuſationem quomodo procedatur in cauſa hæreſis.*

### SVMMARIVM.

1 *Accuſator quilibet admittitur in cauſa hæreſis cum ſit publici iudicij.*
2 *Accuſare in hæreſi poteſt etiam non proſequens ſuam ſuorumve iniuriam,etiam ſi in alijs aliàs eſſet inhabilis, num.ſequ. limita in patiente defectum iuris diuini, item iuris naturalis,& in inimico capitalivſq; ad nu.7.*
3 *Accuſator, ſi opponatur, debet in caſibus in quibus repellitur ſuam legitimare perſonam.*
8 *Accuſator admiſſus,an ſe ad pœnam ſubſcribere teneatur, fallit in fiſcali promotore.*
9 *Inquiſitio in materia hæreſis, non ceſſat accuſatione ſuperueniente.*
10 *Accuſatio ex omiſſione loci,& temporis,an ceſſet,& qualiter procedat hoc.*
11 *Litis conteſtatio,etiam de conſuetudine in caſu hæreſis an requiratur.*
12 *Accuſator deſiſtens,Turpiliani pœna puniendus eſt.*
13 *Inquiſitio,quia fauorabilior,omnia in ea conceſſa non extenduntur ad accuſationem,tanquam odioſiorem.*
14 *Fiſcalis pluribus in locis vice fungitur accuſatoris, & ideo nõ ſe ſubſcribit,quia ex officio ſuo cogitur.*
15 *Abſens nullo modo accuſare poteſt.*
16 *Accuſator contra mortuum ſuccumbens, an puniatur, & qualiter.*
17 *Accuſari poſſunt de hæreſi etiam Papa, & Imperator.*
18 *Hæreſis ſub prætextu odia exerceri,ac capitales inimicitiæ,ideo maxime iudices aduertant.*

1 CVm crimen hoc hæreſis† ſit publici iudicij, *vt in l. Manichæos.§.1. C. de hære.* & præſertim cum iure canonico,ad quod crimẽ ipſum ſpectat, omnia crimina ſint publici iudicij, vt tradit Alberic. *in rubrica de pub.iudi.& dixi late ſupra lib.iſto cap.4.*ſequitur,quod quilibet de populo ad accuſandum admittatur,§. *publica.Inſt. de pub.iud & probaui late ſupra hoc eo.lib.c.3.*

2 ¶Et adeo vera † ſunt prædicta,vt locum habeant etiã in Regno Neapolitano,in quo extat ritus magnæ curiæ incipiens, Item quod nullus laicus, per quem diſponitur,quod nullus admittatur ad accuſandum,vel denunciandum tanquam vnus de populo, niſi ſuam vel ſuorũ proſequatur iniuriam: attamen non vendicabit ſibi locum ille ritus in hoc crimine,tum fauore fidei, tum etiam quia & in eo quilibet de populo dicitur iniuriam pati,*d.l.Manichæos.& l.apoſtatarum. C. de apoſta.* ita Carrer. *in tract.de hære.nu.106.*

3 ¶Extenditur prædicta † regula, vt quilibet admittatur,ad accuſandum de hoc crimine, vt procedat etiam ſi in alijs caſib. prohiberetur,vt infames, mulieres, ſerui,& ſimiles,de quibus *in l. hos accuſare. ff. de accuſa.& in l. qui accuſare.C.qui accuſ.non poſſ.* nam tales admittentur ad accuſandum de hoc crimine, ſicut etiam admittũtur ad accuſandum de crimine læſæ Maieſt. *vt habetur in l.famoſi.& in l.ſeq.ff.ad legem Iul.ma.*& Barto. *in extrauag. ad reprimen.in ver.accuſationem.& notatur in dict. l.apoſtatarũ.*& per Ange.*in tracta.de malef. in ver. necnon ad querelam.5.& 6.colum.verſicu.decimo repellitur. & idem in ver. Che hai tradito la tua patria.2.col.ver.quæro,quis poßit accuſare.*

4 Limitãtur tamen † ſupradicta, vt non procedant in his,qui patiuntur defectum iuris diuini, vt excommunicati,quia prohibetur accuſare propter periculũ participationis,*vt in c.pia.de except.*& Bald. *in dicta rubrica.C. qui accu.non poſſ.3.col.*& Ange.*in d gloſſ. necnon ad querelam. 6.col.ver.7.excommunicatus.& Specul.in ti.de accu.§.1.ver.item quod eſt anathematizatus.*

Item & hæreticus, & infidelis, nam & hæreticus eſt excommunicatus,*c.excommunicamus.de hære.*& Specul. *in d.§.1.verſi.item excipitur,quod eſt hæreticus. & in c.pagani hæretici.2.q.7.& cap.1 & ſeq.4.quæſt.1.& dixi latius ſupra lib.3.c. 18.*quod quidem de iure canonico inobitate procedit, vt non admittatur,licet ſecus videri poſſit etiam de iure ciuili,*gloſſ.1.in c.ſi hæreticus. d.quæſt.7.*maxime ſi non ſit proprie, ſed improprie hæreticus, *vt ibi dicit gloſſ.*licet Gondiſla.*in tract.de hære.q.10.num.4.* contrarium ſenſerit, & male,quia ad tex.in quo ſe fundat,*in d.c.ſi hæreticus.*reſpondet ibi,d.gl.1.

5 Item limitatur † prędicta concluſio in ijs,qui patiuntur defectum naturæ,vt infantes pupilli,doli non capaces,furioſi,muti,& ſurdi à natura, vt late deduxi ſupra, *lib.3.c.11.* Pupillus tamen doli capax,& adultus licet minor accuſare poterũt cum tutoris aut curatoris authoritate, vt per Specula.*in titu.de accu.§.1.ver. item excipitur, quod eſt pupillus.*vbi dicitur pupillum in crim.læſæ Maieſt. admitti cum tutoris authoritate, licet in alijs crimininibus non admittatur,niſi ſuam vel ſuorum iniuriam perſequatur,*l.2.ff.de accu.& dixi late ſupra lib.3.capitu.12.* filius autem famil. poterit accuſare etiam ſine conſenſu patris,vt in alijs,*& dixi late ſupra lib.3. cap.9.* & iſta eſt communis, vt ibi probaui.

6 Item limitatur †in inimico capitali, qui etiam in hoc crimine prohibetur accusare, vt per Specu. *in titu. de accusa. §. 1. in fi. ver. in summa.* Marsi. *in l. 1. § præterea. col. 1. ff. de quæstion.* Isern. *in c. 1. §. diuina quoque & humana. in titul. de statu. contra liberta. Eccleſiaſt.* vbi poſt argum. pro & contra adducta, diſtinguit inter hæreſim proprie ſumptam: & eam quæ improprie, & latius ego dixi ſupra *lib. 3. cap. 25.* vbi videndum, licet Arelata. de hęret. not. 10. teneat cõtrarium, ex quo inimicus proſequens ſuam vel ſuorum iniuriam admittitur, ſed in hoc crimine proſequitur ſuam & ſuorum, ergo. Sed tenenda prior, quia communis. neque obſtat prædictum argumentum, quia inimicus admittitur ad proſequendam ſuam, vel ſuorum iniuriam vere, & principaliter contra ſe vel ſuos factam, ſecus ſi per quandam conſequentiam, vt in hoc caſu, quare autem admittatur inimicus ad accuſandum, ſed non ad perhibendum teſtimonium, in promptu eſt ratio, quia per ſimplicem accuſationem non condemnatur, ſed bene per teſtes, ideo vbi magis periculum, ibi cautius agendum, vt in ſpecie tradit Zanchi. *de hære. cap. 13 num. 7.* vbi Campegi. *in add litera D.* & Iſern. *in conſtitut. Gazaros in titu. de ſtatu contra liber. Eccleſ. in ver. diuina quoq; & humana.* quod inimicus in propria, & perfida hæreſi admittetur, non autem in aliqua hæreſi generali, & impropria, quem refert, & ſequitur Carrer. *de hære. numero 107. in fin.*

7 ¶ Aduertendum ergo, †quod in iſtis caſibus, in quibus aliquis repellitur ab accuſando ſi opponatur, debebit prius, & ante omnia ipſius perſona legitimari, dato quod in hoc crimine, & ſimilibus procedatur ſummarie, & de plano, vt per Bartol. *in extrauag. ad reprimendum. in ver. figura. & in l. nec quidquam. §. de plano. de offi. proconſ.* & Carrer. *in tract. de hære. nu. 108. & no. in ca. ſi aduerſus. extra de hære. & in c. ſi. in princ. co tit. in 6.*

8 ¶ Accuſator † autem admiſſus ſubſcribere debet ſe etiam in iſto crimine ad pœnam, vt tradit Felyn. *in cap. ſi quis Epiſcopus. nu. 4. ver. in glo. fin. de hære.* & Carrer. *de hære. nu. 135. in vltimis verbis.* & licet Gondiſla. *in tracta. de hære. qu 10. num. 4.* videatur contrarium ſentire ex eo, quia ſi accuſantur potentes, poſſunt nomina accuſantium ſecreta teneri, *iuxta c. vlt. §. iubemus. de hære. in 6* attamen non ſequitur, quod ideo non debeat ſe inſcribere: curare enim poteſt iudex ex officio, vt inſcribat, & inſcriptio quoq; ſecreta teneatur. ſi enim appareret calumnioſa accuſatio, calumniæ ſuæ vtique teneretur dare pœnas.

Fallit tamen iſta concluſio in promotore fiſcali, qui 17 hodie etiam accuſat, quia cum officij neceſſitate coactus accuſet, non ſubſcribit, neque pœna talionis tenebitur, nec calumniatoris quidem. *l. poſt legatum. §. aduocatum fiſci. ff. de his quibus, vt indig. l. qui cum maior. §. pen. da bo. lib.* 18

9 ¶ Sciendum etiam, quod † licet in alijs criminibus ſuperueniẽte accuſatore ceſſet inquiſitio, fallit tñ in hoc crimine, quia ideo nõ ceſſabit, ſicut non ceſſet in crim. læſæ ma. vt per Bartol. *in extrauag. ad reprimendum. in ver. per denunciationem. & dixi ſupra hoc eod. lib. cap. 19. num. 52.* & tradit Ang. *de malef. in prin. nu. 53.*

10 ¶ Procedet † autẽ accuſatio etiam ſine loco, & tempore, neque eorum omiſſio vitiabit, prout in alijs criminibus vitiat. *l. libellorum. ff de accuſ.* & ratio eſt, quia hoc delictum loco aut tempore non circumſcribitur; cum in mente tantum conſiſtat, vt inquit Bal. *in l. 1. C. qui accu. non poſſ.* & Ang. *in d. l. libellorum. & in Authent. quomodo oport. Epiſcopos. §. fin.* ſequitur Carre. *in tract. de hære. nume. 109. & dixi ſupra hoc eod lib. c. 19 num 17.* quod tamen verum puto, modo p. ſtea in capitulis ad probandum, quod ſit hæreticus deducatur factum, ex quo probatur hęreſis cum adiectione loci, & temporis: nam ſi ad probandum accuſationem ſuam, quod ſit hæreticus accuſator dicat, quod talia verba protulit, & quod tale dogma docuit, & velle ſe hæc probare, certe probatio non releuabit, niſi probetur de loco, tempore, & præſentibus, *vt dicam infra in cap. de probationib. in cauſa hæreſis.*

11 ¶ Debet autem lis † per accuſatorem conteſtari cum reo, vt habetur in extrauag. qui ſint rebel. ibi, vel lis foret legitime conteſtata, *& probatur in cap. cum contumacia. de hære. in 6. ibi, vt de fide reſpondeant,* & tenet Carrer. *de hære. num. 111.* licet hodie hoc non viderim obſeruari, neque teneri, quod ſit de neceſſitate: nam cum in hoc crimine procedatur ſummarie, vt infra dicam, ſequitur quod litis conteſtatio non ſit neceſſaria, & reo præſente, & licet ab eo accipiantur reſponſiones, quas conſtituta vocant, tamen illa ſunt inuenta ad eruendam veritatem potius quam ad conteſtandum litem, vt infra dicam ſuo loco.

12 ¶ Aduertat autem † accuſator, ne deſiſtat ab accuſatione, quia punietur pœna S. C. Turpiliani: nam licet reo hæretico pœnitenti indulgeatur accuſatori, tamen pœnitenti accuſaſſe, & deſiſtenti non parcitur: ita dicit Cyn. fuiſſe de facto iudicatum, *in l. vltim. in 3. q. C. de accuſa.* quem ibi ſequitur Ange. *num. 3* & ibi etiam Alberic. *col. 2. in prin. ver. ſed nunquid, ſi aliquis.* & Bal. *num. 3.* idem tenet Ioan. Andr. *in c. excommunicamus. lo ſecondo. de hæret.* quem ibi ſequitur Panor. *colum. vlt. ver. ad idem quæritur.* & Marſi. *licet prædicta non alleget. in l. qui falſam. in princip. ff. de fal. numer. 129.*

13 ¶ Odioſus tamen eſt modus † procedendi per accuſationem, ideo non omnia, quæ conceduntur, quando proceditur per viam inquiſitionis, quę fauorabilior eſt, intelligentur etiam conceſſa, quando procedetur per viam accuſationis, vt dixi ſupra, *in præced. cap. num. 5.* quãquam imo leges putent, pium eſſe hoc officium accuſandi hæreticos, qui totam Eccleſiam, & omnes Chriſtianos perturbant, *d. l. Manichæos. C. de hære. cap. præſumunt. cum ſeq. 2. q. 7. c. nos ſequentes. 6. q. 1.*

14 ¶ Hodie autem † in pluribus locis fiſcalis aduocatus fungitur vice publici accuſatoris, & officio ſuo ad id arctatur: quo fit, vt ſe non ſubſcribat, neque ſit ſubiturus pœnam talionis. *l. poſt legatum. §. aduocatum fiſc. ff. de ijs, quibus vt indig. l. qui cum maior. §. pe. de bo. lib.*

15 ¶ Nemo tamen abſens poteſt † accuſare, neque per epiſtolam, neque per procuratorem, neque alio quouis modo, prout & in alijs quibuſdam criminibus obſeruatur, *c. vlt. 2. q. 8.*

16 ¶ Accuſator † autem contra mortuum ſi ſuccumbat, an puniatur pœna talionis, qua puniretur accuſatus, ſi viueret, vel qua puniretur mortuus, glo. *in c. ſane. 24. q. 3.* Gondiſla. *de hære. q. 22. in fi. eſt num. 11.*

17 ¶ Quilibet autem accuſari poteſt, & inquiri, etiam ſi ſint ſacerdotes, & religioſæ perſonæ, & Epiſcopi. Imo & Imperator & Papa, Carrer. *de hære. nu. 97. & duobus ſequ.* & etiam exempti.

18 ¶ Aduertant † tamen iudices, quia ſæpe per hanc ſpeciem accuſationis exercentur odia, & capitales inimicitiæ explentur, cum innocentes per aliquem ſuppoſitum accuſantur, & inimici in teſtes aſſumuntur, quod ſæpe vidi, & in practica expertus ſum, accuſationes huius criminis ex vindictæ cupiditate fieri, non ex zelo fidei, contra cap. ſi quis Epiſcopus. de accu. *& cap. accuſaſti. eod. titu.*

## CAPVT XXIX.

## *per Inquiſitionem quomodo procedatur in hoc crimine.*

### SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio etiam fama non præcedente procedit.*

2 *Inquiſitio alia generalis, alia ſpecialis, cuius generalis teſtes, nec probationes faciunt fidem in ſpeciali, nec ad condemnationem, nec ad torturam ſed iterum ſunt ſeruatis ſeruandis repetendi.*

3 *Inquiſitores, & plures, & ſinguli ſeparatim in crimine hæreſis procedere poſſunt, ſed vide quomodo iſta procedunt.*

4 *Indicijs non præcedentibus, an inquiſitio ſit, & proceſſus nulli.*

5 *Inquiſitio*

5 *Inquisitio facilius excluditur quam accusandi ius, & ideo in ea inhabiles etiam admittuntur testes.*

6 *Inquisitores, & Episcopus quãuis separatim procedere possint, non tamen torquere, & sententiam ferre, & quomodo debet alter alterum expectare, & requirere.*

7 *Inquisitoribus, & Episcopo discordantibus, in torturam inferre volens alter, alter non, quid agendum.*

1 LIcet in alijs† criminibus necessarium sit, quod precedat fama siue diffamatio cõtra inquisitum, aliàs non valeat inquisitio, neque processus super ea formatus, *c. qualiter & quando. vbi omnes, extra de accu.* & late per Angel. *de malef. in ver. hæc est quædam inquisitio.* & per Marsil. *in sua praxi in §. constante. vbi plures concord.* attamen in hoc crimine hæresis procedit inquisitio etiam sine diffamatione, vt per Carrer. *in tracta. de hære. num. 110.* licet plura corrupte alleget. Sed Areletan. melius *no. 26. num. 2.* & Ponzimin. *in tract. de sortileg. nu. 88. & dixi supra ca. 19 in 18. speciali.* quod tamen intelligo verum, quoad inquisitionem generalem, sed quoad specialem non puto verum, quod possit procedi per inquisitionem nulla præcedente fama, vt per Archid. *in cap. accusatus. in ver. orta. de hære. in 6. & no. in c. excommunicamus. §. adijcimus. extra co. titu. & in §. qui autem.*

2 ¶ Verum quia† inquisitio duplex est, alia generalis, & alia specialis: si ex generali proceditur, suscipiuntur testes pro iudicis informatione, qui licet in specie contra aliquem deponent, attamen fidem non facient ad cõdemnationem, sed primo citandus erit is, contra quem deponunt, & iterum repetendi testes prædicti seruatis seruandis, ita Innoc. *in c. bonæ. il primo. de electio.* & Specu. *in tit. de no. cri. in prin.* quinimo neq; dicti testes, & aliæ probationes in generali inquisitione assumptæ sufficerent ad torturam, iuxta doctri. Bar. *in l. vlt. ff. de quæstionib.* & in hac materia hæresis tradit Gondisla. *de hæret. c. 10. nume. 5.*

3 ¶ Et licet regulariter plures† non possint de eodem crimine, & contra eundem inquirere, *l. vbi cœptum. ff. de iudi. vbi omnes.* & tradunt etiam omnes *in l. si pluribus. in fi. ff. ff. de leg. 1.* attamen hoc fallit in crimine hæresis, quia plures Inquisitores, & singuli separatim possunt inquirere, vt est tex. & ibi omnes notant, *in c. per hoc. §. 1. de hære. in 6. & in Clemen. 1. eod. tit.* & Fel. *in c. ex tenore num. 32. de rescri. & dixi supra eo. lib. ca. 21. num. 7. & 9.*

¶ Sed aduertendum, quia aut plures sunt Inquisitores, & iudices in eodem loco, & territorio, qui separatim inquirunt, & tũc seruanda est forma d. cap. per hoc, vt videlicet bene possint separatim inquirere, sed tenẽtur communicare processus, & vnitam proferre sententiam, quod si discordes forent, recurrendum ad Pontificem, vt habetur ibi. aut vero sunt plures Inquisitores, & iudices, qui separatim inquirunt, sed in diuersis territorijs, & locis, & tunc si procedunt ad diuersas sententias dubitari potest, quæ sententia prævaleat, & secundum Dyn. & Bald. *in l. si pluribus. ff. de leg. 1.* illius prævalebit sententia, qui prævenit, id est qui primo formauit inquisitionem, & processum, *iuxta l. si quis postea. ff. de iudi. & l. cum quædam puella. de iur. om. iud.* & in terminis nostris sequitur Alex. *in d. l. si pluribus. in princ. num. 5.* quem etiam sequitur Ponzi. *in tract. de lami. nu 74. ver. decima.*

4 ¶ Sciendum tamẽ, quod† inquisitio erit nulla, & per consequens totus processus, si non præcedant indicia, *c. qualiter, & quando. il secondo. de accu. l. iustissimos. C. de off. recto. prouin.* & tradit Dec. *consi. 170. col. 2. & consi. 189. col. vlt.* & in terminis, de inquisitione hæresis, quod nulla sit, si nõ præcedant indicia, consuluit Craue. *consilio 262. protestor nolle. nu. 1. 5. & 6.* vbi concludit hæc vera esse, etiam si data esset potestas Inquisitoribus procedendi ex arbitrio suo, & saltem iuxta diffamationem debet adesse vnus testis, vt per Card. *in clem. 1. §. pe. & cle. 2. §. vlt. in 2. quæ. & in vltima. eo. tit. de hære.* nisi tamen prius abiurasset hæresim, quia leuiora indicia sufficient, vt per Carrer. *de hæreti. numero 80.*

5 ¶ Et notandũ etiam, † quod inquisitio dicitur de iure speciali inducta, & facilius excluditur, quam ius accusandi, vt per plura probat Crau. *d. consi. 262. nu. 6.* & ideo inhabiles testes admittuntur, quando proceditur per viam inquisitionis, secus si per viam accusationis, vt tenet gl. *1. in ver. inquisitionis. in capitu. in fidei. de hære. in sexto.* de quo tamen vide Gondisla. *de hære. q. 13. nu. 16. & 17.* & Carrer. *de hære. nu. 120.*

6 ¶ Notandum etiam, † quod Inquisitores, & Episcopus separatim procedere possunt, sed nõ torquere, aut sententiã diffinitiuã pferre, *vt in cle. 1. de hære. & tex. in c. vt cõmissi. de hære in 6.* sed alter alterũ expectare tenet p spatium 8. dierum post requisitionem factam, vt dĩ *in d. cle. 1. §. duro.* vbi Cardin. & gloss. *in capitu. 1. de exceptio. in sexto. in ver. octo dierum. & in ver. computato. & in clement. 1. de decision.* Sed sufficiet semel requirere absque assignatione termini, quia terminus post requisitionem ipso iure currit, & sufficit, quod talis requisitio fiat per nuncium, aut per epistolam, vt no. glo. *in dict. clement. 1.* & ibi Cardinal. *quæst. 19. & 20.* & si non venerit requisitus, requirens solus procedet, vt ibi per Cardin. & Imo. & Panorm. *in ca. cum causa. de off. delega.*

¶ Idem quoq; etiam si alter foret absens; & tam longinque, vt certum esset, quod in eo termino octo dierum non posset venire, vt per Card. & Imol. *in dict. cle. 1.* vbi etiam declarant, quis dicatur locus remotus, quod scilicet arbitrio iudicis relinquitur, sed si absens sit Episcopus, requirendus Vicarius: si absit & Vicarius, non ideo requirendum capitulum, neque etiam sede vacante, vt inquit Imo. *in d. clem. 1.*

7 ¶ Sed† quid si discordant Episcopus, & Inquisitores, quia vnus vult torquere, alius non. Card. *in clem. 1. de hær.* dicit, quod debent consulere peritiores, quod si diuersos fecerunt processus, ponderent testes hinc inde examinatos, & illis, qui præponderant credant.

## CAP. XXX.

## *per Denunciationem quomodo procedatur.*

### SVMMARIVM.

1 *Denunciatio fit præcedente euangelica monitione, aliàs reijceretur, fallit. vt nu. seq.*

3 *Monitio quando crimen est occultum requiritur: nam alias etiam ad iudicis præceptum non tenetur reuelare quis crimen.*

4 *Denunciatio, quæ probari non potest, non admittitur.*

5 *Denunciationis processus initus, & per Inquisitionem procedi potest.*

6 *Officialium iuratorum præcipuum est officium denunciandi, prout decani in villis.*

7 *Inquisitorum publica monitio, quid contineat contra non reuelantes hæreticos.*

1 DEnunciare† quilibet potest, modo prius præcedat euangelica monitio, iuxta illud euangelicum Matth. cap. 18. & Lucæ 17. si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos: quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. quę verba sunt transumpta *in capitu. si peccauerit. 2. quæst. 1. & in capitu. nouit. in prin. de iudi.* quæ monitio si non præcesserit, reijcitur denunciatio, vt probatur *in capitu. secundo. & in cap. cum dilectus. & in capitu. qualiter. lo secondo. vbi pulchra gloss. in ver. forma. in fi. & in c. super his. de accus.* quod est generale in quocunque crimine, *vt in d. iur.* & per Specul. *in tit. de denunc. per totum.* de qua suo loco infra generalius loquemur: sed nunc tantum ea attingam, quæ materiam hæresis, de qua agimus, concernunt.

2 ¶Aduertendum igitur, quod † monitio, de qua supra, nõ requiritur in casibus, in quibus per simplicem pœnitentiam non retinetur ordo, vt in simonia, & hæresi, saltem sine dispensatione, *vt in c. tanta. de simo. & in cap. inquisitionis.* vbi Ioan. Andr. & alij, *de accusa.* & per Specul. *in titu. de denun. num. secundo.* & potest esse ratio: quia cum monitio inducta sit ad simplicem pœnitentiam, & cum simplex pœnitentia non sufficiat, ideo superflua monitio.

3 ¶Item aduertendum, † quod tunc requiritur d. monitio ante denunciationem, quãdo crimen est occultũ. secus si foret publicum vel notorium, quia eo casu non requiritur monitio, iuxta illud Paul. 1. ad Timot. 5. Peccantem coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant. Quinimo in occulto crimine etiam si prælatus iuberet sub censuris, quod quis deberet reuelare, quod scit, non teneretur denunciare, non præcedente d. monitione, nisi periculũ esset in mora, vt quia sciret, quod dogmatizando hæreses, posset alios corrumpere, vt voluit Thom. *2. secunda. quæst. 33. articul. septimo. & in 4. sent. distinctio 19.*

4 ¶Denunciatio autem, † quæ probari non potest, nõ est admittenda etiam in materia hæresis, vt est tex. *in cle. 2 de hæret.* & pulchre Ioan. Andr. *in c. nouit. de iudic. & voluit etiam glo. in d. c. si peccauerit. secunda q. 1. & probat etiam text. in c. qualiter. il primo. in fi. de accu.* & pluribus etiam comprobat Gondisla. *de hæret. q. 10. num. 6. & seq. vsque in fi.* nam hæc omnino occulta soli Deo reseruantur, *capit. sicut nobis. & cap. seq. de simonia. & in c. si omnia. 6. q. 1.* & tenet Specu. *in titu. de Denunciatio. num. 8. ver. Euangelica est.*

5 ¶Et notandum etiam, † quod quando admissa est denunciatio, si super ea cœptus sit formari processus, potest tamen etiam transiri ad inquisitionem & procedi per viam inquisitionis. & tunc si denuncians desisteret, non puniretur, licet alias sic, & hoc quia coactus videretur tunc destitisse. ita Speculat. *in titu. de denun. numero decimosexto.*

6 ¶Præcipue tamen † denunciare possunt officiales iurati inquisitorum, de quibus *in clem. 1. & clem. 2. §. fi. de hæret.* prout etiam in foro seculari constituti sunt Decani in villis, & capita centenariorum in ciuitatibus, qui tanquam ministri tenentur denunciare maleficia facta in villa vel quarterio ciuitatis custodiæ suæ commisso, vt per Barto. *in l. diuus. ff. de custo. reo.* & per Ange. *in l. si vacantia. in princip. C. de bo. vacan.* & per Ange. *in tracta. mal. in ver. necnon ad denunciationem. in ver. nunc quæro. nume 3 & ver. & aduertas. num. 5.* & per Marsil. *in sua practi. crim. in prin. num. 19.* habent enim sanctum Inquisitionis officium, & fideles quosdam per parochias distributos, qui tenentur hæreticos parochiæ suæ denunciare, *vt in capitu. excommunicamus. 1. §. adijcimus. de hæreti.* & per Gondisla. *in tracta. de hæreti. q. 8. num. 2.*

7 ¶Solent etiam Inquisitores † monere publice, quod si quis sciat aliquos hac labe pollutos, denunciare debeat, vt habetur *in d. c adijcimus.* & *facit tex. in capitu. cum in tua. de sponsal. & in cap. fin. qui matri. accus. poss. & in l. congruit. de offic. præsid.* quod si post matrimonium factum aliquis sciens aliquem hæreticum, illum non denunciat incurrit excommunicationem & suspicionem hæresis, *capitu. quisquis. 11. quæst. 3. capitu. qui peierat. cum sequen. 22. quæst. 5.* & extat expressa constitutio Innocent. Papæ. edita Ananiæ, *incip. nouerit vniuersitas. §. item si quis.* quæ arctat quẽlibet fidelem ad denunciandum hæreticos sub pœna excommunicationis, vt per Zanchi. *de hære. cap. 5. nu. 4. & 6. 10 num. 2.*

## CAPVT XXXI.

## *de Exceptione.*

### SVMMARIVM.

1 *Denunciandi modus per exceptionem, qui, & quando denunciatio habeat vim accusationis, & vsq; ad quod tempus fieri possit ista exceptio.*

1 EST † & alius modus denunciandi, videlicet per exceptionem, de quo videtur innuere gloss. *in capi. in fidei fauorem. in versicu. inquisitionis. de hære. in sexto.* & Carrer. *in tract. de hære. nume. 104.* & vide Francisc. Cason. *in tracta. crimin. titu. qui accuss. poss. capitu. sexto.* vbi quod aliquando accusatus excipit contra accusatorem ad repellendum tantum, siue ad derogandum fidei testium, & tunc exceptio non habet vim accusationis. quandoq; excipit, & instat eum condemnari, & tunc habet vim accusationis, & tunc iudex procedet vti per accusationem, *l. prima, ff. vi bonor. raptor. l. secunda, ff. de tab. exhib.* & excipiens debet apponere locum, & tempus, sicut accusator, Barto. *in l. prima. de exceptionib.* sed post litem contesta. non potest accusatus opponere crimen per modum exceptionis, *l. 1. § extraneis. de adulter.* Boer. *decis. 321.*

## CAP. XXXII.

## *de Citatione.*

### SVMMARIVM.

1 *Citatio in hoc hæresis crimine requiritur, quomodocunq; procedatur etiam contra excommunicatum, fallit in relapso, & quando, nu. seq. vbi late.*

2 *Iudices debent declarare quem esse talem, quando cõtra ipsum procedunt vti contra talem.*

3 *Citatio in hæresi, per quos fieri possit, & quibus edictis, numer. sequent.*

5 *Citatus personaliter, si non potest detineri, quid agi debeat, qui si compareat monere debet, & qualiter, num. sequ. & si fuerit contumax qnid agi debeat, num seq.*

8 *Citatio quid continere debeat in causa hæresis.*

9 *Citatus ab Episcopo, & Inquisitore, coram quo comparere teneatur, & qualiter.*

10 *Contumax per annum expectatur, non autem antea habetur pro hæretico.*

11 *Comparens interrogandus est super fidei articulis, sed non super subtilitatibus simplex, fallit tamen.*

1 CItandi † sunt omnino Rei huius criminis, quocunque modo procedatur, videlicet vel per accusationem, vel per inquisitionem, vel per denũciationem. citatio enim est de iure naturæ, sicut defensio ad quam citatur, *clemen. pastoralis. §. cæterum. de re iudic.* ideo nemini deneganda, quantumuis foret excommunicatus, *capitul. cum inter. & capitul. vltim. de exception.* & quod citandi sint probat text. *in capitu. quisquis Episcopus. 4. q. 5. & cap. 1. qui matrim. accu. poss. & capitu. venerabilis. de dolo, & contum.*

2 Fallit tamen in relapso, † quia non est citandus neq; audiendus, *capitu. ad abolendam. §. illos. de hæret. & capitu. super eo. eodem titu. in sexto.* relinquendus enim est talis iudicio seculari, vt ibi dicitur. quod tamen intellige, nisi vellet docere, se non esse relapsum: quando enim denegatur exceptio ob aliquam qualitatem, non denegatur exceptio denegans illam qualitatem, vt *est gloss. notab. in capitu. cupientes. §. quod si per 20. de elect. in sexto. & in clemen. vnica. de sequest. possess. & fruct.* & per Bartol. *in l. prima. §. paruirefert. ff. quod vi aut clam.* cum igitur denegetur defensio, & exceptio, ex eo quia relapsus, si negatur ista qualitas, quod sit relapsus, ad cognoscendum hoc citari debebit, vt tenet Gondisla. *de hæret. q. 11. nu. 1. & sequen.* cui addo quod imo debet declarari prius ipsum lapsum, sicut d cimus, quod si per statutum contumax haberi debet pro confesso, & ei deneganda sit audientia, tamẽ debet præcedere declaratio, quod sit contumax, alias ex contumacia sequuta nil valebit, vt tradit Bald. *in l. transigere. ante fin. C. de transact.* & est gloss. *in l. secunda. §. quod si actor. C. de iuramen. calum.* per quam Paul. Castrens. *consi. 33.* super primo quæsito videtur facere dubium, in anti-

antiquis,quod non reperi in nouis,dixit, quod quando ſtatutum diſponit, quod reus contumax habeatur pro confeſſo,vel non audiatur, debet intelligi non ipſo iure,ſed per ſententiam declaratoriam:ideo concludit,q̃ licet ſint lapſi termini,& dilationes datæ ad comparendum,tamen ſemper audiendus erit, donec non ſit lata ſententia declaratoria,quod ſit contumax.pariter quoque dixit Petr.& Cyn.*in l.ſecunda.C.de legi.* quod ſi ſtatutum diſponat facientem tale quid eſſe infamem,intelligetur tamen,ſi præceſſerit declaratio, & pluribus hæc comprobat Marſil.*cõſi.10.caſus dubitationis, nu.18.cum pluribus ſeq.*& tradit practicam Ant.de But.*in c. cum dilecti.in 5. colum.verſi.aduerte. de dolo & contum.* quod iudices debent eſſe cauti,quod quando procedunt contra aliquem vti contra talem,debet prius declarare eum eſſe talem: nõ enim poteſt quis talis dici,donec non eſt pronunciatus pro tali,vt declarat Socin.*conſi.101.præſtantiſſime doctor,in 3. col.Spec.in tit.de inſtr.edi.§.reſtat.ver quid ſi Tabellio,& verſic. quid ſi confectum.*Pet.de Anch.*conſi.141.per prædicta Gramm. voto 30.Illuſtriſſime Prorex.num.26.* & faciunt, quæ pulchre dicit Dec.de eo,qui reincidit in excommunicationem, vt non dicatur reincidiſſe,niſi fuerit declaratum,*in conſilio 145.quæritur in effectu.column.prima.* dum allegat Franciſc.*in cap. eos.in vlt. no.de ſenten.excom.& in c.cum ſecundum. de hære.in 6.*

3 ¶ Citationes autem † fieri poſſunt per Inquiſitores vel ordinarios,& etiam alijs poſſunt demandari, vt habetur *in c.vt commiſſi.in prin.de hære.in 6.*

4 ¶ Tribus edictis,†aut denunciationibus regulariter citandus eſt reus, vel vno peremptorio pro omnibus, *c.de illicita.§.de conuentione.24.q.3.l. ad peremptoriũ.& l. nonnũquam.ff.de iud.*& in terminis de hæreticis tradit Archi. *in cap.cum contumacia.num.2.de hære.in 6.*& Alber.de Roſa. *in rubr.C de hære.nu.5.ver.vtrum pro prima.*

5 ¶ Et ſi ſemel†perſonaliter citatus fuerit, neq; ſit caſus,propter quem detineri debeat in carceribus, poterit cogi dimittere procuratorem, aliàs citabitur domi, vel ad valuas Eccleſiæ,*iuxta cap.cauſam quæ. & capit. venerabilis.de dolo,& contuma.& cap.ſi aduerſarius. de eo qui mitt. in poſſeſſ.*

6 ¶ Quod ſi compareat,†moneri debet trina monitione,vt iuri pareat,*c.omnes decimæ.16.quæſt.7.& ca.philoſophorum.16.q.4.& in cap.contingit.de ſenten.excommu.c.ſacro. eo.ti. & c.reprehenſibilis.de appell.*

7 ¶ Si vero fuerit contumax† legitime citatus excommunicabitur, & ſi per annum perſeueret in contumacia,punietur vt hæreticus,*cap. cum contumacia. de hære. in 6.*quinimo contumax poterit etiam poſt mortem damnari,vt per Bellemer.*deciſ.677.& dicam infra ſuo loco.*

8 ¶ Et notandum,†quod citatio debet expreſſe continere cauſam pro qua citatur,videlicet ex cauſa fidei,vel ad reddendum rationem fidei ſuæ,*vt nota.in cap. cum contumacia.de hære.in 6.*& per Alber.*in rubr.C.de hæret.nume. 5. ver.vtrum pro prima.in fi.*

9 Verum ſi quis citatus † ſit ab Epiſcopo, & etiam ab Inquiſitore,tenebitur comparere coram Inquiſitore tanquam coram delegato,qui præfertur,*c.ſane.il ſecondo. de offic.deleg & c ſtuduiſti.eo.& c.vt commiſſi,de hæreti.in 6.*niſi forte & ipſe Epiſcopus vti delegatus citaret, vt quando contra exemptos procederet,*cap.ad abolendam.in fi. de hære.*& tenet Carrer.*de hære.nu 71.*

10 ¶ Abſens autem,& contumax damnatur, vt per Bar. *in extrauag.ad reprimendum.in verſ.conteſtata.*& per Carrer. *de hæreti.num.112.*ſed non ſtatim habebitur pro hęretico, ſed annus expectabitur,quo elapſo & eo pertinace exiſtente habebitur pro hæretico,*cap.cum contumacia.de hære.in 6.& dixi ſupra num 7.* crimina etenim obiecta fateri videtur, qui ſæpe monitus purgandi ſe occaſione non vtitur,*cap.abſens. cap. decernimus. 3. q. 9. l.1 & ſecunda,de requiren.re.l.abſentem.de pœnis.*ſic & olim Alcibiadem,& cõplices tanquam impios de deſerto iudicio Athenienſes damnarũt capite,author Thucydi.*lib.6.* & Romæ Poſthum. Conſ. plures reos abſentes damnauit, qui ad certam diem citati non reſpõderunt, vt legitur apud Liui. *libro 39.*

11 ¶ Comparens † interrogari debet ſuper articulis fidei, ſed aduerte, quod ſimplex non eſt interrogandus de ſubtilitatibus fidei, niſi quando habetur ſuſpicio, q̃ ſint ab hæreticis deprauati, quia in illis ſubtilitatibus ſolent fidem ſimplicium deprauare.ita Thom.*2.2.qu.2. art.6.ad ſecundum,*vbi Caietan.

## CAP. XXXIII.

## *de Carceratione.*

### SVMMARIVM.

1 *Carcere,& compedibus detineri hæreticus indicijs præcedentibus poteſt ad cuſtodiam à ſingulis ex inquiſitoribus:ad pœnam autem,non niſi ſint omnes vniti.*
2 *Carceratus fideiuſſoribus non relaxatur.*
3 *Suſpectus de fuga poteſt ante citationem detineri, & in propria domo capi poteſt.*
4 *Carcer communis iudicibus eſſe debet,& cuſtodes quot, & à quibus mercedem habere debeant.*
5 *Miniſter alium ſub ſe habere poteſt etiam ſine conſenſu Epiſcopi,& Inquiſitoris ad neceſſaria Carceratis præſtãda, & num.ſequen.*
7 *Cuſtodum, & eorum miniſtrorum iuramentum, quid continere debeat,& quod eorum officium.*
8 *Citatus ſi ſit in territorio Domini temporalis hæreticus, an ille Dominus requiſitus teneatur illum remittere, quod ſic.*
9 *Carcerare hæreticum qui poſſint.*
10 *Carceratis expenſæ vnde extrahantur.*
11 *Hæreticus contra familiam capientem, telo ſe defendens impune occidi poteſt,nec ad Eccleſiam confugere tuto poterit, num.ſequen.*
13 *Contumax,& excommunicatus per annum docere volens de ſua innocentia,& impedimento, an audiendus ſit.*
14 *Captus hæreticus non remittitur.ſed vbiq; puniri poteſt.*
15 *Captura hæretici requirit iuris ordinem.*
16 *Fideiuſſoribus quando relaxetur hæreticus, & ad quam teneantur pœnam fideiuſſores.*
17 *Carceratus fugiens,vel conſpirans habetur pro conuicto.*

1 SI † legitima ſint inditia & ſuſpitiones, poteſt citatus carceri detrudi à ſingulis ex Inquiſitoribus ſiue iudicibus,imo & in compedibus detineri,ſi hoc expedire videbitur,vt habetur *in clementin. 1.§. 1. verſicul. ſic quod quilibet*, quæ poteſt quilibet ex eis facere ad cuſtodiam:ſecus autem ſi vellet in carcere duro, & atro detinere ad pœnam,quia ſinguli non poſſunt, ſed oportet, quod ſint vniti omnes, vt dicitur *in dict. clemen. 1.§. duro.* etiam ſi ad tempus vellet detinere, vt ibi no. Cardinal. *in primo not.*

2 ¶ Carceratus † autem regulariter non eſt fideiuſſoribus relaxandus, prout nec alij rei in atrocioribus ſunt relaxandi,*iuxta no.in l.penulti.§.ad crimen.de public. iud.*& in ſpecie Carrer.*de hæret.numer.115.*& Zanchi.*de hære.capitul. 10.in princip.*

3 ¶ Et quando ſuſpectus † eſt de fuga,carcerari poterit etiam antequam citetur,vt per Bar.*in l.vltima.ff. ad l.Iul. pecu.& in l.1.de cuſto.reo.*& per Salyc.*in l.2.C.de exhiben.reis.* quinimo & in domo propria poterit capi, vt nota.*in l. plerique.ff.de in ius vocan.*& per Scrib.*in l.nemo lle domo,de regul.iur.*& in ſpecie Gondiſla.*de hæret.11.num.4.*

4 ¶ Carcer autem † debet eſſe communis omnibus iudicibus,videlicet Inquiſitoribus,& Epiſcopo, & debet habere duos cuſtodes diſcretos, & fideles, quorum alterum Epiſcopus,alterum præficiet Inquiſitor, neque de vno ſolo poterunt concordare,vt dicitur *in dict. clem. 1.§.ſane.vbi gloſſ. in ver.duos.* & cuſtodibus iſtis mercedem ſoluent Epiſcopus,&Inquiſitores de ſuo,videlicet Epiſcopus à ſe electo, & Inquiſitor à ſe electo,vt ibi dicitur,& tradit Gondiſl. *de hære.q.11.num 11.*

5 ¶ Poterunt & singuli † ex dictis ministris alium sub se fidum habere ministrum etiam sine cõsensu Episcopi vel Inquisitoris, qui ministret necessaria carceratis, vt dicitur *in dict. §. sanè. & ibi gloss. in ver. subdelegare.* sed non poterunt ambo concordare de vno ministro, prout dictum est, non posse concordari de vno custode, nec in assumendis istis ministris requiretur consensus Episcopi, vel Inquisitoris, vt tenet ibi gl. *in verbo, subdelegare.*

6 ¶ Et singuli prædicti † custodes singulas habebunt claues carcerum, diuersas tamen, ita vt vnus sine alio aperire non possit, vt dicitur, *in d. §. sanè. iuncta gloss. quæ ita interpretatur in ver. diuersa.* & ibi Cardi. *in 8. q.*

7 ¶ Custodes vero † prædicti iuramentum præstare debent, dum assumuntur, quòd in custodiendo adhibebunt omnem diligentiam, & fidelem sollicitudinem, curabuntque ne quis secreto alloquatur carceratos, ita quòd alter custos non audiat, ministrabuntque, & dabunt carceratis fideliter omnia, quæ eis pro victu mittentur, nisi prohibitum fuerit ab Inquisitoribus, vel Episcopo, & idem iuramentum subibunt, & ministri dictorum custodum, quod iuramentum præstandum est etiam coram Inquisitoribus: dato quòd carcer non esset communis, sed proprius Episcopi, vt habetur *in d. cle. 1. §. porrò. de hær.*

8 ¶ Dubitari autem potest, † an si hæreticus citatus reperiatur in territorio alicuius Domini temporalis, & nolit comparere, an ille Dominus territorij teneatur ipsum capi facere requisitus, & ad Inquisitores transmittere. & de hoc est text. clarus, quod sic, *in c. vt inquisitionis. in prin. de hær. in 6.* licet in alijs criminibus aliud foret dicendum, vt per Bald. *in titu. de pace tenen. §. si iudex. & dixi supra cap. 24. num. 5.* quæ quidem transmissio fieri debet sumptibus officij inquisitionis, vt per Gondisla. *de hær. q. 11. nu. 8.*

9 ¶ Non solum autem † Inquisitores, & Episcopus carcerare poterunt reum, sed etiam delegatus ab Episcopo, vel à capitulo sede vacante, vt est tex. *in d. clemen. 1. §. 1. de hær.* licet regulariter delegatus ab inferiore à Principe non possit capi facere aut carcerare, vt est gl. *in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iud.* & idem tenet Bartol. & alij *in l. plerique. ff. de in ius voc. per text. in §. si verò ignoti. in Auth. de testi.* & tradunt omnes *in l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudi.* & quod tales delegati possint capi facere hæreticum, tenet in specie Gondisla. *de hær. q. 11. nu. 9.*

10 ¶ Carceratis autem fient expensæ † de bonis ipsiusmet carcerati, si habeat: si autem vel de eleemosynis, vel de pecunijs officij inquisitionis, id est de prouentibus deputatis ipsi officio, vt habetur *in dict. clem. 1. §. porrò. de hær.* & tenet Gondisla. *de hær. quæst. 11. numero decimotertio.*

11 ¶ Quod si hæreticus contra † familiam volentem illum capere telo se defendat, si aliter fieri non poterit, impunè occidetur, *iuxta tex. in l. si seruus. C. de ijs, qui ad Eccles. confugi.* & tradit etiam Cardin. *in clem. si furiosus. de homi.* & per Bart. *in l. vt vim. ff. de iusti. & iur.* & in specie Gondisla. *d. q. 11. nu. 14.*

12 ¶ Neque tutus erit † si ad Ecclesiam confugiat, *iuxta tex. in l. 1. C. de ijs, qui ad Eccles. confu. & est gloss. in Auth. de mand. Prin. §. neque autem.* & Gondisla. *d. q. 11. nu. 15.*

13 ¶ Sed quid † si citatus fuit contumax, & ideo fuit excommunicatus, & perstitit in ea per annum, & postea vult docere se fuisse impeditum legitimo impedimento, an erit audiendus, præsertim cum paratus sit docere de innocentia sua? dicendum, quod si iustum fuit impedimentum, per quod intra annum non potuit comparere, audietur, quia tunc non diceretur fuisse pertinax per annum, alias autem non audiretur, præsertim si à principio, dum fuit citatus, erat suspectus, vt declarat Gondisla. *de hær. q. 12. num. 3.*

14 ¶ Captus verò, † vbicunque captus fuerit, non est remittendus ad locum delicti, quia vbique puniri potest, vt not. per Iacob. Butr. *in l. Arriani. C. de hæretic.* & tenet Guido Papæ, *q. 202. incip. in remissione nu. 1. vers. 4.* quod ipse delatus non sit accusatus de hæresi.

15 ¶ Sciendum tamen, † quod non licet vnicuique capere hæreticum, sed debet præcedere diffamatio seruandusque est ordo iuris, licet Bonifacius VIII. vti hæreticus nullo seruato iuris ordine fuisset captus à quodam Guglielmo de Nogareto, & quodam Guglielmo Plasiano suffultis auxilio Regis Galliæ, vt refert Alberi. *in rubric. C. de hær. nu. 2. & 3.* vbi concludit non esse quempiam vti hæreticũ carcerandũ, nisi seruato iuris ordine.

16 ¶ Et † si leuis sit excessus, poterit fideiussoribus relaxari, qui tamen non obligabuntur ad pœnam corporalem, sed tantum ad pecuniariam. Zanchin. *de hær. cap. 10. numero 2.*

17 ¶ Si verò † carceratus aufugerit, vel conspirauerit de aufugiendo, habetur pro conuicto, prout in alijs criminibus, *l. in eos. ff. de custo. reo. & l. vltima. eo. tit. & probatur in l. milites agrũ. §. eius fugam. de re milit. & in l. si quis aliquid. §. miles. ff. de pœnis.* & in terminis Zanchin. *de hær. cap. 10. num. 4.* vbi Campeg. *in add.*

## CAPVT XXXIIII.

## *Proceditur summariè, breuiter, & de plano.*

### SVMMARIVM.

1 *Processus in causa hæresis summarius.*
2 *Publicatio dictorum testium, & eorum nominum, in hæresi, an fieri debeat, & qualiter, & quando.*
3 *Consultores adhibiti, in hæresi, debent esse secreti, aliàs excommunicantur.*
4 *Constitutum rei, quare sumendum in hæresi.*
5 *Litis contestatio quare non requiratur in hæresis casu.*
6 *Publicatis etiam attestationibus alij testes recipi possunt in hæresis materia, & caute in ea procedendum, nu. sequ.*
8 *Notarij etiam clerici assumuntur, in hæresi, & quid iurare teneantur.*
9 *Modus procedendi in hæresi, an arbitrarius sit, & in quibus casibus, ac qualiter intelligatur.*

1 PRoceditur † in causa hæresis summariè, breuiter, & de plano, vt est tex. *in c. vlt in princ. de hær. in 6.*

2 ¶ Publicari tamen debent regulariter dicta testium, & eorum nomina sunt exhibenda, *d. c. vlt. §. cessante. de hær. in 6.* & no. Barto. *in extrauag. ad reprim. in ver. figura.* talis enim publicatio cõcernit defensionem, vt possit testes de falso arguere, vel aliter se defendere contra eos, vt dicit Bar. in loco præallegato, & est gl. *in d. c. vltim. §. cessante. in ver. iudicijs. de hær. in 6.* & tradit etiam Carrer. *de hæret. num. 122.* Fallit tamen, nisi ille contra quem fuerunt testes examinati, esset valde potẽs, adeo quod probabiliter posset dubitari, quod offenderentur ab eo, vt dicitur *in d. c. vlt. §. iubemus.* sed debent adhiberi ab Inquisitoribus, & ordinario aliqui viri prouidi, & iuris periti, coram quibus testes publicentur, ne fraus aliqua fieri possit, vt dicitur *in d. §. iubemus.* & tradit Gondisla. *de hær. q. 14.* & idem tenet Bologni. *consi. 37. licet alias. col. vlt. ver. 2. dico.* & Matthes. *sing. 38.* & debent euitare iudices, ne dicant periculum extare, cum non extet, & in hoc debent esse circumspecti, vt dicitur *in d. c. vlt.* & Campeg. *in addi. ad Zanch. de hær. c. 13. litera B. in fi. vide omnino. & ibi in margine.*

3 ¶ Consultores † iurisperiti, qui adhibentur, debent omnia secreta tenere, neque pandere, & si pandent excõmunicabuntur, vt dicitur clarè *in d. §. iubemus.* & Gondisla, *de hær. q. 14.*

4 ¶ Constitutum † rei, id est dictum ipsius sumendum à iudicibus, vt s. si confiteatur, procedendum sit ad cõdemnationem, si neget ad probationem, vt per Franc. Squilla. *de fide cathol. in c. 27. in prin.* constitutum enim rei habet vim litis contestationis.

5 ¶ Litis contestatio † non requiritur, cum procedatur summariè, vt habetur *in clem. sæpe. de verb. sign.* licet constitutum,

tutum, vt dixi, possit haberi loco litis contesta. impropriè tamen, *vt dixi supra hoc eo. lib. c. 27. nu. 11.*

6 ¶ Publicatis † etiam testibus, & toto processu, possunt tamen adhuc recipi alij testes, vt in specie nostra hæresis, tradit Carrer. *in tracta. de hære. nu. 91. in fi.*

7 ¶ In tam graui tamen crimine † cum multa cautela procedi debet, *c. vt officium. §. verum. in prin. de hære. in 6.*

8 ¶ Notarij vero, † qui scribant acta, possunt esse clerici, qui dum essent in seculo, tabellionatus officiū exercuerunt, vel etiam si eis demandatum fuerit tale officium per sedem Apost. etiam si sint religiosi & in sacris ordinibus constituti, *cap. vt officium. §. ad conscribendas. de hæreticis, in 6.* qui notarij iurabunt coram iudicibus se fideliter exercituros officium suum, *clemen. 1. §. verò. de hæreticis. de quo tamen vide, quæ dixi supra c. 23. nu. 25.*

9 ¶ Nota tamen, † quod licet Zanchin. *in tractatu de hære. cap. 9. in princip.* ex hoc quòd in hac causa proceditur summariè, quod modus procedendi in causa hæresis videtur multum arbitrarius: attamen verius est non modò non esse arbitrarium, quinimò arctiorem esse præscriptum modum procedendi in his causis quam in alijs, cum in his maximum vertatur periculum, *c. vt officiū. §. 1. de hære. in 6.* & ideo ibi, *in d. c. vt officium. in prin.* dicitur procedēdum esse, iuxta canonicas sanctiones, & ibidē, *in §. si verò.* dicitur, iuxta formam Ecclesiæ. arbitrium enim habent Inquisitores quòad leuia, & non multum præiudicialia, non autem in præiudicialibus, vt pulchrè docet Archiepisc. Floren. *in 3. parte summæ, tit. 9 c. 7. §. 8.* & Campegi. *in add. ad Zanchin. d. capitu. 9. add. 6. in fin. versic. demum & hic.*

## CAPVT XXXV.

## *de Probationibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Testes in causa hæresis etiam inhabiles admittuntur, fallit tamen quando proceditur per accusationem, num. seq. & 8.*
3 *Testes periuri admittuntur in causa hæresis ad dictum suum corrigendum, nisi de fraude ex indicijs appareat, & vide numero 7.*
4 *Testibus in examinādis duo discreti viri præsentes in causa hæresis, esse debent.*
5 *Testes singulares qualiter in causa hæresis probent, & quibus in casibus.*
6 *Testes duo in hæresi an sufficiant, & qui.*
9 *Testis esse potest Frater contra fratrem, & alij Domestici, & Familiares.*
10 *Testes Inimici, & Conspiratores an admittantur, & de qua inimicitia intelligatur, & quæ aduertere debeat iudex in his.*
11 *Testes inhabiles contra hæreticos, in fauorem autem debent esse omni exceptione maiores. quòd inhabiles torquentur si sint viles, maxime si vacillent, nume. sequen.*
13 *Testes quomodo cogantur ad deponendum.*
14 *Inhabilitas testium in causa hæresis, quæ intelligatur, vt admitti possint, vel non.*
*Periuri quo casu admittantur in hæresi.*
15 *Testes parte non citata, quando admittantur in casu hæresis.*
16 *Testium Publicatio quando non fiat in casu hæresis.*
17 *Testium Examinatio potest per iudicem alteri committi.*
18 *Testis causam dicti sui etiam non interrogatus debet dicere in causa hæresis.*
19 *Confessio probat in causa hæresis, licet etiam quòd de delicto non alias constet, & qualiter ista procedant, & de qua confessione agatur.*
20 *Indicia etiam leuia probant, dummodo probentur per duos testes singulares & ad quid sufficiant.*
*Et quando probent ad condemnationem.*
*Et quo casu vrgentes præsumptiones sufficiant, & quando non, & quando ad torturam, & quando ad condemnationem indicia, & quæ requirantur.*
21 *Indicium est, si quis habeat libros penes se hæretica continentes, limita tamen. vide alia indicia vsq; ad nu. 34.*
34 *Probationes clarissimæ quare requirantur in hoc crimine hæresis.*
35 *Testes etiam egregiæ personæ possunt cogi ad testificandum in materia hæresis.*
36 *Testes Hæretici in causa hæresis non admittuntur.*
37 *Consanguinei testes, ad testes reprobandos nō admittuntur.*
38 *Interrogatoria non dantur, sed iudex ex officio interrogat.*
39 *Testi reuocanti in articulo mortis dictum suum, an credatur.*
40 *Iudex occasionē omnem tollere conetur, ne sub prætextu religionis iniuste quis isto hæresis iudicio impetatur ob criminis grauitatem.*
41 *Scriptura manu propria hæresim continente probatur quis hæreticus, & nisi indicet ab alijs scriptam, ipse autor iudicabitur.*
42 *Præsumptiones iuris, & de iure contra hæreticum, quæ sint, & numero sequen. Item patria facit indicium, parentes, & educatores hæretici, mala hominis vita, & in reliquis vsque ad num. 47.*
47 *Suspitiones leues qualiter sumantur, ac etiam vrgentes, nu. seq vsq; ad nu. 56.*
56 *Accusator an possit esse testis in causa hæresis.*
57 *Testes deponere renuentes censuris coguntur ecclesiasticis & Vacillans per Inquisitorem torquebitur, num. seq.*
56 *Testis quo casu admittatur ad dictum suum retractandum post depositionem.*

1 TEstes inhabiles † in causa hæresis admittuntur, vt excōmunicati, participes, & socij criminis & præcipue in defectum aliarum probationum. Fallit tamen, nisi ex verosimilibus coniecturis, & ex numero testium aut personarum tam deponentium, quam eorum, contra quos deponitur, qualitate ac alijs circunstantijs, sic testificantes falsa non dicere præsumuntur. hæc habentur *in c. in fidei. de hære. in 6. & facit tex. in c. si quis cum militibus. 6. q. 1. & in c. 3. de simo.*

2 ¶ Præmissa † autem vera sunt, quando proceditur per viam inquisitionis, secus si per viam accusationis, quia tunc requiruntur testes legitimi, vt voluit gloss. *in d. cap. in fidei. in ver. inquisitionis.*

3 ¶ Et licet † Periuri etiam post pœnitentiam à testimonio repellantur, *capitu. testimonium. de testi. capitu. quicunq; 6. quæstio. 1.* si tamen fuerint testes, qui primo in causa hæresis fuerint examinati, & peierauerint celando, neque volendo veritatem contra hæreticum deponere, & tamen post ex interuallo velint corrigere dictum suum contra se ac alios suos complices deponendo, probabunt tam contra se, quam contra complices, si zelo fidei id faciant, & nisi manifestis indicijs apparuerit tales animi lenitate aut odij fomite, aut pecuniæ corruptione deposuisse. hæc habentur *in capitu. accusatus. §. licet verò. de hære. in sexto.* ex quo colligitur, quòd se corrigentes, & deponentes contra hæreticos præsumuntur bono zelo id facere, nisi contrarium probetur. Pondero tamen text. illum, qui mihi non videtur probare, quòd indistinctè periurus corrigens dictum suum admittatur contra hæreticum, sed ita demum si contra se ipsum tendat talis depositio, non tantum contra alios, quod mihi probant illa verba, ac demum velint corrigere dictum suum contra se, ac alios suos complices deponendo. ergo videtur innuere, quòd si contra se non deponeret, aut contra complices suos, talis depositio non teneret. quod tamen non video ab alijs consideratum: reliqua de testibus inhabilibus vide infra numero septimo.

4 ¶ In examinandis † testibus duæ religiosæ, & discretæ personæ per iudices adhibendæ sunt, in quarum præsentia per publicum notarium, aut per duos viros idoneos fideliter eorundem testium depositiones describantur, *capitu. vt officium. §. verum. de hære. in 6.* & tradit Panormitan. *in capitul. quia propter. de elect. & in capit. cum causam. de testi.*

5 ¶ Licet autem† teſtes ſingulares regulariter nõ probent, *c. licet cauſam. de probat. & c. cum dilecti. ad fi. de accu. cap. cum dilecti. & capitu. bonæ. il primo. de elect. & l. ob carnem. in fin. vbi omnes. ff. de teſti. cum concordant.* attamen in cauſa hæreſis teſtes ſingulares probabunt, quia ſatis eſt, quod ſint conteſtes in genere, ſcilicet ad probandam hæreſim in genere, quia ſatis eſt, quod vnus dicat, quod audiuit talem dicentem ſe negare Euchariſtiam, alius quod audiuit dicentem mortuo corpore mortuam eſſe animam, & ſic de ſimil. ita Bald. *in l. prima, C. qui num. tute. & in l. actor. num. 4. ver. quæro, quare negatiua in fi. C. de probat. & in ca. cum omnes. de conſtitu.* & Iaco. de Are. *in l. teſtium. C. de teſti.* & Butri. *in l ob carnem. de teſti.* & Imol. *in capit. cum oporteat. de accu.* & Salycet. *in l. quicunque. C. de hæret.* Butrig. *poſt gloſ. in l. Ariani. C. eod.* Bald. *conſi. 665. viſis dictis articulis. in quarto.* Corn. *conſi. 91 viſa facti narratione. colum. 4 ver. tamen dum agitur. in primo.* Ioan. de Anan. *in cap. 1. in fi de hære.* Alexand. *conſi. 100. mature digeſtis. ſecunda colum. verſicul. præterea teſtes diſcordes. ſexto volum.* & plura ad hoc congerit Crau. *conſil. 78. de anno 1539. nume. 6.* licet contrarium videatur tenere Ioan. Andr. *in cap. vt officium. §. 1. ſuper verbo teſtium. de hære. in 6.* quas tamen opiniones conciliat Felyn. *in capitu. licet ex quadam. numero 16. de teſti.* quod quando agitur de probando hæreſim in genere, ſufficiant teſtes ſingulares, quando vero agitur de probanda hæreſi in ſpecie, non ſufficiant, & hanc diſtinctionem ſequitur Zanchin. *de hæret. capitu. 13. numero ſexto.* vbi addi. Campeg. Sed quod imo teſtes ſingulares non probent quem hæreticum, prout neque probant quem vſurarium, tenet Abb. *conſi. 42. ex multis, per totum. in primo.* & Bal. *conſ. 394. in cauſa Ludouici, num. 9. in ſecundo.* vbi refert has opiniones contrarias, ſed cum hac reſidere videtur: & quod non ſufficiant teſtes ſingulares, tenuit Ioan. And. *in capitu. vt officium. §. verum. de hære. in 6.* vbi etiam Gemin. & Franc. idem tenent, & hanc dicit eſſe communem, & ſequẽdam Io. Lup. *in ſua allegatione hæreſis, poſita poſt eius repe. capitu per veſtras. de dona. inter virum & vx. §. 12.* licet aliqui pauciſſimi Doctores (vt ipſe inquit) contrarium tenuerint, & hoc dicit etiam tenere communiter Doctores: & quod ita ita tenendum, quod ſcilicet teſtes ſingulares non probent hæreſim, ſed duo ſaltem teſtes requirantur, Boer. *deci. 342. & videtur nu. 2. & per totam.* & Crau. *conſi. 362. proteſtor nolle.* & Simancha. *in Enchiri. iudicum hæreſis. titu. 37. de teſt. ſingularibus. num. 6. & ſequen. vbi num. 7.* & etiam in adnota. in Zanchin. cap. 11. dicit ineptiſſimum eſſe dicere quem probari hæreticum in genere, niſi capias genus pro ſecta plures articulos hæreticos cõtinente, vt quod ſit Lutheranus, ſit Anabaptiſta, ſit Sacramentarius, *vt ibi declarat, nu. 11.* quod tamen ego non recipio.

6 ¶ Duo ergo teſtes † ſufficient ad probandam hæreſim, dato quod aliqui voluerint requiri ſaltem tres, ita Cardin. *in clem. 1. §. pen. de hære. non autem vnus.* Card. *in clem. 2. §. 1. eod. titu.* quamquam Hoſtienſ. *in ſumma de hære. §. qualiter.* & Archidiac. *in capitul. vt officium. in gloſſ. aliquorum. de hære. in 6.* teneant tres requiri, dicentes videri iniquum, quod de tanto crimine quis damnetur duobus tantum teſtibus: ſed veritas eſt, quod duo ſufficiant per regulam generalem, quodlibet crimen probari poſſe per duos teſtes, niſi vbi contrarium reperitur conſtitutum, *c. licet vniuerſis. & capitu in omni negocio. de teſt.* & tenet Ioan. And. & alij, *in capitu. vt officium. §. verum. de hære. in ſexto.* & ita etiam tenet Gondiſla. *de hære. q. 13. nu. 9.* & ſequitur etiam Feder. de Sen. *conſi. 252. Reuerendo in Chriſto patre. columna 1. ver. 2. principaliter.* & Boer. *d. deci. 342.* & Felyn. *in cap. excommunicamus. de hære. num. 27.* ſed oportebit, quod d. duo teſtes ſint omni exceptione maiores, & probent plene, vt probat Ioan. Lup. *in allega. poſt c. per veſtras. in §. vlt.* Brun. *de de hære. lib. 4. cap. 9.* licet D. Guido, qui poſtea fuit Papa Clem. IIII. in quodam ſuo conſilio dicat, neque duobus ſe crediturum, contra hominem bonæ famæ & opinionis, quem refert Campegi. *in addi. ad Zanchi. de hære. c. 41. in add ſub litera a, in prin.*

7 ¶ Et licet dictum fuerit† ſupra num. 1. 2. 3. & 4. quod teſtes inhabiles in hac cauſa admittuntur fauore fidei, tamen non facient tales indicium ad torturam, ſed tantum ad purgationem, vt per plura concludit Carrer. *de hæreti. num. 118.* & per Alexan. *conſi. 11. circa primum. numer. 2. & 3. in primo.*

8 Item inhabiles † admittentur, quando procedetur per viam inquiſitionis: ſecus ſi per viam accuſationis, vt tenet gloſſ. quam videntur ibi ſequi omnes, *in cap. in fidei. in glo. 1. incip. inquiſitionis. de hære. in 6.* quidquid dicat Carrer. *de hære. nu. 120.* & Gondiſla. *in tracta. de hære. q. 13. numero 16. & 17.*

9 ¶ Frater quoque † contra fratrem cogendus eſt in hoc crimine teſtimonium facere, vt dicit Abb. *per illum tex. in cap. literas. de præſump.* & pariter Domeſtici & Familiares eorum, cum crimen hoc plerumq; ſecrete committat, & inter domeſticos parietes, & ita tenet Gondiſla. *de hæreti. q. 13. nu. 11.* ſic & alij Conſanguinei cogi poſſunt. *l. lege Iulia. de teſti. cap. ſi audieris. 24. q. 5. gl. in cap. vltim. de teſti. in ſexto.*

10 ¶ Inimici tamen† & Conſpiratores non admittentur etiam in hoc crimine, ſicut nec in alijs. *cap. per tuas. lo primo. de ſimon.* & ſequitur Gondiſla. *d. q. 13. num. 13.* & probat text. *in cap accuſatus. §. licet. & in ca. fin. de hæreti. in 6. & in ca. repellantur. & ca. cum oporteat. de accuſ. & in Auth. de teſti. §. ſi vero dicat odioſus.* & Zanchin. *de hæreti. ca. 13. nume. 3.* & not. Abb. *in cap. licet Hely. de ſimon. numero primo.* modo tamen ſit grauis inimicitia capitalis, vt per Felyn. *in ca. cum oporteat. de accuſa. num. 3 circa fin. & in cap. per tuas. nume. 4. de ſimon. & in cap. quoties. num. 4. de teſti. & in cap. cum ſuper. de offic. deleg. num. 3.* Blanc. late *de indici. homicid. præmedita. numer. 93. & num. 175.* & Panorm. *in cap. accedens. il ſecundo. num. 3. vt lite non conteſta.* vbi docent, quomodo probetur capitalis inimicitia, & in materia noſtra hoc tenet Gondiſl. *de hære. q. 15. num. 13.* Carrer. *de hæreti. num. 107. in fin.* Aduertat tamen iudex, vt ex qualitate perſonarum & alijs circunſtantijs colligat, an licet debilitetur his fides, an etiam prorſus tollatur. nam in tam atroci crimine vndequaq; eruenda ciuitas. *cap. nempe. cap. tanta. de ſimon. c. cum I. & A. de re iudica.* & vide etiam Boſſ. *de crim. læſæ Maieſt. num. 111.* & in terminis noſtris ita docet director, *in parte 3. in titul. de prorogantibus proceſſum fidei, ver. ſecundum quod prorogat. & etiam in d. 3. parte, q. 67.* & cum de maximo præiudicio agatur in hac cauſa, iudex debet eſſe diligens in perpẽdendo circunſtantias omnes inimicitiæ & perſonarum, ne innocens calumnijs opprimatur, nocensve his mendicatis exceptionibus iuſtitiam eludat, & ſe à iuſta pœna ſubtrahat, vt per Archidiac. *in c. vt officium. §. verum. ver. teſtium. de hære. in 6.* & Felyn. *in cap. intimauit. numero 9. de teſtib.* Et cum teſtium dicta in hoc crimine non pandantur, *c. ſtatuta. de hære. in 6. & dictum fuit ſupra cap. præced. num. 2. & 6.* ideo debet iudex ex officio inquirere de qualitate teſtium, quia inquiſitus de tali qualitate diuinare non poteſt, vt per Felyn. *in c. cum I. & A. nu. 7. de re iudi.* & Boer. *deciſ 321. nu. 4* & ideo inoleuit practica, quod interrogantur rei in ſuis conſtitutis, ſi ſciunt ſe aliquos habere inimicos capitales, & quos, qua de cauſa ſint inimici, & a quanto tempore. Item ſolent interrogari, ſi noſcunt talem virum, quem ſcit Inquiſitor cõtra eum plene probaſſe, & ſi habet eum pro viro probo, & ſi dixerit eſſe ſibi inimicum, interroget de cauſa & tempore & alijs circunſtantijs.

11 ¶ Licet tamen † inhabiles admittantur, admittuntur tamen contra inquiſitos, non tamen pro ipſis, quia debent eſſe omni exceptione maiores, *capitul. filij. in fin. de hæreticis. in ſexto.* & tradit Gondiſla. *ibi. numero decimoquarto.*

12 ¶ Inhabiles † tamen ſi ſint viles, tormentis erunt ſubijciendi, vt eſt gloſſ. *in ſumma 15. quæſt. 6.* & præſertim ſi vacillarent in aliquo, vt per Bartolum *in l. ex libero. ff. de quæſtionibus.* & ſequitur Gondiſla. *d. quæſt. 13. numero decimoquinto.*

¶ Cogi

13 ¶Cogi possunt etiam censura † excommunicationis testes, vt iurent, & deponant, vt probat tex. *in capitul. excommunicamus. il primo. §. adijcimus. extra de hæreti.* & Franc. Squillacen. *in tracta. de fide cathol. capit. 26.* vbi etiam quod repeti possunt, si non plene deposuerint, adducit Gemin. *in c. vt officium. de hær. in 6.*

14 ¶Quod autem † dictum est, inhabiles in causa hæresis admittendos, id intelligendum in expressis tantum, videlicet in excommunicatis, *vt in d. capit. in fidei.* qui non ideo principaliter repelluntur, vt suspecta sit eorum fides, quia in contractibus & alijs negocijs non repellũtur præterquam in iudicijs, *capit. decernimus. de sentent. excommun. in sexto.* vbi not. Scriben. sed quia in iudicio stare non possunt. *ca. intelleximus. de iudi.* item & participes criminis admittuntur, *vt d. cap. in fidei.* quia non possunt esse participes, nisi & ipse, qui deponit, sit particeps, & lex non præsumit, quod quis contra seipsum falsum deponat carnem suam odio habẽs: & ideo cum seipsum prodat, fauore fidei admissum est, vt & ei in participes deponenti credatur. nam & socij criminis in pluribus casibus contra socios admittuntur, vt contra insignes latrones. *l. prouinciarum. C. de fer.* & contra monetarios, *l. 1. C. de fal. mo.* & contra maleficos. *l vlti. C. de malef.* & contra simoniacos, *cap. si quis Papa. 79. dist.* & contra læsæ maiest. reos, *cap. vltim. 15. quæst. 3.* & tamen in eisdem criminibus cæteri inhabiles non admittuntur. *l. 3. §. 1. de testi. & l. vlti. C. de proba.* Nam & periuri vno tantum casu admittũtur, nempe si primo loco veritatem celauerint, quam postea velint aperire, sed ita demum admittentur, si euidẽtissimis argumentis apparuerit eos non malo animo, sed zelo fidei reuocasse dictum. Et quod etiam dicitur Iudæos admitti in hoc crimine in testes, id quoque verum est in casu tantum speciali, quando scilicet deponerent contra Christianos, qui ad Iudaismum declinarunt, cum non sit verosimile Iudæos falso velle eorum dicto grauare eos, qui eorum sectam sequuti sunt, & Christianam, quam summo odio prosequuti sunt, dereliquerunt. & ipsi Iudei inter quos versati fuerãt Christiani, facilius veritatem deponere poterant quam alij, vt dicitur *in d. cap. contra Christianos. de hær. in 6.* Cum igitur prædicta omnia vera sint in suis casibus duntaxat specialibus, non ideo extendenda sunt ad omnes testes inhabiles, quorum etiam fides deplorata sit, vt in vilibus personis periuris damnatis de falso, & simil. hoc enim non esset fauere fidei, sed fideles innocentes perditorum hominum calumnijs exponere. quod & considerasse reperio Coras. Miscella. *lib. 5. cap. 20.* vel dicas, quod si admitterentur, cum tormentis admitti deberent, vt in specie tradit Iaso. *in l. cunctos populos. C. de summa Trinit. in 2 lect. num. 46.*

15 ¶Et posse recipi † testes in hac causa etiam non citata parte, dixit Carrer. *de hæreti. num. 91. in fin.* licet alleget tantum Marsi. *in l. de vnoquoq;. de re iudica.* neq; numerum alleget, sed est text. *in cap. vltimo. de hæreti. in sexto.* licet ille tex loquatur in casu speciali, quando scilicet reus esset potens, & timeretur, ne testes offenderentur. alias autem citatio requireretur, vt ibi probatur à contrario, & ita tenet Marsil. consil. 8. in causa magistri Ioannis, *num. 35. & seq.* & idem tenet Carrer. *de hæret. nu. 121.*

16 ¶Neque ideo publicantur † eorum nomina, quando imminet periculum potentiæ, *vt not. in capitul. vltimo, de hæreti. in 6.* & per eundem Carrer. late *de hæreti. nu. 122.*

17 ¶Notandum tamen, quod † licet in alijs causis criminalibus examinatio testium fieri debeat per iudicem, neque alteri demandari possit, vt per omnes not. *in auth. apud eloquentissimum, per illum text. C. de fide instrument. gloss. per illum textum, in versicul. ciuili. de offi. delegat. & tex. cum gloss. in capitu. 2. in ver. prohibente. de iudic. in sexto.* Panormitan. & alij late *in capitu. cum causam. colum. penulti. & vltim. de testi.* attamen in hac causa hæresis poterit examinatio testium per iudicem alteri committi, *vt est text. in cap. vt officium. §. verum. de hæreti. in sexto.* & sequitur Felyn. *in cap. cum causam. num. 53. ver. fallit tertio. de testi.* & Areta. *de hæreti. not ad. 35.*

18 ¶Testis quoque † in hac causa hæresis debet etiam non interrogatus reddere causam dicti sui, alias nõ probat, licet in alijs causis secus, vt tenet Archid. & Ioann. Andr. *in d. cap. in fidei. in princ. de hæreti in sexto.* & Aretin. *in cap. venerabili. circa fin. de testi.* & Troil. Malui. *in tracta. de canon. Sanct. in 3. dub. numer. 66.* & præsertim si testis simpliciter & generaliter diceret talem esse hæreticum, quia nil probaret, nisi deponeret de causis consistentibus in iudicio sensuum corporis, nõ in iudicio intellectus, vt per Oldr. *cõsi. 210.* & Crau. *cõsi 262. & dicã j. nu. seq.*

19 ¶Confessio † quoque propria probat plenissime hęresim, dato quod aliter non constaret de delicto, quia aliter quã per confessionẽ cõstare non põt, cum hæresis in animo consistat, cuius solus Deus est scrutator. Ita Bald. *in l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cler. in 1. col. ver. venio ad oppositiones in fin.* & sequitur Felyn. *in cap. auditis. de præscr. nume. 47.* & Areletan. *de hæreti. no. 2.* quod dicit verum esse in confessione iudiciali, secus in confessione facta sacerdoti, vt dicit probare tex. *in ca. sacerdos.* vbi Panorm. *de offic. ordin.* Ego tamen hanc conclusionem non puto veram in distincte: nam si accusatus vel inquisitus simpliciter diceret se hæreticum, dico, quod ex hac generali & incerta confessione non posset condemnari, sed deberet cogi ad exprimendum causas, propter quas asserit se hæreticum, & articulos in quos errore ductus impingit: alias enim sequeretur, quod quilibet esset dominus membrorum suorum, contra *l. liber homo. ff. ad l. Aquil* & ideo dicimus, quod si quis fatetur se hominem occidisse, vel furtum commisisse, neque alleget circunstantias, per quas hæc generalitas possit certificari, non poterit ex tali confessione damnari, vt per Bald. *in authent. sed nouo iure. colum. secunda, versic. sed pone, quis confitetur. C. de seru. fugi.* & Angel. *in l. certum. in princi. ff. de confess.* & ideo in simili dicebat Bald. *consi. 98.* Bertonus de Couo. *num. 4. in 1. quod est repetitum in consi. 383. nume. tertio, in quinto.* quod qui fatetur simpliciter se vsurarium, nil confitetur, & ideo damnari non poterit, & ita dicit consuluisse Feder. de Sen. Et præterea, quod quis sit hæreticus, hoc in iure cõsistit, posset enim esse, quod quis putaret: quod credere talé quid foret hæreticum, & tamẽ in rei veritate non esset, ideo confessio in ijs, quæ sunt iuris, non præiudicat. *l. ornamentorum. ff. de aur. & arg. lega.* nam non potest confessio facere delictum illud, quod vere non est delictum, vt per Roman. *consil. 113. pro decisione. colum. 2. ver. quinimo idem euidenter.* & per Ang. *consilio 22. de pœna, colum. vltima.* & probatur etiam, nam si testes examinati contra inquisitum dicerent eum esse hæreticum, neque allegarent causam, non probarẽt, vt consuluit Oldrad. *consi. 210. Regularis, colum. 2.* vbi loquitur etiam in testibus religiosis, & est ratio, quia officium testis est deponere super facto per sensum corporis, non autem per iudicium intellectus, & ita in terminis nostris, quod simplex confessio rei, quod sit hæreticus, nõ noceat ad condemnationem, nisi exprimat articulos, in quibus dicit se hæreticum, & quid etiam contra ipsos articulos teneat, reperio consuluisse Crauet. *contra. 262. protestor nolle. num. 3. cum sequen.* quam opinionem sequor vti veriorem. & hinc est, quod testes in causa hæresis non reddentes rationem dicti sui etiam non interrogati, non probant, *vt dixi supra nume. præceden.* Neque obst. dictum Bald. in dict. l. si quis non dicam rapere, cui non respondet Crau. quia respondeo, quod statur dicto hæretici de cogitatione sua hæretica, modo scilicet talem cogitationem exprimat cum suis qualitatibus & circunstantijs, non autem simpliciter & in genere fateatur se esse hæreticum, quia posset & ipse in hoc decipi & credere, quod ea, quæ credit, forent hæretica, & tamen in veritate non essent, prout etiam dicimus de Iamijs & strigibus, quorum confessioni, quod conuertantur in catos siue feles, & quod equitent hircos;

& transferantur in campos delitiarum, non preiudicat. quia licet illusione dæmonum hæc ita esse ipsis videantur, tamen in rei veritate non sunt, & ideo eorum confessio in hoc facto eis non præiudicaret, nisi assererent se credere hæc posse incantationibus fieri, & ita declarat in specie d. doctri. Bal. *in d. l. si quis non dicam.* Francisc. Ponzi. *in tracta. de lami. nu. 52.*

20 ¶ Leuia indicia † sufficiunt ad præsumendum aliquẽ hæreticum, dummodo tamen illa indicia singula probentur per duos saltem testes. ita Bal. post Innocen. *in l vltima, in vlti. verbis. C. famil. erciscun.* qui allegat Innocent.. *in cap. sicut. de verbo. significatio. sed voluit allegare in cap. sicut. de simon. il primo. vbi ad literam id dicit.* & sequitur eum Anan. ibi, & idem Innoc. *in cap. penult. de purg. cano.* & idem Ana. post Cardi. *in ca. excommunicamus. il primo. §. adijcimus. de hæreti.* & Ioann. Andr. *in capitu. vt officium. §. 1 de hæret. in 6* & 22 Oldrad. *consi. 210. regularis habet traditio.* & quod leue indicium sufficiat, probatur *in auth. Gazaros. C. de episc. & cler. ibi, leui suspitioni & in l 2. & ibi gl. C. de hære. & gl. in c. literas. in ver. vehementẽ. de præsumpt. & in c. 1. de hæret.* quæ tñ vera 23 sunt, vt sufficiant indicia ad inquirendum, non autem condemnandum, vt dicitur in locis præallegatis. licet sufficerent etiam forte ad torturam, vt late per Carrer. *de hæreti. num. 116.* Illud tamen quod dictum est, suspitiones & indicia non sufficere ad condemnationem, verũ est, nisi alia concurrant, puta quod propter suspitiones indicta fuerit purgatio, quam suspectus facere recusauit, & ideo fuerit excommunicatus & in ea excommunicatione per annum permanserit pertinax. nam hoc 25 casu ex istis accidentibus orta est vehementissima præsumptio, & indubitata quidem iuris præsumptio, & ideo nõ dicetur ex leui præsumptione damnatus, sed imo ex vehementissima, vt per plura concludit Girland. *in tracta. de hæreti.* sicut etiam si quis ex leui præsumptione, primo abiurauerit, postea in manifesta hęresi fuerit deprehẽsus, dãnabitur sicut hęreticus propter relapsum, 26 vt idem Girland. tradit *in d. tracta. de hæreti. q. 10.* licet verius sit, quod hoc casu condemnabitur non ob leues præsumptiones, sed quia deprehensus est vere in manifesta hæresi, *vt ibi per eum.* & tradit Carrer. *de hære. num. 118. circa fin.* manifeste igitur requiruntur præsumptiones, & euidentissimæ ad condemnandum in materia hæresis, vt per Gondisla. *de hæret. quæst. 13. num. 21.* imo quod nõ sufficiant in hoc crimine, etiam vrgentes præsumptiones, nisi sit relapsus vel pertinax in excommunicatione per annum. ita intelligendus Areletan. *de hæret. notab. 26.* vbi plura adducit. & quod ad condemnationem requirantur probationes luce meridiana clariores, prout in alijs criminibus tenet Francisc. Squilla. *in tracta. de fide cathol. cap. 31. num. 3.* quæ autem dicantur sufficientia & legitima indicia, hoc videtur relinqui arbitrio iudicis, vt per Bal. *in consi 97. Regula iuris. in 3.* quem sequitur Fran. Ponzi. *in tracta. de lami. num. 89.* Sed quod ad condemnationem debeant esse probationes luce meridiana clariores, tenet Oldra. *d. consi. 210. in prin.* & Alberic. de Rosa. *in rub. C. de hæreti. num. 5. ver. deinde quæro, vtrum ex suspicionibus.* & Alexan. de Neuo, *consilio 64. num. 2. & 3.* & dixit Ab. *in c. 1. de iudi nume. 26.* quod in hoc crimine non procedetur ex præsumptione de facili. & quod ex præsumptionibus condemnatur tantum hoc casu, quando excommunicatus persistit in excommunicatione per annum. quia licet habeatur pro ficto hæretico & præsumpto, 30 tamen ex hoc damnari poterit ad mortem, vt pulchre declarat Bellemera *decis. 677. incipien. contumax, vt hæreticus.*.

21 ¶ Est etiam indicium contra inquisitum, si penes ipsum libri hæretica continentes reperiantur, vt tenet Ioan. de Anan. *in cap. si quis episcopus. de hæret. in 3. column.* & ante eum tenuit Archid. *in cap. sane profertur. 24. quæst. 2. & hoc per §. & si forte. in eo cap. sane profertur.* idem tenet Marsil. *in l. qui falsam. num. 106. ff. de fals. & in sua practica. §. diligenter. nume. 92. & consi. 52. nume. 34. ver. restat modo.* & Carrer. *de hæreti. numero 125.* & Zanchin. *de hæreti. capitul. 7. nũmer. 7.* vbi Campeg.

Limita primo, nisi confutandi gratia eos teneret, *capitu. legimus. 2. distinct. 37.* & tenet Ioan. de Arno. *problem. 10.* & Carrer. *vbi supra.*

Limita secundo, nisi eos combussisset, vt per Archi. *in c. quicunq;. col. 2. de hæret. in 6.*

Limita tertio, nisi quis legeret, ne eos ignoraret, nõ vt illis crederet, *d. c. legimus.*

¶ Aduerte tamen, quod nisi alia indicia concurrerẽt vel qualitatis personæ, vel alia similia, hoc indicium de per se esset leue, ita Felyn. *in d. c. si quis episcopus. circa fin. de hære.* & Gondisla. *de hære. q. 13. num. 19.* & quod faciant indicium, tenet etiam Roman. *singulari 326. incip. eo ipso.* & Simanch. *in Enchirid. tit. 29. de libris. nu. 4.*

¶ Conuersatio quoque † cum hæreticis non leue est indicium contra inquisitum de hoc crimine, quod pluribus comprobat Bald. *consi. 95. Regula iuris. nu. 1. in fi. & nu. 6. 1. volum.*

¶ Arbitrio tamen † iudicis relinquitur, an indicia sint sufficientia etiam in crimine hæresis, vt declarat Bald. *d. consi. 95. 1. volum.*

24 ¶ Qui † sustinuit excommunicationem per annum præsumitur hæreticus. *capitu. cum contumacia. de hæreti. in sexto. capitu. primo. de iudi. capitul. rursus. capitul. quicunque. 11. quæst. 3. cap. vltim. & ibi nota. de pœn.* & not. etiam Abb. *in capitu. ab excommunicato. in vltim. verbis. est numero vigesimo primo. de rescrip.*

¶ Qui etiam iussus † ob indicia, quæ laborabant contra eum se purgare, si id facere recusat, punietur vt hæreticus, vt est gl. *in ca. excommunicamus. §. adijcimus. de hæret.* vbi Felyn. *in capitu. ad abolendum. §. qui vero. eodem titu.* Carrer. de hæreti. numero 18. & latius numero 45. vbi limitat, nisi forte ex subtilitate conscientiæ recusaret id facere.

26 ¶ Quinimo persistens † in notorio crimine & nõ patiens se corrigi, suspectus efficitur de hæresi, *capitul. vlti. trigesimaoctaua distin. cum alijs adductis* per Carrer. *de hæreti. numer. 44.*

27 ¶ Et an si † accusator non possit probare legitime accusationem suam factã de hæresi, possit indicere duellum, & duello probare veritatem accusationis suæ. & breuiter concludendum est, quod non, cum duella sint prohibita à iure canonico, *c. 1. de cler. pugn. in duel. & in cap. monomachiam.. 2. quæst. 4.* & in specie hoc tenet Carrer. *de hæreti. num. 119.*

28 ¶ Sed an dictum † sacerdotis attestantis se in confessione cognouisse talem inquisitum esse hæreticum, & tales errores tenuisse probet. licet Theologi multa dicant, in hoc tamen tenendum est, quod tale dictum, per quod reuelatur cõfessio, nil probabit, vt tenet Archi. *in cap. sacerdos. de pœni. dist. 6.* & sequitur Stephan. Caietanus de Neapoli *in suo sacramentali. in §. quinto. q. 55. 56. & 60.* & contra tenuit Alberic. de Rosa. *in rubr. C. de hæret. num. 4. in fi.* sed male, & hoc plurib. comprobat insignis Theolog. modern. Hispanus, F. Dominicus Soto *super quarto sententiarum, distinct. 18. q. 4. artic. 5. & 6.*

29 ¶ Facto quoque † probatur hæresis non tantum dicto, vt si fauorem præstitit hæreticis, visitauit, associauit, aut dedit eis munera, *cap. accusatus. §. ille quoque. de hæreti. in sexto.*

30 ¶ Aduertendum tamen, † quod non ideo probabitur hæretica vniuersitas, quod eius prælatus sit hæreticus, vt dicit Abb. *in capitul. damnamus. extra de summa Trinitate. numer. 2.*

31 ¶ Ad hoc vt domus Christiani, † in qua conueniebãt hæretici, publicetur & ipse vti hæreticorum fautor puniri possit, oportet probare, quod domino domus sciẽte & volente hæretici in ea conuenticulas habuerint. *l. quicunq;. §. vniuersi. C. de hære.*

32 ¶ Non sequitur, † iste probat misisse breuia ad amasiam, ergo est hæreticus, quia potuit misisse preces, carmi-

carmina,& alia,quæ licita sunt scripsisse, ita Gemin. dicit *cons.44. num.4.ver.vnde veniendo.*

33 ¶Pariter non sequitur, † iste nunc est hæreticus, ergo & semper fuit,& è contra,*arg l.quarta.de proba.*&not. Bald.*in l.1.§ si magistratus.de conuen.magist. & in l.ex persona. in princ.C.de proba.*sequitur Bertran.*cons.7.ex themate. num. 8.in impressis anno 1538.*& Alciat.*de præsump regula 2. præsum. 26.num.2.*

34 ¶Probationes † clarissimæ requiruntur, tum quia magni præiudicij est causa hæresis, tum quia & defensiones in hac causa multum restringuntur reis per ea, quæ dicta sunt,& dicentur.Ita Ancharan.*in capitu. accusatus.in prin.de hære.in 6* & Oldra.*consi.210.*

35 ¶Egregiæ personæ † cogi possunt,vt ad iudices veniãt deposituri,sicut & in alijs causis criminalibus, glo.*in ca. 1.de testib.cogend.*Gemin.*in cap.præsertim.de testi.in 6.*Roma. *singulari,397.incip personæ egregiæ.vbi addi.*& Iaso.*in l.ad egregias.de iureiur.col.2.*

36 ¶Hæretici testes † non admittẽdi etiam in causa hæresis.*l.quoniam.C.de hæreti.c. non potest.2.q.7.* & licet ibi dicatur,quod hæreticus contra hæreticum admittitur,& idem dicitur *in cap.si hæreticus.2.q.7.*attamen id verum, quando vterque iam esset damnatus pro hæretico,& in alia causa inter eos vertente, non autem in causa hæresis, quia cum vterq; præsupponatur iam damnatus hæreticus,non potest vlterius quæri de eorum hæresi.

37 ¶Consanguinei † pro reis maxime ad reprobandos testes receptos ad offensam non sunt idonei,quia infamia consanguinei,quæ ex hęresi resultat,porrigitur etiam ad consanguineos *cap filij.de hæret.in 6.l.2.ff.de lib.cau.*

38 ¶Interrogatoria † non dantur, vt super eis testes interrogentur,sed iudices ex officio interrogant.*cap. præsentium.de testi.in 6.cap.vltimo de hæreti.eod.titu.*Ioan.Andr. Archid.& Franc.*in cap.cum officium.§.verum.eod.tit.*

39 ¶Si testis in † articulo mortis constitutus diceret pro exoneratione conscientiæ suæ se reuocare dictum, quod in iudicio deposuit contra hæreticum, an proderit reo. dicendum quod non, vt per Barto.*in l.eos.ff.de fal not.in cap sicut.de testi.*& tradit Abb.& Dec.*in cap.per tuas.de probat.*hoc tamen accurato iudicum iudicio perpendendũ erit,vt scilicet consideret circunstantias & verosimilitudines,iuxta not.*in c.accusatus.§ licet.de hære.in 6.*

40 ¶Et quia maximum † imminet periculum reo huius criminis,tum respectu vitæ,tum respectu famæ, tũ respectu fortunarum,ideo diligentius omnes truncandæ occasiones,quibus innocens sub specie religionis & fauoris fidei damnetur. & propterea constitutione Leonis cautum est,quod si deprehendatur à iudicibus hæresis quispiam falsum testimonium dixisse contra innocentem,ob quod vti hæreticus fuerit damnatus, quod & ipse testis à iudicibus hæresis relinquatur iudici seculari puniendus vt hęreticus,quod intelligendum,si per eius dictum innocens damnatus fuisset ad mortem: secus si ad abiurationem tantum vel pęnitentiam.nã tunc arbitrio iudicis puniendus.ita Simancha *in Enchiridio iudicum hæresis.titu.38.de fals.testi nu.2.&seq.*neque etiam tali testi pœnitenti parcendum erit, prout paricitur hæretico,vt ibi idem dicit,*nu.9.* quod si re integra & antequã damnaretur innocens se detulit, & reuocauit dictum suum,mitius cum eo agendum erit, vt ibi idem Simancha dicit,*num.7.*

41 ¶Scriptis quoque † alicuius probatur quis hęreticus, vt si manu sua reperiatur liber vel scriptura continens hæreses.Impium est enim sola cogitatione hæretica de fide sentire, quod si cogitationi verbum & assertiua oratio addatur, maior certe efficitur impietas. verum & scripto,vt diuturnior sit,& pluribus pateat,enuncietur necessario omnem malitiam &vitiũ talis impietas complectetur, vt inquit Iustin. Mart.*in 1.q.gentibus proposita.* refert Simancha *in Enchirid.iudic. hæred. titu. 39. de libris & scriptu.num.1.*& statim, quod apparet ea scripta ab eo cõposita,statim vti conuictus damnandus est,*capitul. vltim. 24.q.2.*Archid.Gemi.& alij,*in cap.filij.de hære.in 6. cum concord.*vt per Simancham *ibi,num. 2.* & si negaret libros illos manu sua scriptos,à se compositos indicare debebit authorem, aliàs ipse censebitur author, vt cautum est Concilio Tridentino,*Session.quarta, circa fi.* & refert Simancha, *vbi supranumero quarto.*

42 ¶Manifesta † autem præsumptio hæresis, quæ possit dici iuris & de iure erit, si qs suspectus & infamatus de hęresi tempore mortis requirit consolationẽ ab hæreticis,& secundum eorum ritum & ceremonias mori & sepeliri mandat, & qui post abiuratam hæresim fauet, & comitatur hæreticos,atque cum eis frequenter conuersatur,*cap.accusatus.§.ille quoque. & cap.filij.& cap. contra Christianos.de hæret.in 6.*Simancha *in Enchirid.hær.titu.30.de præsump.num 3.*

43 ¶Probatur etiam hæreticus † ex his euidentissimis indicijs:puta si hæreticos vti sanctos adoraret,iciunia, orationes,atque alias eorum ceremonias obseruaret, vt tradunt Ioan.And. Archid.Domin.& alij,*in cap.2.de hæret.in 6,*& Simancha *in loco prælegato num.4.& 5.& bonus tex.in cap.vlt.30.distin.*

44 ¶Patria hæretica † facit indicium de hæresi, contra habitantem vel natum ex ea, Simancha *in loco prædicto, numer.9.*

45 ¶Parentes hæretici † & educatores hæretici indiciũ contra filios & alumnos,Simancha *in Enchirid. hæres.c.30. de præsum.nu.10.& 11.*

46 ¶Mala vita hominis † in reliquis actionibus indicium quoque facere potest,ad hæresim,dato quod regula,semel malus,procedat in eodem tantum genere mali, vt per Simancham *in d.Enchirid.§.30.num.13.*

47 ¶Suspitiones leues † sunt,quæ ex signis exterioribus operum aut verborum capiuntur, & quæ possunt indicare,& indicant aliquãdo,sed raro hæreticum,vt si quis frequẽter peieraret.ex hoc colligeretur suspitio, quod non recte de Deo sentiret.ita Simancha *in d.Enchirid. tit. 31.numer.2.*

48 ¶Suspitiones vero † vrgentes sumuntur ex signis exteriorib. operum seu verborum, ex quibus sumitur argumentum concludens sæpe, quod talia dicens vel faciens est hæreticus, vt si quis assidue cõuersaretur cum hæreticis,ipsos laudaret,& veneraretur, licet posset esse, quod hoc faceret ex charitate, sic si negaret aliqua explicite,quæ tenetur ex officio scire, licet posset esse, quod ignoraret,Simanc.*ibi,nu 3.*

49 ¶Leues suspitiones † in meliorem partem interpretandæ.*cap.estote.quod est secundum.extra de reg.iur.*neque ex leui suspitione potest procedi ad interrogãdum suspectum de fide, licet aliqui contra, vt per Simancham, *ibi,nu.7.*

50 ¶Si euitet quis † consortium,si non vult audire diuina officia,neque Ecclesiam & simil.vt habetur *in cap.excõmunicamus.lo primo.§.adijcimus.de hæreti.c.accusatus. in prin. eod.titu in sexto.*vbi Archid.*super ver.orta.*& Zanchin.*de hæret.cap.7.nu.7.in fin.*

51 ¶Probatur etiam † ex ipsa facti euidentia & notorio, vt quia deprehenditur in ipso errore & affirmatione erroris vel in ipsa librorum scriptione. tunc enim euidentia patrati sceleris,probatione non indiget *c.euidentia.& ibi no.de accusa* & quis dicatur manifestus & notorius hæreticus,*dicam infra c.50.*

52 ¶Ex vultu videlicet, † colore, trepidatione,& simil. vt per Barto.*in l.de minore.§.& plurium de quæstioni.* Bald. *in tracta.de quæst cap.1.num.11.*Ange.*in tracta male.§.fama publica præced.ver.nono quæro.nu.105.*& dicemus infra, dum tractabo de indicijs in genere,& Camil. Campeg.*in addit. ad Zanchin.de hæret.in cap 9.in addit.b.ver. practicam hanc.* vbi etiam dicit physiognomiam indicium facere,de quibus latius infra suo loco, dum de indicijs generaliter loquemur.

53 ¶Fuga quoq; è † carcere vel conspiratio de fugiẽdo, non tantum facit indicium, sed plenam probationem;

ita, vt fugiens pro conuicto habeatur. *l.in eos.ff. de custo. reo.& in l.fina.eod.titu.& in terminis Zachin.de hæreti capit. 10. numer.quarto,vbi Campegi.in addi.* vbi multo magis habebitur pro conuicto, quia carceratus est non ad custodiam, sed ad pœnam & pœnitentiam. talis enim indubitate poterit p hæretico damnari, ex quo apparet, quod 59
non vult pœnitere, dum pœnitentiam, id est, carcerem datum ad pœnitentiam refugit, & tenet etiam Felyn. *in capitu.excommunicamus.il secondo.de hære.* post Ioan. Andr, *in capitu.vt commissi.eod.titu.in sexto.* sequitur etiam Nicol. Arelata. *de hæreti.in sexto notab.*

54 ¶Fama quoque† facit quidem indicium ad torturam, vt per Gandin. *de malef.sub titu.de quæstionibus,numer.39.* vbi concludit, quod fama de iure canonico facit semiplenā probationem, & tantum operatur quātum vnus testis, *capitu.illud.de præsumpt.capitu.si quis.de purg.cano.cap.cum desideres.§.secundæ.de senten.excommunica. vbi gloss.in ver. si publica.* sed tamen non faciet fama probationem ad condemnationem sola, vt per Gandi. *in dict. tracta. malef. sub titu. qui ad famæ probationem possint, tenet, numer. 15.* & late Boer. qui plures adducit *quæst.164.* & ita etiam in materia hæresis obseruat practica Inquisitorum, quia ex sola fama nunquam condemnant, sed tantum indicunt purgationem canonicam. *capitu.inter sollicitudines. de purgatio. cano.capitu.excommunicamus.primo.* §. *qui autem.* & §. *adijcimus.de hæreti.& capitul.ad abolendam.* §. *qui vero. eod. titul.* & ita attestatur Campegi. *in addit.ad Zachin.de hæreti. capitul. vndecimo, ver. doctrinam hanc. est mihi car. 89.* ad quam purgationem indicendam sufficiet etiam fama orta à criminosis & alias inhabilibus, vt concludit ibidem Campegi. *ver.vnum tamen singulariter notandum.* quod tamen ego indistincte non puto admittendum, cum hoc esset aperire viam calumnijs & occasionem vindictæ inimicorum sub lenocinio iustitiæ: sed hoc puto iudicis arbitrio remittendum, qui consideret & diligenter perpendat qualitatem personarum & earum affectus, *iuxta l.3. §.qui magis.de testi.* nam indistincte infamia debet ortum habere ab honestis personis, maxime quando non reperitur diffamatus apud bonos. *capit. cum in iuuentute.vbi omnes de purg.can.& dicam infra hoc lib.cap.45.nu.7.*

55 ¶ Per instrumentum quoque † posset probari, vt si confectum fuisset instrumentum, quod talis talia prædicauit, quæ sapiebant hæresim: nam & instrumento probatur delictum, *l. 2. C. quorum appell. non recip.l.contra negantem.C.ad l.Aquil.l.Senatus.ff.ad Turpill.* quod tamē raro accidere potest, hoc tamen sequitur Zanchi. *de hæret. c.12.nu.3.*

56 ¶ Accusans met potest recipi† etiam in testem, ita vt sit accusator & testis, ita dicit Zanchin. *de hæreti.capitu.13. numero octauo.* seruare generalem consuetudinem officij Inquisitionis: quæ tamen consuetudo mihi videtur nimium dura, & quæ dat occasionem calumniandi & peierandi. nam cum sciat accusator duobus tantum testibus posse conuinci accusatum, facile erit vnum reperire testem, qui eadem deponet, quæ ipse deposuerit, si sciat, quod sibi credendum sit vti vno testi. Item cum iā accusauerit, si vti testis postea recipietur, etiam si sciat se falsum deponere, peierabit tamen, ne videatur mendax simul & calumniator. Præterea si ille dicitur inimicus, qui accusat de crimine capitali, *vt dixi supra, lib.3.cap. vigesimoquinto.* & inimicus capitalis testis repellitur etiā in hac causa. *vt dictum fuit supra hoc c.nu.9.* ergo cum deponet, reperietur capitalis inimicus, quia accusauit, ergo repellendus.

57 ¶ Quod si testes† nollēt deponere, possunt cogi censuris Ecclesiasticis, vt tradunt omnes *in capitu.dilectorum. de testi.cogen.* vbi Felyn. *num. 3.* & Francisc. Brun. *de indici. par.9.quæst 2.ver.vlterius generaliter quæro.nume.15.* Angel. *in tracta.malef.in ver.comparuerunt dict. inquisiti.num.7.* vbi etiam assignat cautelam ad cogendum testes, & hoc tenet Archid. *in c.vt officium.§.verum.de hære.in 6.*

58 ¶ Et notandum, † quod si testis productus vacillaret, poterit Inquisitor eum subijcere quæstioni, vt per Zanchin. *de hæreti. cap. 14. nume. 3.* quia & iudex ecclesiasticus potest torquere, modo sanguinem non eliciat. *ca.cum in contemplatione.de regul.iur.cap.in Archiepiscopatu.de rap. cap.1. de hæreti.& c.his à quibus.23.q.8.*

¶ Sed quid si testis † veniat post depositionem, & retractet dictum suum. vide Zanchi. *d.c.14. nu.5.* vbi distinguit, quod si deposuit in fauorē hæretici, & postea vult retractare, admittetur, sed è contra non: quia præsumet corruptus, & tradit etiam Arelata. *de hæreti. in 13.notab.* & Io.Francisc.Ponzi. *in tract.de lamijs.nu.84.*

## CAP. XXXVI.

## *de Quæstionibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Quæstionis seu torturæ descriptio.*
2 *Indicia quæ præcedere debent in crimine hæresis, & quomodo probanda, num.seq.*
4 *Indiciorum copia danda reo, vide fallentias multas ibidem.*
*Quæ indicia iudicis arbitrio remittuntur, nu.seq.*
*Et vide varias indiciorum species, vsq; ad num.12.*
13 *Torqueri possunt nobiles, & decuriones in hoc hæresis delicto.*
*Item monachi & religiosi, nu.seq.*
*Sed contra religiosos præcedere debent indicia, & infamia secundum communem, num.seq.*
16 *Torturam ad dandam Iudices proniores esse possunt, cum de occultis agatur, ad eruendam veritatem.*
17 *Confessione hæretici dicti stante, sed bona intentione prolati, debet super ista intentione procedi ad torturam.*
18 *Inquisitores torturæ adsint, & generaliter interrogent, ne instruere videantur reum.*
19 *Tortus potest de socijs interrogari, nisi per Papam dispensatus fuerit, & ad pristinum restitutus statum.*
20 *Accusans sine indicijs, & ipse, & reus torquendus est.*
21 *Inquisitore, & episcopo non concordantibus, an sit dāda tortura. peritiores consulendi.*
*Et quid si separatos fecerint processus.*

1 QVæstiones, † sunt species probationis, quia per eas probari intenditur per confessionem habiti in quæstione factum, quod non liquido est probatum, licet hæc quæstio plerunque sit fallax, *l. 1. § quæstioni.de quæstioni.*

2 ¶ Indicia † & quidem non leuia præcedere debent, prout in alijs criminibus, *vt infra dicam suo loco.l.milites.C. de quæstioni.gl.& alij in l.cum probatio.ff.de probati.* Bar. & alij *in l.vlt.de quæst.* Carrer. *de hæreti.nu.117,*

3 ¶ Quæ tamen indicia † singula probanda sunt legitime saltem per duos testes, glo. *in l.vltima.C.famil ercisc un. & omnes in dicta l. vltima.de quæstionibus. & dicam infra suo loco latius.*

4 Indiciorum autem † copia danda reo, antequam torqueatur, cum dilatione ad ea diluenda. *l. vnius.* §. *cognitu rum.de quæstionibus l.tertia.§.si ad diem.ff. de re milit.* Simancha *in Enchiridio hæres.titu.52.de tormentis.nu.8.& seq.* & late Campeg. *in addit. ad Zachin. de hære. capitul. nono, in addit.d.* vbi limitat primo, si inquisitus vel accusatus erat malæ famæ.

Secundò, si non fuerit petita copia.

Tertiò, si reus nullas vellet facere defensiones, sed tantum probare indicia falsa esse.

Quartò, nisi ex forma statuti per inquisitionem procederetur.

Quintò, nisi esset timor testes offendi.

Sextò, si notorium esset crimen.

Septimò, si procederetur ex mero officio.

Octauò, cum reus variat & vacillat, de quorum tamē veritate infra latius dicam, dum tractabo materiam indiciorum.

Nonò, si noluerit respondere interrogationibus. sed vide Simanc. *in adnot.in Zanchin.c.4.& 5.* vbi in aliquibus prædictis reprehendit Campeg. *& etiam c.6.*

¶Arbitrio

5 ¶ Arbitrio autem † iudicis relinquitur, quæ sint sufficientia indicia, vt per Bar. & alios, *in l. vlt. ff. de quæstionibus.* Simancha in loco prælleg. nu. 12.

6 ¶ Vnus testis † cum fama contra alias suspectum indicium faciet sufficiens ad torturam, glo. *in l. 3. Cod. ad l. Iul. maiest.* Bart. & alii, *in l. maritus. ff. de quæstionib.* Imo. *in clemen. 1. de hæreti.* sed si sit homo bonæ vitæ, non facient hæc cõtra eum indicium, vt dicitur in locis prælleg. & Simancha *d. tit. 52. nu. 13.*

7 ¶ Socius criminis † solus non facit indicium ad torturam. *l. 4. C. de quæst. c. vlt. 15. quæst. 3.* Simancha in loco prælleg. nu. 14.

8 ¶ Confessio extraiudicialis † plenè probata, indicium facit ad torturam. *l. vlt. ff. de inter. act. glo. in l. cap. quinto, ff de adul.* & omnes *in l. vlt. ff. de quæst. & in c. at si clerici, de iudi.* Simancha, vbi s̃. nu. 15.

9 ¶ Fuga sola non † facit indicium, *capitu. accedens, il secondo, vt lite non contesta.* & Simancha ibi, numero decimo septimo.

10 ¶ Titubatio etiam, † vacillatio atq; variatio rei in constituto facit indicium, sed non graue, vt per Bart. & alios *in l. minore. §. plurium. & in l. vlt. ff. de quæst.* Simancha ibi, numero 18.

11 ¶ Fama † sola non facit indicium sufficiens, vt omnes notant *in dicto §. plurium.* & not. *in capitu. qualiter, il secondo, de accus.*

12 ¶ Nobiles † Decuriones & cæteri in hoc crimine torqueri possunt, sicut in crimine læsæ maiest. *l. nullus. C. ad l. Iul. maiest. l. Decuriones. C. de quæst. auth. Gazaros, de hære. capit. vergentis. eo. tit.* Simancha *d. tit. 52. nu. 20.*

13 ¶ Minores † pariter torqueri possunt, & impuberes terreri, & ferulis cædi. *l. 1. §. impuberi. l. excipiuntur. ff. ad Syllanianum. l. de minore.* vbi omnes. *ff. de quæstio.* Simancha ibi, num. 21.

14 ¶ Clerici, † Monachi, & omnes denique religiosi in hoc crimine torqueri possunt, cùm ipsi grauiùs in hoc delinquant, quàm laici, *cap. ad abolendam. §. vlt. de hæreti. ca. accusatus. §. vltimo. eodem tit. in 6.* Simancha ibi, numero vigesimo secundo. licèt hi mitiùs sint torquendi propter reuerentiã religioni debitam, vt tradit Archidia. & Præposit. *in cap. illi qui, 5. q. 5.* Simancha ibi, numero vigesimo quinto.

15 ¶ Notandum autem, † quòd clerici & religiosi torqueri non possunt, nisi præcedat etiam infamia, dato ꝙ contra eum extarent indicia, & ista est communis, vt tenet Abb. Antiq. *in c. 1. de depos.* quem sequuntur ibi Cardi. & Barbat. & hanc dicit communem, quidquid tenuerit Alciat. *in cap. 1. de officio ordin. num. 43. vers. aduerte,* vt tenet Bernard. Diaz in sua practi. criminali, *cap. 117.* & licèt Simancha in Enchirid. hæreti. *tit. 52. num. 23. & sequen.* videatur sequi Alciatum contra communem; attamen nõ loquitur in specie in clerico torquendo: quia Bernar. & cæteri tenentes communem, loquuntur in clerico, non in laico, & quòd hoc est priuilegium clericorum.

16 ¶ Sed cùm in hoc crimine † agatur de occultis, & de salute animæ rei, ac etiam de conseruanda religione, possunt iudices proniores esse ad torturam, vt veritas elucescat, vt tradit Simancha in loco prælleg. nu. 26. & Campeg. in addit. ad Zanchi. cap. 9. in addit. e, vbi quòd hoc crimen solet occultè fieri & committi, quia in mente consistit.

17 ¶ Si reus † fateatur se ea verba dixisse, de quibus accusatur, sed tamen asserit, se bona intentione, non impia, illa protulisse, potest etiam super hac eiusdem intentione subiici quæstioni. ita Simancha in loco prælleg. nu. 27. allegat Card. *in c. vlt. de vsur.*

18 ¶ Inquisitores † torturæ adesse debent, & interrogare per verba generalia, non autem ita distincta & specialia, vt suggerere videantur reo, quod ipsi cuperent eum dicere, quia sæpè metu tormentorum etiam falsa confiterentur. *l. 1. §. qui quæstionẽ, de quæst. & in §. Adiuus dria. ea. l.* & Simancha, vbi s̃. nu. 28. & seq.

19 ¶ Potest tortus interrogari de sociis, vt not. *in l. vlt. C. de accus.* & plura adducit Simancha *d. titu. 52. nume. 30. & sequ.* Fallit, si fuerit cum eo dispensatum per dispensationem Papæ, & restitutus ad pristinum statum, Decius *consi. 137. numero 12.* nam tunc interrogari non poterit, vt ibi videtur. & quòd istud crimen sit vnum de iis, in quibus potest reus de sociis interrogari, facit text. *in capit. literas, de præsum. & in capitu. in fidei fauorem. de hæreti. in sexto, & in lege vltima, C. de malefi. & mathe. & not. in capitu. accusatus. §. licet. de hæreti. in sexto.* & tale dictum rei faciet indicium ad torturam, non tantùm ad inquisitionem contra socios nominatos, ita Pet. Cyn. & Ang. *in l. fi. C. de accusa.* & text. vbi gloss. vltima. *in capitu. quoniam. de testi.* vbi Decius *num. 10.* quæ tamen vera sunt, si concurrant & alia aliqua indicia, vt per Guid. de Suza. *in tracta. de indi. & tortura, versicu. sed quid de quæstione occurrenti. nume. 50. & seq.* & August. de Arim. in addi. ad Angel. de malefic. *in ver. fama publica. versi. quæro, an particeps. num. 31.* & in terminis Campeg. in addi. ad Zanchi. *de hære. c. 9. in addi. c. ver. sed vnum animaduerte.* vbi multos adducit.

20 ¶ Quando proceditur † per accusationem, & non adsunt indicia, accusator & reus subiicientur quæstioni, vt in crimine læsæ maiestat. Carrer. *de hære. consi. centesimo decimo septimo, in fi.*

21 ¶ Quid modò † si discordant Inquisitores & Episcopus in torquendo, quia vnus vult torquere, alius nõ, dicit Card. *in cle. 1. de hære.* quòd consulent peritiores, quòd si separatos fecerunt processus, perpendent grauitatem indiciorum hincinde, sequitur Campeg. alia adduẽcdo, in add. ad Zanchi. *c. 8. in litera d. in fi.*

## CAP. XXXVII.

## *de Defensionibus reorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Defensionum species quatuor & quæ.*
2 *Defensio omnium tutissima, est negare factum, & quare.*
3 *Negatiua quomodo probari possit, cùm non cadat in sensum.*
4 *Cogitatio sola non probata, non punitur.*
5 *Defensiones recipere tenentur Inquisitores.*
6 *Defensio, quòd non mala intentione dictum protulerit, recipitur, & dictum in meliorem partem est interpretandum.*
7 *Interpretatio sacræ Scripturæ, nõ contra mentem Sanctorum, nec ad destructionem, est excusabilis.*
8 *Verba iocosè hæretica proferens, si se statim corrigit, nõ est puniendus vt hæreticus, & qualiter.*
9 *Dubitans de fide, quando excusetur.*
10 *Credens hæretico, tamẽ est paratus se remittere si malè sentiat, punietur extra ordinem.*
11 *Simplicitas qualiter & quando excuset in hac hæresis materia.*
12 *Dubitans de his, quæ non pertinent ad salutem, excusatur.*
*Et vbi sunt opiniones diuersæ. Item si per metum, quid fiat, & qualiter, num. seq.*
15 *Erroneum credens, putans Rom. eccleſiam idem tenere, qualiter excusetur.*
*Indeterminata ante confirmationem tenens, excusabilis est, num. seq.*
17 *Sancti quoq; multi fuerunt de hæresi accusati, & postmodum etiam restituti.*
18 *Insania amoris excusat ab hæresi.*
19 *Corrigi paratus, excusatur.*
20 *Vniuersitas non dicitur hæretica propter prælatum hæreticum.*
21 *Hæreticus in vno, non dicitur hæreticus in omnibus.*
22 *Moriens si vocat ad consolationem hæreticos, an admittantur hæredes ad probandam mentis alienationem.*
23 *Ignoranter versans cum hæretico, excusatur, vel fauorem præstans.*
*Et quid si in articulis fidei, num. seq.*

25 *Hæretici non valdè mali & occulti aliquando tolerantur,*
26 *Hæreticus negans, si conuincatur quid hæreticum dixisse, tanquam impœnitens puniendus.*
27 *Suspicio tollitur, si quis in mortis articulo dicat se vixisse, & velle mori, & credere secundum placita S. Rom. Eccl.*
28 *Disputans, non pertinaciter insistens articulum esse disputabilem, excusatur.*
29 *Hæreticus, bonis præditus moribus, an præferendus non hæretico pessimis moribus.*
30 *Præscriptio etiam 100. annorum nõ excusat mortui memoriam damnandam, secus quoad bona.*
31 *Defuncti memoria quando damnatur, quilibet vel extraneus ad defensionem admittitur.*
32 *Hæresim non metimur grauitate, sed pertinacia.*
33 *Discens ab hæretico, quamuis nondum recesserit à fide, extra ordinem punitur.*
34 *Inquisitore à delegato speciali si est processum, generalis non procedet amplius.*
35 *Sortilegijs vtens ad damnum euitandum, vel lucrum captandum, non ad contemptum, an excusetur, & quib. dignoscatur hoc indicijs.*
36 *Accusatoris inhabilitas, vt quia pupillus, hæreticus excommunicatus, inimicus, excusat reum, & defendit.*
*Item transactio cum accusatore excusat, nu. seq.*
38 *Aduocatus hæresis imputatum defendere cogitur, quando res est in dubio.*
39 *Spoliatus papatu vel ecclesia alius prælatus, nisi sit notorius hæreticus, debet reintegrari.*
40 *Pœnam euitare pœnitens potest, antequam sit traditus Cur. seculari.*
41 *Asserens malos in ecclesia tolerandos, quando excusetur.*
42 *Remissus ad secul. iud. quibus vti possit defensionibus.*
43 *Absolutus per sententiam vel dispensationem, se excusare potest.*
44 *Pœnitens incontinenti, an excusetur, & quando dicatur incontinenti.*
45 *Conuictus, persistens in negatione, quòd non dixit vel fecit, per pœnitentiam non excusatur.*
46 *Accusatus excusare se potest, quia post quinquennium est accusatus.*
47 *Defensiones reorum humaniter sunt interpretandæ.*
48 *Hæretica scripsit, ergo hæreticus, non sequitur.*
49 *Iuuenilis ætas aliqualiter excusat à pœna.*
50 *Defensor, non autem procurator in hac causa admittitur ad allegandum causas absentiæ, quamuis hæredes defuncti possint per procuratorem comparere.*
51 *Aduocatus admittitur, quãdo est dubium, an sit hæreticus reus, & alijs casib. cautus autem sit aduocatus, ne notorium defendat hæreticum, & quare.*
52 *Iudex quando inclinare possit, & quando non ad pœnam mortis, id est, quando per testes & non per confessionem reus cõuincitur.*
53 *Ebrietas an excuset, vel quomodo puniatur, & numero sexagesimo.*
54 *Confessus patri spirituali, quamuis pœnitentiam egerit, non tamen excusatur, quin puniatur coram iudice Ecclesiastico.*
*Inquisitoribus & Episcopis licentia est impartita absoluendi, etiam in foro pœnitentiali, & quid si accedat reus ad Inquisitorem, vt absoluatur pœnitentialiter, quid Inquisitor agere debeat.*
55 *Libros hæreticorum tenentes, & quòd nunquam legerint, non excusantur.*
56 *Minor ætas qualiter excuset hæreticum, quoad pœnam.*
*Et quid si maiores facti deprehendantur in eadem hæresi.*
57 *Dæmonibus vexatus, & mente captus, excusatur.*
58 *Furiosus factus post hæresim, quid de eius bonis, & ipso agente, si redit ad mentem, & quid si moritur in furore.*
59 *Dormiens excusatur, si quid hæreticum dixerit.*
61 *Relator alienæ hæresis, an & quando excusetur.*
62 *Rustici excusantur, nisi sint satis solertes.*
*Item & fœmina, nisi sit nimis pertinax.*

1 DEfensiones in quatuor † species partiri possumus. aut enim negat reus sibi obiecta absolutè, aut negat ita facta, aut dicta hæresim esse, aut fatendo hæresim adducit excusationem, qua venia dignus sit, aut ex nullitate processus tutelam parat.

2 ¶ Fortissima atque omnium † tutissima defensionis ratio est prima species propósita, scilicet negare factum aut dictum, quod obiicitur. Accusatore enim non probante, & reo negante, absoluendus est reus, etiam si nil præstiterit. *leg. qui accusare. Cod. de eden.* & in terminis hæresis docet Francisc. Squillacen. *de fide Catholica, cap. vigesimo octauo.*

3 ¶ Licèt autem negatiua † directò probari non possit, quia quod non est, in sensum humanum cadere non potest, *cap. quoniam contra. de proca.* attamen indirectè probari poterit, nempe si sit coarctata loco & tempore, vt ꝙ eo loco non fuerit reus, quo dicitur ab eo quid factum aut dictum, neque eo tempore. *capitu. ex tenore, de testi. l. optimam. Cod. de contrahen. & commit. stip.* Felyn. *in capitu. tertio loco, de proba.* Deci. *in l. i. in fi. Cod. de bo. poss. secundum tab. & consi. 94.* Ruy. *consi. 145. in quinto.* Ripa *in l. in illa, de verbor. oblig.*

4 ¶ Aduertendum, † quòd sola cogitatio non probata per confessionem, puniri non potest, quia Ecclesia non iudicat de occultis, vt per Bal. *in l. si quis non dicam rapere, in 2. & 7. col. Cod. de episcop. & cler.* & Carrer. *nume. octuagesimo septimo.*

5 ¶ Et tenentur Inquisitores † recipere defensiones reorum, quia non possunt illas tollere, vt per Carrer. *de hære. num. 82.*

6 ¶ Potest se tueri etiam secunda specie † defensionis, quòd scilicet licèt dixerit ea, vel fecerit, quæ opponuntur, tamen non ea intentione aut sensu, in quem accusator vel Inquisitor accipit. nam & Augustinus libr. de hæresibus, cap. 86. defendit Tertullianum ab hæresi, quòd dixerit Deum habere corpus: nam potuit intelligere de corpore concreto, cùm non sit quid inane, sed sit vbiq;: non autem vti corpus discretum, partes habens maiores & minores, prout habent alia corpora. Ex qua Augustini excusatione colligimus, iudices huius criminis nõ debere semper verba sumere in deteriorem partem, sed benigniorem, & quæ delictum hoc excludant, cùm nullum sit grauius crimen, quod Christiano opponi possit. melius est. n. vt inquit Chrysosto. de misericordia Deo rationem reddere, quàm de crudelitate, & ꝙ ex intentione, etiam si quis dæmones inuocet, se excuset, tenet Oldra. consi. 210.

7 ¶ Item excusatur, † si interpetationem aliquam dedisset sacræ Scripturæ, quæ non esset contra alias sanctorum patrũ, sed præter & ad ædificationem potiùs, quàm ad destructionem vel scandalum, vt per Gondis. *de hæret. q. 4. num. 2.*

8 ¶ Qui iocosè aliqua verba † hæretica protulit, & statim se correxit, vel monitus, non punitur vt hæreticus, vt tradit Cardi. *in clement. in fine. de summa Trinita.* & Isern. *in capitulo primo, §. satisfactionem, colu. vlt. de statu. contra liber. Ecclesiast.* poterit tamen aliter & extraordinariè puniri, vt tradit Cardin. *in d. clementi. §. nos, de summa Trinitate.* & Carrer. *de hæret. num. 2. & 89. in fine, & numero 9.* vbi de eo, qui lubrico linguæ dixit, vsuram non esse peccatum, & tradit Cardinal. *in clement. 1. §. sanè de vsur.* punietur autem hic ex arbitrio extraordinariè, secundum circumstantias personarum, loci, & scandali dati, vt per Gondis. *de hæretic. quæst. 1. numero 7.* quam tamen pœnam extraordinariam tali casu non posset Inquisitor imponere, sed tantùm ordinarius: in dubio tamen præsumentur seriò, non iocosè, vel lubrico linguæ, dicta verba, vt per Gondisla. *ibi nu. 8.* vt per eundem Gondisla. *de hæret. q. 8. nu. 6.* & Zanch. *de hære. cap. 7. num. 9.* & ibi Campeg. *in addition. in literæ d.* vbi quòd punietur extraordinariè arbitrio iudicis, secundum qualitatem scandali, loci, & personarum.

Dubi-

9 ¶ Dubitans de fide, † si dicit se hoc ex primo motu dubitasse, paratum tamen se corrigi, & remittens se sanctæ Romanæ ecclesię, excusatur ab hæresi, vt tradunt omnes *in c.1.de hære.* cum concordan. de quibus per Carrer. *de hæret.nu.8.in 1.& 2. limit.*

10 ¶ Dato, † quòd quis dicat se credere alicui, qui sit hæreticus, sed si malè sentiat, dicat remittere se iudicio sanctæ Romanæ ecclesiæ, non punietur vt hæreticus, sed alia extraordinaria pœna, vt per Innocen. & Panormitan. *in capitulo primo, de summa Trinitate*, & Carrer. *de hæretic. numero 20.*

11 ¶ Simplicitas † etiam excusat, ideo si quis erraret in fide per simplicitatem, excusatur, vt per Baldum *in rubr. C. de summa Trinitate*, & per Panorm. *in rub.eod.* & Cardin. *in clemen.1.& in clem.vlt.de vsur.* & Carrer. *de hæreti. num.8.in 3. limitatio.* & habetur *in cap.dixit Apostolus.24.quæst.3. & in ca. non licuit.17.dist. & no. in clem.1.de summa Trinitate,in ver.pertinaciter.* vbi Cardi. *& in cap. damnamus. de summa Trinitate.* & Innocent. *super rubr.de hæret.& glo.in summa.54.quæstio.3.* & Oldra. *consil. 210.* vbi exemplificat in muliere & milite: idem dicendum in rustico. simplicitas enim semper excusat, vt plura congerit Crauet. *con.18.num.13.* & de rusticis hæreticis Samaritanis excusatis est constitutio in Authen. 144. Nota tamen, quòd simplicitas non excusat à schismate, quia quilibet tenetur scire, quòd diuisio ab Ecclesia Romana magnum est crimen, vt habetur *in capi. schisma. 24. quæst.1.* sed regulariter simplicitas & ignorantia leuius facit crimen, probatur *in cap. quemadmodum. 32. q.7. & capitu.sciendum.de pœnit.dist.2.* neque his obstat text. *in capitu. quæro. 6. q. 1.* vbi videtur æquare peccatum ignorantia commissum peccato prudenter commisso, quia verum est ob grauitatem delicti, quia grauiùs est in fide falli, quàm in contractibus fallere, *capit.in ipsarum.22.q.2.* & dicit D. Thomas *secunda secundæ, quæst.2.artic.6.ad secundum.* quòd simplices, si errant in subtilitatibus fidei, modò non sint pertinaces, non est eis imputandum. & idem dicit in *3. Sentent.distin.25. quæst.2. artic.1.quæst.3.ad primum.* idem tenet Innocen. *in cap.1.de summa Trinitat.* & est ratio, quia cùm credant, quod credit Ecclesia, si à maioribus seducti sunt, illa non est sua fides, sed eorum, qui seduxerunt, ideo, si pertinaciter non adhærent, excusandi; ideo rusticitas excusabit, latè Zanch. *de hære.c.2.nu.2.* vbi Campeg. in addit. a. & b.

12 ¶ Excusabitur etiam, † si dubitet de iis, quæ non pertinent ad salutem, tex. & gl. *in c.in quib.22.q.2.* & Carrer. *in loco prælleg.in 4. limit.*

13 ¶ Item excusatur, † si circa id, de quo accusatur, variæ sunt opiniones inter Theologos, quia in his non dicetur hæreticus, secundum Innoc. *in c.ne innitaris, de constit.* cum aliis adductis per Carrer. *de hæreticis.numero quinto, in quinta limit.*

14 ¶ Metus quoque † excusat, vt si quis ad amorem inuocasset dæmonem, qui apparuisset ei, & iussisset, vt in crucem expueret, id effecisset non sponte, sed metu, ne malum alquod pateretur à dęmone, & non animo recedendi à fide: nam hic non punietur vt hæreticus, sed extraordinariè, vt tenet Innoc. *in cap. 1. de apostа. in princ.* & firmat Thom. *secunda secundæ, quæstio.12.& 23.* & tradit etiam Mathesil. *in constitu. Regni prima, in 16. not. in 2. quæstio.* quamuis autem negare Christum non liceat, vt in persequutione mors euitetur, & qui crederet hoc licere, hæreticus esset, vt tenebant Elcesaitæ, de quibus Eusеb. lib. 6. Hist. Eccle. ca. 28. iuxta illud, Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potiùs illum timete, qui potest corpus & animam in gehennam mittere. & paulò infrà: Omnis ergo, qui cõfitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum corã patre meo, qui in cœlis est. Et Paul. ad Roman. 10. Corde, inquit, creditur ad iustitiam, ore aũt fit confessio ad salutem; attamen non propterea dicendum est, quòd qui mortis timore negauerit Christum, corde autem firmiter crediderit, sit puniendus: peccat enim grauiter, sed non ideo dicitur hæreticus, quòd requirit duo extrema, animi certum errorem, & pertinaciam in ipso errore, vt suprà dictum fuit, & quòd talis metu vitæ negans Christum, non puniatur vt hæreticus, tenet Archid. *in cap.non solum.11.q.3.* sic Marcellinus Papa excusatur, qui compulsus idolis sacrificauit, *cap.nunc autem.21.distin.* & confirmat Dec. *consi.151. Maximi ponderis.nume.6.versic.secundò respondetur, quòd Marcellinus.* & mitiùs agetur cum iis, qui maioribus suppliciis victi sunt, & cum eis, qui sunt imperfectioris naturæ, neq; ex professione, & officio ad heroicas virtutes tenentur, quàm cum cæteris. *cap.merito.25.q.1.capitu. Lotharius.31.q.2.cap.eos quos.de consecr.dist.4. cap.hoc ipsum.33. quæst.2.cap.ne quis.22.q.2.* quòd si quis metu finxerit se hæreticum, modò mente non aberrauerit, pœnis hæreticorum non erit puniendus, sed aliis arbitrariis pro modo circumstantiarum. *cap.potest fieri, de pœnit. distin.1.* Ambros. *lib.1.de pœnit.cap.3.* Brun. *de hæret.lib.1.cap.4.* qui autem crederet, posse timore mortis negari Christum sine peccato, hunc verè hæreticum esse crediderim, quia negat id, quod in Euangelio scriptum est, de quo s.

15 ¶ Excusatur etiam, † qui aliquid erroneum teneret in fide, credens tamen id nõ esse hæreticum, sed teneri à sancta matre, Ecclesia, modò si monitus statim corrigat errorem, & resipiscat. *cap.dicit Apostolus. 24. q.3.* & nisi vellet hunc errorem pertinaciter defendere, vel nisi esset in lata culpa, ignorando ea, quæ vel ratione officii, vel ex alia causa scire teneretur, quia & ipsa ignorantia est peccatum in iis, quæ quis scire tenetur, *capit.quia ea.38.dist.& per Thom. secunda secundæ, q. 2. art.5.* licèt autem peccaret talis, nõ tamen hæresim incurreret, cùm hæresis pertinaciam & malam mentem requirat, vt dixi sæpè.

16 ¶ In non determinatis † ab Ecclesia, licèt indirectè fidem concernant, licèt quis contra veritatem opinetur, non ideo dicetur hæreticus, nisi post determinationem adhuc pertinaciter insisteret in sua prima opinione, vt declarat Tho. *in 1.par.q.32.art.4.*

17 ¶ Sciant quoq; † iudices multos Sanctos de hæresi accusatos, vt Hieronymus, *ca.hæc est fides.24.q.1.* & testib. falsis sæpè conuincuntur etiam innocentes, vt inquit Isern. *in tit.de statut.contra libert.eccles.§.satisfactionem. num.primo.* & quidam vocati Humiliati à Lucio III. Pontifice fuerunt damnati, & tamen à Clemente III. restituti fuerunt, vt inquit gloss. *in capitu.olim. il 1. de restit. spoliat. in glo. prima.*

18 ¶ Amoris quoque † insania excusat ab hæresi, vt tenet Oldr. *in sæpè dicto consi.210.* Alberic. *in rubric. C. de hæretic. nu. 6.* & quælibet etiam animi maxima perturbatio minuit pœnam, vt per Tiraquel. *de pœnis.causa quarta & etiam causa prima.* vbi quòd Dolor minuit etiam. Idem de Ira dicendum. *l. quidquid calore. de reg. iur.* Simanc. in Enchirid. *cap. 47.num.24.*

19 ¶ Paratus corrigi, † & reuocare, excusatur, vt Marcellinus Papa excusatus est. *in cap.nunc autem.21.distи.* & sentit Dec. *consi.151. maximi ponderis. num.6. versic.secundò de Marcellino.* & ex hoc etiam excusatus Abbas Ioachim, qui hæretica docuit, submisit tamen se iudicio Romanæ Ecclesię, *vt in c.damnamus.in fi.de sum.Trin.*

20 ¶ Vniuersitas non ideo † probatur hæretica, quòd eius prælatus probatus sit hæreticus. Abb. *in cap. damnamus. de sum.Trin. nu.2.*

21 ¶ In vno hæreticus, † non ideo dicetur hæreticus in omnibus. Bald. *in capit.vlt.extra de summa Trinitate.numero 1. in fine.*

Elcesaitæ.

22 ¶ Si quis in articulo † mortis vocauerit hæreticos ad consolationem, si in eius excusationem dicatur id eum fecisse mente alienatum ob morbum, vel mortis cogitatione, admittentur etiam filii ad probandum hanc mentis alienationem, nisi ante fuisset diffamatus, aut suspectus de hæresi, capitulo tertio, de hæreticis, in sexto.

23 ¶ Ignorantia † quoque excusat, vt si conuersatur, vel fauorem præstat iis, quos ignorabat etiam hæreticos. *cap.*

*accusatus. §. ille quoque, de hæret. in 6. iuncta glossa in verbo, non posset.*

24 ¶ Licèt autem † ignorantia & simplicitas soleat excusare, hoc tamen nõ videtur verum in articulis fidei, quos omnes scire tenentur. *capitu. schisma. 24. quæstione 1. ibi, sed nec illud eis prodest.* vbi videtur innui, quòd immò maius est peccatum simpliciter sine vlla ratione per torporẽ quendam credere aliquid contra ecclesias, quàm cum rationum discussione iudicio, non malitia errare.

25 ¶ Tolerantur aliquando non valdè † mali hæretici, & præsertim occulti, vt scandala maiora euitentur, quia nonnullos toleramus, quos corrigere vel punire non possumus, neque propter paleam relinquenda area Domini, neque propter pisces malos rumpenda retia Domini, neq; propter hædos in fine separandos deserimus gregem Domini, neque propter vasa facta in contumeliam migramus de domo Domini. *cap. quisquis. 24. quæstio. prima.*

26 ¶ Si hæreticus accusatus se defendendo neget, se vnquam hæretica dixisse, aut credidisse, sed credere quod credit sancta mater ecclesia, & tamen per testes plenè ac concludenter conuincatur, & sine exceptione, quòd cõtenta in querela dixerit & crediderit, non excusabitur propter negatiuam, sed vti impœnitens condemnetur, & tradetur curiæ seculari. ita Rota in antiq. *decisio. 875. & est decis. 1. sub tit. de hæret.*

27 ¶ Suspectus † de hæresi defendetur, si existens in articulo mortis protestetur se fuisse semper & esse Catholicum, & tenuisse, ac tenere & credere id, quod tenet sancta mater ecclesia, & cum eadem fide vixisse, & mori velle. Cæpol. *cau. 155.* Bonum & vtile, præter quem hoc idem tenuit Alberic. *in rubr. Cod. de hæreticis. circa finem, versicu. vltim. nota.* vbi dicit ex hac protestatione facta coram Cardinalibus defensam fuisse memoriam Bonifacii Papæ, & ipsum Alberic. ex ea defendisse Galeatium Vicecomitem Mediolani.

28 ¶ Si in leui articulo † quis aliquid disputandum proponeret, excusabitur, modò non pertinaciter insistat articulũ esse disputabilem, cùm sit decisus ab ecclesia. Igne. in *lege prima, paragrap. non aliàs, numero decimo sexto, Digest. ad Syllan.*

29 ¶ Hæreticus bonis † præditus moribus aliqualiter videtur excusandus, quia Augustinus *in capit. quæro, 6. quæst. 1.* inquit, hæreticus bonis moribus an sit præferendus Catholico pessimis moribus fœdato, non audeo præcipitare sententiam. quòd si bona etiam vita probetur, vt quòd pro defunctis orare semper visus sit, & missas audire, & simil. multùm quidem conferet ad defensionem, quia nemo repentè fit turpissimus, *capitu. sit sermo, de pœni. distinct. 2. capitulo penultimo, de præsumpt.* Bertran. *consilio trigesimo septimo, in secundo.* Alciat. *de præsumpt. regula 2. capitulo 25.*

30 ¶ Præscriptio † etiam centenaria non excusat, quin possit etiam defuncti hæretici memoria damnari, licèt quoad bona confiscata secus. Alberic. latè *in leg. si quis defunctum. Cod. de apostat.* & Carrer. *de hæret. numero nonagesimo tertio.*

31 ¶ Quando memoria defuncti damnata, & cõtra mortuum proceditur, quilibet admitti debet ad defendendum, etiam si sit extraneus, & etiam sine satisdatione, Alberic. *in rubrica, C. de hæret. nume. 6. versicu. consueuit etiam quæri.* fallit tamen, quando in vita fuissent suspecti, quia tunc neque etiam filii admitterentur ad defendendum, vt probatur *in cap. filij. de hæret. in 6.* licèt & eo casu quilibet admitteretur ad probandam corruptionem, vel falsitatem probationum, Gondisla. *de hæret. quæstion. 22. numero 9. & 10.*

32 ¶ Non excusatur, † quòd grauior sit hæresis vna quàm alia, quia hæresis non alteratur ex maiori vel minori errore consistente in intellectu, sed in pertinacia consistente in voluntate inobedientiæ Ecclesiæ, quæ æqualis est tam in minore errore, quàm in maiori, imò maior proteruia, vt habetur *in cap. excommunicamus. in princi. & in capitulo penultimo, de hæret.* & declarat Purpur. *in l. cunctos populos. Cod. de summa Trinitate. numero 92. & sequ.* sed videtur contrarium verius, si vera est conclusio Simanc. in Enchirid. tit. 59. quòd Doctor hæresis nõ admittitur ad pœnitentiam propter grauitatem delicti.

33 ¶ Excusatur, qui fuit † ad hæreticum causa addiscendi, nondum tamen recessit à fide Catholica, sed punietur pœna extraordinaria centum librarum, *l. quicunque. versicu. nulla. de hæret.* & tradit Purpur. *in dicta l. cunctos populos. nume. 96.*

34 ¶ Tuebitur etiam † se, contra inquisitionem factam contra se, à generali Inquisitore, si priùs processum fuit per specialem Inquisitorem delegatum, vt per Decium, *consi. 137. nu. 4.* Carrer. *de hæresi, num. 83.* quamquam possit à pluribus inquiri, & condemnari, sed prævalebit sententia eius, qui prævenit.

35 ¶ Voluntas, animus, † & mens, modò probetur, excusat, vt si quis vsus est fortilegiis, vel aliis, quæ sapiũt hæresim, non vt contemneret vel contraueniret Ecclesiæ, sed vt euitaret damnum, vel lucrum faceret, nam & hoc crimen distinguitur voluntate & proposito. *capi. cum voluntate. de sentent. excommun.* & Alberic. *in rubrica, Cod. de hæret. num. 6.* & Carrer. *de hæret. num. 23. circa finem.* & tenet Antonin. *in sua summa, parte 2. titu. 12. cap. 5. §. 1.* contra quem tamen tenet Campeg. in add. ad Zanchin. *de hære. cap. 22. sub litera, c. versicu. verum decisioni prædictæ aduersatur. est mihi car. 191.* cui in hoc adhæreo, quòd scilicet conuictus talia fecisse, quæ sapiunt hæresim præsumptam, condemnabitur, nisi probet se non animo hæretico fecisse, & licèt negatiua probari directò non possit, poterit tamen ex aliquibus indiciis colligi, qualis fuerit eius mens, circa quæ diligens esse debet Inquisitor, & iudex; nam aliàs facile esset cuique se excusare, dicendo, se non animo hæretico ea fecisse.

36 ¶ Excusatur si accusator † erat inhabilis, vt pupillus, furiosus, mutus, surdus à natura, excommunicatus etiam propter periculum participationis, item hæreticus licèt de iure ciuili admittatur, item inimicus capitalis, quia hi omnes repelluntur ab accusatione; cæteri autẽ, licèt aliàs inhabiles, tamen hoc in crimine admittentur, de quibus dictum fuit etiam suprà hoc libro, capitulo 27. numero primo.

37 ¶ Excusabitur † etiam, vt scilicet liberetur ab accusatione, si cum accusatore transegit, licèt non ideo liberetur ab inquisitione, vt per Alex. *in l. transigere. C. de transac.* & Carrer. *de hære. nu. 127.*

38 ¶ Cogitur etiam Aduocatus † defendere hæreticum, vt per Lau. *in clem. 1. de exces. præla.* sequitur Brixien. in suo Repertor. *in verbo. hæreticus. num. 22.* quod intellige, quando res est dubia, vt dicam infrà *sub cap. 41.* & vide Ponzi. *in tract. de lamiis. nu. 77. & seq.* vbi latè.

39 ¶ Papa spoliatus papatu, † vel alius prælatus spoliatus Ecclesia sua, & accusatus de hęresi, potest excipere de spolio, neque procedetur antequam restituatur. fallit tamen, nisi fuerit notorius hæreticus vel schismaticus. Rosell. *de concil. §. sed ex prædictis. num. 33. & sequ. pluribus. & num. 74.* vbi quòd manifestus hæreticus non potest hac exceptione spolii se tueri. idem tenet Corset. *in regula, spoliatus ante omnia restituendus. in 18. fallen.* Ripa *in l. naturaliter. §. nihil commune. nume. 88.* Berous *in c. item cùm quis. nume. 42. de resti. spoli.*

40 ¶ Excusabitur etiam à pœna † corporali, si pœniteat etiam postquam est declaratus hæreticus, & condemnatus per Ecclesiasticum, modò non sit traditus iudici seculari, licèt multi contrarium tenuerint, Girland. *de hæret. q. 5. & præsertim, nu. 10. & seq.*

41 ¶ Defendunt se aliquando, dicentes, † malos esse tolerandos in Ecclesia, sed illud intelligitur de occultis, non de manifestis. *cap. schisma. 24. quæst. 1. ibi,* non autem nobis illa quæstio est, *iuncta glossa prima.* & licèt aliqui diu tolerati fuerint, hoc aggrauat, non minuit peccatum,

tum, vt dicitur in dicto capitu. schisma. ibi, nec enim leuigat.

42 ¶ Remissus ad laicum iudicem potest etiam vti his defensionibus, primò quòd delictum est mixtum, ideo poterit & laicus cognoscere. Purpurat. *in l. magistratibus. num. 26. ff. de iurisdict. omn. iudic.* adducit Bald. *in l. placet. C. de sacrosanct. eccles.* & Felyn. *in cap. de his, de accusat.* & Aret. *con. 58. in secundo dub.* Secundò, quòd sententia Inquisitoris est notoriè nulla, quæ notorietas apparet ex actis, vt ibi pluribus comprobat Purpur. nume. 31. licèt aliqui contrariũ tenuerint, vt ibi per eum. Tertiò, si doceretur clarè de defectu iurisdictionis Ecclesiastici, qui condemnauit, puta quia non communicauit cum Episcopo, & Episcopus de hoc conquereretur, *iuxta cap. per hoc, de hære. in 6* ita Cardin. *in cap. cùm sit generale, de foro competen.* vbi dicit se de facto obtinuisse, & ibi etiam Felyn. notat, *col. 4. versic. dum dicitur.* & Purpur. *in d. l. magistratibus. num. 33.* Quartò, quando condemnatus appellare potuisset, & appellasset, sed non fuisset admissa. *cap. directè, de appellat.* Alciat. *in cap. 1. de offi. ord. nu. 68.* de quibus latiùs dixi ſ. *hoc lib. capit. 24. num. 2. & sequ.*

43 ¶ Excusabitur, † si semel absolutus, vel per sententiam, vel per dispensationem. Dec. *con. 137. col. 1.* nam Papa potest dispensare, vt ibi per Dec. *num. 8. & sequen.* ideo poterit impetrare à Papa commissionem, vt absoluatur facta abiuratione secreto, quæ commissio erit fauorabilis, *ibi, num. 11. in fi. & 15.* Rebuff. *de pacif. poss. nu. 196.*

44 ¶ Excusabitur etiam, † si statim & in continenti pœniteant, sed quando dicantur in continenti pœnitere, latè Boer. *decis. 341. & 343.* vbi quòd euitabit pœnam hæresis, sed alia mitiori punietur, de quo dicam infrà, dũ loquar de pœnitentibus. nam & Ioachim hæreticè sentiebat, sed non fuit damnatus, quia pœnituit. *capi. damnamus, de summa Trinitate.* vbi Abb. antiq. & Ioann. Andr. & Augustin. *in Epist. 162. ad Glorium, & in lib. de vtilit. cred. transump. in cap. dixit Apostolus 24. quæstio. 3.* nam si ductus ad Inquisitorem statim fateatur, & monitus abiuret, excusabitur ab hæresi. glo. *in d. cap. damnamus.* Ana. *in cap. excommunicamus. il primo. de hæret.* Hostien. *in summa, versic. qualiter deprehendatur. ibi, quia vocatus.* Lex enim veniam indulget iis, qui sponte & confestim ad pœnitentiam veniunt. *l. Manichæos. Cod. de Manichæ.* Angel. Clauas. *in summa, in ver. hæreticus, num. 17.* & hanc communem dicit Girlan. *de hæret quæst. 5. nume. 4.* & Felyn. *in rub. de hæret.* & Ioan. Lup. *in allegatione post cap. per vestram.* vbi ponit practicam. & nota, quòd si delictum sit occultum, & statim pœniteat, nulla pœna punietur. Archi. *in cap. vt commissi. num. 4. ver. obediente.* & ibi Ioan. Andr. *num. 4. de hæret. in 6.* de quo etiam latè Zanchin. *de hære c. 16.* vbi Campeg. in additio. & dicam j. dum loquar de pœnitentibus.

45 ¶ Non excusatur, si conuictus † tamen persistet pertinaciter in negatione, quòd non dixit ea, neque vnquam credidit, neque credit, sed semper credidit, quod credit Ecclesia. Rota in antiq. decis. 874.

46 ¶ Excusatur, quia post † quinquennium accusatus, quod fieri non potuit. *lege secunda.* & ibi Doctores, *Cod. de apostat.*

47 ¶ Defensiones autem reorum † admittendæ, & humaniter, non rigorosè interpretandæ: nam & Tertullianum excusat Augustinus in libro de hæresibus, capit. 86. quòd diceret Deum corporeum esse, cùm (inquit August.) potuerit intelligere corporeum, non quidem tale corpus, quod partes habeat maiores vel minores, & quod loco circumscribatur, sed quod non sit inane, sed omnino aliquid, cùm totus vbique sit. quæ excusatio licèt leuis sit, & mendicata, cùm corpus dici non possit, quod partes non habeat; attamen Augustinus mitissima vsus censura excusauit, vt potuit, considerans nullum grauius crimen posse Christiano obiici, quàm hæresis: ideo, antequam aliquis crimine isto damnetur, expendenda diligenter sunt omnia, lapidémque omnem mouere, & ad filum redigere. Discant igitur Inquisitores ab Augustino summo fidei zelatore, ne leuiter aliquando de hæresi pronuncient, neque statim si vel latum vnguem aliquid exactam Ecclesiasticam disciplinam excesserit, conclament hæreticum, nullam hominis excusationem admittentes, cauillationes & subterfugia omnia esse vociferantes, vt plerique faciunt, qui hac via Pontifici & curiæ Romanæ placere student, & purpureos galeros aucupari.

48 ¶ Non sequitur, scripsit † hæretica, ergo est hæreticus, *capitu. damnamus. de summa Trinitate.* vbi Innocen. Bald. & cæteri.

49 ¶ Iuuenilis etiam ætas † excusabit, vt mitiùs puniatur. Brun. *de hæret. lib. 5. c. 19.*

50 ¶ Defensor quilibet † admittetur in hoc crimine pro absente, sed non procurator, prout neque in aliis causis grauioribus. Barto. *in extrauagan. ad reprimen. in ver. legitimè, cum alijs, de quibus per Carrer. de hæret. nume. 113.* quod intellige ad allegandum causas absentiæ. *& no in leg. 3. Cod. de accusat.* licèt filii & hæredes possint causam defuncti per procuratorem defendere, quia cùm agatur de eorum interesse, & ipsi non deliquerint, poterunt per procuratorem causam agere. Alberic. *in leg. seruum quoque. §. publicè. de procuratoribus.* Bal. *in l. reos. C. de accusat.* Fely. *in c. meminimus. eod. titu.* Rub. Alexand. *in l. pen. §. ad crimen. num. 126. de public. iudic.*

51 ¶ Aduocatus autem † admitti etiam debet, si non sit condemnatus vt hæreticus, reus: sed dubium sit, an sit hæreticus, & vult docere, eum non esse hæreticum, vel quòd vult ad fidem reuerti, vel quòd deficit iurisdictio iudicũ; cautius tamen erit habere licentiam ab Inquisitore vel Episcopo, & ideo in hoc cauti sint aduocati. latè Carrer. de hæret. nume. 114 nam si sit notorius hæreticus, erit excommunicatus, si defendit: ideo cautiùs agent aduocati, si non defendant, antequam id ab Inquisitoribus permittatur, *capit. vlt. de hære. in 6.* Laud. *in clem. 1. de excess. præla.* Ponzi. de lamiis, *nume. 78.* Simancha. in Enchirid. *de hæret. titu. 42. nume. 1. vbi num. 2.* dicit, quòd aduocatus iurare debet, se iustis duntaxat defensionibus vsurum; sed id non probat lege aliqua, neque tex. in c. vlt. 5. q. 3. quem allegat; id probat, sed tantùm quòd aduocatus debet esse bonæ opinionis.

52 ¶ Et notandum, quòd † iudex contra conuictos testibus, & non confessos, non ita de facili debet ad pœnam mortis inclinare, cùm testes possint esse corrupti & falsi, ita Iser. *in titu. de statu. contra lib. Eccles. §. satisfactionem, nume. primo.*

53 ¶ Ebrietas quoque † excusabit, nam ebrius dicitur alienatus mente, *c. à crapula, de vita & ho cleri.* & in terminis Zanch. *de hære. c. 7. nu. 10.* vbi quòd ebrius non dicitur mereri, neq; demereri, *c. sanè. 15. q. 1. & c. vnusquisq;. 22. q. 4.* licèt propter ebrietatem puniri poterit extraordinariè, sed nõ ab Inquisitoribus.

54 ¶ Si hæreticus † præuenit, & confessus est confessori suo spirituali, quòd est hæreticus, & habita pœnitentia illi satisfacit, non excusabitur, quin etiam in foro Ecclesiastico possit vt hæreticus damnari, quia pro hæresi duplex imponitur pœna, altera spiritualis, altera temporalis; ab illa potest sacerdos absoluere, ab hac non, sed soli Inquisitores, Zanch. latè *in tract. de hære. c. 34.* & eo maximè prædicta vera sunt, quia simplex sacerdos hodie non põt ab hæresi absoluere, sed reseruata est absolutio summo Pontifici, vel ab eo, cui hoc specialiter demandauerit, & hoc per constitutionem Pii V. de qua per Campeg. ibi in addi. *ver. quod si dubium.* vbi etiam quòd neque priuilegia, neq; concessiones, quòd possint eligere sibi confessores eis prodest, quia omnia illa priuilegia sunt reuocata, vt ibi.

55 ¶ Impartita est aũt per Pontificem licentia & authoritas Episcopis tantùm, & Inquisitoribus absoluendi ĕt in foro pœnitentiali hæreticos. Vicarii autem Episcoporum non possunt hoc facere, sed benè Vicarii Inquisitorum, neque possunt Inquisitores aliis talem facultatem impartiri, quòd si hæreticus studiosè ad Inquisitorem accedat,

cedat, vt impetret absolutionem pœnitentialem, ne iudicialiter damnetur, illum nõ audiat, sed moneat & persuadeat, vt abiuret: quòd si fortè occultum absoluet, vti confessionis auditor, poterit tamen, si accusetur, hoc nõ obstante procedere, quia tunc tanquam iudex procedit, non tanquam confessionis auditor, licèt cum istis sponte se offerentibus, & confitentib. mitiùs sit agendum. de his omnibus vide Campeg. in d. add. ad Zanch. c. 34. vbi latè ex Directorio.

55 ¶ Non excusantur † etiam habentes libros hæreticorum, si dicant, & etiam verum sit, quòd nunquam legerint, sed semper tenuerint clausos in capsa, & nemini ostenderint, vt per Campeg. *in d. c. 34. ver. quod si dubium.*

56 ¶ Minor ætas aliquando etiam † excusat saltem ad minuendam pœnam, si rectè pœniteant, nam ætatis miseratio ad mediocrem pœnam perducere debet, *l. auxilium. §. in delictis. ff. de min. c. 1. & 2. de delic. pu. c. dixit Apostolus. 24. q. 3.* quòd si pertinaces & impœnitentes fuerint, prout alii puniendi, vt per glo. & alios, *in d. §. in delictis. & in c. ferè in omnibus. de reg. iu.* Et si maiores facti deprehenduntur in hæresi, quam secuti sunt, dum essent minores, non ideo propter minorem ætatem excusabuntur, aut minori pœna castigabuntur, cùm tantò grauiora sint peccata, quantò diutius infelicem animam detinent alligatam, *capit. vlt. de consue.* quòd si maiores facti resipuerunt, secus erit, *vt not. in l. inficiando. §. infans. de fur. & in l. 1. ff. de pœnis.* Aduertẽdum tamen, quòd dum contra minorem proceditur, dandus erit illi curator, cui° authoritate possit se tueri, aliàs processus foret nullus, *l. clarum. C. de auth præstan.* Corne. *consi. 198. in 4.* Bertran. *con. 326. in 3.* Afflict. *deci. 208.*

57 ¶ Furiosus & mente captus † excusabitur, idem & si dæmonibus vexetur, *vt no. in l. diuus. de offic. præsi. in l. vlt. de admi. tut. in c. alij quos, cum sequ. 15. q. 1.* Sed quid si post hæresim in furorem incidatur, causa bonorum agetur citatis hæredibus aut curatore bonis dato, ipse verò custodiendus, donec ad sanam mentem redierit, neq; damnabitur, antequam in furore moriatur, vt, si aliquando sanaretur, redire posset ad Ecclesiam: quòd si in furore morietur, damnandus erit perinde ac si ante furorem mortuus fuisset, *arg l. patre furioso, de ijs qui sunt sui vel ali. iur. l. furiosum. C. qui testa. fa. poss.*

58 ¶ Senex quoq; † decrepitæ ætatis si aliquid impium dixerit, cùm sæpè desipiant senes, *ca. tanta nequitia. 86. dist. l. si quis ingraue scente. §. ignoscitur. ff. ad Syllan.* intellige tu tamen, modò mentis etiam alienatio probetur, iuxta ea quæ notantur *in l. senium. C. qui testa. fa. poss.*

59 ¶ Dormiens † quoque, si quid hæreticum dixerit, excusabitur; nam & dormientes sæpè loquuntur, *cle. 1. de homicid. leg. 1. §. adipiscimur. de acquir. possess. lege prima, ff. de auth. tut.*

60 ¶ Ebrius quoque † excusabitur, si alienati mente tunc probentur, *c. sanè. c. inebriauerunt, 15. q. 1. l. omne delictum, §. per vinum. de re militari. leg. respiciendum. paragraph. delinquunt de pœnis.*

61 ¶ Referens † aliorum hæreses excusatur, nisi dolo malo probetur id fecisse: merus enim relator reprehendi non debet, *gloss. in l. Gallus. §. idem credendum. in ver. pronepos. de lib. & posthu.* & per Dec. *in cap. ad hæc. in primis verbis, de rescrip. & in c. iurauit. 1. col. 1. de proba.* sequitur in specie Simancha in Enchirid. *c. 47. nu. 15.* licèt nil alleget pro huius dicti comprobatione.

62 ¶ Rusticitas etiam aliquantum excusabit, nisi appareat nimia solertia, *iuxta gloss. in l. athletæ. §. de rusticis. de excu. tut.* Simancha in Enchirid. *c. 47. nu. 17.*

63 ¶ Mulieres † quoque, nisi nimium sint pertinaces, facilius excusantur, *c. indignantur. 32. q. 6. l. quisquis. §. ad filias. C. ad l. Iul. ma. l. 2. in fine. ff. de iure fisci.* Simancha *ibi. nume. decimo vono.*

## CAP. XXXVIII.

## *de Sententia.*

### SVMMARIVM.

1 *Notorium contra hæreticum, qualiter procedatur.*
2 *Iudex notorium, vel conuictum, vel confessum, vel suspectum, vel leuibus grauatum præsumptionibus iudicat.*
3 *Conuictus, qui non confitetur. qualiter damnetur.*
4 *Suspectus autem valida purgatione eget.*
5 *Condemnandus, si pœniteat, Ecclesia tanquam matrem recipit, & quandoq; secretè abiurat, num. seq.*
7 *Coniecturæ quando leues, tamen suspitionem excedant, quam ad pœnam iudex procedat.*
8 *Præsumptionibus exurgentissimis pro prima vice quis non damnatur, vt hæreticus paratus corrigi. sed secunda sic.*
*Et similiter qui in excommunicatione per annum steterit, licèt primò extarent leues præsumptiones.*
9 *Citatio contra non contumacem vnica requiritur ad audiendam sententiam, aliàs erit nulla.*
10 *Iudex debet & Episcopus ferre sententiam cum consilio peritorum.*
11 *Sententiæ publicè legendæ & publicandæ sunt coram clero & populo diuulgato ante ea die publicationis, & nu. 29.*
12 *Sententia quæ continere debeat. Et qualiter sententia reconciliationis sit concipienda, cùm tempore, quo fertur, non sint hæretici, num. seq.*
14 *Sententia contra relapsum, qualiter concipienda.*
15 *Sententia non debet continere damnationem articulorum, & qualiter in ea pronunciandum sit.*
16 *Inquisitores & Episcopi, an pronuncient sententias per alios lectas. & denuntiare quid sit.*
17 *Sententia iniunctiua pœnitentiæ continere debet, quòd vltra iuratoriam etiam aliam præstabit cautionem de adimplẽda pœnitentia.*
18 *Condemnari non debet vbi non sunt clarissimæ probationes, & quid, vbi non clarè, purgatio est indicenda potius.*
19 *Pœnitentiis in dicendis qualitas personarum attendatur.*
20 *Sententia ante promulgationem in scriptis redigenda est.*
21 *Abiuratio an præcedere debeat sententiam, vel econtrà.*
22 *Contumax damnandus mortu pœna qualiter damnabitur.*
23 *Iudex Ecclesiasticus supplicet iud. secul. vt misericorditer agat cum damnato.*
24 *Iudex Ecclesiasticus potest damnare ad mortem, sed mandare debet executionem iud. seculari.*
25 *Sententia pœnitentiæ iniunctiua, est interlocutoria.*
26 *Sententiæ forma contra suspectum & purgandum, remissiuè.*
27 *Citatio ad audiendam sententiam in se defendentem vna requiritur, in contumacem per annum perseuerantem duæ.*
*Et quid in absolutoria, an requiratur citatio.*
28 *Hæretici monendi quamquam sint antequam condemnentur, tamen non publicè cum eis differendum, & quare.*

1 SI notorium sit, † reum publicè hæretica prædicare, statim damnandus nullo formato processu. Ifern. in *c. 1. §. deprehensi, de statu. contra lib. Ecclesiast. Carrer. de hære. simpliciter sequitur, num. 123.* intellige tu, quòd non requiritur processus, vt requiratur accusatio, & examinatio solemnis, aut publicatio & citatio ad omnia acta, sed tamen requiretur saltem summaria informatio, vt appareat de notorio, vel saltem allegetur, vt per glo. *in clem. appellanti. in ver. alias causas, de appella.* sequitur Iason & dicit singularem & approbatam *in l. 2. col. 7. ff. si quis in ius voc.* & ad hanc informationem & fidem faciendam requiritur citatio, *vt per glo. in c. sacro. de sent. excommu.* maximè cùm istud sit notorium facti transeuntis, non permanentis, vt pulchrè per Aretin. *consi. 163. nu. 7. & seq.* nam nullum delictum est tam notorium, quod non possit aliquam excusationem recipere, ideo ne videantur tolli defensiones, citãdus est, vt per eum. Consulo ergo iudicem quicunque sit, vt in quocunque casu notorii & citet, & summariè faciet in actis constare de tali notorio, vt euitet omnem suspitionẽ.

2 ¶ Iudex autem † super notorium iudicat, aut conuictum, vel confessum, aut suspectum tantùm, vel leuibus præsumptionibus grauatum, de notorio iam dixi.

¶ Conui-

3 ¶ Conuictus per † probationes legitimè, licèt pertinaciter asserat se nunquam talia dixisse aut credidisse, sed quòd semper fuit Catholic⁹, & credidit, quod credit Romana Ecclesia: attamen condemnandus erit vt hæreticus, nam conuictus legitimis probationibus potest condemnari, etiam si non confiteatur, *capit. super quibusdam. de verborum significationibus. cap. nos in quemquam. 2. q. 1.* & ita tenet Rota *decis. 875. in antiquis, & est 1. sub tit. de hæret. vbi etiam num. 17.* tradit, quomodo hæc sententia sit formanda: hoc scilicet modo, quia prout coram nobis legitimè probatum fuit, te in hæresim incidisse, & quia ꝓprium crimen & cognoscere & confiteri recusas, idcirco cùm te debitè confitentem non videamus, relaxamus te brachio seculari, & isti appellantur hæretici negatiui à Director. *parte 2. quæstio. 34.* & Campeg. in addit. ad Zanchin. capite duodecimo.

4 ¶ Non conuictus † autem, sed sola suspitione notabilis de hæresi non priùs recipitur ab Ecclesia, quàm congrua purgatione innocentiam suam purgauerit, *capitu. ad abolendam. §. qui verò rem, de hæret. & in auth. Gazaros. Cod. eod.* & si recusauerit se purgare, condemnabitur vt hæreticus, *cap. excommunicamus. §. adijcientes. & capitu. ad abolendam. §. qui verò. de hæreti.* Carrer. *de hæret. numero 118. versicu. quid si tales.*

5 ¶ Licèt de iure communi † delinquens, etiam si pœniteat, condemnandus sit, *leg. qui ea mente. ff. de pœnis.* attamen Ecclesia tanquam pia mater, nunquam claudit gremium redeunti, & ideo si incõtinenti pœniteat, & abiuret, non poterit per sententiam condemnari vt hæreticus, *c. pen. de hære.* & tradit Rota in antiq. *decis. 875. nume. 14.* & notat Archid. *in ca. vt commissi. super verbo, in carcere, de hæreticis. in 6.*

6 ¶ Et nota, † quòd aliquando dispensatur, quòd non abiuret publicè, sed secretè, *c. didici. 1. q. 7. dum adsit causa,* vt per Rotam. *decis. 875. in vlt. verbis.*

7 ¶ Quòd si leues † fuerint coniecturæ, quibus vrgetur reus, adeo tamen, vt suspitionem excedant, poterit iudex condemnare ad aliquod opus pium, vt dotem constituendam Ecclesiæ vel virginibus, vel simil. vt per Archid. in *c. accusatus. §. si verò. de hæret. in 6.* & Matth. de Afflict. *in consti. regni, inconsutilem. nu. 31.* & Carrer. *de hære. nu. 118. versi. & si vocatus non comparuerit.*

8 ¶ Ex præsumptionibus † tamen quantumuis grauibus & vrgentissimis, non condemnabitur vt hæreticus ꝓ prima vice, si paratus sit corrigi, sed benè secunda vice, qa tunc punietur vti relapsus, vt per Paul. Girland. *de hæretic. q. 10. & vlt.* & Carrer. *de hæret. nu. 118. in fi.* de quo dicam infrà sub speciali capitulo, de relapsis. Item condemnabitur, vt hæreticus, ex præsumptionibus, etiam quãdo primò fuit contumax. licèt laborarent contra eum leues p̃sumptiones, & fuit excommunicatus, & in excommunicatione durauit per annum. hîc. n. post annum condemnabitur vt hæreticus: quanquam vt dixi, suspitiones tantùm & leues laborarent contra eum; sed quia pertinax contumacia habet vim confessionis, ideo condemnatur hoc casu, vt per Girland *de hære. q. 8.*

9 ¶ Vnica sufficit † citatio ad audiendam sententiam, qñ non est contumax, aliàs non valebit sententia, *c. ad Apostolicæ. de re iu. in 6. clem. sæpè, vbi omnes. de verb. sign.* sed si condemnandus erit, quia contumax per annum, tunc duæ requiruntur citationes, vt per Archid. *in ca. cum contumacia, de hære. in 6.* & Fely. *in c. excommunicamus, 2. col. versic. secundò nota, quòd ad ferendam, de hæretic.* sed aduerte, quòd sententia etiam omissa citatione, quando venit excommunicãdus, valebit, licèt sit iniuncta, *vt in c. sacro, de sentẽtia excommun.* & pariter in sententia absolutionis ab excommunicatione, vt pulchrè per Roma. *consi. 354. nume 3. & sing. 590. vbi addi. latè.*

10 ¶ Debent etiam cum consilio † peritorum Episcopus & iudex proferre sententiam, *c. vlt. de hær. in 6. clem. 1. §. 1. eod. tit.* Gondisla. *de hære. q. 15. num. 1.* per quam declarandi sunt hæretici & tradendi seculari.

11 ¶ Legendæ autem & † publicandæ erunt sententiæ publicè coram clero & populo, & coram iudice seculari ex scripto diuulgato die publicationis per aliquot antè dies, vt per Geminia. & Franc. *in capitu. vt commissi, de hæreticis, in sexto.* & Simanc. in Enchiridio, *de hæreticis. titu. 64. num 10 quinto.*

12 ¶ Sententia verò † condemnatoria debet hęc continere, vt primò narrretur, in quibus peccauerit, deinde narretur ipsum conuictum legitimis probationibus, vel confessum, narretúrque, reum licèt monitum, induratum animum semper retinuisse, vel simulatè ac falsò priùs pœnituisse. Demum conclusio fiat, qua declaretur, ipsum fuisse & esse hæreticum, ac successiuè bona eius publicanda, ac vltimo iudicio seculari relaxandus, vt per Brun. *de hæret. libro 4. cap. 10.* & adeo necesse est, vt priùs in sententia declaretur eum hæreticum esse, vt hoc ꝓcedat etiam in casib. in quib. canones mandant aliquem condemnãdum vti hæreticum, ita Bellem. *in deci⁶. 689. colum. 6. versi. ad sextum dico.* formam autem sententiæ Concilii contra Ioannem Hus, qua ipse damnatus fuit vti hæreticus, habes in secundo tomo Conciliorum, in Concilio Constantiensi, *sessione 15. & est car. 1085.* & sequitur Simancha in Enchiridio *de hæreticis. tit. 64. nume. 2.* & alia similis sententia habetur contra Hieronymum de Praga hæret. in eodem Concilio Constantiensi, *sessione 21. & est in 2. tom. Conciliorum. car. 1123.*

13 ¶ Sed dubitatur † de forma sententiæ reconciliationis, quando quis vult abiurare. & dicunt quidam, quòd non potest iudex eos pronunciare hæreticos, quia tempore, quo fertur sententia, & quod attendi debet, non sunt hęretici, vt habetur *in c. hæc est fides. 24. q. 1. & eadem causa. q. vltima. cap. dicit Apostolus. & cap. qui in Ecclesia.* neq; etiam poterit pronunciare per prẽteritum, videlicet quòd fuerint hæretici, quia talis modus non habet fundamentum iuris, neq; talis forma alicubi in iure reperitur. & ideo communiter concludunt Scriben. quòd iudex tali casu pronunciabit sententiam in hanc formam: Quia ex processu apparet, te aliàs in hæresim lapsum, hæretica sensisse, & nunc saniori vsus consilio vis, prout asseris, ad vnitatem & veram fidem catholicam puro corde, & mente non ficta redire, & hæretica abiurare: & idcirco te priùs abiurata omni hæretica prauitate, iuxta formam Ecclesiæ, ab omni excommunicationis vinculo, quibus tenebaris astrictus, absoluimus, & absolutum pronunciamus, si tamen ad catholicam fidem ex corde redieris, & iniuncta tibi mandata seruaueris. Verùm quia in Deum & sanctam Ecclesiam modis prædictis deliquisti, ideo pro condigna pœnitentia mandamus, te in carcerẽ detrudi, ibíq; te permanere per annũ p̃cipimus. hanc formulam tradit Archid. *in cap. vt commissi. ver. & hoc nota. quòd in sententiis ferendis, est mihi in penult. colum. in fine. de hæretic. in 6.* quam formulam Ioan. Andr. *ibi, pariter colum. penult. ver. Archidiac. habuit quasdam informationes.* dicit Archidiaconum habuisse ab officio inquisitionis, sed quòd non seruatur, quia Inquisitores solent pronunciare tales hæreticos. Sed tamen illa formula hodie ab omnibus approbatur, vt per Gondisla. *de hære. quæst. 20. numero 8. 9.* & Zanchin. *de hæret. cap. 41. num. 8.* & Simanc. in Enchirid. *titu. 64. num. tertio.* & Isern. & Afflict. *in constit ut. inconsutilem numero 35.* sed aduertendum, quia dum datur forma, quòd absoluantur sub conditione, tamen si ad Catholicam fidem ex corde redierit, & iniuncta mandata seruauerit, hoc videtur nõ benè dictum, quia absolutio non potest fieri sub conditione, cùm sit actus legitimus, *capit actus. & notat. in capitu. biduum. 2. quæst. 6.* & tradit Panormit. *in cap. de quibus, de baptis.* dicendum ergo, quòd verè est absolutus, sed tamen reincidit statim, quòd non bona fide, & statim quòd non seruat mandata.

14 ¶ Contra relapsum † verò proferetur sententia secundum formam sententiæ promulgatæ per Conciliũ Constantiense contra Hieron. de Praga, vt constat *in d. Concilio. sessione 21. est in secundo tomo Concil. car. 1123.* in hæc verba,

& in hunc sensum: Sancta Synodus eundem Hieronym. palmitem putridum in vite non manentem, foràs mittendum decernit, ipsumque hæreticum, & in hæresim relapsum, excommunicatum, anathematum pronunciat, declarat, & damnat. Priùs tamen debet præcedere narratio de prima suspicione & abiuratione, & quomodo postea, tanquam canis ad vomitum, redierit ad hæreses, vt habetur in d. sententia lata contra Hieronymum de Praga.

15 ¶ Et notandum, † quòd iudex in sententia non debet damnare articulos hæreticos, quos reus vel condemnandus asseruit, quia iam damnati sunt; sed debet pronunciare tantùm super facto, videlicet eum hæreticum esse vel fuisse, vel hæretica asseruisse, quia iam promulgatum est à sanctis cano. illos articulos hæreticos esse, & ideo iudex nunc per denunciationem renouat antiquas promulgationes, & non est promulgator noui constituti, sed exequutor antiqui, vt declarat pulchrè Archid. *in c. vt com missi. in prin. de hæret. in sexto.* quem ibi etiam sequitur Ioan. Andr. in Nouel. adducunt tex. *in c. 1. 24. q. 1. & leg. palam. §. vlt. ff. de ritu nupt.* quibus adde no. text. *in l. 1. versi. nam si quidem ita pronunciauerit. ff. ad Turpil.* & pulchrè etiam tex. *in c. cùm secundum, de hæret. in 6.* ibi, de fratrum nostrorum consilio bona decernimus confiscata. & non dicit confiscamus, & ideo quoad pœnas impositas à iure, vt excommunicationis, priuationis beneficiorum, confiscationis bonorum, non debent iudices dicere, excommunicamus, priuamus, publicamus; sed debent dicere excommunicatos, priuatos, & publicatos denunciamus: & probatur hoc *in c. ad Apostolicæ. §. nos itaque. de sent. & re iud. in 6.* vbi Papa denunciat Federicum Imperatorem, omni dignitate & honore à Domino priuatum. & ita in terminis hoc not. Philipp. Franc. *in d. capit. vt commissi. in 5. nota.* quamquam Gemin. ibi in §. vlt. dicat tutius esse vtrumque amplecti, & dicere, excommunicatos pronunciamus, & excommunicamus, & sic de aliis.

16 ¶ Inquisitores † autem, prout etiam Episcopi, possunt pronunciare sententias, per alios tamen, puta notarium lectas. hoc notat per illum text. Franc. *in d. c. vt commissi. in in 1. no. de hære. in 6.* qui ponderat verbum, denunciationes sententiarum, quę tamen verba mihi non probant, quòd Inquisitor possit per alium legere sententiam, sed benè probat, quòd per alium possit denunciare. Denunciare autem non est sententiam proferre aut promulgare, sed rem factam alicui indicare, vt denunciare venditori litem motam de re vendita, *vt in l. si rem. §. vltimo, & in leg. si fundo. in fine. & in l. si ideo. in fin. ff. de euict. & alibi sæpè.* & denunciare querelam propositam, vel proponendam, in *l. quemadmodum. ff. de inoff. testa.* & denunciare, id est, notificare mulierem esse prægnantem, *in l. 1. §. 1. ff. de lib. agno.* & denunciare se acturum de adulterio, *in leg. denunciasse. ff. de adult.* nunquam autem reperies denunciare sententiam, pro proferre vel promulgare, sed tantum pro notificare & intimare, vt suprà. quare concludendum, quòd si Episcopus pronunciat nomine omnium, potest ipse per alium pronunciare, quia est illustris persona, vt probatur *in cap. vlt. de sentent. & re iudic. in 6.* Si autem Inquisitor pronunciat nomine omnium, non video quomodo possit ipse per alium proferre, cùm non sit illustris persona, & ei obst. text. in d. c. fin. in quo fit regula, quòd sententia diffinitiua debet à iudice non ab alio describi, recitatione proferri: aliàs (inquit tex.) nec nomen sententiæ meretur habere. ab hac tamen regula excipit Episcopum ad instar illustrium personarum, ergo exceptio ista in aliis firmat regulam, & succcessiuè etiam in Inquisitoribus. *l. nam quod liquidè, de penu lega. cum concor.*

17 ¶ Item in sententia, qua † iniungitur pœnitentia vti redeunti, debent declarare, quòd pręter iuratoriam cautionem debeat reus idoneam cautionem præstare de adimplenda pœnitentia, & obseruandis mandatis iudicis, *cap. literas. §. fina. de præsump.* & Gondisla. *in tract. de hære. q. 15. nume. 12.*

18 ¶ Refert autem Campeg. † in add. ad Zanchin. capitu. vltimo, quòd in quodam Consilio prælatorum pro iudicum admonitione in ferendis sententiis in causa hæresis hæc habentur, quòd ad nullius condemnationem sine lucidis & apertis probationibus, vel confessione propria procedant: beatius est enim facinus impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare, & idem dicit cõfirmari in quodam consilio D. Guidonis, qui fuit postea Papa Clem. IIII. dicentis, & nisi testes plenè & planè in omnib' concordauerint, melius est vobis purgationem dicere, vel sententiã differre, quàm damnare, adeo quòd non crederem tutum ad vocem duorum testium hominem bonæ opinionis damnare, licèt videatur ius contradicere, quia vbi maior numerus non exigitur, duo sufficiunt. sed hoc dico, quia duos vix duos iudico, eò quòd vrgente necessitate legitimæ defensionis ordo trũcatur. hæc ille.

19 ¶ Considerent quoque † iudices in pœnitentiis indicendis qualitatem personarum, vt alias simplicibus iniungant, alias cautis & astutis, alias clericis, alias laicis, alias prælatis.

20 ¶ In scriptis aũt † redigenda sententia, & postea promulganda, neq; valeret econtrà, videlicet si primò pronunciaretur, postea redigeretur in scriptis etiam de mãdato iudicis, vt not. *in l. statutis. & leg. secunda. Cod. de senten. ex breui. recitan. & tradit Boer decis. ducentesima quinquagesima nona, num. 10.*

21 ¶ An autem præcedere debeat † abiuratio, & postea sequi sententia, vel econtrà, hoc videtur arbitrarium, quia in hoc nulla reperitur certa forma, licèt Directoriũ velit abiurationem præcedere, sed verè est arbitrarium, vt tenet etiam Campeg. in addi. ad Zanchin. in vlt. add. in fine.

22 ¶ Si reus sit absens † & contumax, & damnandus sit pœna ordinaria mortis, iudex Ecclesiasticus illum condemnabit, præsente curia seculari, declarando eum priuatum omni priuilegio Ecclesiastico, relaxando illum curiæ seculari, vt per Campeg. in add. ad Zanchin. *de hære. c. 18. in litera B.*

23 ¶ Et in sententia † debet iudex Ecclesiasticus supplicare curiæ seculari, vt cum damnato misericorditer agat, *cap. nouimus. de verborum significa. cap. degradatio. de pœnis. in 6.* Zanchin. *de hære. c. 18. nume. 7. in fine.* vbi Campegi. in addit. *sub litera C.*

24 ¶ Nota tamen, quòd etiam Ecclesiasticus † iudex posset damnare ad mortem, & mandare seculari, vt exequeretur interfici faciendo, neque ideo irregularitatem incurret, vt videtur innuere Felyn. *in cap. ad abolendam. in vlt. verbis, de hære.* licèt relinquat cogitandum.

25 ¶ Quando † per sententiam imponuntur pœnæ pœnitentiales, illa non est diffinitiua sententia, sed potiùs interloquutoria, & iniunctio pœnitentiæ, & præceptum seu mandatum purgationis, vt per Zanchin. *de hære. c. 21. nume. 1. in fin.* & Campeg. in addit. ad eundem, *capitu. 20. litera G.*

26 ¶ Formam sententiæ † Beati Dominici, contra quendam suspectum & purgandum, qua imponuntur graues pœnæ pœnitentiales, ponit Campeg. in add. ad Zanchin. *de hære. c. 20. in fi. add.*

27 ¶ An autem requiratur citatio ad audiendam sententiam. dic quòd sic, & vnica sufficiet, si sentẽtia sit condemnatoria in se defendentem: si verò in contumacem, duę requiruntur, si per annum perseuerauerit in cõtumacia, *vt per Archidiac. in c. cum contumacia. de hære. in 6. & per Fel. in c. excommunicamus. col. 2. versic. secundò nota, quòd ad ferendam. & tradit Girland. in trac. de hære. q. 8. & Carrer. in eod. tract. nu. 128. Bos. in tit. de citatio. nu. 40.* Posset tamen fortè attentari, q̃ in absolutoria non requireretur citatio, put non requiritur in absolutione ab excommunicatione, vt tradunt oẽs pẽsertim Abb. & Dec. *in c. qua fronte, & in c. cùm sit Romana, de appel.* præsertim qñ fuisset condẽnatus, vel excõmunicat' ex sola cõtumacia, & postea cõparuisset, & absolueret, vt

per

De nunciare.

per Roman. *conſi.454.* & not. Abbas & Decius *in dicto cap. qua fronte.*

28 ¶ Licèt autem diligenter † monendi ſint & docendi hæretici, antequam condemnentur, vt reſipiſcant, & errores ſuos agnoſcant, non tamen ideo contra eos publicè diſputandum: quia, vt inquit Tertul. lib. de præſumptionibus aduerſus hæretic. diſputationibus non modò non conuertuntur hæretici, ſed audaciores etiam reddunturs, & in ipſo congreſſu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum ſcrupulo relinquunt. & pariter Beatus Bernardus ſuper Cantica, ſermone 66. inquit: Nec rationibus conuincuntur hæretici, quia non intelligunt; nec authoritatibus corriguntur, quia non recipiunt; nec flectuntur ſuaſionibus, quia ſubuerſi ſunt, quamquam hæc ſalubria monita malè fuerint obſeruata cum Luthero, cum quo publicè Lipſiæ congreſſus factus, quod magnũ peperit Eccleſiæ incẽdium, vt notum eſt. Priuatim autem & in carcere, non eſt prohibita modeſta diſputatio & admonitio; quinimò indicta, vt piorum ac doctorum hominum rationibus & argumentis conuicti, ad ſanam mentem redeant, vt per Brunum, *lib. 3. de hæretic. c. 12 & ſeq.*

27 ¶ Legendæ ſunt autem ſententiæ publicè coram clero & populo, & coram iudice ſeculari, & ſolet haberi priùs ſermo de fide ab aliquo docto viro, & per aliquot dies antè præco indicit diem per publicum proclama, quo publicanda ſit talis ſententia, Simancha in Enchiri. tit. 64. num. 5.

## CAP. XXXIX.

## *de Executione ſententiæ.*

### SVMMARIVM.

1 *Executio fieri non poteſt, niſi ſententia verè lata, quamuis ipſo iure cenſeatur damnatus hæreticus.*

2 *Pœnitentia non adimpleta in vita, hæredes compellentur ſatisfacere, & qualiter.*

3 *Condemnatus ante executionem, poſt tamen ſententiam, ſi ad pœnitentiam vult venire, an audiendus ſit, & quando, vide plenè.*

4 *Ante executionem debet perſona recognoſci.*

5 *Iudex ſecul. non cognoſcit circa proceſſum, neq; pœnas immutat.*

6 *Iudex eccleſiaſticus poteſt mandare iud. ſecul. ſub pœna, vt reũ morti tradat.*

7 *Purgatus, pœnitentiam iniunctam non exoluens, vt hæreticus damnandus ab eiſdem Inquiſitoribus, impedimentum tamen ſi non obſtiterit legitimum.*

8 *Purgandus, pœnitentiam humiliter adimplens, in prædicationibus pronunciari poteſt vir optimæ conſcientiæ & vitæ.*

1 LICET hæreticus cenſeatur † ipſo iure damnatus, & bona ipſius confiſcata, tamen exequutio huius ſententiæ latæ ipſo iure fieri non poterit ante ſententiam per iudicem verè latam, *c. cùm ſecũdum leges, vbi omnes, de hære. in 6.*

2 ¶ Vbi pœnitentes † in vita non impleuiſſent pœnitentiam iniunctam, compellendi ſunt eorum hæredes adimplere, ſi per eos adimpleri poteſt, *ca. parochiano. de ſepul. c. in literis. de raptor. & c. à nobis. lo 2. de ſenten. excom.* ſecus autem ſi pœnitentia non iniuncta deceſſiſſet, vt in ca. accuſatus. §. porrò. de hęre. in 6.

3 ¶ Poſt ſententiam latã, † ſed ante exequutionem ſi velit condemnatus, dummodo non relapſus, ad pœnitentiam venire, audiendus eſt, licèt Panorm. *in capit. ad abolendam, num. 6. de hæret. ver. Item nota ſingul. tex.* videatur tenere iuris rigorem, quòd non audiatur, ſed ipſemet *in capit. excommunicamus. lo primo, nu. 10.* mitigat ſententiam ſuam, vt non procedat in his, qui ſemel tantùm lapſi ſunt, quam opinionem ſequitur & pluribus comprobat Girland. *in tractat. de hæret. quæſt. 5. per totam.* & quanquam Gondiſla. *in tractat. de hæret. quæſt. 20.* videatur tenere, quòd poſt ſententiæ publicationem non poſſit remitti pœna; attamen Girland. ibi reſpondet, & concludit, quòd donec reus eſt in manibus iudicis Eccleſiaſtici, nec dum traditus ſeculari, poteſt pœnitere, quia iudex Eccleſiaſticus nõ poteſt perfectè dici functus officio ſuo, antequam tradat ſeculari, & quòd hoc erit arbitrarium iudici conſiderata qualitate perſonarũ, & aliis circumſtantiis, maximè ſi ex certis indiciis ſperatur vera, & non ficta conuerſio & emendatio. Dictiones enim illæ, continuò, ſtatim, & ſimiles, quæ ponuntur in capitu. ad abolendam, qui videtur his obſtare, recipiunt interpretationem, vt dilationem includant aliquam, arbitrio tamen iudicis, & hanc ſententiam hodie approbant omnes, vt Zanchin. *cap. 16.* vbi Campeg. in addi. *colum. 6. verſic. hæc Pau. Girland. opinio.* dicit, quòd hæc opinio approbatur à Lucer. *in inquiſit. in verſi. redire. §. 6. & Director. in tertia parte,* vbi quòd dum legitur ſententia, & antequam tradatur iudici ſeculari, debet interrogari reus, an abiurare & pœnitere velit, quo caſu poterit. quinimò plus dicit, quòd ſi poſtquã eſt traditus ſeculari, & dum ad ignem ducitur alicuius pii viri adhortationibus reſipuerit, poterit vt pœnitens recipi, & pœna ignis commutari in murationem vel aliã ſimilem, per gloſſ. *in capitu. ad abolendam. §. præſenti. in ver. recurrere. & in §. qui verò. in verbo audientia. & in capitu. excommunicamus. il ſecondo. de hæreticis.* & ibi etiam exemplum ponitur de quodam Sacerdote, qui igni admoto dixit, ſe pœnitere, licèt fictè, quod poſtea euẽtus indicauit: nam relapſus tandem igni combuſtus fuit, & Campeg. ibi, *columna ſeptima, in fine. verſicu. hæc à Directorio.* aſſerit, hanc eſſe conſuetudinem longo tempore, & communiter approbatam, quòd etiam poſt ſententiam pœnitens admittatur. quæ omnia intellige, modò verè non fictè reſipiſcat, & miſericordiam imploret, quod quidem arbitrio iudicis relinquitur, vt ibi per Campeg. latè.

4 ¶ Iudex tamen ſecularis, † qui exequitur, debebit ad cautelam recognoſcere perſonam condemnati per Eccleſiaſticum, an ſit eadem, quæ damnata eſt, vt per Felyn. *in cap. ad abolendam. num. 7. de hæreticis.* prout de bannito capto tradit Bartol. *in l. demonſtratio. in penultima columna. ff. de condit. & demonſtrat. & in leg. inter ſtipulantem. § ſi Stichum. ff. de verborum obligationibus.* Angel. & Imol. *in leg. nominatim. ff. de hæred. inſtitut.* Bal. *in c. 1. de feud. ſine culpa am.*

5 ¶ Sed non poterit ipſe † ſecularis aliquid cognoſcere circa proceſſum, quo fuit condemnatus hæreticus, quinimò non poterit etiam pœnam mortis commutare, & ſi commutaret, incideret in pœnas non exequentium ſententias, vt pulchrè declarat Felyn. *in d. c. ad abolendam. nu. 7.* & hoc quia hoc eſt crimen merè Eccleſiaſticum, vt ibi per eum, licèt aliud ſit in abſolutione iuramenti, vt per Felynum *in capitulo ſecundo, de ſponſalib. numero mihi 27.*

6 ¶ Poterit etiam Eccleſiaſticus † mandare ſeculari ſub pœna, vt eum morti tradat, vt ibidem docet Fely. *in d. c. ad abolendam. in vlt. verbis, de hære.* licèt relinquat cogitandum.

9 ¶ Et ſi purgatus, cui † per ſententiam fuerit indicta aliqua pœnitentialis pœna, noluerit illam adimplere, poterit tanquam hęreticus damnari, *c. excommunicamus. §. adijcimus primo, ver ſi quæ verò ex eis, de hære. c. literas. de præſumpt. in fi. c. inter ſollicitudines. de purga. cano. & dixi infrà. c. 45.* quod intellige verum, niſi legitimè impeditus fuerit, modò impedimentum non fuerit ex culpa ſua, vel durauerit; nam ceſſante impedimento, tenetur adimplere pœnitẽtiam, vt per Zanch. *de hære. c. 20. num. 6.* & eſt ratio, quare non adimplens pœnitentiam, poteſt condemnari ab eiſdem Inquiſitorib. quia ſcilicet ſententia, qua imponitur pœnitentialis pœna, non eſt ſententia diffinitiua, vt per Campeg. in add. ad Zanchi. *d. c. 20 in litera G.*

8 ¶ Et notandum, quòd ſi purgandus † pœnitentiam humiliter adimpleuerit ad tollendam omnem infamiæ labem contra ipſum ortam, poterit in prædicationibus pronunciari vir optimæ conſcientiæ & vitæ, iuxta capit.

*ex tua-*

*ex tuarum, de purga. cano. & capitu. primo & secundo, 15. quæstione quinta.* & tradit idem Zanchin. vbi suprà, *numero septimo.*

## CAP. XL.

## *de Pœnis hæreticorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Hæretici, an etiam corporalibus sint pœnis compellendi ad creden. vel morte pertinaces plectendi, secundum iurium omniũ & temporum distinctiones.*
2 *Mosaica lege vide latissimè, qualiter precedebatur in condemnanda hæresi.*
3 *Euangelica lege etiam qualiter damnentur hæretici, vide plenè.*
4 *Ethnici, qualiter, & quibus superstitiones suas pœnis plectebant.*
5 *Patres sancti antiqui, qualiter hæreses vindicabant, vide latissimè.*
6 *Ciuiles leges & canones qualiter puniant hæreses, ac quib. forma, & conditionibus vti debeant, vt iusta sit punitio, tractatur per ordinem, & pœnarum diuisio, nu. seq.*

1 PRIMA se offert quæstio, † quæ plurium, & catholicorum, & hæreticorum ingenia exercuit, an scilicet liceat, & iustum sit, hæreticos pœnis etiam corporalibus compellere ad credendum, vel pertinaces morte damnare. Et quia multa ac penè infinita super hac quæstione scripta sunt, adeo vt & iustos libros aliquorũ hæc sola quæstio occupet, quę si vellem vel referre, vel omnia examinare, longior essem quàm instituti mei ratio expostulat: ideo, quàm breui⁹ potero, veritatem attingam contraria vrgentiora remouendo, quod vt faciam, distinguenda sunt tempora, vt scilicet videamus.

Primò, quid iure veteri sacro obseruabatur.

Secundò, quid iure Euangelico.

Tertiò, quid iure Ethnicorum.

Quartò, quid iure Ecclesiæ, & canonico.

Quintò, quid iure seculari Christiano. Et generalis circa omnia prædicta facienda est conclusio, Omni iure atq; omni tempore, nullo excepto, punitos esse impios, qui in Deum peccarunt malè de eo, quicunque is fuerit, quem eo tempore adorarunt sentiendo, quamquam in genere pœnarum variè senserint legum authores pro varietate temporum: nam si natura ipsa suadente nulla est tam barbara gens, quæ malos puniendos, bonos laudandos, & præmio afficiendos non existimet, adeo vt Solon duobus his Diis totum orbem regi testatus sit, pœna scilicet & præmio, si rursus nulla vnquam fuit tam impia gens, quæ modo Deum aliquem agnoscat, neque atheos sit, in ipsum Deum blasphemias & impietatem iusto odio non sit persequuta: consequens fit necessarium, vt si homicidia, adulteria, rapinæ, furta, & cætera delicta, quæ homines lædunt, punienda sunt multò magis, & hæc in Deum impietas maxima seueritate sit persequenda, & punienda. Et quòd sint cogendi hæretici ad veram fidem & puniendi, tenet latè Gondisla. *de hæreticis, quæstione 25. quæ est vltima.* & ipse Augustinus etiam primò erat in hac hæresi, vt crederet nõ esse cogendos hæreticos ad fidem, sed postea cognito errore contrariam est amplexus sententiam, vt ipse testatur in Epistola ad Vincentium Donatistam, cuius verba habentur *in capitu. vides, vt opinor. 23. quæstio. 6.* quam sententiam pluribus idem August. comprobat, vt habetur *in cap. dissplicet. 23. quæst. 4.* Et licèt tempore Apostolorum non cogebantur hæretici, id erat, quia cogi non poterant, cùm adhuc Reges & Principes non forent conuersi ad fidem, vt pulchrè declarat August. ad Bonifacium Comitem, cuius verba habentur in *capitu. si ecclesia. 23. quæst. 4.* & quòd cogi debeant, tenet etiam Thom. *secunda secundæ, quæstione decima, articulo octauo, ad primum, & latiùs quæstione vndecima, articulo tertio.* & latè etiam hanc tuetur opinionem Ambros. Catharinus Politus, qui in seculo vocabatur Lancellotus, cui⁹ etiam subtilia monumẽta habemus in iure in materia substitutionum, hanc inquam defendit opinionem in opusc. de iusta punitione hæreticorum, & latissimè omnium Alphons. de Castro, in tractatu de iusta hæreti. puni. quem iusto ac satis magno volumine absoluit, quod & factum semper fuisse, nunc ostendam.

2 ¶ Lege enim Moysis † hæreticus falsa dogmatizans, & somniis credendum, iubetur interfici, & ne credamus, quòd tantùm prælati & Theologi, qui alios docent, ea pœna subiiciantur, cautum est, quòd si & frater tuus aut filius vel filia, siue vxor tua, aut amicus quispiam voluerit tibi alenam fidẽ persuadere, interficiendi sint omnes, & lapidibus obruendi, vt omnis (inquit) Israel audiens, timeat, & nequaquam vltra faciat quippiam huius rei simile, prout hæc omnia habentur Deuteronom. capit. 13. quinimò ibidem ore Dei iubetur Moysi, vt si viderit plures in aliqua ciuitate hæretica dogmatizantes, quære solicitè (inquit Dominus) & diligenter rei veritate perspecta, si inueneris, certum esse, quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladii, & delebis eam omniáq;, quæ in illa sunt vsq; ad pecora, quidquid ẽt supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas, & sit tumulus sempiternus, qui non ædificabitur ampliùs, & non adhærebit de illo anathemate quicquam in manu tua, vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui. ex quo text. multa obseruanda sunt, quæ ad materiam, quam tractamus, conferunt.

Primò, quòd omnes tam prælati, Theologi, & Doctores, quàm etiam cæteri mortis pœna puniebantur.

Secundò, quòd pœna mortis erat lapidatio vel gladius.

Tertiò, quòd ideo mandatur à Deo hos puniri, vt vniuersus (inquit) Israel timeat, & nequaquam vltra faciat quippiam huius rei simile. Item vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur eorum, qui talia in Deum commissa vindicant.

Quartò, quòd etiam pœna ignis hoc iure erat cognita. Verùm quia posset forsan quispiam hanc authoritatem euitare, dicens, quòd loquitur tantùm cõtra eos, qui dogmatizant, & alios instruunt impiè, ideo videant, qui hęc opponent eiusdem lib. cap. 17. in quo non dogmatizantes, sed opere adorantes tantùm Deos alienos, lapidibus mandantur interfici. Rursus ne quis etiam cauillosus euitet hos locos, dicens eos loqui de idololatris, & adorantibus Deos alienos, solem, lunam, & similia, sed nos non loqui de his, sed de hæreticis, qui Deum colunt, & Christum profitentur, discordes tamen sunt in aliquo articulo, aliter intelligentes scripturas, quàm Catholici intelligunt: nam in hoc non videntur grauiter errare, cùm credant piè facere, ideo morte saltem puniendi nõ videntur. Legat inquam is, qui hæc obiiciet, idem capit. 17. paulò infrà, dum ex professo loquens de his, qui dicunt, se non esse hæreticos, quinimò rectè scripturas intelligere, & aliter sentientes hæreticos esse, adeo vt ambiguum sit, an sint hæretici, inquit Dominus in hæc verba: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, surge, veniésque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quærésque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicii veritatem, & facies quodcunque dixerint illi, & docuerint te, iuxta legem eius, sequerísque sententiam eorum, nec declinabis ad dextram, neque ad sinistram: qui autem superbierit nolens obedire Sacerdotis Imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto

creto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctúsque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Ecce quàm clarus est iste textus contra hæreticos, qui moniti à iudicibus, quòd malè sentiant de fide, quanquam ipsi putent se benè sentire, debent tamen iudicum dictis acquiescere, & obseruare mandata eorum, postquam viderint eos asserere opinionem, quam priùs tenebant, erroneam esse & hæreticam: quòd si intumescens noluerit obedire, mori debet homo ille, vt auferatur malum de Israel, cunctúsque populus audiens timeat, vt nullus deinceps intumescat superbia: sic & Leuit. cap. 20. qui declinauerit ad magos, & ariolos interfici iubetur. & Machab. 1. capit. 2. laudatur Mathathias, qui idololatram sacrificantē Dus interfecit, & Elias Reg. 3. capi. 18. Prophetas Baal omnes interfecit, quorum monumenta postea Iosias aperiri voluit, illorúmq; ossa de sepulchris tolli, & igne comburi, vt habetur 4. Reg. c. 23

Sed quid multis moror, cùm in lege Moysi videamus longè leuiora crimina non solùm morte, sed & pœna ignis, quam multi exhorrent, punita; nam & Sacerdotis filia deprehensa in stupro, flammis exurebatur. Leuiti. capite vigesimo primo. & qui supra vxorem filiam duxerit matrem eius, viuus comburebatur cum eis, & pro furto rerum Deo dicatarum comburitur fur igni cum omni substantia sua, Iosue capite 7. Quantò ergo magis morte puniendi sunt hæretici, qui animas Deo dicatas suffurantur, & in gehennam trahunt, & totam Christianam turbant Rempublicam. Et ita arguit Paul. ad Hæbræos, capite decimo, dicens: Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur; quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Verùm quia posset quispiam dicere, hæc esse iudicialia veteris scripturæ præcepta, quæ apparente Euangelio abolita sunt. audiat Cyprianum in libro de exhor. martyr. ad Fortunatum, capite quinto dicentem, postquam adduxit authoritatem Deuteronom. decimo tertio, suprà citat. hæc verba, quòd si ante aduentum Christi circa Deum colendum, & idola spernenda, hæc præcepta seruata sunt, quantò magis post aduentum Christi seruanda sunt, cùm ille veniens non verbis tantùm nos hortatus sit, sed & factis, quæ verba referuntur *in capit. si audieris. 23. quæst. 5.* nam, vt inquit Origen. *homil. 11. in Numer.* inquit, quòd benignissimus Saluator Dominus Iesus Christus nos de legis seruilis & carnalis maledicto redemit, non tamen de maledicto mandati, nec de maledicto testimonii, nec de maledicto iudiciorum, sed de maledicto legis, id est, ne subiecti essemus circumcisioni carnis, nec obseruationi sabbathorum, aliis quàm horum similibus, quæ non in mandatis, sed in lege dicenda sunt, contineri. Verùm nunc videndum, quid etiam ex lege Euangelica colligi circa pœnam hæreticorū possit, & certè facilè, si quis scripturas Euangelicas rimabitur, colliget, & ea lege non fuisse improbatam mortis pœnam in hæreticis.

Antichristi. Primùm enim dicitur per Paulum, ad Thessalonicenses 2. capit. 2. † quòd Christus Antichristum spiritu oris sui interficiet. Antichristi autem dicuntur etiam & hæretici, & seductores, vt est apud Ioannem, secunda, capite primo, prout interpretatur Cyprianus eiusdem Ioannis verba citans, Epistola sexta, libro primo, dicens, ex eius verbis apparere, hæreticos esse Antichristos, quos constat à charitate & vnione Ecclesiæ Christi, sponsæ Catholicæ, recessisse; sicut ergo Antichristus spiritu oris Dei interficietur, ita & hæretici, qui Antichristum referunt spiritu oris iudicum, qui idem est & spiritus Dei, vt habetur num. 10. ad mortem damnari possunt, neque dicas, Antichristi mortem intelligi à Paulo spiritualem, non naturalem, quia & gl. ordinaria ibi, & Lyra, interpretantur eum locum de morte verè naturali.

Item & de Christo idem Ioannes loquendo Apocaly. c. 19. dicit, quòd de ore eius procedit gladius acutus, vt in ipso percutiat gentes, id est, qui ab eo recesserunt, vt ibi Lyra exponit, & morti eos tradat.

Item & Christus ipse nos exemplo docens, facto flagello de funiculis flagellauit, & eiecit numularios de tẽplo, Ioann. 2. & ipse dixit, Ioannis decimo quinto capit. Si quis non manserit in me, mittetur foràs sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardebit. & habetur *in cap. loquitur. 24. quæst. 1.* & Beatus Petrus Ananiam & Saphiram ob solum mendacium interfecit, spiritu oris sui, Actor. 5. & Paulus Elymam magum cæcitate puniuit, quòd non desineret subuertere vias Domini rectas, Actor. capite decimo tertio. sic & Paulus ad Corinth. prima, capite quinto, incestuosum illum damnauit, vt à dæmonio corporaliter vexaretur. Et non absque causa idem Paulus inquit ad Roman. capite decimo tertio: Vis non timere potestatem, bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum: si autem malum feceris, time. non enim sine causa gladium portat. Ad quid ergo magistratus gladium portaret, si eo lege Euangelica sibi vti non liceretur? mendáxque fieret Paulus. Neque his obstat vox illa Pauli ad Roman. 12. & ad Hebræ. 10. Mihi vindictam, & ego retribuam: quam obiiciunt aduersarii, quia dictum illud est ad frenandam cupiditatem priuatæ vindictæ, expetitæ ob iniurias per aliquem ab aliquo passas, non autem quòd ideo excludat publicam vindictam magistratuum: nam aliàs malè feciissent omnes prædicti, qui peccantes grauiter punierunt, & mendax Paul. ad Roman. 13. quòd magistratus non sine causa gladium portat. Quid, quòd & ipse Christus, videns ficulneam sine fructu sola habẽtem folia, perpetua ariditate damnauit, Matth. capite 21. quod exemplum optimè hæreticis quadrat, qui folia tantùm, & inanes ac tumidas habentes opiniones, nullum fructum bonum producunt, ergo multò magis ariditate & concremationē hi damnandi sunt. Neque his obstat parabola Christi apud Matth. cap. decimo tertio, de eo, qui seminauit triticum bonum, & cùm dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania, & dum serui vellent extirpare à principio nascentis herbæ zizania, paterfamiliàs noluit, dicens: ne fortè colligentes zizania, eradicetis & triticum. sinite ergo vtraque crescere vsq; ad messem, & in tẽpore messis dicam messoribus: colligite primũ zizania, & alligate ea in fasciculo ad comburendum, triticum autem congregate in horreũ, quasi quòd hæretici sint per zizaniam figurati, qui nõ debent tolli in hoc seculo, sed in alio, dum messis erit vniuersalis iudicii. Nam pluribus modis responderi potest, primò secundum August. libro tertio, contra Epistol. Parmen. cap. 2. & refertur etiam à Gratiano in c. quidam. 23. q. 4. vbi in specie de zizania tollenda, quòd id verũ est, quando non sine periculo frumenti, id est, bonorum, possunt hæretici damnari, quod probatur per rationem adductã in Euangelio, videlicet ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. ergo vbicunque cessat ea ratio, prout hodie cessat, proculdubio ex eadem parabola colligitur extirpandam etiam zizaniam, & per consequens eradicandos hæreticos: nõ enim vt zizaniis parceretur, voluit tunc abstineri ab earum eradicatione, sed ne tritico, hoc est, bonis malum inferatur, quam responsionem sequitur Gondisla. *de hæret. quæstione sexta, numero primo.*

Item & secundò responderi potest, illam parabolam non esse præceptum aut prohibitionem, sed consilium quoddam, vt prudentiam exerceant iudices in iudicando: quod patet, quia zizania ibi exponitur ab omnibus non pro hęreticis tantùm, sed pro omnibus malis hominibus. si ergo illud foret præceptum, sequeretur quòd neque parricidæ, neque latrones essent in hac vita puniendi, & frustrà magistratus portarent gladium contra dictum Pauli, ad Rom. 13.

Item

Item & tertiò respondetur, quòd tunc, cùm hæc dixit pater ille familiàs, frumentum & zizania erant in herba, adeo ꝙ non poterat facilè discerni frumentum à zizania, & ideo ne credentes extirpare zizaniam, extirparent frumentum, prohibuit tunc, ne euelleretur. sic & de hæreticis faciendum, quando sunt adeo occulti, vt à bonis discerni non possint, neque iudicari potest, an verè sint hæretici, non est statim ad falcem currendum, sed expectandum, donec excrescant, vt ex fructib. cognosci possint, an vitæ falcem & ignem mereantur.

Item quartò responderi potest, quòd serui fuerunt illi, qui volebant colligere zizania & extirpare, qui tamen hanc potestatem non habebant, neque sciuissent zizaniam à frumento secernere, ideo voluit expectari messores, quibus data est potestas incidendi & metendi, & per consequens iudices & magistratus, quibus data est talis potestas, & qui sciunt discernere lepram à lepra, bonum à malo, vt habetur Deutero. 17. quibus etiam in ea parabola datur potestas, vt zizaniam alligent in fasciculos, ad comburendum.

Item & vltimò etiam, si parabola illa in præceptum fuisset proposita, fuit vtique proposita Apostolis tantùm, quibus tunc Christus loquebatur in parabolis, & per consequens Ecclesiasticis tantùm, qui gladium exercere non possunt: iussit enim Christus Petro, quem in summum Sacerdotem elegerat, vt gladium in vaginam mitteret, Ioann. 18. Verum est ergo, quòd Ecclesiastici iudices morte non possunt hæreticos punire, prout neque alios quoslibet, *capitulo primo, ne cler. vel mona.* sed non ideo fit consequens, quòd hæretici morte non sint puniendi ab iis, sclicet magistratibus, quibus talis potestas data est, & qui gladium non sine ratione portant. & ideo videmus, quòd Ecclesiastici hæreticos non condemnant ad mortem, sed illos priùs degradatos (si sint clerici) remittunt ad seculares iudices. & hac responsione tolluntur omnes aliæ rationes, quæ in contrarium adduci possent, videlicet quòd Deus non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur.

Item illud: Mihi vindictam, & ego retribuam, & multa similia: quia procedunt omnia quoad potestatem Ecclesiasticam, quæ gladium exercere non potest: non autem quoad secularem, cui commissa est gladii potestas, iuxta illud Pauli, ad Romanos 13. de quo suprà. aliud enim est quærere, prout in hac quæstione quærimus, an hæretici sint puniendi morte, aliud à quibus sint puniendi.

¶ Apud Ethnicos autem † semper superstitiones & alieni religionis cultus odio habiti sint, magnísque pœnis vindicati, vt videri potest apud Liuium, libro 4. & libro 25. & libro 39. & alibi sæpè, in quibus non immoror, cùm de his, quæ foris sunt, nihil ad nos; sed hoc vnum manifestum faciet, quanti fecerint Ethnici & gentes religiones Deorum suorum, & quanto odio, ac quàm atrocibus pœnis sectas diuersæ religionis sint prosequuti, quòd scil. Principes Romani ac reliqui omnes Gentiles non alia ratione, tam atroci persequutione infectati sunt. Primò Christum Saluatorem, postea Apostolos ac reliquos martyres, nisi quia idola sua & leges ac ceremonias eorum negligebant, atque illis publicè detrahebant. non enim persequuti sunt Apostolos propter proditionem Reipublicæ, aut alia quæuis crimina. erant enim pacifici, nihil contra Rempublicam tentantes, quinimò prædicantes obediendum esse Potestatib. nemini nocentes, ac omnibus benefici, neque vnquam illis aliquod aliud obiectum crimen, quàm quòd idolis thura adolere recusabant, & illos palàm vilipendebant. Ideo Principes Gentiles Deorum suorum falsorum zelatores in eorum vindictam se accendebant, putantes & meritò, peccata in Deos gauiùs punienda, quàm in homines, multò acerbiùs proculdubio in nostros hæreticos animaduersuri, si Saluatoris nostri notitiam habuissent.

5 ¶ Sed & † sancti antiqui Patres idem semper obseruarunt, vt mala & pœrtim hæreses seueriorib. pœnis vindicarent. Ideo Calixtus Papa apud Gratianum, *in capitu. iustum, 23. quæst. 3.* inquit, iustum est, vt qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes paternis existũt iussionibus, seueris oribus corrigantur vindictis, quatenus cæteri talia committere timeant, & omnes gaudeant fraterna concordia, & cuncti sumant seueritatis ac bonitatis exemplum. nam si (quod absit) Ecclesiasticam solicitudinem, vigorémq; negligimus, perdit desidia disciplinam, & animabus fidelium profectò nocebitur. Et Augustinus etiam pul. relatus ab eodem Gratiano, *23. q. 4. capitu. quidam.* docet, malos, quos coercere non possumus, quos verò possimus punire, omnino debemus his verbis. Cùm verò per negligentiam præpositorum siue per occultas surreptiones inuenim⁹ in Ecclesia malos, quos in Ecclesiastica disciplina corrigere aut coercere non possumus sine scandalo, tunc ne ascendat in cor nostrum impia & pernicioſa præsumptio, qua æstimemus nos ab iis esse separandos, vt peccatis eorum non coinquinemur, atque ita post nos trahere conemur, veluti mundos sanctósque discipulos ab vnitatis compage, quasi à malorum coniunctione segregandos, veniant in mentem illæ de scripturis similitudines, & diuina oracula vel certissima exempla de zizania, quibus demonstratum est, malos in Ecclesia bonis permixtos vsque in finem seculi, tempúsque iudicii futuri tolerandos. Cùm verò eis, per quos Ecclesia regitur, adest, (pace salua) potestas disciplinæ aduersus improbos aut nefarios exercendæ. tunc rursus neque socordia, neque segnitia dormiamus, sed aculeis præceptorum, quæ ad seueritatem coercitionis pertinent, excitandi sumus, vt gressus nostros in via Domini ex vtriusque testimoniis illo duce atque adiutore dirigentes, nec patientiæ nomine torpescamus, nec obtentu diligentiæ sæuiamus. & idem Augustinus ad Bonifacium scribens, inquit: Molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio, ille ligando, iste cædendo, sed ambo diligendo. si autem illos negligant, & perire permittant, ista potiùs falsa mansuetudo vera est crudelitas.

Item si per potestatem, quam propter religionem ac fidem Regũ tempore, quo debuit, diuino munere accepit Ecclesia, ii qui inueniuntur in viis & sepibus, id est, in hæresibus & schismatibus, coguntur intrare. non quia coguntur, reprehendant, sed quare cogantur, attẽdant. & si duo aliqui in vna domo simul habitarent, quam certissimè sciremus ruituram, nobísque illud prænuncian-tibus nollent credere, atque in eadem permanere persisterent, si eos possemus eruere vel inuitos, vt vlteriùs redire sub eius periculum non auderent, puto, nisi faceremus, non immeritò crudeles iudicaremur, quæ verba habentur *in capitu. ipsa pietas, 3. quæstio. 4. & in cap. seq.* & Ambros. *libro primo, de offic. de quo in capitu. est iniusta, ea. cau. & q.* multùm eleganter & piè inquit. Est etiam iniusta misericordia, quia si quis latronem filii deprecantibus motus, & lachrymis coniugis ei⁹ inflexus absoluendum putat, cui adhuc larocinandi aspiret affectus, non ne innocentes tradet exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem? Certè si gladium reprimit, vincula dissoluit, laxat exilium; cur latrocinandi (qua potest clemẽtiori via) non eripit facultatem, qui voluntatem extorquere non potuit? non enim cùm quis indulget indigno ad prolapsionis contagium, prouocat vniuersos? facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi. Et alibi etiam Aug. *vt in c. nimium, ea. cau. & q.* inquit contra Manichæos: Putas neminem debere cogi ad iustitiam? cùm tamen legas Matth. 2. patrem fam. dixisse seruis: Quoscunque inueneritis, cogite intrare. & cùm legas Actu. 9. & ipsius primò Saulum, postea Paulum ad veritatem cognoscendam & tenendam magna violentia Christi, nempe cæcitatis plaga cogentis esse compulsum. & idem Aug. *n cap. dissplicet. ea. cau. & q.* pluribus docet cogendos esse hæreti-

cos

cos ad reſipiſcẽtiam etiam ſeueriſſimis pœnis, & ibidem contrarijs reſpondet,& præſertim ad illud, quòd liberũ arbitrium datum eſt homini credere vel non credere, prout etiam facit *in c.quis nos.ea.q.* quare Innoc.Papa *in ca. quæſitum.ead.q.* inquit reſpondens illi quæſtioni, an poſſint promoueri, qui capitalem protulerunt ſententiam, & ſæua tormenta exercuerũt,inquit:Meminerint à Deo has poteſtates fuiſſe conceſſas,& propter vindictam noxiorum gladium fuiſſe permiſſum & Dei miniſteriũ eſſe datum in huiuſmodi vindices.quomodo ergo reprehendetur factum,quod authore Domino conceſſum eſt? & Auguſt.etiam *in cap.ſi ea.ead.q.* inquit: ſi ea, quibus vehemẽter Deus offenditur,inſequi vel vlciſci differimus ad iraſcendum,vtique diuinitatis patientiam prouocamus. ſed quid eſt, in quo magis aut vehementius offendatur Deus quàm hæreſi ac fidei diuiſione? certè nihil. grauiſſimè ergo vindicanda hæreſis.ex quibus omnibus & alijs quæ in eadem cauſa,& duabus ſeqq.videri poſſunt, colligenda eſt concluſio,hæreticos puniendos eſſe & cogendos in fide perſiſtere ex omnibus infraſcriptis cauſis.

Primò,reſpectu Dei.

Secundò,reſpectu ipſorummet,qui caſtigantur.

Tertiò,reſpectu etiam malorum.

Quartò,reſpectu bonorum.

Quintò,reſpectu habito ad rempub.Chriſtianam.

Reſpectu enim Dei puniendi ſunt: nã,vt ſuprà retuli, Auguſt.inquit,ſi ea quibus vehemẽter Deus offenditur, inſequi vel vlciſci differimus, ad iraſcendum vtiq; diuinitatis patientiam prouocamus.

Secundò,ipſimet puniti liberantur à maiori pœna,ſcilicet gehennæ: nam ſi ſemel in hoc mundo puniuntur, non punientur in alio. nam dicitur Naum 1. Nõ iudicabit Deus bis in idipſum in tribulatione. ergo qui iam puniti ſunt, poſtea non punientur. Si enim poſtea punirentur, ſcriptura mentiretur, quod nefas eſt dicere, quanquam ſententia iudicis æterni præueniri non poteſt ſententia iudicis. Ita arguit Auguſtin. *in capit.quid ergo.vigeſimatertia,quæſt.5.* licet enim, vt ibi dicitur,pro grauioribus delictis puniri poteſt peccator in hoc mundo & in alio,attamen id credendum, ſi non præceſſerit pœnitentia& gemitus ac contritio peccati.nam ſi delinquẽs naturalem mortem ſibi pro pœnitentia & iuſta punitione indictam,tanquam promeritam cõtrito & pœnitenti corde ſuſceperit, quis dubitare poteſt alterius ſeculi pœnam clementia Dei remittendam? quòd ſi leuiori pœna quàm morte punietur,timore pœnę fiet bonus,& reſipiſcet,vt ſupra dictum eſt,& habetur *ad Roman.13.* ſi malum feceris time.& Salom.Prouerb.22.ait: ſtultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam. nam & Pau.ad Hebr.12.inquit:Quem enim diligit Deus, caſtigat,flagellat autem omnem filium,quem recipit.

Tertiò,mali eorum exemplo à peccatis abſterrebuntur,cùm pœnæ ad id inuentæ ſunt, vt earum timore abſterreantur à peccatis homines, *vt habetur in dict. ca.iuſtum. 23.quæſt.3.*

Quartò,quia innocẽtes tradit exitio,qui liberat multorum exitia cogitantem: facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi,*vt habetur in dict.ca.eſt iniuſta miſericordia.23.q.4.*

Quintò, ſi peccatum aliquod vel delictũ contra rempub.admiſſum vindicandum eſt,ne detrimentum patiatur,quanto magis peccatum hæreſis erit vindicandum, quo veluti quodam duro ariete concutiuntur, & oppugnantur omnia fidei Chriſtianę fundamenta.nam,vt inquit Salomon in Eccleſ. *cap.8.* Etenim quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala.& idem Prouerb.29. inquit: Virga atque correctio tribuit ſapientiã: puer autem,qui dimittitur voluntati ſuæ, confundit matrem ſuam. ecce quòd impunitus confundit non tãtùm ſe & fratres ſuos, ſed & matrem, quaſi dicat totam Eccleſiam, quæ mater noſtra eſt,& vniuerſam Chriſtianam rempubl.quam interpretationem ſequitur ibi Hierony.dicens:puer namque,quem frequentiſſimè corripiendum admonet, populus Dei eſt: quòd ſi non aſſiduis increpationibus fuerit caſtigatus, confuſionem generat Eccleſiæ trahentib. his, qui foris ſint religioni fidei Chriſtianæ, & licèt aliquando mali correctione & pœna boni non fiant,ſed eo magis in prauitatibus ſuis obdureſcunt, & magis ac magis alijs nocent: attamen ſæpius & contrarium euenit. nam vt inquit Augu. *ſuper Pſal.127.* Cum per timorem gehennæ & pœnæ continet ſe homo à peccato, fit conſuetudo iuſtitiæ, & incipit, quod durum erat amari,& incipit timor ille excludi à charitate, & ſuccedit timor caſtus.Et Ariſtot.quoque,qui neque Deum norat, *10.Ethic. cap.9.* cenſuit iuſtum eſſe ac neceſſarium reipub.vt legum tranſgreſſores pœnis afficiantur,ne tota reſp.confundatur. Multitudo enim (inquit ille) neceſſitati potius quã rationi, & magis pœnis quàm honeſtati paret: idcirco ſunt,qui legumlatores oportere cẽſent ad virtutem inuitare ac prouocare honeſtatis gratia, propterea quòd ij,qui probi ſunt,ob cõſuetudinem præcipuè obtemperabunt, aduerſus autem inobedientes & hebetiores ingenio caſtigationes pœnasque inſtituere; at eos,qui curari atque emendari nequeunt, extrudere atq; exterminare.probum enim hominem & ad honeſtatem viuentẽ rationi obtemperaturum eſſe inquiunt: Improbum verò voluptatem affectantem dolore afficiẽdum eſſe perinde atque iumentum.reipublicæ ergo Chriſtianæ conſeruandæ gratia puniendi ſunt hæretici: quia, vt inquit Theodo. *in l.Manichæos.C.de hæret.* quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. nam, vt dicitur 1.Reg.cap.2. ſi peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus: ſi autem in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo? nam & Paulus 2.ad Timot. 2. de hæreticis loquens inquit:multum enim proficiũt ad impietatem; & ſermo eorum, vt cancer,ſerpit.ne igitur impunitate, aut nimia indulgẽtia facti audaciores magis graſſentur, & magis quotidie noceant multos trahentes in barathrum impietatis & inſipientiæ eorum: bonum eſt atq; è rep.Chriſtiana illos pœnis reprimere, vt alij metu pœnarum exterriti ſaltem nocere deſinant: quod quidem veluti iuſtum, ſanctum, & honeſtum ac Deo gratum vniuerſa ſẽmper obſeruauit Eccleſia & primitiua, dum adhuc Reges, qui morte poſſunt coercere, non fuerant amplexi fidem,& multo magis poſterior: nã, vt & ſupra retuli,Paulus vt habetur Actu.13.in Elyman magũ pſeudo-prophetam, qui doctrinæ Apoſtolorum reſiſtebat quærens auertere proconſulem à fide, puniuit eum cæcitate inquiens, ô plene omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas: & nunc ecce manus Domini ſuper te,& eris cęcus non videns ſolem vſq; ad tempus,& confeſtim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circumiens quærebat, qui & manum daret: ſic & poſtea multi igne damnati,vt Ioannes Hus,& Hieronymus Praga in Concilio Conſtantienſi, in quo in ſpecie damnatus fuit hic articulus Ioannis Hus,quo aſſerebat hęreticos comburi, eſſe contra voluntatem Spiritus, atque iterum damnatus à Leone Papa X.contra Lutherum,qui hanc hæreſim ſuſcitauerat, vt apparet in ipſius Leonis decreto poſito poſt Concilium Lateranenſe. ex quibus clarè patet malè ſenſiſſe Coraſ.Miſcell. *lib.3.cap.8.num.3.* vbi ſcripſit in primitiua Eccleſia huiuſmodi homines non fuiſſe punitos, ſed quòd relinquebãtur diuinæ vltioni, cùm hoc falſum eſſe abundè ſuprà demonſtrauerimus.

6 ¶ Ciuiles autem † leges varias ſtatuerũt pœnas in hæreticos, ſicut etiam canones & Eccleſiaſticæ ſanctiones, vt latè infra exponam,quę omnes pœnæ ſeruata hac norma ſunt imponendæ & his ſeruatis conditionibus,quę ſi ſeruatæ fuerint,iuſta erit omni iure hæreticorum punitio.

Primò,iudex non odio, neq; ira prædominante condemnet.

Secundò, moneat perhumaniter reũ, & omni qua poteſt lenitate ipſum tentet ad fidem blandè reducere catholicam, prout dicitur Matth. 18. ſi autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolũ, ſi te audierit lucratus es fratrem tuum; ſi autẽ te non audierit, adhibe tecum vnum aut duos, quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ; ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus.

Tertiò, non rigoroſè, ſed benignè interpretetur reorum dicta, neque ab eorum ore extorqueat, quę non intendunt dicere.

Quartò, pro modo delicti coerceant, neque ſtatim ad ſupremum genus pœnarum tranſiliant.

Quintò, modo ſcandalũ graue non immineat, iuxta parabolam zizaniæ, vt ſcilicet boni pereant.

Sextò, quòd puniantur, & cogantur, qui ſemel baptiſmo fidem ſuſceperũt, & pollici ſunt credere in ſanctam matrem Eccleſiam: quia quo ad Iudæos & Saracenos aliud fortè dicendum, *c. qui ſincera. & c. de Iudæis. 45. diſtin. & habetur in c. maiores. §. idem quæritur, de baptiſ.* & licèt infideles coacti fuerint fidem aſſumere, tamen ſi in hęreſim labantur, cogi debent abiurare & perſiſtere in fide catholica, *c. de Iudæis. 45. diſt.*

7 ¶ Verum † quia variæ ſunt pœnarum ſpecies tam iure diuino, quàm Eccleſiaſtico & ſeculari impoſitæ, ideo vt eas ordine proſequamur, diuidam eas in 4. certas claſſes ſiue ſpecies. nam aut ſunt ſpirituales, quę animam ſolum reſpiciunt, aut corporales, quę corpus tantum ſpectant, aut famam lædunt & dignitatem, aut bona & fortunas.

## CAP. XLI.

## *de Pœnis hæreticorum Spiritualibus, quæ animam reſpiciunt.*

### SVMMARIVM.

1 *Pœna animæ, eſt pœna excommunicationis, & eſt pœna antiquiſſima.*
2 *Pœna excommunicationis ipſo iure venit, & an ſint excommunicati etiam occulti hæretici, et cogitatio pœnam mereatur, & qualiter liget excom. & in quo foro.*
3 *Hæreticum & ſchiſmaticum quemcunque, niſi Roman. Eccleſiæ reintegretur, cum diabolo in æterni ignis incendio participaturum.*
4 *Hæreticis nec baptiſmus, nec bona proficiunt opera quantumuis magna & ſancta, & qualiter intelligatur hoc.*
5 *Hæretici propter hæreſim fiunt irregulares.*
6 *Hæretici ſepultura careant, imo ſepulti exhumentur, etiam priuilegiati.*
7 *Eleemoſynæ hæreticorum non recipiendæ, nec ſacramenta ſibi ſunt conferenda, nec retinent perfectionem ſpiritus quã acceperant, num. ſeq.*
10 *Recedens ab Eccleſiæ vnitate, deſinit eſſe in Eccleſia.*
11 *Hæreticus an de iure diuino pœnam incurrat excommunicationis.*
12 *Excommunicationis effectus, qui & quot, latiſſimè ad finem capitis vſque.*

1 CVm pœna † ſit commenſuranda delicto, *l. ſancimus. C. de pœn.* ſicut anima peccat in hæreſim conſentiens, ita & punitur pœna excommunicationis, qua dicitur anima ligari, *c. excommunicamus. 1. & 2. de hæret.* hæc enim eſt pœna à Saluatore indicta, Matthæi 18. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus. ſic & Paul. *2. ad Theſſalon. capitu. 3.* inquit: Quòd ſi quis non obedit verbo noſtro per Epiſtolam hanc notate, & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur. & ad Corint. 1. capite quinto, Scripſi, ne commiſceamini fornicatoribus, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus: nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceamini, ſi is, qui frater nominatur, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut ebrioſus, aut rapax, cum eiuſmodi nec cibum ſumere. Ideo in Concilijs excommunicati ſunt Pelagius, & Celeſtinus Donatiſtæ, & plures alij, vt habetur ex Epiſtola Vrbani Papæ, *in capit. notandum eſt. 24. quæſtio. 3.* vbi etiam reſpondet illi parabolæ de zizania, Matth. 13. & Paulus quoque ad Titum, ca. 3. apertè inquit: hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus. *quod refertur in c. dixit Apoſtolus. 24. q. 3. & eſt text. etiam in capitu. ad abolendam. de hæretic. & in authen. de priuileg. dot. hæret. mul. non præſ. §. penult. & in l. 1. in fin. C. de ſumma Trinita. & in l. placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Hæc autem excommunicationis pœna antiquiſſima eſt, & erat etiam apud Hebræos, vt habetur clare Ioan. 9. dum dicitur, iam enim conſpirauerant Iudæi, vt ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynagogam fieret. & parum poſt dicitur, quòd eiecerunt cęcum natum ſanatum à Chriſto, quia in eum credebat. & etiam Ioannis 12. dicitur, verum tamen & ex Principibus multi crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non confitebantur, vt è ſynagoga nõ eijcerentur. Ecce quomodo clarè effectum excommunicationis hæc verba oſtendunt.

2 ¶Iſta autem pœna excommunicationis infligitur ipſo iure, adeo quòd etiam hæretici occulti ſint excommunicati, *vt habetur in clem. 1. §. penult. vbi glo. etiam in ver. ipſo iure, de hæret. & ibi Cardin. & etiam gloſſ. in clem. 1. §. vlt. de vſur. & glo. 1. in cap. 1. 24. q. 1. & probatur in cap. maiores. ead. cau. & q. & tenet Afflict. in conſtitut. Regni, Inconſutilem. in 4 not. & Carrer. de hæret. num. 144.* Quanquam contra hanc opinio. glo. videatur text. *in cap. cogitationis. de pœnit. diſtinct. 1.* vbi cogitationis pœnam nemo patitur, *& in ca. cogitatio. eadem diſtin.* vbi dicitur, cogitatio non meretur pœnam, *& alia de quibus per gloſſ. in dict. §. penult. & Scriben. ibi.* & ideo Alphonſ. *de iuſta hæretic. punit. libro 2. capitu. 18.* dicit gloſſ. ibi male ſenſiſſe, & male intellexiſſe illum textum. nam licèt ibi dicatur, quòd iudices, qui ira aut odio aliquid fecerint contra hæreticos, aut omiſerint faciendum, ſint ipſo iure excommunicati, & licet amor & odium in corde, cuius ſolus Deus eſt ſcrutator, conſiſtant: attamen ſatis eſt, quòd apparet actus exterior, videlicet ipſum factum condemnationis, vel abſolutionis cum ea qualitate amoris vel odij factum, non autem punitur amor ipſe aut odium in mente retentum, & pariter dicit iura adducta per gloſſ. non probare. verum gloſſ. facile ab hac impugnatione ſaluari poteſt: nam licet apparebat actus exterior, videlicet ſententia, tamen quia ad hoc vt pœnam excommunicationis incurrat ille iudex, oportet, quòd ſententiam ipſam fecerit odio vel amore motus, quia affectus in animo occulti ſunt, ideo neceſſe eſt, quòd ſi incurritur excommunicatio ipſo facto, id eſt, ſtatim, quòd quàm primum concepit animo odio ipſum condemnare, ſtatim fuerit excommunicatus. Sed vere neque ille text. neque alia iura per eam allegata probant, quòd pœna excommunicationis liget criminoſum occultum: quia dico, quòd neque in caſu illius clementinę, neque in caſibus aliorum iurium ibi per gloſſ. allegatorum dicetur excommunicatus, antequam id, quod occultum erat, & in ſolo animo conſiſtebat, factum ſit manifeſtum, quod patet aperte: quia dato quòd iudex tulerit ſententiam odio motus, antequam tamen appareat, quòd id animo infecto fecerit per teſtes vel per eius confeſſionem, vel alio modo, præſumetur ſemper bona intentione feciſſe, quia in dubio ſemper pro iudice præſumitur, *capitu. in præſentia. de renun.* verum ſi probetur contrarium, tũc verum eſt, quòd retrotrahitur, & præſumitur vſque à principio excommunicatus: & ideo vere eſt excommunicatus vſq; à principio: ſed quia occultus fuit vſque ad probationem, non defecit ius, ſed probatio, *argumento leg. duo ſunt Titij. de teſtamen. tut.* actus enim probationis ſententiæ non eſt actus, qui damnatur excommunicatione, quia licitus eſt ex ſe, ſed animus infectus eſt

ctus est causa excommunicationis: ergo statim, quòd de eo constat, dicetur vsque à principio fuisse excommunicatus, & ideo concludendum, quòd excommunicatio ligat delinquentem statim in foro conscientiæ : quia cùm teneatur scire leges, & per leges sciat se excommunicatum, iam conscientia sua ligata est in foro poli. verum est tamen, quòd in foro fori, donec non probetur ille animus, qui fuit in causa effectus excommunicationis, suspenduntur, quia Ecclesia non iudicat de occultis, *capitu. erubescant. 32. distinctio.* & ista videtur verior solutio huius quæstionis, quàm illa quam acutè magis, quàm verè ponit Caietan. *ad Thom. secunda secundæ, quæstio. vndecima, articulo tertio.* quem in omnibus sequitur Alphons. in loco prælegato, tacito tamen auth. & pro mea distinctione, quòd scilicet in foro conscientiæ sit excommunicatus, facit: nam quando pœna imponitur ipso iure, statim ligat in foro conscientiæ, *vt per Abbat. in capitu. 1. de constitu. vbi latè Felyn. num. 58. & latius Tiraquel. in repet. l. si vnquam. C. de reuoc. donat. in ver. reuertatur. nume. 236.* & ad hoc facit dictum Pauli ad Tit. 3. hæreticum hominem deuita cùm sit proprio iudicio condemnatus: si ergo propria conscientia damnatus iam est, vt deuitetur, qui est effectus excommunicationis, vt statim dicam. circa hanc tamen quæstionem vide latissimè Campeg. *in addit. ad Zanchi. de hæretic. capitu. decimooctauo, in litera a.* vbi videtur sequi Caietan. sed in effectu concordat cum mea opinione, quòd de occultis neq; Canones, neque Concilia vnquam iudicarunt, & ibi multa allegat, & respondet omnibus contrarijs.

3 ¶ Firmissimè autem† credendum est, secundum Aug. *in lib. de fide cathol. relatum in capit. 3. incip. firmißimè. de hæreti.* & nullatenus dubitãdum, omnem hæreticum seu schismaticum cum diabolo & Angelis eius ęterni ignis incendio participandum, nisi ante finem vitæ catholicæ fuerit incorporatus & integratus Ecclesiæ, *& l. 1. in fin. Cod de summa Trinita. ibi, diuina vindicta. & dicitur in cap. quicunque. 24. quæst. 1.* quòd quicunque ab vnitate fidei vel societate Petri Apostoli, quolibet modo semetipsos segregauerint, tales nunc nec vinculis peccatorum absolui, nec ianuam possunt regni cœlestis ingredi.

4 ¶ His etiam neq; † baptismus, neq; eleemosyna quantumlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi susceptа, neque alia quantumuis bona & sancta opera proficere poterunt ad salutem, vt dicitur apertè *in d. cap. firmißimè.* nam, vt Paul. *1. Corin 13. inquit*: si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem aũt non habuero, nihil mihi prodest. quod tamen intelligendum, quòd scilicet eleemosynæ & bona opera facta ab hæretico nihil ipsi prosint, ad Regnum, scilicet cœlorum obtinendum, nõ ad extremi iudicij leuius supplicium subeundum, vt ita exponit Augustinus *in lib. de pœnitentia.* cuius dicta registrata sunt *in cap. vltimo, incip. si quis autem. de pœniten. distin. 3.* & proderunt ei bona opera etiam in hoc, quòd facilius merebitur lumen & gratiam conuersionis: & si reuersus fuerit, fortè hæc bona opera reuiuiscent, *vt in cap. firmiter. de pœnit. distinct. 3. vt per Abba. in dict. cap. firmißimè. in fin.* nam neque ei, qui non potest abstinere à peccato, deneganda est confessio, vt habetur *in cap. quod quidam. de pœnit. & remiss. & pulchre declarat Hostien. in summa, in titu. de pœnit. & remiß. §. & an ficte, & sequitur Paul. Girlan. in tracta. de hæret. q. 2. num. 11.* & quòd bona opera horum à Deo non recipiantur, probat clarè text. *in capitu. olim. 24. quæstio. 1. vbi refertur dictum Hierony. & in ca. sequen. incip.* vbi & Isidor. *de summo bo. libro primo, capitu. 20.* allegat illud Hierony. quia mei oblitus es: ecce ergo.

5 ¶ Irregulares etiam fiunt † propter hæresim hæretici, *vt habetur in c. ventum est. 1. q 1. & per beatum Anton. Archiepisc. Floren. in tract. de irregularitate. c. 6. in princ.*

6 ¶ Sepultura etiã carere debent, *vt est text. in c. sicut. il primo. & in cap. excommunicamus. il primo. §. credentes. in fi. ver. sane clerici. de hæretic.* quinimo humati si fuerint, exhumari debent, prout & omnes excommunicati, *ca. ad hæc. de priuileg.* quod procedit etiam in clericis, siue religiosis priuilegiatis: quia priuilegia non cõprehendunt hęreticos, *vt habetur in d. c. sicut.* & qui hęreticũ humauerit, excõmunicatur, neq; absoluetur, nisi proprijs manibus publicè exhumauerit, & locus insuper ille perpetuò carebit sepultura, *c. secundo, in princ. de hæret. in 6.* hæc autem pœna est tanquam sequela quædam excommunicationis, cum generaliter nullus in excommunicatione decedens possit in loco sacro sepeliri, *clemen. 1. de sepult.* & est ratio huius pœnæ, quia si pro istis orare non licet, frustra sepelirentur in sacro, in quo nullam ob aliam causam sepeliuntur Christiani, teste August. nisi, vt qui ipsa loca ingrediuntur pro sepultis orent: & ideo Augustin. *in libro de cura pro mort. agen.* inquit, sepulturas dici monumenta, quòd scilicet moneant mentes viuorum, vt pro defunctis orent, & eleemosynas faciant, quæ pœna erat etiam apud Gentiles. nam Tul. *libro 2. de legib.* dum inquit, quòd impij in Deos non solùm vita cruciati atq; dedecore, verùm etiã sepultura & iustis exequijs caruerunt. Monumẽta

7 ¶ Sacramenta Ecclesiastica† hęreticis non exhibenda, d. §. credentes, in fi. cap. excommunicamus, il primo, de hæret.

8 Eleemosynæ † & oblationes hæreticorum non sunt accipiendæ, *d. c. excommunicamus. il primo. §. credentes. in fine, de hæretic.*

9 ¶ Nõ possunt retinere † perfectionem spiritus, quam acceperant, sed eam amittunt. *c. hæretici. 24. q. 1.*

10 ¶ Simul ac quis ab † vnitate Ecclesiæ recedit, statim ipse desinit esse Ecclesia, *vt inquit Pelagi. Papa in ca. schisma. in vlt. verbis, 24. q. 1.*

11 ¶ Non leuis autem† quæstio est, an hæreticus pœnam hanc excommunicationis incurrat etiam de iure diuino? Et quidam putarunt, quòd sic, quos refert antedict. Alphons. *de iusta hæretic. punit. lib. 2. c. 18.* per dictum Pau. ad Titum 3. de quo sup. hęreticum hominem deuita post vnam & secundam correptionem, sciens, quia subuersus est. & Cano. Ioan. 2. dicitur, si quis venit ad vos, & hãc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue, ei dixeritis: qui enim illi dicit, aue, communicat operibus malignis. & Paul. 2. ad Thessalon. 3. inquit: Denunciamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. & Matth. 18. Christus iubet eum, qui fratrem monentem negligit audire & Ecclesiam, insuper idem monentem negligit, habeatur tanquam ethnicus & publicanus. & quanquam aliqui contrarium teneant, vt ibi dicit Alphons. satis est, quòd non est contra ius diuinum, quinimo potius prædictis authoritatibus conformis hæc pœna.

12 ¶ Excommunicationis autem † effectus sunt isti: videlicet quia

¶ Primò, possunt expelli à ciuitate, ne alios inficiant, *Bald. in l. nullus. C. de sacrosan. eccle. & per gl. in auth. si vero domini. C. de hæret.*

¶ Secundò, non licet eis conuersari cum catholicis Christianis, *vt in auth. de priui. do. hær. mul. non præstan. in prin.* & ratio est, quia de facili Morbida facta pecus totum corrumpit ouile, *cap. resecandæ. 24. q. 3. & probatur in l. ædiles. la prima. §. hoc autem quòd deterior. ff. de ædil. edict.* vbi gl. allegat dictum Caton. Cum bonis ambula: & facit etiam illud, Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris, *vt refert Ioan. Andr. in cap. repellantur. de accusat.* neque è contra post monitionem licet catholicis cum hæretico conuersari, *cap. dixit Apostolus. 24. q 3. & cap. quæ dignior. & cap. omnis qui, cum sequen. 24. q. 1. & in cap. sicut. de hæret.* vbi Panor. excluditur ab omni commercio & negociatione fidelium: & cum istis cibus non sumendus, vt 1. Corin. 5. & legitur 3. Reg. 13. vbi cum homo Dei ad Hieroboam missus esset, vt peccata sua exprobraret, atque vltionem futuram prædiceret: panem apud illum edere & aquã bibere prohibitus est, quod cum non custodisset, diuino iudicio re-

diens morsu leonis in itinere interijt, *& idem habetur in c. si quis inquit. 1. q. 1.* quinimo & communicans cum eo, qui communicauit cum hæretico, damnatur, *capit. Anastasius. 19. distinct.*

¶ Tertiò, puniuntur receptatores & fautores eorum, *vt in l. 1. de receptator. & in cap. ad abolendam. & per totum ferè titu. de hæreti. in Decretal. Sex. & Clem. & latius dicam infra hoc libro sub cap. de receptatoribus & fautoribus.* & est ratio, ne locus remaneat, vbi possint moram trahere, *vt dicit tex. in l. 3. in princ. C. de summa Trin.*

¶ Quartò, matrimonium contractum scienter cum hæretico non tenet, *cap. decreuit. de hæret. in 6.* sed si superueniat matrimonium, hæresis separat quo ad thorum, *Specu. in tit. de diuor. ver. eodem modo. Carrer. de hære. num. 157.* & Deuterono. 7. Deus præcipiens populo Israel, vt deleret Iebusæum, Cananeum, & reliquas quinq; generationes, addidit: Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, neque sociabis cum eis coniugia, filiã tuam non dabis filio eius, nec filiam ipsius sociabis filio tuo, quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat Dijs alienis, & qui fidelis eorum manet coniugum potest propria authoritate ab alio recedere: quòd si coniux hæreticus hæresim abiuraret, cogeretur redire, quando scilicet ab eo recessisset sine iudicio Ecclesiæ, secus si cũ Ecclesię iudicio, & fit talis separatio quoad cohabitationem non quo ad vinculum sacramenti, *vt habetur in capit. de illa de diuor.* & qui recedit, repetit dotem & donat. propter nuptias & omne lucrum, *cap. 1. de donat. inter vir. & vx.* nisi tamen sciens cum hæretico contraxerit, *dict. ca decreuit.* & quòd inter hos non valeat matrimonium, videtur text. Ambros. *in cap. caue. 28. q. 1. & in cap. non oportet. seq. ea. cau. & q.* sed aduertendum, quod prohibetur quidem, & qui contra prohibitionẽ facit, peccat mortaliter, sed tamen matrimonium contractum cum hæretico validum est; quia hæreticus seruat characterem baptismi, ideo nõ desinit esse Christianus, & si foret apostata. & ideo si fidelis cum hæretico contrahat, non dicetur disparitas fidei, quia ambo Christum profitentur, sed erit disparitas cultus, qui ad externum in operibus seruitium & religionis imaginem spectat, imò ad eãdem fidem licet corruptam, *vt declarat Thom. in 4. distin. 29. & sequitur Io. de Turrecrem. in d. cap. caue. & postremò insignis Theol. D. Soto in 4. senten. distin. 39. artic. 2. in fin.* contractum ergo matrimonium cum hæretico quo ad sacramentum valebit, sed cum peccatore mortali contractum, quia cõtra prohibitionem, & ideo dirimendum erit quo ad cohabitationem, vt dictum est: & ideo in hoc decepti sunt Carrer. *in loco præallegato,* & Vmber. *in opere iudiciali inquisitorum, in ver. pœna. ver. vigesimo.* qui ad verbum & simpliciter sequitur Carrer. tacito authore. quinimo adeo ratum est matrimonium inter hæreticos contractum, vt vno ad catholicam fidem reuerso, altero verò in hæresi persistente, quòd etiam summus Pontifex non posset matrimonium illud dispensatione dirimere, vt latè comprobat Thom. Campeg. *in hac quæstione, an Papa possit dirimere matrimonium contractum ab hæret. quam ex professo tractat, & impressa est post eius tractatum de potestate Papæ,* nisus potissimum authoritate Innocentij III. *in cap. quanto. de diuor.* & Alexandri III. *in capit. 2. de diuor. ibi tamen in ver. quod & si non possit.* concludit, quòd Papa posset constitutionem generalem promulgare hæreticos inhabiles esse ad matrimonium contrahendum, licèt non possit dirimere matrimonia eorũ, qui ante legem ipsam contraxissent. & quod dixi suprà, quòd si iudicio Ecclesiæ diuortium factum est, non cogeretur redire, secus si authoritate propria: *hoc idem multis comprobat Alphons. de iusta hæret. pun lib. 2. c. 7. tertia & quarta colum. & Didac. in tract. de matrimon. §. quinto. nume. 4.* licet glo. *in cap. quanto. de diuor. & in cap. fi. de conuers. coniug.* contrarium voluerit, quòd scilicet hæretico reuertente recuperat vxorem etiam inuitam, cuius rationibus respondet Alphons. *in loco præcitato,* & reperio Concilium Laodicenum, *cano. 31.* constituisse, quòd non oporteat cum hæreticis vniuersis commiscere connubia, nec eis filios dare, sed magis accipere, si tamen Christianos se futuros promittant, & est in primo tomo, *car. 377.* & tamen neque hoc Concilium declarat matrimonia cum eis contracta irrita. Reperio & aliud Concilium Liberinum, in quo cano. 16. ita constitutum est; hæreticis, qui errant ab Ecclesia, nec ipsis catholicas dandas puellas, sed neque Iudæis, neque hæreticis dari placuit, eo quòd nulla possit esse societas fidelis cum infideli, si contra interdictum fecerint, parentes abstinere per quinquennium placet. ecce quòd imponitur pœna parentibus, non autem irritat matrimonium, quod mirificè comprobat suprascriptam opinionem.

¶ Quintò, diffidantur, & banniuntur per legem Federici Imperatoris in constitu. Neapol. tertia, incip. Pataренorum, quæ leges Federici sunt approbatæ à iure canonico, *c. vt inquisitionis. in prin. de hære. in 6.*

¶ Sextò, ad hæreticos non est scribendum, neque eorum literæ recipiendæ, vt decreto Concilij Sardicensis sancitum est, *vt habetur in histor. Tripar. lib. 4. c. 24. & Brun. in tractatu, de lega. lib. 1. c. 6.*

¶ Septimò, seruus est diaboli, neque est sub protectione Papæ, licet sit sub eius vindicta, *vt inquit Bald. in proœm. Decretal. colum. 3. refert & sequitur Rebuff. in tract. de pacif. possess. num. 195.*

¶ Octauò, monẽtur clerici in specie in Concilio Carthaginensi quarto, *canone 70. & duobus sequentibus,* in hæc verba: Clericus hæreticorum, aut schismaticorum, tam conuiuia quàm sodalitates euitet æqualiter, *& canone 71.* eorum conuenticula non Ecclesia, sed conciliabula appellanda, & in capit. 72. cum hæreticis neque orandum, neq; psallẽdum. *qui canones sunt relati in ca. clericus. 24. q 3.* & hoc est præcipuè propter excommunicationem: quia eodem Concilio, c. 73. immediatè sequenti dicitur: Qui communicauerit vel orauerit cum excommunicato, siue clericus, siue laicus, excommunicetur, quod pariter est relatum à Gratiano in cap. qui communicauerit, 11. quæst. 3. licèt Gratianus aliter retulerit, quia in Concilio dicitur, siue clericus, siue laicus excõmunicetur, vt Gratianus sic retulit; si laicus est, excommunicetur, si clericus, deponatur.

¶ Nonò, non est permissum hæreticis in hæresi permanentibus ingredi domum Dei, *vt habetur in Concil. Laodi. cano. 6.* nec huic obstabit can. 84. Concil. Carthaginen. 4. in quo sic dicitur: Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei, siue Gentilem, siue Iudæum, siue hæreticum vsque ad missam Catechumenorum. quod etiam relatum est à Gratiano in cap. Episcopus nullũ, de consecra. dist. 1. quia gl. in c. Episcopus. soluit, vt intelligatur hoc de hæretico, de cuius reuersione spes est, vel de hæretico nondum præciso & condemnato, illud autem de damnato & de pertinaci, qui præsumuntur ingredi subsanandi gratia, licet dicat voluisse aliquos illud cap. Episcopus, correctum, quod non est dicendum, cum hoc Concil. Carthaginen. posterius sit illo Laodicens.

¶ Decimò, feriuntur anathemate præter excommunicationem, quia differt anathema ab excommunicatione, *vt est text. apertus in capit. cum non ab homine. de iudi. & in capit. excommunicamus. 1. & 2. de hæretic.* dicitur, excommunicamus, & anathematizamus. copula enim ponitur inter diuersa, *vt in rubrica, de iur. & fact. ignoran.* sic etiam differt verbum, anathematizare, à verbo, excommunicare: nam Petrus, Matthæi 14. cœpit in atrio anathematizare & iurare, quia nescio hominem istum: & tamen nulli dubium, quòd tunc Petrus non excommunicabat. & quòd differant ista verba, *est text. in capitulo, accusatoribus, tertia quæstione quinta, & Gratianus hoc expresse notat in capitulo nulli vnquam. §. notandum. tertia quæstione quarta, quod probat per capitu. sequen. incipien. Engeltrudam.* Anathema ergo propriè Græca vox est, & significat ea, quæ Deo dedicata sunt, & quæ nefas est tangere, & in vsus humanos Anathema.

humanos conuertere, *iuxta cap. semel Deo dicatum. de regulis iur. in 6.* à qua propria significatione facta est translatio ad aliam impropriam; vt sicut Deo dicata non licet tangere & in vsus proprios conuertere, ita cum excommunicatis non licet conuersari, & humanis vsibus ac negociationibus cum illis contrahere, & ideo similitudine à contrario ducta, anathema dicitur etiam excommunicatus, iuxta illud Pauli ad Galat. 1. si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit, id est, excommunicatus. quas significationes optimè probat Chrysosto. super epistolam ad Roma. homilia 16. his verbis: Quemadmodum anathema donumque id quod Deo oblatum dedicatur, nemo est, qui temere manibus contingere audeat, neque ad id propius accedere. sic & eum, qui ab Ecclesia separatur ab omnibus abscindens, ac tanquam longissimè abducens hoc nomine à contrario, scilicet appellat Apostolus magno cum terrore omnibus interminatus ab eo, vt separentur, & pedem referant. Anathemati enim, id est, dono Deo facto honoris gratia appropinquare nemo audebat: ab eo autem, qui ab Ecclesia abscissus est ex oppositа omnes sententia separabantur. quapropter separatio quidem tum hæc, tum illa ex æquo à vulgo alienatio erat. separationis verò modus non vnus, sed illi contrarius: ab illo enim abstinebant tanquã Deo dicato, ab hoc autem decedebant, tanquam à Deo alienato & ab Ecclesia abscisso. & ideo ex quinta Synodo refert Gratianus *in capitu. certum. 24. quæstione tertia*, certum est, quòd qui impius demonstratus est, omnino separatus est à Deo, sicut ille, qui anathematizatus est, tan quam impius separatus est. & ideo dixit Ioannes Papa Octauus, scribens cuidam episcopo, vt habetur in capit. Engeltrudam, quod est vltimum, *tertia quæstione quarta*, Engeltrudam vxorem Bosonis noueris non solùm excommunicatione quæ à fraterna societate separat, sed etiam anathemate, quod ab ipso Christi corpore, quod est Ecclesia recidit crebro percussam esse, & ibi glo. vult, quòd anathema sit propriè excommunicatio maior, & simplex excommunicatio sit minor: vnde autem dicatur anathema, somniat Archid. *in capitu. ad apostolicæ. de re iudica. in 6. & in capitu. Guilisarius. vigesimatertia quæstio. 4. & Felyn. in capitu. 2. num. 10. de except.* Anathema enim vox est Græca, & vt testatur Hierony. ad Galat. 1. erat proprium Iudæis, quo extremam detestationem & maledictionem significare volebant. hinc Bud. in commentar. linguæ Græcæ dicit: Anathemata dici Græcis etiam sacros homines, quorum capita Dijs inferis sacrata erant. sicut enim anathema dicitur donarium Deo dicatum, ita homines Dijs inferis, id est, morti dicati meritò anathemata dici possunt, quasi dona inferorum Deorum. cùm ergo quis excommunicatur, separatur à Deo & ab Ecclesia; cùm verò anathematizatur, maledicitur & execratur, vt cum candelis accensis, & pessundatis diræ execrationes contra ipsum à sacerdote populi multitudine astante proferuntur, *iuxta capit. debent. 11. quæst. 3. & capitu. felicis. §. præsenti. de pœn. in sexto.* quæ etiam confirmat Alphons. *de iusta hæretic. punit. libro 2. capit. 20.* licet multa ex prædictis non adducat: possumus & anathema dicere fuisse execrationes illas & fulmina, quibus Christus persequebatur Scribas & Pharisæos, Matthæi cap. 23. dum sæpius repetens has voces, væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, Duces cæci, serpentes, germina viperarum, veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine Abel vsque ad sanguinem Zachariæ. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. & illud quod paulò post sequitur: Hierusalem, Hierusalem, ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. & illud etiam quod contra Pharisæos dicebat Ioann. Baptista, Matthæi 3. progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Iam enim securis ad radicem arboris posita est: omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

¶ Vndecimò, repelluntur à iudicijs, à testimonio, & a-

lijs similibus, *de quibus latè dicam in capit. quadragesimoprimo, de pœnis, quæ famam lædunt.*

¶ Duodecimò, si quis illum percusserit clericum, non punitur pœnis, *ca. si quis suadente. Cardi. in clem. 2. §. cæterum. de elect. gloss. in capit. si quis deinceps. 17. q. 4. Felyn. in capit. vlti. de hæretic.*

¶ Decimotertiò, neque eorum legati & nuncij sunt audiendi, vt fecit Cyprianus martyr, qui primò Maximum presbyterum solum, deinde etiã cum eodem Augendum Diaconum, Mechæum & Longinum legatos à Nouatiano hæretico missos à sua communione & conuersatione simul cum alijs episcopis vnanimiter eiecit, *vt idem Cyprian. testatur, lib. 1. epist. 3. & lib. 2. epist. 11. ad Cornelium Papam.*

¶ Decimoquartò, si per annum in excommunicatione permanserint animo pertinaci, tanquam hæretici puniri possunt, *cap. excommunicamus. §. qui autem. de hæretic. vbi Felyn. post alios, & Concilium Tridentinum, sess. 25. decreti reformationis, c. 3. in fi.*

## CAP. XLII.

## *de Pœnis Corporalibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Pœna corporali quare puniantur hæretici, quæ sint latè.*
2 *Bella iustè inferri hæreticis, qualiter & quare possint, & ibi sequen.*
4 *Pœna ignis quare plectantur hæretici, & ex quib. sumatur authoritatibus, & an alia mitiori pœna.*
*Pœna ignis, quare hæreticis detur, & in quibus alijs casibus.*
*Quo iure inuenta sit ignis pœna, & an possit moderari.*
5 *Hæretici, qui tantum de fide disputarunt, qualiter puniendi.*
*Baptisma simulatè suscipiens, qualiter puniatur.*
6 *Mathematici & diuinatores qua pœna afficiantur.*
7 *Hæretici debent, & possunt extrahi ab Ecclesia inuiti.*
8 *Carceri perpetuo damnati, degradantur, & qui.*
*Immuratio quid, & quibus imponatur.*
*Pœnitentes sponte carceri non dentur.*
*Degradandus, quando detur Cur. secu. & quando non.*
*Depositus in carcerem deponitur.*
9 *Pœna portationis Crucis, aliquando infertur, aliquando fustigationis, seruitutis, inustionis in faciem characteris, ieiunij, & ecclesiarum visitationis, & belli, nu. 10. 11. 12. 13. & 15.*
14 *Iudices aduertant, ne nimia alimentorum diminutione necent damnatos, quia fierent irregulares.*
16 *Mortem lætus si subeat hæreticus, quare scandalizari non debeamus.*

1 IVstissimas † autem esse causas puniendi hæreticos etiam morte, pluribus comprobat Alphons. *de iusta hæret. puni. lib. 2. c. 12.* sed potissimum ex tribus.

Primò, ne superstes alios catholicos inficiat, & in barathrum perditionis traducat. nam, vt Paul. 2. ad Timot. cap. 2. inquit, profana autem & vaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum, vt cancer serpit. & ideo idem Pau. ad Gal. 5. inquit, loquens de falsis prophetis: Vtinam abscindantur, qui vos cõturbant: resecandæ enim sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis abdicanda, & scintilla extinguenda, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Arrius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quoniam nõ statim oppressus est, per totum orbem eius flamma depopulata est. *hæc ex Hierony. refert Gratianus in c. resecandæ. 24. q. 3.*

Secunda ratio, cur morte sint puniendi, vt scilicet alij à similibus absterreãtur: nam, vt inquit Salom. Prouerb. 19. pestilente flagellato, stultus prudentior erit.

Tertia, ne pertinacia sua quotidie in peius proficiens ædificet sibi, & augeat pœnas. nam, vt inquit Paul. ad Roman. 2. sic progrediens secundum duritiem suam, & im-

pœnitens cor thesaurizat sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddit vnicuique secundum opera eius. *& vt idem 2.ad Timot.3.* mali & seductores proficient in peius errantes & in errorem mittentes. Puniendi ergo hæretici pertinaces vltimo supplicio: nam si Saluator iubet Marci 9. vt si scãdalizauerit te manus tua, abscindas illam; & si pes tuus scandalizat, amputa illum; & si oculus tuus te scandalizat, eijce eum: nonne & si quis pertinaciter totam Ecclesiam scandalizat, amputandus & eijciendus est? melius est enim, vt vnus pereat quam plures, quos peruertere potest. & Matthæi decimooctauo dicitur, Veh homini illi, per quem scandalum venit. expedit enim ei, vt suspendatur mola asinaria ad collum eius, & demergatur in profundum maris. sed certè à nullo maius scandalum in Ecclesia quàm ab hæretico. Sed quo genere vel qua specie mortis in hoc secundum varios variarum gentium mores variè est obseruatum. Theodosius ergo Augustus, & Valentinianus Cæsar *in leg. Arriani. ver. Manichæos.* censuerunt hæreticos de ciuitate pellendos & vltimo supplicio tradẽdos, quoniam his inquiunt, nihil loci relinquendum est, in quo ipsis etiam elementis fiat iniuria. vltimi autem supplicij appellatione mors naturalis intelligitur, *leg. vltimum supplicium ff. de pœnis.* sic etiam dicitur *in leg. quicunque. §. vltim. eod. titu. de hæretic.* vltimo supplicio coerceantur, qui illicita docere tentauerint, & etiam est text. *in leg. 2. C. ne sacr. baptisf. reit.*

2 ¶ Quinimo videtur, † quòd non modò à magistratu & publica persona occidi possint, sed & à quocunque priuato, quia diffidati sunt, *vt dicitur in authen. Gazaros. Cod. de hæretic. & dicit Cardin in Clemen. 2. §. cæterum. de electio.* quòd percutiens clericum hæreticum, non incurrit censuras *cap. si quis suadente. tradit gloss. in cap. si quis deinceps. 17. quæstio. 4. vbi Scriben. Felyn. in cap vltimo, de hæret.* & leg. etiam Federici inter constitutio. Regni, tertia, & incipit, Pactarenorum, pariter diffidat hæreticos, quæ leges Federici approbatæ sunt per ius canonicum, *vt in capitulo, vt inquisitionis, in princip. de hæretic. in sexto*, licet postea recedens ab Ecclesia ipse Federicus fuerit depositus ab Innocentio Quarto, *vt in cap. ad apostolicæ. de re iudi. in sexto.* & quòd quilibet priuatus possit hæreticum occidere, sentit glo. *in c. si audieris. in gloss. 2. 23. quæstio. 5. & idem videtur ibi tenere Laud. & Ioann Fantut.* sed in contrarium est veritas, quia priuato regulariter non licet occidere, nisi hoc ei speciatim permissum sit à lege, *capitu. si non licet. §. sed his exceptis. 23. quæstio 5.* & pluribus comprobat, & alios allegat hoc tenens Archidiac. *in cap. præsidentes. in fin. de hæretic.* & Alberi. *in rubrica. C. de hæretic. num. 3.* vbi quòd imo neque capere potest priuatus hæreticum ante condemnationem. *& Bonifa. in pract. crimina. sub rubrica, de crim. hæres. numero decimoseptimo.*

3 ¶ Sed & bello illos † prosequi, quando aliter puniri non possunt, culpabile non est, *vt latè per Francisc. Aras. de bello. num. 101.* & latissimè Alphons. *de hæretic. pun. capitu. 14.* vbi concludit iustè posse bello oppugnari, modò concurrat bonus zelus & animus, authoritas publica, & cum personis, quæ non sint prohibitæ militare, & postquam iam per competentem iudicem pronunciati sunt hæretici, non ante. & nota etiam, quòd catholici euntes ad exterminium hæreticorum, sunt laudandi, & indulgentias consequuntur, *vt in cap. excommunicamus. §. Catholici. de hæreti. Carrer. de hæret. num. 156. quod pluribus ibi comprobat, quæ non transcribo.* & nostra ætate vidimus anno 1548. oppugnatos bello hæreticos, quos protestantes vocabãt Germanos, quorum Duces Dux Saxoniæ Fridericus, & Philippus Lanthgrauius à Carolo V. Imperatore, qui licèt debellati & capti, attamen clementia Caroli viuere permissi, induratis cordibus in peccatis eorum perierunt. multa etiam exempla in Scriptura veteri leguntur, quæ longum esset referre.

4 ¶ Ignis quoque pœna † plectuntur hæretici ex communi vsu, qui fundatur ex illo Regum 4. cap. 24. vbi Ozias Rex iussit comburi ossa hęreticorum sacerdotum, & ex illo Isaiæ, cap. 50. in fin. dum dicitur contra obstinatos & Christo rebelles Iudæos: ecce vos omnes accendentes ignem accincti flammis ambulate in lumine ignis, vnde & in flammis, quas succendistis. qui locus in specie ad hęreticos detorquetur in epistola, inter claras, post epistolam Imperatoris, in §. nos enim in Romana. C. de summa Trinita. & ex illo Ioan. 15. si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & aresçit, & colligent eum, & in ignem conijcient. Adde tu & illud Matth. 3. & Lucæ 3. vbi Ioann. Baptista increpans Pharisæos & Scribas non credentes, inquit: Progenies viperarum, quis demonstra uit vobis fugere à ventura ira? Iam enim securis ad radicem arboris posita est. omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. & post pauca: Ille qui post me venturus est, vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni, cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum: paleas autem comburet igni inextinguibili. Et ipse Saluator ore proprio apud Matthæum capite septimo inquit: Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos. omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. quæ omnia optimè applicantur ad hæreticorum pertinaciam. Scio aliquos contra inniti, pœnam scilicet ignis non infligendam, & satis esse, quòd gladio & vltimo supplicio puniantur, inter quos è nostris Zasius *consilio vltimo, primo volumine, numero 3.* quæ quidem opinio verè mitiorem, sed tamen hodie tanta hæreticorum impietate & pertinacia grassante non puto humanitatis, sed seueritatis potius habendam rationem, postquam tot scriptis & monitis excitati & correpti nolunt resipiscere. Neque mirum est, quòd hæc pœna in hæreticos vsu fuerit recepta, cùm antiqua fuerit etiam Gentilium contra Christianos, quos vti hæreticos, id est, ab eorum secta, cultu & religione persequebantur. hæc præcipuè pœna, quòd ad stipitem dimidij assis longitudinis sarmentis adiectis reuincto cremarẽt, atque ideo ridiculo, ac probroso nomine semissios, à palo semissis longitudinis, & sarmentarios à sarmentis, quibus concremabantur, vocabant, *vt author est Tertullia. Euseb. Quintilia. & Augustin. quos refert Petr. Crin. de honesta disciplina. lib. 1. capite 13. & ex nostris sequitur Coras. Miscellan. lib. 3. cap. 8.*

Gentiles Christianos persecuti, ergo Christiani hoc facere debent.

¶ Quam pœnam non tamen adeò exhorruerunt legumlatores, quin illam varijs etiam minoribus delictis indixerint; nam & lege Constantini relata *in l. 2. C. de Iudæ.* cautum fuit, quòd Iudæi, qui in Christianos ab eorum secta conuersos aliquid attentauerint, igni concrementur. Sic & eiusdem Constantini lege aruspices, & diuinatores ignis pœna interdicti sunt, si ad alienam domum accessissent, & qui eos vocauerit publicatione bonorum & deportatione puniuit, *vt habetur in l. nullus. C. de malefic. & mathe.* sed & Vlpianus *in l. sacrilegij ff. ad leg. Iuliam pecul.* refert sacrilegos, id est, qui templa noctu fregerunt, & dona Dei abstulerunt, viuos exustos. quanquam asserat moderandam esse pœnam, vsque ad bestiarum damnationem, quasi quòd Vlpianus exhorruerit eam pœnam, sed verè seuerior erat pœna illa pro admisso crimine furti rei sacræ. Sed cùm loquamur de hæretico, qui animas tanto Christi pretio redemptas furatur, certè condigna est pœna ignis delicto. nam si hæreticus quærit animas, in ignem ęternum & inextinguibilem trahere dignus est, qui hoc materiali igni & ipse comburatur.

¶ Item Imperatores Valentinianus & Valens, in l. vniuersi. Cod. vbi cau. fisc. fanxerunt, familiares Principis abstinere debere ab iniurijs prouincialibus inferendis, aliàs igne viui concrementur. quòd si eos tam atroci pœna vindicat, qui iniuriam inferunt corpori: quæ potest esse condigna pœna in vindictam eius, qui animæ ad similitudinem Dei creatæ, & ipsi Deo, quinimo

imo & toti Reipublicæ Christianæ tam atrocem facit iniuriam?

¶ Item dantes operam vt barbari Romanos deprædentur, vel prædam factã cum eis deprędantes viui comburuntur lege Constantini, *leg. si quis barbaris. C. de re militari, lib. 12.* quanto magis concremandi viui, qui dant operam, vt diabolus, & sæuior omni gente barbara animas catholicorum deprædetur, prædamque inter eos diuidant. Et si pariter ex responso Caij *in leg. qui ædes ff. de incend. ruin. naufrag.* qui ædes aceruumve frumenti iuxta domum positum combusserit vinctus, verberatus igni necari iubetur, si prudens id commiserit: quanto ergo magis eadem pœna tollendus est, qui animas ipsas in ignem æternum suis peruersis dogmatis conatur inijcere, singulasque animas exurit ipsi credentes cum alijs tamen catholicis commixtas, vt vniuersa domus, immo ciuitas Dei, id est Ecclesia, flammis absumatur? Et si etiam ex responso Calistrati *in leg. capitalium. §. igni. ff. de pœn.* igne cremantur serui, qui saluti Dominorum suorum insidiantur, ac etiam liberi plebeij, vt ibi dicitur: nullum profecto nefas erit eadem pœna punire hæreticos, qui Deo omnium Domino insidiantur, vt ab eius manu animas catholicorum eripiant. Et si adulterantes, & falsificantes monetam Principis igni damnantur, *leg. 2. Cod. de falsa moneta.* quanto magis igni damnandi sunt hęretici, qui monetam æterni Principis, qua sola emi potest regnum cœlorum, id est, fidem falsis interpretationibus adulterant. Et si transfugę ad hostes hac pœna puniũtur, quanto magis hæretici, qui relicta vera fide catholica ad erroneam & inimicam Ecclesię transfugiunt. & quòd trãsfugæ pœna ignis damnentur, est text. *in leg. si quis aliquid ex metallo. §. 1. de pœnis. & in l. aut damnum. §. hostes. eod. titulo.* Et si Deus ipse clementissimus Sodomitas & Gomorreos igni puniuit ob peccatum contra naturam, etiam si Abraham tam dilectus Deo pro eis deprecaretur, vt habetur Genes. 18. & 19. quam iustè etiam hæretici eadem pœna affligendi per Principes & magistratus seculares, etiam pro eis deprecante Ecclesia, qui contra Deum, qui pater est naturæ, tam grauiter peccant? Et si in seditione & schismate, quam suscitarunt Chore, Dathan, & Abiron, ducenti & quinquaginta viri ex proceribus Israel, qui illi adhæserunt, igni desuper à Deo misso consumpti sunt, quia schismatici fuerunt: & cùm de hoc facto populus contra Mosen & Aaron murmuraret, & ipsos vellet impetere incendio, etiam magna pars populi consumpta fuit, vt habetur Num. 16. non immeritò etiam hodie eadem ignis pœna punientur hæretici, qui schisma semper moliuntur. Et si sacerdotis filia in stupro deprehensa violauerit nomen patris sui, lege Moysi data à Deo flammis exurebatur, vt habetur Leuit. capit. 21. non ne iustissimè & hæreticus eadem pœna puniendus, qui filius Dei effectus per baptismum regenerationis, fornicatur cum diabolo spiritualiter fidem, cum qua per matrimonium contraxit adulterando. Neque his obstat argumentum, quo nititur Zasius *in dict. consilio vltim.* quia scilicet Imperatores iusserunt hæreticos gladio puniri, non igni. nam si rectè Zasius animaduertit, leges mandant hæreticos vltimo supplicio puniri, *in leg. Arriani. in §. Manichæos. quam allegat, & in l. quicunque. §. vltimo, de hæreti.* sed appellatione vltimi supplicij venit, *vt habetur in leg. capitalium. in princip. ff. de pœnis.* Consuetudo autem, quæ est optima legum interpres, interpretata est vltimum supplicium pœnam ignis: nam & Dioscorus Alexandrinæ vrbis Episcopus, cùm de erroribus Euthychetis ageretur in Calcedonensi Concilio, sessione prima, inquit, si Eutyches prꝫter dogmata Ecclesię sapit, non solùm pœna dignus est, sed & igne. nam & Diuus Gregorius Dialog. *lib. 1. capitu. 4.* testatur, Romæ Basilium quendam magnum combustum fuisse, & in Concilio Constantiensi ossa Ioannis Vuiclef exhumata, combusta fuerunt: & pariter Hieronymus Praga, eius discipulus hæresis damnatus à potestate seculari comburitur: *& hanc extare consuetudinem tradunt omnes Canon. Hostiens. Ioan. Andr. & Abb. in capitulo ad abolendam. de hæretic. & idem Abb. in capitu. penult. de hæretic. Bertrand. consil. 212. in secundo. Girland. de hæretic. quæst. 3. & per Alphons. de iusta hæretic. pun. lib. secundo, capitu. 12. in fi. Aretin. & Alciat. in l. 1. C. de summa Trinita. Coras. lib. 3. cap. 8.* & ideo Dantes in Inferno, Cantu 9. fingit vidisse hæreticos in domo Ditis in sepulchris ignitis & plenis flamma.

¶ Hoc autem verum puto, quòd nulla lege nominatim reperitur indicta hæc pœna ignis hæreticis, neque iure canonico, neque etiam ciuili vsque ad Federicum Secundum Imperatorem, qui Rex etiam erat Neapolitanus, qui anno Domini 1222. legem promulgauit, qua hæreticos viuos iussit comburi, *quæ lex incipit, inconsutilem, & est prima in ordine constit. Regni, vbi latè per Afflict. num. 29. in decimotertio notab. & nume. 37. vigesimo secundo notab. & etiam numero 40. in vigesimo quarto notab. & Igne. in leg. prima, §. cum dominus. numero 42. ff. ad Sylla. & Alberic. in Dictionar. in ver. hæreticus est capitali pœna, &c. & de hac consuetudine, & quòd sit seruanda, Aretin. & Purpur. in leg. cunctos populos. nume. 88. Cod. de summa Trinita. vbi etiam Alciat. numero 12. & tradit Carrer. de hæretic. num. 132. colum. 2. & Didacus variar. lib. 2. cap. decimo, numero 10.* Carolus autem V. Imperator anno 1540. legem promulgauit, qua hæretici pertinaces ignis supplicio damnantur, resipiscentes autem gladio: mulieres verò putei inhumatione, vt refert Iodocus Damhouderius *in praxi crim. capit. 61. numero 59.* sed & Deus ipse omnipotens pœnam hanc aliquando exercuit. legimus enim Olympium quendam impium Carthaginensem Antistitem, quo tempore aduersus sacrosanctam Trinitatem disputabat publicè, igneis iaculis de cœlo tactum; & Anastasium Imperatorem, cùm nescio quam Quaternitatem adorari præciperet, fulmine ictum repentè concidisse. Licèt autem negari non possit seueriſſimam hanc pœnam esse Christianorum humanitate indignam, attamen pro facinoris grauitate & pertinacia, tam odiosa ac scandalo atque schismate tam odioso, quod moliuntur in Ecclesia certe maiori etiam pœna digni forent ad cæterorum, tam impiorum & seditiosorum terrorem. Ideo Maximilianus Imperator, cùm quendam reum ad rotam damnasset, sæuissimum quidem mortis genus, rogaretur que, vt pœnam in aliud leuius mortis genus commutaret, recusauit, dicẽs: Barbari isti magis timent mortis genus quàm mortem, vt refert insignis Iurisconsult. & collega meus ac pater obseruandissimus, Dom. Marc. Mantua, apoph. 16. Iudicis tamen arbitrij erit ex qualitate personarum & aliarum circunstantiarum, quæ pœnas aggrauant vel minuunt, rem diligenter perpendere. parum enim interest, qua mortis specie moriatur hæreticus, modò è viuis pertinax tollatur, quanquam sciam aliquos tenuisse iudices inferiores non posse hanc pœnam ignis moderari, *vt per Purpur. in l. cunctos populos. C. de summa Trinitą. numero 88. & plur. sequen.* sed ego intelligo, quòd non possit minuere pœnam mortis iam condemnati ab Ecclesiastico pro hæretico, sed bene qualitatem & speciem mortis alterare.

5 ¶ Exilio etiam mulctantur, † dato quòd de fide tantum disputarent, *l. 2. C. de summa Trinit. & fide cathol. & in l. Mathematicos. C. de episc. aud. & in Arriani. C. de hæret.* nusquã conueniendi, vel commorandi habeant facultatem etiam de ciuitate pellendi, quoniam his nihil loci relinquendum est, in quo ipsis etiam elementis fiat iniuria. & *in auth. Gazaros. C. de hære.* dicitur, hæreticos vtriusq; sexus damnamus infamia, diffidamus atq; bannimus. *& in l. hi, qui sanctam. C. de apostat.* quod apostatas præciperet Imperator procul abijci ac longius mandari, nisi pœnæ visum fuisset esse maioris versari inter homines & hominum carere suffragijs. & *in auth. in constit. 42. §. at neque illi.* dicitur, quam longissimè ab hominum consuetudine remoueantur, siquidem multo præstabilius est hoc genus hominum latitare, quam in publica luce, & ante omnium oculos versari: nam si latitent, sibi ipsis tantummodo erunt

do erunt incommodo, si vero dogmata sua publicent, & vulgo proferant, multis simplicioribus occasionem præbent ad interitum, quod videtur contrarium præcedenti l. hi qui sanctam, sed vtrunq; iusta ratione sancitum, cum tamen hoc posterius priori deroget. Et in consti. nouel. 144. dicitur, si qui venerint ad baptismum simulate, proscribantur bona, & perpetuo damnentur exilio. Et dicitur etiam *in c. qui contra. 24. q. 1.* qui contra Ecclesiæ pacem sunt, si sint ignobiles, non solum in corpore verberentur, sed etiam exilio perpetuo castigentur. secundum verò Plato. *lib. 9. de legib.* vbi ponit pœnas contra sacrilegos & eos, qui peccant in Deum, nudi iubentur excludi à patria, quòd si peregrini fuerint ignito ferro cauterizandi in facie vel in manu, vt possint ab omnibus euitari, vt mali & pestiferi, ne suo consortio alios maculẽt. si ergo ciues sint, Plato vult eos omni honore exutos exulare, non occidi, quod scilicet existimet mortem eis minorem futuram pœnam quam dulci patria, & ambitis honoribus priuari.

6 ¶ Deportatione etiam † puniuntur, *l. Manichæos, & l. quicunque in hoc, C. de hæret. Benifac. in praxi crim. sub rubrica, de crimine hæresis, num. 6.* Mathematici diuinatores, nisi libros combusserint, depelli debent ab omnibus ciuitatibus, & reperti deportantur, *l. mathematicos. C. de epis. aud.* Deportantur, qui hæresim didicerunt, & seruant, qui docent morte puniuntur, *l. quicunque, §. quod si qui in his criminibus, C. de hære. vbi glo. in ver damnentur.*

7 ¶ Inuiti etiam possunt † extrahi ab Ecclesia ad pœnam mortis, *vt est glo. in Auth. de manda princ. §. neque autem, & facit text. in l. 1. C. de iis, qui ad Eccles. confugi. & in specie hoc tenet Gondisla. de hære. quæ. 11. nume. 15. & simpliciter etiam tenet Hippol. de Marsil. in l. ex Senatusconsulto, in fi. num. 11. ff. ad l. Cor. de sicar. & Boer. decis. 110. nume. 6. & Didac. Variar. lib. 2. c. 20 nu. 11. in fi. versic. decimoquarto.* & facit ratio euidens, quia si is, qui in Ecclesia delinquit contra proximum, non gaudet Ecclesiæ immunitate, *vt no. in c. vlt. de immun. Eccles. & cap. cum pro causa, eod. titu. & notant omnes in d. l. 1.* multo minus debẽt gaudere, qui in Ecclesiam ipsam, & Deum ipsius fundatorem delinquũt: frustra enim illius quis implorat auxilium, qui in ipsum delinquit, *capitu. quia frustra, de vsur. & dict. capitulo fina. & leg. auxilium, in fin. ff. de minor.*

8 ¶ Carceri perpetuo † damnantur, quo casu etiam debent degradari, *vt per Panorm. in capi. excommunicamus. il secondo. de hæretic. & sequitur Gondisla. de hæretic. q. 19. nume. 3.* & præsertim hac pœna puniendi, de quibus non speratur vera, sed ficta reuersio. Isern. *in titu. de statut. contra libertatem Ecclesiæ. §. satisfactionem. in prin.* Si qui autem deprehensi in hæresi redire noluerint, detrudantur in perpetuum carcerem, *cap. penul. §. vlt. de hæret.* De immurationis etiam pœna habetur *in cap. 1. in fi. de hære. in 6. & in cap. accusatus. in fin. & in cap. vt commissi. §. necnon faciendi. eod. titu.* vbi omnes exponunt immurationem pro perpetuo carcere: sed in contrarium facit d. §. necnon. ibi, propter hæresim in carcere vel in muro recluſi, põderando dictionem, vel, quæ ponitur inter diuersa, *iuxta glo. in rubr. ff. de iur. & fact. igno.* quòd autem murus accipiatur pro carcere, *facit clem. 1. §. sanè. de hære.* vbi quòd in aliquibus partibus carceres muri appellantur, & quòd si deprehensus sit, perpetuo carceri sit damnandus, si pœniteat, Afflict. *in constitu. Regni 1. num. 29.* sed quòd pœnitentes sponte non sint damnandi perpetuo carceri tenet, & probare nititur Igne. *in leg. 1. §. cum dominus. num. 32. ff. ad Syllan.* quando degradandus potest remitti iudici seculari, si paratus sit corrigi debet depositus in carcerem detrudi, *vt concludit Abb. in cap. at si clerici. de iud. colum. 12. idem Abb. & Anan. in cap penul. de hæret. Domin. in c. 1. 5. not. de hæret. in 6. & in ca. nec licuit. 17 dist. & tradit Fran. in c. vt commissi. in 4. not. de hære. in 6. & in c. nec licuit. 17. di. & Deci. in d. c. at si clerici. col. 21. versi. & quando.* debet tamẽ degradari prius, *vt dixi infra, nume. 7. quibus adde Gondisla. de hæret. q. 19. num. 3.* solet autem aliquando remitti hæc pœna perpetui carceris, maxime post triennium, Simancha *in Enchirid. tit. 57. nu. 3.* licet iura, quæ allegat quo ad triennium, nil probent efficaciter.

9 ¶ Puniuntur, † & vt portent crucem, *de quo cap. sequen. num. 11.*

10 ¶ Item aliquando † vt ieiunent, vt visitent Ecclesias, vt audiant diuina, & simil. secundum qualitatem & speciem hæresis in quam incurrerunt, Zanchin. *de hæret. cap. 20. num. 2. in fin.*

11 ¶ Puniuntur etiam † aliquando fustigatione, citra tamen sanguinem, *vt per Abba. in capitu. præterea. de cleric. percuss. numero 2. iuxta capitu. 2. de calum. & capit. illi, qui. 5. quæstione quinta. & per Roman. singu. 667. per cap. contra idol. vigesimasexta q. quinta.*

12 ¶ Posset etiam imponi † pœna seruitutis, *iuxta cap. ita quorundam. de Iudæ. vbi Abb. num. 2. & cæteri sequuntur, & Fely. in cap. qualiter & quando. il secondo. in §. ad corrigendos. nu. 28. de accusat.*

13 ¶ Posset etiam character † in faciem inuri, *c. ad audientiam. de crim. fal. vbi omnes.*

14 ¶ Aduertant iudices Ecclesiastici, † ne dum damnant pœna aliqua corporali citra mortem, vt puta perpetui carceris, non ita arctè illos teneant, & eis tam diminuta præstent alimenta, vt moriantur, quia si ea intentione facerent, essent etiam irregulares, *vt post Abb. tradit Campeg. in addit. ad Zanchin de hæret. cap 20. in add. sub litera G. versic. tu tamen circa pœnam.* vbi etiam, quòd pœna caueæ non imponenda.

15 ¶ Indicitur etiam † aliquando illis bellum, *vt 24. q. 1. per totum, & Specu. in titu. de secundo decre. §. restat videre. numero primo & secundo, & tenet in specie Zanchin. in tracta. de hæretic. cap. 37. numero 3. vbi Campeg. in addit. in litera B. vbi citat Thom. & alios.*

16 ¶ Ne verò † scandalum patiantur catholici, si fortè aliquis horum lætus trahatur ad mortem: neque enim ea vera est alacritas, sed insania & furor; nec patientia, sed obstinata immanitas, nam multum interest inter barbaricam immanitatem, & modestissimam martyrum constantiam: nam placidum illud, & mansuetum illud humiliter sublime, & sublimiter humile non videtur, nisi in Christi martyribus, *vt pluribus docet Cyprianus in libro de duplici martyrio, quod & Bernardus super Cantica, sermone sexagesimosexto, eleganter explicat.*

## CAP. XLIII.

## *de Pœnis Infamiæ, & Amissionis Dignitatum.*

### SVMMARIVM.

1 *Hæretici infamia facti notantur, de iure ciuili antiquo, de iure auth. etiam iuris.*

2 *Hæretici grauiores Testes esse non possunt, & quare: & leuiores an & inter quos possint testimonium perhibere.*
*Et an si de facto recipiantur, qui prohibentur, sententia sit ipso iure nulla.*

3 *Hæretici sententia, quia iudex esse non potest, est ipso iure nulla, nec etiam excommunicare quenquam.*
*Item nõ potest esse Miles, nec Aduocatus, nec Notarius, nec publica Officia gerere, nec Vocem in capitulo dare, nec Deponere, & quid in occultis hæreticis, nu. 4. 5.*
*Baptisma hæretici, an habeat aliquẽ effectum, & si alia ab hæreticis ministrentur, quem effectum habeant.*
*Beneficium Ecclesiasticum, nec hæretici, nec eorum fautores, nec filij, & alij vsque ad secundam generationem consequi possunt, & num. 6.*

7 *Hæretici tradendi iudici seculari, degradandi sunt.*
*Hæretici in degradatione requiritur solus Episcopus conuocatis alijs abbatibus, prælatis, et religiosis, & literatis sua diœcesis.*
*Degradantur hæretici, etiam carceribus damnandi.*

8 *Hæreticus priuatur per sententiam omnibus dignitatibus, etiam papatu, & reuersus eas non recuperat.*

9 *Hæretici*

9 *Hæretici appellantur detestandis nominibus, & secundum eorum diuersos errores, vt Arriani.*

10 *Hæreticorum congregationes, & conuenticula sunt prohibita, nec possunt ædificare sibi Ecclesias, nec locum orationis.*
*Item nec disputare eis permittendum est.*

11 *Hæretici lapsi in eorum infamiam portant crucem pro pœnitentia, & qualiter eis imponatur.*

12 *Qualitas & dignitas personæ, in pœnis hæreticis infligẽdis minime attendenda est.*

13 *Iudex etiam excommunicatus potest contra hæreticum procedere.*
*Item ob hæresim soluitur cognatio.*

14 *Publicè oblocuti, publicè in Ecclesiis, triuijs, & prædicationibus delicta sua detestentur. Et si humiliter pœnitentiam adimpleuerit, potest pro bono viro in concionibus publicari. num. sequen.*

1 INfamia quoque † puniuntur hæretici, *leg. 1. in fin. C. de summa Trin. auth. credentes. C. de hæret.* vbi quòd ipso iure sunt infames. Infames autem sunt infamia iuris & facti, & viles, *Bald. in rubrica, C. de summa Trinita. & fide cathol. num. 15.* & dicitur *in authen. Gazaros. C. de hæret.* hæreticos vtriusque sexus perpetua damnamus infamia, & habetur in constitut. nouel. 45. Infames autem sunt de iure ciuili infamia facti tantum, non iuris, *Bald. in leg. 1. Cod. de summa Trinit. num. 5.* quod verum intellige iure antiquo, sed hodie *per authen. Gazaros.* ipso iure notantur etiam iuris infamia, Alcia. *in d. l. 1. C. de summa Trinit. num. 12.* quod tacito authore sumpsit à Petr. de Bellapertica ibi, *colum. 3. ver. 2. opponitur, vbi late.*

2 ¶ Ex qua infamiæ pœna sequitur, † quòd testis esse nõ potest in iudicio, *l. quoniam. C. de hæret. Bart. in l. Cassius. ff. de Sena. & Spec. in tit. de teste. §. fin. ver. quid de portantibus. & ver. item quod est Iudæus.* & cum etiam sit excommunicatus, *vt supra conclusum fuit, capit. 39.* ideo ea quoque ratione testis esse non potest, *vt habetur in c. veniens, vbi omnes. C. de testi. & in c. Rodolphus, de rescript. & per Barto. & ibi Alex. in addit. in l. 3. §. lege Iulia. ff. de testi. & per Spec. in tit. de teste. §. 1. ver. item quòd est excommunicatus, & pluribus hoc comprobat Carrer. de hæret. nume. 143.* & quòd testis esse non possit, probat auth. credentes. *C. de hære. & Alberic. in tract. de testi. §. consequenter. nu. 3. & glo. in l. 1. C. de summa Trinita. in verbo, diuina.* & dicitur *in l. penult. C. de hæret.* quòd grauiores hæretici non possunt in omni casu, & inter quaslibet personas testimonium reddere, leuiores autem possunt inter ipsos testificari, non tamen contra catholicos.

Item possunt hi leuiores in testamentis & contractibus esse testes, *& idem in constit. nouel. 45.* Nota tamẽ, quòd eo iure, quo hæreticus est infamis infamia iuris, non potest testis esse, eo autem iure, quo est infamis infamia facti, admittitur in subsidium, *Iaco. Butrig. in l. cunctos populos. C. de summa Trin. in 2. col. in fin. versi. item quæro, an hæreticus repellatur.* & idem Butrig. *in rubri. C. de hære. in 4. q.* dicit, quòd vbi reperitur, quòd Iudæi vel hæretici possint esse testes contra Christianos, illud est de facto, si tamen tales testes fuissent recepti, & sententia per eorum dicta lata nõ esset ipso iure nulla, nisi contineret expressum iuris errorem, puta quòd diceret, stantibus testibus hæreticis, *Alberic. in l. credentes. in fin. C. de hæret. & Saly. in l. 1. C. de summa Trin. num. 17.*

3 ¶ Iudex esse non potest, † quòd si de facto fuerit sententia ab eo lata nulla est, neque causæ aliquæ ad eius audientiam perferri possunt, *auth. credentes. §. quod si forte. C. de hæret.* ideo dicitur, quod hæreticus hęreticum damnare non potest, neque excommunicare, *24. q. 1. per totam, & infra num. 8.*

¶ Excommunicare non potest, quia non potest quenquam eius excommunicare sententia, quem iam se præbuerat ipse remouendum, *c. ait Celestinus. & c. seq. 24. q. 1.* & quòd nullo modo possit iudicare, latè decernitur *in c. miramur. ea. cau. & q.* & sententia per hæreticum lata etiã inter suos non valet, *Alberic. in rubri. C. de hæret. nu. 3.*

4 ¶ Aduocatus esse non potest, † neq; in patrocinio audiri debet, *d. authen. credentes. §. penult. C. de hæret.* neque potest postulare in iudicio, *constit. nouel. 144.* neque hæreticus, neque filius hæretici potest esse aduocatus contra Christianum, *Specu. in tit. de aduo. §. 1. nu. 1.*

¶ Milites etiam esse prohibentur, *leg. quicunque. Cod. de hæretic.*

5 ¶ Notarius esse non potest, † & instrumenta per eum confecta nullius penitus momenti esse censentur, *d. authen. credentes. in fi. C. de hæret.* Instrumentum hæretici non valet, *Alberic. in rubri. C. de hæret. num. 3.* quia ab omnibus actibus publicis prohibentur.

6 ¶ Officia publica † gerere non possunt, neque in consilio, vel capitulo vocem dare ad eligendum, vel aliter, *auth. credentes. in princ. C. de hæret.* ideo ordinatus ab hæretico deponendus est, quia ordinatio nulla est, *ca. ordinationes. 9. q. 1. cap. 1. & 2. de schisma. iunctis dictis per Abb. in rubrica, de hæreti.* Pariter deponere & excommunicare non potest, *vt habetur in summa. 24. q. 1.* vbi glo. hoc intelligit in hæreticis damnatis manifestis: secus in occultis, donec tolerantur. non potest enim excommunicatus quenquam excommunicare, neq; prostratus aliquem deijcere: nam ligandi vel soluendi potestas veris, non falsis sacerdotibus à Domino tradita est. Apostolis enim dicturus, Quorum remiseritis peccata, remittentur eis: præmisit Saluator, accipite Spiritum sanctum, vt cunctis ostenderet eum, qui Spiritum sanctum non habet, peccata nõ posse tenere vel remittere: sed nullus Spiritum sanctum recipit, qui non sit intra Ecclesiam, & ideo extra eam nihil operatur: ergo hæretici, qui sunt extra Ecclesiam, nõ possunt esse ministri Spiritus sancti, *vt omnia hæc habentur in c. audiuimus. 24. q. 1.*

¶ Excommunicatus tamen hęreticus ab hæretico, debet à catholicis vitari, *vt dicitur in cap. subdiaconus. 24. q. 1.* Et baptisma etiam ab hæretico ministratum, modò in vnitate catholicę fidei accipiatur, non caret effectu. Alia verò sacramẽta, vt sacri corporis & sanguinis Domini, excõmunicationis, vel reconciliationis, si ab hæretico ministrentur, vel nullum, vel lethalem habebunt effectum, & ab omnibus fidelibus nullatenus sunt recipienda. *hæc habentur in dict. cap. subdiaconus. §. sed illud. vigesima quarta quæstio prima.*

¶ Et ideo si quis communionem acceperit à manu hæretici etiam ignorans, ei pœnitentia indicitur, quanquã leuior, quam si sciens & prudens id fecerit, *ca. si quis dederit. quod est penul. 24. q. 1.*

¶ Quinimo melius est mortem subire, quam de manu hęretici communionẽ accipere, vt fecit Ermigildus Rex, qui ob hoc summè laudatur per Gregor. *in cap. vltimo, ea. cau. & quæst.*

¶ Ratio autem differentiæ, quare baptisma habitum ab hæretico tenet, non sic de alijs sacramẽtis est, quia homo saluari potest sine alijs sacramentis, non autem sine baptismo, quod est omnium sacramentorum ianua, *cap. si quis confugit. 1. q. 1.* & ista ratio assignatur *in ca. præter hoc. §. hæc de malis. 32. dist. vbi latè Præpos. num. 8.* Hæretici, & fautores eorum, & filij ipsorum vsq; ad secundam generationem ad nullum Ecclesiasticum beneficium seu officium publicum admittuntur, si secus actum, irritum erit, *c. 2. §. hæretici autem. de hære. in 6.* Neq; possunt habere officia inter Christianos, Barto. *in auth. de priuil. num. 2.* Notandum tamen, quòd Papa etiam hæreticus potest eligi, neque ei obstabit exceptio hæresis, licèt possit accusari de hæresi, & pariter Cardinales excommunicati, & hæretici poterunt eligere, neq; obstabit eis exceptio hæresis, *vt habetur in c. licet. de elect. vbi Zabarel. in vlt. col. & Imo. in cle. ne Romani. nu. 27. & 28. de elect. sequitur Capici. decis. 114. nu. 5. & 6.*

7 ¶ Degradantur etiam ab ordinibus suis, † dum sunt iudici seculari tradendi, quod tamen generale est in omni crimine, in quo pœna mortis imponenda, *c. cum non ab homine. de iudi. c. nouimus. de verb. signific. & in Concilio Tridentino, sess. 13. c. 4.*

Notan-

Notandum tamen, quòd licet regulariter in degradatione presbyteri, sex Episcopi, & in causa Diaconi, tres sint adhibendi, iuxta ordinarium, *vt habetur in cap. felix. 10. q. 7. & c. seq. & in cap. degradatio. de pœnis. in 6.* attamen in hoc crimine hoc est speciale, vt non requiratur numerus Episcoporum, de quo in dictis capitulis, sed solus Episcopus conuocatis alijs Abbatibus, & prælatis, & religiosis, ac literatis personis suæ diœcesis poterit hæreticos degradare, *cap. 1. de hæret. in 6.* quòd si in diœcesi tales personæ non reperirentur, poterunt assumi ex alia diœcesi, *vt ibi per Ioann. Andr.* Degradatio autem fieri debet non tantum, quando tradendi sunt iudici seculari, sed etiã quando perpetuo carceri condemnantur, *vt habetur per Panor. in ca. excommunicamus il secondo. de hæret. & sequitur Gondisla. de hæret. q. 19. nu. 3. & c. 1. de hære. in 6. & Girland. de hære. q. 3.* Et quòd sit degradandus, est tex. *in c. ad abolendam. de hæret. & in c. excommunicamus. §. 1. eo.* Quam autem canones appellãt degradationem, ac etiam Iustin. *in l. 1. C. de priuil. schola. lib. 12.* Hieronymus in Epistola contra Io. & Ruffinum, appellat regradationem, *et refert Igne. in l. 1. §. cum dominus. nu. 28. ff. ad Syllan.*

8 ¶ Dignitatibus etiam omnibus† priuatur, & prælaturis, etiam si esset Papa, *cap. si Papa. 40. dist. ibi,* nisi deprehendatur à fide alienus, *& c. Anastasius. 19 dist. & no. in cap. Achatius. 24. q. 1. & not. in c. principium. de pœni dist. 2. & in c. in fidei. de hæretic. in 6.* nam hæreticus, etiam si sit Papa, minor est quolibet catholico, *vt habetur in d. c. Achatius. & d. c. Anastasius. & in c. scimus. 19. di.* Quinimo & reuersus ad Ecclesiam, dignitates & ordines non recuperat, *cap. 1. & per totam 1. q. 7. & in c. si quis hæreticæ. 1. q. 1.* Nisi fortè consuetudo extaret in contrarium, *iuxta cap. nos consuetudinem. vbi glo. Gemin. & Præpos. 12. dist.* Miles cingulo spoliatur, *l. 3 in fin. C. de summa Trinitat. & l. quicunque. §. nullum. C. de hæret.* Priuilegijs omnibus occasione religionis concessis priuantur, *leg. 1. C. de hæret.* Non possunt hæretici habere, neque prælatos, neque ministros, *l. omnes vetitæ. C. de hæret.* Neque dicere letanias, neque alia officia, *l. 3. C. eo. & consti. nouel. 144. ca. qui contra. 24. q. 1.* Non valet priuilegium pro hæreticis impetratum, *l. Arriani. C. de hæretic.* Priuantur honoribus & immunitatibus, *l. curiales. C. de hæret.* Palatij cõmunione priuantur, *l. quicunque. §. nullum. C. de hæret.* Hæreticus non baptizato ad Rempub. non accedito, *constit. nouell. 37.* Leo & Iustinianus Imperator priuarũt hæreticos dignitatibus, *constit. nouel. 109.* Neque potest ciuilem administrationem capere, neq; inter consortium rhetorum assumi, neque iuuenes instituere, *consti. nouel. 144.* Et Episcopus, qui hæreticum instituit, excommunicatur & deponitur, *cap. si quis Episcopus. de hæret.* Et primam potestatem amittunt, *ca. 2. §. illorum autem. de hæret. in 6.* & quòd nullam habeant potestatem, est text. *in c. didicimus. 24. q. 1.* Neque possunt remittere peccata ibi. Non potest etiam consecrare, quia consecrare est simul sacrare, sed diuisus prout est hæreticus, non potest simul sacrare, ergo. *ca. pudenda. 24. q. 1.* Priuantur tamen officijs & dignitatibus, non ipso iure, sed per sententiam ferendam, & ideo ante fructus officij faciunt suos, *c. ad abolendam. §. præsenti, de hæret.* vbi non dicitur, quòd ipso iure priuentur. Alphons. *de iusta hære. punit. lib. 2. c. 9. col. 8. in fi. & seq.* vbi quòd saltem acquiret fisco.

9 ¶ Nominibus detestandis nominandi, vt vesani, & dementes appellantur *in l. 1. C. de summa Trinita.* Et dementia obstinationis animi appellatur hæresis *in l. 2. C. eo.* Et turbæ etiam hæreticorum appellantur ibi. Non nominentur Christiani, sed suis apertis criminibus nuncupẽtur, vt Arriani, Nestoriani, & simil. *d. l. 2. §. vlt. C. de summa Trin. & l. damnati. C. de hæret.* Factiosa etiam eruptio vocatur hęreticorum, *in d. l. 2. in fin.* Sectæ funestissimæ, *in l. quicunque. §. vniuersi. C. de hæret.* Hæretica superstitione profanant, *l. hi, qui sanctam fidem. C. de apostat.* Et quòd conuenticulæ eorum non Ecclesia, sed conciliabula appellanda sunt, *cap. clericus. 24. q. 3.* Ad altare reticenda nomina hæreticorum, *vt est apud Leonem Papam, Epistola 38. quæ recitatur in Concilio Carpenoracensi, in epistola Leo. 38. num. 3. & in 1. tomo Concil. car. 660. colum. 1.* Immanissima etiam sacrilegia nuncupantur, *l. quicunque. §. fin. C. de hære.* Et leprosis æquiparantur, *vt per glo. Leuit. cap. 13. & Num. cap. 5.* Iniquitatis filius dicitur post sententiam, qui ante dilectus filius nuncupabatur. nam si impetratur beneficium hæretici, si non sit condemnatus; dicetur, quod dilectus filius noster tenebat, post cõdemnationem autem dicetur, quod iniquitatis filius noster tenebat, *Petr. Rebuff. in praxi beneficia. in for. signa. simplicis prouisionis, in tertia parte, in clausula modi vacationis, num. 8. est mihi fol. 119. in impressis in quarto apud Griphium Venetijs, & licet nil alleget, probari potest in c. cito. 1. q. 1. ibi, sicut enim qui filij promissionum.*

10 ¶ Congregationes † eorum prohibẽtur & cœtus, adeo vt neq; loca ad id habere possint, *l. 2. C. de summa Trini.* Non possunt ædificare sibi quasi Ecclesias, nec in publicum conuenire locum, *l. Arriani. C. de hære.* Non Ecclesias, non monasteria sibi construant. Parasynaxim, & conuenticula tam diurna, quàm nocturna non contrahant; neque ad domum vel possessiones cuiusquam, neque ad monasterium vel quemcunque alterum locum operaturi sectæ funestissimæ congregentur, *l. quicunque. §. vniuersi. C. de hære.* Non licet eis publicè vel priuatim conuocare cœtus vel circulos & disputare, *dict. l. quicunque. §. nulli. C. de hæret.* Hæreticus nullam omnino hæresis domum, aut locum orationis habeto, *constit. nouel. 37. & in authent. de interdict. colleg. hær. latè.* Synagogas habere non possunt, sicut Iudæi, *c. Iudæus. lo primo, de Iudæ. c. clericus. cum seq. 24. q. 3. Cyn. in l. 2. in fi. C. de summa Trini. post glo. ibi.* aliàs locus ille, in quo conueniunt publicabitur, *d. l. quicunq; §. vniuersi. C. de hæretic. & l. conuenticulam. C. de Episcop. & cler. Carrer. de hæret. nu. 153.* Neque possunt in locis suis dicere litanias, aut alia officia, *l. 3. C. de hæret.*

11 ¶ Portant crucem † sæpe pro pœnitentia in infamiã, quæ imponitur ijs, qui publicè detestati sunt fidem & lapsi, non autem suspectis tantum, quia cruces sunt insignia hæretici pœnitentis, & quando imponunt, vestitur damnatus veste habente scapulare, vt religiosi habent, super qua duę sint cruces, altera ante, altera retro, longitudinis palmorum trium, & latitudinis duorum, de his vide Zanchin. *de hæretic. cap. 20. num. 3. vbi Campeg. in addi. sub litera F.*

12 ¶ Et in pœnis infligendis † nullum priuilegium aut dignitas personæ attendenda, siue sint milites, *l. Arriani. in fi. C. de hæret. l. nullus. C. ad l. Iul. maiest.* siue clerici, sacerdotes & religiosi, *c. ad abolendam. & c. excommunicamus. de hæret.*

13 ¶ Et † contra hæreticum poterunt etiam excommunicati procedere, neque ideo processus erit nullus, *vt habetur in c. præsidentes. de hære. in 6.*

¶ Soluitur etiam omnis cognatio, cum æquiparentur relegatis, *vt Insti. de ijs, qui sunt sui vel al. iur. & Carrer. de hære. nu. 168. circa fin. & probat tex. in l. postliminij. §. filius, de capti. & postli. reuer. & not at Bal. in l. fi. ff. de recepta.*

14 ¶ Si † publicè obloquuti sunt de fide, publicè etiam in triuijs, Ecclesijs, & prædicationibus detestẽtur errorem suum, vt per Zanchin. *de hæret. cap. 20. num. 2. & ibi Campeg. in add. sub litera D.*

15 ¶ Nota tamen, † quòd si purgatus humiliter pœnitentialem pœnam adimpleuerit, ad tollendam omnem infamiæ maculam poterit publicè in concionibus prædicari pro viro optimæ conscientiæ & vitæ, *iuxta c. ex tuarũ. de purg. cano. & c. 1. & 2. 15. q. 5. & per Zanch. de hære. c. 20. nu. 7.*

## CAP. XLIIII.

## *De Pœnis bona respicientibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Bona hæretici ipso iure confiscata intelliguntur, nec requiritur sententia, nisi declaratoria ob fructus.*

2 *Idem de patrimonialibus si sunt clerici, & ea in quibus vtile dominium habent reuertentur ad directum, & quid de stipendiarijs.*

*Et quomo-*

*Et quomodo diuidantur, & inter quos hodie.*

3 *Bona laici, immediato domino, non supremo applicantur.*

*Bona quamuis ipso iure applicentur, non tamẽ nisi secuta sententia vendicantur.*

*Quando Inquisitor possit, vel non facere gratiam.*

4 *Bona hæretici alienata solutis melioramentis vendicantur, & pretium per emptorem exbursatum restituendum est.*

5 *Bona emphyteutica hæretici, an applicentur domino directo, siue Ecclesiæ, & quid de iure auth.*

6 *Beneficium hæretici, est expensis exprimendis impetrabile.*

7 *Pœna pecuniaria an hæretico non pertinaci imponi possit, & cui applicetur, quibusq; casibus iusponatur talis pœna.*

*Clerici non puniuntur pœna pecuniaria, si nil proprij habent.*

8 *Bona hæretici in confiscatione quomodo diuidantur, cuiq; applicentur.*

9 *Hæretici pronunciati bona, an inuito ecclesiastico iudex secularis possit statim publicare, quòd sic.*

10 *Bona per fiscum occupata, an recuperet hæreticus, & quando restitutione sibi concessa, & quæ alia bona etiam recuperet, & pecunias.*

*Et quando recuperet beneficium, quo fuerat priuatus.*

*Et quando, & à quo fiat ista restitutio.*

11 *Bona in hæreticum alienata, si in eis sunt Ecclesiæ, vendicãtur à fisco Ecclesiæ.*

17 *Publicatione bonorum quanto tempore præscriptio fiat in hoc crimine, distingue.*

*Contra hæreticum quare non currat præscriptio.*

*Possidere, imo nec detinere potest hæreticus.*

*Et an possit impetreri hæretico beneficium hæretici, cum non possideat.*

13 *Domus, & loca hæreticorum, & bona illorum, qui ea illis dederit publicantur, & etiam domus scientis eas conuenticulas ibi fieri, etiam quòd non sit hæreticus.*

*Area an vacua semper remanet, domo destructa. Et quid si ciuitas destruatur.*

14 *Mulier hæretica priuatur beneficio Senatusc. Vellei. & filiusfam. Macedoniani.*

15 *Mutuans hæretico ad domus refectionem, non habet tacitam hypothecam, vt cæteris præferatur.*

16 *Testari non potest etiã ad piam causam hæreticus, nec codicillari, nec quamuis aliam vltimam voluntatem exprimere.*

17 *Succedere hæreticus minime valet, nec aliquid habere etiam ex militis testamento.*

*Filius hæreticus exhæredari potest.*

*Iudæo relinqui potest, non autem hæretico, imo ei relinquens punitur.*

18 *Vsucapere non potest pro hærede hæreticus.*

19 *Hæreticus non potest conuenire, quamuis conueniatur, & in multis alijs est deterioris conditionis.*

*Et quando aduocatus pro eo interuenire possit.*

20 *Iuramentum seruare tenetur hæreticus, licet non iuret vt orthodoxus.*

21 *Restitutionem rerum Ecclesiasticarum, neq; patrimonialium hæreticus non petit, neq; agere potest petitorio.*

22 *Seruum Christianum hæreticus minime habere potest.*

23 *Rescripta nõ impetrat hæreticus, neq; beneficium annalis possessoris, nec absolutionem ad cautelam.*

24 *Iure patronatus, & feudo: nec enim præstare domino fidelitatis iuramentum quando est hæreticus, & beneficio ipso iure priuatur hæreticus, nu. 25. & 26.*

27 *Debitor iurans dare hæretico, non tenetur id seruare.*

28 *Serui à dominica, & liberi à patria liberantur potestate. si dominus & pater sunt hæretici.*

*Debitores non tenentur soluere debita hæretico creditori, nec depositarij depositum restituere, neq; castrum ad custodiam datum, neq; vxor reddere debitum.*

*Filius tenetur in casu famis patri indigenti subuenire.*

*Mater hæretica in pœnam dotare tenetur filiam hæreticam, & pater hæreticus etiam ad donationes propter nuptias.*

*Occulti hæretici, an istas patiantur pœnas.*

*Regis hæretici regnum conceditur successori, non autem confiscatur.*

29 *Hæreticus, quando Inquisitores non habent vnde viuant, tenetur ad eorum expensas, & sportulas.*

*Et condemnatur ad construẽdas Ecclesias, & ad alia opera pia, num. 30.*

31 *Vsurarum ad restitutionem quando teneantur hæretici.*

*Suspendi potest purgandus clericus à beneficio. num. 32.*

33 *Transigi quare non possit super hoc crimine.*

34 *Pater dotare filiam hæreticam non tenetur.*

35 *Hæretica dotis priuilegio priuata est, & perdit dotem, fisco tamen applicandam, non marito.*

36 *Pœnæ arbitrariæ sunt quandoq;, & commutari possunt ante sententiam.*

37 *Pœna arbitraria vna imposita, cæteræ remissæ integuntur, & quare.*

38 *Loca hæreticorum dantur Ecclesiis, num. seq.*

40 *Contrahere hæreticus non potest vllo modo, id est, quoad sui vtilitatem. num. 43.*

41 *Onera subit hæreticus, quamuis ab honoribus arceatur.*

42 *Hæreticus delictum aliud committens, ab Episcopo punietur, & quoad habitum est de corpore Ecclesiæ.*

44 *Pœnis pluribus ex diuersis iuribus prouenientibus, vna aliam non tollit.*

1 BOna hæreticorum † intelliguntur ipso iure confiscata in Ecclesiam, *ca. cum secundum leges. de hæret. in 6.* ideo iudices Ecclesiastici nõ possunt minorem pœnam imponere pecuniaria, *vt ibi notatur, & gloss. & Card. in clem. 2. §. 1. & in clem. vlt. §. vlt. eo. titu. de hæret. & in c. vergentis. & in c. excommunicamus. eod. titu. in decretal. & Bart. in l. Imperator. ff. de iure fisci.* licet antiquitus requireretur sentẽtia, *vt per Panorm. in d. c. excommunicamus.* requiritur tamen declaratoria propter fructus medij temporis, *vt per Anthar. in d. c. cum secundum. in 2. not. & Oldra. consi. 271. cum concordan. vt per Carrer. de hæret. nu. 136.* & licet bona Iudæorum & infidelium non publicentur, publicantur tamen bona hęretici, quia magis delinquit quàm Iudæus, *capit. vergentis. de hæret. in 6.*

2 ¶ Et si erunt bona † clerici, applicabuntur Ecclesiæ etiam patrimonialia, *cap. excommunicamus. vbi Panorm. & alij, de hæret. & in cap. ad abolendam. eod. titu.* & pariter feuda Ecclesiæ. *Aflict. in constit. inconsutilem. 18. nota. Ioan. And. & Fran. in capit. cum secundum. de hæret. in 6.* sed quæ recognoscebat à laicis iure vtilis dominij reuertentur ad directum, *vt not. in l. si finita. §. si de vectigalibus. de dam. infect. & Alexan. consi. 23. in primo. & consi. 28. in 3. & Aret. consi. 10.* Fiscus autem Ecclesiæ habebit, si ab eius camera recipiebat stipendia, aliàs fiscus Episcopi, id est, camera eius habebit, *vt per omnes in cap. excommunicamus. & capit. vergentis. de hæretic. & per Carrer. de hæretic. nume. 133.* Sed quid si clericus hæreticus habet plura stipendia in varijs Ecclesijs, dic quòd bona diuidentur pro rata inter eas, *vt not. gloss. in capit. excommunicamus. lo primo. §. damnati vero. de hæretic. in ver. stipendia. & eam sequitur ibi Anton.* Et si clericus nulla habeat stipendia ab aliqua Ecclesia, applicabuntur bona Episcopo loci, qui distribuet in pios vsus, *vt per Abb. in §. damnati. in prima colum. & Ana. in 2.* Confiscatio autem debet fieri de bonis clerici patrimonialibus, non de bonis Ecclesiæ, cui inseruiebat, *vt per Federic. de Sen. in consilio 137. cum alijs adductis per Carrer. de hæretic. num. 135. versicu. limita tamen.* Et quòd bona clericorum hæreticorum applicentur Ecclesiæ, & laicorum fisco seculari, probatur *in cap. excommunicamus. lo primo. in princ. de hæret. & in c. vergentis. eod. & ca. cum secundum leges. eodem titu. in 6.* Hodie tamen bona hæreticorum in tres partes diuiduntur, quarum vna assignatur domino temporali, alia officialibus inquisitionis, tertia verò ipsi officio, vt per extrauag. Clem. prouisum est, quo ad Inquisitores Italiæ, ergo ad alias prouincias non videtur posse extendi, *vt per Innocen. & Ioan. Andr. in simili. in c. 1. loca.* & hoc tenet Gondisla. *de hæretic. q. 15. nume. 2. in fin. & 3.* Et cum in tres partes diuidantur, vt dixi, non poterit Princeps secularis indulgendo & remittendo confiscationẽ, præiudicare officio, & Inquisitoribus quo ad eorũ partẽ,

*Paris.*

Parisi.*consi.2.num.12.& sequen.in 4.*& Brun. *consi.31. num.17.* vbi dicit, quòd bona deberent applicari illi domino, cuius ditioni sunt suppositа bona, & hoc de iure communi, licèt per constitutiones Papales in tres partes diuidi debeant, vt dixi. Et licèt aliqui nimium fauentes Inquisitoribus teneant, quòd hodie diuiduntur aliter, videlicet dimidia datur Cameræ Apostolicæ, alia Inquisitoribus, vt videtur tenere Zanchin. *in tracta. de hæret. cap.26. in fine.* Quinimo ausus sit Campeg. *in addit. ibi* tenere, quòd omnia bona & in totum applicabuntur Inquisitoribus, & nulla pars Cameræ Apostolicæ: attamen in terris Imperij, & aliorum Principum seruatur hodie illa distributio Innocen. & Clement. Quarti, *in extrauagan. quæ incip. statuimus. §. teneantur insuper. circa fi.* de qua Zanchin. *in præscripto loco.* & hanc tripartitam diuisionem sequuntur etiam Anton. *in summa sua, parte 3. titu.18. cap.2. §.7. circa princip.* & Silvest. *in summa, in verbo hæresis, lo secondo. §.12.* & licèt Campeg. in loco præallegato, ad probandum, quòd hodie omnia bona applicantur fisco Ecclesiæ, adducat Felyn. *in cap. irrefragabili. de offic. ordin. in §. cæterum. & in ca. cum nobis. de præscript.* attamen in libro meo hoc non dicit Felyn. quinimo *in dict. cap. cum nobis. num.13. in fin.* dicit affirmatiuè, quòd hodie applicantur dominis temporalibus non recognoscentib. superiorem, ni textus meus sit corruptus. & præterea quidquid sit, hodie obseruatur illa trimembris distributio minus quo totum habebit officium Inquisitorum, vt attentat probare Campeg. *in d loco*, qui semper nimiũ indulget Inquisitoribus, inter quos & ipse erat, ideo suspectus: res enim Ecclesiasticæ ab hæreticis iniustè possidentur, *c.23.q.7.* ideo iustè ab eis auferuntur, *vt in d.cap. & sequen.*

3 ¶ Bona autem laici † applicabuntur fisco eius, cui immediatè subest, non autem supremi Principis, *cap. cum secundum leges. §. vltimo. de hæretic. in 6. ibi, per Principes autem & alios dominos temporales. & facit etiam l. si quis presbyter. Cod. de Episcop. & cleric. & tenet Alexand. in addi. ad Barto. in l.1. in apostil. incip. fiscus. C. de bon. vacan. lib.10.* & ita etiam tenet Guido Pape, *q. Delphi.76.* vbi quòd applicabuntur bona confiscata Baroni habenti merum & mixtum imperium, nõ autem fisco Imperiali, cui subest ille Baro. non tamen poterit Princeps secularis apprehendere bona hæretici laici, antequam hæreticus condemnetur per sentẽtiam Ecclesiastici, *vt habetur in c. cum secundũ, de hære. in 6. & per Cardin. consi.105. num.17.*

Et nota, quòd licet ipso iure intelligantur confiscata, tamen nullus potest sibi vendicare, nisi prius secuta sententia, *vt est tex. in c. cum secundum. de hæret. in 6. & Oldra. cons. 271. in fi.* & qui hæc bona possidebunt, non dicentur bona aliena possidere, *c.2.23.q.7.*

Et quòd prius declaratoria requiratur, antequam publicentur & occupentur, *Belleme. decis.678. num.5.*

¶ Quòd si negligerent Domini temporales publicare & expellere hæreticos de bonis eorum, quilibet post triennium posset id facere, & lucrari bona illa, *Alberic. in l. si vero Dominus. C. de hæret.*

¶ Notandum quoq;, quòd Inquisitor non potest post condemnationem facere gratiam, nisi inquisitus rediret infra tempus gratię: tunc enim si redit, non publicantur bona, *vt per Zanchin. de hæret. c.25. num.3. vbi Campeg. in addit. sub litera A, vbi plures adducit.*

4 ¶ Alienata bona † per hæreticum reuocantur, & vendicantur: solui tamen debent melioramenta emptoribus, *vt per Bald. in l. vlti. §. vltimo. C. communia de lega.* pariter & pretium exbursatum per emptorem restituẽdum est, modo sit conuersum in vtilitatem hæretici venditoris, *Bart. in l. tertia. ff. de ijs qui in frau. cred. & in l. chirographis. §. vltimo, de administr. tut. Cyn. in l. vlt. C. ad legem Iul. maiest. Ias. in §. item si quis in fraudem. in gloss. magn. Instit. de actio. Carrer. de hæret. num.81. & 137.* & si hæreticus emit fundum ab alio, neque precium soluit venditori, officium inquisitionis tenebitur soluere precium, si fundus emptus extet, *ita Bal. in d. l. vlt. §. vlt. C. cõmunia de lega. & Ias. in d. §. item si quis in fraudem. num.90. & 91.* Sed quid si hæreticus ante hæresim fundasset hospitale, & addixisset illi quędam bona, an Inquisitorum officio acquiretur ipsum hospitale. Cardin. *in clem.1. §. sanè. in 7.q.* videtur tenere, quòd non, nisi præscripsissent Inquisitores possidendo per plures annos, & quòd reuocentur alienata post delictum commissum, quia statim intelliguntur amissa, & applicata fisco, licet cum effectu tantùm post condemnationem applicẽtur, tenet Zanch. *de hæret. c.26. vbi etiam Campeg. in addi. vbi plures concord. adducit.*

5 ¶ Sed † an bona emphyteutica debeant applicari Domino directo, vel Ecclesię, Oldra. *consi.17.* videtur tenere, quòd applicentur directo. Card. tamen *in clem.2. de hæret. in ver. Inquisitoribus. in 7.q.* tenet contrarium, quòd imo applicentur Ecclesiæ, sicut & alia bona, quia non apparet ratio diuersitatis, nam Ecclesia erit emphyteuticaria loco clerici, & res pro emphyteusi obnoxia Domino pro pensione solita, & ibi Card. respondet fundamentis Oldra. Fely. tamen *in c. excommunicamus. il primo. in princ.* videtur sentire cum Oldra. & aliter refert dicentem Cardin. sed quòd Ecclesiæ applicentur, tenet etiam Diaz. *in pract. crim. cano. c.106. col.3. in fi. & 4. in prin.*

¶ De iure Authenticorum deficientibus filijs, & propinquis catholicis succedebat Ecclesia intra annum; vel si fuisset laicus, succedit fiscus, *ita Bart. per illum tex. in auth. vt cum de appel. §. si quis de. il secondo. in summar. & nu.1.*

6 ¶ Beneficium autem hæretici † impetrari potest, expressis tamen exprimendis in regula de triennali, *Pet. Rebuff. in praxi crimi. in regula de impetrando benefic. in gloss.12. est mihi car.270.*

7 ¶ Pecuniariam pœnam possunt iudices † imponere hæretico, dummodo inter pauperes distribuant, neq; sibi aut officio suo applicent & in casu necessitatis. Talis autem pœna potest imponi pœnitenti & parato corrigi, non pertinaci, *vt per Card. in clem. vlt. §. vlt. de hæret. & in cap. cum secundum leges. de hæret. in 6. Carrer. in pract. crim. nu.79. & no.10. Andr. in cap. vlt. §.1. de hære. in 6. & extrauag. Bonifa. ex eo. §. pen. & Gondisla. de hære. q.8. nu.6. allegat c. accusatus §. de quæstione. & §. si verò. de hæretic. in 6. & ibi Gondisla.* quòd Inquisitores solent hanc mulctam pecuniariã imponere, quando aliqui proferunt verba hæretica, aut ludentes, aut ex ira, aut ex fatua simplicitate & ignorãtia, quæ tamen excusationem non habeat, nam & Ecclesia hoc solet facere, *c. quanquam. 24. d. & c. ad liberandam. de Iudæ. & c. in Archiepiscopatu. de rapt.* Et Imperatores olim constituebant pœnam pecuniariam hæreticis, videlicet 10. libras auri, vt testatur August. sub nomine vniuersali clericorum, *in Episto. 68. incip. Ianuario clerici catholici. in 3. colum. in princip.* Et admittenda est pœna pecuniaria, quando non sumus in vera & propria hæresi, & quando pœna pecuniaria plus timetur quàm alia, Fely. *in c. cæterum. col.1. de offic. ordin.* vbi etiam concludit, quòd talis pœna pecuniaria imposita etiam per Ecclesiasticum, applicabitur seculari: quòd si essemus in vera & propria hæresi, non posset dãnari pœna pecuniaria, quia pœna corporalis statuta est, à qua nõ licet recedere, neque commutari potest, vt per Zanchi. *de hæretic. cap.19.* vbi num.2. in fin. dicit, quòd tamen non poterit imponi pœna omnium bonorum, vel tanta, quã non posset soluere, & ibi etiam nume.3. quòd pœna pecuniaria punietur, quando hæreticus est circa vsuras, quas exercet.

¶ Item quando ipse dedisset pecuniam hæreticis, & quòd per extrauag. Innoc. incip. super extirpatione, data est facultas Inquisitoribus imponendi pœnas pecuniarias, & illas expendere in subsidium officij inquisitionis, & ad pias causas. Clerici verò non sunt puniendi pœna pecuniaria, si nil habent proprij, sed si omnia sunt Ecclesiæ, *clem.2. de hæret. versi. nec scienter.* quem text. ad hoc allegat Zanchi. *de hæret. cap.19. in vlt. verbis.* cui tamen ego non assentior. verum est enim, quòd non posset confiscare iudex bona Ecclesiæ, vt loquitur *dict. clemen.2.* sed intelligo de pœna pecuniaria quæ solui potest ex fructibus, quos percipit

percipit ex bonis Ecclesiasticis, vel ex incertis, quia ista non sunt propriè bona Ecclesiæ, licèt propter bona Ecclesiæ illa capiat. Neque obst. text. *in clem. nolentes. eod. titu.* quia text. ille loquitur contra Inquisitores, & commissarios modis illicitis extorquentes pecunias, non contra eos, qui seruatis seruandis, & pro iustitia condemnant, idem tenet Boss. *in tit. de hæretic. num. 36.* & generaliter poterit pœnam pecuniariam imponere, vbi nulla est statuta à lege, *vt per Campeg. in add. ad Zanchin. c. 19. in add. A, versic. iudicem insuper.*

8 ¶ Bona hæretici † in confiscatione cui debeant applicari, an scilicet fisco loci, in quo bona sita sunt, an fisco loci, in quo fuit condemnatus. & licèt disputabilis sit articulus, concludẽdum quòd cum in tres partes diuidi debeant, vna applicãda domino temporali, alia officio inquisitionis, tertia verò officialibus inquisitionis: primæ duæ applicabuntur Domino, & officio loci, in quo sita sunt bona, tertia verò officialibus loci, in quo fuit condemnatus, & Calderi. qui disputauit hanc quæstionem tenuit hanc distinctionem, quam etiam sequitur Anch. *in cap. accessorium. de regu. iur. in 6. & Gondisla. de hæret. quæstio. 15. nume. 6. & sequen. Roman. singu. 578. & Anton. in tertia parte summæ, titu. 18. §. 2. capit. 7. & Siluestr. in summa, in ver. hæresis. 2. §. 12.*

9 ¶ Sed pulchra est dubitatio, quid si Ecclesiasticus pronunciauit hæreticum, an secularis poterit statim publicare bona inuito Ecclesiastico, qui non vult relaxare hæreticum seculari iudici expectans forte, vt pœniteat, & abiuret, & ideo confiscationis pœnam remittat. & tenendum quòd possit, quia per sententiam statim quæsitum est ius fisco, *ita Alciat. in cap. pernicioſam. de officio ordin. num. 73. & 74.*

10 ¶ Restitutione † bonorum concessa stante pœnitentia & abiuratione, an hæreticus recuperet bona iam per fiscum occupata. dic quòd sic, si iudici videbitur, *cap. vergentis. de hæretic. ver. his tamen, &c.* licèt de iure ciuili aliter sit, vt latè per Girland. *in tractatu de hæret. q. 6.* Item recuperabit etiam bona per fiscum alienata titulo lucratiuo: secus si oneroso, *vt per Paul. ibi, num. 4. vbi videndum.* quinimo etiam si bona fuissent vendita per Fiscum, licèt non posset recuperare ab emptoribus: attamen si fiscus adhuc haberet pecunias receptas ex venditione, posset hæreticus vendicare ipsas à fisco, *vt ibi per Girland. nu. 6.* sed si non extarent pecuniæ apud fiscum, sed fuissent conuersæ in vtilitatem fisci, poterit pecunias ipsas à fisco repetere, inquantum factus est locupletior, vt ibi per eum. Recuperat etiam beneficium, à quo statim admissa hæresi priuatus fuerat si ante sententiam redijt ad Ecclesiã, secus autem si post: quia tũc opus est dispensatione, Philip. Fran. post Dominicum, *in c. vt commissi. prope fi. de hære. in 6.* Nota tamen, quòd per simplicem gratiam factam hęretico nõ recuperat bona, nisi de eis expresse facta sit mentio, *c. vergentis, vbi Fel. nu. 2. de hære. & ad idem l. 2. & 3. C. de abol.* sed facta restitutione etiam bona omnia recuperat, modò nõ fuerint alienata per fiscum, vt per Fel. *in d. c. vergentis. nu. 2.* vbi quod tamen recuperabit etiam alienata per fiscum, si Princeps dixisset se concedere plenissimam restitutionem. ista autem restitutio poterit fieri ante sententiam, post autem sententiã Princeps secularis non poterit concedere restitutionem bonorum in præiudicium fisci Ecclesiæ, *vt ibi per Fely. latè.* Non tamen ita restituti recuperabunt fructus interim perceptos, Alberic. *in l. idem est de Nestorianis. C. de hæret.*

11 ¶ Si alienẽtur † bona in hæreticum, in quibus sint Ecclesiæ, vel oratoria, vendicabuntur ab Ecclesiæ fisco, *l. si quis orthodoxæ. C. de hæret.*

12 ¶ Publicationi † autem bonorum, an & per quantum tempus præscribi possit, variæ sunt opiniones, glo. enim & interpretes iuris ciu. vt glo. *in l. Manichæos. C. de hæret.* tenent, quòd per quinquennium, *per tex. in l. si quis. C. de apostat. vbi etiam Bart. sequitur Alex. post Bart. in l. vlt. ff. de sicar. Roma. sing. 436. & Ang. in tract. male. in ver. Che hai tradita la tua patria. in 4. col.* Glo. autem & Interpretes iuris cano. tenẽt, quòd per 40. annos tantùm, & quòd intra tantum tempus semper poterit peti publicatio, *vt est gl. in c. 1. de præscr. in 6. & in c. accusatus. in ver. post mortẽ, de hære. in 6. & gl. in summa. 24. q. 2.* & videtur sequi Alberi. *in l. 1. C. de apostat.* Marsi. autem *in l. qui falsam. §. accusatio. nu. 5.* videtur tenere, quòd nunquam currat præscriptio in atrocissimis, vt est hoc crimen inter cætera. Panor. autem & Fely, *in c. cum nobis. nu. 13.* tenent distinguendo, quòd aut loquimur in confiscatione applicanda Ecclesiæ, & tunc requiruntur anni 40. aut in confiscatione applicanda fisco seculari, & tunc sufficiat quinquennium, *& cum hac distinctione videtur etiam residere Carrer. de hæret. nu. 142.* Et pariter bona hæreticorum præscribentur per catholicos contra fiscum secularem per quinquennium, contra verò Ecclesiasticum per 40. *ita Andr. Sicul. consi. 70. nu. mihi 96. in 4. est mihi car. 155. colum. 2. in fin.* Et quod contra fiscum præscribatur spatio quinquennij, tenet etiam Balb. *in tracta. præscr. in 2 parte 5. partis prin. q. 1. num. 4. ver. idem dicit Panor. & Socin. iun. consi. 71. licet nu. 5. in 2.* Et nota, quòd contra hæreticum nunquam currit præscriptio, neque tamen ideo dicitur esse melioris conditionis in hoc quam laicus: nam laicus patiens præscribi est in negligentia, non sic hæreticus, qui agere non potest, Alcia. *in c. placuit. in 6. no. num. 94. de præsc.* Nota tamen vnum singulare, quòd hæreticus non tantum nõ dicitur possidere, sed nec etiam detinere, quia etiam nuda detentatio est ei prohibita, *vt per Alexan. in c. quo iure. 8. dist. post glo. ibi,* sed tamen ideo nõ excusabitur ille, qui impetrauerit beneficium prædetentum per hæreticum per annum contra formam regulæ cancell. de annali possessore. nam licèt hęreticus non possideat, nec iure desinat, satis est, quòd impetrans fecit contra regulam, neq; per hoc impeditur, quin alius seruatis seruandis possit impetrare beneficium hæretici seruata forma dictæ Regulæ, & post sententiam, qua declaratus fuerit hæreticus, vt pulchrè per Gomes. *in d. regula de annali, quæst. 52.* vbi latè, licet contrarium dixerit iudicatum Cassador *super dicta regula, decis. 14.* Neque etiam defenditur hæreticus ex regula cancel. de triennali possessore, vt tenet Gomes. *in d. regu. q. 52. & Cassiado. decis. 14.*

13 ¶ Publicantur † etiam domus siue loca, in quibus congregantur hæretici, *l. quicunque. §. vniuersi. C. de hæret. l. conuenticulam. C. de episco. & cler. Afflict. in rubri. constit. inconsutilem. & in rubrica constitu. seq. incip. Patarenorum. Carrer. de hæret. num. 153.* vel Ecclesijs conceduntur, *l. 3. & l. Arriani. C. de hæreti.* Imò publicantur etiam bona eius, qui talia loca eis dederit, *l. damnati. in fin. C. de hære.* & publicatur domus illa, etiam si sit alterius, qui non sit hæreticus, modò sciuerit tales conuenticulas in ea fieri, *argumen. l. 1. §. domus. ff. de falsa moneta. & in l. fin. C. de ijs, qui latron. occultar. iuncto capitulo, vergentis, extra eodem, de hæret. & cap. cum secundum leges, eodem tit. in 6. & probatur in constit. Federici, incip. Patarenorum. §. adijcimus. vbi Afflict. & in alijs constitutionibus, de quibus per Zanchin. de hæret. capit. 39. vbi refert constitu. Innocentij, & Clementis, & ibi etiam Campeg. in addi.* Sed an si declaratum sit, quòd domus destruatur, & area perpetuò vacua remaneat pro receptaculo sordiũ; an talis domus aliquo tempore præscribi possit. quòd non, Zanchin. *de hæret. cap. 49. num. 5. vbi num. 7.* quòd tamen Inquisitores de facto sibi vsurpant concessionem talium locorum catholicis, licèt de iure ordinario non possint. Et columna aliquãdo ibi erigitur denotans causam, *Simanch. in Enchirid. tit. 67. num. 14.* Sic & ciuitas hæretica destruitur absque spe refectionis, vt iubet Deus Moysi Deuteron. *c. 13. & Machab. 1. c. 3. & c. si audieris. 23 q. 5.*

14 ¶ Mulier hæretica † priuatur beneficio Velleiani, *Archi. in c. 1. 4. q. 1.* sic & filiusfamilias priuatur beneficio Ma-
15 cedoniani, *ibi. Archid.* Et licèt mutuans † in refectionem domus habeat tacitam hypothecã, ita vt præferatur cæteris, *l. creditor. la prima, vbi omnes. ff. si certum petatur. l. interdum. vbi gloss. & Bart. ff. qui potior. in pigno. hab.* hoc tamen fallit in mutuante hæretico, *argum. text. in authen. item priuile-*

*gium. Cod. de hæretic. tradit Ias. in d. l. creditor. & Arelet. de hære. not. 11.*

16 ¶ Testari † non potest hæreticus, etiam ad pias causas, *Felyn. in cap. si quis Episcopus. de hæretic. & Afflict. in constit. apostatantes. Carrer. de hæretic. nume. 51.* ideo hæres ab hæretico instítutus non potest agere pro hæreditate consequenda, *l. cognouimus. C. de hære capit vergentis & cap si quis Episcopus extra eodem, Specul. in tit. de actore ver. item, quod est ab hæretico institutus, Carrer. de hæretic. num. 154.* ideo cum sibi testari non possit, non poterit etiam filio pupillariter substituere, & etiam quia eum non habet in potestate, *Areleta de hæret. not. 14. & Ripa in leg. moribus. numero 22. ff. de vulgari, & pupill.* Non potest etiam codicillari, neque epistola, aut alia scriptura vltimam suam voluntatem explicare, *leg. Manichæos. C. de hæretic. & leg. hi qui sanctam. C. de apostat.* Et quòd non possit substituere, tradit Benedict. *in repetit. cap Raynutius de testamen. in gloss. super verbo, si absque liberis moreretur, lo secondo, num. 46.* licèt tamen Symancha *in Enchirid. in tit. 57.* putet contrarium, dicens, quòd non est seruus pœnæ, sed pœnitentiam agit, qui damnatus est ad perpetuos carceres; attamen ei non assentior, quia damnatus ad perpetuos carceres, verè dicitur seruus pœnæ, sicut damnatus in metallum, quia hæc pœna succedit in locum pœnæ mortis, *vt dixi supra, capi. quadragesimo primo, num. 8.*

17 ¶ Succedere † non potest *authen. credentes, de hæret. cap. si aduersus. & capit. excommunicamus. 9. si credentes, de hæretic.* Neque ei aliquid relinqui potest, vt per Barto. *in leg. cum Senatus ff. de rebus dubijs. & per Bald. in leg. 2. Cod. qui testamen. facere poss.* Neque etiam ex testamento militis quidquam capere potest, videlicet neque hæreditatem, neque fideicommissum, neque legatum, *leg. vltima. C. de hæret.* Extende, vt procedat etiam si filius illum instituerat, vt per Felyn. *in capit si quis Episcopus. de hæretic.* Et si ei quid relinquitur, fiscus vendicat, *leg. 2. & 3. C. de hæretic. Barto in leg. 1. ff. de iure fisci. Aret. in leg. 1 ff. de hæred. instit.* Ideo filius hæreticus ex hac sola causa exhæredari poterit, quòd sit hæreticus, vt per Panorm. *in capit. Quintauallis. prima colum. de iureiur. Carrer. de hæretic numero 158 ver.* Item hæreticus filius, *& de hoc extant nouell constitu. vt ex Hermanopo. refert Simancha in Enchirid. titu. 63. numero 13.* Et licèt vni ex collegio, vel synagoga Iudæorum relinqui possit, licèt non possit relinqui synagogæ vel collegio Iudæorum, attamen neque collegio hæreticorum, neque singulis ex dicto collegio legari aut relinqui potest, vt per Bartol. & omnes *in leg. 1. C. de sacrosanctis eccles. & in leg 1. C de Iudæis. & per Bartol. in l. cum Senatus de rebus dubijs & in leg. Arriani. C. de hæret.* quòd autem hæreticis, neq; etiã singulis legari non possit, probatur *in leg. Manichæos. Cod. de hæretic in capit. si Episcopus. & capit in eos. & cap vergentis, de hæretic. & tradunt Cyn. & Bartol. in locis præallegatis: & Sozin. post Bartol. in dicta leg. cum Senatus.* nam vbi collegium est approbatum ratione sectæ, neque collegio, neq; singulis relinqui potest, & ita procedit, *le. collegium Cod. de hæred. instítu.* si autem non sit reprobatum ratione sectæ, sed tantùm, quia collegium nõ approbatum authoritate superioris, *iuxta leg. 1. C. de colleg. illicit.* tunc licèt non possit relinqui vniuerso collegio, poterit tamen relinqui singulis, & ideo cùm nimirum collegium non sit reprobatum ratione sectæ, sed permissum, potest singulis relinqui, non sic hæreticis, quia eorũ sectæ ratione sectarũ, & impietatis sunt prohibitæ, ideo neq; vniuersitati, neque singulis relinqui poterit, *& latè hoc comprobat Areletan. de hære not 7.*

¶ Instituens autem vel quidpiam relinquens hæretico punitur vt hæreticus, *ca. si quis Episcopus. vbi Felyn. de hæretic. & alij Scrib.* Volumus hæreticum amoueri à qualibet successione quolibet titulo veniente, *l. Manichæos. C. de hæreti.* Neq; illis quoquo modo possunt relinqui bona, in quibus sint sitæ Ecclesiæ fictè vel verè: quod si fiat, bona ipsa fisco applicabuntur, *l. si qui. C. de hæret.* & quòd non succedant, probat etiam tex. *in l. hi qui sanctam. C. de hæret.*

18 ¶ Non potest etiam vsucapere † pro hærede, Bart. *in l. constat, quæ est vltima. ff. pro hærede.* & est ratio, quia incapax est successionis & possessionis, *c. 1. & 2. 23. q. 7.* & sine possessione non procedit vsucapio, *ca. 1. & 2. 23. q. 7.* tradit etiam Areletan. *no. 23.* Et non capiunt legata, sicut damnati in metallum, Bart. *in l. 1. nu. 2. ff. de iure fisci.* Et hæreticos instituens, est excommunicatus etiam post mortem, *Abb. in c. si quis. nu. 1. & 2. de hære.*

19 ¶ Agere † non potest, sed bene conueniri, vt per Isern. *in c. 1. §. credentes. de statu. contra liber. Eccles. & in c. excommunicamus, vbi omnes no. in §. credentes. de hæret.*

¶ Item licèt reus non teneatur edere actori contra se ad eius intentionem fundandam, *l. 1. l. qui accusare. & l. fin. C. de eden.* tamen hæreticus reus tenebitur edere etiam ad fundandam intentionem actoris & accusatoris, *vt est glo. quam ad hoc ibi not. Franc. in c. vt commissi. in ver. quibuslibet, de hære. in 6.* & facit in simili. quod etiam vsurarius tenetur edere, *in clem. 1. §. cæterum. de vsur.* & hoc de hæretico no. Purpur. *in l. vlt. nu. 20. C. de eden. & Areleta. no. 21.*

¶ Neque etiam in fauorabilibus auditur, vt quando est spoliatus vel percussus, Domin. *in ca. in nomine Domini. 23. dist. Roma in l. 1. §. sublata. ff. ad Trebel. Felyn. in c. ad abolendam. de hæret. c. in eo. versi. si verò quasi in fin de sent excommun Card. in clem. vt Romani §. cæterum de elect. Felyn. in cap. absolutionis. de senten. excommu.*

¶ Imò neque aduocatus potest pro eo intercedere, intellige, quando non est dubium, quòd sit hæreticus, *ca. si aduersus. de hære. vbi Felyn. & Oldrad. consi. 220.*

20 ¶ Cogitur † etiam ad obseruantiam iuramento, licèt aliter quam orthodoxus iuret, *vt per Cardi. in clem. 1. §. 1. de iureiur.* Sed imo videtur, quòd catholici deterior sit conditio in agendo quàm hæretici, quia contra hæreticum non currit præscriptio, sed bene cõtra catholicum, *vt per Alcia. in c. placuit. de præscrip. in 6 no. 94.* sed dicas hoc non esse odio personę, sed quia hęreticus non potest esse in negligentia, cùm agere non possit, *vt ibi.*

21 ¶ Non potest petere † restitutionem rerum Ecclesiasticarum, de quibus fuit spoliatus, *vt per Inno. in c. ex parte. de resti spol.* neq; etiam potest petere restitutionem rerum suarum patrimonialium, tum quia excommunicatus, & ideo agere nõ potest; tum quia hęreticus nil dicitur possidere posse, *c. 1. & 2. 23. q. 1. & hoc plurib us comprobat Areleta. de hære. not. 1. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 88 ff. de acqui. poss.* Neque agere petitorio pro beneficio, quod semel habuit, quia obstabit ei exceptio, quòd est hæreticus, *vt per Abb. in c. inter dilectos, prope fi. de excess prælat. & tradit Corset. in regula, spoliatus, in 18. limit. glo. in c. 1. in ver. possideri. 14. q. 1.* nam si Pontifex potest deponi propter crimen hęresis, *c. Agatius. 24. q. 1.* multo magis spoliatus non erit restituendus.

22 ¶ Christianum † seruum habere nõ potest hæreticus, *l. Deo nobis. §. fin. vbi Bart. C. de episco. & cler. sicut & Iudæus. cap. fi. de iud. & toto tit. ne Christian. mancip.* & si habuerint, fiunt liberi, *l. vlt. §. his ita dispositis. C. de episcop. & cler.* & si circuncidunt seruum, capite puniuntur, *leg. 1. Cod. ne Christian. mancip.*

23 ¶ Rescriptum nullum † impetrare potest, *vt per Specu. in titu. de rescript. §. 5. ver. item quod est hæreticus. & in l. 2. C. de summa Trinit. Matth. de Afflict. in constit. inconsutilem. in 25. not.* Et si impetraret non valerent, quia præsumũtur fraude elicita, *l. 2. in princ. C. de summa Trin. cum gl. in ver. per fraudem. & Bald. ibi num. 2. & Alcia. nu. 4.* ideo rescriptum, quòd possint habere loca publica, nõ valet, *Bal consi. 428. in 5.* Neq; etiam ipse potest impetrare beneficiũ annalis possessoris, etiam seruata forma regulę de annali, *vt pulchrè per Gomes. in regula de annali possessore. q. 3.* & ideo etiam absolutio ad cautelam data in impetratione beneficij non proderit hæretico, *c. excommunicamus. §. credentes. de hære. & Felyn. in c. apostolicæ. num. 1. de excep.*

24 ¶ Priuatur etiam † de iure patronatus, *Gemin. in ca. 1. in prin. de iure patro. in 6.*

25 ¶ Itẽ priuatur feudo, † *Aluar. inter cõsilia Bruni, cons. 59 nu. 7. & 10. Leonar. inter dicta cõsilia, cons. 114. nu. 101.* & si dominus sit hæ-

sit hæreticus, non tenetur vasallus prestare iuramentum fidelitatis, & si præstitit, non tenetur esse fidelis, donec tamen perstat in hæresi, *Isern. in c. 1. §. fin. num. 18. per quos fi. in-ueſt. & not. in cap. ad Apostolicæ de re iud. in 6. & in cap. fin. de hæretic. & Marin. de generibus feud. tit. 16. num. 6. & 12.*

26 ¶ Item beneficio priuatur ipso iure, *c. ad abolendam. §. 1. de hære.* ideo potest impetrari tanquam vacans ipso iure. *Pet. Rebuff. in praxi benefi. in 3. parte, in princ. nu. 4. & 5.*

27 ¶ Liberatur etiam debitor, † qui iurauit dare hæretico, *cap. fraternitatis. & c. si quis Episcopus. cum sequen. & cap. vlt. de hæret.*

28 ¶ Liberantur etiam filij † & serui, à patria & dominica potestate, & emancipatio siue manumissio facta post hæresim est nulla, quia erant liberati ipso iure, *ca. quicunque. in fi. de hære. in 6. & no. Panor. in c. vlt. eo. tit. Bald. in l. nam ciuiũ. ff. de ijs qui sunt sui vel alien. iur. per auth. Gazaros. C. de hæret. & facit c. 2. de hæretic. in 6. & Andr. Sicul. in rubri. de testam. col. 94.* vbi quòd ideo filij poterunt testari.

Et latè quòd liberentur omnes debitores, & etiam ille, qui depositum ab hæretico recepit, liberetur ab eius restitutione, Alphons. *de iusta hære. pun. lib. 2. ca. 7.* vbi quòd & qui recepit castrum, vel ciuitatem ab aliquo custodiendam, si efficiatur dominus hæreticus, non tenebitur restituere.

¶ Item coniux fidelis non tenebitur reddere debitum coniugi hæretico, ibi. Alphons. *colum. 2. in fi.* licèt non excusaretur ab adulterio, neque secundo matrimonio, *vt ibi per eum.* sed an recuperabit etiam ius exigendo debitum ab vxore, si resipiscat, & pœniteat, Alphon. *ibi. colum. 3. cum plurib. sequent.* tenet, quòd non recuperabit, & probat.

¶ Et nota, quòd filius quanquam sit liberatus à patria potestate, tamen tenetur subuenire patri hæretico indigenti, ne fame pereat, *gl. in c. 1. dist. 30. & Panor. in ca. si quis, de hære.* Serui liberantur, & de iure ciuili fiunt liberi, *l. Manichæos. C. de hære.* & hoc idem videtur probari *in c. fi. de hæret.* ergo non transibunt ad fiscum, vt tenet Alphons. *de iusta hære. pun. lib. 2. c. 7. col. 8. & seq.*

Isti autem omnes ideo liberantur ab hęretici potestate, ne suo exemplo illos in barathrum trahat, nam filij semper parentes imitantur, tum propter authoritatem parentum, tum propter continuam conuersationem. Liberantur & vasalli & alij quicunque, qui tenebantur eis debito fidelitatis vel dominij, aut alicuius obsequij ipso iure ab omni huiusmodi obligatione, *vt est tex. in cap. vltimo, de hære. & tradit Gondisla. de hære. q. 15. num. 5.* Et ex hoc quòd filij liberãtur à patria potestate, sequitur quòd pater hæreticus non poterit filio pupillariter substituere, *Areleta. de hære. no. 14.*

Mater hæretica tenetur dotare filiam fidelem in pœnam, licèt aliàs non teneatur, gl. *in l. neque mater. vbi Scrib. notant, C. de iure do. Alexan. post Bald. in leg. 2. C. commun. de leg. Carrer. de hære. nu. 149.* sic & pater hæreticus tenetur & alere & dotare, & donationes propter nuptias dare, *l. cognouimus. C. de hæret.*

¶ Si Rex foret condemnatus, vt hęreticus, regnum nõ confiscabitur, vt applicetur fisco Imperiali, sed dabitur successori, si sit catholicus & fidelis, vel prouinciæ; vel illi, ad quos spectat electio, eligent sibi Regem. Alphon. *de iusta hære. pun. lib. 2. c. 7. col. 10.*

Occulti etiam hæretici prædictas pœnas patiuntur, modò verè sint hæretici, id est, modò conuicti sint de hæresi, quæ manifesta sit hæresis, vt potè iam damnata, ita Alphons. *de iusta hære. punit. lib. 2. c. 7. col. antepen. penul. & fin. & not. in c. fi. de hæret.*

29 Possunt etiam condemnari ad expensas Inquisitorũ, si non habeant, vnde se alant, *vt per Campeg. in additio. ad Zanchin. de hæretic. capit. 19. in litera A, verbo, consequenter nunc peti potest.* & pariter per sententiam condemnabuntur in omnibus expensis, *vt ibi per Campeg.* nam licèt sportulæ à iure canonico reprobentur, tamen intelligitur in persona eorum, qui habent vnde viuant; secus si non habent, vt ibi per eundem in verbo, cui sententiæ. sed & legitimè purgatus condemnabitur in expensis factis per procuratorem fisci, *vt per Simancham in Enchir. tit. 54. num. 17. & 19.*

30 ¶ Condemnari etiam possunt, † vt construi faciant Ecclesias, induant pauperes, vel alia opera pia faciant, *vt in authen. de Eccles. tit. §. si quis ædificationem & ita intelligendus text. in cap. accusatus. §. si verò pro his, in 6. & Zanch. de hære. cap. 20. num. 2.*

31 ¶ Et si circa vsuras † male senserunt, condẽnandi sunt ad earum restitutionem, *vt nota. in capit. accusatus. §. de quæstionibus, de hæret. in 6. Zanchin. de hæretic. c. 20. num. 2. in fin. vbi addi. Campeg. sub litera E,* ad quod Inquisitor etiam poterit eum cõpellere, & si deficiat in restitutione, poterit contra eum procedi vti deficientem in purgatione & pœnitentia, vt ibi tradit Zanch. nu. 3.

32 ¶ Potest etiam Inquisitor † clericum purgandum suspendere ab officio & beneficio, vt per glo. *in cap. nunc autem. 21. dist. in gl. in ver. Marcellinus, quam ad hoc allegat Zanchi. d. c. 20. nu. 5.* licèt illa glo. mihi hoc non probet.

33 ¶ Transigi super † hoc crimine non potest, quãquam sit capitale contra regulam, *l. transigere. C. de transact.* quia illa lex loquitur in delictis aduersus proximum commissis, secus in commissis in Deum, quia nullus est idoneus, qui talem iniuriam Deo factam remittere possit, neque etiam Episcopus, *vt not. Bald. in l. accusationem. colum. 2. in fi. C. qui accus. non poss. sequitur Purpur. in dict. l. transigere. & Areleta. de hære. no. 8.*

34 ¶ Pater † non tenetur dotare filiam hæreticam, *l. cognouimus. verbo, cæteris liberis. C. de hære. & gl. in l. si verò ff. de in rem ver. Bald. in auth. res quæ. C. commu. de lega. & Roma. in l. 1. ff. solu. mat. Iaſ. in §. fuerat. Insti. de actio. num. 112.*

35 ¶ Mulier hæretica † priuatur priuilegio dotis, *Iaſ. in d. §. fuerat. Insti. de actio. num. 113. & in auth. item priuilegium. C. de hære. & consti. 109.* imò amittit dotem quæ tamen nõ applicabitur marito, sed fisco, *vt per Abba. post Ioan. Andr. in cap. fi. de conuer. coniug. & Anton. etiam ibi, & Brixi. in q. vener. 86. & hoc idem not. Cardi. in d. c. fin. & Gondisla. in tract. de hæreti. q. 15. nu. 9. & Didac. de matrimon. in 2. parte. c. 7. nu. 4. & 5. Carrer. de hæret. num. 150.*

36 ¶ Arbitrariæ etiam sunt † aliquando pœnæ, vt in l. 3. in fi. C. de summa Trin. ibi, pro vigore iudiciario etiã competentibus supplicijs subiugando, & præsertim in lapsis & redeuntibus, *c. vt commissi. de hære. in 6. vbi Archid. nu. 3.*

37 ¶ Item † ante sententiam commutare & mitigare possunt, vt per Zanchin. *de hæresi, cap. 21. in fi. vbi dicit se ita intelligere iura in c. per hoc. de hære. in 6. & in clem. 1. eod. tit. de hæret. & in cap. ad abolendam. §. præsenti. de hære. & cap. excommunicamus. il primo. §. 1. & §. adijcimus. de hæret. & idem Zanchi. d. tract. de hæret. c. 19. nu. 2. & in Lucerna Inquisitorum. in ver. redire, nu. 6. est fol. 69. & idem Zanchi. c. 16. num. 6.*

38 ¶ Et † quando pœna est arbitraria, si vna imponitur ex arbitrio, omnes cæteræ remissæ intelliguntur, ne de eodem crimine sæpius quem puniri contingat, *ca. quid ergo. 23. q. 5. cap. fi. in prin. de pœn. dist. 4. cap. si istic. 24. quæst. 4. vbi glo.* nam sic pœnitentibus condonãtur pœnæ ordinariæ hæreticis impositæ, *c. ad abolendam. de hæret. & Zanchi. de hæret. cap. 16. num. 8. Calderi. consil. 1. in titu. de accusa. num. 3.* & ideo si pœnam satisfecit, non potest alijs pœnis subiacere, *leg. si quis cum totum. §. planè. de except. rei iud. Imola in capitu. de his, numero 17. de accusat.* nam paria sunt, quem esse absolutum vel condemnatum, seu pœnam soluisse, *gloss. penulti. in capitu. felicis. §. per hoc, de pœn. in sexto. & Bald. consil. 124. numero 1. in 5.* nam condemnatus ad vnam pœnam, ab alijs absolutus videtur, *gloss. in capitu. prohibentur. in versicu. non potest. secunda quæstio. prima. Hostiens. in summa, de maledi. in versi. blasphemantes. numero quinto. Clarus in praxi crimin. quæstio. 57. ver. 1.*

39 ¶ Loca † hæreticorum eis auferuntur, & dantur Ecclesijs, *l. tertia, C. de hæretic. & l. Arriani. eod. titu.* & probatur in nouella constitu. 37. dummodò publicas pensitationes soluãt Ecclesiæ, quibus applicantur ibi. & quòd prohibeantur

hibeantur habere loca publica,& quòd reſcriptũ, quod poſſint habere, non valet, *Bal. conſi. 428. in 5.*

40 ¶ Contrahere † etiam nulla ſpecie contractus poteſt hæreticus conuictus, *l. Manichæos. C. de hæret.*

41 ¶ Licet † priuentur honoribus, ſubire tamen debent omnia onera, *l. curiales. C. de hæreti.* & priuantur omnibus priuilegijs clericalibus, & ideo ſtatutum concedens priuilegia clericis, in foro ciuili nõ apprehendit hæreticos, *Alciat. in c. cum non ab homine, de iudi. nu. 6. & 7. & in l. creditor. num. 9. ff. ſi cert. pet.*

42 ¶ Dato † quòd non ſint ſub protectione epiſcopi, ſi alia tamen delicta committunt, puniendi ſunt, *c. ſubdiaconus 24. q. 1.* Hæreticus enim quo ad habitum eſt de corpore Eccleſiæ, & legibus Eccleſiæ ligatur, vt per Ioan. And. *in c. ex eo. de reg. iur in 6. & per Textor. in titu. de grad. ſub cap. de cogna ſpirituali, nu. 57. eſt mihi car. 187. in paruis.*

43 ¶ Item † non poteſt contrahere, vt ſibi quæratur, ſed bene vt obligetur, neque poteſt transferre dominium, *Bal. in Margar. in ver. hæreticus. & Caſſador. in Reg. & Trienna. deci. 14. & ibi Gomes q. 52. num. 2. & Abb. in c. ſi vere. nu. 5. de ſenten excommunica.*

44 ¶ Et quando † plures pœnæ concurrunt diuerſis legibus inductæ, puta altera de iure ciuili, altera de iure canonico, vna aliam non tollit: nam per nouam pœnam non intelligitur receſſum à veteri, *vt latè per Carrer. de hæret. num. 165.*

## CAP. XLV.

## *De Filijs & alijs Domeſticis hæreticorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Filij hæreticorum iure antiquo, & moderno, & canonico, an repellãtur à bonis patris hæretici, vide regulam negatiuam, & ampliationes, nu. 2. 3. 4.*

5 *Filij hæretici, an perdant beneficia, & dignitates eccleſiaſticas, & qualiter, & vſque ad quem gradum extendatur pœna, vide regulam cum 11. limita.*

6 *Filij hæreticorum, quare non ſuccedant, ſunt plures rationes variæ.*

7 *Filij tantum à matris ſucceſsione expelluntur, non autem nepotes, quamuis ab auo repellantur.*

8 *Filij hæreticorum, an & quando dicantur infames.*

9 *Pater pro filio hæretico, an puniatur, & ad quid teneatur in hoc.*

10 *Vxor hæretici an & quando amittat dotem.*

11 *Filij hæretici banniti in regno, non contrahunt matrimonium abſq; Regis mandato, cum feudatarijs.*

12 *Filij hæretici patris non ſuccedunt etiam cæteris extraneis, vel conſanguineis, ſecus ſi matris.*

13 *Filij eorum quibus eſt iniuncta pœnitentialis pœna pecuniaria, eã adimplere tenentur, ſi poſſunt, & perſonales, quæ per alium adimpleri poſſunt.*

1 FIlij iure ciuili antiquo etiam orthodoxi & catholici non priuabantur bonis patris hæretici, ſed bona eius ad filios catholicos immediatè ſpectabant, & illis non exiſtentibus, ad agnatos orthodoxos deferebantur, *l. Manichæos. & l. cognouimus. C. de hæret. & Proſdoci. de contrarie. inter ius ciu. & cano. num. 147. & Zaneti. eodem tractatu, numero 189.*

2 ¶ Iure autem canonico † penitus excluduntur filij etiam orthodoxi, *num. 189. c. vergentis. vbi gl. in ver. exhæredatio. & in ver. per omnia. de hæret.*

3 ¶ Hodie vero † iure Auth. idem diſponitur, quòd ſcilicet & filij orthodoxi priuentur, *authen Gazaros. C. de hæret. & in corp. vnde ſumitur, & tenet glo. in ſumma. 23. quæſt. 7. vbi Archidiac. & Panormit. in dict. cap. vergentis. & Hoſtienſ. in ſumma, de hæretic. §. qua pœna. & Cyn. in l. ſi quis. C. ad legem Iul. maieſta. & gloſſ. in §. interdum. Inſtit. de ſucceſſ. ab inteſta. & in l. exempla iudiciorum. de accuſat. & in cap. 2. de hæret. in 6. & in cap. cum ſecundum. eod. titu. in 6. Iſern. in cap. 1. §. itaque filij. in titu. de ſtatu. contra lib. Eccleſiaſt.*

¶ Et amplia, vt etiam ſi ſint filij valdè orthodoxi, non ſuccedent, neque in legitima, neque in alimentis, *vt per Paul. Girlan. de hæret. quæſt. 4.*

Amplia iſtam concluſionem, vt extendatur, etiam ſi mater ſit hæretica, filij etiam puniũtur, vt in terminis tenet glo. magna *in cap. ſtatutum. il ſecondo. de hæret. in 6.* quam dicit in practica ſeruandam propter enormitatem crimi nis, Augu. de Arim. *in add. ad Ang. de malefic. in ver. che hai tradito la tua patria. nu. 12. vbi etiam Ang. not.*

Amplia, vt ſint incapaces etiam aliarum hereditatum extraneorum, *vt per Cyn. in l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſta. & per Anchara. in capitulo ſtatutum, il ſecondo. de hæretic. in ſexto.*

Amplia etiam, ſi parentes relapſi & condemnati in articulo mortis reſipuiſſent, & ſacramenta ſumpſiſſent, ita quòd forent de gremio Eccleſiæ, cum ſepeliendi ſint in ſacro. nam etiam hoc caſu filij priuantur, vt per Ioan. Andr. *in capitu. ſtatutum, il ſecondo. vbi etiam Petr. de Ancha. de hæretic. in ſexto, & Simanch in Enchirid. titulo 63. numero ſexto, & ſequen.*

Amplia, vt procedat non ſolum in filijs iam natis, ſed etiam in naſcituris, vt per Ange. *in d. §. che hai tradito. num. 13. vbi etiam Ange. licet Calder. contra, vt per Gondiſ. q. 23. num. 5.* & vide Dida. *variar. lib. 2. cap. 8. num. 5.* qui latè diſputat hãc quæſtionem, & concludit, quòd procedat tam in nato, quàm naſcituro.

Amplia etiam, vt procedat etiam in filijs naturalibus & illegitimis, *Cyn. in d. l. quiſquis. & Ang. in d. ver. che hai tradito. num. 14. & in terminis hæreſis, Ancha. in d. cap. ſtatutum, il ſecondo. de hæret. in 6. in fin.* vbi quòd filij vulgo concepti, vel qui pro talibus habentur, non comprehenduntur, & de iſtis vide latius Gondiſla. *de hæret. q. 23. num 3. & 4. vbi latè, & Didac. variar. lib. 2. cap. 8. num. 3. & Zanch. de hæret. c. 28. num. 13. & Siman. tit. 63. num. 3.*

Amplia etiam in nepotibus, d. cap. ſtatutum, il ſecondo. intellige, quando pater damnatur de hæreſi; ſecus quando mater damnatur, quia non tranſit pœna ad nepotes, *Zanchin. de hæretic. capitulo vigeſimooctauo, numero decimo.*

4 Ioan. tamen Andreæ & plures † alij, *in dict. cap. vergentis, de hæret.* tenent, quòd in terris Eccleſiæ priuantur filij, non in terris Imperij, & idẽ tenet Bonifa. *de Vital. in tract. de malefic. ſub rubrica, de crimine hæreſis, num. 10.*

Item perdunt filij etiam beneficia Eccleſiaſtica, ſi quę habebunt, & omnem dignitatem eccleſiaſticam, *cap. 2. de hæretic. in ſexto, cum concord. de quibus latè per Felyn. in cap. vergentis, de hæret. num. 4.* vbi aduerte, quòd licet in contrarium adducat glo. *in cap. ſatis peruerſum. 56. diſtinct.* tamen nil obſtat, quia loquitur in clerico habente beneficium, & filio condemnati crimine læſæ maieſta. in quo longè diuerſa ratio; quia Princeps ſecularis non potuit priuare clericum, qui ſibi non erat ſubditus, beneficio: ſed nos loquimur in filio patris damnati de hæreſi ab Eccleſiaſtico, qui cum eſſet clericus, & haberet beneficia, ſubditus erat ipſi iudici damnati, *vt habetur in capit. quicunque. §. hæretici, de hæretic. in ſexto.* & hoc intellige etiam vſque ad ſecundum gradum lineæ maſculinæ, & vſq; ad primum fœmininæ, *vt in cap. ſtatutum lo ſecondo, eod. tit.* & quòd priuati cenſeantur filij & nepotes beneficijs ipſo iure: nec diſtinguendum, an fuerint collata ante, vel poſt delictum. *Gondiſla. ibi, num. 2. vbi etiam reſpondet ad glo. in dicto capitulo, ſatis.*

Limita tamen prædicta in filijs matris damnatæ de hæreſi, quia ipſi non priuabuntur, *capit. ſtatutum, de hæretic. in ſexto. & ſequitur Felyn. in dict. capit. vergentis. de hæretic. in fin.* intellige de nepotibus, non de filijs primi gradus, quia priuantur, vt dixi ſupra in ampliatione: & dic, quòd priuantur bonis maternis tantum: quia ſi fuit hæretica, confiſcantur eius bona, ſed tantũ propter bona, ſed tantum

tum propter matris hęreſim, non ideo priuabuntur ſucceſſione aliorum conſanguineorum, prout priuantur per hæreſim paternam, vt concludit Zanchi. *de hære. c.28. num.8. & ſeq.*

Limita ſecundò, niſi filij poſt mortem patris hęretici, qui putabatur orthodoxus, tenuiſſent bona paterna per 40. annos, *cap.2. ad fin. de reſcrip. in 6. ſequitur Felyn. in d.c. vergentis in fi. de hæret.*

Limita tertiò, niſi pater fuerit emendatus, & egerit pœnitentiam, *vt in cap. ſtatutum, de hæret. in ſexto. & per Ang. in gloſſ. che hai tradito la tua patria in 3. colum. & not. in cap. filij, de hæretic. in ſexto. & Carrer. de hæretic. num. 141. & Gondiſla. de hæretic. q.23. num.1. in fin. alleg. cap. ſtatutum, lo ſecondo. §. fin. de hæret. in 6.*

Limita quartò, niſi filius fuiſſet ante delictum emancipatus, cui pater donaſſet bona, vt tenet gl. *in ver. non valeat in l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſta. & Afflict. poſt glo. ibi in conſtit. Regni, Patarenorum, num. 94. & facit glo. in cap. ſi quis. 6. quæſtio. 1.*

Limita etiam quintò, in filijs vulgò conceptis, vel qui pro talibus à lege habentur, quia ipſi in iſtis pœnis non comprehendentur. ita Petr. de Anchar. *in cap. ſtatutum, il ſecondo. num. 21. ver. & hanc opin. gloſ. de hæret. in ſexto. vbi refert Cyn. in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt.* idem tenere in crimine læſæ maieſtat. & Aug. de Arim. *in addit. ad Ang. in ver. che hai tradito. nume. 15. in fin.* fallit tamen, ſecundum Domin. *in d. capit. ſtatutum.* quando ſtatutum ciuitatis reputaret illos de domo, vt dicit ſeruari Florentiæ. ſequitur Gondiſla. *de hæret. quæſt. 23. num. 3. & Didac. variar. lib. 2. capitu. 8. nume. 3. vbi latè.*

Limita & ſextò, in filijs, qui ſint clerici, vt videtur velle glo. & ibi hoc tenet Archid. *in cap. ſi quis, quinta quæſtione prima.* quod dictum dicit eſſe ſtupendum Aug. de Arim. *in add. ad Angel de malefic. in ver. che hai tradito. num. 15. & ante, num. 12. in fin.* vide tu tamen, quod dixi ſupra, *numero 5.* vbi declaraui, quomodo ſit intelligenda gloſſ. *in dict. capitu. ſi quis.*

Limita ſeptimò in beneficijs collatis filijs ante delictum paternum hæreſis, quia illis non priuantur ipſo iure, vt per Gondiſla. *de hæretic. quæſt. 23. nume. 2.* vbi reſpondet ad capitu. felicis. §. *quod ſi quis de pœnis, in ſexto, & ad cap. vt commiſſi. §. priuandi. de hæret. in ſexto, & latius Didac. variar. lib. 2. c. 8. num. 4.*

Limita octauò in nepote, qui habet patrem hæreticũ: nam nõ impedietur ſuccedere auo fideli, *vt not. in l. cognouimus. C. de hæret. in terminis hoc etiam tenet Guido Papæ, conſil. 176. nu. 3. in fin. allegat Bart. in quodam ſuo conſil. & in l. Gallus. §. quid ſi is ff. de lib. & poſthu.* Item nepotes retinent ius eligendi, *Simanch. in Enchirid. tit. 63. num. 8.*

Limita nonò quãdo filij ſponte reuelaſſent delictum patris, *vt in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. & in conſti. Federici, incip. commiſſi. ver. nec quidem. vt tradit Zanchi. in tracta. de hæret. c. 25. num. 4. ver. fallit hoc.*

Limita decimò, in filijs eorum, qui non ſunt damnati vt hęretici, ſed tantũ tanquam ſuſpecti, & qui redierunt: quia iſti filij nulla pœna puniuntur, *vt per Zanchi. de hæret. c. 28. num. 3. & 4.*

Limita vndecimò, niſi filij nati forẽt antequam pater in hæreſim laberetur, vt per plura tenet Siman. *in Enchir. tit. 63. nu. 10. & ſeq.* vbi etiam reſpondet contrarijs.

Ratio autem, quare filius in hoc crimine teneatur, & non ſuccedat, eſt primò propter atrocitatẽ criminis. Secundò, vt magis affligatur pater videns filium culpa ſua pati, *iuxta l. iſti quidem. ff. quod met. cau.* cũ nullus amor vincat paternum, *l. fi. C. de cura furio.* Tertiò, vt filij diſcant timore ſaltem pœnę accuſare parentes hęreticos, neq; fiat imitator paterni ſceleris. *has rationes aſſignat glo. in conſtitu. Neapo. incip. Patarenorũ. in ver. ipſorũ filij. vbi Afflu. nu. 84. & ſeq.*

7 ¶ Priuantur autem † non tantum filij, ſed & nepotes à ſucceſſione patris hæretici: ſed filij tantum à ſucceſſione matris, *vt dicitur in d.c. ſtatutum, il ſecondo. de hæret. in 6. vbi gl. & omnes.*

8 ¶ Efficiuntur etiam filij † hæreticorum infames, *vt no. in l. quiſquis. §. filij. C. ad l. Iul. maieſt. & in cap vergentis. de hæret. & in cap. 2. §. hæretici. & cap ſtatutum, il ſecondo. eod. tit. in 6 & Didac. variar. lib. 2. cap. 8. numero 2.* nam tales præſumuntur futuri filij, quales parentes fuerunt. *& in capit. ſi quis. 6. q. 1.* dicitur, quòd in filijs paterni, hoc eſt, hæreditarij criminis exempla metuuntur. Si tamen parentes reſipuerint, & ſe emendauerint, non dicentur filij infames, *cap. ſtatutum. il 2. de hæret. in 6.*

9 ¶ Pater autem pro filio hæretico † non punitur, *vt not. in l. ex pœnalibus. ff. de reg. iur. & not. in tit. C. ne fil. pro patre, maximè in l. filius. & tradit Iſern. in titu. de prohi. feud. alien. per Federi. in cap. Imperialem. §. inſuper.* pater tamen tenetur, ſi poteſt ducere filium ad officium, *argumen. eorum. quæ tradit Iſern. ibi, & Afflict. in terminis in conſtitu. Patarenorum, nu. 87.*

¶ Teneretur tamen pater pro filio, ſi extaret conſtitutio, quòd teneretur, quia ſtatutum hoc poteſt facere, *ibidem Afflict. num. 88.*

Ratio autem, quare pater non puniatur pro filio eſt, quia filius & pater cenſentur vna & eadem caro, & amor facilius deſcendit, quàm aſcendat, ſicut humor arboris à radice aſcendit ad ramos & folia, ſed non econtra. *ibidem Afflict. num. 93. in fin. & vide etiam Ange. de malefic. in ver. che hai tradito. num. 13.*

10 ¶ Vxor tamen hæretici non perdit † dotem, *vt per Iſer. in cap. 1. §. diffidamus. de ſtatu. contra liber. Eccleſ. & eſt text. & ibi not. omnes, in c. decreuit. de hæret. in 6. & Carrer. de hæretic. num. 141. circa fin.* quod tamen verum intellige, quando matrimonium cõtraxiſſet ignara ipſum eſſe hæreticum; quòd ſi ſciens contraxiſſet, priuaretur & ipſa dote ſua, *vt habetur in d. ca. decreuit. & Gondiſla. de hæret. q. 15. num. 8.* vbi etiam num. 9. quòd vxor hæretica amittit dotem ſuam, *ſequitur etiam Zanchi. de hæret. c. 25. in fi.*

11 ¶ Puniuntur etiam filij hæretici, † quia in regno, ſi pater fuerit bannitus, filij non poſſunt contrahere matrimonium ſine conſenſu & mandato Regis cum fidelibus feudatarijs, *vt per Carrer. de hære. nu. 141. in fi.*

12 ¶ Non poſſunt etiam † filij ſuccedere ex teſtamento aut ab inteſtato cæteris conſanguineis vel etiam extraneis, *vt in l. quiſquis. §. filij. C. ad l. Iul. maieſt.* arguendo de crimine læſæ maieſt. ad hęreſim, *& habetur in cap ſane, il ſecondo. 24. q 2. iuncto cap. vergentis, de hæret.* quod intellige, quando pater fuiſſet damnatus de hæreſi. ſecus ſi mater, *vt per Zanchin. de hæretic. nu 8. & ſequen.* Hæreditates autem conſanguineorum, à quibus priuantur, applicabuntur alijs proximioribus; extrancorum verò applicabuntur fiſco. *Zanchin. ibi. num. 11.*

13 ¶ Sed & filij eorum, † qui non ſunt damnati vt hęretici, ſed quibus iniuncta eſt pœna pœnitentialis, tenentur adimplere pœnitentiam iniunctam defuncto, ſi ſit pecuniaria, & eam adimplere poſſint, vt ſi fuiſſet damnatus ad reſtituendum vſuras, ad conſtruendam Eccleſiam, & ſimil. Idem quoque de pœnis perſonalibus, quæ per aliũ explicari poſſunt, vt ieiunia & orationes; ſecus ſi eſſent meræ perſonales, quæ per alium explicari non poſſent, *ita Zanchi. de hæret. c. 28. num. 6. & ſeq.*

## CAP. XLVI.

## *de Libris hæreticorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Libri hæreticorum comburendi, & ab eorum colloquijs abſtinendum, & quare, multis exemplis amplificatur, nu. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. & vſq; ad num. 25.*

6 *Libri ad conſeruandas diſciplinas multum valent.*

*Religionem libris diutius conſeruari, multis comprobatur exemplis.*

26 *Librorum retentio, an inferat quem fore hæreticum, & quod arguat: diſtingue vt ibi, & vide regu. cum limit. tribus vſque ad finem cap.*

1 LIbri hæreticorum comburendi:† nam licet in eis aliquid boni reperiri possit, iuxta illud Hieronymi, nullus liber tam malus, in quo aliquid, quod bonum sit, non reperiatur; tamen quia omnia tendunt ad malum, & ideo maius est mali periculum in legente, quam boni spes. & propterea Saluator apud Lucam 4. noluit dęmones loqui de se, licet vera loquerentur, dum dicebant: Tu es filius Dei. nam vt inquit Psalm. 49. peccatori dixit Dominus, quare tu enarras iustitias meas per os tuum. quem locum Lucæ exponens Beda, inquit: Hoc enim est proprium hęreticorum, vt bona malis, vera falsis immisceant, vt sic facilius imponant legentibus, eosque illudant, & sensim in foueam trahant, vt auceps cantu, piscator esca, secundum Gregorium, *Moral. lib. 5.* exponentem illud Iob. 3. etiam venit super me indignatio, *& pro his optim. textus in cap. canones. 16. distinct.* & Arela. *de hæretic. not. 24.* vbi duas assignat rationes. Prima, ne videantur approbare. Secunda, ne qui legunt, & simplices sunt, neq; sciunt verum à falso discernere, pro veris falsa recipiant. Quanquam Abb. *in cap. vltimo, num. 4. de summa Trinita.* dicat, quòd damnato hæretico, non intelliguntur damnata bona eius opera: tamen debet intelligi eius dictum secũdum illum text. scilicet de eo, qui paratus est corrigi, vt dicitur in illo text. & de illis operibus, quæ nihil falsitatis habent immixtum.

2 ¶ Si enim à colloquio hæreticorum † absterret nos Pau. scribens ad Timot. 2. cap. 2. quia scilicet eorum colloquia multum proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit; quanto magis à libris & scripturis abstinendum, quæ semper loquuntur, & per totum terrarum orbem veluti venena serpunt, & diuagantur.

3 ¶ Nam si Gentiles & impij † vt Christianam legem abolerent, hoc remedio vsi sunt, iubendo, scilicet vt libri omnes legem Christianam cõtinentes comburerentur, vt Diocletianus impius & furens Tyrannus, qui edictum proposuit, vt non modo templa Christianorum omnia funditus euerterentur, sed & scripturæ omnes sacræ flammis absumerentur, *vt legitur apud Eusebium histor. Eccleſiaſt. lib. 8. cap. 3.* idem ante ipsum fecit Antiochus Epiphanes.

4 ¶ Sed & † Ioachin Rex Iudæ filius Iosiæ combussit libros Hieremię prophetę, quos Dominus iusserat exscribi, quibus minabatur ruinam populi, qui ad idololatriam declinauerat, nisi resipiscerent, *vt habetur Hierem. capite 36.*

¶ Sic & Herodes Ascalonites iussit libros genealogiarum Hebræorum, quos in secretioribus templi archiuis habuisse inclusos, testatur Euseb. *hist. Eccles. lib. 1. c. 6.* comburi, vt nobilitatis Hebrææ vestigia prorsus tollerentur, vt ignobilitatem suam sic tegeret, cum non posset ex illis factis nobilitatem ostendere.

5 ¶ Narrat Dion. lib. 54. † Augustum duo milia fatidicorum librorum concremasse, quorum aut nulli, aut parum probati essent authores: Sibyllinos verò delectu habito condidisse duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. & quia eorum scriptura vetustate iam prope euanuerat, iussisse, vt diligentissimè restaurentur, & rescribantur.

6 ¶ Et quantum valeant † libri ad conseruandas disciplinas receptas, exemplo est Pisistratus Athenienſis, qui hoc nomine maximè laudatur, quòd priuato sumptu libros liberalium artium omnibus legendos proposuerit; & Lucullus apud Romanos, quòd bibliothecam non modo optimis repleuerit libris, sed publicè etiam patere voluerit.

Et Ptolomæus Philadelphus Ægypti Rex, thesaurum maximum impendit in libris variarum disciplinarum conquirendis, vt Alexandrinam suam Bibliothecam adornaret; adeoque sollicitus in perquirendis Bibliorum libris, vt à septuaginta voluerit eos in linguam suam conuerti, ne ab vno tantum versi facile corrumpi possint.

¶ Romæ Bibliothecæ omnes ferè publicæ templis adiunctæ erãt, quòd scilicet religionem sine libris diu conseruari non posse illi quoque intelligerent, nec debere, nec esse posse arctiorem vllam cõiunctionem quàm religionis atque eruditionis. habet enim Roma in Capitolio bibliothecam, quam maiorum appellabat. Augustus propè templum Apollinis extruxit bibliothecam Græcam & Latinam.

Templum Traiani suam etiam habebat bibliothecam, quam Vlpiam appellabant, optimis quidem libris refertam. & refert Strabo *lib. 14.* Smirnenses sui Homeri templo adiunxisse bibliothecam.

Et Cõstantinopoli in Basilica Hilarij duplex fuit bibliotheca, *vt testatur Sabellic. Aenead. 8. lib. 2.*

Et Antiochiæ in templo, quod olim Traiano dicatum fuerat, nobilis fuit bibliotheca, quam Iouinianus ex instigatione vxoris faces subijcientibus concubinis incendi iussit.

Duæ etiam Romæ in Baptisterio Lateranẽsi extructæ fuerunt bibliothecæ, *vt habetur in libro Pontificali.*

Constantinus autem Imperator, cùm præcessores sui Imperatores plures sacros libros exussissent, maximis impensis bibliothecas restaurari curauit, *author Socrates histor. eccles. lib. 1. c. 9.*

Alexander quoque Episcopus Hierosolymitanus, suę Ecclesiæ insignem addidit bibliothecam, *de quo Eusebius meminit.*

7 ¶ Et Constantinus, † *vt habetur in histor. tripartita lib. 2. cap. 15.* scribens Episcopis & populo sic inquit, legem sanciens: super hæc autem si qua conscriptio ab Arrio facta reperitur, igni tradatur, vt non solùm praua eius doctrina depereat, sed neque vlla eius possint remanere commenta. Hoc etiam præcipio, si quis conscriptiones Arrij celasse comperitur, & non repente proferens igne consumpserit, mortis supplicio subiacebit. mox enim, vt in hoc fuerit captus, capitalem suscipiat vltionem.

8 ¶ Valentinus & Martianus Augusti, *in l. quicunque. C. de hæret.* sic sanxerunt: nulli etiam contra venerabilem Calcedonẽsem Synodum liceat aliquid vel dictare, vel scribere, vel edere atque emittere, aut aliorum dicta vel scripta super eadem re proferre, nemo huiusmodi habere libros & sacrilega scriptorum audeat monumenta seruare, quòd si qui in his criminibus fuerint deprehensi, perpetua deportatione damnentur. Omnes verò huiusce modi cartæ ac libri, qui funestum Euthychetis scilicet & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur, vt facinorosæ peruersitatis vestigia flammis combusta depereant. æquum namque est, vt immanissima sacrilegia par pœnæ magnitudo percellat.

9 ¶ Theodosius † autem & Valentinianus pariter etiam *in l. damnato. C. de hæretic.* sic etiam sanxerunt in §. nec verò. Nec verò impios libros nefandi & sacrilegi Nestorij aduersus venerabilem orthodoxorum sectam decretaque sanctissimi cœtus Ephesi habitos scriptos habere, aut legere, aut describere quisquam audeat, quos diligenti studio requiri ac publicè comburi decernimus, ita vt nemo in religionis disputatione aliquam supradicti nominis faciat mentionem.

10 ¶ Honorius † pariter & Theodosius Augusti *in l. Mathematicos. C. de episcop. aud.* sic decernunt: Mathematicos, nisi parati sint codicibus erroris proprij sub oculis Episcoporum incendio crematis, catholicæ religionis cultui fidem tradere, nunquam ad errorem primum redituri, non solùm vrbe Roma, sed etiam omnibus ciuitatibus pelli decernimus.

11 ¶ Iustinianus † scribens Mennæ Archiepiscopo Constantinopolitano, constitut. 42. sic inquit: In vniuersum omnibus interdicimus, ne libros Seueri comparent, & quemadmodum Nestorij libros describere, aut comparare nõ licet, quod ante nos Imperatoribus in suis constitutionibus videantur Porphirij scriptis contra Christianos editis similes existere: ita neque Seueri dicta scriptare

ptave apud quenquam Christianum manento, sed profana sunto, & à catholica Ecclesia aliena, igniq́ue comburuntor à possessoribus, nisi illis retinendis in periculum adduci velint. Præterea à nemine in posterum conscribuntor, siue librarius aliquis, siue notarius, siue quisquam alius sit sciens, quòd illius dicta conscribentibus absciſſio manus in pœnam irrogabitur. nolumus enim, vt eorum blasphemia ad alia prorepat secula. *quæ constitutio etiam habetur in 5. synodo Constantinop. actio. 1.*

12 ¶ Nō enim possunt eorum scripta recipi, quorum damnantur authores, *cap. fraternitatis. de hæret.* Et ideo Fely. *in cap. 2 de rescript. nume. 66.* allegans authoritatem Dantis poetæ Florentini in Monarchia, dicit se non allegare illum librum pro authentico, quia fuit damnatus eius author Dantes, vt hæreticus, *notant omnes in cap. nouit. de iudi. & sequitur Afflict. in constitu. Regni, inconsutilem, numero quinquagesimonono.*

13 ¶ Scribit Seneca, † lib. 6. controuer. Res noua & inusitata fuit sumere supplicium de studijs. aitq́ue, ista ingeniorum supplicia, vt libri comburerentur, cœpisse post Ciceronem, quo tempore Titi Labieni scripta ex S.C. combusta sunt, quòd mordaces nimium & maledici forent, quos postea scribi & legi iussit Caligula, author Sueton. in Calig. cap. 16. sed vt inquit Seneca loco præcitato, eam contumeliam non tulit Labienus, nec superstes ingenio suo esse voluit. nam in monumenta maiorum ferri se iussit, atque illic includi, vetitus, scilicet ne ignis, qui libris suis & nomini subiectus erat, corpori negaretur. Et idem factitatum esse in libros Cassij Seueri, qui fuit amicissimus Labieni: qui cum libri Labieni ex S.C. comburerentur: nunc inquit, me viuum vri oportet, qui illos edidici. sed in hoc decipitur Seneca, quòd putat hoc primum tempore fuisse inuentum hoc genus supplicij in libros, cum & antea suprà sępe factum ostendimus.

¶ Et Athenięses Protagoram philosophum, quòd dixisset sibi non liquere, an aliquis esset Deus, vt pote impium suis finibus expulerunt, librosq́; eius in concione exusserunt, *vt refert Tull. de natura Deor. lib. 1.*

14 Refert etiam Liui. † *lib. 35. de bello Punico secundo*, quòd cum variæ hæreses, externæq́ue religiones & ritus Romam irrepsissent, adeo vt Dij alij repente viderent facti, neque possent hęreses istæ sopiri ab Ædilibus ac Triumuiris capitalibus, M. Atilio Prætori vrbano negociū datum est ab Senatu, vt his religionibus populum liberaret. Is & in concione S.C. recitauit & edixit, vt quicunque libros vaticinos, precationesve, aut artem sacrificandi conscriptos haberet, eos libros omnes, literasq́; ad se deferret, vt saniorib. electis cæteros omnes igni mandaret.

15 ¶ Sic & Talmuth, † Hebræorum liber iussus fuit comburi per Gregor. & Innocent. tanquam plenus hæreticis prauitatibus, vt refert Innocent. *in capitulo, quòd super his, de voto.*

¶ Et Vlpianus *in l. certe. §. 1. fam. erciscun.* respondet mala medicamenta & venena in hæreditate alicuius reperta ac etiam libros improbatæ lectionis magicos sorte vel his similes protinus corrumpēdos à iudice. ex quo colligis etiam apud Gentiles libros hos improbatæ doctrinę nō minus reipublicæ nocere, quàm venena & mala medicamenta.

16 ¶ Antiochus Epiphanes † cùm in Iudæos olim debaccharetur, in libros Mosaicos & Propheticos sæuiens, eos comburi mandauit.

17 ¶ Senatus quoque † Roman. libros Numæ Pompilij quondam regis sui in quodam agro repertos, quibus recepta sacra conuelli & turbari videbantur, medio in foro ardere iussit.

18 ¶ Diocletianus sæuissimus † Tyrannus, vt Christianam religionem funditus aboleret, libris Christianorū bellum indixit, eosq́ue omnes ad vnum flammis adoleri sub grauibus pœnis edixit, de quo Arnobius *lib. 4. aduersus Gentes*, his verbis dolet inquiens: Nostra scripta cur ignibus meruerunt dari?

19 Et libro tertio, idem † Arnob. refert libros Ciceronis, qui vt ait, fabulosam Deorum vanitatem refellebant (qui videntur esse ij, quos de natura Deorum inscripsit) à plerisque damnatos esse, multosque mussitasse, oportere statui per Senatum, vt & hi abolerentur, quasi ipsis Christiana religio comprobaretur, & Gentilium Deorum reprimeretur.

20 ¶ Refert Cornel. † Tacitus in vita Iulij Agricolæ, sæuitum fuisse in Aurelium Rusticum, & Herennium Senecionem, pariterque in libros eorum delegato Triumuiris ministerio, vt monumenta clarissimorum virorum in foro comburerentur.

21 ¶ Et Plato dicebat, † maius versari periculum in emendis libris, quàm in emendis cibis: sicut maius est animi periculum, quam corporis.

22 ¶ Liuius *lib. 50.* † Prætor inquit, L. Petilio dixit se eos libros in ignem coniecturum esse, priusquam id faceret se ei permittere, vti si quod seu ius, seu auxilium, se habere ad eos libros repetēdos existimaret, experiretur id integra sua gratia facturum.

23 ¶ Accusatus Cecilianus † Carthaginensis Episcopus à Donato à Casis nigris cognomine, quòd sacros libros Christianæ religionis hostibus tradidisset concremandos, quòd nullo grauiori crimine reū premi posse videret calumniator accusans, quanquam innocēs trina sententia repertus est Episcopus, vt ex epistola August. 162. & 166. cognosci potest, & ex eiusdem lib. 3. aduersus Crescen. & apud Euseb. lib. 10. hist. Eccles.

24 ¶ Constātinus Ariano † per fractos hæreticos perpetuo exilio & infamia mulctauit, eorumq́; libros concremari & possessores eorum, qui eos celauerint, etiam supplicio affici edixit, cuius edicti tenorem refert Socra. *lib. 1. histor. Ecclesiast.*

25 ¶ Plures enim † libros hæretici scripserunt sub nomine catholicorum, qui tamen sunt apochryphi & vitandi, vt apparet in Decretis Gelasij Papæ, registratis post Calcedonense Cōcilium in primo tomo Concil. & cum 70. Episcopis firmatis, & est mihi fol. 993. col. 2.

26 ¶ Sed pulchra est dubitatio, † an statim quòd reperiuntur libri hæreticorum penes aliquem, possit ipse condemnari pro hæretico. & quidam indistinctè tenuerunt, quòd sic, vt Archid. *in c. si. 24. q. 2.* vbi dicit, quòd hoc sufficit ad plenam probationem hæresis, quòd libri hæretici penes illum reperiantur, & hoc dicitur probari per illum tex. in ver. & si fortè, qui tamen mihi nō probat, sed tantùm dicit ex mente Augustini, quòd si libri non habent titulum authoris sui, sed ex alijs indicijs ita indicatur author, prout indicauit Dominus Iudam traditorē suum per illa verba, Quicunq; attingit manum mecum in catino, is me tradet, & statim Iudas attigit, certè voluit inferre ille text. habebitur perinde ac si scripto nomine demōstratus sit. quia paria sunt nominare, vel alijs signis certis quem demonstrare, *l. certum. ff. si cert. pet.* & tunc ex illis indicijs certis anathematizandi sunt, & tamen non probat, quòd libri reperti penes aliquem, probent eum hæreticum. quanquam per illum etiam text. hāc opinionem Archidia. teneat Roma. *sing 326. incip. eo ipso, & sequitur etiam Ioan. de Anan. in cap. si quis episcopus. col. vlt. ver. in glo. fin. de hæret. idem etiam simpliciter secutus est Hippol. de Marsi. in pract. crim. §. diligenter. num. 92. & plur. seq.* vbi hoc probat aliquibus similibus, vt de eo penes quem reperiuntur instrumenta falsa, præsumitur falsum cōmisisse, nisi ostendat, à quo habuerit, *vt in l. maiorē. C. de falsi. & alia similia ibi adducit. & Afflict. in constit. inconsutilem. in 16. not. in 10. q. est nu. 26. & Carrer. etiam sequitur in tracta. de hæret. nu. 125. & Rebuff. in tract. nominationum. quæst. 1. nu. 16.*

¶ Sed ego non puto tutam hanc conclusionem, quòd sola inuentio librorum penes aliquem, habeat vim plenæ probationis. nam dico, quòd imo solam suspicionem inducet, & leuem quidem, adeo vt pro ea simplex purgatio

gatio canonica sit indicenda, hoc in specie reperio tenuisse Archid. *in cap. quicunque. num. 2. in fi. de hæretic. in 6. & Fely. in d. c. si quis Episcopus. in fi. eod. titu. in Decretal.* vbi dicit, quòd cum in criminalibus debeant esse probationes luce meridiana clariores, debent cum libris inuentis aliæ etiam concurrere grauissimæ coniecturæ, vt quis damnetur vti hæreticus, & istam puto veriorem & benigniorem opinionem; cum licèt ista inducat suspicionem, nõ tamen sequitur, quòd licèt legat libros hæreticorum, quòd statim illis assentiatur. potest enim legere ex curiositate, potest etiam legere vt magis firmetur in fide, confutando & non sequendo hęreticorum opiniones, vt infra dicam in limitationibus, ergo non potest dici concludens probatio, *l. non hoc. C. vnde cogna. cum concord.* & idem tenet Gondisla. *de hære. q. 13. num. 19. & Zanchi. de hære. c. 7. nu. 7. vbi Campeg. in addit. in litera A.*

¶ Puto autem ego sic distinguendum: Aut reperiuntur penes aliquem scripturæ, quarum author non est inscriptus, & ipse, penes quem repertæ fuerunt, nescit indicare authorem, vel non vult: & tunc dico, quòd ista erit vehementissima coniectura contra ipsum, quòd ipse fuerit eius author, præsertim si manu sua reperirentur scriptæ, & hoc modo intelligo text. *in dict. cap. fin. 23. quæst. 2.* & omnia quæ adducit similia Marsil. *in dict. §. diligenter.* de instrumentis falsis, & moneta falsa reperta penes aliquem. Et quia in hoc maius versatur periculum, quod ipse non tantùm sit de credentibus, sed sit hæreticus & hæresis doctor, ideo ob atrocitatẽ criminis, cùm non indicet authorem, putarem ipsum esse subijciendum torturæ, vt authorem indicaret; quòd si nollet, vel nollet saltem indicare eum, à quo habuerit, vt possit haberi veritas, tũc ego certè non modo pro suspecto, sed & pro conuicto eum haberem; & ideo si nollet abiurare, condemnarem pro hæretico.

Aut verò apparet clarè & verè de nomine authoris d. librorum vel scripturarum; & tunc putarem hãc leuem suspicionem de iure communi, nisi alia vrgentiori concurrerent; & ideo tali casu tenerem opinionem Archidiaconi in dict. cap. quicunque. quòd pro hac suspicione indicenda foret purgatio canonica, & hoc sufficeret ad extinguendam dict. præsumptionem, quod comprobo. nam purgatio canonica nihil aliud est, vt infra dicã sub suo capit. quàm fides fidedignorum, quòd talis sit integræ fidei, opinionis & famæ, quo ad fidem. Sed certum est, quòd indicium hoc & ista coniectura de re prohibita reperta penes aliquem eliditur hac alia, si is probetur bonæ conditionis & famę, neque solitus talia admittere, *vt tradunt Bald. & Imola in l. fin. ff. de hære. instit. & Saly. in l. fi. C. de quæstio. cum multis simil. de quibus per Marsi. in d. §. diligenter. num. 96.*

27 ¶ Limita tamen prædicta: Primò, † nisi quis diceret se tenere illos libros, vt illos confutaret, & ostenderet iam cœpisse confutare, & probaretur, quòd haberetur ab omnibus pro fideli, *vt in specie tenet Ioan. de Arnono in problem. 10. & pro quo opti. tex. in cap. legimus, il secondo. 37. dist.* vbi iuncta glo. quòd aliquando legimus libros hæreticorum, vt reprobemus.

28 Limita secundò, † nisi, antequam reperirentur libri penes eum, illos combusserit: nam licet probetur, quòd ante eos habuerit, non tamẽ habebitur pro suspecto, vt videtur probare text. *in cap. 1. 5. q. 1.* vbi si quis repererit famosos libellos punitur, si seruet eos penes se: secus si rumpat, vel comburat, & probatur etiam *in l. 1. C. de famos. libell. quæ registrata est in cap. vlt. 5. q. 1. & in terminis hoc in libris hæreticorum tenet Archid. in d. cap. quicunq;. num. 2. in vlt. verbis, de hæret. in 6. sequitur Carrer. de hæret. dict. nu. 125.*

29 Limita tertiò, nisi † habere se illos libros diceret curiositatis gratia, ne scilicet ignoraret ea, quæ ab hęreticis traduntur, vt sciret ea euitare, quia etiam hac de causa solent legi libri, *vt in dict. cap. legimus. 37. distinct.* sed in hoc diligentes sint iudices: quia si simpliciter intelligeretur, hæc limitatio sequeretur, quòd quilibet hac via posset euitare hoc iudicium, ideo diligenter perpendant conditionem & qualitatem personæ, si bonæ famæ, si alia laborant contra eum, vel non, & simil.

30 ¶ Quæ autem supradicta † sunt, intelligo procedere de iure cõmuni: verum cùm hodie per Decretum & constitutionem Pij IIII. datam sub die 24. Martij 1564. quæ etiam est impressa ante indicem librorum prohibitorũ, cautũ sit expresse, q̃ is, qui hęreticorum libros, vel cuiuis authoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionẽ damnata atq; prohibita legerit, habueritve, ipso iure in excõmunicationis pœnam incidat, eamq́; ob causam in eum tanquã de hæresi suspectũ inquiri & procedi liceat. Ideo puto iam sublatam esse omnes iuris communis difficultates, & ideo quòd contra eum possit procedi, tãquam suspectum de hæresi, vti per decretum sancitum est. cum enim quilibet præsumatur, vel debeat scire dispositionem huius constitutionis, si tenuerit hos libros, videtur contemnere iussa Pontificis. Ideo ex hoc etiam se suspectum reddit; tametsi putem & hoc in casu arbitrarium esse iudicibus circa suspicionem, an grauior vel leuior sit, secundum causas & personarum qualitatem.

31 ¶ Qui ergo tales libros † penes se habet, bene sibi consulet, si ipsos Inquisitori offerat: habebit enim testem obedientiæ & innocentiæ suæ ac rectæ fidei, *vt consuluit etiam Campeg. in add. ad Zanchi. de hæret. c. 7. in addi. a.*

32 ¶ Nam non † excusabitur, etiam si in arca recluſos teneat, nunquam legat, & nemini ostendat, *vt latè per Campeg. in add. ad Zanchi. c. 34. ver. quod si dubium aliquod.*

## CAP. XLVII.

## *De Abiuratione.*

### SVMMARIVM.

1 *Abiurare quid sit.*
2 *Abiurare tenentur conuicti, suspecti autem, aut vehementer suspecti sunt, aut leui suspicione laborant.*
3 *Abiurantes leui ex suspicione, vel vehementi, qui differant inter se.*
4 *Hæreticus verus ante omnia publice abiurare tenetur.*
5 *Abiuratio qualiter antiquitus fiebat, & fiat hodie, secundum vsum, id est, coram quibus.*
6 *Abiuratio qualis, & quam clara esse debeat, & qualiter formanda, & recitanda.*
*Taciturnitas & negatio superbiæ, & impœnitentiæ, indicium est.*
7 *Abiuratio ex dispensatione fit etiam secreto.*
8 *Abiuratio debet esse specificatiua singulorum errorum, & articulorum.*
9 *Abiuratio propria manu debet esse subscripta & iurata, & quando.*
10 *Abiurari debet primo error particulariter incursus, postea profiteri debent in genere omnia quæ catholica tenet fides.*
*Relapsus an dicatur, qui in diuersos errores à primo abiurato incurrerit.*
11 *Abiurare renuens, curiæ secul. tradendus est.*
12 *Abiurare hæretici plures legente Cãcellario, omnes simul possunt. Et ad quid debeant se subscribere, & obligare.*
15 *Abiurationis forma quæ, & quæ substantialia habere debeat.*
14 *Abiuratio, an vero sentẽtia præcedere debeat, & qualiter pronunciandum, & procedendum.*

1 ABiurare nil aliud est, † quàm purganda iurare, vt quãdo quis abiurat debitum, abiurat depositum, iuxta illud Virg. Æneï. lib. 8.

*Abstractaq́; boues, abiuratæq́; rapinæ.*

Et abiurare Ecclesiam, id est, iurando se nunquam susceptum curam illius Ecclesiæ, *vt in capit. 3. & 4. de restit. spol.* & abiurare libertates instituendi & custodiendi Ecclesiam, dicitur *in cap. cum venissent. §. nos igitur. de institu.* Et abiurare vxorem dicitur *in cap. 2. ne cler. vel youen.* & *in cap. cum ha-*

*eam haberet. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult.* dicitur abiurare adulteram, id est, iurare se nũquam ad eam rediturum. *& in cap. penul. de adulter.* abiurare adulterium, id est, iurare se nunquam ad adulterij vomitum rediturum. Abiurare etiam beneficia dicitur in cap. super hoc, de renuncia. id est, iurare se nunquam ea beneficia suscepturum, aut curaturum. Item dicitur *in cap. 3. de crim. falsi.* prouinciã abiurare, id est, iuramento promittere, se nunquam in eam prouinciam rediturum. sed in materia nostra abiuratio hęresis dicitur, quando quis pœnitet & reuersus ad fidẽ sic iubente iudice errores hæreticos, quos tenebat, abiurat, id est, iurando promittit se ad eos nunquam reuersurum, *vt habetur in c. ad abolendam. §. parenti. de hæret. & in c. accusatus. in prin. eo. tit. in 6.*

2 ¶ Abiuratio fit vel à †verè hæreticis, id est, qui vel conuicti, vel confessi sunt hæresim tenuisse, vel à suspectis tantum. Suspecti autem possunt esse & vehementi suspicione, & leuiori. si vehementi, tunc debet statim spontè & apertè iurare, vt fecit Theodoretus, abiurando Nestorium & eius dogmata, ob quam suspicionem priuatus fuerat Ecclesia sua, & statim facta abiuratione restitutus, vt habetur in Concilio Calcedonen. sessio. 8. sic & Ibas Episcopus accusatus, licèt innoxius & innocens, cogitur in Cõcilio eodem, sessio. 9. & sequen. abiurare Nestorio. Catholica enim Christi Ecclesia nõ contenta hæreticos punire, suspicionem quoque hęresis quantumlibet leuem non tolerat. debet enim anima nostra sicut virgo Christo desponsata non tantum carere malo, sed etiam suspicione mali. sicut ergo vxor olim etiam à suspicione mali se purgare debebat, *Num. c. 5.* ita & anima.

3 ¶ Differentia autem est inter † abiurationem factam ex vehementi, & factam ex leui suspicione. nam abiuratus ex vehementi si reuertitur ad vomitum, dicitur quasi iuris fictione relapsus; si autem ex leui, nõ habetur pro relapso, sed tamen puniri debet, *c. accusatus. in prin. de hæret. in 6. vbi tex. clarus.*

4 ¶ Hæreticus autem † verus necesse est, vt ante omnia abiuret, qui mos abiurandi fuit antiquus, neq; vnquam aliquis admissus ante publicam abiurationem, *vt habetur apud Cyprian. lib. 3. epist 11. & in 3. epist. Leo. cuius pars registrata est in cap saluberrimum. 1. quæstio. 7. & in cap. omnis cuiusl-bet. 1. quæst. 1. & in 2. Concil. Arela. & in Concilio Laodiceno, c. 7. & in 6. Synodo generali, cano. 94. & August epistola 95. & in c. Donatum. 1 quæst. 7.*

5 ¶ Abiuratio † fieri debet publicè, prout olim fiebat in Concilijs vniuersalibus vel prouincialibus, vt de Theodoreto & Iba dictum fuit supra: hodie verò vsus obtinuit, vt coram clero & populo. quòd autem prius in Concilio fieret, *probatur in cap. si quis episcopus. 1. q. 7.* hodie verò arbitrarium est Episcopi de modo, dum tamen publicè non priuatè talis fiat abiuratio. Sed reperio, quòd quandoque solus libellus missus ad Pontificem, quo abiurabant, & confitebantur verã fidem, sufficiebat, vt de Donatistis & Nouatianis probat text. *in c. maximum. & c. seq. 1. q. 7. & in c. si qui voluerint. ead. q. & in c. inter sollicitudines. in §. purgatione vero. ibi, ita tamen vt publicè familiaritatem hæreticorum abiuret.*

6 ¶ Clara † autem & aperta debet esse abiuratio ista, nõ confusa, vel ambigua: nam & Theodoretus dum abiurando bis non dixisset apertè se abiurare Nestorio & complicibus eius, & dogmatis eorum, acclamatum fuit ab omnibus Episcopis in Concilio Calcedonen. sessio. 8. quòd liberè & clarè abiuraret, aliàs eijceretur, & ita apertis verbis coactus fuit abiurare, vt ibi habetur. & ideo Leo magnus ille Pontifex epistо. 84. indignatur, & dolet, quòd aliqui hæretici, dogmata Pelagianorum & Cęlestinorum sequuti fuerant, tãquam reuersi sint admissi ab Ecclesia Aquileg. absque publica abiuratione & clara: ne inquit, hoc vlterius audiatur, hac nostri authoritate præcepti tibi indicimus, vt conuocata apud vos synodo prouinciali omnes, siue Presbyteri, siue Diaconi, siue cuiuscunque ordinis clerici, qui de Pelagianorum & Cęlestinorum consortio in communionem catholicam ea impudentia sunt recepti, saltem nunc damnent apertis professionibus sui superbi erroris authores, & quidquid in doctrina eorum vniuersalis Ecclesia exhoruit, detestentur, omniaque decreta synodalia, quæ ad excisionem hæreseos Apostolicæ sedis confirmauit authoritas amplecti se & in omnibus approbare plenis & apertis, ac propria manu subscriptis protestationibus eloquantur: nihil in verbis eorum obscurum, nihil inueniatur ambiguum: quoniam nouimus hanc ipsorum esse versutiam, vt & in verbis fallere procurent aliud verbo proferentes, aliud mente concipientes. & idem Leo epistо. 75. Atticus presbyter, quem talia audere cognoueram, nisi perfecta se satisfactione purgasset, & non solum voce hæreticos, sed etiam propriæ manus subscriptione damnasset, à communionis gratia sit alienus, qui scripta mittendo dubiæ fidei, & professionis incertæ confirmauit magis quam diluit, quidquid ad nos de eo fama pertulerat, cum si conscientiam suam voluisset probare Syneram, non Euthychem sibi odiosum fuisse, sed quòd perfidiam ipsius reprobaret, atque damnaret, debuerat confiteri, quia aliud sunt humanæ etiam inter catholicos simultates, aliud diabolici, quos fides catholica damnat errores: ideo vt ab omni suspicione liber appareat, quid in Euthyche anathematizet & damnet, euidenter ostendat, & in damnationem erroris expressi remota omni dubitatione subscribat, ita vt Chalcedonensis symboli definitionem de fide, quam Apostolicæ etiam sedis firmauit authoritas, profiteatur se per omnia seruaturum, adiecta subscriptione propriæ manus, quæ in Ecclesia Christiano populo præsente recitetur. Vides quomodo Leo vult abiurationem esse claram & apertam, & in nulla eius parte ambiguam, & publicè etiam recitari. & est ratio omnium præmissorum, quia confessio est pars pœnitentiæ peccati, *vt de pœni. distin. 1. §. alij e contra, & sequen. multis cap. & no. Hostien. in tit. de pœni. & remiss. §. qualis debeat esse confessio. ver. requiritur etiam tertium.* & facit opt. text. *in cap. cuius apud. 11. quæst. 1.* ibi, ob hoc, cùm à sacerdotibus Italiæ argueretur, agnouit delictum & culpam, quæ cum lachrymis professus publicam pœnitentiam in conspectu totius Ecclesiæ exegit, *& in cap. plerunque. 11 q. 3. in fin.* ibi, veniat itaque mortuus, id est, culpam confiteatur peccator, & pastores Ecclesiæ amouere debent pœnam, quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit: taciturnitas enim peccati ex superbia oritur cordis, *cap. est taciturnitas, de pœnit. distinct. 1.* Et hinc est, quòd si quis conuictus de hæresi neget tamẽ pertinaciter se talia credidisse, sed afferens se semper fuisse catholicum, condemnari debet tanquam impœnitens, ex quo non curat abiurare, *vt per Rotam in antiq. decis. 874. aliàs 875. Decis. consi. 137. & Boerius decis. 343.*

7 ¶ Potest tamen summus † Pontifex, & etiam Inquisitores ex causa declarare, quòd abiuratio fiat secretè, vt fecit summus Pontifex *in casu Deci. super quo consuluit in consil. 137. num. 9. in fi. & 10. & etiam num 8.*

8 ¶ Item requiritur, † quòd talis abiuratio fiat in specie de omnibus articulis & erroribus, in quos incurrit, vt Marcellinus dicitur feciſſe *in cap. nunc autem. 21. distinct. & tradit Boerius decisio. 343.* sed in contrarium vide tex. *in cap. quoties cordis. 1. q. 7.* vbi ille abiurat in genere.

9 ¶ Subscribere etiam debent † propria manu libello continenti abiurationem, *vt habetur in supracitata epistolæ Leonis 84. & etiam in epistо. 2. & in 7. Synodo generali, actio. 1. & in Synod 8. actio. 2.* vel totum libellum scribere, *vt habetur in cap. conuenientibus. §. constitutio Ecclesiastica. 1. quæstio. septima.* sic & Euphemius sacrorum Antistes Constantinopolitanus noluit Anastasium Imperatorem in Ecclesiam, & ad sacra admittere, nisi prius scripto iuramento addito affirmasset, se corde tenere, quod Calcedonense Concilium statuisset, *author Nicephorus Ecclesiast. histor. libro 16. cap. 26.* & Innoc. Papa inter epistolas August. epistola 96. non vult admittere Pelagium, nisi prius scriptis dãnet errores suos.

res suos. & quòd requiratur scriptura, tenet gloss. *in cap. 1. §. postquam. in vers. in scriptis in 5. casu, de censi. in 6. & Ponzin. in tractatu de lamijs, numero 89* quod seruabitur in scribere scientibus, in alijs sufficiet scriptura notarij cum præsentia testium audientium abiurationem ab ore proprio ipsius abiurantis, *vt etiam tradit Campeg. in addit. ad Zanchin. de hæretic. capit. 20. in litera B. & probatur in capit. si quis episcopus. & capit. conuenientibus. 1. quæst. 7. & capit. ego. de consecrat. distin. 2.*

10 ¶ Et licet in vnam tantùm † hæresis speciem inciderit, & vnicum errorem incurrerit, debet tamen in abiuratione primò illum errorem singulariter, & in specie abiurare, & postea in genere omnes alios, & in genere profiteri catholicam fidem in omnibus eius partibus, & ita docit seruari Simancha *in Enchirid. viola. relig. cap. 53. numero 3.* glo. tamen *in capit. accusatus. §. eum vero. in vers. icu. simpliciter. de hæret. in 6.* tenet, quòd teneatur eam solam hæresim abiurare, de qua fuit accusatus, non omnem, *& idem tenet glo. in cap ego Berengarius. de consecra. distinct. 2. in vers. omnem hæresim. per cap. presbyter si à plebe. 2. quæstio. 5.* quod quidem multum refert, nam si abiurat tantùm errores, de quibus fuit accusatus, & postea in alios incidat diuersos, non dicetur relapsus, secus si omnem hæresim abiurasset, *vt probatur in dicto §. eum vero.* Sed in practica verè id obseruatur, vt omnem hæresim abiuret, quia per hunc modum magis consulitur abiurantis animæ, & Reipublicæ Christianæ ex rationibus adductis per Alphons. *de iusta hæreti. punit. lib. 1. capitu. vltimo. colum. 3. & sequen.* & verè etiam in omnibus formulis antiquis video in genere abiuratam omnem hæresim, vt infra deducam, *& est textus in capitu. quoties.*

11 ¶ Quòd si quis abiurare † noluerit, tunc tãquam pertinax hæreticus damnandus, & curię seculari tradendus, *vt per Leo. Pontif. epistola 10. & 84. & est text. in capit. ad abolendam. de hæret.*

12 ¶ Si plures sint † hæretici, omnes simul abiurare possunt prælegente Cancellario, & sequenti die subscribant libellis abiurationis, & se obligent ad pœnas descriptas. & hic est mos, qui seruatur in Hispania, vt attestatur Iacobus Simanch. *in Enchirid. viola. religi. titu. 53. num. 14.* Ego verò putarem melius esse, vt subscriptio præcederet abiurationem vocalem, cùm prius coram iudice, postea coram populo abiurare debeat. aliàs si nollet postea subscribere, frustratus fuisset populus illa publica abiuratione, quod maximo foret scandalo.

13 ¶ Forma autem abiurationis † debet habere hæc substantialia in reliquis ad arbitrium Inquisitorum. Primò, vt nomen suum & cognomen clarè explicet. Secundò, vt professionem suam pariter declaret, scilicet an clericus, religiosus, in dignitate constitutus vel laicus. Tertiò, confessio, quòd aliàs fuit in tali & tali specifico errore & hæresi. Quartò, quòd illi errores, in quibus fuit, tales habuerunt authores, quos nominatim exprimat, etiam si plures fuerint. Quintò, quòd diuina fauente clementia hos cognouit errores, & contra fidem, ideo resipuit, & ad Ecclesiam reuersus est ex corde & non animo simulato. Sextò, qp ideo abiurat, & anathematizat suprascriptos errorum authores, & eorum sectas eorumque dogmata ac in specie errores supranominatos, in quibus immersus erat. Septimò, quòd credit, & crediturus est deinceps omnia, quæ à sancta matre Ecclesia catholica & Romana circa fidem statuta sunt, illaque omnia obseruabit. Octauò, quòd si fortè, quod Deus auertat, relaberetur, & ad vomitum rediret, vult subiacere omnibus & singulis pœnis sibi per sanctũ Inquisitionis officium impositis ipso facto. Nonò, quòd prædicta omnia abiurat, & affirmat, & promittit corporali præstito iuramẽto per sancta Dei Euangelia, & per verba ista, Ita me Deus adiuuet. Quæ forma colligitur ex varijs formulis abiurationum aliàs factarum, vt ex illa Hieronymi de Praga, quæ registrata est in Concilio Constantiensi, *sessione 19. in prin.* & etiam ex illa Berengarij, de qua *in c. ego Berengarius. de consecr. distin. 2.* & etiam ex literis scriptis ad Nestorium per sanctissimam Ephesinam Synodum, quæ vna est ex 4. principalioribus registrata in præambul. Niceni Concilij, & est in primo tomo Concil. car. 535. in hæc verba: Non autem sufficit vel tuæ religioni tantummodo fidei Symbolum confiteri. hoc enim non intellexisti, nec rectè interpretatus es. Sed consequens est etiam iureiurando fateri te, quod anathematizares quidem tua polluta & profana dogmata. Sentias autem, & doceas, quę nos vniuersi per Orientem, seu Occidentem Episcopi & Magistri, præsulesque populorum credimus & docemus: & etiam ex abiuratione Hysichij in eadem Synodo in hæc verba: Ego Hysichius agnoscens veram fidem orthodoxam, & accedẽs ad sanctissimam & catholicam ecclesiam anathematizo omnem hæresim, & maximè Nestorij, in qua errabam. Assentio autem præscriptę expositioni catholicæ fidei anathematizans eos, qui non celebrant sanctam diem Paschæ iuxta morem apostolicæ & catholicæ Ecclesiæ. & iuro per sanctam omolyon, id est, Trinitatẽ: & si quid ex his labefactauero legum seueritati subiacebo, & expositioni mihi recitatę subscripsi manu propria. Licet, vt inquit Io. de Turrecrema. *in tracta. de Ecclesia, lib. 4. parte 2. ca. 22.* dicat, quòd ampliori forma solent vti Inquisitores in abiuratione exigenda, videlicet, vt primò confessio erroris. Secundò, petitio absolutionis & pœnitentiæ. Tertiò, abiuratio errorum, de quibus accusatus fuit, & omnem aliam hæresim. Quartò, promissio, quòd de cętero seruabit illibatam fidem, quam Romana tenet Ecclesia. Quintò, quòd credentes hæreticorum & hæreticos ipsos toto posse persequetur, eosque & eorum fautores & receptatores bona fide & sine mora manifestabit. Sextò, quòd pœnitentiam iniunctam integrè seruabit & adimplebit. Septimò, quòd si in futurum relabetur ad eosdem vel alios fidei errores, vel credendo errantibus, vel hęreticos, aut credentes eorum recipiendo scienter, aut defendendo, aut fouendo dicto vel facto, aut eos celando, aut non manifestando statim & bona fide, aut pœnitentiam iniunctam non seruãdo, ipso facto habeatur pro excommunicato & periuro & hæretico manifesto, ita quòd absq; vllo iudicio causæ cognitione aut sententia pœnam, quæ à iure relapsis indicitur, incurrat. Octauò, quòd attestetur se veritatem purã & totam dixisse de se & alijs, in quantum sciuit. Nonò, quòd si constare poterit eum malitiosè aliquid de veritate suppressisse, iniuncta vel iniungẽda pœnitentia & absolutio nil prorsus ei prosit. Decimò, solet addi & istud cap. quòd iurat etiam se suprascriptas abiurationes & promissiones, quas iuramento confirmauit non fecisse, aut confirmasse timore mortis, aut alicuius pœnę corporalis aut temporalis, sed ex solo odio & detestatione hæresis & amore fidei catholicæ, quod vlt. cap. addit Alphons. *de iusta hæret. puni. lib. 1. c. vlt. colum. 5.* & tacito authore refert etiam alias formas, quas refert Io. de Turrecrema. *in d. cap. 22. supra alleg.*

14 ¶ An autem sententia debeat † præcedere abiurationem, vel econtra, Campegi. *in addit. ad Zanchin. de hæretic. capitu. 41. colum. 3. vers. circa ordinem vero.* refert Directorium tenere, quòd prius debeat fieri abiuratio, & tamen quòd Romæ prius profertur sententia, postea abiuratio sequitur tanquam pœna, & tamen quòd ipse hunc ordinem obseruauit, vt pronunciaret hæreticum, nisi tali die & hora abiuraret, & si reus asserit se velle abiurare, & abiuret, tunc absoluetur, sed hanc formam non recipere, quia circuitus sunt euitandi, maximè in sententijs, *l. dominus testamento. ff. de condit. indeb. leg. ampliorem. §. in refutatorijs. Cod. de appellat. leg. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. ff. si certum pet. & bonus textus in clemen. auditor. de rescrip.* ad quid ergo, si iudex scit reum paratum abiurare, prout se obtulit sibi eum condemnare sub conditione, vt postea illum absoluat. melius enim esset vel facere, vt prius abiuraret, & hæc mihi videtur tutior, vel potius absoluere sub conditione, si abiurauerit, quàm condem-

condemnare, si non abiurauerit, cùm sciat eum abiuraturum.

## CAP. XLVIII.

## De Purgatione.

### SVMMARIVM.

1 *Purgatio quæ, & quotuplex sit.*
2 *Purgatio vulgaris, quæ sit, & an permissa.*
3 *Purgatio canonica quæ, & quot fiat modis, nu. seq.*
5 *Iuramentum per suspectum præstandum, qualiter concipiendum.*
6 *Purgationem infamia præcedere debet, nõ autem crimen probatum esse, & quòd nullus sit accusator.*
7 *Infamia vnde originem trahere debeat, & qualis esse debeat, num. seq.*
9 *Infamia etiam si à maleuolis ortum habeat, purgatio an sit indicenda, arbitrarium est.*
10 *Purgatio non est indicenda extantibus probationibus pro, vel contra.*
11 *Iuramentum in purgatione, non debet continere se innoxium.*
12 *Purgatorum numerus qui fuerit antiquitus, & quòd hodie est arbitrarius.*
13 *Purgatores requisiti si non sint, vel qualitatis requisitæ, compurgatores recipiantur.*
14 *Purgatores quales esse debeant, & debẽt habere notam vitam præsentem, & præteritam ipsius purgandi.*
*Et quid si non reperiret compurgatores, nu. seq.*
16 *Purgatio ad cautelam fieri debet à prælatis, licèt posset vitari, vt tollatur omnis suspitio.*
17 *Suspecti de hæresi omnino purgandi.*
18 *Purgatus semel, nisi de nouis, purgandus non est iterum.*
19 *Purgandus in purgatione deficiens, qualiter puniatur, & nolens se purgare, nu. seq.*
21 *in Purgatione deficiens, si pœniteat eum, est ab ecclesia recipiendus, vt conuictus & confessus.*
22 *Tortus sed non sufficienter, an purgari debeat.*
23 *Purgatus sufficienter, an, & ad quas teneatur expensas. Et insufficienter iterum purgandus, num. seq.*
25 *Iuramentum purgandi, quid continere debeat.*
26 *Purgandi iuramento standum, si non habet qui eius vitam noscat.*
27 *Iudex inquisitor sciens in conscientia quem esse hæreticum, an debeat ei indicere purgationem.*
28 *Purgatio ibi fienda, vbi est infamia.*
29 *Purgandus debet specificare vel non crimina, prout in accusatione deducta sunt.*
30 *Purgationem ecclesia de quibus indicere possit, vel non.*
31 *Purgatio à qua infamia liberet.*
32 *Purgatus compurgatoribus tenetur in alia causa, in quibus suspecti fierent.*
33 *Purgatio in casibus à iure tantum expressis indicitur.*
34 *Purgatio canonica etiam vbi non est diffamatio, si vehemens sit suspicio, indicitur, & coram quo.*
35 *Purgationem præcedere debet edictum, præfigens terminum cuicunq; accusare volenti intra quem, &c.*
36 *Purgatio publicè fienda, si publica est diffamatio: si autem secreta, secreto, & qualiter.*
37 *Purgandus nominans purgatores suspectos, ipse nominabit.*
38 *Appellari potest ab Indictione purgationis canonicæ, licèt à sententia hæresis non possit.*
39 *Purgatio non tollit pœnam.*
40 *Purgari an debeat quis ex simplici cogitatione.*
41 *Purgari volens, & iudex inquirere, quis præferatur.*
42 *Periuro in quauis causa purgatio non indicitur.*
43 *Purgatio indicta in termino si non præstetur, imo si per annum quis steterit in excommunicatione. quid fieri debeat.*
44 *In purgatione quare procurator non admittatur.*
45 *Purgatio non indicitur, vbi leuis est diffamatio.*
46 *Purgationis specialia quæ.*
47 *Frater potest esse purgator pro fratre.*
48 *Compurgatores non compelluntur.*
49 *Purgatus à superiore, literas afferat purgationis.*
50 *Purgare se nolens, damnabitur vt hæreticus.*
51 *Purgatus, & iterum conuictus de hæresi, non damnatur de hæresi si purgatus fuit ex leui suspicione.*
52 *Purgatio etiam ciuili iure cognita.*
53 *Purgatione indicta, purgatus in mortis articulo hæreticos aduocans consolatores, vt hæreticus damnandus est.*
54 *Suspicio propter quam indicenda sit purgatio, quid operetur.*
55 *Purgatio vt possit indici, quæ, & quot requirantur.*
56 *Pœnæ, an cumulari possint, videlicet purgatio, tormenta & similia.*

1 PVrgatio dicta, †quòd maculas, id est, peccata & vitia purget, & quadruplex est. Prima spiritualis, qua per pœnitentiam & sacramenta peccata purgantur, & tolluntur. Secunda vulgaris, qua per certos probandi & experiendi modos veritas occulta indicabatur, cessantibus alijs probationibus. Tertia canonica est, quæ non per modos vulgares, sed canonicos innocentiam & veritatem ostendit. Quarta est purgatorij ignis post mortẽ. De prima & vltima non est hic tractandi locus, sed tantũ de vulgari & canonica dicendum.

2 ¶ Vulgaris dicitur, quæ à vulgo, † diabolo suggerente inuenta est, vt scilicet sorti tribuatur, quod Deo tribuendum foret, vel vt miracula expetantur, puta si quis est infamia alicuius delicti notatus, ipse autem neget, neq; aliæ extent probationes, à vulgo inuentum erat, vt ferrum ignitum manu suspectus & accusatus teneret, vt si illæsus appareret, innocens etiam iudicaretur, & è contra reus si ab igne offenderetur, & similibus argumentis innocentia probaretur, quod tamen prohibitum est, *vt habetur in cap. Menna. in fin. & cap. consuluisti. secunda quæstio. 5. & cap. vlt. de purga. vulga. & in cap. ex tuarum. de purgat. canon.* hæc autem purgatio tanquam vulgaris & peregrina, prohibita est: quia scriptum est, Nõ tentabis Dominum Deum tuum, *vt habetur in dict. cap. vltimo.* tametsi legamus Hieronyn. Sauonarolam memoria patrum nostrorum hanc purgationem ignis publicè voluisse experiri cum quodam fratre Minore. Solebat etiam hæc purgatio fieri per duellum, quæ pariter prohibita est, *capit. 1. & 2. de purga. vulg. & in capit. monomachiam. 2. quæst. 5.* solebat etiam fieri per sacrosanctam Eucharistiam communicatam plurib. per hæc verba, Corpus Domini sit tibi hodie ad probationem, quando scilicet furtum inter plures erat commissum, & ignorabatur author furti, *vt dicitur in cap. sæpe. 2. quæstio. 4.* & hac purgatione se purgauit Gregorius Septimus coram Henrico Quarto Roma. Rege, & toto populo; nam Missam celebrans ad altare confecto Corpore Christi inquit: Ecce Corpus Domini quod sumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, vt omnipotens Deus suo me hodie iudicio, vel absoluat obiecti criminis suspicione, si innocens sum, vel subitanea interimat morte, si reus, vt in eius vita legitur: Inuitans etiam Henricum Regem, vt se tali purgatione à suspicione, & obiectis criminibus liberaret, quam tamen ipse Rex sibi conscius subire recusauit, cui tamen derogatum fuit, vt ibi in glo. Quod si sententia lata foret ex tali probatione, esset nulla, & retractanda foret, *vt per Hostien. in summa de purga. vulga. §. vltimo, incipien. an sententia.*

3 ¶ Canonica autem purgatio, † est infamiæ seu suspicionis deletio, & innocentiæ detectio cum modis à iure canonico inductis, *vt colligi potest ex dictis per Goffre. & Hosti. in summa de cano. purga.*

4 ¶ Purgatio autem canonica fit & per † iuramentum se purgantis, quòd talia non admiserit, & per iuramentum plurium, qui ipsum bene cognoscant, & per iuramẽtum eorum credulitatis asserãt se credere, quòd verum iurauerit suspectus, & quòd credant eum virum bonum & fidelem, neq; ea commisisse, de quibus suspectus est, *c. quotiens, de purga. cano. & c. quotiens. 2. q. 5.*

¶ Iuramen-

5 ¶Iuramentum autem prẽstandum, per† ſuſpectũ non debet præſtari, quòd nunquam talia & ſimilia commiſerit, ſed tantum quod non commiſit ea, de quibus inculpatur. nam aliàs videretur poſſe cogi iurare, quòd à natiuitatis tempore non commiſerit peccatum mortale, vel nunquam ſenſerit contra Eccleſiam, quod eſſet abſurdũ, *vt probatur in c. accepimus. §. 1. de purga. cano. & tradit Hoſtien. in ſumma d. tit. in ver. qualiter fieri debeat.*

6 ¶Infamia tamen præcedere debet† purgationem, ſed oportet, quòd crimen probatum nõ ſit. ſi enim infamia deeſſet, & probatio, abſoluendus foret: quòd ſi & infamia, & probatio adeſſet, cõdemnandus proculdubio foret, *cap. nos inter. & c. conſtitutis. de purga. cano.* Item oportet etiam, quòd nullus appareat accuſator, *vt per gloſ. in c. pen. §. penul. & fin. in verbo, indicenda, de purga. can. & in ſumma. 2. q. 5. vbi etiam glo.*

7 ¶Sed debet infamia illa† ortum habere à viris probis & fide dignis, non ab inimicis, aut maleuolis, infamibus, aut vilibus hominibus, præſertim ſi apud bonos, & graues viros nulla laboret infamia, *cap. cum in iuuentute, vbi omnes, de purga cano. & opt. tex. in cap. inquiſitionis. §. vlti. de accuſa. & gloſſ. in c. in cunctis, in verbo, maledicorum. 11. q. 3. & Papa in c. cum in iuuentute. de purg. cano.* indicit purgationem canonicam infamato ab inimico propter importunitatẽ procuratoris ipſius infamati, nõ autem quòd de iure ad id cogeretur, quidquid dicat Campeg. *in add. ad Zanchi. de hæret. c. 11. verſic. vnum tamen ſingulariter notandum, & vide ſuprà cap. 34. num. 53 & contra Campeg. tenet etiam Siman. in adnot. in Zanch. c. 10.*

8 ¶Neq; debet eſſe infamia tam vehemens,† vt tranſeat in notorium, quia tunc non eſſet opus purgatione, ſed condemnatione, *c. pen. §. fi. de purg. cano.*

9 ¶Et notandum, quòd licèt ſi infamia† à maleuolis ortum habuerit, non ſit indicenda purgatio, *vt dixi*: attamẽ ſi ſcandalum peperit in populo, debet omnino indici, & an ſit indicẽda, hoc erit arbitrarium iudicis, attentis circunſtantijs, *vt per Deci. poſt Aretin. in capitu. at ſi clerici. nume. 9. & 10. de iudic. & Hoſtien. in ſumma de purga. canon. ver. quando ſit.*

10 ¶Quòd† ſi probationes contra ſuſpectum extarent, vel pro, non eſſet indicenda purgatio, ſed recipiẽdę probationes, & condemnandus vel abſoluendus, *vt per Hoſt. in d. §. quando ſit. in fi. & eſt tex. in c. tam literis. de teſti. & Innoc. in c. nos inter. de purg. cano.*

11 ¶Et aduertat iurans in† purgatione, quòd non iuret ſe immunem & innoxium, aut innocentem ab obiectis ex eo, quòd ſcilicet à confeſſore fuerit abſolutus in dicta pœnitentia, ſi ſciat tamen ſe eo crimine oppoſito innodatum fuiſſe, *vt probat tex. in c. accedens. §. porrò. de purg. cano.*

12 ¶Antiquitus præfixus erat† numerus purgatorum: nã ſi diffamatus erat Epiſcopus, duodecim requirebantur purgatores Epiſcopi; ſi presbyter, ſex requirebãtur preſbyteri: ſi Diaconus, tres, *c. omnibus. 2. q. 5.* hodie tamen arbitrarium eſt iudicium, vt qui maiori ſuſpicione laborat, plures requirat purgatores; qui minori, pauciores, *vt in c. cum eſſent, ad fi. de ſimon. cap. cum P. Manconella. & c. inquiſitionis. §. penult. de accuſ. c. omnib. & cap. presbyter. 2. q. 5. cap. ex tuarum. & §. cum in iuuentute. §. fin. de purga. cano. & in c. ſignificaſti. de adul. c. inquiſitionis. §. vlt. de accuſ. gl. in c. inſinuatum. in ver. ſexta manu. de ſimon.*

13 ¶Et licet purgatores† debeant eſſe eiuſdem ordinis, tamen ſi non reperiantur tot Epiſcopi, vel ſi qui reperiuntur, ſint inimici, vel patiãtur aliquam legitimam oppoſitionem, ſuſcipientur compurgatores inferioris ordinis, *cap. in iuuentute. §. fin. de purga. cano. cap. ſi legitimi. 2. q. 5. ca. cum P. conſtitutis. cap. inter ſollicitudines. & c. cum dilectus. de purg. cano.* quinimo deficientibus etiam clericis laici admittentur, *d. c. omnibus. 2. q. 5.* & ſi deficient maſculi, admittentur fœminæ, *argum. c. in decima. 18. q. 2. & eſt gloſſ. fin. in d. c. cum in iuuentute.*

14 ¶Debent tamen omnino tales† purgatores eſſe fide catholici & vita probati, & inſuper debent habere optimè notam vitam ſuſpecti, & ſi fuerit ſuſpectus de hæreſi, hoc erit in hoc crimine ſpeciale, quòd debebunt habere habere notam non modò præſentem vitam ſuſpecti, ſed etiam præteritam, *vt dicit text. in c. inter ſollicitudines. §. attendentes. in fi. de purg. cano.* & quòd iſtud de notitia vitæ præteritæ ſit ſpeciale in hoc crimine hæreſis, *tenet Hoſt. in ſumma de purg cano. §. quales. ver. vel ſpeciale eſt.*

15 ¶Quòd ſi ſuſpecti eſſent† viles & tales, qui veriſimiliter non poſſent dare compurgatores idoneos, vt ſuprà requiri diximus, recipiendi ſunt mediocres & tales, quibus arbitrio iudicis poſſit aliqua adhiberi fides, ne & his denegetur defenſionis facultas, *Archidia. & alij, in c. ſi legitimè. 2. q. 4. & not. per Abb. & alios in c. inter ſolicitudines. & in c. cum in iuuentute. de purg. cano.*

16 ¶Sic & plures Pontifices† ſe purgarunt, vt Sixtus *in c. mandaſtis. 2. q. 5.* ex quo text. colligitur, quòd licèt euitari poſſit aliter purgatio, attamen ad cautelam ſubeundam præſertim à Pontifice & prælatis, vt tollatur omnis ſuſpicio de eo in populo, *& idem probatur in ca. auditum. ea. q.* vbi pariter Leo Põtifex ſe purgat. ſic & Paſchalis I. de imputato homicidio corã 30. Epiſcopis ſe purgauit. & Damaſus de impoſito adulterio coram 42. *c. nos ſi. 2. q. 7.*

17 ¶Et quòd ſuſpecti de hæreſi† ſint omnino congrua purgatione purgandi, eſt text. *in ca. excommunicamus. §. qui autem, de hæret. & c. inter ſolicitudines, de purg. cano. quod loquitur in hæreſi.*

18 ¶Purgatus† autem ſemel non poterit de eodem crimine ſiue hæreſi accuſari, etiam ſi de nouo infamia inſurgat, modò de præteritis tantum, de quibus ſe purgauit, ſecus ſi de nouis foret infamatus, niſi appareret de fraude purgationis indictæ, *ita Hoſt. qui plura allegat in ſumma, de purg. cano. §. an purgatus, qui eſt penult.*

19 ¶Verum ſi purgandus† deficit in purgatione, tunc condemnabitur eadem pœna, qua puniẽdus fuiſſet, ſi legitimis teſtibus foret conuictus, *vt per Hoſtien. ibi, in §. vlti. intellige*, ſi fuit accuſatus, quòd ſi inquiſitus, vel denuncia tus punietur arbitrio iudicis. ita Bernard. Diaz. *in pra. crimin. cano. c. 141. per c. de hoc, de ſimon. & cap. inquiſitionis. de accuſ. & omnes in cap. inter ſolicitudines. de purga. cano.* vt autem cognoſcatur, an defecerit in purgatione, ſolent iudices in ſententia, qua indicunt purgationem, addere, quòd ſi defecerit in duobus vel tribus, pro conuicto habeatur, aliàs ſi hoc expreſsè cautum non foret, intelligeretur arbitrio iudicum relictum, *iuxta c. ad abolendam. de hæretic. ita Simanch. in Enchirid. de hære tit. 53. nu. 13.* quæ vera ſunt, modò legitimè nõ fuerit impeditus, neque culpa ſua, & ceſſante impedimento ſatisfaciat, *vt per Zanchin. de hæret. cap. 20. num. 6.*

20 ¶Et pariter ſi indicta† purgatione noluerit ſe purgare, condemnandus erit, vti conuictus, nec opus erit expectare per annum integrum, vt dicitur de contumace, *in cap. excommunicamus. §. adijcimus. de hæret. & in cap. tua nos. de cohab. cler. & mul. Innoc. Abb. & alij in c. cum P. Manconella. de purg. cano. & c. inter ſolicitudines. eo. tit.*

21 ¶Sicut autem† qui legitimè conuictus eſt vel confeſſus poteſt pœnitentia præmiſſa redire & recipi ab Eccleſia, ita & ille qui defecit in purgatione, modo clarè confiteatur errores & abiuret, vt illi qui conuicti fuerũt, hoc tenet Simanch. *in Enchirid. de hære. tit. 53. nu. 14.*

22 ¶Sed an ſi quis fuiſſet† ſufficienter tortus, poterit ei indici purgatio canonica. Simanch. *in d. tit. 53. nu. 16.* tenet quòd non: ſecus ſi non fuiſſet ſufficienter tortus, *vt videtur notari in c. ex tuarum. de purg. can.* licet ego putarim non eſſe talem purgationem indicẽdam poſt torturam, quia aut fuit ſufficiens tortura, & tũc ſublata ſunt omnia indicia, & ideo vbi nulla præſumptio contra, non eſt indicenda purgatio, *vt ſupra dictum fuit.* aut nõ fuit ſufficiens, & tunc repetere debet eam iudex, *iuxta l. repeti. de quæſtio.* viam enim quam elegit, non debet derelinquere.

23 ¶Si quis autem recte† ſe purgauerit, Simanch. *in d. tit. 53. nu. 17. & 19.* tenet, quòd condemnandus erit in expenſis cùm non ſit æquum, quòd promotor fiſcalis ſoluat,

quod

quod ego admittere non possum. fateor enim, quod si- bi non sunt refundendæ expensæ per eum factę, ex quo saltem suspicio laborabat contra eum: sed quod & ad alias expensas factas per fiscum, ipse condemnandus sit, hoc iniustissimum videtur: nam iuramentū, quo se purgauit, habet vim sententiæ absolutorię, *iuxta not. in l. 2. & l. admonendi, de iureiur.* ergo.

24 ¶ Notandum tamen, † quod si purgandus purgauit se, sed non vt debuit, debet iterum se legitimè purgare, vt tradit Innoc. *in cap. dilecti, de purgat. canon. & est text. in c. ex tuarum, eod. tit.*

25 ¶ Iuramentum autem prędstandum † perpurgandum erit, quod nec perpetrauit, nec perpetrari iussit, nec consilium aut fauorem præstitit, nec eo sciente aut ratum habente delictum, quod ei obiicitur, *& habetur in c. quotiens, & c. vlt. de purg. can.*

26 ¶ Et si purgandus est aduena † & peregrinus, qui nō potest dare purgatores, qui notam habeant eius vitam, stabitur eius simplici iuramento, *ita gl. fi. in fi. in c. cùm P. de accu. quæ plura allegat.*

27 ¶ At insurgit pulchra dubitatio, † quid si Inquisitor aliquis scit in conscientia sua, quod diffamatus de hæresi erat vere hæreticus, quia fortè sibi id fassus est, an debeat ei indicere purgationem canonicam ipsam petenti, cùm sciat eum periurium incursurum? *glos. in c. presbyter, 15. q. 5.* disputat ad partes, & tandem nil decidit. Arch. tamen ibi tenet, quod debet indicere purgationē, quia id facit non tāquam sciens, sed vti ignorans & iudex, & quia etiam sacramentum Eucharistiæ dari nō debet ei, quem dans scit excommunicatum, vt ibi per eum: sed hoc idem tenet gloss. 1. *in c. non prohibeat, de consecr. dist. 2. & tradunt Dd. in c. clericos, de cohab. cler. & mul.*

28 Ibi autem fienda est purgatio, † vbi infamatus fuit, & si apud populum erat infamis, coram populo purgandus, *not. in c. inter sollicitudines, de purg. cano. & in c. ego Berengarius, de consecr. dist. 2.*

29 ¶ Et notandum, † quod si purgandus fuit accusatus & specificata crimina in accusatione, debet & ipse in purgatione eodem modo specificare: quod si fuit generaliter de hæresi inquisitus, generaliter etiam in purgatione iurabit se hæresim non incurrisse, *ita pul. Innoc. in c. vlt. de purg. cano.*

30 ¶ Non potest tamen ecclesia † indicere purgationē laico, nisi de iis, quæ spectant ad forum suum, id est, circa crimen, quod sit de foro ecclesiastico, & ideo Inquisitores non poterunt indicere purgationem de poculo amatorio dato, cùm hoc crimen ad eorum officium nō spectet, *Inno. in c. nos inter, de purg. canon. & Card. in Clem. 1. in vlt. q. de offic. ordin.*

31 ¶ Et notandum, † quod talis purgatio liberat ab infamia iuris, sed ab infamia facti non, quia solus Deus potest ab ea liberare, *Archid. in capitul. omnibus, nume. quinto, 2. quæstione 4.*

32 ¶ Purgatus autem † per compurgatores tenetur naturaliter ipsis compurgatoribus eos in alia causa, in qua ipsi forent suspecti, purgare, *vt per Archi. in c. Menna, nume. 3. 2. quæst. 4*

33 ¶ Non est autem indicenda † purgatio, nisi vbi est à iure expressum, *vt per Arch. in c. auditum, n. 1. 2. q. 4.*

34 ¶ Licet quis non foret diffamatus, † poterit tamen ei indici purgatio canonica, si contra eum laboret vehemens suspicio penes episcopum, & aliquos alios, *Archi. in c. omnibus, nu. 7. ea. 2. q. 4.*

35 ¶ Antequam verò recipiatur † purgatio diffamati, debent iudices publicum facere edictum, quod qui voluerit hunc accusare, id faciat intra certum tempus, *c. ex tuarum, de purg. canon. & plura adducit Archid. in cap. presbyter, nu. 5. 2. q. 4.*

36 ¶ Publicè, non secreto † est purgandus, qui publice diffamatus est: & secreto, qui secreto vel apud aliquos tantum, *ita tex. & ibi gl. & Archid. & alij in c. 1. 15. q. 5. & Archi. in c. illud, n. 1. in ver. publico, 23 dist.*

37 ¶ Purgatores autem † nominabit ipse diffamatus, ꝙ si nominaret suspectos, tunc iudices nominabunt, *vt Præpos. notat in c. si mala, 2. q. 4.*

38 ¶ Notandum vnum perpetuo † si verum, quod licet à sententia condemnatoria hæresis non possit appellari, vt infra dicam suo loco, quod est regulare in omnibus publicis criminibus, *c. cùm sit Romana, in fin. de appell. c. peruenit, il primo, & c. cum speciali, eod. tit. cum simil.* attamen ab indictione purgationis canonicæ poterit appellari, *cap. nos inter, de purg. cano. & not. in cap. tua, in fin. de cohab. cler. & mulier. & Archid. in c. presbyter, nūm. 2. 2. q. 4. & Ioan. And. in c. excommunicamus, il primo, col. 1. in fin. in vers. sed quid si dicat iudex, volumus, &c.*

39 ¶ Indicta autem purgatione † nō dicitur indicta pœna, quia purgatio non est pœna, *vt probatur in c. 1. de confes.* vbi primo dicitur, nullis censemus pœnis subdendos, & tamen in fine indicitur illis purgatio.

40 ¶ Sed posset dubitari, † an debeat se purgare etiam de sola cogitatione, quæ ad nullum actum deuenerit. & dic quod non, *vt est gloss. & ibi Archid. not. num. 2. in c. auditum, 2. quæst. 4.*

41 ¶ Pariter etiam posset † dubitari, si reus vult se purgare, iudex autem vult inquirere, quis præferatur. dic, quod iudex, *vt est gloss. in c. habet, in gloss. magna, circa med. ea. cau. & quæst.*

42 ¶ Qui autem semel de † periurio conuictus fuit in quacunq; causa, ei non est indicenda purgatio, *vt est gloss. no. in c. paruuli, 22. q. 5.*

43 ¶ Ad formam tamē † qua indicitur purgatio aduertendum, quia si iudex dicat, volumus, mandamus, & decernimus, quod super tali suspicione te purges ad nostrum arbitrium, & ad hanc purgationem faciendam tibi talem peremptorium terminū assignamus, in quo nisi veneris, & dictam purgationem præstiteris contra te, quantum de iure poterimus procedemus: si iste in termino non prędstat purgationem, neq; comparet, poterit excommunicari, sed an si per annum in ea steterit, poterit vt hæreticus condemnari. Dic primo, quod ab illa declaratione poterit appellari: ꝙ si non appelletur, tunc licèt sit contumax, non poterit vti hæreticus condemnari, sed quia iudex non indixerat certam formam purgationis, sed tantum dixerat ad arbitrium nostrum, ideo vt possit eum condemnare vt hæreticum, iterum tali absenti, & contumaci indicat purgationem sub certa & specifica forma præstandam, & pariter alium terminum illi assignet ad eam sic formatam, & specificatam præstandam, & tunc si & in hoc termino fuerit contumax, illum excommunicet, & ab hac non poterit appellare, qui si postea per annum in ea perseuerauerit, poterit vt hæreticus condemnari. *hanc formam tradit Io. Andr. in c. excommunicamus, il primo, col. 1. in fi. in ver. quærit hîc Hostiens. quid si ecclesia.* ex quibus collige, quod indictio purgationis est interlocutoria, non diffinitiua, *vt no. per Dd. in c. cùm dilectis, de purg. can. & in c. quod ad consultationem, de re iud.*

44 ¶ Purgatio hæc † per procuratorem fieri nō potest, *vt per gloss. in cap. pen. incip. Statuit, 2. q. 4.* pro qua dic, quia si deficeret in purgatione, condemnaretur ea pœna, qua condemnandus foret, si fuisset cōuictus, sed tunc procurator non admitteretur, *iuxta leg. penult. §. ad crimen, de publi. iud.* ergo.

45 † Si leuis est diffamatio, † non debet indici purgatio. *gloss. in cap. habet, in gloss. magna, in princ. 2. q. 4. in c. habuisse, 23. distinct.*

46 ¶ Notandum tamē quod purgatio † in causa ista hæresis habet aliquot specialia.

¶ Primò, vt licèt facta purgatione in aliis criminibus nulla indicatur pœnitentia, in isto tamen vltra purgationem indicitur pœnitentia suspensionis, donec scandalum & infamia sopiatur, *vt dicitur in c. inter sollicitudines, §. purgatione verò.*

Secundò, quod 14. compurgatores requiruntur.

Tertiò, quod purgatores non modo præsentem, sed & præteritam vitam agnoscant, & de ea deponant.

Quartò, quod duo episcopi in hac purgatione adiũguntur ordinario, *vt hæc habentur, & ibi no. Ioan. And. in dict. capit. inter.*

47 Et frater etiam potest esse purgator † pro fratre, *vt est gl. in c. si mala, in gl. 1. 2 q. 4.*

48 Compurgatores autem † nominati non possunt cõpelli ad purgandum *secundum Abb. & alios in c. cùm dilectus, de purg. canõ.*

49 Si autem quis fuerit purgatus coram superiore, non debet redire ad lares domesticos sine literis purgationis, *c. 1. 8. q. vlt. incip. Quilibet.*

50 ¶ Iste est vnus casus, in quo † ex suspitionibus dãnatur contra regulam text. *in c. quisquis, & c. sciant, 2. q. 8.* nam si indicta purgatione nolit se purgare, tunc excommunicatur, & si perseuerauerit in excommunicatione per annum, condemnabitur diffinitiuè vt hæreticus, *cap. excommunicamus, il primo, §. qui autem, de hæret.* secundum tamen formam ibi expressam *per Ioan. Andr. de qua ſ. dixi*, de qua tamen mentionem non facit Pau. Girlan. *de hær. q. 8.* vbi de hac loquitur purgatione.

51 ¶ Purgatus autem si post † purgationem deprehendatur, & conuincatur de hæresi, an poterit condemnari vt relapsus. communiter concluditur, quod aut purgatus fuit ex graui suspicione, & tunc potest vt relapsus condemnari, aut ex leui, & tunc secus, *vt per Girland. in tract. de hæret. q. 10.*

52 ¶ Et ista purgatio cognita † est etiam à iure ciuili, *vt habetur in authen. Gazaros, §. fi. C. de hære. qui tex. est registratus in c. ad abolendam, §. qui verò, de hæret.* vbi quod si purgationem non faciunt, excommunicantur, & si per annum persistant bãniuntur, vel permittuntur vt hæretici brachio seculari, *idem habetur in c. excommunicamus, il primo, §. qui autem, de hæret.*

53 ¶ Notandum etiam, quod hæc purgatio † propter suspicionem indicta operatur, vt si purgatus in articulo mortis consolatores hæreticos aduocauerit, cõdemnabitur vt hæreticus, & filij eius non admittentur ad probandum, quod fecerit id non sanæ mentis, *vt est text. in c. 3. de hæret. in 6.* maximè si primo grauis contra eum laborabat suspicio, *iuxta c. accusatus, in prin. eo. tit. & lib.*

54 ¶ Suspicio, propter quam indicenda est † purgatio, operatur, vt suspectus possit interrogari de articulis fidei, & de sacramẽtis, v- secundum respõsiones per eum faciendas, vel ei indicatur purgatio vel non, & vel grauis, vel leuior, & vel procedi debeat ad inquisitionẽ vel non, *ita Affli. in constit. inconsutilem, nu. 53.*

55 ¶ Collige ergo, † quod ad hoc, vt purgatio indicatur, hæc requiruntur:

Primò, quod infamia præcedat apud bonos & graues viros, *c. in cunctis, 11. q. 3. c. pen. de purg. cano.* etiam si nullus accuset vel denunciet, *c. presbyter, 10. q. 5.*

Secundò, quando testes examinati super inquisitione non plene probarent, *cap. inter sollicitudines, de purgat. canonica.*

Tertiò, quando etiam processum fuisset per accusationem, & non plenè probatum, sed ex probationibus taliter qualiter factis remaneret aliqua suspicio penes viros probos, vel saltem penes ipsum iudicem, *capitul. omnibus, 2. quæst. 4. & dict. capit. inter sollicitudines.* quod si neque infamia præcedat, neque semi-conuictus ex inquisitione, vel ex accusatione dato, quod iudici foret suspectus, non tamen indicetur purgatio, quia hoc iure non cauetur.

56 ¶ Sed an aliæ pœnæ † arbitrariæ possint iuxta purgationem cumulari. Simancha *in enchir. tit. 54. num. 16.* dicit hanc esse difficilem quæstionem, an scilicet cumulari queant tormenta, abiuratio, purgatio, & simil. & dicit putare aliquos, quod possint. sed ipse sic distinguit: aut reus sufficienter est tortus, & tunc absoluẽdus præterquam ab expensis culpa sua factis; aut leuius quàm debebat tortus est, & tunc sicut torméta possunt repeti, sic poterit ad aliud remedium recurri, *de quibus vide ſ. in cap. seq. num. 8.*

## CAP. XLIX.

## *Quando Pœnæ possint Augeri, vel Minui, vel Cumulari, vel Commutari.*

### SVMMARIVM.

1 *Pœna hæreticis conuersis ex causa commutari potest.*
2 *Suspectis imponitur pœna ad suspicionis qualitatem, & securitas exigitur de ea implenda.*
*Hæredes autem pœnitentiam ante mortem indictam persoluere tenentur.*
3 *Pœnæ ex causa possunt alterari, prout in alijs delictis, etiam post sententiam, nu. seq.*
5 *Pœna pecuniaria potest in corporalem commutari.*
6 *Inquisitores non possunt condere statuta augendo vel minuẽdo, disponendo circa hæresis crimen.*
7 *Pœnæ statutariæ & iuris communis cumulãtur, & omne subibit reus. similiter abiuratio, tormenta, & purgatio, n. seq.*
9 *Condemnatus in vna pœna ab alijs absoluitur.*
10 *Pœnæ pœnitentiales arbitrariæ omnes sunt etiã si à l. vel à Papa sint indictæ. nu. seq. & 12. & 13.*
14 *Pœnitentia publica, non potest in secretam mutari.*
*Pœna contra hæreticum, à lege imposita est immutabilis. secus cõtra suspectum: si imposita autem sit à clerico, episcopus est requirendus etiam si in sententia reseruatio commutandi apponatur.*
15 *Pœnæ grauitas iuxta delicti grauitatem imponenda.*
*Doctor hæresis non admittendus ad pœnitentiam.*

1 POssunt Inquisitores † hæreticis conuersis pœnam ex causa commutare, *c. vt commissi, de hæret. in 6. tradit Gondisla. de hæret. q. 8. num. 7.* & ideo ex causa aliqua pœna corporalis, puta carceris temporarij poterit commutari in pecuniariam pro piis locis vel causis, *capitul. accusatus, §. de quæstionibus, & §. si verò, de hæret. in 6.*

2 ¶ Potest etiam suspectis † indici pœnitentia iuxta qualitatem suspicionis, & præter iuratoriam cautionem potest ab eis sufficiens exigi securitas de certa pœna soluenda, si pœnitentiam iniunctam non adimpleuerint, *iuxta text. in capitul. literas, in fin. de præsumpt. & hunc modum approbat Gondisla. de hæret. quæst. 15. num. duodecimo, vbi num. 13.* quod vbi ipsi suspecti in vita non implessent pœnitentiam, compellentur hæredes adimplere, *capitu. parochiano, de sepultu. capit. in literis, de raptor & capit. à nobis, lo secondo, de sentent. excommunicat.* quod si nulla pœnitentia fuisset indicta, quia mortuus antequam indiceretur, hæredes non tenebuntur, *capitul. accusatus, §. porro, de hæreticis, in 6.*

3 ¶ Possunt pœnæ à iure † indictæ à iudicibus ex causa minui, & augeri etiam in hoc crimine, sicut & in aliis, *vt not. in leg. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de ijs, qui not. infa. & l. & si seuerior, Cod. ex quibus cauſ. infam. irrog.* ex omnibus ergo causis in quibus possunt minui pœnæ in aliis delictis quarum aliquæ connumerantur per gloss. *in d. §. pœna grauior.* ex eisdem etiam minuentur in hoc crimine, *vt per Gondisla. de hære. q. 17. nu. 1. & 2. & ibidem nu. 3. ex quibus causis augeri possit.*

4 Licet autem in aliis criminibus † pœna augenda vel minuenda sit in ipsa sententia, quia pœna non potest alterari post sententiam, *vt not. per gloss. & alios, in d. §. pœna grauior, & in d. l. & si seuerior.* tamen in hoc crimine hoc est speciale, quod etiam post sententiam potest minui & immutari pœna, quando visum fuerit iudicibus, *vt est text. in c. vt commissi, §. nec non. de hæret. in 6. & Gondisla. in d. q. 17. num. 5. & Campeg. in addit. ad Zanch. c. 19. in litera A. ver. addit rursus, & in ver. cui verò, in fi.*

5 ¶ Pecuniaria autem pœna † proculdubio poterit in corporalem commutari, si condemnatus nõ sit soluendo, vt

do,vt in quocunque crimine obſeruatur, *l. fin. ff. de in ius voc.* quanquam melius facient, & cautius iudices, ſi in ſententia qua condemnant pœna pecuniaria exprimãt hoc, quod ſi non ſoluerit intra tale tempus, ſubeat talem pœnam corporalem, *ita Gondiſla. in dict. quæſtione 17. numero 6.*

6 ¶ Et notandum, quod Inquiſitores † non poſſunt condere ſtatuta augendo vel minuendo pœnas vel alia circa crimen hæreſis diſponendo, *vt no. Lapus in c. 2. § ſtatuto, de conſtitut. in 6.* quia ſunt delegati ad vniuerſitatem cauſarum hæreſis, *c. per hoc, & c. ne aliqui, de hæret. in 6. quod ſequitur etiam Gemi. in d. §. ſtatuto, & Gondiſla. in tract. de hære. q. 23 num. 6.*

7 ¶ Cumulantur autem † pœnæ, quando concurrunt pœnæ iuris communis, & ſtatutariæ, quia ſtatutariæ cẽſentur in augmentum inductæ, *vt not. in l. qui ſepulchrã, C. de ſepulch. violat. & per Bartol. in l. ſanctio legum, ff. de pœnis.* & ideo ſi per ius canonicum impoſitæ ſunt pœnæ, & per ius ciuile etiam hæreticis prout impoſitæ ſunt cumulabuntur iſtæ pœnę, vt vtraſq; ſubire cogatur hæreticus, *iuxta gloſſ. in c. 1. de empt. & vend. & per Ioan. Andr. in capit. fœlicis, de pœn. in 6.* quia pœna legis antiquæ non tollitur per pœnam legis nouæ, *& ita in terminis hæreticorum poſt gloſſ. ibi notat Afflict. in conſtitut. patarenorum, num. 56. & ſeq. vbi etiam addit 10. limitationes ad d. regulam, quas hîc non tranſcribo, cùm videri poſſint, & latius ꝯ. loquar ego aptiori loco, dum generaliter loquar, an & quando in quibuſcunque delictis poſſint cumulari pœnæ, & vide etiam Carrer. de hæreticis, numero 165. vbi latè.*

8 ¶ Dubitari poteſt ſecundum † Simanch. *in enchirid. violatæ religio. tit. 54 nu. 16.* an iſta contra ſuſpectum cumulari poſſint, vt tormẽta, abiuratio, purgatio, & aliæ pœnæ, vbi refert, quod aliqui tenuerunt, quod poſſint cumulari, ipſe tamen tenet contrarium, ſed dicit placere ſibi hanc diſtinctionẽ: nam aut reus ſufficienter eſt tortus, & tunc abſoluendus: aut leuiter tortus eſt, & tunc poteſt alia pœna imponi: aut eſt purgatus ſufficienter, & tunc alia pœna non puniendus: aut quis abiurare cogitur, & tunc poteſt etiam alia pœna puniri, nam abiuratio nõ tam pro pœna quàm pro cautione in futurum requiritur. Sed ego huic diſtinctioni nõ acquieſco: neq; enim tormenta ad veritatem habendam, neque purgatio, neque abiuratio ſunt in numero pœnarum cenſendæ, vt ſ. dixi in cap. præced. num. 39. ideo hæc non poteſt dici cumulatio pœnarum, cùm pœnæ non ſint, circa autem torturam vide, quæ dixi ſ. *in præcedenti capitul. numero 22.*

9 ¶ Nota tamen, quod condemnatus † vna pœna ab omnibus aliis abſolutus videtur, *gloſſ. in capit. prohibent, in verſ. non poteſt, 2. quæſt. 1. Hoſtienſ. in ſumma de maled in verſicul. blaſphemantes, nu. 5. & generaliter Clarus in pract. crim q. 57. verſ. dictum eſt non poſſe.*

10 ¶ Arbitrariæ autem ſunt † pœnæ omnes pœnitentiales, *vt habetur in c. de his, 50. diſtinct. & in c. tempora plenitudinis, 26. q. 6. vbi gl. c. quem pœnitet, c. menſuram, de pœn. diſtin. 1. c. ſignificauit, & c. Deus, qui. de pœn. & remiſ. omnes in c. at ſi clerici, §. de adulterijs, de iud. vbi Abb. nu. 3. & Deci. nu. 6.*

11 ¶ Quinimo poteſt ex † toto remittere pœnitentiam ex cauſa, puta ſi maxima foret cauſa, puta ſingularis cõtritio cordis & dolor peccati, *vt per glo. in d. c. menſuram, de pœnit. diſt. 1. & Deci. in d. §. de adulterijs, n. 6. ver. & in tantum.*

12 ¶ Et prædicta † procedunt etiam in pœnis à canonibus ſcriptis, & indictis, *vt per Abb. in d. §. de adulterijs, nu. 3. & Deci. nu. 6. ver. & hoc etiam.*

¶ Item & in pœnis iniunctis à ſummo Pontifice, quia poteſt inferior ex cauſa immutare & minuere, *vt ibi declarat Deci. in verſ. & ſicut epiſcopus.*

13 ¶ Quæ tamen omnia procedunt, † & vera ſunt, modo adſit cauſa legitima, & de qua conſtet in actis, *vt per Abb. in dict. cap. Deus, qui. de pœnit. & remiſs. & per Deci. in d. §. de adulterijs, dict. num. 6. verſicul. ſed aduertendum, vbi etiam Alcia. numero 3.*

14 ¶ Publica verò † pœnitentia indicta nõ poteſt in priuatam & ſecretam commutari à ſacerdote, Boer. *in t. t. de pœni. & remiſs. Fely. in c. accuſaſti, in ſi. de accuſa.* quanquam Deci. *in d. §. de adulterijs, num. 6. in fin.* videatur contrarium ſentire.

¶ Notandum tamen, quod quando pœna à iure eſt impoſita expreſſe contra hæreticum, & is damnatur, vt hęreticus, non poterit mutari, ſed bene poteſt, quando non condemnat vt hæreticum, ſed vt ſuſpectum, *Zanch. de hære. c. 21.* quia in his eſt arbitraria pœna: ſed ſi ſit clericus Inquiſitor non poterit mutare, niſi petito & obtẽto conſenſu epiſcopi, *vt per Zanch. ibi, & ibi Campeg. in addi.* vbi ſi in ſententia reſeruat ſibi ius commutandi, nõ poterit commutare alterando naturam pœnæ iam impoſitæ per primam ſententiam.

15 ¶ Notandum inſuper, † quod ſecundum grauitatem delicti grauiores indicuntur pœnæ: nam ſecundum aliquos Docto. hæreſis non admittitur ad pœnitentiam, *vt per Simanch. in enchirid. titul. 59.* & hæreſiarchæ etiam grauius puniuntur, *vt per eundem, tit. 67. nu. 11.*

## CAP. L.

## *Vniuerſitas Hæretica, an & quomodo puniatur.*

### SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas hæretica, an & qualiter puniatur ſi fiat ſententia à Principe, ſecus ab alijs, nu. 2.*
3 *Ciuitas hæretica, qualiter dicatur, & quando.*
4 *Ciuitate combuſta, etiam ſingulæ perſonæ puniri poſſunt propter hæreſim.*
5 *Hæreticos ob multos augetur pœna, ſecus ſi ſcandalum timeretur.*
6 *Multitudinis capita, grauius, ſequaces leuius puniuntur.*
7 *Vniuerſitas tanquam corpus, non habet animam, ideo oritur.*
8 *Vniuerſitas qualiter excommunicetur.*

1 CIuitas, caſtrum, † villa, & quælibet vniuerſitas, ſi labatur tota in hęreſim, poteſt contra eam inquiri, condemnari, comburi, & deſtrui, *iuxta text. & ibi gloſſ. in capit. ſi audieris, 23. quæſt. 5. & per Bartol. in leg. aut facta, §. nonnunquam, ff. de pœnis, & tradit etiam Salicetus, in leg. prima, Cod. de ſeditio. in fin. & Gond ſla. de hæret. quæſtio. 24. per totam.*

2 ¶ Quod intellige, † vt ipſe ibi monet, dummodo ſententia fiat à Principe, non ab inferiore, puta modo fiat à Papa; nullus autem priuata authoritate, & ante ſententiam poterit ciuitatem deuaſtare & deſtruere, dato quod foret hæretica, vt ibi latè concludit; vbi etiam refert Bonifacium Papam deſtruxiſſe ordinem Templariorum, quia erant hæretici.

3 ¶ Ciuitas autem † tunc dicetur in hæreſim lapſa, quando oẽs, vel maior pars habitantium eſſet hęretica, & quod ſæpe ad tractanda hæretica conuenerit in vnũ, & communicando conſilium, & nomine vniuerſitatis agendo, puta quod rebaptizentur omnes, quod deleãtur omnes imagines, quod non celebrentur miſſę, & ſimil. *vt per Gondiſla. ibi, nu. 2.*

4 ¶ Sed nota, quod licet punita † foret ciuitas, puta igne cõbuſta, priuata nomine ciuitatis, & omnibus priuilegiis, & facultatibus illi ciuitati conceſſis, attamen poterunt & ſingulares omnes illius ciuitatis etiam puniri de hæreſi, *vt ibi concludit Gondiſla. nu. 3.*

5 ¶ Et licèt ciuitas in vniuerſo † ſecundum modum ſupradictum non eſſet hæretica, tamen ſi in vna ciuitate multi eſſent hæretici, augendæ forent pœnæ, quia multis graſſantibus opus eſt exemplo, *leg. aut facta, §. vlt. ff. de pœnis.* quod verum intellige, quando per tale augmentum non timeretur ſcandalum, quod ſi immineret, contrarium eſſet faciendum, vt ſcilicet minueretur pœna propter multitudinem, *vt tenet gl. in c. confeſſationes, 44. diſt. & in c. latores, de cleri. exc. miniſtran. vt declarat Gondiſla. de hæret. q. 17. nu. 3.*

6 ¶ Eo autem casu, †quo multitudo peccat, principales & maiores illius multitudinis grauiter sunt puniendi: alij verò, qui maiorum errores sequuntur, leuius, *vt probatur in d.c.latores, de cler.exc. minist. & tradit Ang. in leg.is qui opem, ff. de fur.*

7 ¶ Notandum tamen, quod contra ciuitatem † & vniuersitatem non potest proferri sententia excommunicationis: quia vniuersitas tanquam corpus separatum à singulis non habet animam, ideo ligari non potest, vt habetur *in c.Romana, §. in vniuersitatem, de sen.excom.* vbi tamen quidam videntur tenere, quod licèt nõ debeat fieri, tamen si lata sit talis sententia seruandam esse, tutius esse, sed communiter reprobatur per dictionem illam, penitus, ibi positam in text.

8 ¶ Et si quæreres, †quomodo si citaretur vniuersitas, & nollent comparere, quomodo poterunt excommunicari? dicas, quod poterunt singuli sub nomine collectiuo excommunicari hoc modo: Excommunico priores & omnes de tali ciuitate vel vniuersitate, *vt per Host. in summa, in tit. de contumacia, in §. fin. vers. ergo si constat. & Felyn. in cap. dilecte in Christo, colum. 1. de excep. & in capit. dilectus, il 2. num. 2. de simon. & ante eum Ioan. de Ana. ibi. & ideo dicebat Imol. in c. capitulum, de rescri. quem refert Fely. in d.c. dilectus, col. prima.* quod si excommunicãs vtatur ver. collectiuo, puta ciues, volens singulos excommunicare, valebit excommunicatio, secus si vellet excommunicare vti corpus & vniuersitatem. in dubio autem vt actus valeat, præsumetur voluisse excommunicare vt singulos, *arg. c. abbate, de verb. signif.*

9 ¶ Et dicitur Deut. c. 13. Si habitatores alicuius ciuitatis dixerint, eamus, & seruiamus diis alienis, statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniáq; quæ in illa sunt, vsq; ad pecora, quicquid esse supellectilis fuerit, congregabis in medio plateárum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas Domino Deo tuo, & sit tibi tumulus sempiternus, neque ædificabitur amplius.

## CAP. LI.

## *de Credentibus hæreticis, Fautoribus, & Receptatoribus.*

### SVMMARIVM.

*1 Hæretici sunt hæreticorum erroribus credẽtes, & credentium, receptatorum & defensorum differentia & pœna, nu. 2. & 3. & qui credentes verè sint, nu. 5. Audiensque hæreticorum sermones, suspectus est. & sepelientis credentes, atq; consolatores hæreticos requirentis pœna, quæ, nu. 7. & 8.*

*4 Rhetorici hæretici, qui.*

*9 Defensores hæreticorum & fautores, qui, & eorum pœnæ, nu. 10. 36. 37. 45. 46. 47. 55. & aliarum sectarum eorumq; gradus, qui, nu. 58. & 59.*

*11 Magistratus non auxiliantis contra hæreticos, & eius, qui ab errore cùm potest non eos reuocat, nu. 12. & negligentium iudicum pœna, nu. 26. vsque ad 29. & quot modis fauor præstetur, vsque 44.*

*13 Aduocatus, an & quando defendat hæreticos, vsq; n. 25. & quid protestari, & pro quo patrocinari debeat, n. 30. 31.*

*38 Mutuans hæretico ad domus refectionem tacitam hypothecam non habet.*

*39 Hæretico fratri egenti potius quàm extraneo fideli subueniendum, pro hæreticisq; viuis orandum, nu. 42.*

*48 Procuratoris opitulantis ignorante domino hæreticis pœna, & eius, qui conuenticulam præbet, dominiq; scientis. Item & inducentis ad apostatandum à fide, vsque nu. 51.*

*52 Episcopi hæreticum instituentis, notariiq; pro eo instrumenta scribentis pœna 53. & clericorum procurantium non haberi veritatem contra eum, & fauentium orantiumque cum illo, nu. 56. 61. 62. 63.*

*54 Abiuratus fauens hæreticis relapsus censetur, eiq; gratia facta non prodest receptatori ante abiurationem, n. 75. & an purgatus, si relabatur, vti relapsus puniatur, 85.*

*75 Inquisitores contra officium suum impedientes, qualiter procedant.*

*60 Matrimonium cum hæretico contrahens, dotem perdit.*

*64 Receptantis hæreticos pœna, qualis & quot, 79. vsque 83. & ab illa rebellium differt, 67. & quid in ignorante receptatore, vel per vim, 70. 71. & in sciente post verò aliquot dies indicãte, 78. de semel receptante, 72 de consanguineo, coniuge, cau pone publico & amico maximo, n. 68. 69. 73. 74 receptatorque dicitur, qui potest capere & dimittit. 76. & receptatoribus huiusmodi, & fautoribus purgatio indicenda, 84.*

*66 Occultans & associans hæreticos plus receptante, vel sciente, non tamen indicante punitur, 77.*

*68 Receptator latronis, quare puniatur vt ipse latro, hæreticorum verò mitius.*

1 CRedentes erroribus † hæreticorum similiter hæretici sunt, *c. penult. §. vlt. de hæret. & habetur in c potest fieri, de pœn. dist. 1.* corde enim dicitur credi non labiis tantum, *vt ibi, & in c. in actione, eadem dist. & c. Deus quãdo, 24. q. 3. & habetur in auth. credentes, C. de hæret. & in c. præsidentes, in fi princ. de hære. in 6.* paria enim sunt credere leuiter falsa, vel dicere falsa, *c. non solum, in princ. 11. q. 3.* nihil enim aliud est credere quàm fidem habere, *c. nihil aliud, de consec. dist. 4.* & ex fide sentire, *l. 2. C. de summa Tri.* & secundum Tho. *2. 2. q. 2. art. 1.* credere est cum assensu cogitare, quod etiam asseruit *in 2. dist. 13. art. 7.*

2 ¶ Et notandum, † quod licèt ferè semper coniungantur isti, videlicet credentes, fautores, receptatores, defensores, *vt in dict. cap penult. & in dict. authen. credentes, & d.c. præsidentes.* attamen inter hæc est differentia, vt infra per discursum apparebit, & coniunguntur etiam *in c. 2. de hæret. in 6.*

3 ¶ Credentes autem qua † pœna puniantur, videtur quod cùm sint hæretici, vt dicitur *in d.c. pen. §. vlt. de hæret.* puniantur pœna hæreticorum, scilicet mortis: è contra videtur, quod excommunicari tantum debeant, & si in excommunicatione annum permanserint, tunc pro hæreticis habeantur, vt est textus apertus *in c. excommunicamus, il 1. §. credentes, de hæret. & in d. auth. credentes, C. eod.* quare pro solutione dicẽdum, quod duplici modo possunt dici credentes. Primò, qui credunt hæreticis, & tenent eorum dogmata contra catholicam ecclesiam, & orthodoxam fidem, & isti vere sunt hæretici, & ita procedit text. *in d.c. penult. §. vlt.* Secundò, qui credunt verè & realiter id, quod credit sancta mater ecclesia, sed nihilominus & credunt, quod tradunt aliqui hęretici putantes tamen illud non deuiare à traditis per ecclesiam Romanam, & isti excommunicantur, *& procedit in istis text. in d.c. excommunicamus, il 1. §. credentes.* & ita distinguit Abb. *in dict. cap. excommunicamus, il primo, num. 12. vers. oppono contra §. credentes, & sequitur etiam Girland. in tract. de hæreti. quæst. 9. & Afflict. in constitut. Patarenorum, in princip. & Carrer. de hæret. num. 162.* Sed aduertendum, quod gloss. *in cap. accusatus, §. si verò, in ver. hæreticos, de hæret. in 6.* tenere videtur expressè, quod regulariter credentes puniantur vt hæretici, quam glossam sequitur ibi Ioan. Mona. *numer. 9. & etiam Archid. ibi num. 6. vers. hæreticus hic.* Sed tenenda est distinctio prædicta, quia verè text. *in capitu. excommunicamus, il primo, §. credentes,* loquitur in credentibus ipsis hæreticis: textus autem *in c. excommunicamus, il 2. in fin.* loquitur de credentibus erroribus hæreticorum, quod longè differt, vt dixi, licèt Alber. *in dict. authent. credentes,* teneat, quod de iure ciuili non sit differentia quo ad pœnam inter credentes & fautores, & receptatores, sed bene de iure canonico, quod tamen puto, quod erret, quia verior videtur supradicta distinctio, quæ procedit tam de iure ciuili, quàm canonico, quam etiam distinctionem sequitur Anton. de Butr. *in dicto capitul. penultimo, §. vltimo & Ioannes de Ana dict. capitul. excommunicamus, il primo, §. credentes, column. penult. de hæret. & Diaz. in crimin. canon. cap. 106. colum. penult. & Gondisla. de hæret. quæst. 16. num. 1. in fine.*

¶ Et

4 ¶ Et inter credentes † erroribus hæreticorum possunt connumerari Illiberetici, qui Rhetorici à quodam Rhetorio authore, & hæresiarcha vocabantur, qui vt author est Philaster omnes hæreses veras esse, omnésq; hæreticos bene sentire semper asserebant, quod adeo magnę est dementiæ, inquit August. *in lib. de hæres. c. 72.* vt impossibile sibi videatur hominem illum adeo obstupuisse, vt hæc assereret.

5 ¶ Credentes etiam illi verè dicuntur. Primò, qui ore fatentur se credere erroribus puta Lutheranorum, & *ita loquitur c. pen. §. vlt. de hæret. & in c. potest, de pœniten. dist. 1.* Secundò, qui in orationibus sequuntur eorum ritum. Tertiò, qui consolationem & communionem ab hæreticis recipiunt eorum ritus omnino sequentes, quia ex factis præsumitur affectus, & animus, *l. dolum, Cod. de dolo. Ita Petr. de Anch. in c. 2. nu. 2. de hæret. in 6 & sequitur Francis. de Platea in tract. de excommunicat. §. 22. nu. 8. & seq. & B. Anton. in tract. de excommunicat. c. 5. num. 2. & idem in eodem tract. cap. 4. num. 9.* dicit *post Petr. de Palu. in quarto*, quod credentes hæreticorum sunt, qui licèt nulli hæresi expresè adhæreant, credunt tamen hæreticos esse bonos homines & habere bonam fidem, & sicut sunt quidam simplices, & ponit exemplum de quodam simplici, qui captus simul cum quodam Gugliel. Lau. perfecto, & pertinaci hæretico dicebat semper, Volo mori in fide, Domini Gugliel. Lau. licèt nesciret, quam fidem teneret, & iste (inquit ibi Ant.) erat verè credens hæretico, quia nesciebat eius fidem, & tamen tantum ipsius hæretici personam obseruabat, vt crederet, quicquid esset id, quod ille teneret verum esse, *& tradit Archid. in capit. 2. in princip. de hæret. in 6.* nam sicut verbis, ita & factis declaratur voluntas, *cap. existimant, 11. quæstio. 3. capit. quem progenitores, 20. quæstio. 1.*

6 ¶ Sed quid si quis audit † sermones, & conciones hęreticorum, an dicatur credens. & dicendum, quod non, quia aliud est audire, aliud credere, sed grauiter sunt suspecti, adeo quod eis indicenda erit purgatio canonica, *ita Petr. de Anchar. in dict. cap. 2. de hæret. in 6. num. 2. versic. quid de audientibus, & Franc. de Plat. dict. §. 22. num. 9. & Archidia. in dict. cap. 2. de hæret. in 6. numer. 2. vers. quid ergo dicemus de ijs, & Zanch. de hæret. capit. 3. numero 6.* vbi Campeg. *in additio. vltima*, latè comprobat, quod habebit saltem pro suspecto, quod dicit procedere, etiam si semel tantum audisset.

7 ¶ Qui autem credentibus † scienter sepulturam ecclesiasticam tradiderit, excommunicatur, neque absoluitur nisi propriis manibus publicè exhumauerit, & locus ille perpetuò priuatur sepultura, *cap. 2. in princip. de hæret. in 6.*

8 ¶ Et qui etiam perierunt hæreticos in consolatores in articulo mortis, vt hæretici damnantur, nisi insanæ mentis fuissent, *c. 3. de hæret. in 6.*

9 ¶ Defensores autem hæreticorum † duplici modo considerari possunt, vno quando defendunt errorem, alio modo quando defendunt errantem. Defendere errorem damnabilius est, quàm defendere errãtem: nam primo casu dicitur non solum hæreticus, sed etiam hæresiarcha. nam vt inquit Vrba. Papa *in capitu. qui aliorum, 24. quæst. 3.* qui aliorum defendit errorem, multo amplius damnabilior est iis, qui errant, quia non solum errat, sed etiam aliis offendicula erroris præparat, & confirmat. vnde quia magister erroris est, non tantum hæreticus, sed etiam hæresiarcha dicendus est. & Isidorus etiam dicebat *in capitu. qui consentit, 11. quæstio. 3.* quod qui consentit peccantibus, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum & homines, & corripietur increpatione seueriſſima. quidam enim sanctissimus pater ait, si quis peccãtem defendit, acrius quàm ille qui peccauit, coerceatur. qui textus intelligendus non de defendente simpliciter delinquentem, sed de defendente delictum, vt inquit Archid. *in capitu. 2. de hæretic. in 6. numer. 3.* Ego verò puto aliter distinguendum, quod scilicet aut quis defendit delinquentem antequam perpetret delictum à volentibus eum impedire, vel impedientibus, & ita loquitur ille text. *in dict. cap. qui consentit.* adeo quod si iste non defendisset delictum, non fuisset commissum, & tunc puto ipsum acrius puniri quàm ille, qui impeditus fuisset: nam hoc casu dicitur defendere non modo delinquentem, sed etiam delictum, quod commissum non fuisset absque illius defensione.

10 ¶ Defenditur autem secundo modo † aliquando delinquens post factum delictum, puta ne ad manus iudicis veniat puniendus, *de quo loquitur text. in c. si custos, §. fin. 27. q. 1.* qui enim iniustos defendit, opinionem bene viuentium incurrit, *c. hi qui, 14. q. 6. & tradit Archid. in d. c. 2. de hæret. num. 14.* ideo vt ipse ibidem, *num. 5.* inquit, quorundam fuit sententia, quod prælati seu principes, qui tales non corrigunt, & puniunt, possunt dici defensores, cùm negligere, cùm possis perturbare peruersos, nil aliud sit quàm fouere, *c. negligere, 2. q 7. cum alijs concor. ibi per Archid. adductis, & facit in arg. l. 4. ad leg. Iul. Maiest.* vbi quod crimine læsæ Maiest. tenetur, qui id effecit ne hostis in manus deueniret principis, vel vt exercitus principis in hostium insidias incideret, vel proderetur, & idem si moneat hæreticum, ne veniat ad talem locum, quia capietur, *vt per Isern. in cap. 1. §. diffidamus, de statut. contra libert. ecclesiæ.*

11 ¶ Item magistratus, † qui contra hæreticos non vult requisitus præstare auxilium, neque iurare se curaturum, vt in ditione sua seruentur leges, & statuta contrà hæreticos, dicitur defendere, & punitur, *vt in cap. vt officium, §. fi de hæret. in 6. & per Carrer. de hæret. num. 35. & nu. 55.* & dicitur in l. Federici posita post l. 4. C. de hære. si temporales domini ab ecclesia moniti hæreticos neglexerint extirpare, catholicis conceditur terram eorum occupare, saluo iure principalis domini, nisi & ipse super his præstasset aliquod impedimentum, *vt in constitut. Federici prima post leg. 4. C. de hæret. & tradit Alberic. in leg. si verò, Cod. de hæret.*

12 ¶ Qui alios cùm potest † ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat, *capit. de hæret. & Carrer. de hæret. numero 58.*

13 ¶ Dubium est non leue, † an aduocatus possit patrocinari & defendere hęreticum: nam videtur text. clarus quod non, *in c. si aduersus, de hæret.* vbi quod non solum licet hæreticos defendere, & pro eis patrocinari, sed neque pro credentibus & fautoribus, & ad idem text. *in c. fi. ibi, absque aduocatorum strepitu, de hæret. in 6.* & faciunt omnia iura, quæ puniunt defensores, & fautores, & auxiliatores hæreticorum, *vt in capit. excommunicamus, §. credentes, de hæret. & in c. sicut, eod. tit. & in c. 2. & cap accusatus, §. si verò, & in cap. vt inquisitionis officium, in princ. & capit. contrà Christianos, de hæretic. in 6. & in authent. credentes, C. eod. & in corpore vnde sumitur, videlicet in c. 1. §. credentes, de statu. contrà lib. eccles.* nam qui præstat patrocinium, dicitur præstare opem & auxilium, *vt per Bart. in l. post legatum, §. sunt qui putant, ff. de his quib. vt indig.*

Sed breuiter constituenda est regula † per illum text. quod nullus debet patrocinium præstare hæretico per iura præalle. excipiuntur tamen ab hac regula infrascripti casus.

14 Primo, quando aduocatus † ignoraret illum esse hęreticum. ignorantia enim excusaret, modo conscius factus non continuaret patrocinium.

15 Secundò, quando non defenderet factum, † quod apertè esset hæreticum, sed dubitaretur, an foret hęreticum vel non, quia defensio iuridica est de iure naturæ, *l. vt vim, ff. de iust. & iure.* Ideo non censetur prohibita, *& tenet Gemin. in c. fi. in prin. de hær. in 6.*

16 Tertiò, quando quis compareret pro citato, † & vellet allegare tantum causas absentiæ: quia tunc poterit, *ita tenet Alberic. de Rosa. in quarta parte statu. quæst. 32. quem sequitur Aug. de Arimin. in addit. ad Ang. de malef. in ver. & An-*

*dream auxiliatorem, numero 10. & ita Old. defendit vnum, consilio 220. & Deci. consilio 237. & Ana. tenet & Felyn. in dict. capit. si aduersus.*

17 Quartò, quando accusatus † vel inquisitus de hæresi vellet ad fidem reuerti, *vt tradit Ana. in d. cap. si aduersus, & Carrer. sequitur de hæret. nu. 114.*

18 Quintò, quando patrocinaretur † pro his, qui fuerunt, non autem nunc sunt hæretici, *vt tenet Hostien. & omnes in d. c. si aduersus.*

19 Sextò, quando iudices non procederent cõtra reum summariè, & de plano, sine strepitu, & in figura iudicij, sed plenè & formiter, ac in figura iudicij. nam tunc poterit aduocatus intercedere, *vt sentit Gemi. in d. c. fi. in prin. de hære. in 6. & sequitur Matth. de Affli. in consti. inconsutilem, in 25. nota. est nu. 43.*

20 Septimò, quando id faceret † aduocatus de consensu vel de mandato iudicis, quod quidem etiam cautius est, *vt per Carrer. d. nu. 114. in fi. & Affli. d. const. inconsutilem, nu. 43.* & hoc erit arbitrarium iudici, qui considerabit omnes circumstantias, *vt per Gemin. in d. c. fi. & Io. And. in c. 2. in vers. defensores, eod. tit.* & quod aduocati non debeant præstare patrocinium pro suspectis de hæresi, nisi de mandato iudicum, *tenet Laud. in Clem. 1. super verbo, in causis, siue negocijs, de excess. prælat. sequitur Afflict. in constit. inconsutilem, num. 44.*

21 Dicitur etiam defendere †testis, qui pro eo deponit, *vt no. in d. c. si aduersus, de hæret.* vbi Docto. extendunt illum tex. etiam ad testes, qui pro hæretico deponunt, *vt ibi per Ana. col. 2. in princ.*

22 Et adeo prohibetur †aduocatus intercedere, quod si intercedat, & sequatur, sententia prætextu aduocationis, nulla erit, *ita concludit Io. de Anan. in d. c. si aduersus, col. 2. ver. quid autem si aduocatus.* quod tamen intelligendum in casibus, in quibus non est permissum patrocinium præstare, secus in permissis, de quibus suprà in prædictis fallentiis.

23 Sed nunquid aduocatus præstans † patrocinium in casibus prohibitis, erit excommunicatus, cùm per d. c. si aduersus, imponantur speciales pœnæ. videtur magis communiter concludi, quod etiam excommunicationis pœnam incurrat. quod & ego sequor, *vt per Io. de Ana. in dict. capitul. si aduersus, column. 2. versicul. nunquid autem isti aduocati.*

24 Nota tamen, quod licèt aduocatus † possit defendere hæreticum in iudicio defendendo, quod non sit hæreticus in casu dubio, & similiter extra iudicium, si eum defendit, ne ab aliquo lædatur, ét si postea appareat, q causa, qua ipsum defendebat, non erat iusta, attamen si in cõscientia sciebat ipsum hæreticum, dicetur excommunicatus, *vt per Car. in Cle. 1. de pœnis, & per Siluestr. in summa in ver. hæresis, il. 1. in 7 q & Arela. de hæret. no. 45.*

25 De iure etiam ciuili † prohibetur quis pro hæreticis patrocinari, *vt in l. Arriani, in fin. C. de hæret.* ibi, omni ciuili & militari curiarum etiam & defensorum & iudicum sub viginti librarum auri interminatione prohibendi auxilio.

26 ¶ Iudices etiam † defendentes vel negligentes procedere vel punire puniuntur 10. libris auri & infamia, *l. quicunque, in fi. C. de hæret.* Item tenentur de iure ciuili ad pœnam talionis, *l. vlt. in fin. Cod. ne sacr. bapt.* & episcopus punitur suspensione per triennium, cæteri ipso iure sunt excommunicati, nec possunt absolui præterquam à summo Pontific. & in mortis articulo, *Gondisla. quæst. 7. num. 18. & est text. in Clem. 1. §. verum, de hæret.* imo incidunt in suspicionem hæresis, *capit. qui alium, de hæret.* negligere enim cùm possit perturbare peruersos, nil aliud est quã fauere, *cap. negligere, 2. quæst. 7. & not. in cap. quanti, de sentent excommun.*

27 ¶ Et si seculares iudices † recusent iurare se persequuturos hæreticos, excommunicantur, & aliis pœnis subiiciuntur, *vt in capit. ad abolendam, §. statuimus insuper, de hæreticis.*

28 ¶ Qui etiam recusant iurare, † an sciant aliquos hæreticos in vicinia, vt hæretici damnantur, *c. excommunicamus, §. adijcientes, de hæret.*

29 ¶ Et episcopi † negligentes in persequendis & puniendis hæreticis priuantur Episcopatu, *c. excommunicamus, il 1. §. vlt. de hæret.*

30 ¶ Aduertat tamen aduocatus, † qui in casibus permissis vult defendere hæreticum, quod protestetur, ꝙ illum defendere intendit, vt catholicum, non vt hæreticũ, vt monet Alberi. & dicit se hoc obseruasse in quarta parte statut. *quæstio. 32. & Cæpoll. cautel. 155. Bonum & vtile, in fine.*

31 ¶ Et aduertat etiam † aduocatus, quod si inquisitus de hæresi sit potens, qui non posset de facili per ecclesiasticum puniri, quod pro tali non licet patrocinari, *vt declarat Panor. in d. c. si aduersus, in fi. vbi etiam alij Scri. de hær.*

¶ Defendere etiã dicitur, qui occultat in domo sua, *l. 4. §. præterea, C. de hæret.*

32 ¶ Fautores etiam & † auxilium præstantes hæreticis puniuntur, *c. excommunicamus, §. credentes, de hæret. & c. contra Christianos, eo. tit. in 6.* sed distinguendum inter hos, qa aliqui sunt magistratus & potentes viri, qui fauent, aliqui verò priuati.

33 ¶ Magistratus ergo, † qui hæreticos non infestant, & persequuntur, vt debent, puniuntur vti fautores, *vt in c. qui potest, 23. q. 3. & c. qui vitijs, ea. cau. q. 8. & in c. vt officium, §. vlt. de hæret. in 6. & in c. excommunicamus, il 1. §. vlt. eo. tit. in Decret. & in c. ad abolendam, §. statuimus insuper, eo. tit. & in l. quicunque, in fin. C. eod. & in l. vlt. in fi. C. ne sacr. bap. c. sicut, & c. qui potest, 24. q. 3.*

34 ¶ Fauere quis dicitur † verbis, factis, consilio, pecunia, & multis modis, *vt per Ang. de malef. in vers. & Andream auxiliatorem, & per Zanch. de hære. c 5.*

35 ¶ Ille etiam, qui nõ † propalat, dicitur fauorem præstare, *vt per Inno. in c. 1. de testi. cogen. & Tho. 2. 2. q. 70. artic. 1. & Gondisla. de hære. q. 6. num. 4. Isern. in capit. 1. §. satisfactionem. nu. 3. de statut contra liber. eccles.* & habetur *in l. vlt. C. ne sacr. bap.* quod qui rebaptizatum non defert, & exilio, & decem libris auri punitur, priuatúrque testamenti, & donationis factione.

36 ¶ Qui etiam pro hæretico supplicat, † dicitur fauorem præstare, & punitur sicut si pro reo Maiestatis, *vt in l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest. gl. in c. reos, 23. q. 5. & in c. si quis cum militib. 6. q. 1. & Gondisla. de hæret. q. 16. nu. 3. & text. in c. 1. ver. illud verò, 14. q. 6.*

37 ¶ Nota tamen, † quod fautorum & similium memoria non damnatur, sed horum delicta morte finiuntur, quia non sunt verè hæretici, neque eorum bona publicantur, *vt probatur in c. accusatus, §. porrò, & §. si verò, de hæret. in 6.* vb Io. And. Io. Mona. & Archid. hoc tenent. Verum est tamen, quod & isti fautores carere debent sepultura, *vt probatur in c. quicunq; in prin. de hæret. in 6. & Gondisla. de hæret. q. 22. nu. 8.*

38 ¶ Mutuans fidelibus † in refectionem domus, habet eam tacitè hypothecatam, & in ea præfertur cæteris creditoribus, *leg. creditor, la prima, & ibi Doct. ff. si cert. petat. leg. interdum, vbi gloss. & Bart. qui pot. in pign. hab.* hoc tamen fallit in eo, qui mutuaret pecuniam hæretico in refectionem domus, quia non haberet tale priuilegium tãquam fautor hęretici, *arg. auth. item priuilegium, C. de hæret. & hoc tradit Ias. in dict. leg. creditor, nu. 4. sequitur Arelat. de hæret. not. 11.*

39 ¶ Notandum tamẽ, † quod si hæreticus frater meus esset in maxima necessitate constitutus, qui tamen esset hæreticus, & alius quoq; fidelis, tamen reperiretur in eadem necessitate, subuenire debeo potius fratri hęretico, quàm alteri fideli, *vt vult gloss. in c. 1. 30. distin. vbi latè Præpos. confirmat, & sequitur Panor. c. si quis, de hæret. & Arelat. de hære. no. 22.* & multo magis patri hæretico, *Alberic. in rubric. C. de hære. nu. 5.*

40 ¶ Admonens hæreticum † amicum vt fugam arripiat, quia magistratus iussit eum capi, dicitur fauorẽ &

auxilium

auxilium præstare, & ideo tenebitur tanquam fautor, *arg. tex. in l. 4.ff. ad l. Iul. Maiest.* & in terminis de hæresi hoc tenet Isern. *in auth Gazaros, in ver. diffidamus, col. 4. nu. 4. de statu. contra lib. Eccle.* quod procul dubio procedit, quando hæreticus sequutus consilium amici admonẽtis aufugisset, sed si non aufugisset, non punietur ordinaria pœna, sed arbitrio iudicis; *vt ibi per eum, nume. 5. & sequitur Areleta. de hæreti. no. 29.* & Isern. ibi considerat, an admonens monuit vti amicum vel vti hæreticum: idem quoque si ministrauit ea, per quæ posset tuto aufugere, *§. interdum, in ver. ope. Insti. de obli. quæ ex delic. l. si pignore*, §. *pen. de fur. c. vt inquisitionis*, §. *prohibemus, de hære. & c. accusatus*, §. *sacerdotes, eo. in 6. c. est iniusta, 23. q. 4.*

41 ¶ Occultans etiam hæreticum dolose † id est sciens eum hæreticum, punitur de hæresi tanquam si foret hęreticus, *vt per Bal. in l. 1. C. de iis, qui latro. occul.* & facit etiam ratio, quia si ille, qui non propalat, dicitur fauere, multo magis ergo ille, qui occultat, cum maius sit crimen, quod committitur faciendo quam non faciendo, *Isern. in c. 1. §. satisfactionem, nu. 3. de statu. contra lib. Eccles.*

42 Licet tamen orare pro hæreticis viuis, vt s. conuertantur, sed non pro mortuis, *tex. & ibi gl. in c. siquis Episcopus*, §. *aut Abb. 11. q. 3.*

43 ¶ Permittens etiam hæreticum † celebrare in Ecclesia catholica dicitur fauere, & punitur, si sciens fecit, *c. pen.* §. *si quis permiserit. 24. q. 1.*

44 ¶ Verbis etiam quis dicitur fauere † hæreticis, vt quando quis diceret eos non esse tam malos homines, quales prædicantur, & quòd non deberent ita atrociter puniri, & sic quando quis prouocaret populum ad amorem vel pietatem hæreticorum, *ita Pet. de Anchar. in c. quicunque, de hæreti. in 6. & Franc. de Pla. in tract. de excom.* §. *22. nu. 13.*

45 ¶ Horum autem fauentium † pœnæ sunt, si per annum in excommunicatione permanserint, vt priuẽtur beneficio cuiuscunq; successionis, *c. excommunicationis, il primo*, §. *credentes, de hære. Matthesil. in tract. de succ. ab intesta. in 3. art. prin. nu. 39.*

¶ Item efficiuntur infames iuris & facti, & priuantur omnibus, quibus priuantur infames, & si sunt clerici, priuantur etiam omnibus officiis & beneficiis: vt ibi dicitur, & sic plus in hoc puniũtur clerici quam laici, quia grauius peccant, *vt per Girland. C. de hære. q. 9. & Iser. in c. 1.* §. *satisfactionem, nu. 3. de statu. contra lib. Ecclesiasti.*

46 ¶ Consulens etiam excommunicatur, † *c. siquis Episcopus, 26. q. 5. & c. presbyter, & habetur in c. amoueantur, 1. q. 1. & per Panor. in ca. 1. & 2. de sortile.* imo iure ciuili mathematicus, & consulens, pœna capitis punitur, *l. nemo, C. de malef. & math. l. nullus, & l. culpa, & l. multis eod. ti.*

47 ¶ Fautores hæreticorum † non sunt hæretici, sed tã quam inobedientes puniuntur, & ideo si resipuerint intra annum, parcitur eis, quia absurdum foret, quod fautores æquali pœna cum hæreticis punirentur, *ita Iser. in c. 1. ver. satisfactionem, nu. 2. & 3. de statu. contra lib. Eccl.* quamquam pro inobedientia poterit puniri leuiter arbitrio iudicis.

48 ¶ Procurator, qui nesciente † Domino opitulatur hæreticis dando loca, vbi conueniant decem librarum auri mulctam vel exilium si sit ingenuus, incurrit: metallum verò post verbera, si sit seruilis conditionis, *l. Arriani*, § *cunctis, C. de hæret.*

49 Nemo habendi concilij † gratia in ædibus aut villa, aut suburbano suo, aut quolibet alio loco conuenticulam clam aut aperte præbeat sub pœna publicationis bonorum, *l. damnati in fi. C. de hære.*

50 ¶ Sciente Domino si hæretici † in eius domum conueniunt, priuatur domo applicanda Ecclesiæ: si vero ignorante Domino, vel qui pensiones exigit, vel actor, vel cõductor prædij, vel procurator, vel quicunq; alius, qui eos receperit. vel consenserit, si vilis, & abiectæ sit conditionis, fustib. publice, & in pœnam suam, & in aliorum coerceatur exemplum: si honestæ vero sunt personæ, decem libris auri puniantur, *l. quicunque-§. vniuersi, circa fi. C. de hære.*

51 ¶ Qui cogunt aliquem inuitum, vel persuasionibus inducunt ad apostatãdum à fide, publicatis bonis capite puniuntur, *l. vltima, C. de apostat.*

52 ¶ Episcopus si † hæreticum instituat, excommunicatur, & deponitur, & etiam post mortem nomẽ eius aboletur, *c. siquis Episcopus, & cap. seq. de hære.* vbi hoc extendit ad omnes clericos.

53 ¶ Notarius quoque † scribens instrumenta, & operam suam præstans hæretico suspenditur ab officio, & perpetua notatur infamia, *c. si aduersus, de hære.* imo poterit etiam criminaliter, & extraordinarie puniri, *vt tenet Bal. per illum tex. in l. 2. C. de eunu. & in l. 1. ad fi. C. de sepul. viol. & Io. de Ana. in d. c. si aduersus, colum. 2. in fi. versic. nunquid autem notarius.*

54 ¶ Abiuratus si † postea fauorem præstet hæreticis eos acceptando, deducẽdo, visitando, associando, dona- & munera eis dando, vt relapsus iudicandus, *c. accusatus*, §. *ille quoque, de hæret. in 6.*

55 ¶ Si fautoribus, qui tamen non sint hæretici, iniuncta fuerit pœna in bonis, quam nõ sunt executi viuẽtes; cogentur hæredes eorum satisfacere, licet secus, si non fuerit iniuncta, licet se & bona sua viuentes obligassent Inquisitoribus, quod tamen secus esset in hæreticis, *cap. accusatus*, §. *si vero, de hæreti. in 6.*

56 ¶ Clerici instruentes † testes, ne Inquisitores possint habere veritatem, & procurantes, vt hæreticus absolua tur, puniuntur vt fautores: religiosi etiam talia perpetrantes sunt immurationis pœna plectendi, vel grauiori quam seculares, *c. accusatus*, §. *vltimo, de hære. in 6.*

57 Inquisitores autem † possunt sub censuris Ecclesiasticis inhibere, ne fiat impedimentum eorum officio, non obstante quocunque priuilegio, *c. vt officium*, §. *fin. de hære. in 6.* & si quis impediuerit executionem & officium Inquisitorum, poterit ab ipsis Inquisitoribus contra eum procedi, & ille puniri poterit, quia tales impedientes incidunt in hæresis suspitionem, & fauoris, & nisi possent punire, vanum & frustratorium redderetur inquisitionis officium, & mandata iurisdictione intelligitur mandata & coerctio & omnia, sine quibus iurisdictio exerceri non posset. & quod possint punire impedientes. *est text. in d. cap. vt officium*, §. *denique, de hære. in sexto. & plura adducit Zanch. in tract. de hæret. cap. 31. per totum, vbi etiam Campegi. in addi.* & cum pœna impedientium non reperiatur à iure præscripta, intelligetur esse arbitraria, *vt ibi per Zanch. in fi.*

58 ¶ Fautores etiam † eorum, qui ad alias sectas iuerunt vel redierunt, puniũtur vt fautores hæreticorum, *c. contra Christianos, de hære. in 6.*

59 ¶ Gradus † sunt etiam in fauoribus præstitis hæreticis: nam aliqui fauores ita magni sunt, vt habeantur tales præstantes pro hæreticis, & eisdem pœnis puniãtur, vt si Episcopus hæretico in tantum faueat, quod ipsum relicta Ecclesia sua hæredem instituat in sua vltima voluntate. vel si infirmus ad mortem tantam cum hæreticis familiaritatem, & confidentiam habeat, quòd ab eis in morte recipiat consolationem per manus impressionem: nam tales præsumuntur non modo fauere hæreticis, sed etiam credere eorum erroribus, *vt in cap. si quis Episcopus, & c. filij, de hær.* Alij autem sunt fauores non adeo infesti & mali, & ideo tales præstantes non puniuntur æquali pœna cum hæreticis, & lex loquens de hæreticis puniendis, ad hos non extenditur, sed bene ad primos, *& ita pul. declarat Belleme. decis. 689. incip. proxima, in 6 col. ver. ad quantum, & idem prius dixerat supra, col. 3. ver. nono.*

60 ¶ Contrahens etiam † matrimonium scienter cum hæretico, perdit dotem, & applicatur filiis, *Ias. in l. si constante, num. 187. ff. sol. matrim.*

61 ¶ Clerici propter fauorem † priuati officio nunquam restituuntur absque authoritate sedis apostolicæ specialis, *vt dicitur in d. capitu. excommunicamus, il primo*, §. *credentes, ver. sa-*

*ver ſane clerici de hæreti.* quæ pœna procedit etiam in clericis regularibus, quibus & alia additur, videlieet, vt ſua ſibi priuilegia non obſeruentur in illa diœceſi, vt ibi notat. *& tradit Hoſtien. in ſumma de hære. §. quæ pœna, in fi. ver. tales etiam.*

62 ¶ Notandum tamen, quod licet in † d. §. credentes, detur terminus anni fautoribus ad comparendum & reſipiſcendum, attamen intra ipſum anni terminum clerici debent abſtinere à traditione ſacramentorum & ſepulturæ ſic excommunicatis, & etiam receptione eleemoſynarum, *ita Hoſtien. in loco præalleg. ſic intelligens d. §. credentes, in d. ver. ſane clerici, & ſequitur Diaz. in praxi canonica, c. 107.*

63 ¶ Epiſcopus autem presbyter aur † Diaconus, qui cum hæreticis orauerit, duntaxat communione ſuſpendatur. ſi vero etiam ipſos tanquam clericos aliquid agere permiſerit, deponendus erit, *habetur in canone Apoſtolorum 44. in primo tomo Concil. car. 22. & ibidem in capitulo 63. car. 24.*

¶ Miniſtrans etiam hæreticis ea per quæ poſſint tuto aufugere, dicuntur fauere, *§. interdum, Inſtit. de obliga. quæ ex delicto. in ver. opes.*

64 ¶ Receptatores † hæreticorum antiquo iure puniebantur publicatione domus, in qua ipſos receperint. *l. cuncti hæretici, & l. quicunque, C. de hæreti.* Federicus autem primus *in d. cap. 1. de ſtatu. contra lib. Eccleſ.* addidit alias pœnas vt ibi, de quibus ſupra, & in auth. credentes, quæ eſt excerpta ex eodem ca. 1. de hæret. vt ſcilicet excommunicentur, & ſi perſiſtant per annum, infames fiunt, & priuantur omnibus benficiis & priuilegiis. quæ pœna poſtea etiam iure canonico recepta fuit, *vt in capitulo excommunicamus, il primo, §. credentes, de hære. & in capit. ſi aduerſus, eod. tit.* addita poſtea fuit & alia pœna, quod filij eorum excluduntur ab omnibus officiis & beneficiis & aliis actibus vſque ad tertiam generationem excluſiue ex paterna linea & ad ſecundam in materna, *vt habetur in cap. 2. & cap. filij, & cap. ſtatutum, de hæret. in ſexto.* Quod ſi parentes eorum fuerint emendati, & ſatisfecerint Eccleſiæ, relaxatur hæc pœna filiis, *vt dicitur in d. cap. ſtatutum.* Et nouiſſime in Regno Federicus II. etiam alias addidit pœnas in conſtitu. Patarenorum, videlicet relegationis perpetuæ cum publicatione bonorum, & filij eorum fiunt infames, *vt ſupra, & ibi late dicitur. & tradit Carrer. de hæreti. num. 162. ver. & notandum eſt.*

65 ¶ Sed dubitatur, quare eſt, quod receptator latronum eadem pœna punitur, qua punitur ipſe latro receptatus. *l. prima, ſecunda. ff. de recepta. & l. 1. C. de iis qui latro. occul.* & tamen in hæreſi, quod quidem grauius eſt delictum, receptatores mitius puniuntur quam ipſi hæretici, vt apparet ex prædictis iuribus. ſed reſponde, quòd etiam iure communi puniuntur mitius receptatores quam ipſi delinquentes receptati, vt Bar. declarat *in d. l. 1. ff. de recepta.* vbi declarat, quomodo intelligendus ſit ille tex. cum dicit, quod perinde puniatur, *& Afflict. declarat in Conſtitu. Patarenorum, num. 2. & Carrer. de hæret. numero 165. ver. opponitur contra prædicta.*

66 ¶ Videtur tamen, quod maiori pœna puniendi ſit occultans & aſſocians hæreticum, quam ſimplex receptator, *vt notatur in l. 1. C. de his qui latro. occul. & Carrer. de hæret. num. 165. in fi.*

67 Licet autem receptans † rebellem ſuſpendatur cum publicatione bonorum, *vt per Iſern. in cap. 1. §. prætetea, quæ ſit cau. benefi. am. & in cap. 1. §, de receptatoribus, de pace iur. firm.* attamen hoc non extenditur ad receptantes hæreticos, licet in multis æquiparentur, *vt per Carrer. de hæreti. num. 116.*

68 Non licet etiam conſanguineum † vel affinem hæreticum receptare, *vt per glo. & omnes in d. cap. excommunicamus, il primo, §. credentes, de hæreti. & probatur in capitul. ſi quis epiſcopus, & cap. ſeq. eo. tit.* nulla enim cognitio præferenda eſt religioni, *cap. legi. 24. q. 8. cap. ſi infidelis, 28. quæſt. 1.* quamquam tamen cum his indulgendum etiam naturæ & humanitati & præcipue in coniunctis arctiſſimo vinculo, vt ſi filius patrem vel è contra, frater ſororem, & è contra. ideo arbitrio iudicis puniendi etiam ſi occultauerint, *l. vltima, ff. de recepta. l. qui cum vno, §. l. vltima, de re milita. l. tertia. ff. de tutel.* nulla enim cognatio præferenda eſt religioni, *cap. legi, 22. q. octaua. cap. ſi infidelis, 28. quæſt. 1.*

¶ Fallit tamen in caſu neceſſitatis famis: quia ſi receptent, & adiuuent, excuſantur, & non puniuntur, vt eſt glo. *in cap. 1. 30. diſt. & Panor. in d. cap. ſi quis Epiſcopus,* de qua gloſſ. etiam ſupra memini, quę vult, quod magis ſit ſubueniendum fratri & patri hæretico in caſu neceſſitatis quam extraneo fideli, *& eſt etiam pul. gloſſ. in capitu. accuſatus, in ver. non poſſit, de hære. in 6. & plura adducit Carrer. de hæret. nume. 167. & ſequen. & pul. Matth. de Afflict. in conſtitu. Patarenorum, numer. 12.* & quod ex cauſa conſanguinitatis non ſit remittenda propter atrocitatem criminis, tenet Gondisla. *de hære. q. 16. in multis verbis, & Girland. de hæreti. q. nona. num. 2.* licet à quantitate pœnæ poſſit excuſari, quia conſanguinitas operatur, vt ſaltem minuatur pœna, *vt in l. ſi. de recep. & in ſpecie Zanchi. de hære. c. 4. num. 3. vbi Campeg. in addi.* ſed iſta receptatio vel defenſio conſanguinei facta ſimpliciter non facit, ideo eum hæreticum & ſic complicem delicti, *vt ibi Campeg. qui alia adducit, & idem Campeg. in add. ad Zanchi. c, 6. in vlti. addi.*

69 ¶ Vxor autem receptans † maritum non punitur. quia hodie non fit ſeparatio matrimonij ex aliquo delicto, *vt in cap. 2. & cap. gaudemus, de diuor. hoc tradit Alexan. in add. ad Bar. in l. ſi. ff. de receptator. per l. ſi dotem, §. ſi autem in ſæuiſſimo. ff. ſol. matrimo. & in l. 1. C. de diuor. & in cap. inter alia, de ſenten. excommunic. & Iſern. idem tenet in c. 1. §. ſi quis hominem, de pace tenen. & in cap. 1. §. porro. quæ ſit prima cau. benefi. am. & pluribus comprobat Afflict. in d. conſtitu. Patarenorum, numer. 12. circa fi, & ſequitur Carrer. de hæret. num. 169.*

70 ¶ Probabilis etiam † ignorantia, quod receptatus foret hæreticus, excuſat receptantem *ſecundum Bar. in l. 1. C. de colo. Illiria. libr. 11. & in l. omnes, Codic. de agricult. & cenſi. libr. 11. & in l. 1. Cod. de deſertor. eod. libr. 11.* & in terminis de receptante ignoranter hæreticum, eſt gloſſ. *in cap. accuſatus, in verſic. non poſſet, de hæreti. & in capitu. quicunque, quod eſt ſecundum, in verſic. ſcienter, eodem titu. in ſexto.* quæ ignorantia probabitur per iuramentum per Rotam *deciſ. 415.* niſi tamen notorium eſſet, quod ille foret hæreticus, vel quia per ſententiam publice fuiſſet cõdemnatus, quia tunc præſumeretur ſcientia, *vt per Bartol. poſt gl. in l. 1. §. 1. ff. de recepta.* ideo aduertat accuſans receptatorem, quod debeat articulare de ſcientia, & eã probare, *vt per Fely in cap. ſi quis Epiſcopus, de hæret. & per Deci. in cap. à nobis, de excep. & hæc ſequitur Mat. in d. conſtit. Patarenorum, numero 8. & per Carrer. de hæret. num. 170. & Simanc. in Enchirid. viol. relig. tit. 16. nu. 3. & 4. & per Campeg. in addi. ad Zanchin. de hære. c. 6. in addi. a. & b.*

71 ¶ Excuſabitur etiam receptator, † ſi per vim receperit, & coactus, *arg. l. 1. §. quod autẽ ait prætor, ff. de ſeruo cor. & notat Bald. in l. in delictis. ff. de noxal. & Rom. in l. 1. §. in eo qui, ff. de noxal. & Rom. in l. 1. §. in eo qui, ff. ad Syllan. cum aliis adductis per Mathe. in d. conſtitu. Patarenorum, num. 13. & Carrer. de hære. num. 171. vbi allegat Marſil. in pluribus locis, vide ibi.*

72 ¶ Et aduertendum, quòd licet vox hæc receptator, ſit frequentatiua, quia denotat frequentiam actuum, & ſic plures actus: attamen ſi quis etiam ſemel receptauerit hæreticum ſcienter, tamen punitur, quia in his terminis frequentatiuum hoc receptator, accipitur pro ſimplici nomine recipiens, *vt tenet Archid. in cap. 2. num. 3. de hæreti. in 6. per l. fin. ff. de recepta. & not. in cap. fœlicis, de pœnis, in 6. & ſequitur Matth. in d. conſtitu. Patarenorum, nu. 14. & Casrer. de hæret. nu. 171. in fi. & Zanchin. de hæret. cap. 6. vbi Campeg. in addi ſed vide tex. in l. quicunque, in prin. ff. de ſeru. fugi. vbi plus punitur, qui 2. & 3. receperit.*

73 ¶ An autem hoſpes vel caupo, † qui cauponam publice exercet recipiens hæreticũ, puniatur. Alex. *in add. ad Barto. in l. 1. ff. de recept. in addi. 1.* tenet, quod non, ſi tantum

tum dedit cibum & potum,& ſimpliciter ſequitur Afflict.*in d.conſtitut.Patarenorum, numero 9.* Sed aduertendum, quod dictum Alexandri fundatur per dictum Bartol.*quem allegat in l.omnes,numer.1.Codi.de agric.& cenſi.* & ideo debet ſecundum authoritatem, quam allegat intelligi.ſed Bart.ibi dum dixiſſet,quod ſi quis receptat ſibi prorſus ignotum,puta quia nec hominem,nec eius conditionem cognoſcebat, & tunc dixit Bartol. imputandum ſibi,qui debuit ſtatum eius inueſtigare, *iuxta l.ſeruos eodem titul.*ſed tamen dicit Bartol. hoc limitatur in hoſpitante & caupone:ex quo enim (inquit) publice hoſpitatur,non tenetur eorum conditionem explorare,cum poſſit cogi ad hoſpitandum. in hoc ergo tantum excuſat Bartol.hoſpitem, quod non explorauerit conditionem hoſpitis:ſed non ideo infert, quod ſi ſciuerit illum eſſe bannitum, rebellem vel hæreticum, quod teneatur hoſpitari,& quod excuſetur: & ideo data ſcientia teneo, quod ipſe hoſpes teneatur. prout etiam tenuit Campeg.*in tracta.ad Zanchin.in c.6.in addit.a,in fi.*licet non perpenderit,quod Bar.non dicat id,ad quod adducitur.

74 ¶ Amicitia autem etiam maxima † & inueterata non excuſat receptantem hæreticum, ſicut neque receptantem bannitum,*vt per Saly.in l.nullus,Codi. de maleſi. & Ana. in capitulo primo,penul.colum.de malefic.Afflict.in d.conſtit. Patarenorum,num.17.& Carrer. de hæretic. numero 172.* nam ſi conſanguinitas non excuſat, vt ſupra diximus, minus excuſabit amicitia. putarem tamen minuendam pœnam, prout ex conſanguinitate minuendam dixi ſupra.

75 ¶ Sed † quid ſi quis ſcienter hæreticum receptauit, qui tamen poſtea captus reſipuit, & abiurauit, an ex quo ipſi reo etiam indulgetur, indulgendum ſit etiam receptatori?& dicendum quod non; quia gratia vni facta non extenditur ad aliam perſonam, *vt per plura conclu* 80 *dit Afflict.poſt And.de Iſern.in conſt.Patarenorum.num.18.& ſeq. & ſequitur Carrer.de hæret.nu.173.*

76 ¶ Receptator † etiam dici poteſt, qui cum hæreticũ capere poſſet præſertim inſequutum à familia, recepta pecunia dimiſit.*l.1.§.fina.ff.de recepta.*

77 ¶ Grauius tamen † punietur, qui hæreticum receptans occultat,quam qui ſciens vbi ſit,non indicat.*l.qui vas.§.qui furem.ff.de fur.*

78 ¶ Sed pulchra † eſſet dubitatio, quid ſi recipit quis hæreticum ſciens;poſtea per aliquot dies retinens eum in domo, indicat illum Magiſtratui, an euitabit pœnam?& videtur quod ſic *per tex.in l prima.§.1.ff.de ſeru.fug.* vbi is qui ſeruum fugitiuum recepit,ſi intra 20. dies magiſtratui exhibuerit,parcitur ei,& venia datur de occultatione ſer. fugitiui. In contrarium facit text.*in l. qui ea mente.ff.de fur.* vbi non definit eſſe fur, qui poſt furtum pœnitentia ductus rem reſtituit.Puto hoc verius, quia ſatis eſt,quod fuit receptator, & eo animo receptauit, vt occultaret,ideo pœnitentia non poteſt facere,quod non deliquerit.Neque obſt.tex.*in d l.1.de ſeru.fugit.* quia illud eſt ſpeciale in occultãte & poſtea indicante ſeruũ fugitiuum,vt ſcilicet conſulatur dominis eorum:ſecus autem in aliis delictis publicis, imo & priuatis, *vt Bart. declarat in d l.1.*

79 ¶ Pœnæ autem receptatorum ſunt. nam carent ſepultura,& ſi quis eum ſepulturæ tradiderit, excommunicatur, niſi propriis manibus publice exhumauerit, modo eorum oſſa ab aliis catholicis diſtingui poſſent, *cap.quicunque.vbi etiam gloſſ de hære.* Item ſi quis ad preces receptatoris impetrauerit beneficium, priuatur ipſo iure,& ad alia inhabilis efficitur,dummodo id ſcienter fecerit.Item contra credentes, fautores & receptatores admittuntur in teſtes excommunicati & ſocij criminis, *vt in cap.infidei.de hær.in ſexto.* Item contra hæredes omnium horum poteſt procedi, vt ſoluant pœnitentiam iniunctam, quam ipſi defuncti non ſoluerunt viuentes.*c accuſatus.§.ſi vero, de hæret. in ſexto.* Item coguntur magiſtratus ſeculares iurare, quod obſeruabunt leges ſcriptas contra receptatores, credentes, & fautores, *cap vt officium,in fi. eodem tit. & lib.* quod ſi iurare noluerint, puniuntur vti fautores hæreticorum, ibidem. Item excommunicantur.*c.ſicut de hære.in Decret al. & idem dicitur in c.excommunicamus.§. credentes,eod ti.* & ſi infra annũ non reſipuerint,ſed perſeuerauerint, efficiuntur infames,& inhabiles fiunt ad quæcunque officia. Item & ad teſtimonia,& ad conſilia,& ad electiones.Item fiunt inteſtabiles actiue & paſſiue. In ius neminem vocare poſſunt, licet vocari poterunt. Iudices eſſe non poſſunt,& ſi iudicauerint,ſententia non valet.Aduocati neque Tabelliones eſſe poſſunt, & inſtrumenta per eos facta nullius ſunt momenti. Clerici vero tales ab omni officio & beneficio deponuntur. Item qui cum his poſt excommunicationem conuerſati fuerint, excommunicantur pariter. Item non poſſunt iſtis miniſtrari ſacramenta, neque ſepultura, item non debent recipi eorum eleemoſynæ,aut oblationes, & qui receperit, ſuo priuatur officio, ad quod nunquam reſtituentur ſine Apoſtolica authoritate. Item regulares, qui contra præmiſſa fecerint, priuantur ſuis priuilegiis, *vt dicitur in dicto §. credentes,quod eſt aſſumptum ex capitulo primo. §. credentes,in titulo de ſtatu. contra liber. Eccleſ. ex quo ſumpta eſt auth.credentes.Codic.de hæret.* Item puniuntur principes receptantes hæreticos, neque expellentes ex locis eorum,vt priuentur terris eorum,& poſſint occupari à quibuſcunque fidelibus ſaluo iure directi Domini, *vt dicitur in auth.ſi vero dominus,& in corpore vnde ſumitur, C. de hæreti.*& publicantur domus & loca receptatorum. *l. cuncti,& l.Manichæos & l.Ariani,& l.quicunque & l ſi quis.C. eo.*Item ad nullum Eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium publicum admittuntur, & ſecus actum irritum fit.*c.2.§.hæretici autem.de hær.in 6.*

80 ¶ Ratio autem,quare receptatores tam grauiter puniuntur,eſt,quia ſi tales non repererẽtur receptatores, hæretici diutius latere non poſſent.*l.1.ff.de recepta. & exornat Afflict.in rubr.conſti.Patarenorum.*

81 ¶ Per conſtitutionem autem Regni, Patarenorum, priuantur bonis,perpetuo relegantur,excommunicantur, & filij eorum efficiuntur inhabiles ad honores, & ipſi ſunt infames,*& ita illam ſummat ibi Afflict.& nu. 26. & 27.& 29.& 40.41.*

82 ¶ Si tamen filij eorum,qui receptauerunt, indicauerint hæreticum,deſinent eſſe infames,& erunt habiles ad honores & dignitates,*vt dicitur in d.conſt.Patarenorum, vbi Afflict.not.8.eſt num.51.*

83 ¶ Iudæi quoque receptãtes vel fauentes Iudæis factis Chriſtianis,hæreticis tamen & accuſatis de hæreſi,puniuntur, vti receptatores hæreticorum.*ita Alberi.in rubr. C.de Iud.in pen.col.verſ.vlt.quæro.*

84 ¶ Aduertendum tamen, quod contra hos,videlicet fautores,receptatores,& defenſores inſurgit vehemẽs ſuſpicio,propter quam poterit etiam contra eos inquiri de hæreſi, & purgatio eis indici ad arbitrium Inquiſitoris, in qua ſi defecerint, poterunt tanquam hæretici damnari, *vt habetur in capitul.hi qui,18.quæſtion ſexta.& habetur in capit.excommunicamus,il primo,§.qui autem, de hæret.capit.litteras,de præſump.& capitul. inter ſollicitudines, de purg.cano.*

85 ¶ Sed † quid ſi quis relabitur poſt purgationem in hoc idem delictum fauoris,an ſit condemnandus vti relapſus.& concludit,quod hoc deberet decidi per ſummum Põtificem,ſed quod relinquitur arbitrio iudicis, *vide ibi.*

## CAP. LII.

## *quando & Quomodo contra Papam & Principes ſit de hæreſi procedendum.*

### SVMMARIVM.

1 *Papa & Imperator quando forent hæretici, qualiter & à*

*quo*

*quo puniendi,nu.2.3. vbi quod tunc minor est quibuscunque aliis,non autem caput Papa.*

4 *Papa ab alio quàm à Concilio, an iudicandus, & se alteri an subiicere possit, & qualiter.*

5 *Papa violenter hæresim ore,non corde proferens, an deponendus, & quid de aliis personis.*

6 *Papa si nolit,vel Cardinales congregare Concilium & abiurare hæresim, qualiter sit procedendum.*

7 *Papam suspectum Imperator requirere debet, vt exprimat, quid de sibi obiectis sentiat.*

8 *Papa Imperatorem hæreticum solus deponit.*

9 *Papa electus sed occultus hæreticus, si velit redire ad ecclesiam, & abiurare,an remaneat Papa.*

10 *Exceptio hæresis quæ possit opponi in electione Papæ, & quando est etiam receptus quid agi debeat.*

11 *Papa non potest condere legem vt ipse vel alius Papa accusari non possit de hæresi. & num.13.*

12 *Papæ hæretico fit illa monitio, quod si te non audierit, &c. & num.14.*

15 *Papa opponens non esse tutum accessum locum per Concilium destinatum, audiendus est.*

16 *Papæ notorie hæretico obedientia non est impendenda à Cardinalibus secus si occultus.*

17 *Papa etiam mortuus à successore damnari potest.*

18 *Papa paratus se corrigere in hæresi,an & quando retineat papatum.*

19 *Papæ sententia,quam contra se fert, dicitur ordinatio, non proprie sententia.*

20 *Concilium declarat Papam hæreticum condemnatum,non autem condemnat.*

21 *Papa si monitus persistit in notorio crimine, ecclesiã scandalizans,sit suspectus, & potest accusari.*

22 *Papa hæreticus,in catalogo Pontificum minime describendus.*

23 *Papa duobus conuincitur testibus, quamuis Cardinales multo maiori numero testium conuincantur.*

24 *Papa acrius quam cæteri Principes, & isti cæteris aliis personis quare reprehendi debent in casu hæresis.*

25 *Papa denuntiatione euangelica non est corrigendus, sed ecclesiæ denuntiari debet.*

1 QVia multa specialia † occurrunt, quando malo Ecclesiæ Papa in hæresim vel in schismaincurrit,& quando Imperatores & Principes, ideo de his dicendum.non enim est nouum,quod plures Imperatores fuerint hæretici, schismatici & apostatæ, vt in historiis Ecclesiasticis habetur, etiam postquam Imperium à Christianis regi cœpit.nam & Constantius filius Constantini, qui primus fuit Imperator, aperte Christianus Arianorũ sectã sequutus est.Constans pariter nepos Heraclij Imperator fuit de secta Acephalitarum,& Constantinus V.Imperator filius Leonis, pessimus fuit hæreticus,& alij plures, quos longum esset enumerare. sed non est mirandum de laicis & secularibus Principibus, cum summi Pontifices plures in hæresis labem incurrerint,*vt habetur in cap.Anastasius.19. dist. & in capitul nunc autem, 21. dist.* nam Papa vti homo errare potest,iuxta illud Paul. ad Hebr. 5. omnis Pontifex circundatus est infirmitate. nam & Petrus ipse errauit, *vt patet ad Gala. secund. & quod dicitur in capitu. Paulus,il secundo, secunda quæstio. septima, & §. item Paulus, ea. cau. & q.*

2 ¶ Si ergo contingit † Papam errare in his, quæ sunt fidei,tunc damnari potest & deponi per Concilium generale,*cap.si Papa,40.dist.& glo in cap.sicut,15. dist. & in c.Anastasius,19.dist.Inno.in cap.ex parte de verbo.significa. & omnes in cap.in fidei fauorem,de hæreti.in sexto.*& licet Papa sit maior Concilio,*capitul.significasti,de electio.capitu. aliorum, & ca .nemo,nona quæst. tertia.* tamen non ideo minor dicetur iudicare de maiore:quia statim, quod Papa incurrat hæresim,dicitur desinere esse Papa, cum hæreticus non sit de corpore Ecclesiæ,*vt est glo.in capitu.Acatius, 24. quæst.1.& habetur in dict.cap.si Papa,& in glo.in cap.præsul, 24. q.4.& in c. aliorum,9.q.3.& habetur in c.in fidei,de hæret.in 6. & per Catal.de potestate Papæ,nume.45.*vbi quod est ipso iure papatu priuatus,*Martinus Laud.in tract.de Princip. c. 199.* ergo minus potest dici esse caput vel gerere vices eius, qui est caput Ecclesiæ,scilicet Christus, quem offendit ab eius fide aberrans.& prædictorum est ratio,quia Papa potest quidẽ, vt homo errare circa ea,quę sunt fidei; non tamen ita potest errare Concilium. nam illud Lucæ,cap.22.ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua,dictum est Petro in personam totius Ecclesiæ, vt omnes interpretantur,cui consonat illud Matth. 28. Ego enim vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationẽ seculi.non enim hæc verba possunt intelligi dicta solis Apostolis, cum mortui sint, neque viui permanserint vsque in finem seculi, sed dicta sunt verba illa de vniuersali Ecclesia, quæ duratura est vsque in finem seculi,*vt etiam declarat Gondisla.de hæreti. quæst.septima.numer.sexto & septimo.*& ideo communis est opinio, quod Papa potest de hæresi accusari coram concilio, *vt tenet Abb.in rubrica,de hære.& Specu.in titu.de accusat.versi. Item Papa.& Marti.Laud.in tracta.concil.in 1.q.& not.omnes in cap.si Papa,40 dist.& in c.in fidei,de hæreti.in 6.glo.in capitul.si duo,79.dist & Hostien.in summa de accu.§.quis accusari, & notat.in cap.legimus.93.dist.& cap.in istis,quarta dist.& in capitu. sicut,in fi.15.dist.& in cap.Anastasius,19 dist.& in c.pudenda,24. q.1.& in c.mandastis,2.q.4.& Innoc.in cap.ex parte,il primo, de verb.signi.Host.& Ioan.Andr.in c. proposuisti, de conces. præben. & Abb.in ca.cum venissent,3.column.de iudi.& in cap.significasti,2.column.de elect.*quod procedit etiam de hæresi occulta,vt per Iacobatium,*de concilio lib 8 artic. 1.car. 514. colum. 2.in princi.*vbi dicit hanc communem. *& Catald. in tract. de potesta Papæ,num. 44. & seq. & Matthias Vgonius episcopus Pharagustanus de concilio in dispositionem sub quæstione quib. ex cau.concilium congregari possit,& debeat,est mihi car.47.& Dec. consi.151.nu.4.*

3 ¶ Quod autem Papa hæreticus † statim cadat à Papatu,postquam incidit in hæresim,& desinat esse caput Ecclesiæ,patet.nam vt dixi, si per hæresim desinit esse membrum Ecclesiæ, multo magis desinit esse caput. Item si Ecclesia est fundata super petram, id est fidem Christi per illa verba apud Matthæ. 16. super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.ergo qui cadit à petra id est à fide Christi notorie & pertinaciter, cadit omnino ab ipsa Ecclesia & per consequens à principatu eius. & facit authoritas Cypriani *relata in capitu. Nouatianus 7. quæst.prima.* vbi inquit, quod qui nec vnitatem spiritus nec communicationem pacis obseruat, & se ab Ecclesiæ vinculo & sacerdotum collegio separat, nec Episcopi potestatem habere potest, nec honorem. quem locum ad hoc citat Thom.*secunda secundæ.quæst. 39. artic. tertio.* Item quia Papa,qui in hæresim labitur minor efficitur quocunque fideli, vt inquit glo. *in dicto c. Acatius, 24.quæst.prima. & sequitur Thom.in 4. distinct. 19.* Item probatur *ex c. audiuimus, ea. cau.& q.* vbi dicitur,si autem in corde suo nouam hæresim confinxerit,ex quo talia prædicare cœperit, neminem damnare potuit, quia non potest deiicere quemquam iam prostratus. *idem habetur in capitu.omnis qui, & c.dicimus, ea. cau. & q.* & ideo vere & proprie Papa hæreticus non condemnatur à concilio, aut deponitur, sed potius declaratur eum non esse Papam, cum declaratur ex facto, quod sit hæreticus pertinax, & ideo glossa *in capit.primo de schisma.* dicit super versic.careant firmitate, quod dum Ecclesia pastorem habet hæreticum vel schismaticum, vacare intelligitur.

4 ¶ Notandum tamen, quod præter † concilium nullus posset Papam iudicare, neque ipsemet Papa posset se submittere alterius iudicio,*vt habetur in capit.sola. 14. q. tertia & in capit.patet.ea.cau.quæst.5.& in cap. in nomine Domini.21.di.*& hoc etiam tenet,& probat Thom.*in 4.d. 19. & Ioan.de Turrecrem.in tracta.de Ecclesia.lib.2. cap.104.* sed vide tu tex.in contrarium *in c.nos si incompetenter, secunda qu.7.* vbi Leo Papa IIII. submittit omnia acta sua iudicio

Ludouici

Ludouici Imperatoris, ſic & Sixtus Papa ſubmittit ſe iudicio Epiſcoporum, *in c. mandaſtis, 2. q. 4.* Pariter & Leo Papa *in c. auditum. ea. cau. & q.* ſed poteſt dici, quod ſubiicit ſe de honeſtate non de neceſſitate, *vt in l. digna vox. C. de legi.* licet in aliis criminibus ſi ſe ſubmitteret iudicio concilij, poſſet ante ſententiam quandocunque pœnitere & reuocare, neque eo caſu poſſet concilium illum iudicare, *vt poſt Bellemer. tenet idem Iacob. de concilio, car. 149. column. prima in litera B.* & an Papa poſſit ſe ſubmittere iudicio alterius communis late diſputat idem de Turrecrem. *libro ſexto. arti. 14. eſt car. 391. cum plurib. ſequen.* vbi dicit communem, quod non fallit ex decentia & honeſtate maxime in cauſa hæreſis, & tunc qui procedet, procedet ex authoritate Papæ. fallit & in aliis caſibus vt per eum, qui non faciunt ad materiam hæreſis, ideo non refero.

5 ¶ Sed an ſi Papa † per violentiam in hæreſim profiteatur ore, licet non corde, an nihilominus ſit deponendus. & concludendum quod ſic, vt tenet Auguſt. ſuper illud Apoſtoli ad Roma. decimo; Corde creditur ad iuſtitam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem. vbi concludunt, quod omnes, qui per tormenta Chriſtum negauerunt ore, licet corde ipſum tenuerint, perierunt, niſi poſtea per pœnitentiam reuixerint. & ideo (inquit) cur Petrus lachrymis diluit, quod ore negauerat, ſi ad ſalutem ſufficiebat corde ſolum credere, & ita etiam in Papa per plura concludit Auguſtin. de Anchona ſummus Theolog. in ſua ſumma de Eccleſiaſtica poteſtate, *quæſt. quinta. artic. ſecundo.* Neque his obſt. text. *in capit. nunc autem 21. diſt.* vbi Epiſcopi in concilio congregati Marcellinum Papam, qui per vim ſibi illatam à Diocletiano, & Maximi. Auguſtis thus idolis adoleuiſſet, noluerunt deponere, ſed voluit, quod cum ipſe confiteretur ore proprio delictum, ſe ipſum iudicaret, & ita ſe ipſum depoſuit, & pro pœnitentia morti obtulit fatendo coram dictis Auguſtis ſe Chriſtianum, & ſic martyrium labẽs ſuſcepit. nam illud ideo, quia ipſemet errorem ſuum agnouit, & iam pœnitens erat, & ideo cum faſſus iam fuiſſet ſe peccaſſe, leges erant certæ, quibus ſubiectus erat, quod deponendus eſſet, ideo ſententia opus non erat.

6 ¶ Concilium ergo poteſt † Papam de hæreſi, & infidelitate iudicare, *vt etiam confirmat Auguſtin. de Anchona in ſumma de poteſtate eccleſiaſtica, quæſt. quinta arti. ſexto. & per Cardi. Iacobat. in tract. de concilio.* Sed quid ſi Papa nolit congregare concilium, cum ad ipſum ſpectet talis congregatio? Cardin. Ioan. de Turrecrema *in ſumma ſua de eccleſia, libro 3. capi. 8.* reſpondendo ad quartum, & quintum, ponit optimam practicam, quod ſcilicet ſi ſit diffamatus notorie de hæreſi, & maxime apud graues, & doctos viros quæ infamia ſine ſcandalo eccleſiæ, vel periculo fidei diſſimulari, aut tolerari non poſſet, debet primo per Cardinales requiri, aut illis negligentibus per alios prælatos, aut fideles, vt talem infamiam publice purgaret fidem ſuam profitendo, præſertim circa articulos circa quos laborat infamia, talemq; ſuã fidei profeſſionẽ ſcriptura propria profiteatur etiam his, ad quos deuenit hæc infamia. quod ſi requiſitus, & monitus hoc facere recuſaret, requirendus, vt congreget concilium generale, vel det auctoritatem congregandi illud, vt in eo decernatur, quid de eo agendum, quod ſi faceret, tunc concilium de veritate inquireret: ſi verò recuſaret, tunc Cardinales vti membra principaliora eccleſiæ deberent congregare concilium, vt inquiratur de veritate, an vere Papa in hæreſim incurreret, & vera ſit forma de eo publicata, quod & Cardinales recuſarent Concilium congregare, tunc poſſent Principes id facere laici, vel ipſimet Prælati ſe ipſos ſponte congregare, prout factum fuit tempore Marcellini Papæ. conuocato autem concilio, vel per Cardinales, vel per Principes, vel per ipſoſmet Prælatos requirendus eſſet iterum Papa, vt tali congregationi authoritatem præſtaret, quod & ſi facere recuſaret, tunc etiam eo negante, & prohibente procedendum eſſet per conuocatos ad inquiſitionem veritatis auctoritate, ſi non Papæ, iuris tamen & diuini & humani, quod ibi comprobat multis auctoritatibus, & rationibus, quibus tu adde hanc, quam videtur conſideraſſe Iacobat. *de concil. car 133. columna prima. littera B.* quod cum eo ipſo, quod eſt hæreticus, ſtatim deſinit eſſe Papa, & efficitur minor quocunque Papa. ergo ſicut ſede vacante per mortem naturalem Cardinales conuocant, ita & vacante per mortem ciuilem. Cognito autem, quod vere Papa eſſet hæreticus, charitatiue admonendus foret de errore, & perſuadendus, vt ad fidem reuerteretur, & errores abiuraret infra talem terminum: quod ſi in eo termino paratus eſſet reſipiſcere, tunc iudicio ſuo remittendus, ſi errorem fateretur, vt factum eſt de Marcellino. *capitu. nunc autem 21. diſtinct.* ſin vero poſt hanc monitionem contumax eſſet & pertinax, tunc concilium ſeruatis ſeruandis procedit ad eius depoſitionem, vel ſaltem ad declarationem, pro Sede Apoſtolica vacet. hæc ſunt in ſumma, quæ dicit ſeruanda Turrecrema. *in loco præallegato.*

7 ¶ Sed quid modo ſi tantum † ſuſpectus eſt Papa de hæreſi? videtur, quod ad requiſitionem Imperatoris, qui dicitur aduocatus eccleſiæ. *capitu. venerabilem de elect.* debeat Papa ſcripto indicare, & profiteri fidem ſuam, & quid de fide maxime de ſibi obiectis ſentiat exprimere, *vt etiam ſentit Cardin. Iacobat. in tract. de concilio, char. mihi 83. col. 2. in littera C.*

8 ¶ Papa autem ſolus poteſt † Imperatorem hęreticum deponere, *cap. ad Apoſtolicæ de re iudic. in 6 Bart. & Bald. in l. fi. C. de legib. & in l. reſcripta. C. de preci imperat. offer. & capit ſi duo. & cap. Imperator. 96. diſtinctio. & eſt tex. in cap. in iſtis. 4. diſtinc. & de Rege Franciæ, tex. in cap. alius. 15. q. 6.*

9 ¶ Sed an ſi aliquis eligitur † in Papam, quod tunc ſit hæreticus, ſed occultus, electio ſit nulla, & quid ſi poſt electionem velit redire ad fidem, & abiurare, an remanebit Papa? Iacobatius Cardinalis *in tracta. de concilio, car. 150. colum. 1. & ſequen.* concludit, quod a Principe fuit nulla ipſo iure electio, & ideo ex poſt facto non potuit conualidari, *pro quo facit regula, quod ab initio, de reg. iur. & vide eundem Iacobat. car. 149. colum. 1. in fi. & ſeq.*

10 ¶ Item dubitatur, an contra † electum in Papam in ipſa electione poſſit opponi exceptio hæreſis, & concludendum, quod aut opponitur hæreſis notoria, & tunc quia titulum ipſum Papatus afficit. ideo poterit talis exceptio opponi: aut hæreſis non eſt notoria, & non eſt admittenda, quinimo mittendus in poſſeſſionem Papatus, & ſi foret ſpoliatus, reſtituendus. quæ omnia procedunt, quando eſt tantum electus, ſed nondum receptus, quod ſi & electus & receptus foret, & tunc nulla poteſt opponi exceptio, ſed debet accuſari, vt hæc omnia late traduntur per Aegid. Bellamer. *in capitu. licet. de electio. quem in omnibus ſequitur Iacob. de concilio char. 150. column prima. in fi. & pluribus ſequen. column.* quæ tamen limitari deberent, niſi tunc, cum eſt electus, & receptus, congregatum foret concilium, quia tunc coram eo poſſet excipi de hæreſi etiam ad impediendam adminiſtrationem, quia exceptio illa haberetur loco accuſationis, & concilium poſſet iudicare, quæ ſemper intellige de hæreſi notoria, non de occulta, *vt ipſe ibi declarat, char. 152. col. 1. & 2.*

11 ¶ Non poteſt autem Papa † legem condere, quòd ipſe non poſſit de hæreſi accuſari, vel alius quiſpiam Papa, *vt voluit glo. in cap. ſi Papa. 40 diſtinct.* alias poſſet ſubuertere vniuerſam eccleſiam contra dictum Apoſtoli. *2. ad Corinth. cap. 13.* dicentis ſecundum poteſtatem, quam dominus dedit mihi ad ædificationem, & non ad deſtructionem.

12 ¶ Quando Papa † eſt hæreticus, poteſt ei fieri etiã illa monitio. quod ſi te non audierit, dic Eccleſiæ, de quo *per Ioan. Andr. & Hoſt. in cap. propoſuit, de conceſſ. præben.* quod tamen

tamen ſecus eſt in aliis criminibus, vt notant omnes *in cap.nouit de iud.& pul.etiam declarat Iacobati.de concil.car.158. colum.2.in fi.& ſeq.*

13 ¶Neque poteſt etiam Papa† præcipere aliquid,quod contineat hæreſim,& ſi præciperet,non eſſet obediendum,*vt not.Innoc.& Docto.in c.quanto,de conſue.& in c.inquiſitioni,de ſenten.excommunic.*

14 ¶Papa etiam notorius † hæreticus licet per multum temporis permanſerit in hæreſi,& neglexerit ſe emendare,tamen antequam depõnatur,debet moneri, vt ſe emendet,& ſi non moneatur,deponi non poterit,*vt per Cardin.in cap.licet,in 4.q.de electio.& per Iacobat.de conci.char. 161.col.1.in prin.*

15 ¶Sed quid ſi Papa † accuſatus de hæreſi & recuſante eo congregatum fuiſſet concilium in aliqua ciuitate,ad quam diceret ſibi non eſſe tutum acceſſum, an iſta exceptio illum excuſabit: videtur, quod non ex dictis per Ancha.conſil.65.pro declaratione,ſed ego putarim cognoſcendam eſſe cauſam allegatam pro non tuto acceſſu.nam ſi iuſta appareret,vel mutandus locus vel admittendus ad ſe defendendum per procuratorem, alias eſſet illi denegare defenſiones, quod faciendum non eſt.

16 ¶Si Papa foret hæreticus † notorius,poſſunt Cardinales ab eo recedere & ſubtrahere illi obedientiam. *ita glo.1 in cap.Anaſtaſius.19.diſ.vbi Dominic. Præpoſ. Archid.& Aegid.illam ſequuntur*, & idem ſi eſſet occultus hæreticus, ſed iam probata foret hæreſis & certa.*ita Iacob. in tracta. de concil.lib.7.arti.1.char.416.col.1.in fi.& per plures ſeq.*ſed an tequam vel eſſet notorium de eius hæreſi,vel foret condemnatus,& ſic foret hæreticus occultus, licet quo ad Deum & Eccleſiam triumphantem ſit abſciſſus ab eius corpore, tamen quoad nos, & quoad Eccleſiam militantem,quæ non iudicat de occultis, & humanum requirit iudicium,ante ſententiam tolerari debet, & illi obedire quilibet tenetur, adeo quod etiam accuſatus de hæreſi,ſi ante ſententiam ſpoliaretur, vel ei obedientia ſubtraheretur, eſſet reſtituendus,*ca.nos ſi incompeter,verſ.item Symmachus,2.q 7.& facit cap.nonne,8.q.4.& tenet etiam Iacoba.in tracta.de concil.lib.ſeptimo.arti.7.car. 506 litera* B.

17 ¶ Et notandum etiam, † quod Papa etiam mortuus poteſt accuſari & damnari à ſucceſſore,*vt tradunt Scriben. in c.in fidei,de hære.in 6.& Doct.in cap.1.24.q.1.vbi glo.in ver.hæreſim,& tenet Alberic.in rubrica,C.de hæreti.& Petrus de monte in tracta. de concilio,& Iacobat.de concilio,lib. 8. artic.1. car. 515.colum.1.*

18 ¶Sed an ſi Papa† confiteatur errorem ſuum,& paratus ſit ſe corrigere,poſtquam eſt accuſatus de hæreſi,an poterit retinere Papatum. & diſtinguendum eſt, quod aut Papa eſt accuſatus de hæreſi iam per Eccleſiam non damnata,& tunc poteſt proculdubio retinere papatũ. quinimo & poſtquam error ille per ſententiam foret damnatus corrigendo & abiurãdo poterit retinere.aut hæreſis illa,de qua accuſatus eſt,iam erat damnata, ſed Papa nõ fuit monitus ſaltem bis,ſi ipſum pœniteat ante condẽmnationem, poterit hoc caſu retinere Papatum.ſi vero monitus pertinaciter in errore ſuo perſiſtit,tunc licet vellet reuerti & abiurare, non retinebit tamen papatum,ſed carceri erit tradendus,vt pœnitentiam agat.*ita poſt Aegid.Bellẽme.concludit Iacobat. de concil. li. 8.art.2.eſt.car.517.col.2.cum.plur.ſeq.*

19 ¶Poterit tamen & Papa † contra ſe ferre ſentẽtiam, quæ proprie non dicetur ſententia,ſed ordinatio quædam,*iuxta cap.nunc autem,21.diſt.* quia non poteſt dici habere iuriſdictionem,neque in ſe,neq; ſupra ſe.*ita Aegid. in d.c.nunc autem.quem ſequitur Iacobat.de concil.lib.8. artic.2. eſt car.520.colum 2.in principio.*

20 ¶Et notandum,quòd quando † concilium cognoſcit Papam eſſe vere hæreticum,& incorrigibilem,non condemnat illum,ſed declarat condemnatum, *vt declarat Aegid.in capitulo electionem.79.diſtin.& aliis comprobat Iacobat.de concil.libro nono.art. primo, car. 541.columna prima.*

21 ¶Si autem Papa † ſtaret in crimine notorio ſcandalizante Eccleſiam,& monitus nollet deſiſtere, incidet in ſuſpicionem hæreſis,& ideo poterit accuſari,*vt probatur in cap.nullus,38.diſtinct.& cap. ſi qui ſunt,81. diſt.& cap. ſciendum,8.q.1.& in cap.ſi de pœnis,& tenet etiam poſt Thom.Iacobatius de concilio,libro 9.articu.12. mihi char. 564. colum. ſecunda,in princi.& Areletan.notabili 12.*

22 ¶Si Papa eſt hæreticus,non debet ſcribi in catalogo Pontificum,*vt eſt glo.no.in cap.Anaſtaſius,19.diſt.*

23 ¶Licet Cardinales non † condemnentur,aut deponantur,ſi ſint hæretici,niſi cum 64.teſtibus, ſi ſit presbyter Cardinalis:ſi vero ſit epiſcopus Cardinalis,cũ 72. ſi vero Cardinalis Diaconus,cum 72.& alij clerici cum 7.cap.præſul,2.q.4.attamen Papa hæreticus in hoc deterioris eſt conditionis. quia cum duobus etiam teſtib. condemnabitur,*vt inquit glo.in d.cap.præſul,in glo.1.& Ioan. Andr.in cap.licet,de elect.ſuper glo.*

24 ¶Notandum,quod magis arguendi ſunt Principes, qui titubant in fide quam alij priuati, *Bal.conſi.334.in pr. in ſecundo.*multo ergo magis etiam in Papa. nam grauiſſima eſt hæreſis in Papa, quia ſcandalizat totam Eccleſiam,*vt inquit Petrus de Monte.de Concilio,verſicu. his ita, numero nono.*

25 ¶Papa non debet ſimpliciter corrigi denunciatione Euangelica,ſed debet denunciari Eccleſiæ. *Alciat.in cap. nouit,de iudic.numero 8.*

## CAP. LIII.

## *de Manifeſto, Notorio, & Occulto hæretico & deprehenſo.*

### SVMMARIVM.

1 *Manifeſtus hæreticus quis ſit.*
2 *Manifeſta hæreſis,& manifeſtus hæreticus,& labi in hæreſim manifeſtam differunt,& quæ pœna incurratur.*
3 *Inter manifeſtum,& occultum hæreticum differentia.*
4 *Inter manifeſtam & occultam hæreſim differentia.*
5 *Manifeſti & notorij hæretici pluribus modis accipiuntur, & num.ſeq.*
7 *Ad notorium hæreticum probandum duo ſufficiunt teſtes & quis dicatur notorius proprie, & quot modis notorium ſumatur.*
8 *Occultus hæreticus, an ſit excommunicatus antequam innoteſcat.*
9 *Deprehenſus in hæreſi,qui dicatur.*

1 VErum quia multa fiunt † in hæreſi manifeſta,quæ non in occulta,& grauius videtur peccatũ manifeſtum quam occultum:ideo videndum, quis dicatur hæreticus manifeſtus.& Innocen.III. *in capitu.ſuper de verborum ſignificatione.* de hac quæſtione in ſpecie interrogatus ſic reſpondit, quod illi dicuntur eſſe manifeſti hæretici, qui contra fidem catholicam publice prædicant,aut profitentur,ſeu defendunt eorum errorem,vel qui coram prælatis conuicti ſunt,vel ab eis ſententialiter condemnati ſuper hæretica prauitate. & alibi idem Innocen.*in c.cum olim,eodem titu.de verbor.ſignifica.* inquit,quod manifeſtum illud intelligit, quod vel per confeſſionem vel probationem legitime notum fuerit aut euidentia rei, quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari.& talis etiam dicitur notorius,*vt in cap. vltimo, de cohab.cler.& mul.*& manifeſtum proprie dicitur, quod non eget probatione,*vt in capitulo eorum, 11. quæſtione tertia.& gloſſ.in dicto capitulo cum olim, in verſicul. quæ iudici, in fin.* Duobus enim modis poteſt dici manifeſtum. Primo per viam notorij,quod probatione non indiget, vt dixi: alio modo ſtrictius, vt quod probatione indiget, poteſt tamen per multos clare & certitudinaliter probari,ita quod negari non poteſt,*vt habetur in cap. vltimo, 2.quæſt.1.& per Archid.in cap.accuſatus,§.ſane,de hæret.in ſexto,*

*nu.6.* & pul. declarat Bald. *consi.447.ad euidentiam, in prin. 3.vol.* vbi declarat, quis sit vsurarius manifestus, *& idem dicit consi.459.nu.3.in quarto.*

2 ¶ Neque statim quod à pluribus scitur, dicitur manifestum, *per Gemi.in cap.in fidei.in princi.ver.quæro an Papa possit accusari de occulta. & Bald. in prælegatis consiliis.* occultum enim dicitur, quod vulgus ignorat, & ibidem dicit, quod occultus latro & homicida dicitur, qui vix potest conuinci, & qui deliquit in loco secreto, & vbi non erant coaceruatim personæ, *& sequitur Bartho. Veron.consi.crimin.58.incip.Paulus Faber, num.17. & seq.* Gemin. vero *consil.44.nu. 4.* dixit, quod manifesta hæresis non quæ per testes vel per alios probationum modos probari potest, sed ea, quæ non eget probatione, nullaque tergiuersatione celari potest: & ideo si cadit in dubitationem, an sit manifesta vel occulta, non recipientur probationes: quia certum est. quod si dubitatur, an sit manifesta, non erit proculdubio manifesta, cum manifestum nullam prorsus recipiat dubitationem.

¶ Sciendum tamen, quod †aliud est hęresis manifesta, aliud hæreticus manifestus, vel manifeste in hæresim incurrens. Manifesta hæresis est, quæ iam ab Ecclesia publice est damnata, ita quod non possit amplius de eo articulo dubitari, an sit hæreticus. Manifestus autem hęreticus dicitur, qui publice & manifeste incurrit in hæresim, ita vt illud negare vlla non possit tergiuersatione, & hoc modo intelligitur tex. *in c.vlti.de hære.* dum inquit de lapsis manifeste in hæresim. quamquam sciam Alphonſ. de Castro, *lib.2.c.7.circa fi.de iusta hære. puni.* voluisse contra communem omnium intellectum intelligi illum tex. non de manifesto hæretico, i. qui manifeste & notorie peccauit, sed de eo, qui incurrit in hæresim manifestam, id est ab Ecclesia damnatam: iste enim intellectus apertissime repugnat verbis text. nam illa vox manifeste, non est nomen adiectiuum, vt possit adiici vel hæresi vel hæretico, sed est aduerbium, quod qualificat participium illud, lapsis. non enim dicit text. lapsis in hæresim manifestã, sed dicit, lapsis manifeste in hæresim. sed non potest dici labi manifeste in hæresim, nisi qui publice vel notorie coram populo prædicat, vel profitetur aliqua hæretica, *vt supra dixi*: nam licet quis occulte, & secrete nullo sciente teneret aliquid hæreticum & manifeste damnatum ab Ecclesia, non tamen incurreret in illas pœnas, de quibus in dicto capitulo fina. vt scilicet amitteret ius fidelitatis vasallorum suorum, sed is tantum, qui manifeste, id est publice & notoriè labitur in hæresim: quia cum iam sit manifestus hæreticus, quod esse non potest nisi cum scandalo multorum, ideo in illas pœnas incurrit, quod non est in occulto, qui ita non scandalizat vt manifestus. Nec me mouet argumentum, quo vtitur Alphon. pro fundando eius intellectu, quod scilicet sequeretur, si ibi intelligeretur de eo, qui publice labitur in hæresim, quod licet ignoranter laberetur, quod tamen incurreret in pœnam illius cap. fina. quia respondeo, quod si hæresis illa non erat damnata ab Ecclesia, ita quod posset probabili ignorantia se excusare, tunc non diceretur hæresis vere respectu illius, neq; diceretur lapsus in hæresim, nec manifeste, nec occulte, cum hæresis consistat in animo & voluntate, & ea quidem pertinaci, *vt supra sæpe dictum fuit.* cum ergo non entium nullæ sint qualitates. *leg. non omnis.ff.si certum petat.* si non potest dici hæreticus, non poterit etiam dici manifestus hæreticus. cum ergo dicimus manifestum hæreticum, præsupponimus substantiam. videlicet hæresim omnino extare, & eam quidem iam damnatam. & cum dicimus manifestum, præsupponimus qualitatem probationis euidentem & notoriam. nam retorquendo argum. Alphonſi contra ipsum, si in illo text. intelligeremus omnes eos pœnis ibi descriptis affici, qui in manifestam, id est damnatam lapsi forent hæresim, sequeretur, quod & si iocose aliquid manifeste hæreticum dixissent, & iam damnatum, quod illis pœnis afficerentur, & idem si lapsu linguæ, vel per furorem, aut amentiam. quod quam sit absurdum, ipse viderit.

3 ¶ Differentiæ autem plures sunt inter manifestum & occultum hæreticum. Primo, nam vt diximus *supra in c. præced.* Papa secundum aliquos potest deponi, quando est manifestus hæreticus, & ab eo obedientia subtrahi, non autem quando est occultus.

Secundo, secundum aliquos manifestus est ipso iure excommunicatus, non sic occultus, *vt dixi sup.hoc lib.c.32. num.2.*

Tertio si sit manifestus, incurrit pœnas, *de quibus in d. capi.fin.de hære.* secus tamen si sit occultus, vt omnes ibi notant.

Quarto, hæreticus manifestus spoliatus non potest petere restitutionem, sed bene occultus: nam exceptio notorietatis impedit restitutionem spolij. *capit. significasti, de diuor. cap. constitutus, de fil.presby. c. ad decimas, de resti.spol.*

Quinto, deprehensi notorie prædicare hæretica, non admittuntur ad pœnitentiam, sed bene prædicantes occulte. *c.1.§.deprehensi, de statu contra lib.Eccl.vbi Iser.*

Sexto, manifestus hæreticus, ideſt manifeste in hæresi deprehensus, si clericus, degradatur, & conceditur curiæ seculari. Si laicus, ipsi curiæ remittitur, *cap.ad abolendam.§.præsenti, de hæret.* non sic in occultis. vt ibi per glo. & alios: vbi dicunt, quod manifeste deprehensus ille dicetur, quod publice prædicabat hæresim, vel legitima probatione vel propria confessione conuictus est, *vt dicit ibi glo.in ver.deprehensus.*

Septimo, ministrans manifeste & publice iterationi baptismatis non potest ad superiores ordines promoueri, nisi religionem ingrediatur: quod si occulte, promoueri quidem poterit, sed tamen condigna ei pœnitentia iniungenda. *c 2.de apost.*

Octauo, manifestus hæreticus potest à quocunque propria authoritate capi, non sic occultus. *Alb. in rub. de hæret.nu.3.*

Nono, sententia vel instrumentum manifesti hæretici & nondum condemnati non valet: secus dicendum de sententia, & instrumento occulti hæretici. *ita Alberic. in d.rub.nu.3.mihi in litera.f.*

Decimo, hæres hæretici manifesti non potest præscribere bona defuncti hæretici spatio quadraginta annorum, sed bene si erat occultus hæreticus, ex quo est in bona fide. & licet non possit dici præscriptio bonorum, quia hæreticus nil dicebatur possidere, est tamen præscriptio defensionis, *vt per Bonifa. & alios in capitulo finali de præscriptio.in sexto. & per Mainer.in l.qui in alterius, numero 11.de regul.iur. & dixi supra hoc lib. capite 42. numero duodecimo.*

Vndecimo, facilius admittentur ad electionem Papæ tam actiue, quam passiue, occulti quam manifesti hæretici, *vt not.Cardin.Floren. & omnes in cap.licet, de elect. & per Imo.in clem.ne Romani, de electio. & per Capic.deci.114.inum. 5. & 6. & dixi supra, in præceden.cap.nu.10.*

4 Duodecimo, hæreticus occultus potest recipere baptismum in casu necessitatis, dummodo sibi in forma Ecclesiæ conferatur; secus in manifesto. *vt per Ant.de But. in c.vestra, de cohab. cler. & mul. & Mili. in suo reperto.in verbo, hæreticus, il primo.*

Decimotertio, hæreticus manifestus est ipso iure excommunicatus, non autem occultus, nisi quo ad Deũ, *vt per Bal.in l.si quis non dicam rapere, in prima colum.C.de episc. & cler. Card.in cap.1.de eo qui mit.in poss. & in c.1. in princ. in 3. q.de vsur. & Felyn.in tract.de conatu, in 2.colu. & Marsi.in l.qui falsam.ff.de fals.nume.21. & 22. & idem dixit Caiet. ad Thom.2. secundæ, q.11.arti.3. & 4.vbi reprehendit glos. in cle.multorum, de de hæretic.*

Differentia etiam est inter † occultam & manifestam hæresim. Primo, quia Inquisitores hæreticæ prauitatis non possunt se ingerere de sortilegiis & diuinationi-

bus, quæ ſapiunt occultam hæreſim, ſed bene de his, quæ ſapiunt manifeſtã, *vt eſt tex. & ibi omnes in c. accuſatus. §. ſane, de hæretic. in 6.* quæ autem in hoc dicatur manifeſta hæreſis, declarat ibi gloſ. in verbo ſaperent, vbi exemplificat in illis, qui inuocant idola, dæmones conſulunt, eorum reſponſa ſuſcipiunt, & venerantur, vel pro ſortibus exercendis aſſociant ſibi hæreticos, vel futura inquirunt per corpus, & ſanguinem Domini, vel ſi puerum rebaptizant, vt ab eo certiora habeant reſponſa, *& tradit Alberic. in rubrica, de hæret. num. 6.* & pul. declarat Gemin. *conſi. 44. num. 4.* vbi dicit, quod vbicunque attribuitur creaturæ, quod ſoli creatori conuenit, dicitur eſſe hæreſis manifeſta. aliter autem non, *& idem ibi nume. 7. & 8. vbi plura exempla.*

5 Et aduertendum quoque, † quod quidam ſunt hæretici manifeſti iudici & aliis, vt quia & iudex & plures alij audiuere, & tunc non requiritur accuſator, neque denunciator, neque libellus, neque litis conteſtatio, nec iuratur de calumnia, neque requiruntur teſtes aut aliæ probationes, quinimo tunc ordo iudicij erit ordinem non ſeruare, neque poterit iudex talis recuſari. *capitul propoſuit de appellatio. habetur in capitul. tua nos. & capitulo noſtra, de coha. cler. & mul capitu. quod vero de conſang. & affin. cap. cum dilectus, de purgati. cano.* neque hoc caſu dabitur appellatio, *cap. peruenit, cap. conſuluit, & c. cum ſpeciali, de appel.*

6 ¶ Quidam etiam ſunt notorij & manifeſti pluribus, non tamen iudici, & tunc etiam non ſeruatur ordo iuris quo ad telam proceſſus, ſed bene quo ad probationem, quia ad probandum tale notorium oportet, quod teſtes dicant ſe talem errorem audiuiſſe proferri à tali in loco publico, & quod multi homines erant præſentes, qui audiuerunt, & ab omnibus pro hæretico tunc habitus fuit, *vt per Gandi. de maleſi. ſub rubrica, quomodo de malefic. cognoſcatur, quando crimen notorium eſt numero vndecimo.*

7 ¶ Et ad probandum, quod talis ſit notorius hæreticus, ſufficient duo, vel tres teſtes ad hoc: vt ſcilicet procedatur contra eum tanquam notorium non ſeruato iuris ordine, *vt ibi per Gand. num. 12.*

Notorius autem hæreticus proprie dicetur is, qui vel confeſſus fuit hæreſim, vel de hæreſi per ſententiam condemnatus. *c. euidentia, de prob. l. ingenuum, de ſtatu homi. l. res iudicata. ff. de re iudica.* & tradit Gandi. *ſub. rubric. quomodo de maleficio cognoſcatur, quando crimen eſt notorium, num. 3.* vbi aliqua contra adducit, ſed reſpondet, quod ſtabitur tali notorio, donec contrarium probetur, & iſtud dicit ibi Gandi. appellari notorium iuris. Nam aliud eſt notorium facti *vt per eundem ibi num. 4.* quando apud omnes habetur pro hæretico ob manifeſtos, & notorios eius errores paſſim ab omnibus auditos, & cognitos, & qui nulla tergiuerſatione celari poſſunt, *c. tua, & c. noſtra, & c. fi. extra de coha. cler. & mul.* Et notorius etiam dicetur, quando pro tali eſt habitus à pluribus, non autem à paucis duntaxat. Item quando in loco publico deprehenderetur prædicare. Item in die ſolemni, in quo totus populus concurrit, *vt per Gand. in loco præalleg. num. 5.* Item quando ſæpius in hoc deprehenſus fuiſſet, *vt ibi per Gand. nu. 7.*

8 ¶ Occultus hæreticus, an ipſo iure antequam probetur, & innoteſcat, ſit excommunicatus, *vide late ſupra cap. 41. num. 2. & Campegi. in addi. ad Zanchin. de hære. capitu. 18. in litera, a.*

9 Deprehenſus in hæreſi dicitur qui vel facti euidentia, vel confeſſione propria, vel teſtibus conuictus eſt, *vt per gloſſ. in capitulo ad abolendam, in verbo. deprehenſus. de hære.* & antequam altero de dictis tribus modis, quis deprehendatur, damnari non poteſt, *Syluan. conſilio 89. numero 2.*

## CAP. LIIII.

## *de Pœnitentibus hæreticis.*

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia duplex, altera ad animæ, altera etiam ad corporis ſalutem pertinens, & quæ, nu. 2.*
3 *Hæreticus redire ad pœnitentiam, an poſt ſententiã, & quando poſſit, vt bona ſibi reſtituantur.*
*Confeſtim, quomodo intelligatur iſto caſu quis redire.*
*Terminus, qui aſſignetur hæreticis ad redeundum, & quot dierum.*
*Tempus duplex, gratiæ ſcilicet & vltra, & quando quis admittatur ad pœnitendum.*
*Poſt teſtium receptionem, & torturam, an poſſit admitti hæreticus ad reuerſionem.*
4 *Locus pœnitentiæ vbi iam fuerit & ſit hodie.*
5 *Pœnitentia qua forma fieri debeat, & qualis eſſe debeat, & quando fieri, ne ficta videatur.*
6 *Pœnitentiæ effectus multi, numero 7. & 8. 9. 10. 11. & 12.*
13 *Hæreſis impedit ordinis executionem, niſi diſpenſatione mediante, & quos impediat, numero ſeq.*
15 *Pœnitens an admittatur ad maiora, & qualiter, num. ſeq.*
17 *Hæretici hodie ſtatim irregularitatem incurrunt.*
18 *Pœnitens eſt abſoluendus ab irregularitate, quia per pœnitentiam non liberatur ab ea, num. 19.*
20 *Ordinarius diſpenſat ab irregularitate, qui tenetur diſpenſare, niſi aliud impediat, quamuis arbitrarium ſit, alias aditur ſuperior.*
*Debet tamen ſe probare pœnitens emendatum, num. ſequen.*
22 *Emendatio qualiter probetur.*
23 *Pœnitentiæ ſatisfactio eſt probanda, non tantum iniunctio ipſius.*
24 *Pœnitens retinet beneficia ſine diſpenſatione ante ſententiam, non poſt.*
25 *Pœnitentes damnati, non reſtituuntur ad honores, niſi per Papam.*
26 *Rebaptizatus in alia ſecta etiam pœnitens omnino puniendus.*
27 *Pœnitentia reuertentibus danda, arbitraria eſt.*
28 *Pœnitentia alteratur, nam ſponte, & cito reuerſus, mitius puniendus.*
*Item ratio eſt habenda contritionis, num. ſeq.*
30 *Pœnitentia publice à lege indicta non conuertitur in priuatam, niſi ex magna cauſa.*
31 *Pœnitens, ſi per pertinaciam conuinci ſe permittat, immuratur carceri perpetuo.*
32 *Pœnitentia iniungitur pœnitenti, qui protulit verbum hæreticum, quamuis leuis.*
33 *Pœnitens tenetur fateri ſuum errorem.*
34 *Pœnitens ſponte, ſi non expectauit ſe accuſari, ei non iniungitur publica pœnitentia.*
*Et Papa poteſt conuertere in priuatam, numero ſequen.*
36 *Pœnitentes, cuius ſint fori eo tempore, quo pœnitentiam agunt, ſi delinquunt, diſtingue vt hic late.*
37 *Pœnitentiæ ſpecies tres, ſolemnis, publica, & priuata, & quæ ſint iſtæ.*
38 *Iudices, non nimis rigoroſi eſſe debent in pœnitentiis imponendis.*
39 *Pœnitentes fateri non erubeſcant peccata.*
40 *Pœnitentes ſi pœnitentiam adimplere nolint, Inquiſitores ingere ſe amplius nequeunt.*
41 *Iudex exigit fideiuſſores de parendo mandatis, & pœnitentia agenda.*
42 *Pœnitens clericus non deponitur, ſed ſuſpenditur.*
43 *Sententia poteſt eſſe in hoc crimine etiam purgatoria, & quid concluderet, & qualiter ſententia, num. ſeq.*
45 *Pœnitentiæ arbitrio iudicis imponendæ, delicti & perſonarum qualitate penſata.*
46 *Carceratus an dicatur ſponte fateri.*
47 *Docens hæreſes, an admittatur ad pœnitentiam, vel morte plectatur.*

1 DVplex eſt pœnitentia, † altera, quæ fit ad ſalutem animæ duntaxat in foro conſcientiæ, altera vero, quæ fit ad vtriuſque, ſcilicet animæ, & corporis ſalutem. Prima fieri poteſt quandocunque à quocunque, & in quouis crimine, & loco quolibet vſq; ad

vitæ

vitæ exitum, *vt habetur in capit. firmißime, extra de hæret.* dũmodo fiat ſponte, & puro corde, *vt in cap. perfecta, de pœni. diſtin. tertia & capi. 1. & 2. qui cler. vel vouen. matrimo. & textus notab. in cap. ſuper eo, de hæret. in 6.* vbi hæretico etiam relapſo, & morti damnato, ſi emiſerit manifeſta pœnit ẽtiæ ſigna, non denegantur eccleſiaſtica ſacramenta. *Girland. de hæretic. quæſtio. quinta, numero vigeſimoprimo, & ſequenti. & Areleta. notab. 46.*

2 ¶ Secunda vero pœnitentia, † & reuocatio, quæ fit pro conſeruanda anima, & corpore, non eſt tam generalis, ſicut prima & præcedẽs, ſed eſt ſpecialis, & reſtringitur, vt congruo loco & tempore fiat, & hoc nunquam competit relapſo. *cap. ad abolendam, de hæreticis, & capi. accuſatus. eodem titulo, in ſexto.* videndum ergo primo de tempore, quo ſcilicet tempore facienda, poſtea de loco, demum de forma, poſtremo de eius effectibus.

3 ¶ Statim ergo, † quod eſt deprehenſus in hæreſi, debet pœnitere, & ad fidei veritatem ſponte recurrere, & errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi publice abiurare, & ſatiſfactionem congruam exhibere, quod procedit tam in clerico, quàm in laico. *cap. ad abolendam. de hæret. §. 1.* & quamquam ille text. vtatur verbis continuo, & confeſtim, attamen non ita acerbe ſunt intelligenda, ſed dicentur ſatis confeſtim redire, ſi ante ſententiam, & condemnationem redierint, *vt ibi no. omnes. & Calder. in conſil. ſecundo in fi. ſub titu. de hæret. & Afflict. in conſtit. inconſutilem, nume. 34.* Dec. tamen *in cap. at ſi clerici, de iudi. colum. 21.* tenet, quod etiam poſt ſententiam admittatur pœnitentia. *& idem tenet conſil. 137. nume. 3. & Zaſ. conſil. vlti. in primo.* adeo vt & bona, quæ iam fiſco erant acquiſita, reſtituantur, modo nõ fuerit relapſus. ideo breuiter dicendum, quod de rigore iuris communis eſt, quod ante ſententiam omnino pœnitentia admittatur, non autem poſt, vt reſtituatur integre ad bona, & ad dignitates, & ad alia, *vt per Abb. in cap. excommunicamus, de hære. num. 10. & Fely. in c. vergentis, num. 2. & 3.* De æquitate vero, niſi aliæ circunſtantiæ obſtent, & de miſericordia hodie etiam poſt ſententiam admittitur pœnitentia, & reſtituuntur pœnitentes ad omnia, *vt per plura concludit, & multis comprobat Pariſ. conſ. 2. num. 186. cum pluribus ſequen. vſque in finem conſilij, in quarto vol.* & ideo tenet Alciat. *in cap. perniciosam. num. 51.* vnum, quod maiorem habet dubitationem, quod ſi iudex eccleſiaſticus pronunciauit quem hæreticum, iudex ſecularis non poteſt ſtatim publicare bona, inuito ipſo iudice eccleſiaſtico, ſi forte expectet, vt pœniteat, & reuertatur. Et hanc opinionem, quod etiam poſt ſententiam poſſit admitti pœnitentia, latiſſime comprobat Girland. *in tract. de hæreſi, quæſtion. 5.* vbi diſputat ad partes, & hanc dicit veriorem, & æquiorem, licet & in hoc requirat arbitrium iudicis regulandum ſecundum circunſtantias, & qualitates perſonę inquiſitæ. hanc etiam opinionem tenuit Bertran. *conſ. 212. quia poſt confeßionem, nume. 7. & ſequen. in ſecundo. idem tenet Matth de Afflict. in conſtit. inconſutilem, nume. 36. & ſequ. idem quoque tenet Boer. deciſ. 341. vbi refert plures opin. circa hoc: ſed in deciſ. 343. tenet abſolute hanc opinionem vti æquiorem.* & dicit Cardin. Zabarel. *in cap ad abolendam. in ſecunda oppoſitio. de hæret. circa finem.* quod condemnatum poteſt pœnitere, vſque quo punitur, modo non ſit relapſus, & ita dicit de facto obſeruari. & hanc deniq; obſeruari ex communi conſuetudine, tenet Campeg. *in addit. Zanchin. capitu. 16. in addit. ſexta. incipien. ante ſententiam. vbi etiam ipſe Zanchin. numer. 5. & ſequen. vbi recitat Girland. ad litteram, & alios, & recitat etiam Director. Inquiſ. hoc idem tenere.* Quam ſententiam ego quoque abſolute ſequor, quod ſcilicet etiam poſt ſententiam admittenda ſit pœnitentia, arbitrio tamen iudicis, qui perpendet diligenter, an talis pœnitentia ficta ſit, vel ſuſpecta: & moueor, quia contra hanc opinionem ſolus textus *in cap. ad abolendam de hæret.* vrget propter illas dictiones, continuo, & confeſtim, vt omnes in locis præallegatis tenent. Sed certum eſt, quod illæ dictiones quando verificari poſſint, relinquitur arbitrio iudicis, vt de dictione incontinenti, tradit Bar. *& alij in l. is à quo. ff. vt in poſſeſſ. lega. & Bal. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. & in l. vlt. C. de ord. cogn. & in l. 2. C. de edi. diui Adrian. tollen. & in l. vlt. eo. tit, vbi Cur. iun. num. 46. & Zucar. num. 322. & per Ang. in l. ventri, §. vlt. ff. de iis, quæ in frau. credit. & Crauet. conſil. 156. nu. 17. & per glo. in l. vlt. C. de compenſat. & Iaſo. in §. in bonæ fidei. num. 81. Inſtit. de actio. & Bal. in l. ſi ex falſis, num. 11. C. de tranſactio. & Deci. poſt glo. in cap. an ſit. num. 3. de appell. & Roma. conſil. 76. col. vlt. Abb. in cap. veniens. il ſecondo, de teſtib. num. 11. & Felyn. ibi, nu. 15. & Dec. conſil, 429. nu. 4. & Ripa. in l. 4. §. condemnatum. nume. 32. de re iudic. & Felyn. in cap. exceptionem. nume. 36. & in c. præterea num 10. de teſti. cogen.* & præcipue, cum, vt refert d. Campe. in addit. præalleg. ſint conſtitutiones ſummorum Pontificum, dantes auctoritatem Inquiſitoribus, & Epiſcopo interpretandi iura, licet Simancha *in Enchir. iudi. viola. religio. tit. 58. num. 11. & 17.* vbi tenet id, quod dicit obſeruari in Hiſpania, quod ſcilicet pœnitentia admittatur vſq; ad ſententiã, non poſt: ſed certe benignior, & humanior ſequenda, vt ſcilicet & poſt ſententiam admittantur, quia eccleſia nunquã claudit gremium redeunti, *l. vltim. §. ſed quia & epiſtola nos reddentes. C. de ſumma Tri. & l. Manichæos. C. de hære. & cap. ſupereſt. de hæret. in 6. & pondera.* quod tex. dicit, eccleſia non claudit gremium, non autem dicit, Deus non claudit gremium, iuxta illud, Deus non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. *c. nonne 18. q. vlt.* vt intelligas, quod loquitur de eccleſia militante, & de gremio iudiciali. Accedat, quod ſtatim, quod reuertitur ad fidem puro corde, deſinit eſſe hæreticus, cum ſine pertinacia hæreſis eſſe non poſſit, *clem. 1. §. porro. de ſumma Trin. clemen. vnica. §. penul. de vſur cap. qui in eccleſia. & cap. dixit Apoſtolus. 24. q. 3. vt ſupra dixi hoc libro. cap. 18.* Putarem tamen ego, quod ſi iudex dederit terminum reo ad pœnitendum, & reſipiſcendum, ſi ipſe pertinax noluerit, ſed paſſus ſit ſe condemnari etiam in ipſa prolatione ſententię monitus vt reſipiſcat, quod ſtante tãta pertinacia, quod non euitaret pœnas, quia non poteſt bene de eo ſperari, nec quòd reuerſio fuerit ex corde, niſi metu pœnæ, quod ſi etiam hoc caſu euidentiſſima eſſent ſigna ſpontaneæ, & veræ pœnitentiæ, quæ arbitrio iudicis relinquantur, tenerem admittendum ad pœnitentiam, vt euitaret pœnam mortis, & ideo conſulo iudices, vt ante ſententiam aſſignent terminum condemnando ad reſipiſcendum, quod poteſt eſſe dierum 40. *ſecundum Cald. Conſil. 2. in tit. de hæret.* & quod illum terminum etiã prorogent ſaltem bis, vt maior conuincatur eius pertinacia, & etiam in ipſa prolatione ſententiæ moneant, vt reſipiſcat: quòd ſi pertinax recuſet, certe non videtur dignus, vt poſt ſententiam audiatur, & recipiatur: cum, *vt dixi,* non ſit fidendum ei, vt vera contritione cordis redeat. & licet dixerim, dandum tempus 40. dierum, vt pœniteat, dico tamẽ hoc eſſe arbitrarium iudicum, qui poſſunt & maiorem & minorem dilationem aſſignare, *vt per Boer. deci. 343. in fi.* qui etiam alios adducit. & iſtud tempus aſſignatum per iudicem, vel aſſignandum ad reſipiſcendum appello tempus gratiæ, licet Archid. *in ca. vt commiſſi. in verbo, obedientes. in 6.* appellet tempus gratiæ, antequã accuſetur, vel inquiratur reus de hæreſi: poſtquam autem eſt accuſatus vel inquiſitus, appellat illud ſpatium vltra tempus gratiæ, licet diſtinguat, an poſt illud tempus gratiæ res ſit integra, videlicet quod non ſint recepti contra eum teſtes, & tunc etiam admittatur pœnitentia, vel non ſit integra, & non admittatur: ſed vt dixi verior & magis communis opinio eſt. vt vſq; ad ſententiam admittatur, poſt autem non, niſi ex æquitate & miſericordia, quod in arbitrio iudicantium reſidebit, vt dictum eſt, quidquid in contrarium nimium dure, & rigoroſe dixerit Alphonſ. Aluarez. *in ſuo theſau. Chriſtia. Religio. c. 53. nu. 40. 41. & 42.* Reperio etiam Petrum Rebuff. *in ſua praxi beneficiorum, in tertia parte, de modis amit. beneficia. nu. 8. & ſeq.* qui dicit, quod antequam recipian-

tur teſtes,& conuincatur,ſi pœniteat, omnino admittendus ſola facta abiuratione: ſi vero poſtquam teſtes ſunt recepti,tunc indicenda pœnitentia arbitrio iudicis propter pertinaciam & contumaciam,quod & ego admitto.ſed nos loquimur de admittenda pœnitentia ad euitandam pœnam mortis, & publicationem omnium bonorum,in quo reſideo cum prædicta æquiori opinione *de qua ſupra*, *& hanc etiam præter ſupraſcriptos* tenet Carrer.*in tract.de hære.num.159.col.2.ver.aut lata eſt ſententia.* vbi dicit,quod hanc opi.omnes ſequuntur tanquam æquiorem & mitiorem, quæ tamen omnia temperanda erunt & regulanda arbitrio iudicis, qui diligenter perpendere debet, & ſubtili iudicio inueſtigare qualitatem perſonæ,& ſi credit eum ex corde contritum pœnitere:nam ſi hoc ſibi certum eſſet, poſſet etiam poſt condemnationem,imo & dum ad ſupplicium duceretur, commutare pœnam mortis in aliam, puta in incluſionem muro,*vt ex Director.tradit Campe.in add.ad Zanchin de hære.c.16.in add.6.in fi.*& demum reperi Syluan.*conſil.89.in 2.*dicentem hanc opinionem, quod arbitrio iudicis euitet pœnam,ſi reuertatur etiã poſt citationem, æquiorem & veriorem diſtinguendo aliquos caſus vt ibi per eum: & ſtilus inquiſitionis Hiſpaniarum tenet, quod vſque ad ſententiam admittatur ad pœnitentiam, *vt per Simanch. in Enchirid.d.cap.58. nu. 11. & ſeq.& num.16.*

4 ¶ Locus autem † pœnitentiæ, id eſt, in quo pœnitentes reciperentur,olim erat in conciliis. hodie vero ſufficit,quod in officio inquiſitionis id faciant, *vt eſt glo. in verſicu.arbitrium,& ibi notant omnes,in capit.ad abolendam, de hæret.*

5 ¶ Quomodo autem † & qua forma facienda ſit, dicendum primo,quod ſponte fieri debet non metu pœnarum,*vt eſt text.in d.c.ad abolendam:* nam ſicut quis propria voluntate,& libero arbitrio petit,pariter & libero arbitrio debet reuerti & ſuſcitari, *vt dicitur in c.de Iudæis. 45.diſt.*ſerotina enim pœnitẽtia videtur quaſi violẽta, & multos ſolet decipere,*vt per Hoſti.de pœni.in ſumma,§.qualis ver feſtina.*ſicut enim confeſſio facta metu mortis non tenet,*c.1.de his qui vi,me.ve cau & cap.Lotharius 31.q.2.*quando enim coacte fit,ſimulata eſt: & ſicut vera pœnitentia veniam meretur,ita ſimulata Deum irritat,quia Spiritus ſanctus diſciplinæ effugit fictum, *capitulo inter hæc hircum.tl ſecundo circa fin.de pœni.diſt.tertia* & dicitur *in cap. ſacerdos,§.vltimo,50.diſtinct.*quod ſunt quidam, quos non odium criminis, ſed timor vtilitatis & amiſſio proprij gradus & ambitio celſioris ad pœnitentiam cogit.hos ſacri canones irrecuperabiliter deiiciunt, quia qui ſimulatione pœnitentiæ, vel affectione honoris à Deo non conſequitur veniam, nec ab Eccleſia reparationem meretur. ſolerter ergo animaduertere debent iudices, ne ſimulata conuerſione redeant fraudulenter & iudicesimo ſe ipſos fallentes ſub agni nomine lupum gerant, *vt in terminis inquit text.in capitul.vt officium, §.ſi vero in fine.de hæret.in ſexto.*& licet Archid. *in capitu. vt commiſſi,in verſicul obedientes*, teneat,quod is demum dicitur ſponte redire,qui intra tempus gratiæ redit, & ſic antequam accuſetur: tamen quia de tempore iam dictum eſt, ideo cum quandocunque ante ſententiam poſſit,imo & poſt ſecundum æquiorem ſententiam, *vt ſupra dictum fuit*,concludendum eſt,quod ſponte dicetur quis redire,qui corde contrito,non confecto redit, & tunc dicetur corde non ficto redire, quando pœnitentiæ & contritionis aliqua ſigna apparent, *vt in c.qui recedunt,26.q.6.& tradunt Inno & Ancha.in cap.à nobis, de ſenten. excomm.*neque ſola ſufficit pœnitentia, ſed requiritur etiam abiuratio, *iuxta c.ſaluo,1.q.7.& dictum fuit ſupra hoc libro,capite 47.*

6 ¶ Effectus autem † legitimæ pœnitentiæ ſunt multi & maximi:nam ſi emendatus egerit pœnitentiam, filij ipſius reſtituuntur,& capaces ſunt ad omnia beneficia Eccleſiaſtica,*capi.ſtatutum,& cap.filij,vbi no.omnes,de hæret. in 6.& Carrer.de hæreti.nu.141.*

7 ¶ Sic & mulier hæretica,quæ amiſerat priuilegia dotis propter hæreſim recuperat omnia,ſi fuerit emendata,& pœnitentiam egerit, *vt no.in auth. priuilegium,& in corpore vnde ſumitur,C.de hæretic & per Bald. nou in tracta.de do.in 11.parte,in 3.membr.in 21. differentia, & no. Bald. in rubrica,C.de priuil.do.& Archid.in cap.1.4.quæſt.1. & Carrer. de hæretic.numero 150.& probat Gondisla. de hæretic. quæſt. 20. in fin.verbis.*

8 ¶ Recuperat etiam omnia † beneficia emendatus & pœnitens,*vt per Arch. in c.vt commiſſi, de hære.in 6.* Item & Epiſcopatum,*iuxta glo.in ſumma,23.q.7.& per Pariſ.conſ.2. nu.188.& ſeq.in 4.*licet contra & male Simanch. *in Enchirid.ti.58.nu.3.& in adnota.in Zanch.c.12.*

9 ¶ Item recuperat† omnia bona ſua confiſcata, *gloſſ.in ſumma.23.q.7.*ſed aduerte, quod oportet, quod in ſententia expreſſe dicatur,quod recuperet bona, & ad ea reſtituatur, *vt habetur in capitu.vergentis,de hære.& Cardi.in clem.1.§.ſane.in 1.q.& in clem.2.§.1.in vlti.quæſt.de vſur. & late Felyn.in dicto capitu.vergentis, & not.omnes in l.2.& 3. C.de aboli.in l.inſulam,& l.fi.C.de ſenten.paſſ. & per Carrer. de hære. nume.161.*quid autem ſi iam fuerint à fiſco occupata vel etiam alienata,an recuperabit.*vide Girland.de hære. quæſt. 6.& Carrer.de hære.dict.numero 161.& dixi ſupra hoc libro,capitulo 44.numero decimo.* ſed Carrer.late in loco prælegato.vbi etiam an reſtituatur ad bona, quæ erant alienata tempore publicationis.Item an intelligatur reſtitutus ad ius fideicom. Item & ad ſententias contra ipſum latas pro debitis ciuilibus.Item an ad feuda,an ad officia & dignitates, ad reconualeſcentiam teſtamenti. Item an ad famam & præſertim ad teſtimonium ferendum, & ibi tandem concludit, quod ad omnia prædicta reſtituitur, *& Alberic.in l.quoniam multi,C.de hære.& Pariſ.conſ.nume.188.& ſequ.in 4.*ſed contra Simanch.*in Enchirid.tit.58.nume.3.& ſequ.*licet male, & contra communẽ. ſed tu ſic diſtingue:aut immediate reuertitur, & abiurat,& tunc non dicitur amittere ipſo iure, quia non dicitur abiiſſe,qui ſtatim reuertitur,*l.diuortium.ff.de diuor.* & ita in ſpecie tenet Rebuff.*in tracta.de pacif.poſſeſſ.num. 196.*vbi dicit ſe habuiſſe in facto, & ita reſpondiſſe: aut vero ex poſt facto. & non recuperat niſi per clementiam principis,*vt dixi ſupra numero tertio, & infra, numero vigeſimotertio.* Idem Simancha etiam contra tenet *capite 14.*

10 ¶ Recuperat etiam ius patronatus,quod prius habebat,*ſecundum gl.in c.maximum.1.q.7.*niſi expreſſe lata foret ſententia ſuper amiſſione iuris patronatus. Panormita. tamen *in cap.quia diligentia.de elec.*tenet indiſtincte,ipſum non recuperare ius patronatus,niſi ex gratia illi reſtitueretur,*& ſequitur Gondisla.de hære.q.20.nu.12.* ſed aduerte, quod Abb.loquitur in caſu, quando bona ſunt etiam publicata,quo caſu quando recuperat bona,recuperat & ius patronatus,& non aliter.

11 ¶ Pœnitens † ſtatim definit eſſe hæreticus. & ratio eſt,quia deficiunt ſubſtantialia hæreſis,ſcilicet error,& pœnitentia,licet poſſit declarari eum fuiſſe hęreticum, *Bellemer.deciſ.689.col.7.ver.ad ſeptimum.*

12 ¶ Item hæretici † etiam condemnati ſi ſponte redeunt,dummodo non ſint relapſi,non ſunt perpetuo carceri mancipandi,& hæc videtur eſſe com. opin. ſecundũ Igne.*in l.1.§.cũ dominus.ff.ad Syllan.nu.32.cum plur.ſeq.*vbi diffuſiſſime hunc articulum examinat, & quod abſque dubio non ſint ei deneganda ſacramenta, *ibi num.35.* & & debent in ſuis ordinibus.continuare.*ibid.num.37.& vide,quæ dicam infra nume.30.& vide Zanchi.de hæreti.cap.16.nu. 9.ver.ſi vero non erit relapſus.*

13 ¶ Nota tamen, † quod iſtud crimen hæreſis eſt vnum de illis quæ impediunt exequutionem ordinis, cum ipſo iure irroget infamiam, *vt per gloſſ. & omnes in capi.niſi cum pridem,in verſicu.ſed dum taxat, in fi. de renun.* & ioeo etiam pœnitentes non recipiuntur ad aliquam dignitatem niſi per diſpenſationem, *vt habetur prima quæſt. 7.capit.1.2.3.& 4.& c.ſi lapſis,& ſeq.vſque ad c.ſi poſt ordinationem,*

*nem inclusiue.50 distinct.* nam & Magdalena, licet pœnitens, inter diaconissas non est computata. *cap.si quis omnes.1.quæst.7.*

14 ¶ Potest tamen dispensari, † vt retineat ordines & beneficia, quod hæreticus debet in magno habere beneficio, non autem ad maiorem promoueri. *c.conuenientibus, & c.didici.1.q.7. & c.saluberrimum, & c.ipsa pietas. vbi glo. in ver.compensatione.23.q.4.*

15 ¶ Sed quod pœnitens † possit ad maiora promoueri, probat text. exemplo Petri *in c.ponderet, & in ca.purgabit, & in cap.Iesus filius, & c.quia sanctitas. & capi.quid est hoc. & capi.ferrum.50.distinct. & in capi.vt constitueretur, ead. distin. & not.Gramma.in d.cap.post ordinationem.§.è contra*, exemplo Aaronis, qui lapsus peracta pœnitentia nedum pristinam gratiam recepit, verum & summum sacerdotium est consequutus, *vt habetur Num.c.12. & Exod.cap.32.* & probatur etiam hoc *ex cap.ad abolendam, de hæret.* ponderando dictionem illam, nisi, dum dicitur nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrerit. Et licet sint plura iura de quibus supra, quę videntur velle, quod lapsi non sint promouendi post pœnitentiam, intelligendo tamen ita facile, & de rigore, *vt per glos.in capit.qui semel, 50.distinct. & gloss.in capitulo primo, 1.quæsti.7.* secus ex benignitate. *cap. ipsa pietas.23.quæstio.4.* Item contraria possunt procedere in iis, qui simulate pœnitentiam agunt, *quod colligitur ex capitu. Domino sancto, & in cap.vt constitueretur. & in ca.sacerdos. & §. quomodo. & c.presbyteri.§.sed illud.50. di.* quam sententiam tanquam mitiorem & pro bono pacis seruandam dicit Brun. *de hæreti lib.3.cap.7.* Et cum his potest quadrupliciter dispensari.

Primo semiplena, vt recipiantur in ordinibus ante hæresim susceptis. *cap.si quis hæreticæ.1.q.1.*

Secundo plena, vt possint esse sacerdotes, *c.conuenientibus.1.q.7.*

Tertio plenior, vt possint fieri Episcopi, *c. nos consuetudinem.12.dist.*

Quarto plenissima', vt etiam ad superiores dignitates promoueri possint, *c.ipsa pietas, 23.q.4. & tradit Alberi. in ver.hæreticus, col.3.*

¶ Pœnitens enim peracta pœnitentia dicitur dispensatus à iure, vt possit promoueri, *vt probatur in c. post ordinationem, §.e contra, 50.dist.* vbi probatur ius iam dispensasse neque requiri aliud iuris ministerium, & probatur etiam exemplo Dauid, *in cap.ponderet, ea.dist. & in c.vt constitueretur, & in c. & purgabit. & in cap.sacerdos.in fine, eadem 50.distin.*

17 Notandum tamen, quod prædicta † forte possent procedere de iure antiquo. multa enim tunc concedebantur propter infantiam Ecclesiæ, quæ nunc non conceduntur. hodie enim hæretici incurrunt statim irregularitatem, *capitul.nos, 51.distin.§.idem Daniel.secunda quæstion. 7.* nam irregularitas postea successit, *secundum Laudu. in clem.1.de homici.in vers.quæro. vbi etiam Card.num.18. & Imo. numer.17.*

18 ¶ Pœnitentes ergo per pœnitentiam non liberantur ab irregularitate, quæ fuit præordinata à Deo in personam Dauid, *cap.1.de consecra.distin.1. & late Præpos.in summa, 50.di.col.2. & 3. & Anan.in cap.quidam, num.10.de homicid.* nam licet moreretur pro Christo, non desineret esse irregularis, nisi absolueretur ab ea, *c.presbyter, de pœnit. distin.5. sequitur Archid.in cap.miror, nume.secundo. vbi Gemin.in ca.omnes, 6.q.1.* quamquam vere hæc irregularitas fuerit introducta de iure positiuo, non diuino, *capitul.vt constitueretur, vbi Gemin. & Præpos.50.distin. Innocen. & Baldus numero sexto. & post eos cæteri ibi Scrib.in cap.nisi cum pridem, de renun.* ergo hæc irregularitas tollenda dispensatione ordinarij, *d.c.ponderet, 50.distin. & ita declarat Abb.in cap.fin. nume.5. in fi.de tempor.ord.Hostien. & Ioan.Andr.in capi.quia diligenter, de testib.vbi Abb.numero 6. & Deci.nu.13.*

19 ¶ Ordinarius † autem Episcopus poterit dispensare, *cap.ponderet, capit.presbyteri, vbi gloss.in ver.penes, 50.dist. & ibi etiam Gemin. & Præpos. & Spec.in tit.de dispensa.§.nunc de Episcoporum, nume.45.ver.quadragesimoquinto. Archid.in capitu. vt officium, in prin & ibi Ioan. Andr.numer. 1.de hære. in sexto, gloss.fin.in cap.maiores, 24.q.1.gloss.1. in cap.si quis presbyter, 50. dist. & probatur in cap.conuenientibus, 1.q.7. Fely. in cap. eam te, num.23.de rescr.*

¶ Dispensare tamen † tenetur ordinarius omnino non existente aliqua legitima causa in contrarium. licet hoc sit in eius potestate positum, vt recte intuenti probat textus. *in ca.quia sanctitas, 50.dist.* dum loquitur de oue deperdita, *& in c.ferrum, ea.dist. & in cap.ipsa pietas, in fi.23.q.4.* & clarius *in cap.domino sancto.50.distin.* ibi illos enim ad pristinos gradus redire canones præcipiunt. & paulo inferius ibi, vt necesse sit eos restaurari, quod notat ibi Gemin. in tertio not. nec aliter intelligendus idem Gemin. *in cap.presbyter, in vers.ic.voluerit, in 4.notab. 50.distin.* dum vult dispensationem non esse iuris, sed meræ voluntatis ordinarij, quod etiam ibi notat Præpos. nam se referunt ad dicta per eos *in capitul. vt constitueretur. 50. distin.* vbi Præpos. *numero octauo* concludit, quod potest recusari dispensatio, si iustus adsit obex, non aliter; & quod peccaret ordinarius, si nulla existente causa in cõtrarium non dispensaret. cauetur ergo in capit. domino sancto. necessario dispẽsandum. at in cap. presbyter. reponitur in arbitrium ordinarij, quod arbitrium in hoc tantum versatur, vt examinet causas, an legitimæ sint vel non, quod secundum iuris terminos facere debet, *argum.cap.quanto, 2.quæst.quarta. vbi Gemin. & Bartholomeus Fum.in sua Armilla, in ver.dispensatis, num. 14.* licet ergo non detur actio in dispensationem, sed tantum imploretur officium iudicis: attamen iudex sine iusta causa non poterit denegare talem dispensationem, *vt declarat Præpos. in loco præallegato, & Anto.de But.in cap.at si clerici, §.de adulteriis, num.2.de iudic. quem sequitur Mili.in suo repertor in vers.ic. dispensare.* & si ordinarius iniuste denegaret, posset adiri superior & implorare eius officium, vt compelleret ordinarium ad dispensandum, *vt dicit Præpos.in d.cap. domino sancto, num.4. & ante eum glo.ibi, in ver.vt supra, & glo.1.in cap. exigunt, 1.q.7. gloss.in ver.detrahendum, in d. cap. vt constitueretur, 50.dist. glo.in ver.gratia in cap.cupientes, de elect. in sexto, circa fi.cap.glo.fin.in c.fi.100 di. & glo.in vers.i. in tanta diuisione, & in ver.gratia in cap. bonæ, il primo, de postu. præla. Specu. in tit.de dispen.§.1.num.5. Abb.in dicto cap.at si clerici, numero 20.de iudic. Abb.in dicto capitulo bonæ, il primo, numero 13. & 14. gloss. in versicu.necesse, in dicto capitulo domino sancto, 50. distinct. Abb. antiq.in d.cap.at si clerici.§.de adulteriis, & ibi etiam Collect. nu. 6. vbi dicit hanc communem.*

21 ¶ Verum est, † quod ad hoc vt debeat fieri necessario dispensatio, debet pœnitens probare se emendatum, quia hoc est fundamentum intentionis suæ. *Abb. in c.testimonium.de testi.num.14.*

22 ¶ Quomodo autem † probetur talis emendatio. dic, quod *gb.1.in vers.ic.autem, in ca.ipsi Apostoli.2.quæst.septima. vbi Archdia.num.2. & Gemin. in ver.ibi egisse. & gloss.in vers.in hoc casu, in dicto cap.testimonium.de testib.vbi Imo. num.5. Felyn. num.2. & Abb.in cap.nemo, num.3.de simon & Archid. numer.4. Gemin. in 5.not. & Præpos.in tertio, in d.cap.in capite. 50.distin.* argum. illius tex. volunt hoc posse probari per proprium sacerdotem, qui eum in confessione audiuit, *vt per Paulum Eleaza.in dicto capitulo testimonium.in repetit. numero vgesimosecundo. & Butr.num.20. & Abb.nume.14.* & Felyn. etiam. *Immo Innoc.ibi, numero secundo.* tenuit, quod hoc casu non requiratur iuramentum, sed stetur simplici assertioni confessoris. *& ita etiam tenet ibi Host. & Aret. in fin.* licet verior videatur superior opinio, quod immo iuratus deponat, *vt per Eleaza.dicto num.22. & Bald. numer. nono. idem tenet Archid. in dicto cap. ipsi Apostoli.numer.2.2.q.7. & in cap.in capite.50.dist.* & maxime staretur dicto sacerdotis in occultis *secundum Goffr.vt refert Abb.antiquus in dicto cap.testimonium.* & cęteri omnes hoc tenent, quod statur dicto sacerdotis in occultis, vt de contritione, de fide, & simil. secus de publicis, vt si egerit pœnitentiam publi-

cam,si communicauerit,& simili. & denique procedit conclusio in iis,quæ aliter probari non possunt.

23 ¶ Notandum tamen,quod ad probandam satisfactionem pœnitentiæ nõ sufficit probare illam iniunctam fuisse,nisi probetur etiam satisfactio ipsius. Gemin. *in cap accusatus.§.si vero,nu.2.de hære.in 6.* quod dicit notandũ pro dispensationibus,quod non administret, nisi peracta pœnitentia.

24 ¶ Et concludendum,† ꝙ pœnitens ante sententiã retinet beneficia,post autem non retinet sine dispensatione,*vt tenet Imo.in cap.vt commissi,de hære.in 6. vbi Gemin. in §.priuandi,numero 6.& Franc.numero 4. & Cardin. in cap. ad abolendam.numero 7. Alphonſ.de Cast.de iusta hæret. pun. lib.2. capitu.6.*

25 ¶Sed notandum,quod hodie † damnati, licet pœnitentes,non possunt restitui ad honores per Inquisitores:immo nec diœcesanus, sed solus Papa,*vt tenet Vmber.in opere suo iudiciali Inquisitorum.in verbo,Inquisitor. nume. 35.& ita per Concilium Trident.in.decretum sessio,24.cap.6.in fi.* quod tamen procedit in damnatis tanquam veris hæreticis,quia pœna hæreticorum vere est præfixa à lege, non relicta arbitrio iudicis, & iudex posteaquam iudicauit,functus est officio suo , neque vltra potest se ingerere,*cap.literas, de offi. delegat. lege iudex posteaquam, de re iudica.*

26 ¶ Aduertendum tamen,quod rebaptizato in alia secta nunquam parcendum etiam pœnitenti,*l Manichæos, & l.hi qui sanctam. C. de apostat. & dicam infra dum loquar de Apostatis.*

27 ¶ Quæ vero pœnitentia † sit iniungenda reuertentibus,hoc arbitrarium est iudicum habita consideratione personarum,& qualitatis delicti. *cap ad abolendam. §. præsenti de hæret.* & aliquas species pœnitẽtiæ ponit Zanchi,*de hæret.cap.16.num.9.*

28 ¶ Et in hac pœnitentia † iniungenda habenda est etiam consideratio temporis , quo distulit ad resipiscendum pœnitens:nam si à principio,& sponte, antequam præueniantur ab accusatore, reuertantur , mitius cum eis agendum erit:si autem distulerint eorum conuersionem,donec fuerint conuicti , vel notorium sit eorum crimen,quia in eo fuerunt deprehensi,augenda est eorum pœna,& si opus fuerit vsque ad perpetuum carcerem,*vt in c pe.§ si quis autem de hære. & hoc etiam tradit Gondisla.q.20 num 12.& ante eum Iser.in tit.de sta.cont.lib.eccl.§.satisfactionem,nu.1.*

29 ¶ Habenda est etiam ratio † contritionis, vt est gl. in *c.mensuram de pœn.dist.1. & sequitur Paul. in tract. de visit. par. 2.q.8.num.80.& Gondisla.in tracta,de legato par.1.q.14.nu 4 & etiam Dec.in cap at si clerici.§.de adulteriis.num.6.ver.an in tantum.de iudic.* vbi dicunt omnes, quod tanta potest esse cõtritio peccatoris,quod ex toto possit remitti pœnitentia,quæ tamen contritio apparere debet ex euidentissimis signis:dolor enim ille maximus , quem de peccato concipit peccator,habet vim maximæ pœnitentiæ.

30 ¶ Aduerte tamen, quod publica † pœnitentia indicta à lege non potest in priuatam cõuerti, *secundum Ant. de But in c.1. de pœ & remiss.& Fel.in c.accusasti, in fi. de accus.* Intellige tamen,nisi magna subsit causa , *vt per Abba.post Hostien.in c.2.in vlt.not.de malefic.& sequitur Dec.in c.at si clerici.§.de adulteriis.num.6.in vlt.verbis,de iudic.* licet loquantur in pœnitentia sacramentali , quamquam Papa possit ipsam in priuatam conuertere.*Dec consil.137.*

31 ¶ Si pœnitens durus † fuerit in pœnitendo , & abiurando,adeo quod permiserit se conuinci , & postea abiurauerit , & receptus fuerit , euitat quidem pœnam mortis,sed tamen carceri perpetuo immuratur degradatus,*vt habetur in cap.excommunicamus.il secondo , de hæret. vbi glo.& in capitul.primo, eodem ti.in sexto.* & Girland.*de hæret.quæstio.septima.* vbi dicit hoc durum videri : licet ego id intelligam , quando ex signis suspectus est , quod ex corde non redierit,& abiurauerit, sed metu pœnæ , *vt pul.declarat Iacobus de Aret. in l. siquis non dicam, nu.tertio.* C. *de Episcop. & cleri.* qui tamen rigor temperatus est per textum Bonifacij VIII.*in capitulo vt commissi, §. necnon,de hære. in sexto.* qui dat facultatem superiori commutandi tales pœnas.*Abb etiam declarat in cap.penultimo. de hæret. & Girland.in tract.de hære.quæstio septima.nume.2.& vide quæ dixi supra,num.12.*

32 ¶ Sed omnino † pœnitentia est iniũgenda etiam pœnitenti , etiam si verbum hæreticum tantum protulisset,leuis tamen pro modo delicti & personæ,*vt per Isern. in d.§.satisfactionem,nume.4.*

33 ¶ Scito tamen,quod non † sufficit,quòd eis imponatur pœnitentia, vt pœnitentes dicantur , sed oportet, quod scilicet fateantur errorem suum , alias si semper negassent,& etiam abiurassent, & pœnitentiam iniunctam fecissent,non tamen ideo dicerentur pœnitentes, *Rota decisio 875 est sub tit.de hære.decis.1.in antiquis.*

34 ¶ Et si sponte pœnituit, † & confessus est , & abiurauit,non erit ei imponenda publica pœnitentia,sed tantum secreta.hoc intellige,si non expectauit se accusari, quia secreta peccata secrete purgantur,*Archid. in capi filij,de hære.in sexto.sequitur Afflict. in const. inconsutilem,numero trigesimo.*

35 ¶ Potest tamen Papa mandare, † quod recipiatur secreta pœnitentia,& abiuratio,& generalis , neque fiat publica & specialis,*vt per Dec.consil.137.nu.8.9.& 10.*

36 ¶ Sed dubitari potest non sine† causa,an pœnitentes dum pœnitentiam agunt,si sint laici , sint fori Ecclesiastici vel secularis, ita vt si deliquerint, non possint à seculari puniri , vel an in ciuilibus & criminalibus sint conueniendi coram seculari vel potius Ecclesiastico. & quod coram Ecclesiastico sint conueniendi , videtur probare tex.*in cap.aliud, vndecima quæst. prima. & in cap.aliud,de pœn di.1 quod etiam videtur sequi Hostien.in summa tit.de fo.comp.§.ex præmissis patet,& Specula. in ti. de comp.iud. adit.§.1.versicu 17.& Anton.de Butri.in c.2. de foro comp.* gloss. autem *in d.cap. aliud,11.quæst. 1.* videtur tenere , quod hoc procedat in solenniter pœnitentibus,secus in aliis:& videtur sequi Calder. *consil.7.in ti. de iudic.* & sic tempore tantum,quo ipsam solennem agunt,non post : vel saltẽ procedet in eo pœnitẽte, cui iniũcta est publica & perpetua pœnitentia,vt tenuit Anton.Burgen. hoc modo intelligens prædicta,*in c. secundo,colum. vltim.de empt. & ven.* Innocen.vero,*in cap.significantibus,de officio deleg.* dixit pœnitentes esse sub protectione Ecclesiæ , prout sunt & alij miserabiles,quæ protectio in hoc eis inseruit, vt si vi,potentia vel iniuria fuerint oppressi,eisque secularis iudex neglexerit suffragari & iustitiam ministrare; possint recurrere ad Ecclesiasticum , non tamen ideo poterunt iurisdictionem sui iudicis secularis declinare sine causa,*cuius opin sequitur Abb in c.2.de foro comp. nume.9. & ibi etiam Aretin.col.2.& Maria.Socin.in cap.1.eo.tit.num. 13. ver.decima declaratio,* & ista est verior,& magis communis opin.quam etiam late comprobat Didac.*practicarum qq. c.34.nu.3.* Putarem tamen ego opi.glo. forte procedere posse,quando pœnitens conueniretur,vel vellet cõuenire ex aliqua causa concernente ipsam pœnitentiã, puta quia dum esset in ipsa pœnitentia agenda impeditus citatus fuisset & contumax declaratus :puto enim hoc casu posse iudicem Ecclesiasticum inhibere seculari, ne ipsum pro contumaci habeat, & ne contra ipsum procedat,donec sit in actu pœnitentiæ.pariter etiam si contra eum iniurioſa verba prolata fuissent ex eo , quod pœnitens & infamis esset: nam cum per pœnitentiam etiam famam recuperet, vt dixi supra,poterit Ecclesiasticus forte punire ipsum iniuriantem,cum iniuria protesserit ob ipsam pœnitentiam.Idem putarem si detenti fuissent in carcere inquisitionis vel habitum pœnitentium gestarent,quia putarem , quod donec sunt in carcere & in habitu illo , intelligantur subiecti iudicibus inquisitionum:non enim tales adhuc liberati censentur,neque plene absoluti,donec in eo sunt habitu, & in procedat tex.*in d.capit.aliud,11.q.1.* licet Andr.Sicul.

*in c.2.*

*in c.2.de foro comp.nu.61.* teneat quod text. *in d.c.aliud,* procedat de concilio non per viam legis.

37 ¶ Sciendum autem triplicem † esse pœnitentię speciem. prima est solẽnis, quæ certis ritibus in capite quadragesimæ fieri solebat, *de qua habetur in c.in capite, 50.dist.* quę clericis nunquam imponebatur: quinimo qui hanc susceperat, nunquam poterat ad clericatum aspirare, *vt dicitur in d.c.in capite, in fi.*

¶ Item non poterat fieri à simplici sacerdote illa solennitas, sed tantùm ab Episcopo, *vt habetur in cap.1.26.q.6.* neque talis pœnitentia solebat indici nisi pro grauissimo & manifestissimo crimine, quod ciuitatem totam conturbaret, *vt habetur in c.vlt. ead.caus. & quæstio. & tradit gloss.vlt.in fi.in d.c.in capite,* & ista pœnitentia inducit irregularitatem, ideo deponendus clericus, *c.confirmandum, 50.dist.nec.* Hæc autem solennitas & hæc species pœnitentiæ recessit ab vsu Ecclesiæ, *vt testatur Anton.in summa, in 3 parte, titul.14.cap.17.§.vlt.circa med.* sed eius imaginem tenent adhuc Saxones in ciuitate Halberstadiensi, *vt refert Martin.Azpilcueta in c.si quis, de pœn. distinct. 5.* & Æneas Sylui. qui postea Papa Pius II. in descriptione Europæ, *cap.31.& Alciat.parerg.lib.9.c.22.* vbi tamen hanc dicit esse pœnitentiam publicam: quod tamen falsum est, cum solennis dicatur, neq; ipse agnouit differentiam inter solennem & publicam. Publica verò pœnitentia est, quæ publicè quidem fit, absque vlla tamen quadragesimæ solennitate propter crimen publicè commissum, *c.1.vbi omnes, de pœnit.& remiss. & gloss. in cap.quæsitum, eod.tit.* vt quod quis certis vestibus indutus maneat tot diebus ante fores ecclesiæ, vel peregrinetur, vel se publicè verberet, & simil. & tradit de hac Abb. *in c. literas, colum.3.de præsumpt.& Marti.Azplicueta in c.sacerdos, de pœnit. distinct.6.num.98.* hanc non debent iudices passim, & inconsideratè cuique imponere, sed ob illam tantum hęresis speciem, vel peccatum, quod totam ciuitatem scãdalizauerit, & publicum fuerit, adeo vt nisi publica sit indicta pœnitentia, scandalizata adhuc remaneat, *vt pulchrè tradit Orig. in Psalm.37. & pulchrè Pigi. de eccles. Hierarch.lib.secundo, cap.octauo, & Didac. variar.libro 11. capit.10. numero tertio.*

¶ Priuata autem est, quæ iniungitur, vt priuatè possit adimpleri, vt ieiunia, eleemosynæ, orationes, & simi. *& de his tribus speciebus habetur per Anton.in loco præallegato, & per Thom.in quarto sentent.dist.14.q.1.artic.5. & Didac. variar. lib.2.c.10.nu.3.& Nicol.Ploue.in tract.de sacrament.in c.1.quartæ partis, num.3.*

38 ¶ Aduertant tamen iudices, †ne nimium sint rigorosi & seueri in pœnitentiis iniungendis, vt inquit Origen. *in dicto Psalm.37.* non enim sunt exacerbandi, sed plura eis indulgenda, ne in baratrum desperationis cõiiciantur, neque esse debent tam exacti exploratores in eos, quos vident ad mentem rediisse, inquit Cyril. in Epistola ad Maximum, *quæ registrata est in Concilio Niceno secundo, mihi chart.470. in secunda column. in princip. in 2. tom. Concil.*

39 ¶ Neq; tamen erubescant † pœnitentes fateri, quod peccarunt abiurare, & pœnitentiam publicam agere, si sciant merito sibi indictam, timentes illud Paul. ad Galat.2. Si enim quæ destruxi, iterum hæc ædifico, præuaricatorem me ipsum constituo: nam, vt inquit Ecclesiast.cap.4. Pro anima tua ne confundaris fateri verum: est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam: confusio inducit peccatum ei, qui prauam erubescit mutare sententiam, ne inconstans putetur: adducit autem gloriam & gratiam, cùm erubescens de proprio errore ad lumen veritatis se transfert, pœnásq; in hoc seculo mauult pœnitentia abluere, quàm in futuro æternas sustinere: si enim erubuisti peccare, quod malum & inhonestum est, non debes erubescere, id est, propter ruborem dimittere salutarem pœnitẽtiam, quod bonum & honestum est: nam (vt inquit Bernard.) nimia est infamia hominum, quos pudet absolui, & non pudet inquinari; nam si caligam pollutam publicè abluimus, cur animam publicè infectam erubescemus & publicè purgare?

40 ¶ Notandum tamen, quod si pœnitentes † neglexerint, vel omiserint pœnitentiam adimplere, non poterit tamen Inquisitor vlterius se ingerere contra eum, quia non adimplere pœnitentiam non est hæreticum, neq; hæresim sapit, dummodo nõ abneget potestatem illam iniungendi: & ideo licet peccet, non adimplens, tamen non possunt Inquisitores de eo se ingerere, *ita in terminis consuluit Calder. in cons.2.sub tit.de hæret.sequitur Dec. consi.137.num.6.* Sed circa hæc vide, quæ dicam ỹ. cap. sequen.num.5.

41 ¶ Poterit etiam iudex † exigere à pœnitente fideiussores sub pœna pecuniaria de parendo mãdatis, & satisfaciendo, pœnitentiã, & pœnam exigere, si non pareãt, *vt per Zanch.de hæret.c.16.circa fi.*

42 ¶ Pœnitens autem, † si sit clericus, non poterit deponi ab officio, sed tamen suspendi, *capit. dixit Apostolus, 24.quæstion.3.& capit.nunc autem, 21.distinct. & not. Archidia. in capit.vt commissi, de hæret.in 6.& Zanchin. in dicto capitul.16. in fine.*

43 ¶ Et est speciale in † hoc crimine, quod licet in aliis sententia debeat esse, vel cõdemnatoria, vel absolutoria, *l.1.ff.de re iud.l.si præses, C.quom.& quan.iud.l.fi.de cust.reo.* tamen in hoc potest etiam esse purgatoria indicens pœnitentiam pœnitenti, *vt s̃.*

44 ¶ In hac autem sententia † non debet iudex dicere, prout in aliis condemnatoriis, quia es hæreticus, vel credens, vel fautor, neque etiam, fuisti hæreticus, sed tantum debet dicere, quia tale quid dixisti, vel tale quid fecisti, *ita Zanchin.in tract.de hæret.capit.41.numero 7. & ante eum melius Gondisla.in tract.de hær.quæst.20.nu.8.& 9.& Campeg.in addit.ad Zanchi.in loco præalleg.colum.2.versicu.in ferendis autem.*

45 ¶ Pœnitentiæ autem † qualitas & quantitas, arbitrio iudicis relinquenda, cùm maiori pœna digni sint prudentes, quàm simplices, & maiori clerici, quàm laici, & maiori prælati, quàm subditi, *de quibus Campeg.in addit.ad Zanchi.de hæret.c.41.col.2.in fi.vers. de pœnitentiæ iniungendæ qualitate.*

46 ¶ Sed an qui † carceri mancipatus est, dicatur sponte fateri, & reuocare, ideo recipiendi sint, vel contra. & communis, quod recipiantur. *c. ad abolendam, de hæret. Girland.de hæret.q.5.Alex.cons.9.lib.7.Siluan.cons.89.& Siman. in enchirid.tit.58.nu.6.* & quando dicatur sponte redire, *ibi nu.12.13.& 14.*

47 ¶ Dogmatistam verò, † id est, qui hæreses seminat, docet & persuadet, putat Simanch. *in enchirid.tit.59.* non esse admittendum ad pœnitentiam, sed omnino morte plectendum, & præsertim si Imperatorem vel filios aut vxorem seduxerit, *ibi num.9.* cui tamen ego non possum assentiri quatenus pœnitentia vera sit, non ficta; quia Ecclesia nunquã claudit gremium redeunti: & si Christus Iudam sui proditorem recepisset, si pœnituisset, idem dicendum & de istis, sed fateor multis experimẽtis tentandum esse, an vere pœnituerit, antequam admittatur, ne fictè simulet, vt grauius lædat, & facit etiamcontra Simancham, quia in materia hæresis non datur plus & minus, *cap.excommunicamus, in princip.& cap. vlt de hæret.* cùm hæresis in pertinacia consistat, *& dixi s̃. hic lib.c.37.num.32.*

## CAP. LV.

## *de Impœnitentibus Incorrigibilibus, & Pertinacibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Impœnitentes, & pertinaces, qui dicantur, & vnde, & qualiter puniantur, & nu.2.3.4.5.6.7.9.10.11.14.*

8 *Protestatio, quod non intendit contrauenire Ecclesiæ decretis,*

*an excuſet à pertinacia, vide plures concluſiones, & latè. Forma proteſtationis huius, qualiter concipiatur.*

12 *Pertinax patienter eſt expectandus, & monendus per Epiſcopum & Inquiſitorem charitatiuè, & informandus de fide, & ſimi. facienda, vt reſipiſcat, & non eſt ſtatim curiæ ſeculari tradendus.*

13 *Pertinace non pœnitente, diſpenſatio à nullo ei præſtari poteſt.*

15 *Incredulitas ipſa condemnatio eſt.*

16 *Socios prodere nolentes non ſunt verè pœnitentes, & an & quando damnandi ſint.*

1 IMpœnitens proprie dici † poteſt, qui fatetur errores, & non vult pœnitentiam agere, qui etiam pertinax dici poteſt, cùm pertinax componatur à per & tenax. per, autem auget ſignificationem verbi, cui adiungitur l. vrbana, §. pernoctare, ff. de verbor. ſignificat. l. illud, ff. de offic. præſid. & ideo dicitur pertinax, valde tenax, qui ſcilicet conuictus errorem ſuum defendit, neque ab eo vult recedere, & recuſat abiurare & ſe purgare: & iſte proprie & vere dicitur hæreticus, quia non poteſt eſſe hæreſis ſine pertinacia, *vt ſuprà dictum fuit, & hæc probantur in cap. qui in eccleſia, 24. quæſt. 3. & in cap. ad abolendam, §. 1. de hæret & in cap. excommunicamus, il primo, §. adijcimus, verſicul. ſi qui verò ex eis, eod. tit.* & hi etiam dicuntur manifeſti hæretici, *cap. ſuper quibuſdam, in princip. de verbor. ſignif. & tradit Archid in capitu. 2. de hæret. in 6. & in capit. fundamenta, de elect. eod lib. 6.* & ideo iſti ſi ſunt clerici, traduntur degradati iudici ſeculari, & ſi ſint laici, pariter traduntur iudici ſeculari, vt moriantur, *vt ibi dicitur*, & pertinax in propoſito noſtro ille dicitur, qui perſiſtit in errore fidei, quem ſub reatu culpæ, & pœnis canonicis deſerere tenetur, vt docet Iſidorus, *libro decimo Etymolog.*

¶ Pertinaciam autem vocant Theologi, non modo obſtinationem ſolam, ſed etiam quemlibet verum conſenſum contrarium veritati catholicæ cognitæ: quia ſi iudicis monitiones faciunt quem pertinacem, *vt ℣. dicetur*, multo magis idem operabitur ſacra ſcriptura & eccleſiaſtica diffinitio, *vt tradit Simanch. in enchirid. c. 30. num. 2. & 3.* vbi plures Theologos adducit hoc ſentientes, quod ego puto verum primo quo ad Deum, cui omnia cordis ſecreta ſunt nota, deinde & quo ad eccleſiam militantem, modo poſſit probari per indicia vel aliter, quod ipſe ſciat, & cognoſcat catholicam veritatem eſſe in contrarium, & ideo cum miniſterio dicitur conſenſum huius eſſe contrarium catholicæ veritati cognitæ, (ab eo intellige.) ergo ſi non cognoſcant catholicam veritatem eſſe in contrarium, ſed vel ignoraret vel dubitaret, pertinax non eſſet, niſi fortè ſupina nimium eſſet ignorantia & inexcuſabilis, *vt ibidem per Simanch. nu. 4.* & ideo tenens errorem, cuius contrariam veritatem prius docuerat, pertinax etiam merito dicetur, *vt ibidem dicit nu. 5.* quia ex hoc ſolo probatur eum ſcienter & doloſe errare.

2 ¶ Eſt autem tunc † pertinax & impœnitens quando id aſſerit & defendit malitioſe, ſecus ſi paratus ſit corrigi, quia poteſt credere, quod tenet eccleſia, & credere, quod illud quod eſt hæreticum teneatur ab eccleſia tanquam verum & ſecundum fidem, & ideo talis non erit hæreticus nec pertinax, quia ignorantia niſi ſit valde craſſa & ſupina excuſat, *vt ℣. dictum fuit hoc lib. cap. 27. num. 23. & 24.*

3 Item eſt etiam pertinax, † ſi non aſſereret vere & conſtanter, ſed dubitaret & in hac dubitatione pertinaciter perſiſteret, *vt dixi ſuprà hoc lib. cap. 16. numero nono. & defendit Alphonſ. de Caſtro de iuſta hæret. punitio. capit. 9. libro primo.*

4 Pertinax quoque erit is, † qui licet per ignorantiam errauerit, monitus tamen ab Inquiſitoribus, vel ordinario ſuo noluit ab illo errore recedere, *vt probatur in dicto cap. qui in eccleſia, 24. quæſt. 3. & cap. quid autem, eod. cauſ. & quæſt.*

5 Pertinacem etiam putat Alphonſ. de Caſt. *de iuſta hæret. punit. lib. 1. cap. 9. colum. 8. in ver. tertia regula ſit.* eum, qui etiam ſi per ignorantiam errat, tamen monitus licet nõ legitime, id eſt, non ab eo, qui talem habebat authoritatem, non vtitur diligentia conſulendo peritiores, vt de veritate certus fiat, quod etiam videtur ſenſiſſe Turrecre. *in tract. de eccleſia, lib 4. part. 2. c. 6. & Anton. in ſumma, parte 2. tit. 12. c. 5. Lup. in allegatione de hæreſi, §. 10. Silueſtri. in tit. de hæreſi, il primo, q. 2. ſimpliciter ſequitur Simanch. in enchirid. cap. 30. num. 6.* quod tamen ego nunquam admitterem: quia licet fatear ipſum peccare non inquirendo veritatem, non tamen ideo pertinacem ipſum hęreticum putabo, ſi paratus ſit monitus ab his, quibus credere tenetur errorem reuocare. Neque authoritas Aug. *quam citat in epiſtola 162. Ad Glorium*, me mouet. nam licet aſſerat, quod qui errorem habent à parentibus, ſi nulla pertinaci animoſitate defendunt, quærunt autem cauta ſollicitudine veritatem, corrigi parati, cùm inuenerint, nõ ſint inter hæreticos computandi: non tamen ſequitur per argumentum à contrario ſenſu, quod ſi non inquirant veritatem cauta ſollicitudine, quod ideo inter hæreticos computentur. nam ſcimus argumentum à contrario ſenſu non procedere ad condemnationem, *vt not. in l. 1. §. huius ſtudij, ff. de officio eius.* Putarem tamen opin. Alphon. fortè procedere, quando malitioſe nollet vti diligentia, ne fortè conuinceretur de errore à peritis, vt cogeretur illum errorem exuere. ſed ſi ex negligentia tantum pura non inquireret & deſidia, non ideo vnquam putarem ipſum pertinacem, cum deſidia & negligentia non tendat ad confirmandum ipſum errorem.

6 Sed & pertinacem illum † putat Alphonſ. *in præcitato cap. 9. column. 9.* qui licet ignorans erret, attamen iurat ſe nunquam illam aſſertionem deſerturum. Hic enim (inquit) pertinax eſt omnino etiam ſine admonitione. quia ſtante iuramento non eſt paratus corrigi, cuius quidem ſententiam vt & præcedentem veram non puto. Si enim pertinacia non poteſt eſſe ſine ſcientia & dolo, certè hic, neque ſcientia, neque dolus eſt, ergo neque pertinacia. Præſupponit enim eum ignoranter errare: præſupponit etiam eum credere aſſertionem illam veram eſſe & catholicam, ergo non poteſt dici pertinax in errore, quia non poteſt eſſe pertinacia niſi poſt ſcientiam erroris, *vt ℣. dixi.* Neq; obſtat, quod ſtante iuramento videatur eum nolle corrigi, quia hoc falſum eſt. Non enim iurauit ſe nunquam paſſurum, quod corrigatur, vel quod etiam ſi ſciret eccleſiam contrarium tenere, quod nollet ab eo errore recedere, ſed ſimpliciter iurat, ſe nunquam deſerturum illam aſſertionem, in quo iuramento adeſſe præſumitur ſemper illa conditio, ſi vera & catholica eccleſia non deuiat, prout dicimus de eo, qui iurat ſeruare talia ſtatuta. nam hoc iuramentum habet hanc tacitam conditionem, niſi iniquum ſit & iniuſtum, *vt not. in cap. 1. de iureiurand. in 6. & eſt gloſſ. in l. non videtur, §. qui iuſſu, de regul. iur. & Roman. conſ. 218. nu. 5.* Iuramentum enim non debet eſſe iniquitatis vinculum, *c. quanto, de iureiuran. c. inter cætera, 22. quæſt. 4.* & debet habere tres comites, vt liget, veritatem, iudicium, & iuſtitiam, *c. animaduertendum, 22. quæſt. 2.* & iuramentum non ſe extendit vltra quàm conſenſus iurantis, *leg. fin. C. de non num. pecun. leg. fin. ff. qui ſatiſd. cogan. leg. ſi libertus, ff. de oper. libert. Bart. in l. ſi quis pro eo, colum. fin. verſ. prædicta quæ dixi, ff. de fideiuſ.* ſed conſenſum iurantis in caſu noſtro non præſuppono fuiſſe, vt nunquam recederet à tali aſſertione, etiam ſi cognoſceret eam contrariam eccleſiæ catholicæ: ſed præſuppono iuraſſe eum, quia vere credebat aſſertionem illam eſſe catholicam, & ideo ab ea nolebat recedere. ergo iuramentum illud non debet plus operari, quod ſcilicet etiam ſi cognouiſſet aſſertionem illam eſſe erroneam, nollet emendari: quia quando eo animo iuraſſet, ego quoque admitterem opinionem Alphonſi. Sed hoc ipſe in facto propoſito non præ-

non præsupponit. ergo cùm iurauerit credens esse catholicam, & propter hanc causam iurauit non recedere. ergo apparente falsa causa iuramentum non debet operari, iur. præalleg.

7 Pertinax etiam dicitur, † qui legitime monitus non curat resipiscere & agnoscere errorem suum. legitime autem monitum tunc dicam, qui ab Episcopo vel Inquisitore monitus est, & tamen illis non vult credere etiam in his, quæ aperte non sunt per ecclesiam condemnata pro hæreticis. quia sto cum Bart. *in leg. tutor, §. tutores, nume. 1. ff. de suspect. tuto. & Ana. & Felyn. not. in rubric. de hæret.* quod ille dicitur hæreticus pertinax, & tanquam talis damnari potest, qui Inquisitori aliquid asserenti non credit, si ipse non sit Theologiæ professor. & quãquam sciam Alphonsum de Castr. *de iusta hæret. punit. lib. 1. capit. decimo, column. 5.* reprehendere in hoc Barto. & tenere, quod nullus teneatur in non damnatis, vel assertis expresse ab Ecclesia credere alicui etiam prælato excepto Papa, per simplicem eorum assertionem, nisi illa assertio claris comprobetur argumentis: attamen non puto sequendam eius opinionem ita indistinctè. Sequeretur enim, quod quilibet posset cum Episcopo, & Inquisitore disputare & dicere, argumenta per eos adducta ipsum non mouere, & sic semper staremus in dubio, donec per Papam id assertũ foret. Puto ergo breuiter in hac quæstione sic dicendum, quod aut inquisitus est idiota & simplex laicus, vel etiam clericus, sed ignarus scientiarum, & tunc tenerem semper ipsum pertinacem posse dici, ni crederet Episcopo vel Inquisitori aliquid asserenti de fide: nam cùm Inquisitor sit delegatus à summo Pontifice, vt sæpe dictum fuit, præsumitur summus Pontifex elegisse peritissimum in fide, cùm sciat cæcum non posse iudicare de colore, & si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadent. habet ergo Inquisitor præsumptionem pro se, quod sit peritus, ergo imperitus debet tali præsumptioni in dubio stare, & per consequens illi credere, *argum. leg. 1. ff. de officio præfect. prætor.* quod si foret peritus in theologia, tunc puto verum esse, quod non teneatur acquiescere dictis per Inquisitorem. sed potest ad Papam petere se remitti & ad eum appellare, facta tamen semper protestatione, se paratum corrigi à sancta sede. & ita puto tenendum, submittens me & in hoc & in omnibus quæ dixi, & dicam, iudicio sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus me semper subiicio.

8 ¶ Dubitari etiam potest, † an protestatio generalis facta, quod non intendit contradicere determinatis à sancta matre Ecclesia, sed semper paratus est corrigi, si tamen non reuocat, an protestatio ista defendat ab hæresi & pertinacia. Alphons. de Castro *in tract. de iusta hær. puni. lib. 1. cap. 11.* multa dicit circa hoc, & plures facit conclusiones, vt per eum. Ego tamen has conclusiones faciendas puto.

Primò, quod quo ad Deum vbicunque talis protestatio ex corde integro & fideli, quem solus Deus nouit, talem facit protestationem, semper apud eum excusabit, & in hoc nulla dubitatio, vt & ipse Alphons. ibi concludit, quia Deus solum cor respicit, & contritum & humiliatum non despicit, sed ficta & nõ sincera protestatio, proculdubio apud Deum nullam pareret excusationem, quinimo delictum aggrauaret, quia videretur talis vel Deum contemnere, vel illum illudere & credere, quod non nosceret eius animum, quod solum hæreticum esset.

Secunda sit conclusio, quod quo ad Ecclesiam militantem talis protestatio in iis, in quibus nulla potest prætendi ignorantia probabilis, & quæ iam sunt clare ab ecclesia definita, non excusabit vllo pacto. & ratio est, quia protestatio excusat propter ignorantiam, sed ignorantia de his, quæ publice nota sunt, & quæ quis tenetur scire, non excusat, *vt probatur in capit. primo, de postulat. prælat. & in capitul. exceptionem, de except. & in capitul. quod dictis, 16. distinct. & in c. quæ & humanis, 12. quæst. 2. & in l. filium, Cod. de libera. cau.* in istis enim præsumeretur, quod talis protestatio foret fraudulenta, & non bona fide facta, quo casu non excusat, *vt not. in l. si ita quis, §. ea lege, de verb. oblig. & tradit Bald. in c. 1. §. fin. vers. sed pone pater, in tit. quæ fuit prima caus. benef. amit.*

Tertia sit conclusio, quod in iis, in quibus potest prætendi probabilis ignorantia vel ratione personæ, quia idiota, ignarus & simplex, vel quia non clarè determinata sunt ab Ecclesia, & in istis dico protestationem excusare à pertinacia, & sic ab hæresi, *vt probatur in capit. damnamus, prope fin. & in capitul firmiter, de summa Trinitate & fide catholica.* & Hieronymus de hæresi inculpatus, hac protestatione se excusat, *in capitu. hæc est fides, 24. quæstio. 1.* & hac protestatione etiam se tuetur Alberic. *in tertia parte statut. quæstion. 32. in fin. & Abb. in capitu. cùm M. Ferrar. de constitutio. in gloss. in versicul. sint præiudic. & Petr. de Anchara. consilio 313. & Deci. consilio 603. numero tertio, & Alberic. in rubric. Cod. de hæretic. circa fin.* & hac quoque protestatione vtitur Bartolus *in leg. sequitur, §. si viam, numero 3. de vsucap.*

Forma autem talis protestationis hæc erit: Hoc asserо, salua tamen determinatione sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Theologorum, quibus in omnibus me subiicio, quia quicquid credo circa fidem, ideo credo, quia credo Sanctam & Catholicam Ecclesiam Romanam sic credere, & hanc formam colliges ex locis supra allegatis, & per Cæpoll. *cautela 155. incip. Bonum & vtile.* quæ tamen omnia dicta de protestatione ad excusationem protestantium procedunt, nisi postea talis protestans legitime monitus, de qua monitione suprà dictum fuit, nollet resipiscere: nam tunc protestatio illa nil prodesset, quæ contraria facto non excusat, nec prodest, *c. sollicitudinem, de appell. & tradunt omnes in c. cùm M. Ferrar. de constitut.* & quod protestatio non prosit, tenet Rota *antiqu. decis. 875. Calder. cons. 2. Anan. in c. excommunicamus, §. adijcimus, de hæret. Boer. decis. 343. quæ sequitur Simanch. in enchirid. tit. 61. num. 2.*

9 ¶ Pertinaces quoque † impœnitentes dicuntur, qui conuicti negant vnquam illa dixisse aut asseruisse, de quibus legitime sunt conuicti asserentes se semper credidisse, quod Sancta & Catholica Romana Ecclesia tenet, & non aliter, *ita Hostiens. in summa de hæret. column. 2. Calder. consil. 2. sub titul. de hæretic. Anan. in capitu. excommunicamus, §. adijcimus, de hæretic. Rota latè decis. 875. in antiquis.* & dictum fuit etiam suprà. negando enim se aliter sensisse aut sentire quàm Ecclesia, videtur pertinaciter sentire, quod id sentiat Ecclesia, quod hæreticum est, vel mendacium asserere, & nulli parcitur nisi errorem cõfitenti, *c. ad abolendam, de hære. c. quem pœnitet, de pœni. dist. 1. c. sunt plures, de pœn. d. ... c. vlt. dist. 5.*

10 ¶ Sed quid si errorem suum † fassus abiurat, & pœnitet, non vult tamen participes hæresum manifestare, an ideo possit dici pertinax. & teneo, quod si manifestæ sunt probationes de participibus, qui tamen ignorantur, & ipse pluries monitus non vult propalare, tanquã pertinax hæreticorum fautor iudicandus erit: nam vt suprà dixi hoc libro, *cap. 51. num. 35.* qui non indicat hæreticos, dicitur fauorem præstare, ideo saltem tanquam fautor puniendus, & nisi abiuret, & indicet, pro hæretico habendus.

11 Pertinaces quoq; † merito dici possunt, qui pœnitẽtiam iniunctam adimplere nolunt, non ob fragilitatem carnis, sed ob malitiam, putantes se non teneri, ex quo putant verum credidisse, vel Inquisitores eam non habuisse potestatem, vt s. dixi *hoc lib. c. 54. num. 40. & j. c. 56. num. 5.* vbi tenui, quod non data malitia non possunt ab Inquisitoribus puniri, neque relapsi dicentur. Sed fateor, quod pro peccato, quod procul dubio admittunt, poterunt arbitrariè puniri, *vt per Imol. & alios in Clement. vlt. de hæret. & Federic. de Sen. consi. 156. & Squillacens. de fid. cathol. cap. 19.*

Circa

12 Circa hos autem † pertinaces maxime debet charitas & diligentia iudicum versari, vt scilicet non statim ad condemnationem & relaxationem curiæ seculari prosiliant, sed differant quo plus poterunt sperantes vt tandem ad cor redeant exemplo Saluatoris & Dei, qui malos diu sustinet, vt resipiscant, & ideo Director Inquisitor *in tertia parte, vt refert Campegi. in addit. ad Zanchin. capitul. decimosexto, in prima addit.* monet, vt talis, qui pertinax est, teneatur per aliquot dies in carceribus & cum compedibus, sæpéque aduocetur ad Episcopum vel Inquisitorem, qui ea pietate, qua Christianos decet ipsum informent, & doceant de fide, omníque eorum industria persuadere cogantur eum male sentire de fide, locósque scripturæ & authoritates sanctorum patrum & argumenta depromãt, quibus videatur posse eius pertinacia conuinci & error ipsius detegi, & argumenta siue fundamenta, quibus ipse defendit errores suos conentur faciliori, atque efficaciori, quo possunt, modo diluere. Quod si eorum monitionibus, & informationibus assentiri noluerit; graniores, qui possunt haberi viri plures adhibeantur, & si qui sunt fideles, quibus pertinax maxime solitus sit deferre, coram quibus ductus persuadeatur, & conuincatur de erroribus, si fieri possit, vt scilicet videns errores suos non modo damnari à iudicibus tantum, quibus fortè non credit, sed etiam ab aliis catholicis quos veneratur, tandem eorum etiam authoritate moueatur & rationibus, vt ipsos relinquat errores. Quod si etiam his non acquiescet, non statim etiam tradat illum brachio seculari, sed modo minis tam pœnæ æternæ quàm corporalis, modo blanditiis & consolatoriis verbis ac sermonibus de diuina misericordia, & iustitia, & de obedientia tam necessaria, & tantis encomiis prædicata ab ecclesia, & demum omnia tentent iudices, quæ eis idonea videbuntur ad præseruandum hæreticum à morte, vt tandem conuertatur, & viuat, ne scilicet si in hac Christiana charitate negligens fuerit de talento sibi tradito rationem reddere cogatur, & vt si animam illam lucrifacere poterit, gaudio cœlum repleatur de peccatore pœnitentiam agente, quod sibi à Saluatore promerebitur salutem & æternam gloriam.

13 ¶ Cum pertinace † autem nisi pœniteat, nullus potest dispensare, *c. damnationis 24 q. 2.*

14 ¶ Si quis post confessionem † erroris & post indictam sibi pœnam pœnitentialem publicè profitetur se non errasse, & quod confessus fuit propter metum expensarum & grauioris pœnæ, hic dicetur impœnitens & pertinax, & tanquam hæreticus damnari poterit, *vt per plura concludit Zanch. de hære. c. 23. per totum, & ibi Campeg. in addit.* quod & ego per ibi adducta verum puto, modo temperetur procedere, quando paratus non esset docere de iusto metu iniustitiæ, & de erronea confessione, nam si de his paratus foret in cõtinenti docere, putarem admittendum per ea, quæ tradit Angel. *de malefic. in versic. comparent dicti inquisiti & confitentur.* vbi Augu. de Arim. in addit. & præsertim quia cùm fuerit imposita pœna pœnitentialis tantum, non videtur sententia diffinitiua, sed interloquutoria, quæ ideo poterit reuocari, vt sæpe dictum fuit s̃.

15 ¶ Qui autem spretis † monitionibus audacter persistunt in eorum erroribus, hi iam absque sententia damnati sunt, quia vt dicitur Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est, vbi Theophil. assignat rationem, quoniam ipsa incredulitas condemnatio est. Esse enim extra lucem per se maximum supplicium est, nec eget alio iudicio, neque alia noua condemnatione, & idem dicit Paulus Apostolus, & ibi interpretes ad Titum cap. 3. nam vt dictum fuit suprà hoc lib. cap. 38. cùm sint notoriè pertinaces, non est opus processu, sed tantum pronunciandum, quod relinquatur brachio seculari.

16 ¶ Et qui nolunt prodere † socios criminis vel alias circumstantias, licèt fassi fuerint principales errores, diminuti pœnitentes appellantur, sed non ita facile damnandi sunt, nisi doceatur, quod dolose occultent aliquibus vehementibus indiciis, præsertim cùm possint etiam torqueri, vt indicent socios: si enim seipsos prodiderunt, præsumptionem habent pro se, quod & alios proderent, ita Simanch. *in enchirid. titul. 61. numero quinto.*

17 ¶ Carceribus etiam † fugientes impœnitentes sunt, vt per Simanch. *in annotat. in Zanch. c. 9.*

## CAP. LVI.

## *de Relapsis.*

### SVMMARIVM.

1 *Relapsus quis propriè sit, & qui impropriè, nu. 2. 3. 4. 5. & qui non, nu. 6. & 16.*

7 *Pœnæ relapsorum quæ, nu. 8. 9. 10. 11. 12. vbi quæ concurrere debeant, vt quis propriè dicatur relapsus.*

13 *Relapsus an sit qui probationibus non est conuictus, sed præsumptionibus tantum, & numer. sequent. vbi latè de ista materia.*

15 *Relapsus quando morte plectendus, & quando non.*

1 RElapsus dicitur propriè, † qui plene conuictus de hæresi, puta per confessionem, vel testes indubitatos de hæresi, & ea abiurata incidit in eandem: fictè autem & impropriè dicitur relapsus, contra quem primo de hæresi laborabat magna & vehemens suspicio, atq; ideo vti suspectus abiurauit, sed postea in eandem conuictus est rediisse, *ita text. apertus in c. accusatus, in princ. de hæret. in 6.*

2 Relapsus etiam dicitur † licèt non propriè, qui in vnam hæresis speciem primo incidit, vel in vno fidei articulo errauit, & postmodum hæresim simpliciter & generaliter abiurauit, si in aliam hæresis speciem vel in alio articulo fidei rursus errauit, licèt non in eo quem abiurauerat, nam tunc vti relapsus iudicandus est, *ita text. in dict. cap. accusatus, §. 1.* verùm quia dicitur in illo tex. quod relapsus dicitur, si simpliciter & generaliter abiurauit hæresim, sed quid si non simpliciter, sed abiurauit circa vnum articulum in specie, & tamen in alium incidit, an dicetur relapsus. gloss. *ibi in ver simpliciter*, tenet, quod non dicetur relapsus, *& eam sequitur ibi Ioan. Andr.* sed Archid. & Ioan. Monach. ibidem tenet contrarium, quem sequitur ibi Gemin. & Franc. quia fides est indiuidua, ideo abiurando errorem circa vnum articulum, videtur abiurare circa omnes, quam dicit ibi Franc. benigniorem esse opinionem gloss. & ideo forte tenendam, pro qua facit text. *in capitul. ad abolendam, de hæretic.* vbi pœna relapsorum in eos scripta est, qui inciderunt in hæresim abiuratam, sed circa istum nouum articulum non erat abiurata: ergo. sed opinionem Archid. sequitur Gondisla. *de hæretic. quæstion. 20. num. sexto.* vbi pro ea adducit Thom. *2. 2. quæstio. 5. articul. 3.* vbi quod hæretico in vno articulo non manet fides formata nec informis in aliis articulis, sed vt dicit Ioan. Andr. *in dict. capitul. accusatus*, rarò potest contingere ista difficultas, cùm ex communi practica Inquisitores soleant hæreticum etiam in vno solo articulo facere abiurare generaliter omnem hæresim, & ita facere debent, vt tollatur omnis ambiguitas, *& dixi suprà hoc libro, capit. 47. numero decimo.* opinionem autem Archid. tanquam veriorem tenet etiam Zanchin. *de hæret. capit. 16. num. 2.* sed opinionem gloss. manibus & pedibus, vt eius verbis vtar, tenet Alphons. de Castro *de iusta hæret. pun. lib. 2. c. 2. in 2. columna.*

3 Ille quoque † impropriè potest dici relapsus, qui conuictus de hæresi illam abiurauit, sed postea hæreticos acceptauit, deduxit, vel visitauit, vel associauit, aut dona & munera eis misit, seu fauorem eis impendit, qui excusari possit, cùm non sit dubium illum ex approbati

probati à se prius erroris consequentia id feciſſe, *ita tex. in dict. capit. accuſatus, §. ille quoque, & vide Zanch. de hæret. cap. 16. num. 3.*

4 Sed & ille † qui poſt abiurationem & pœnitentiam fuit traditus perpetuo carceri, *iuxta c. excommunicamus, il ſecondo, de hæret.* ſi poſtea aufugiat ex carceribus, ex hoc dicetur relapſus & conuictus, licèt impropriè, *vt tenuit Io. Andr. in c. vt commiſſi, §. pen. de hæret. in 6. ſequitur Fely. in cap. excommunicamus, il ſecondo, de hæret. nu. 1. & Arel. de hæret. no. 6.* & ideo poterit tradi iudici ſeculari, *iuxta c. ad abolendam, de hæret. hoc idem tenet Abb. in c. cùm non ab homine, de iudic. & ſequitur Alphonſ. de Caſt. de iuſta hæret. punit. lib. 2. c. 2. col. 6. in fi.* contrarium tamen tenet Simancha *in enchirid. tit. 57. nu. 4. & 5.* mouetur, quia datur in carcerem pro pœnitentia, ergo impœnitens erit non relapſus, & ſi pœnitere velit, audiendus & de fuga tantum puniendus. ſed ego communem ſequendam puto: carcere enim fugiens oſtendit ſe nolle parere mandatis, & ſucceſſiue ficte pœnituiſſe, & ideo ſemper fuiſſe pertinacem vel ſaltem relapſum. fateor tamẽ, quod ſi citetur denuo, vt ſe in carceribus conſtituat, & ſponte ſe conſtituat, quod nõ eſſet habendus pro relapſo, quia non oſtendit animum pertinacem, ſed tantum pœnam abhorrentem, prout ſi quis ad mortem ductus aufugeret. *Symanch. etiam in adno. in Zanch. c. 8. idem dicit, quod dixit in enchir.*

5 Item habetur † etiam pro relapſo ille, qui abiuratus pœnitentiam ſibi iniunctam non curauit adimplere, & ideo pœna relapſi puniri poterit, *vt tenet Zenzel. Matheſ. & Io. de Imol. in Clem. 3. in gloſſ. ſuper verbo, propagine, de hæretic. num. 23. Calderin in c. literas, de præſumpt. & videtur ſequi Federic. vel potius Raynerius Abbas de Podio in ſubſcrip. conſ. 157. incip. Alexander, & ſequitur Simanch. in enchirid. de hæret. tit. 71. num. 7. licèt prædicta non alleget.* Sed contra præmiſſa videtur facere conſilium Calder. *2. ſub. tit. de hæret. & conſilium Deci. 137. nu. 6. de quibus* ſ. *c. 54. num. 39. hoc lib.* Ego certè puto veriorem opin. Calder. neque obſtat fundamentum contrarium tenentium, quod eſt, quod ſi non adimpleuit pœnitentiã, præſumitur fictè ad pœnitentiam deueniſſe, *c. literas, de præſum.* qa dico, quod ille tex. bene probat, quod ille qui fictè deuenit ad pœnitentiam, tanquã hæreticus damnatur, ſed non dicit, quod tanquam relapſus ſit damnandus, & aliud eſt condemnari quem vt hæreticum, aliud vt relapſum, nam & lapſus dicitur hęreticus, & punitur vt hęreticus, vt carceri perpetuo damnetur, *c. ad abolendam, & c. excommunicamus, de hære.* & tamen morte non punitur ſicut relapſus.

Præterea aliter reſpondeo, quod licèt admittam, quod qui probatur fictè reuerſus & abiuratus, dicitur relapſus, attamen non admitto, quod probetur fictè reuerſus ex hoc tantum, quod pœnitentiam non adimpleuit; potuit enim non adimpleuiſſe propter fragilitatem carnis, quia dolebat, vel cum maxima difficultate ieiunare poterat vel iniunctam aliam pœnitentiam exequi, quod quidem fateor peccatum eſſe mortale: ſed non ideo ſequitur, quod ſapiat hæreſim, quæ eſt, quando erratur circa articulos fidei vel ſacramenta, vt ſuprà ſæpe dictum fuit. Admitterem tamen, quod vbi conſtaret hunc non adimpleſſe pœnitentiam non ex fragilitate, ſed vel in cõtemptum, vel quia negabat poteſtatem Inquiſitorum iniungẽdi talem pœnitentiam, quod hoc caſu diceretur relapſus, quia erraret in fide contra ſanctiones eccleſiaſticas. & his & ſimilibus caſibus putarem veram opinionem Innocent. & aliorum *in dict. Clement. 3. aliàs tenerem ſemper veriorem opinio. Calderi. dict. conſ. 2.*

6 Si ſuſpicio, propter † quam primo abiurauit, vel ſe purgauit canonice, vel iniunctam pœnitentiam egit, erat leuis & modica, ſi poſtea in expreſſa hæreſi deprehenſus fuerit, non habebitur pro relapſo, *hoc probat tex. in d. c. accuſatus, in fi. princ. de hæret. in 6.* quia ad hoc, vt dicatur relapſus, debet prius eſſe lapſus, ſed per leues præſumptiones non poteſt dici cõuictus de lapſu, ergo neque de relapſu, *vt dicit Io. Mona. & omnes in dict. cap. accuſatus, & Girland. de hæret. quæſt. 10. & Afflict. in conſtitu. inconſutilem, num. 31.* licet aliqui contra & male, *vt per Simanc. in enchirid. tit. 53. nume. 5.* ſed ſi ſuſpicio illa prima fuiſſet vehemens & grauis, tunc verè diceretur relapſus, *Zanc. de hæret. c. 16 nu. 3. & per omnes in d. c. accuſatus, §. ſanè, & Siman. in enchir. tit. 60. nu. 4.*

7 ¶ Relapſorum autem pœnæ ſunt, † vt non admittatur eorum pœnitentia, neq; vlla eis audientia præſtanda, ſed relinquendi iudicibus ſecularibus, *vt probat text. in capitul. ad abolendam, §. illos quoque, de hæreticis, & capitul. accuſatus, eodem tit. in 6.* neque obſtat, quod eccleſia nunquam claudit gremium redeunti, quia illud verum quo ad forum poli, ſecus quo ad forum fori, & ideo ſi relapſum etiam pœniteat, ita vt vera ſigna pœnitentiæ appareant, nequaquam eis ſunt humiliter petita ſacramenta pœnitentiæ & Euchariſtiæ deneganda, *vt inquit text. in capit. ſuper eo, de hæret. in 6. & per Thom. 2. 2 quæſtion 11. artic. 4.* Eccleſia enim militans ſemel tantum parcit hæreticis propter grauitatem delicti, nam ſi venia ſæpius daretur, occaſio delinquendi præberetur, & ſic tota eccleſia conturbaretur, & vt inquit text. *in leg. 3. Cod. de epiſcop. audien.* qui geminat delictum, non debet ſperare veniam, & dicebat Pindar. primum experienti venia facile datur, at iteratum facinus impunitum eſſe non oportet, *refert ex noſtris Coraſ. miſcellan. lib. 3. c. 8. n. 7.* & Plato *de legib. lib. 10.* conſtituit, vt impij pro priori lapſu ad carcerem damnentur, quod ſi rurſus in impietatem relabantur, morte plectantur, *vt refert Simanch. de hæret. capitu. 60.* ſed tamen & contra hos iudex debet humaniter agere, prout etiam practica obſeruat, quam ex Directorio refert Campeg. *in addit. ad Zanch. de hæret. capitu. 16. in litera A.* ſolent enim diu in carcere detineri, & ſæpe admoneri, vt reſipiſcant, & poſtea etiam blanditiis illum perſuadere, vt ſcilicet omnia tentet iudex charitate motus feruenti, vt fratrem ſaluet, *vt latè ibi per eum poſt Zanc. ibi numero octauo.*

8 Licet contra † ſemel lapſum non poſſit inquiri ex ſola fama, niſi cum ea adſit & vnus teſtis, poterit tamen contra relapſum ex ſola fama inquiri, quia ex ſola ſuſpicione grauiter punitur, *vt in d. c. accuſatus, in prin. & fi. prin. & tradit Carrer. de hæret. nu. 80.*

9 Deneganda eſt † audientia relapſo, *d. c. ad abolendam, de hæret. & d. c. ſuper eo, eod. tit. in 6.* Sed intellige denegandam audientiam ſi vellet pœnitere & euitare pœnam mortis, ſed ſi vellet audiri, & probare ſe non relapſum, vtique audiendus eſſet, quia defenſio nemini denegan-da, *ita declarat Gondiſlaus de hæreticis, quæſtio. 11. numero ſecundo, in fine.*

10 Non poterit etiam pro † eis ſupplicari, *vt habetur in conſtit. inconſutilem. ibi per Afflict. in 25. not. & in gloſſ. in verſicu. nolunt.*

11 Non poterit etiam † appellare, *vt per Spec. in tit. de appell. §. in quibus, verſ. 31. & eſt text. in c. vt inquiſitio, §. 1. de hære. in 6. & dicam latius in c. ſubſeq.*

12 ¶ Sed quid ſi qs præueniens † accuſatorem ſponte fateatur ſe relapſum, an puniẽdus ſit morte. & videtur, quia bis eſt lapſus, & hoc negari non poteſt, ergo cui conueniunt verba, conuenire debet & legis diſpoſitio. ſed tamen reperio Alphonſum de Caſtro, *de iuſta hæret. punit. lib. 2. column. 7.* contrarium tenere, quod ſcilicet non poſſit dici relapſus hac ratione, quia ad hoc, vt dicatur quis relapſus, duo concurrere debent: Primò, quod prima vice ſit conuictus de hæreſi ſaltẽ vehementi ſuſpicione. Secundò, quòd verè ſit conuictus: vel è contra. primò verè conuictus, poſtea conuictus ſaltem fictè, id eſt, ex vehementi ſuſpicione, *vt omnia probantur in d. c. accuſatus.* ſed iſte licèt primo conuictus fuerit, tamen ſecunda vice non fuit conuictus, ſed ſponte ſe obtulit, ergo ex ratione in contrarium adducta, cùm non conueniant verba cap. accuſatus, aut capit. ad abolendam, non debent etiam conuenire eorum diſpoſitiones.

quod

quod tamen temperat Alphonſ. non procedere, quando id fecerit timore impulſus, quia fortè rumor erat, ꝙ erat accuſandus, & ſciebat aliquem ſe præparare ad accuſandum, conſciúſque erat hæreticus ſe manifeſtis probationibus facilè conuincendum. hoc enim caſu non cenſeretur ſponte ſe obtuliſſe, cuius opinioni ego quoque aſſcribo. quo enim ad primam concluſionem, quod non dicatur relapſus, facit, nam ſi vt ſupra dixi, *c. 54. num. 29.* ſi contritionis maxima eſt vis & tanta, vt etiam verè hęreticos liberet à quacunq; pœnitentia propter maximum contritionis feruorem, multo magis liberare debet à morte. ſed non poteſt eſſe maior contritio quàm ſe ſponte morti vel mortis periculo offerre, quæ eſt ſpecies martyrij, ergo. fateor tamen quod Inquiſitores cautè agent, ſi de hoc conſulant ſummum Pontif. & ſaltem per viam diſpenſationis ab eo impetrent, vt pro relapſo non habeatur, ſi nota ſibi fuerit certa & ardens contritio confitentis, & ſponte ſe offerentis, *quod & ſentire videtur Simanch. in enchirid. viol. relig. tit. 60 num. 6.*

13 ¶ Item dubitatur, †quid ſi primo non iuſtis & plenis probationibus conuictus fuit, ſed vehementibus argumentis & hæreſim generaliter abiurauit, an ſi poſtea conuincitur etiã de hæreſi, ſed non plenè, præſumptionibus tamen, puta quod hæreticos aſſociauit, munera miſit, & alia ſimilia fecit, *de quibus in d.c. accuſatus, §. ille quoque, de hæret. in 6.* an talis dici poſſit relapſus. & idem Alphonſ. de Caſtro *in d. tract. de iuſta hæret. puni. lib. 2. c. 2 col. 3.* tenet, quod non dicetur relapſus, & recte iudicio etiam meo. nam multum mouent rationes per eum adductæ. prima quia text. *in d. §. ille quoque.* vtitur hoc verbo, Conſtat, quod ſcilicet conſtet primo eum lapſum. ergo cùm nunquam hoc caſu conſtiterit eum lapſum, non poteſt dici relapſus. adde tu rationem, quia id dicitur cõſtare, quod legitimis probationibus demonſtratur, *leg. diuus, cum ibi nota. ff. de teſtam. milit. & notat Luc. de Pen. in leg. 1. num. 4. Cod. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſc. lib. 10.* ſed iſte nunquam fuit legitimis probationibus conuictus, ſed tantum præſumptionibus, ergo. Secunda ratio, quia omnis, qui dici debet relapſus, oportet, quod ſaltem ſemel apertè probetur lapſus. nam ſi poſtea cum legitima & plena probatione concurrat præſumptio, habetur pro relapſo. ſed quod ex præſumptionibus tantum probetur lapſus & relapſus, hoc nullo iure probatur, & text. *in dict. capit. accuſatus, in princ. cum duobus §§. ſequentib.* requirit plenam probationem vel in lapſu vel in relapſu. cùm ergo hic nullo caſu fuerit neque in lapſu neque in relapſu, merito relapſus dici non poteſt. Adde tu tertiam rationem, quia in criminalibus ex præſumptionibus ſolis nunquam poteſt quis ad mortem damnari, niſi aliter expreſsè iure cautum ſit, *vt notant omnes in capit. quia veroſimile, & in cap. afferte, de præſum. vbi Abb. num. 6. & alij latè, & Roman. in leg. 1. §. ſi quis in villa, ff. ad Syllan. Alexand. conſil. 15. 5. column. in 1.* nam & violenta præſumptio, quæ habet vim in ciuilibus ad condemnãdum, non habet eam vim in criminalibus ad condemnandum corporaliter, *vt per Iaſ. in l. 1. C. de ſeru. fugi. n. 29. cum concor. vt per eum.*

14 ¶ Mouet etiam Alphonſ. † *in loco præallegato, videlicet lib. 2. cap. 2. colum. 4.* aliud dubium, videlicet, quid ſi manifeſtè quis conuictus fuit, & plenè de hæreſi, puta Lutherana, & abiurauit omnem hæreſim, poſtea conuictus fuit, quod verſatus eſt cum Zuinglianis ſiue Caluinianis, ipſos aſſociauit, eis munera miſit, & ſimilia cum illis fecit, *de quibus in capit. accuſatus, §. ille quoque, de hæreti. in ſexto.* qui Zuingliani vel Caluiniani ſunt quidem hæretici & peruerſi, ſed prorſus alienæ ſectæ, imo contrariæ à Lutheranis, an tali caſu poſſit iſte dici relapſus. & concludit, quod non, motus à ceſſante ratione legis ſcriptæ *in d. §. ille quoq;* quod argumentum validiſſimum eſt, *c. & ſi Chriſtus, ante ſi. de iureiur. c. cum ceſſante, vbi omnes, de appellat. leg. in omni, vbi Barto. de adopt. capit. poſt tranſlatio-nem, vbi omnes ſcriben. in verbo, cæterum, de renunc. cum concordan. notiſſimis.* ſed textus *in dict. §. ille quoque,* aſſignat ſui dicti hanc expreſſam rationem, cùm illum ex approbati à ſe prius erroris conſequentia non ſit dubium id feciſſe: ſed iſta ratio ceſſat in caſu noſtro, quia certum eſt, quod non fecit id ex conſequentia erroris à ſe prius approbati, ex quo imo error ille cõtrarius eſt errori iſtorum, cum quibus verſatus poſtea conuincitur. & licèt fortè iſta conuerſatio noua poſſet arguere ipſum incidiſſe in nouam hæreſim Zuinglianorum & Caluinianorum, non tamen poterit dici relapſus harum hæreſum reſpectu, cùm in ipſas antè nunquam fuerit lapſus. Ego verò valde dubito de hac deciſione. nam cùm præſupponamus in facto hunc generaliter pro more abiuraſſe omnem hęreſim, cenſetur proculdubio per talem generalem abiurationem abiuraſſe has hæreſes Zuinglij, & Caluini, & ideo ſi in eas reincidat, dicetur certè relapſus ex text. aperto, qui euitari non poteſt *in d.c. accuſatus, §. cùm vero.* vbi expreſsè dicitur, quod qui in vna hæreſis ſpecie, vel ſecta commiſit, & poſtmodum hęreſim ſimpliciter, vel generaliter abiurauit, ſi ex tunc in aliam hæreſis ſpeciem, ſiue ſectam committat, volumus, relapſum in hæreſim iudicari. pondero, quod tex. non ſimpliciter dixit, quòd ſi in vnam hæreſis ſpeciem primo commiſit, & generaliter abiurauit, ſi poſtea in aliam ſpeciem hæreſis commiſerit, habeatur pro relapſo, ſed addidit in vnam ſpeciem vel ſectam bis repetẽdo vocem illam alternatiuam, vel ſectam. Sectæ enim propriè dicũtur opiniones diuiſæ ab aliis opinionibus, quæ ſuos certos habent authores, *vt declarat ibi Archidia. nu. 2.* prout varias ſectas connumerat text. *in c. pen. 24. q. 3. & pulch. text. in l. in honoribus, §. Philoſophis, ff. de var. mun. & in Clem. vlt. de hæret.* ergo paria ſunt, quod quis in aliam ſpeciem hæreſis inciderit, vel in aliam ſectam ſtante generali abiuratione, *vt dicitur in illo text.* Neq; obſtat reſponſio, quam tradit Alphonſ. ibi, quod ille text. in d. §. eum verò, loquatur in caſu, quando quis relapſus eſt manifeſtè ſecundo loco in hæreſim, non de eo, qui fictè, vt conuerſando cum hæreticis dicitur relapſus, de quo in d. §. ille quoque. quod dicit probari ex princ. c. accuſatus, qui præſupponit, quod primo lapſus ſit conuictus ex vehementi præſumptione, poſtea commiſerit in ipſa, iudicatur hæreticus. ponderat enim quod dicitur commiſiſſe in ipſa ſcilicet hæreſi, in quam primo conuictus fuerat commiſiſſe, quaſi dicat, non ſi in alia. nam reſponſio iſta tollitur per ſubſequentem §. *eum verò*, ſupra citatum pro mea opinione põderando dictionem, Vero, quæ aduerſatur ſuperioribus, *vt nota. in l. cùm filius, ff. de dona.* cùm ergo *in §. eum verò*, loquatur text. de eo, qui hæreſim ſimpliciter & generaliter abiurauit, & illa ſit ratio deciſionis d. §. eum verò. ſequitur, quod in præcedenti, cui aduerſatur, non ſit locutus de eo, qui ſimpliciter & generaliter hæreſim abiurauerat, ſed de eo, qui vnam tantum hæreſis ſpeciem particulariter abiurauit, & in eãdem incidit, vt in omnibus aduerſetur. Cùm ergo præſupponamus in quæſtione propoſita, quod de lapſu fuerit iſte manifeſtè conuictus, & quod generaliter omnem hæreſim abiurauerit, non video, cur ſi poſtea conuincatur de receptatione, vel cõuerſatione cum aliis ſectis hæreticorum, non debeat dici relapſus, cùm textus in §. ille quoque, apertè velit, quod talis habeatur pro relapſo. Neque obſtat ratio allegata *in dict. §. ille quoque*, quod præſumatur id feciſſe ex conſequentia prius à ſe approbati erroris, quaſi quod ſi ſit alius non prior error, ceſſet illa ratio. quia reſpondeo, quod cùm iam deciſum fuiſſet per §. præcedentem, quod qui ſemel conuictus de hæreſi generaliter abiurauerit omnem hæreſim, vel relabatur in eandem ſpeciem vel ſectam, vel aliam & diuerſam, debet cenſeri pro relapſo. in hoc §. ille quoque, idem videtur etiam repetitum, & ſubintellectum per dictionem illam, Quoque, cuius natura eſt, vt implicet præcedentia, &

copulet

copulet eãsdem qualitates in præcedentibus expreſſas, *l. in repetendis, de leg. 3. l. ſæpè, §. Caio. ff. de fun. inſtruc. tradit Iaſon in l. iuſiurandum, quod. §. fin. de iureiuran. Oldrad. conſil. 103. numero 4. & Dec. conſilio 523. numero 2.* Teneo ergo in propoſita quæſtione ex verbis text. *in d. capit. accuſatus*, iſtum cenſeri debere relapſum, & præſertim cum imo ratio adducta in d. §. ille quoque, videlicet, quòd ex approbati à ſe prius erroris conſequentia, id feciſſe præſumatur optimè, & militat in caſu præſenti: nam licet lapſus primo fuerit in aliam ſectam, tamen hæc eſt natura peccati, vt vnum aliud conſequatur, & abyſſus abyſſum inuocet, iuxta Pſalmum 41. fides enim eſt vnum corpus, & qui in vno eſt reus, non poteſt dici fidelis: ideo licèt variæ ſint ſectę, in vnum tantum ſcilicet deſtructionem Eccleſiæ conueniunt, & habent caudas colligatas, licet diuerſas videantur habere. facit, *vt expreſsè dicitur in c. excommunicamus, il primo, in princ. & in cap. penult. de hæret. & vt inquit Hieron. quem refert Bald. in Barbarius, in 2. lectura, 1. colum. ver. ſed contra hoc oppo. de l. quanquam, ff. de offic. prætor.* peccatum, quod per pœnitentiam non deletur, ſuo pondere ad aliud trahit.

15 ¶ Sed an iuſtum ſit, quòd per ſimplicem relapſum debeat ad mortem damnari, cùm Paulus ad Titum 3. dicat, hæreticum vnum poſt primam & ſecundam admonitionem deuita. Alphonſ. *in d. cap. 2. lib. 2. de iuſta hære. puni.* probat iuſtum eſſe, neque obſtare Pauli dictum, tum quòd corruptè legitur, cùm alij text. habeant hæreticum hominem poſt vnam correptionem deuita, tum etiam quòd vt ipſe inquit Paul. eo in loco non loquitur de illo, qui poſtquam ab aliqua hæreſi receſſit ad illam, aut alteram rediit, ſed de illo, qui in eadem hęreſi perſiſtit, quam ſemel atque iterum admonitus, ſi tamen iſte reſipiſceret, & iterum relaberetur, quid agendum de eo. Paul. non diffinit ibi. Ego verò aliter & tertiò reſpondeo, quod ibi loquitur Paul. de admonitione extraiudiciali & de iudicio priuato, non de admonitione iudiciali & iudicio publico, prout nos loquimur. voluit enim Pau. dicere admonendo Titum, vt ſi conuerſationem habuerit cum aliquo hæretico, cùm ipſe iudex non ſit, & ideo publicam poteſtatem non habeat, debet extraiudicialiter ipſum ſemel, & iterum admonere, quòd ſi pertinax fuerit, tunc quia ipſe Titus nullam habebat poteſtatem damnandi vel compellendi ad veram fidem cõſulit, vt priuato ſuo iudicio ipſum damnet, & ideo euitet, licèt Chriſtus Matthæi 18. docuerit, vt ſcilicet corripiat tantum inter ſe & illũ, poſtea ſi non audierit corripientem, adhibeat duos aut tres teſtes, quòd & ſi eos non audierit, dicat Eccleſiæ; quòd ſi & Eccleſiam non audierit, ſit ei ſicut ethnicus & publicanus. Ecce ergo quod Paul. loquitur de priuato iudicio, non de iudicio Eccleſiæ: nos verò loquimur de publico iudicio Eccleſiæ, coram qua iſte ſemel abiurauit omnem hæreſim, & ab ea eccleſia nõ ſemel, ſed pluries etiam moneri potuit, antequã abiuraret, ſed poſtquam publicè abiurauit, ſi iterũ relabatur, iam vniuerſam Eccleſiam decepit, quæ non poteſt amplius de eo fidere, & ideo tanquam incorrigibilem euitat, & tradit iudici ſeculari, qui morti eum tradit, nõ Eccleſia. & non eſt nouum, quòd primum delictũ aggrauet ſecundum eiuſdem generis, vt pro ſecũdo grauius puniatur etiam ad mortem, *vt eſt tex. in l. 3. C. de epiſc. aud. & not. Bar. in l. ſi cui, §. fin. de accu. vbi Alexand. in apoſt.* & tradit Ioan. And. *in rubr. de furtis, in addit. ad Specul.* quòd pro primo furto fur non ſuſpenditur, ſed benè pro ſecundo, *& tradit Bal. in l. 1. C. de edi. actio. & in auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugi. & probat tex. in auth. qui ſemel ad fin. C. quom. & quando iud. & tradit Iaſ. in l. ſi idem cum eodem, in prin. nu. 5 de iur. om. iud. & Feli. in c. ſicut, nu. 4. de teſti. & Deci. in l. bona fides, nu. 9. & ſeq. de reg. iur.* & præcipuè procedunt prædicta, quia etiam relapſis ex corde reuertentibus cõſulitur animæ non denegando eis eccleſiaſtica ſacramenta, *vt dicitur in c. ſuper eo, de hæret. in 6.* & Plato *lib. 10. de legi.* conſtituit, vt impij pro priore lapſu carceri mancipentur, quod ſi rurſus impietatis crimen incurrerint, morte ſine vlla venia plectantur, *& ſequitur etiam Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtione vndecima, articulo vltimo.*

16 ¶ Sed an inquiſitus † de fauore, auxilio vel receptatione, ſi ſe purgauit canonicè, poſtea reperitur etiam fauorem præſtare vel receptare, an poterit dici, & puniri, vt relapſus? vide Campeg. *in addit. ad Zanchi. capitu. 17. in princip.* vbi dicit hoc non reperiri determinatum, ideo deberet decidi à ſummo Pontifice, ſed quòd credit hoc eſſe arbitrarium iudici, *vt ibi per eum.* Ego verò teneo nullo modo puniendum morte tanquam relapſum, ſed aliter arbitrio iudicis citra pœnam mortis ex regula generali, quòd ex ſuſpicionib. nemo capitaliter damnandus, ſed fauens non dicitur verè hæreticus, ſed tantum laborat ſuſpicione, *vt dictum fuit ſup. cap. 54.*

## CAP. LVII.

## *Defunctorum Hæreticorum memoria, quando damnetur.*

### SVMMARIVM.

1 *Defunctorum memoria in criminibus diuinæ & humanæ maieſtatis damnatur, etiam ſi ſit Papa, vel epiſcopus, nu. 2. 3. & declaratur hæreticus ad publicanda bona, nu. 4.*
5 *Hermanni hæretici corpus pro ſancto cultum, exhumatum, ac combuſtum.*
6 *Excommunicatus contumax per annum habetur pro hæretico, & an poſt mortem damnari debeat.*
7 *Memoria alicuius damnata, bona ab hæredibus etiam auferuntur.*
8 *Citandi ſunt filij hæretici mortui, & hæredes, & quando, extende tribus modis, & nu. 18. & 19. vbi latè.*
9 *Mortuo hæretico accuſator procedere debet, prout quando erat viuus, & quilibet admittitur ad defenſionem defuncti, numero 10.*
11 *Mortuo obligato ad pœnam pecuniariam, hæredes ſatisfacere tenentur.*
12 *Contra mortuum an ſemper procedi poſſit curſu temporis non attento.*
13 *Pœnæ memoriæ defuncti, quæ & quot.*
14 *Probationes pleniores contra mortuum, quàm contra viuum requiruntur.*
15 *Hæreticus confeſſus mortem ſibi inferens, damnabitur vt impœnitens.*
16 *Forma ſententiæ damnationis memoriæ defuncti, & numero ſequent. latè.*
20 *Accuſator contra mortuum ſuccumbens, qualiter puniatur.*
21 *Diffamati in articulo mortis quid proteſtari debeant, ad hoc vt euitent damnationem memoriæ.*
22 *Hæreticus in mortis articulo veræ pœnitentiæ ſigna afferens, abſolui debet.*
23 *Hæreticus non autem ſuſpectus tantum, poſt mortem damnari poteſt, & excommunicatus declarari, nu. ſeq.*
24 *Moriente aliquo lite pendente in cauſa hæreſ. quid agendum.*

1 LICET in omnibus communiter † criminibus extinguantur mortalitate delicta, *vt inquit Vlpian. in l. vltima, ff. ad leg. Iul. Maieſtat. & Modeſt. in l. ex iudiciorum, ff. de accuſa. & not. per illos text. per omnes in l. 1. Cod. ſi reus vel accuſ. mortuus fue.* & eſt ratio, quia mortui diuino iudicio tunc ſubiecti ab humano ſunt exempti, *vt dicitur in capit. quorundam, 23. diſtinct. & in cap. ex epiſtola, ead. diſtinct.* præuenti enim ſunt à ſummo iudice Deo & vocati ad maius tribunal: cùm imò nec in articulo mortis conſtitutis iniungenda ſit pœnitentia, *vt habetur in cap. 1. 26. quæſt. ſeptima.* attamen duo ſunt delicta, in quibus præcipuè propter eorum atrocitatem contra mortuum proceditur, & mortuus etiam damnatur, licèt ſint & aliqua alia, *de quibus gloſſ. in ſumma, 24. quæſtione ſecunda.* Primum eſt læſa Maieſtas, quando contra Principem aliquid

attentatum est, *d.l.vltima, & d.l.ex iudiciorum, & l.quisquis, & l.fin. Cod.ad leg.Iul.Maiestat.* Alterum est ad illius primi exemplum crimen hæresis, in quo pariter memoria defuncti damnatur, cùm multò grauius sit diuinam quàm humanam offendere Maiestatem, *cap.vergentis, de hære.* & quod mortui hæretici possint damnari, probat text. *in cap.sanè, qui est vltimus, 24.quæst.2.cap.filij, de hæret. in 6. & in c. accusatus, §.in eo, eodem titu. & lib. & est glo.in summa, 24.quæstione 2. & text.in cap.2.qui est etiam fin. de præscr.in 6. & in c.si quis episcopus, de hæret. & l.Manichæos, ver. in mortem quoque, C.de hæret.*

2 ¶ Quinimo & † Papa mortuus si appareat fuisse hæreticus potest à successore damnari, *vt not.in c.filij, de hæret.in 6. & in cap. Acatius, 24. quæstione 1. & dixi supra hoc lib. cap.52.numero 17.*

3 ¶ Sed & episcopus, qui † hæreticum instituerit heredem, potest post mortem damnari, *cap.si quis episcopus de hære.* & ideo excommunicatur, & nomen eius inter Dei sacerdotes nullo modo recitatur.

4 ¶ Post mortem autem † cognito quòd fuerit hæreticus, declarabitur ipsum fuisse hæreticũ ad hunc finem, vt bona ipsius publicentur, *d.cap.accusatus, §.in eo, de hæreticis, in sexto.*

5 ¶ Bonifacius VIII. † Hermanni cuiusdam corpus apud Ferrarienses iam 20.annis pro sancto cultum, exhumari iussit ac comburi, quòd diligenti habita inquisitione repertum fuisset, ipsum hæreticum fuisse de secta Fraticellorum, quæ tunc maximè vigebat, *Author Platina in vita Bonifacij VIII.* Fratricelli.

6 ¶ Contumax etiam † & excommunicatus, si per annum fuit contumax, cum pro hæretico habeatur, *c.cum contumacia, de hæreti. in 6.* poterit etiam post mortem damnari, & contra eum inquiretur mortuum, *vt pluribus comprobat Bellemera decisio.677.contumax.* quanquam videretur, quòd tantùm hæreticus verè posset mortuus damnari, non autem fictè vel præsumptiuè hæreticus, vt est iste, & vide eundem Bellemer. *688. & seq.* vbi idem tenet, & arguit pro & contra multis argumentis, sed contra videtur multum vrgere, text. *in c.accusatus, §.porrò, de hæret. in 6.* vbi quod hæredes mortuo fautore hæreticorum non possunt molestari, quia iam extinctum erat crimen morte, & ideo Zanchi. *in tractat.de hæret. cap.24. numero 2.* tenet, quòd mortuus pro vera hæresi damnari possit, non pro suspicione per illum text. sed aduerte, quod in illo text. non erat extinctum crimen fauoris simpliciter propter mortem fauorem præstantis, sed erat extinctum, quia iam ipse obligauerat bona sua pro pœnitentia iniungenda, & antequam iniungeretur mortuus fuerat. apparebat ergo, quòd iam paratus erat corrigi propter obligationem, quam fecerat: nimirum ergo si non damnatur, sed contumax perseuerauit in contumacia vsq; ad mortem, ideo mortuus est hæreticus: sed quoad suspectum teneo ego quoque cum Zanchino, quòd non possit eius memoria damnari, quia specialia non sunt cumulanda, maximè in odiosis, si non apparet in iure expressum, *vt not.in l.singularia, ff.si cert.petat.* quod intellige verum, si non fuisset contra eum cœptus processus, sed si contra suspectum fuisset cœptum iudicium, & eo pendente mortuus fuisset, iudices causam prosequentur, vel condemnabunt vt suspectum, vel absoluent. *Bellem.d.decis.677. & 680. & Ana.in c.si quis episcopus, de hæret. & Simmach.de hæret.tit.62. num.6.* & quod ex suspicionibus non sit damnanda memoria, tenet etiam Gondisla. *de hæret.q.22.nu.8.* vbi tenet, quòd neque credentium, fautorum & receptatorum memoria damnabitur, quanquam ego de credentibus non assentiam.

7 ¶ Quando memoria † alicuius damnatur, publicantur bona, & auferuntur ab hæredibus, quia hæres dicitur memoria defuncti, *ita Isern.in c.1.§.dissidamus, num.2.in fi.de statu.contra liber.eccl.*

8 ¶ Dum autem contra mortuum † proceditur, citandi sunt filij ipsius vel hæredes, vt possint memoriã defuncti tueri, *vt not.in c.filij, de hæret. in 6. & latè per Aegid.Bellem. decis.678.incip.in tali processu*, quæ procedunt etiam si edictum peremptorium fuisset contra ipsum mortuum emendatum, dum viueret, modo pendente termino d.edicti mortuus fuisset, *ita Bellemera, decisione 680. incip. conclusio.* Extende etiam, vt citandi sint etiam si mortuus fuisset contumax, & in contumacia perstitisset per annum, *vt probat idem Bellemera, decisio.688.in casu, & latius in sequen.videlicet 689. incip. proxima conclusione.* & assignat rationem, quia etiam talis contumacia potest probabiles causas excusationis habere, puta furorem, vel absentiam in remotissimis partibus, vel infirmitatem. Extendit etiam Bellemera hanc conclusionem, quòd citandi sint hæredes, *in dict.decisio.689.* vt procedat etiam si defunctus, dum viueret, fuisset citatus ad audiendam sententiam etiam personaliter, modò intra terminum citationis defunctus sit. Extende etiam prædictam conclusionem, vt nedum præsentes, sed etiam absentes citandi sint saltem per edicta publica, *vt idem Bellemera tradit decisione 679. sequitur Simanch. dict.titul. 62. numero secundo.* & pariter si hęredes forent incerti, citandi essent per edicta vt ibi, quòd sint citandi filij & hæredes, tum propter conseruandam famam defuncti, quod maximè interest filiorum & hæredum, tum quia pœnæ sæpè descendunt ad ipsos filios, *vt supra dictum est cap. 45.* tum ne defunctus exhumetur, quod tendit in iniuriam hæredum, *ita Zachin.in tractat.de hæret.cap.24. numero 3. & titulo 62.numero 8.*

9 ¶ Notandum tamen, † quòd si accusatus de hæresi mortuus sit ante sententiam, bona non publicantur: neque per mortem transfertur onus probandi, quod non esset hæreticus, in hæredem, sed debet accusator procedere & probare, prout tenebatur, quando viuebat reus, *ita pulchrè Cyn.in l.si is qui, num.5.C.qui testa.fac.poss. & vide infra num.25.*

10 Et notandum etiam, quòd quando † proceditur contra mortuum, quilibet admitti debet ad defendendum eius memoriam, etiam si non foret filius, vel hæres, sed prorsus extraneus, *ita Alberic.in rubrica, Cod.de hæret. numero 6. & Gondisla. de hæret. quæstione 22.numero 9. per glo.in cap. damnationis, 24. quæstione 2.* licet videatur contra tenere postea & malè, & hanc tenet etiam Bellemera, *decis678. & Simanch. in Enchirid. titul. 62. numero 8.* quinimo citandi sunt per edicta omnes, qui prætendunt defendere, & si nullus appareat iudex ex officio debet dare defensores, *ibidem Simanch.num.9.*

11 ¶ Si pœnitentia † pecuniaria fuisset viuenti iniuncta, & ad eam adimplendam obligasset omnia bona sua, & antequam satisfaceret, mortuus fuisset, hæredes ad ipsam tenebuntur, *vt est text.in cap.accusatus, §.si verò, de hæreticis, in 6.*

12 ¶ Sed an poterit † semper & quandocunque contra mortuum procedi nullo obstante temporis cursu. & in hoc varij varia senserunt. quidam enim tenuerũt, quòd contra mortuum procedi possit intra quinquennium tantùm à die mortis, *per textum in l.si quis defunctum, Cod. de apostat. & in titu. Cod. ne de sta. defunct. per totum.* quidam tenuerunt, quod per 20.annos, *iuxta l.querela, Codice de falsf.* quidam etiam dicunt, quòd propter atrocitatem criminis, & in fauorem fidei poterit semper cõtra mortuum hæreticum procedi, cum nullum à lege in hoc crimine præscribendo reperiatur tempus præstitutum, sed tamen verior & magis communis opinio est prima, quòd scilicet per quinquennium præscribatur, maximè si procederetur per viam accusationis, & si procederetur quoad excommunicationem, non autem quoad bona tantum, *vt videtur declarare Felin.in cap. cum nobis, numero 12. de præscript.* sed quando ageretur post mortem tantum ad hoc, vt bona fisco applicarentur, tunc requireretur quadragenaria præscriptio contra Ecclesias inferiores, sed contra Romanam centenaria. *ita omnes in c.2.de*

*c.2.de præscri in 6 & tenet Gondisl.in tracta.de hære.q.22.num. 3.& Carrer. de hæret.nu.93. & Zanchin.de hære.c.24. vbi etiam Campeg.in add.vlt.& Brun.de hære.lib.5.c.17. & Simanch.de hæret.tit.62.nu.7.* qui tamen videtur velle, quod etiam post 40.annos contra mortuum, & sic semper procedi possit, pro qua opinione mirum, quod non adduxerit l. apostatarum, C.de apost.in prin.ibi, nullis finita temporibus. sed ille text. non obstat, quia loquitur, quando proceditur contra viuentem, non contra hæreticum mortuum, vt etiam sentit ibi gloss.*in ver. temporibus,* & ideo tenenda communis præsertim his temporibus, quibus ex nimiũ rigorosa inquisitione plerumq; multa generantur scandala, licet Afflict. *in rubrica constitut.de apostatantibus, nu.3.* faciat differentiam inter apostatam & hæreticum, vt contra apostatam mortuum non possit procedi post quinquennium, sed contra hæreticum vsque ad 30. annos.

13 Quando autem damnatur †memoria defuncti, pœnæ sunt istæ. Primò, quia damnabitur & infamis reddetur memoria defuncti, *d.c.si quis episcopus, in fi.& d.l.Manichæos, C.de hæret.& l.quoniam venerabilis, C.de episc.& cler.* Secunda, quia excommunicabitur etiam sic mortuus, *d.c. sanè, l.vltima, 24.q.2.* Tertia, quia publicabuntur bona, *vt probatur in iuribus supra num.1.adductis, & in l.quamuis, Cod.si pend.appell.& in cap.accusatus, §.in eo.de hære. in 6.& in constitu.Feder.incip.inconsutilem.* Hoc tamen intelligendum verum esse, nisi filij essent catholici & fideles, & bona possedissent per 40. annos cum bona fide, cùm viuens reputaretur catholicus, *vt habetur in c.vltimo, de præscript. in 6.* Quarta, quia si in sacro sepultus fuit, exhumatur, si ossa & cineres eius non fuerint cum orthodoxis commixti, *vt not.in cap.2.de hæret.in 6. & in cap sacris, de sepultu.* Quinta, neque preces, neque oblationes pro eius anima fient, *cap.accusatus, §.in eo.de hære.in 6.& in c.à nobis, il secondo, de senten.excom.& d.c.sanè, 24.q.2.*

14 ¶ Aduertendum tamen, †quod pleniores probationes requirentur, quando proceditur contra mortuum, quàm si procederetur cõtra illum viuum, ex quo mortuus non potest se defendere, *d cap.accusatus, §.in eo.de hæret.in 6.Bald.in cap.1.§.si quis, in titu.si de inuestitu.inter dom.& vasall.& habetur in Concil.Constantien. Sess. 8. & per Simanch. de hæret.tit.62.num.5.*

15 Hæreticus carceratus, † licèt confessus fuerit hæresim, & dixerit velle abiurare & pœnitere, tamen si mortem sibi conscíuerit, sic mortuus damnabitur tanquam impœnitens, & conuictus: nam & Iudas confessus est peccatum, & pœnituit, & tamen laqueo se suspendit, & sic æterno iudicio damnatus fuit, *cap. Iudas, cap. nihil, de pœni.distinctio.tertia, & hoc tenet Simanch.de hæret. titul.62. numero 10.*

16 ¶ Formam autem sententiæ, † qua damnanda sit memoria defuncti, ponit gloss.*in ver.damnata, in §. interdum, Instit. de hære.quæ ab intesta & ibi Scrib.* videlicet: Pronuncio talem perduellionis crimen commisisse, vel hæreticum fuisse, & ideo bona eius in fiscum inferri. nam inquit gloss. per hoc memoria damnatur, & infamia quadam afficitur, & à tempore commissi delicti alienationes per eum factæ reuocabuntur. & hanc formam paucis immutatis sequitur Zanchi. *de hær. c.41.in for.sententiæ condemnatoriæ contra mortuum.*

17 Sed vt apparet in Concilio † Cõstantiensi *in Sessio. 8. anno 1415.* talis forma & in procedendo & in condemnando memoriam Ioannis VVicleph hæretici & dogmatizantis fuit obseruata. Primo enim per tres citationes affixas valuis Ecclesiæ fuerunt citati, quicunque prætenderent defendere memoriam dicti Ioan. quominus non pronunciaretur fuisse hæreticum, & talia eius dogmata & assertiones fuisse & esse hæreticas, tali die compareant ad dicendum, deducendum, & allegandum, quidquid voluerint pro eius memoriæ & prædictarũ assertionũ defensione, aliter procedetur ad cõdemnationem, prout iuris fuerit. Interim aũt examinantur testes ad probandum, quòd d.Ioan.vsq; ad extremũ vitæ spiritum pertinax stetit in ea opinione asserendo dictas assertiones esse veras & firmiter credendas, & pariter offeruntur dict.assertiones & dogmata iudicibus, Episcopis, Prælatis, Theologis, & Iuris vtriusque Doctoribus examinanda, an hæresim sapiant vel non: & habito ac scripto eorum consilio, quòd sint hæretica. Citantur postremo ad valuas Ecclesiæ omnes, qui prætendunt d. dogmata & memoriam Ioannis defendere, quòd tali die compareant ad audiendam sententiam, videlicet dicti Ioannis VVicleph, diffinitiuè pronunciari, & declarari fuisse, dum vixit, notorium hæreticum, & pertinacem ipsiusque memoriam, & errores peruersasque doctrinas & dogmatizationes, & præcipuè tales, & tales damnari, & eiusdem ossa, si ab aliis Christi fidelium secerni possint, exhumari, & proijci, vel ad dicendum, proponendum & allegandum causas rationabiles, si quas habent, cur præmissa fieri non debeant. Nullis autem comparentibus die in præstituta citatione & hora, primo damnantur dogmata, & assertiones in hanc formam: quia reperimus Io. VVicleph, dum viueret, hæc dogmata infrascripta asseruisse & dogmatizasse, pluresque libros eandem doctrinam peruersam, vel similem continentes scripsisse & euulgasse. quos omnes articulos & libros hæc sancta Synodus examinare pluries fecit, & sæpius recensèri per plures Reuerendissimos patres Cardinales, Episcopos, Abbates, Magistros in Theologia, Doctores vtriusque iuris, & plures notabiles Christi fideles in multitudine copiosa, quibus articulis examinatis fuit repertum, aliquos, prout in veritate est, fuisse & esse notoriè hæreticos, & à sanctis patribus reprobatos, alios non catholicos, sed erroneos, alios scandalosos & blasphemos, quosdam piarum aurium offensiuos, nonnullos temerarios & seditiosos, compertum est etiam libros eius plures alios articulos continere similium qualitatum, doctrinamque in Dei Ecclesia vesanam & fidei, ac bonis moribus inimicam inducere: propterea in nomine Domini nostri Iesu Christi hæc sancta Synodus prædictos articulos & eorum quemlibet, librosque eiusdem Ioannis VVicleph omnes, volumina, tractatus, opuscula, & scripturas quascunque & quocunque nomine censeantur, quos hic haberi vult pro sufficienter expressis, hoc perpetuo decreto reprobat, & condemnat, & eorundem librorum, & cuiuslibet eorum lectionem, doctrinam, expositionem, & allegationem, nisi ad eorum reprobationem omnibus Christi fidelibus prohibendo inhibemus omnibus, & singulis catholicis sub anathematis interminatione, & ne de cætero dictos articulos, vel eorum aliquem audeant publicè prædicare, dogmatizare, tenere, vel quomodolibet allegare, nisi ad eorum reprobationem, vt dictum est, iubens illos libros, & tractatus, volumina, & opuscula, & scripturas præfati Ioannis publicè concremari, super quibus exequendis, & debitè obseruãdis mandat ordinariis locorum vigilanter intendere, prout ad quemlibet pertinet secundum iura, & canonicas sanctiones. Postea profertur sententia contra ipsum hæreticum, & eius memoriam in hac forma. Insuper quia datis dilationibus debitis processum fuit super condemnatione dicti Ioannis VVicleph, & suæ memoriæ edictis propositis denunciationibusque ad vocandum eos, qui eundem, siue eius memoriam defendere vellent, nullus comparuit, qui eundem, siue eius memoriam defensaret. Examinatis insuper testibus super impœnitentia finali dicti Ioannis seruatisque seruandis, prout in tali negotio postulat ordo iuris de eius impœnitentia, ac finali pertinacia per euidentia signa testibus legitimis comprobata fuit legitimè facta fides. propterea instante procuratore fiscali edictoque proposito ad audiendam sententiam ad hanc diem, hæc sancta Synodus declarat, diffinit, & sententiat eundem

Ioannem fuisse notorium hæreticum pertinacem, ac in hæresi decessisse anathematizando ipsum pariter, & suam memoriam condemnando, decernitque, & ordinat corpus & eius ossa (si ab aliis fidelium corporibus discerni possint) exhumari, & procul ab Ecclesiæ sepultura locisque sacris iactari secundum canonicas, & legitimas sanctiones.

18 ¶ Notandum tamen, quòd licèt dictum sit suprà, quòd filij, & hæredes citandi sunt, & admitti debent ad defensionem mortui, tamen istud procedit in eo mortuo, qui non erat diffamatus ante mortem, sed si fuisset diffamatus de hęresi, nō admitteretur, hoc tenuit Gondisla. *de hæret. quæstio. 22. numero 9 per cap. filij, de hæret. in 6.* quod tamen non puto verum, quia textus ille non reijcit omnem defensionem filiorum, sed eam duntaxat speciem defensionis, quòd mortuus recepisset in articulo mortis consolationem hæreticorum, dum non esset sanæ mentis, vel post perditam iam loquelam, & huius rationem assignat ibi tex. per hæc verba (cùm tamen moris sit, vt dicitur apud eos, scilicet hæreticos consolantes, quòd nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam.) & clarius hoc dicitur in decisione, dum dicitur, admitti non debeant filij ad probandum, quòd non sanæ mentis fuerint, siū d viueret defunctus, diffamatus erat de hæresi, aut suspectus, vel legitimè constiterit, quòd sanæ mentis existens huiusmodi hæreticos petierit, alioquin (inquit tex.) admitti poterunt filij, & hæredes ad probandum præmissa. Non ergo repelluntur filij à defensione generali, sed tantùm à probatione speciali illius articuli, quòd non foret sanæ mentis, & hoc etiam non indistinctè, sed cōcurrentibus duob. Primo, ꝙ viuens fuerit diffamatus, vel suspectus. Secundo, ꝙ mos fuerit hæreticorum non consolari eos, qui non constarent mente, vel si legitimè constiterit talem fuisse sanę mentis. & est ratio, quia cum stantibus præmissis requisitis satis plenè ex præsumptione iuris sit probatum contra defunctum non debet admitti alia frustratoria & contraria probatio, quæ suspecta est stante vehementi præsumptione iuris in contrarium. alioquin si tales præsumptiones non extarent, admittentur filij ad probationem, qui etiam non excluduntur per illum tex. ab aliis defensionum speciebus.

19 Placet tamen mihi subsequens conclusio Gondisla, quòd etiam in illa specie defensionis, quòd scilicet receperit consolationes, dum non erat sanæ mentis, ad quam probandam concurrentibus prædictis requisitis non admittuntur filij, admittentur tamen ad probandam corruptionem vel falsitatem illarum præsumptionum quoad factū, videlicet si vt dicitur in illo text. probatum fuisset ex parte fisci, quòd ille defunctus cōsolatores petierit, dum foret sanæ mētis per testes aliquos, admittentur tamen filij ad probandum falsitatem illorum testium, vt declarat Io. And. *in d. c. filij*, quem sequitur ibi Gemin. quod comprobo per eundem tex. *in dicto capitul. filij*, dum dicit, legitimè constiterit, ergo si non legitimè, non procedet tex. debent ergo admitti filij ad probandum, quòd legitimè non cōstet. vbicunq; enim lex requirit legitimam probationem, tunc debet esse omni exceptione maior, & ideo opponi potest cōtra eā, vt est glo. *iun. tex. in c. at si clerici, §. 1. in ver. legitima probatione, de iud. vbi etiam hoc Abb. no. & per Ioan. And. in nouel. post glo. suam ibi in c. pia, de excep in 6. & glo. iun. tex. in §. fin. in ver. legitimas, in auth. quibus mod. natu. effic. legit.*

20 ¶ Si autem per † viam accusationis procedetur contra mortuum, & accusator succumbat, glo. *in d. c. sanè. 24. q. 2.* tenet, quòd accusator vti calumniator cōdemnabitur ea pœna, non qua fuisset condemnandus mortuus, si probatum fuisset legitimè, sed ea pœna, qua punitus fuisset hæreticus viuens, ergo igni, cùm grauius sit peccare in mortuum, quàm in viuum, *l. qui sepulchra, C. de sepulch. viol.* de quo tamen Gondisla. *de hæret. d. q. 22. in fi.* dubitat, cùm cautum sit accusatorem succumbentem in criminalibus puniendum pœna talionis, & sic similitudine supplicij, quod inferendum foret accusato, si conuictus fuisset, *l. fin. C. de acc.* cui & ego assentior: sed video hodie malè obseruari, cùm raros videam accusatores condemnatos, & tamen plures reos absolutos, quod quidem maximum parat scandalum fidelibus.

21 ¶ Notandum etiam † pro cautela eorum, qui in vita fuerunt diffamati & suspecti de hæresi, vt euitent accusationem eorum memoriæ, quòd in articulo mortis protestentur se fuisse & esse catholicos, & tenuisse & tenere eam fidē, quam tenet, & prædicat, ac docet Romana ecclesia, & cum eadem fide vixisse semper, & mori velle. hoc consilium tradit Alberic. *in rubrica de hæret. in fi. in ver. vltimo nota bonum & vtile consilium. pro cuius opinione adduco etiam tex. in cap. filij, de hæret. in 6. in argu.* nam sicut ibi qui fuit in vita suspectus de hæresi, si in vltimo articulo mortis vocat consolatores hęreticos, ista præsumptio sufficit ad probandum eum hæreticum & damnandam eius memoriam, & sic ad pœnam, multo ergo magis ad excusationem proderit contraria præsumptio, protestatio scilicet ista & receptio consolationis à fidelibus.

22 Postremo notandum, † quòd sicut mortuus potest damnari, ita & hæreticus poterit reconciliari & absolui post mortem, si in morte apparuerint signa verę pœnitentiæ & contritionis, *vt probatur in cap. qui recedunt, & in c. seq. incip. is qui in infirmitate, 26 q. 6. & in c. ægrotantes, de consecra. dist. 4. & hoc tenet glo. in c. à nobis, il 2. in ver. mortuos, de sent. excom. & ibi hoc expressè tenet Innoc. num. 2. & Anton. de Butr. num. 19. & Franc. de Plat. in tract. de excom. §. 22. nume. 4.* & ille iudex solus absoluit, qui futurus fuisset eius iudex, si vixisset, *vt not. omnes in d. cap. à nobis*, & si fuisset sepultus in loco non sacro, exhumabitur, & sepelietur in loco sacro: sed si fuisset sepultus in sacro, volunt quidam, quòd exhumetur primo tanquam damnatus hæreticus, sed postea absoluatur, & humetur, *vt ibi per gloss. vlt. & omnes ibi post eam.*

23 ¶ Aduertendum tamen, quòd † memoria eius duntaxat damnari potest, qui verè dicitur fuisse hæreticus, & probatur: secus aūt si tantum dicitur fuisse suspectus de hæresi: crimen enim suspecti finitur & extinguitur morte, *c. accusatus, §. porrò, de hæret. & tenet Zanchi. in tracta. de hæret. c. 24. num. 1. & 2.*

24 ¶ Poterit hæreticus † etiam post mortem excommunicatus declarari, *c. Engeltrudam, 3. q. 4. c. debent, 11. q. 3.*

25 ¶ Quid si reus † mortuus fuerit lite pendente, dic ꝙ iudices peragere debent causam, vt eum vel condemnent, vel absoluant: & si fuerit tantùm suspectus, non possunt imponere hæredibus pœnam pecuniariam, *vt per Aegid. Belleme. decisio. 677. & 680 & per Ana. in c. si quis episcopus, de hæret. & per Simanch. in Enchirid. tit. 62. numero 6. & dixi supra, numero 9.*

## CAP. LVIII.

## *De Appellatione.*

### SVMMARIVM.

1 *Appellatio à sententia condemnatoria in causa hæresis regulariter minimè datur, à grauamine sic, num. 2. & 3. vbi limitatur regula.*
4 *Appellare an possint hæredes à diffinitiua contra mortuum, quando sunt citati in causa.*
5 *Prohiberi potest tamen cognito de iustitia.*
6 *Appellare etiam receptatores non possunt, nec Fautores hæreticorum.*
7 *Relegationis forma spectanda est, an possit appellari.*
8 *Appellatio ad quem deuoluatur, in casibus quibus datur.*

1 QVANQVAM regula sit, † quòd in omnibus causis tametsi grauibus à sententia liceat appellare, *c. vt debi-*

*vt debitus, & per totum, extra de appella. c. cordi, & per totum. de appel. in 6. cap. 1. 2. 3. 4. & per totam, secunda quæstione 6. l. & in maioribus, Cod. de appellat.* in hac autem causa hæresis à sententia diffinitiua condemnatoria non datur appellatio, *cap. vt inquisitionis, de hæret. in 6. §. primo, in ver. vt q3 de hæresi, & fuit prius constitutio Innocentij Papæ, quæ incip. nouerit vniuersitas, §. item proclamationes, ac etiam constitut. Alexan. III. & Nicolai, quæ pariter incip. nouerit vniuersitas vestra, & constitutio Federici Imperatoris, quæ incipit, commissi, vt referunt Zanchin. de hæretic. capitulo 29. & ibi Campeg. in addi. prima, & Gondisalus de hæretic. quæstione decimaoctaua.* & de relapso est tex. *in c. ad abolendam, ver. illos, de hæret. & Carrer. de hæret. num. 129.*

2 ¶ A grauamine † tamen pendente processu illato poterit appellari, *vt tradit Archid. Gemin. & omnes in dicto cap. vt inquisitionis.* licèt enim à diffinitiua interdicatur appellatio, non tamen interdicitur ab interloquutoria, *vt per omnes in dicto capitulo, vt inquisitionis, & in locis supra allegatis, & per Innocentium in capitulo significauerunt, de testi. & in capitulo penult. de noui operis nunciat.* quia illa interloquutoria, est merum arbitrium interloquentis, *vt ibi per Scrib. & per Ana. in cap. vergentis, & Felin. in cap. ad abolendam de hæretic.* & appellatio solis hæreticis est interdicta, sed per interlocutoriam non declaratur quis hæreticus, ergo, *vt declarat Zanchi. de hæret. cap. 29. nu. 2. & tradit Henric. in c. si aduersus, & Ana. in cap. vergentis, & Felin. in cap. ad abolendam, de hæreticis.*

3 ¶ Admitteretur etiam appellatio, si † probari posset, quòd odio inimicitiæ, vel sordibus lata fuisset sententia etiam diffinitiua per iudices corruptos, *l. non distinguemus, §. cùm quidam, de arbit. l. diem proferre, §. stari. iuncta l. ita demum, ff. de recep. arbit. & hoc not. in specie Gondisla. de hæret. d. q. 18. nume. 3.* idem si probari posset, quòd dolo aduersarij lata fuisset vt ibi.

4 ¶ Sed quid † quando procedit, contra mortuum citatis hæredibus, an ipsi hæredes poterunt appellare à diffinitiua. & Simanch. *de hæret. titu. 65. num. 6.* quòd non: quia si nō posset ipse defunctus, si viueret, appellare, vt supra dictum fuit, minus debent posse hæredes, cùm nemo plus iuris in alium transferre possit, quàm ipse habet, sed si probabilem habuerint causam appellandi, poterunt.

5 ¶ Iudex tamen ad quem † superior poterit inhibere cognito de iustitia, *vt per Panor. in cap. pastoralis, in fi. princ. vers. ad quartam autem, de appell glo in c. Romana, §. si autem, de appell. in 6. tradit Feli. in c. ad abolendam, de hære. num. 6. in fi. & Carrer. in pract. crim. 1. in l. 2. C quorum appell. non reci. nume. 80. ver. 2. limita, & Carrer. de hære num. 130.*

6 Vbi etiam Carrer. concludit, † quòd sicut hæreticis non licet appellare, ita nec credentibus, receptatorib. aut fautoribus, quia æquiparantur, *vt per Scrib. & maximè Ioan. And. in c. felicis, de pen. in 6.*

7 ¶ Et spectanda erit forma † delegationis, quia si habeat liberum arbitrium, nullo casu appellari poterit, *vt per Feli. in c. super his, de appellat. num. 8.* & idem si committat eius conscientiæ, *vt ibi.*

8 ¶ Appellabitur autem in † casibus, in quibus procedit appellatio ab Inquisitore tanquam delegato ad Papam tanquam delegantem, & licet Minister ordinis siue religionis illum nominauerit, & constituerit, non tamen ipse dicetur delegasse, ideo ad eum tanquam delegantem nō deuoluetur appellatio, & hæc vera quando appellatur à processu vel interlocutoria Inquisitoris, sed si appelletur à processu vel interlocutoria Episcopi, qui processit tanquam ordinarius, tunc appellabitur ad immediatè superiorem, puta ad metropolitanum: quòd si Episcopus processisset vti delegatus, puta contra exemptum, tunc appellandum esset ad Papam, *ita de omnibus & benè Zanchin. de hæreticis, cap. 29. num. 3. & 4.*

## CAP. LIX.

## *de Remedijs damnatorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Damnati à solo Papa restituuntur.*

1 POTERVNT restitui † etiam damnati à solo Pontifice, non autem ab Inquisitoribus, aut ab ordinario, quia talis restitutio est, *Zanchin. in tractat. de hære. c. 38. vbi Campeg. in addit. latè.*

## CAP. LX.

## *Schisma vnde, quid & qui schismatici, & eorum species.*

### SVMMARIVM.

1 *Schisma propriè, largè, & strictè, & strictissimè, quid importet, & quotuplex, nu. 2. 3.*

4 *Schisma quamuis sit in ecclesia, non per hoc dicitur diuisa ecclesia.*

5 *Schisma ab hæresi, in quo differat.*

*Schisma in summo Pontifice potest esse sine hæresi, in alijs non.*

*Hæretici comparantur zizaniæ, mali catholici, paleæ, schismatici verò aristæ.*

1 SCHISMA, Græcum † est nomen, quod Latinè scissura interpretatur, *c. schisma, 24. quæstione prima, gloss. in cap. quia diligentia, de electio. tradit Innocen. & omnes in rubrica de schism. & Thom. secunda secundæ, quæstione 39. articulo primo, in respon.* & ideo directò opponitur vnitati. sicut ergo ecclesiæ vnitas in duobus considerari potest, videlicet in commixtione, communicatione, & relatione, atque mutuo auxilio membrorum singulorum ad inuicem; Item & secundo in relatione omnium membrorum famulantium & inseruientium vni capiti: ita & schisma dupliciter cōsiderari potest, videlicet & quando quis capiti ecclesiæ, videlicet summo Pontifici obedire recusat. Item & quando quis membris ecclesiæ cōmunicare recusat, *vt per Thom. d. quæst. 39. artic. 1. in fine respons. & articulo 4. in respons.* vterque enim scindit, ac separat se ab vnitate ecclesiæ, videlicet vel capitis vel membrorum. absciso enim vel capite vel membro non potest dici integrum corpus: at ecclesia debet esse vna & integra, *d. c. schisma.* ergo qui separat hāc vnitatem quoquomodo, schisma, id est, scissuram facit, & tunicam Christi inconsutilem diuidit, quam Iudæi Christū crucifigentes diuidere ausi non sunt, *c. sicut Domini vestimentum, 16. q. vlt. & c. 1. de schis. & Ioan. c. 19.*

2 ¶ Diffiniri autem schisma † sic commodè poterit. schisma est illicitus per inobediētiam aut rebellionem ab vnitate ecclesiæ discessus, *vt ex præmissis habetur. & probatur in cap. aduocauit, 24. quæst. 1. & sequitur Iaco. in tractat. de Concilio, lib. 4. articulo 1. pag. mihi 422. columna 2. D.* & ideo Thom. *secunda secundæ, quæstio 39. artic. 4.* ad secundum, sic definit schismaticum, quòd sit ille, qui recusat obedire mandatis Papæ, vel ecclesiæ cum rebellione, & addit particulam illam, cum rebellione, vt distinguat schisma ab aliis peccatis, quibus pariter recusamus obedire mandatis.

3 ¶ Largissimè autem dicitur schisma omnis animorum diuisio, & potest capi in bonam, & malam partem: in bonam, *vt Ioan. 9.* vbi Iudæis vario modo interpretantibus miraculum factum à Christo in sanando cæcum natum dicitur, quòd schisma erat inter eos, id est diuisio, & diuersitas opinionum, quæ tamen diuersitas non sapiebat ideo delictum.

¶ Sed si loquamur de schismate in malā partem sumpto largissimè, dicētur schismatici omnes, qui sunt constituti in peccato mortali, quia per illud diuidunt se à

capite, qui est Christus, & eius mandatis non obtemperat, *cap. dixit, 24. q. 3. & c. Apostolicæ ea. q. c. sacerdotes, 1. q. 1.* & de ista specie non loquimur hic: nam & extra fidem dicitur esse, qui est in peccato, *c. fin. de præscrip.*

¶ Largè etiam dicuntur omnes excommunicati schismatici, *cap. cum excommunicato, 11. q. 3. & c seq.* quia non solùm à Deo, prout peccatores, sed & ab ecclesia, & omni cœtu fidelium diuisi sunt & separati.

¶ Strictè qui coniurationem faciunt contra Episcopum, & isti non sunt suspensi, sed suspendendi, *vt per In. noc. Hostiens. & Ant. in rubrica de schisma.* vel etiam qui proprio episcopo non parent, & extra eius protectionem se ponunt, & hi acephali potius quàm schismatici dicendi, modo Romanam Ecclesiam, & eius vnitatem recognoscant.

Magis strictè, qui proprium Episcopum eijciunt de Sede Episcopali, illam sibi occupantes: & presbyteros suos ordinantes, ac constitutiones promulgantes, *c. scire, 7. q. 1. c inter hæresim, 24. q. 3.*

Strictissimè qui se diuidunt ab vnitate Romanæ Ecclesiæ, intrudendo se in Pontificatu vel nouam ecclesiam constituendo supremam, vel Cardinales, episcopos, aliósve sacerdotes, & clericos faciendo, & nouas leges promulgando, vel vero Pontifici aduersando, *cap. Notandum, 7. quæst. 1. c loquitur, 24. q. 1. & d. c. inter hæresim,* & illud proprie & verum est schisma, de quo Paul. *1. ad Corinth. 1.* dum dicitur, id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. cui consonat illud *Isaiæ 22.* scissuras Ciuitatis Dauid videbis, quia multiplicatæ sunt.

4 ¶ Neque ex eo, quod asseritur, † schisma posse esse in ecclesia, quod scissuram significat, ideo credendum est, quòd ecclesia ipsa diuidatur, & scindatur, & diuidatur in plures: quia, vt inquit Cyprianus in epistola de vnitate ecclesiæ: sicut vnus est Christus, non plures, vna fides, non plures, ita & vna plebs esse debet in solidam vnitatem concordiæ glutino copulata. sed hoc modo intelligendum est habere locum schisma in ecclesia, quia ab vnitate, qua omnes fideles Christi institutione diuina ordinati concreti sint sub vno ipsius ecclesiæ capite, nempe, Romano Pontifice, iuxta illud *Ioannis 10.* erit vnum ouile, & vnus pastor, contigit aliquem vel aliquos fideles diuidi, vel separari per inobedientiam pertinacem cum quadam rebellione, & contradictione subeundi iudicium eius, *vt considerat Ioan. de Turrecre. in summa de ecclesia. libro quarto, parte prima, capit. tertio circa principium.*

¶ Quicunque ergo ab Apostolicis diuisus est sedibus, & contra vniuersalem ecclesiam altare conatur erigere, in schismate eum esse dubium non est, *c. non vos, 23 q. 5.* licèt eandem fidem, id est eundem patrem, eundem filium, eundem Spiritum sanctum profiteantur, *c. denique, §. quod verò. 7. q 1.*

5 ¶ Schisma verò † differt ab hæresi, secundum Hieronymum super epistola ad Galatas, quòd hæresis peruersum dogma habeat, schisma Episcopalem dissensionem ab Ecclesia pariter separat, quod equidem in principio aliqua ex parte intelligi potest diuersum. cęterum nullum schisma est, nisi sibi aliquam hæresis speciem confingat, vt rectè ab ecclesia recessisse videatur. *quæ verba relata sunt in c. inter hæresim, 24 q. 3.* & sic patet, quòd schismaticus ex perseuerantia in hæresim labitur, & tamen differunt, *vt dictum est, & probatur etiam in c. non auferamus, vbi etiam glo. 24. q. 1.* & constat etiam ex diuersitate titulorum in libro Decretalium.

¶ Differunt etiam schisma, & hæresis, sicut differt fides à charitate. Hæresis enim fidei opponitur, schisma charitati: & ideo sicut quicunque caret fide, caret & charitate, ita quicunque est hæreticus, est etiã schismaticus, sed non conuertitur, vt per Thom. *secunda secundæ, quæst. 39. artic. 1. ad 3.* subdentem, quòd sicut fides est via ad charitatem, ita schisma ad hæresim, licet nullus sit schismaticus, qui non sit aliquo modo hæreticus. erit ergo differentia inter hæresim, & schisma, sicut inter genus & speciem. Schisma enim genus est, hæresis species, ideo omnis hæreticus est schismaticus hæresi stricto modo sumpta, & differunt etiam sicut dispositio & habitus, quia schisma disponit, & viam præbet ad hæresim, *glo. in d. c. inter hæresim, in glo. 2.*

Glo. autem *in summa, 24. q. 1.* dicit, quòd schisma non potest esse sine hæresi in subdito, sed benè in summo Pontifice, vt si duo crearentur Pontifices, & ambo contenderent se canonicè electos, & Ecclesiam apud eos esse. *idem tenet Abb. in c. firmissimè, de hæret. & Iacoba. Card. in tract. de Concilio. lib. 8. art. 5. col. 4. in princ. & Milis. in repert. in ver. schisma, & Dec. in c. quia diligentia, in 1. not. de electio. & Io. de Anan. in rubr. de schisma. & Abb. & post eum Dec. in c. quia diligentia, in 1. not. de elect. alleg glo. in c. 1. 24 q. 1.*

¶ Schisma differt à seditione in duobus. Primò, quia schisma opponitur vnitati multitudinis Ecclesiasticæ. Seditio verò vnitati multitudinis temporalis, puta Ciuitatis, vel Regni. Secundo schisma non respicit præparationem ad pugnam corporalem, sed solum respicit dissensionem spiritualem, *Thom secunda secundæ, q. 42. artic. 1. ad secundum.* veruntamen continetur sub discordia, quæ oritur ex superbia & vana gloria: nam vtrumq; est discordia, quæ vnitati aduersatur, nõ vniùs ad vnum, sed partium multitudinis ad inuicem, *vt ibi per Thom.*

Et Aug. lib. quæst. Euangelica. dicit, malum catholicum facit morum & vitæ prauitas; hæreticum facit fidei diuersitas, schismaticum facit disrupta societas.

¶ Hæretici etiam æquiparantur zizaniæ. sicut enim zizania non habet cum fructu communem radicem, sic & hæreticus cum catholico non habet communem fidem. Mali autem catholici, qui veram credunt fidem catholicam, sed non viuunt, vt credunt, æquiparantur paleæ: Schismatici verò æquiparantur aristæ, quæ pungit, & diuidit grana, cùm tamen ab eadem radice procedat. *Ita Aug. de Anchona, in summa de Ecclesiast potestate, quæst. 25. artic. 2. quem sequitur Card. Iacoba. de Concil. lib. 8. articul. 5. in fine princip.*

## CAP. LXI.

## *de Papa Schismatico.*

### SVMMARIVM.

1 *Papa potest esse schismaticus largissimè, id est peccare: largo modo, id est, esse excommunicatus, non potest, nec strictè, id est esse inobediens. & nu. 2. & 3.*

4 *Papa constituendo nouam sedem, Romanæ non subditam, esset etiam hæreticus. Intrusus verò, contendens cum legitimo schismaticus.*

5 *Papæ duo non canonicè electi contendentes sunt schismatici. Item si vtrique crederent se canonicè assumptos. Item non seruando vniuersaliter ordinata à Concilijs vniuersalibus, nume. 6. 7. 8.*

9 *Pontifices duo, cum suis sequacibus ex conscientia asserentes canonicè electionem de suo esse veram, schismatici non sunt.*

*Nec tamen interim alter alterum excommunicare potest. numero 10.*

11 *Schismata quot à Petri sede fuerint.*

12 *Papæ persona, schismatica fieret, si tanquam homo cum Ecclesia non communicet. Item si vniuersam Ecclesiam excommunicaret, vel non obediret Papæ officio.*

1 DVBITARI potest, an Papa † possit esse schismaticus, & vti talis puniri? & concludendum est, quòd largissimè sumpta significatione huius vocabuli, vt scilicet significet separatum à Deo per peccatum mortale, potest esse schismaticus: quia cùm homo sit, peccare potest. *cap. Anastasius, 19. dist. cum concor.*

2 Largè autem sumendo † schismaticum, vt supra dicebam, pro excommunicato, non potest dici hoc modo

Papa

Papa ſchiſmaticus, quia cum excommunicatio ſit iuris poſitiui, hoc eſt à conſtitutionibus Pontificum indicta, non poteſt Papa ſuiſmet legibus incommutabiliter ligari. *l. Princeps, de legib. l. digna vox. C. eo.* niſi ex honeſtate, *vt ibi habetur.*

3 ¶ Strictè pariter † & magis ſtrictè ſumpta ſignificatione huius vocis ſchiſmaticus, pro eo, qui inobediens eſt, & rebellis Epiſcopo, dici non poteſt Papa ſchiſmaticus, quia cum ſit ſupremus omnium, in eum non poſſunt hæc cadere.

4 ¶ Sricтiſſimè autem † & propriè capiendo ſignificationem huius nominis ſchiſmaticus poteſt quidem eſſe ſchiſmaticus conſtituendo nouam ſedem æqualem, & non ſubditam Romanæ, aſſerendo duas poſſe eſſe Eccleſias. His enim caſib. non modo ſchiſmaticus, ſed etiam foret hæreticus, quia aſſereret contra articulum fidei & vnam ſanctam catholicam Eccleſiam. Neq; enim Papa, neq; Concilium poſſet duas cõſtituere Eccleſias, vt inquit gl. *in c. non autem in ver. vt non ſuccederet. 7. q. 1.* Pariter etiam foret ſchiſmaticus Papa, ſi aſſereret, quod extra Eccleſiã poſſet eſſe ſalus, & ſe vellet extra Eccleſiam ponere. Idem ſi vellet alio in loco fundare aliam Eccleſiam aſſerendo Romanam non eſſe veram ſucceſſionem Chriſti, ſed puta Conſtantinopolitanam, vel Alexandrinam, prout Græci aſſerebant eſſe Conſtantinopolitanam *iuxta c. renouantes, quod eſt pen. 22. diſt. & in c. antiqua, de priuileg.*

5 ¶ Item ſi intruſus † contenderet de Papatu cum vero & legitimo Papa, ſchiſmaticus eſſet propriè, *cap. 1. de ſchiſm. c. hinc etiam. 12. diſt.*

6 ¶ Item ſi duo etiam forent † Pontifices non legitimè aut canonicè electi contendentes, ambo forẽt ſchiſmatici, *cap. ſi quis pecuniam. 79. diſt. & cap præceden. inc. ſi duo & c. in nomine Domini, 23. diſt. & c. licet, de elect.* & tametſi text. *in dict. capit. ſi duo*, non ſit conſtitutio Eccleſiaſtica, ſed Honorii Imperatoris Auguſti, ideo videretur, quòd non valeret, ex quo ad Imperatorem non ſpectat ſtatuere aliquid de electionibus Summorum Pontificum, *cap. bene, 96. diſtin.* attamen quia conſtitutio illa fuit promulgata ad inſtantiam Papæ, ad quem ſcribit, & poſtea fuit confirmata ab eccleſia, & ideo in Decreto regiſtrata, vtique ligat vti quibet alii canones, *l. 2. §. omnia autem, C. de vete. iu. enu.*

7 ¶ Item ſchiſmaticus foret Papa, † etiam ſi duo contenderent de Papatu, & vterque crederet ſe canonicè aſſumptum, ſed apud omnes vniuerſaliter non modica eſſet dubitatio, vter magis canonicè foret aſſumptus, ſed alter eſſet negligens ad procurandum vnionem eccleſiæ, & nollet quantum in eo eſſet videre deciſionem Concilii; alter verò cum inſtantia id procuraret; & idem dicendum, ſi ambo eſſent negligentes, & quilibet procuraret ſibi vſurpare obedientes, & poſſidere bona eccleſiæ, quo plura poſſet, & etiam armis ſe tueri: tunc enim dicerentur fautores & nutritores ſchiſmatis, vt fuerunt Benedictus XIII. & Gregorius XII. vt ex vitis eorum, & aliis hiſtoriis conſtat.

8 ¶ Item eſſet ſchiſmaticus, † ſi ſe ſine rationabili cauſa ſepararet ex pura ſua voluntate à corpore Eccleſiæ, & collegio Sacerdotum non obſeruando ea, quæ per vniuerſalia Concilia aut præceſſorum authoritate ſunt vniuerſaliter ordinata, maximè ad cultũ Diuinum pertinentia, puta quia fortè non vult ſeruare illud, quod vniuerſalis ritus eccleſiaſticorum ſeruat. *capitul. eccleſiarum. 11. diſtinct.* vt quia non vult celebrare cum veſtibus ſacris, aut in locis ſacris, aut cum luminaribus, aut ſignare ſe ſigno Crucis, ſicut reliqui ſacerdotes faciunt, quæ omnia generaliter ſunt ordinata ad decorem & cultum Diuinum. Hæc tenet Cardin. de Turrecrema. *in ſumma ſua de eccleſia, in quarto lib. parte 1. cap. 11.* vbi etiam contrarius reſpondet, quod tamen ego temperandum puto, niſi per viam conſtitutionis generalis aliqua ex ceremoniis immutaret cum conſilio etiam Cardinalium, nam vti lex valeret eo caſu: ſed præmiſſa tenenda ſunt caſu tantum, quo ipſe ſolus hoc vellet ſeruare, cum tamen alii vniuerſaliter cõtrarium, id eſt morem antiquum ſeruarent.

9 Si tamen duo ſint † electi Pontifices, & vterque putat ſe canonicè electum, & vterque habet conſultores, & aſſertores ſuæ obedientiæ, qui ex conſcientia, non ex affectu aliquo ſic putant, certè neuter eorum erit ſchiſmaticus, neque eorum adhærentes erunt ſchiſmatici: modo, vt dixi, non adhæreant ex ſpeciali, & mundano ac carnali eorum affectu, ſicut fuit in magno illo ſchiſmate circa annum 1380. poſt mortem Gregorii vndecimi, vt refert Antoni. *in ſumma ſua, parte ſecunda, titul. 3. §. 6.*

10 Sed an ſtante præcedenti caſu, † quando ſcilicet probabiliter dubitari poteſt inter duos, vter ſit verus Papa, an vnus poterit alterum excommunicare, & pariter eius ſequaces, & adhærentes. & tenẽdum proculdubio, quod non, quia excommunicatio non eſt proferenda niſi contra mortaliter peccantem, *cap. nemo, 11. quæſt. 3.* imo neque pro mortali peccato, niſi poſt contumaciam, *cap. certum, ea. quæſtione.* ſed cum præſupponatur in facto vtrumque habere illæſam conſcientiam, ſed quemlibet in conſcientia tenere ſe canonicè electum, & ideo verum & legitimum eſſe Papam, & iuſtam habere cauſam ita credendi, nullus poteſt dici eſſe in mortali, ergo non poteſt excommunicari, quod ſi de facto ferretur ſententia excommunicationis, non eſſet timenda. nam licet ſententia paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta non ſit ſpernenda, *cap. ſententia, 11. quæſt. 3.* tamen id intelligendum, quando profertur à paſtore, vel iudice ſuo, qui talis eſt abſque vlla controuerſia: ſed hoc caſu alter probabiliter tenet, & tenere poteſt alterum non eſſe ſibi ſuperiorem, vt in facto præſupponitur, ergo eam ſpernere poteſt tanquam nullam, *capi. cùi eſt illata. 10. q. 3.*

11 ¶ Vigintiduo ſchiſmata † à Petri Apoſtoli Sede enumerat fuiſſe inter Pontifices, de Turrecremata Cardina. *in ſumma de eccleſia, lib. 4. parte prima, cap. nono.* & primum ſchiſma fuit anno à Chriſti natiuitate 252. quo Nouatianus Romanus creatus fuit Antipapa contra ſanctum Cornelium Papam canonicè, & legitimè aſſumptum, qui Nouatianus creatus fuit, authore Nouato preſbytero Carthaginenſis eccleſię, à quo tempore licet idem Turrecrema. vt dixi enumeret vigintiduo ſchiſmata: attamen verè ſi recte enumerentur, fuerunt 30. vt Onuph. *in annota. ad Platinam* probat, & vltimum fuit anno Domini 1439. quo tempore in concilio Conſtantienſi creatus fuit Papa Felix V. Allobrox, antea vocatus Amadeus Dux Sabaudię, contra Eugenium IIII. canonice & legitime electum: qui tamen Felix poſtquam ſedit in ſchiſmate annis 5. abdicauit anno 1449. gratiæ autem Deo agendæ, quòd ab eo anno citra, & ſic per annos 120. Eccleſia Romana vſque ad hæc tempora nullo fuit perturbata ſchiſmate, tametſi etiam ſub Iulio II. ſemina quædam Piſis & Mediolani iacta fuerunt futuri ſchiſmatis, ſed radices nullas egerunt, ideo breui exaruit abſque fructu aliquo humani generis inimici & cum maxima ipſius confuſione.

12 ¶ Perſona † veri & legitimi Papæ ſchiſmatica fieret, ſi nollet communicare cum Eccleſia vti pars illius tanquam homo & vt caput in ſpiritualibus, ſed vellet ipſe dominari vti dominus temporalis.

Item ſi præſumeret excommunicare vniuerſam Eccleſiam.

Item ſi nollet obedire officio Papæ, quod gerit: ſepararet enim eo caſu ſe ipſum ab vnitate capitis, cum tamen ipſe quoad Deum ligetur legibus officii ſui, ita Caieta. in ſumma. Thom. 2. *2. quæſt. 39. artic. primo, in penultima columna, in fin. ver. in eodem articulo dubium occurrit.*

## CAP. LXII.

## *Qui fuerunt notabiles Schismatici inferiores à Papa.*

### SVMMARIVM.

1 *Schisma primum quod fuerit, & quando aliæ in veteri testamento, & nu. 2. vbi æquiparantur pseudoprophetis.*
3 *Armeni, Iacobitæ, & Græci, fuere schismatici.*
4 *Græci in quibus discordes erant à Latinis, vide late.*
5 *Græci non dicuntur hæretici, & quod si laberentur in antiquos errores, essent etiam hæretici.*

1 PRIMVM schisma videtur † suscitasse Core, Dathan, & Abyron contra Aaron sacerdotem legitimum sacrificandi sibi licentiam sumentes, ideo diuinitus percussi statim pœnas luerunt, Num. ca. 16. absorpti enim sunt à terra, vt ibi habetur, *& in cap. denique, 7. quæst. 1.*

2 ¶ A Tribu † quoque Iudæ, & Beniamin decem aliæ Tribus se diuiserunt, & separarunt & relicto Rege suo Roboam filio Dauid alium sibi Regem constituerunt Hieroboam filium Nabath, vt habetur *3. Reg. cap. 12.* quapropter (inquit ibi scriptura) indignatus est Dominus omni semini in Israel, & demoliuit eos, & dedit eos in direptionem, donec abijceret eos à facie sua. quinimo tanta indignatio fuit Domini aduersus hos schismaticos, vt etiam cum homo Dei ad Hieroboam nouum Regem schismaticum missus esset, qui ei peccatum hoc exprobraret atque vltionem futuram prædiceret, panem apud illos edere, & bibere aquam vetaretur, quod cum non obseruasset, inde regrediens à Leone in itinere discerptus est. Cum autē prædicti schismatici Hierosolymis relictis in Samariā recessissent, inter pseudoprophetas, & Gentiles sunt habiti: ideo cū Christus Saluator discipulos in ministeriū salutis mitteret, mandauit eis dicens, in vias gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis, sic schismaticos Samaritanos Gentilibus coæquans, Matth. 10. & hæc omnia etiam habentur *in d. c. denig, 7. q 1.*

3 ¶ Armeni quoque † Iacobitæ, & Græci, schismatici fuerunt, vt per Ioann. de Turrecrem. Card. *in summa de Ecclesia, lib. 4. parte 1. c. 1. circa fi.* quia caput Ecclesiæ Romanæ non recognoscebant, vt ibi dicitur.

Græci autem in octo discordabant à Latinis.

4 Primò † circa Spiritum sanctum, quòd illi dicebant illum à patre procedere; Latini, & à filio, qui tamen in Concilio Florentino concordes hunc canonem confirmarunt, quòd Spiritus sanctus ex patre & filio ab æterno fuit, simulque ex patre & filio essentiam suam habuit, & ab vtroque æternaliter tanquam ab vnico principio & vnica spiratione procedit.

Secundò Græci conficiebant Eucharistiam in pane fermentato, Latini in azymo: conuenerunt autē in eod. Concilio, quod vtroque modo confici posset, secūdum consuetudinem regionum.

Tertiò Græci nullum tenebant esse purgatorii locum, quo pœnis sensibilibus animę cruciatæ purgarentur, sed tantū quòd priuati visione Dei confusione suæ conscientiæ torquerentur. Latini verò putabant animas defunctorum, qui viuentes in charitate Ecclesiæ mortui fuissent, sed perfectam non egissent peccatorum pœnitentiam, sensibilibus pœnis in purgatorio purgari, in quam Latinorum sententiam conuenerunt demum & Græci in eodem Concilio.

Quartò negabant Græci suffragia viuorum prodesse in aliquo animabus defunctorum, cōtrà Latini prodesse omnino asserebant, quam sententiā amplexi sunt & Græci demum in eodem Concilio.

Quintò existimabant Græci defunctorum animas iustorum ante diem iudicii absolutam & propriam non recipere mercedem, sed interim in conuenientibus locis expectare promissam retributionem in die iudicii recipiendam. Latini verò asserebant iustorum animas, quæ vel nil purgandum secum attulerint, vel allatum in purgatorio expurgauerint in cœlo mercedem statim recipere. cōuenerunt autē in eodem Florentino Concilio Græci, Latinorum opinionem sequendam.

Sexto ex præmissis inferebant Græci, iustorum animas ante diem iudicii non posse Deum videre, quod tamen constanter asserebant Latini, in quorum sententiam & Græci deuenerunt in eodem Concilio.

Septimò contendebant Græci morientes in peccato mortali nō statim in infernum trudi, sed interim futurorum tormentorū timore affligi, donec in die iudicii carnem assumpsissent, cum qua in inferno postea perpetuo macerentur: Latini contrà peccatorum animas statim in infernum descēdere, & sempiternis ignibus cruciari secundum peccatorum grauitatem, quæ sententia comprobata fuit à Græcis in ipso Concilio Florentino.

Octauò negabant Græci Romanum Pontificem habere primatum vniuersalis Ecclesiæ, neque principem aut patrem esse cæterorum omnium Episcoporum, solum hoc illi concedentes, vt primum locum inter cæteros omnes patriarchas teneret absque vllo prælationis primatu, cuius contrarium aperte astruebant Latini. conuenerunt denique, vt præualeret Latinorum opinio. quæ omnia collegi ex actis Concilii Florentini habiti anno 1439. sub Eugenio IIII. quæ latius exponit Ioan. de Turrecrem. Cardin. in apparatu super decreto vnionis Græcorum.

5 ¶ Græci autem prædicti † licet in suprascriptis discordarent à Romana Ecclesia, schismatici dici poterāt, non tamen hæretici, cum in articulis fidei in nihilo discreparēt excepto eo articulo, quo non recognoscebāt primatum Romani Pontificis. verum si post conuētionem suprascriptam factam in Concilio Florentino, & decretum ipsius Concilii factum relapsi sunt aliqui in aliquem errorem ex prædictis, in quo prius discordabant, iam non schismatici simplices, sed & hæretici merito dicerentur, cum contrarium sentirent eius quod à Concilio semel eorum patribus assentientibus statutum fuit, quod & tenet Aug. de Ancona *in summa sua de Ecclesiast potestate, quæst. 25. articu. 5.* & quòd olim ante conuentionem factam in dict. Concilio schismatici fuissent, tenet glo. *in clem. 1. in versi. Hebraice. de magistris.* & Innoc. *in cap. 1. de schismat.* & Dec. *in cap. quia diligentia, in primo not. de elect.*

## CAP. LXIII.

## *Atrocitas huius criminis.*

### SVMMARIVM.

1 *Atrocitas hæresis quanta sit, plene vsq; ad fin. cap.*

1 ALienus est, † profanus est, hostis est, habere non potest Deū patrem, qui vniuersalis Ecclesiæ non tenet vnitatem, vt ex Cypriano refertur *in cap. alienus, 24. q. 1.* huius criminis atrocitas ex eo arguitur, ꝙ & in veteri scriptura schismatici odio à Deo habiti & grauiter puniti, vt de Core, Dathan & Abiron schismaticis dicitur, *Nume. cap. 16.* & de Samaritanis, *3. Regum c. 12. vt dixi in præcedenti cap. num. 1. & 2. & habetur in cap. denique, 7. q. 1.* & ideo ex grauitate pœnarum ibi descriptarum arguit grauitatem huius criminis Hieronymus *in cap. non afferamus, 24. q. 1.* nemo enim dubitat (inquit) hoc esse sceleratius admissum, quod est grauius vindicatū, & adeo graue est, vt quamuis sit crimē Ecclesiasticum, à secularibus tamen etiam puniri debet, *c. non vos 23. q. 5. & c. de Liguribus, & c. relegentes, eo. & cap. non afferamus. & c. omnis qui. 24. q. 1. & dicam in seq. capit.* impii quoque & sacrilegi appellantur schismatici *in cap. sicut vos, 23. q. 5.* &

licet

licet hæreſis inſpecto principio grauius ſit crimen ſimplici ſchiſmate, quia hæreticus immediate rebellis eſt Chriſto, ſchiſmaticus vero vnitati Eccleſiæ: attamen quia ſchiſmatici perſeuerant, neceſſario incurrunt in hæreſim, ideo eo caſu videtur grauius hæreſi, cum duo annexa crimina contineat, vt eſt glo. vlt. de hoc *in c. non afferamus, 24. quæſtione 1.* & tametſi textus *in dicto capitulo non afferamus*, videatur inferre ſchiſma grauius eſſe infidelitate & idololatria, quia grauius in veteri teſtamẽto punitum; attamen vere infidelitas grauius peccatum ſchiſmate, ſi per ſe, non ſecundum accidentia conſideretur, quia opponitur immediate Deo, vt per Thom. 2. *2. q. 39. art. 2.* ſed grauius eſt ſchiſma propter ſcandalum: qua ratione in veteri lege atrociori pœna puniti ſunt ſchiſmatici quã idololatræ, vt declarat pul. Tho. in tract *de bono in 2. quæſt. articulo 2. q. 10.* & Ioan. de Turrecrem. Card. *in ſumma de Eccleſia. lib. 4. parte 1. cap. 6.* vbi quòd ſchiſma eſt grauiſſimum omnium peccatorum, quæ in proximum committantur, ideo Aug. contra Epiſtolã Parmeniani inquit, quòd ſacrilegiũ ſchiſmatis omnia ſcelera tranſgreditur. & lib. 4. contra Creſconium refert Cyprianum æquiparantem hoc crimen peccato idololatriæ. & idem in Epiſtola ad Seuerianum contra ſchiſmaticos inquit, quare diuiſores veſtimẽtorum Domini eſſe vultis & tunicã illam incõſutilem charitatis deſuper contextam, quam nec perſecutores eius diuiſerunt, tenere cum toto orbe recuſatis? & Cyprianus in epiſtola de vnitate Eccleſiæ inquit, Quis ſic ſceleratus & perfidus, quis ſic diſcordiæ furore veſanus, vt aut credat ſcindi poſſe, aut audeat ſcindere vnitatem Dei, veſtẽ domini, Eccleſiam Chriſti, cum Saluator doceat, erit vnum ouile & vnus paſtor. Hinc Auguſtinus lib. 3. de verbis Domini, ſermo. 12. ſcribit, Chriſtus caput Eccleſię eſt, & Eccleſia corpus eius, & in eius corpore vnitas membrorum & compago charitatis tanquam ſanitas exiſtit. quicunque autem in charitate frigeſcit, infirmatur in corpore Chriſti. ſed potens eſt ille, qui iam exaltauit caput noſtrum etiam infirma membra ſanare, dũ tamen non nimia impietate præſcindantur, ſed hæreant corpori donec ſanentur. quidquid enim hæret corpori non deſperatæ ſanitatis eſt, quod autem præſciſſum fuerit, nec curari, nec ſanari poteſt. deſperatæ ergo ſalutis eſt ſchiſmaticus pertinax velut membrum præſciſſum, quod nunquam cohærere poteſt aut reuiuiſcere. & ideo Dominus per os Prophetæ Amos, c. 5. (quod eſt tranſlatum *in c. odi. 24. q. 1.* inquit loquens de ſchiſmaticis: Odi, & proieci feſtiuitates veſtras, & non capiam odorem cœtuum veſtrorum: quòd ſi obtuleritis holocauſtomata & munera mihi, non accipiam, & vota pinguium veſtrorum reſpuam. Hinc etiam Auguſtinus in libro de fide ad Petrum inquit, Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, quemlibet ſchiſmaticũ ſiue hæreticum in nomine patris, & filii, & Spiritus ſancti baptizatum, ſi Eccleſiæ non fuerit aggregatus, quantaſcunque eleemoſynas fecerit, & ſi pro Chriſti nomine etiam ſanguinem fuderit, nullatenus poſſe ſaluari: diabolus enim dicitur eſſe author ſchiſmatis, qui pater eſt diſcordiarum, *c. quotiens, in princ. in 1. quæſt. 7. & in verſic. quòd ſi quod abſit.* & immaniſſimum crimen hoc ideo appellat Auguſtinus *in cap. ſchiſma, ante fin. 24. quæſt. 1. & in c. per tuas, de dona.* ſchiſma appellatur tempeſtas, quòd ſicut tẽpeſtas omnia ſata diſſipat, & ſcindit: ſic & ſchiſma omne bonum Eccleſiæ ſemen deuaſtat, & diſperdit. & Ambroſius *in c. aduocauit, 24. q. 2.* inquit, non putauit Cyprianus fidem eſſe in ſchiſmate: nam & ſi fidem erga Deum tenent ſchiſmatici, tamen erga Dei Eccleſiam non tenent, cuius artus patiuntur diuidi & membra lacerari. etenim cum propter Eccleſiam Chriſtus paſſus ſit, & corpus Chriſti ſit Eccleſia, non videtur ab his exhiberi fides Chriſto, à quibus euacuatur paſſio eius, atque diſtrahitur. & vt dicitur in c. *loquitur, in fin. 24. q. 1.* faciunt hi, vt ſponſa Chriſti, quæ vna eſt ſine macula, & ſine ruga, hortus concluſus, fons ſignatus, & puteus aquę viuę, incorrupta & pudica vnam domum noſcens vnius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodiens duos habeat viros & fœdo adulterio polluat, vt etiam habetur *in cap. quoniam vetuſto, & in cap. omnibus. 24. quæſt. 1.* Monſtrum enim dici poteſt Eccleſia tempore ſchiſmatis, ſi duo habeat capita. *cap. per venerabilem, qui fil. ſint legiti. cap. in pleriſq;, de offic. ordinar.* & ſchiſmatici prædictores Dei ſunt, cum ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte commaculant. Charitatẽ enim produnt, & Deus charitas eſt, *capit. abijt. 11. quæſt. 3. cap. de Liguribus, 23. quæſt. 5.* vbi quod corpus Chriſti hoc eſt ſanctam Eccleſiam catholicam lacerant, & ideo Paul. 1. ad Corinth. 12. inquit, non ſit ſchiſma in corpore, obſecro vos fratres per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & eadem ſciẽtia. Antichriſtus etiam vocatur ſchiſmaticus, in c. in nomine Domini, quod eſt ſecundum, diſt. 23.

## CAP. LXIIII.

## *Iudices qui.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudices ſchiſmaticorum qui ſint, & duorum Pontificum contendentium, nu. 2. 3.*

4 *Reſeruata Papæ in partibus iudices ordinarij exercere poſſunt tempore ſchiſmatis.*

1 REGVLÆ patrum † hoc ſpecialiter conſtituerunt, vt ſi cui Eccleſiaſtici officii perſonæ ſubiectus reſtiterit, vel ſeorſum collegerit, aut aliud altare erexerit, ſeu ſchiſma fecerit, iſte excommunicetur atque damnetur à iudice Eccleſiaſtico: quòd ſi forte & hoc contempſerit, & permanſerit diuiſiones & ſchiſma faciendo, per poteſtates laicas opprimatur, vt docet Aug. *in c. de Liguribus, 23. quæſt. 5.* & præterea dicitur *in c. non vos, e. eau & quæſt.* quod malum eſt ſchiſma etiã per exteras poteſtates ſchiſmaticos opprimi homines, & canonicæ ſcripturæ authoritas & paternarum regularum veritas nos docet, & paulo poſt ex Concilio Calcedonenſe referuntur hæc verba: Qui à communione ſe ipſum ſuſpendit, & collectam facit, & altare conſtituit, & noluit vocanti Epiſcopo conſentire & acquieſcere, neq; obedire prius, & ſecundo vocanti, hunc omnino damnari, neque vnquam vel orationẽ mereri, nec recipere eum poſſe honorem. ſi enim permanſerit turbas faciens & ſeditiones Eccleſiæ per exteram poteſtatem tanquam ſeditioſum comprimi: hoc enim & diuinæ & humanæ leges ſtatuerunt, vt ab Eccleſiæ vnitate diuiſi, & eius pacem iniquiſſime perturbantes à ſecularibus etiam poteſtatibus comprimantur, *capit. quali, nos ea etiam cau. & quæſt. & etiam in cap princeps. & idem colligitur ex cap. non afferamus. & c omnis qui. 24. quæſt. 1. & gloſſ. 1. in cap. tua, il primo, de decim.* conſtat ergo ex prædictis ſeculares etiam iudices poſſe ſchiſmaticos coercere, quod intellige, ſi vel Eccleſiaſtici negligant, vel non poſſint vt in præall. iur. & præmiſſa probantur ratione, nam ſchiſmaticus in duobus peccat: primo, quia ſeparat ſe ab vnione membrorum Eccleſiæ, & quoad hoc conueniens eſt eorum pœna, vt ab Eccleſiaſtico iudice per excommunicationem præſcindantur, iuxta illud Numer. 16. Recedite à tabernaculis impiorum hominum, Dathan & Abiron, qui ſchiſma fecerunt, & nolite tangere ea, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini peccatis eorum, *cap. didicimus. 24. quæſt. 1.* Item peccant in alio, quia ſubdi recuſant capiti Eccleſiæ, & ideo quia coerceri ſe non patiuntur per ſpiritualem poteſtatem Eccleſiæ; iuſtum eſt, vt temporali poteſtate tãquam validiori coerceantur. *c. dicitur. 23. q. 5.*

2 ¶ Neq; mirentur † ſchiſmatici, quòd à ſecularib. etiam poteſtatibus cogantur vnire ſe eccleſiæ, quia Deus magiſtratus concitat, ſicut cõcitauit, vt à Sara verberaretur

retur Agar, vt cognoſceret ſe Agar, & ſupponeret ceruicem, quæ cum humiliata diſcederet à Domina ſua, occurrit ei Angelus, & dixit: quid tibi eſt Agar ancilla Saræ, quæ cũ conqueſta eſſet de Domina. quid audiuit ab Angelo, Reuertere ad Dominam tuam. ad hoc ergo affligitur, vt reuertatur, atque vtinam reuertatur, quia proles eius ſicut proles Iacob cum fratribus hæreditatem tenebit. quod ſi reges, & Principes ſeculares ob hoc tam impium ſcelus non commouerentur, quomodo redderent rationem de imperio ſuo Deo? vt inquit Aug. in c. *quando. 23. q. 4.*

3 ¶ Quando autem † duo contendunt de papatu, vnus non poteſt eſſe iudex alterius, cum alter alterum non teneatur recognoſcere in ſuperiorem, præſuppoſito quod abſque vlla conſcientiæ læſione probabiliter credant ſe canonicè electos, vt dixi etiam ſ. hoc lib. *cap. 61. num. 10. ſed concilium erit iudex inter eos, c. ſi duo. 79. diſt. vbi gloſſ. etiam hoc tenet,* & late comprobat Cardin. *conſilio 150. quæſitum ſæpe fuit, in primo dub. ſequitur Abb. in cap. quia diligentia, vbi Dec. 1. not. in fin. de elect. & Andr. Sicul. in cap. quod tranſlationem, in 32. colum. de offic. leg. & Archiep. Antoni. in ſumma ſua, in ſecunda parte, tit. 3. cap. 11. ver. ſed quid cum duo. & in tertia parte titul. 24. ver. de conciliis, circa fin. & Cardin. Iacobati. de Conci. lib. 3. artic. 1. ver. & iſtam opinionem, & eſt mihi pag. 126. colum. 2. in fin.* conuocabitur autem Concilium hoc modo, quia ambo conuocabunt partes ſibi adhærentes, quæ vnite poſtea decident, vel ſi ipſi contendentes recuſarent congregare, Cardinales id facient, vt per Iacoba. *in d. art. 1. pag. 175. cum trib. ſeq.*

4 ¶ Reſeruata autem † Papæ exercebũt tempore ſchiſmatis ordinarii iudices in partibus, vt tenet, & pluribus comprobat Petr. de Ancha. *conſil. 409. colum. 3. ver. vlterius etiam probabiliter dici poteſt, & incipit illud conſilium, viſo & diligenter inſpecto. refert, & ſequitur Præpoſ. Alexandri. in c. per venerabilem, §. quod autem. extra qui fil. ſint leg.* vel etiam Cardinales ea exercebunt, ſi fuerint vniti, vt per Iac. de Concil. *lib. 4. art. 3. pag. 208. col. 1. in fi. in ver. accedit.*

## CAP. LXV.

## *De Fautoribus & ſequacibus ſchiſmaticorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Schiſmaticorum fautores ſcienter, puniendi ſunt, & quando, nume. 2.*
3 *Duobus contendentibus de Papatu, quilibet ſuo adhæreat, non autem ambobus obediat, dum contenditur; quia eſſet hæreticus, & num. 4.*
5 *Schiſmaticis conſentientes, & ſequaces, qua pœna puniantur, num ſeq.*

1 FAVTORES etiam & qui ſchiſmaticos ſequuntur, & eis auxilium, & conſilium præſtant, puniri debent, ſi ſcienter id faciant, *cap. 1. de ſchiſmat. in 6. c. didicimus, in fin. 24. q. 1. cap. in nomine domini, quod eſt ſecundum, 23. diſt.* nam & Num. 16. conſentiẽtes, & fautores Core, Dathan, & Abyron igne conſumpti ſunt, quod & perpendit Aug. in epiſtola ad Emeritum.

2 ¶ Quod intellige, † ſi faueant ſchiſmatico notorio contra verum Papam, adeo quòd nullam poſſent probabilem cauſam ignorantiæ, vel dubitationis prætendere, *cap. ſchiſma. 24. q. 1.* idem ſi forent in ignorantia affectata vel craſſa, quam non curarẽt excutere ſupina negligentia detenti, *cap. quotiens. 1. quæſt. 7. cap. innotuit, de elect. leg. regula. ff. de iur. & fac. igno. & probatur in dicto capitulo ſchiſma. 24. quæſtione 1. & in capitulo relegentur, 23. quæſtione quinta.*

3 ¶ Et aduertendum, † quòd contendentibus duobus de Papatu, neceſſe eſt, quòd quilibet adhæreat alteri parti, quam ſecundum ipſius conſcientiam putat eſſe canonicè electam, neque excuſaretur; ſi dum eſt in territorio poſſeſſo per alterum, illi tunc obediat, & dum eſt in territorio per alterum poſſeſſo illi alteri obediat, quia hoc modo eſſet etiam hæreticus, quia teneret duo capita contra articulum fidei & vnam ſanctam catholicam Eccleſiam. ita Antoni. in ſumma in ſecunda parte, tit. 2. cap. 9. ver. tertium documentum, cui & ego aſſentior, licet referat aliquos contrarium tenuiſſe, argumento cap. illa. 12. diſt. vbi refertur illud: Cum fueris Romæ, Romano viuito more. ſed facilis eſt reſponſio, quia illud procedit, quando ſalua fide id fieri poteſt, quod in caſu noſtro eſſe non poteſt, vt dixi.

4 ¶ Reliqua in materia † fautorum & adhærentium & auxilium præſtantium vide, quæ dicta ſunt in præcedenti tractatu de hæreſi. capit. decimoquinto, quia ea ferè omnia inſeruiunt etiam huic materiæ, cum non multum inter ſe diſtet hæreſis & ſchiſma, vt ſupra dixi.

5 Schiſmaticis † conſentiens priuatur communione, quia communio vnitatem præſupponit, ſchiſmaticus autem dicitur ſeparatus, ergo qui cum ſchiſmaticis communicat, vnitati non communicat. *capitu. ſchiſma 24. quæſt. 1.*

Et quòd tales † fautores, ſequaces, & defenſores pari pœna puniantur cum ipſis ſchiſmaticis, *text. eſt in cap. in nomine Domini, diſtinct. 23.*

## CAP. LXVI.

## *Excuſari quomodo poſſit Schiſma vel non.*

### SVMMARIVM.

1 *Pontifices duo legitimo errore ducti contendentes excuſantur: quod ſi impedirent deciſionem controuerſiæ, vel nõ procurarẽt, non excuſantur etiam ſi eundem Chriſtum colant, & articulos credant, nu. 2.*
3 *Subtilitas magis quàm ignorantia excuſat à ſchiſmate.*
4 *Timor non excuſat à ſchiſmate, nec multitudo recedentium, & ſequent.*
6 *Schiſmaticus relapſus recipitur ab eccleſia.*
7 *Schiſma notorium incurrens non miniſtrat ſine diſpenſatione.*
8 *Ab Epiſcopo recedentes non dicuntur ſchiſmatici, niſi altare contra ipſum erigant.*
9 *Pontifices contendentes in his in quib. ſunt variæ magnorum virorum opiniones, excuſantur.*

1 EXCVSANTVR duo Pontifices, qui contendunt de Papatu, ſi iuſto ducti errore putant ſe canonicè electos, & ideo iura ſua tuentur, argumen. eorum quæ not. Bartol. *in l. ſi. ff. de adult.* de eo, qui ducit vxorem alterius putans legitimè repudiatam, *& not. etiam in l. 1. §. cæterum, de ventre inſpi.* ſed notandum, quod ſi ambo diutius in tali ſchiſmate perſeuerarent, neque vnquam procurarent legitimis mediis decidi quæſtionem, vter fuerit canonicè inſtitutus, vel talem deciſionem impedirent, ſed ſeditionibus, & armis perturbarent pacem eccleſię, ex hoc cenſerentur veri ſchiſmatici, licet vterque ex conſcientia ſua putaret ſe canonicè electum. Papa enim præ cæteris debet inuigilare ſaluti eccleſiæ, *capit. loquitur, 24. quæſt. 1. & capitul. officij, & capit. memor. ea. cau. & quæſtio.* præſertim ſi moniti à Principibus neque cedere neque Concilium congregare vellent, iuxta not. *in capit. ſi Papa, 40. diſtinct. & in capit. nemo, 8. quæſtio. 3.* nam licet iuſta cauſa litigandi eos excuſet, vt litigando ſchiſmatici non cenſeantur, non excuſantur tamen, quin viam vnionis quærere, & ingredi teneantur: nam Chriſtus non habitat in cordibus eorum, qui ſuperbe ſingularitatem ſequuti à corporis Chriſti compage ſemetipſos abrumpunt, *cap. audiuimus, 24. quæſtio. 1.* & qui coniunctionem pacis & vnionem ſpiritus non obſer-

uat,

uat, se ab Ecclesiæ vinculo separat, & Christiani nomen habere non meretur, *cap. Nouatianus, 7. quæst. 1.* & qui potest scandalo, & errori occurrere, & non occurrit, ipse crimen committere videtur, fouere & nutrire, *c. error, & c. consentire, 83. dist.*

2 ¶ Non tamen excusantur † schismatici, quod eundem Deum & Christum colant, eosdemq; fidei articulos & credant, & obseruent: nam & Core, Dathan, & Abiron cum Sacerdote Aaron, & Mose eundē Deum colebant pari lege, & religione viuentes, & tamen quia contra Aaron legitimum Sacerdotem insurrexerunt, & sacrificandi licentiam sibi schismatice vendicarunt, imo statim Dei nutu à terra absorpti pœnas schismatis dederunt, *Num. 16. & c. deniq;, §. quia verò eundem, 7. q. 1. & c. didicimus, ver. quòd verò eundem, 24. q. 1.*

3 ¶ Magis excusandi † qui propter subtilitatem aliquā separantur, quam qui propter simplicitatem. falsa enim subtilitas illos cogit, ad errorem, in quem non cadunt voluntariè, sed inuiti. hos autem decipit ignorantia voluntaria, quæ magis reprobatur. *gl. in c. schisma, in ver. magis est, 24. q. 1.* dicitur enim per Aug. *in d. c. schisma,* ꝙ non excusantur ob ignorantiam & simplicitatem, quinimo id ipsum magis est, propter quod schismatici sunt, quia non eos diuersa sentiendi iudicium, sed quædam apud se delata sibi sibi tamen incognita metuentes, & contra Apostolicam sedem temere credentes pessima diuisit opinio.

4 ¶ Neq; etiam vllus excusatur, † qui discedit à capite ignorantia vel timore. *c. si decreta. 20. dist. c. qui & humanis 12. q. 2. c. quod dicit, 16. dist.*

5 ¶ Pariter neque quisquam à † Papa recedens, excusatur propter multitudirem magnam recedentiū: nam etiam si totus mundus discederet, non tamen quisquam excusaretur, *c. multi, in fi. 2. q. 2.* ibi non minus ardebunt, qui eum multis ardebunt, & tradit etiam Iacoba. de Concil. *lib. 7. art. 1 pag. 418. col. 2. in med.*

6 ¶ Licet hæreticus relapsus † non recipiatur ab Ecclesia, *vt dictum fuit supra de relapsis cap. 56.* schismaticus tamen semper rediens ad vnitatem recipitur, si scādalum Ecclesiæ immineat, Iacoba. de concil. *lib. 7. art. 4.*

7 ¶ Qui tamen semel iccidit † in notorium schisma nō excusabitur, si dicat se paratum abiurare, quia non poterit administrare nisi cum eo prius dispensetur: licet enim restituantur ad communionem, non tamen restituuntur ad honores sine dispensatione, vt per Iacoba. de concil. *lib. 7. art. 4. col. 2. in fin.* licet enim schismaticus reuertatur ad Ecclesiam, & eligatur in Episcopum, electio non tenebit, sed per dispensationem poterit confirmari, *c. quia diligentia, vbi Scriben. de elect.*

8 ¶ Et notandum, quòd † licet aliqui se separent à proprio Episcopo, modò contra eum altare non erigant, non tamen ideo erūt ipso iure suspensi, sed suspendendi, Inno. Host. & alii *in c. 1. de schism.*

9 ¶ In dubiis etiam duobus † contendentibus de Papatu, si sint vtrinq; opiniones magnorum virorum excusabuntur, qui alteri adhærent, modo non ex affectu mundi, & carnis moueantur, sed pura conscientia, qua putant illum, cui adhærent verum Papam, & præsertim si videret quis eius prælatū ordinariū adhærere, ille cui & ipse adhæret, vt per Anto, *in 2. parte summæ, ti. 3. c. 11. §. 9.*

## CAP. LXVII.

## *de Pœnis schismatis.*

### SVMMARIVM.

1 *Pœnis eisdem quibus hæretici, puniuntur schismatici, & quibus.*
*Item qui à Romana Ecclesia, & qui ab Episcopis suis se separant, nu. 2. 3. 4. & 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. vsq; 20.*

11 *Schismaticus characterem retinet non autem iurisdictionem potestatem.*

21 *Imperatores, Reges, & alij Principes schismatici à Papa deponuntur.*

1 EISDEM videntur † schismatici pœnis subiici, quibus subiiciuntur hæretici. *c. si quis inquit, §. fi. 1. q. 1.*

2 ¶ Si quis per seditionem aut † præsumptionem aut quolibet ingenio electus aut ordinatus, aut intronizatus fuerit, authoritate diuina, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli perpetuò anathemate cum suis authoribus & fautorib. & sequacibus à liminibus sanctę Dei Ecclesię separatus abijciatur sicut Antichristus, & inuasor, & destructor totius Christianitatis, nec aliqua, super hoc ei audientia reseruetur, sed ab omni Ecclesiastico gradu in quncunque fuerat prius sine retractatione deponatur, cui quisquis adhęserit, vel qualemcunq; tanquam Pontifici reuerentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumpserit, pari sententia sit mancipatur, quòd si quis audax prædictorum temerator fuerit & Romanam Ecclesiam sua præsumptione confundere & pertur cōtra canonicæ electionis statuta tentauerit, perpetuo anathemate atq; excommunicatione damnetur, & cum impiis, qui resurgent in iudicio, reputetur: omnipotentis iram contra se sentiat & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, quorū Ecclesiā præsumit confundere, in hac vita & futura furorem sentiat, fiat habitatio eius deserta & in tabernaculis suis nō sit, qui inhabitet, fiant filii eius orphani & vxor eius vidua, commotus commoueatur ipse, & filii eius mendicent, & eiiciātur de habitationibus suis. scrutetur etiam fenerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius orbis terrarum pugndt cōtra eum, & cuncta elementa sint ei contra & omnium Sanctorum quiescentium merita illū confundant, & in hac vita super eum apertam vindictam eorum ostendit. Hæ sunt pœnæ & imprecationes, in schismaticos ex 6. synodo sumptæ, & de quib. *in c. in nomine domini, quod est secundum, dist. 23.* & licet videātur prolatæ in eos qui formam electionis summi Pontificis non seruant, ramē in schismaticos optime omnia conueniunt, quia & illi, qui formā non seruant electionis, schismatici sunt.

3 ¶ Schismatici cōtra Rom. † Ecclesiam ipso iure sunt excommunicati, si ab ipse se separant, alii verò excommunicandi sunt, licet ipso iure sit suspensi, vt per Anto. de But. *in c. 1 de schisma.* sequitur Franc. de Platea in tract. *de excommunic. §. 27. nu. 25.*

4 ¶ Et qui à propriis Episcopis † tantū se separant non erigentes alteria cōtra eos, non sunt suspensi ipso iure, sed suspendendi, vt per Inno. Host. & alios *in cap. primo, de schismat.*

5 Regulæ patrum hoc † specialiter aonstituerunt, vt si qs prælato, cui subiectus est, restiterit, vel seorsum collegerit, aut aliud altare erexerit, seu schisma fecerit, iste excōmunicetur, atq; damnetur: ꝙ si forte & hoc contempserit & permanserit diuisiones, & schisma faciendo per potestates publicas opprimatur, *c. de Liguribus, 23. q 5.* vbi paulo infra dicitur, mille alia exempla & constitutiones sunt, quibus euidenter agnoscitur, vt faciēres scissuras in sancta ecclesia nō solum exiliis, sed etiā proscriptione rerum & dura custodia per publicas potestates debeant coerceri.

6 ¶ Et in c. *non vos,* † *23. q. 5.* ex Concilio Chalcedonensi dicitur schismaticos damnandos esse, nec vnquam vel orationes mereri nec recipere eum posse honorem. si enim permanserit turbas faciens, & seditiones. Ecclesiæ, per exteram potestatem tanquam seditiosum comprimi.

7 Pœna etiam corporalis † indici potest, nam & in sacra Scriptura habetur, *Regum 3. cap. & refertur in c. deniq;, 7. q. 1. quod 10.* Tribus Israel quæ defecerūt, & schissæ sunt à Tribu Iuda & Beniamin nouum regē siei constituentes iram Dei meruerunt, & deperditæ fuerunt, & Christus mittens Apostolos ad prædicandū Euangeliū prohibuit eis, ne ad Samaritanos accederent, qui erāt ex d.

decem

decem Tribubus, sic & Core, Datham & Abiron schismatici à terra absorpti sunt, Num. 16. quin & thuribula, quibus incensum obtulerant, iussu Dei conflata sunt vti profana, *d. cap. denique. §. quia verò.* & ideo contra hos potest indici & prædicari crux, & armis repelli debent, *argumen. cap. hortatu, & cap. vt pridem 23. quæst. 7.* & in specie hoc tenet Alb. de Rosa. *in l iubemus nulli. num. 5. C. de sacros. eccles.* & Hostien. *in summa de voto. §. vlt.*

8 ¶ Priuantur † quacunque administratione & iurisdictione Ecclesiastica, ideo ordinationes ab eis factæ irritæ sunt, *c. 1. de schism.* sic & qui dignitates Ecclesiasticas & beneficia ab eis impetrarunt, carere debẽt impetratis, *vt ibi habetur.* fallit tamẽ, nisi cum eo fuisset dispensatum per habentẽ potestatem, *c. si. eod. tit. de schism.* Item fallit, nisi ordinatus verè fuisset ignarus, ordinantẽ fuisse schismaticum, *vt tradit gl. in d. c. 1. in ver. irritas, per c. ordinationes, 9. q. 1. & c. si quis à simoniacis, 1. q. 1.* nam tunc dispensaretur cum eo, vt probatur *in c. vlt. eod. tit. vbi glo. vlt.* quod solus Papa dispensabit cum eo, intellige tamen si sciebat ordinatus ordinantem esse schismaticum, aliàs si ignorabat, quilibet discretus prælatus dispensare poterit, *c. 1. de eo qui ab hæret. ordin.* ad prælaturam autem promotus à schismatico, poterit à solo Papa dispẽsari, vt habetur *in d. c. quia diligentia, de elect. vbi Hostien.* neque credetur ei de dispensatione, nisi ea ostendatur, *c. 2. de schism.* vbi etiam quod ipse schismaticus, qui ordinauit, si postea conuertatur, & recipiatur in ordine suo, non poterit dispensare ordinatum à se ipso, dum erat schismaticus.

9 ¶ Excommunicare † aut deponere non potest, *c. 1. c. audiuimus, cũ plur. seq. 24. q. 1.* vacare enim Ecclesia dicitur, quæ habet pastorem schismaticum *glo. in c. 1. in ver. firmitate, in prin. de schism. adducit c. 1. de schism.*

10 ¶ Quinimo etiam si reuertantur † ad vnionem, non poterunt eligi in episcopos, licet si eligantur, poterunt per dispensationem confirmari. *c. quia diligentia, de elect. c. nos consuetudinem. 11. dist. c. conuenientib. 1 q. 7. cum seq.* neque excusabitur, ꝙ sit paratus abiurare, quia postquã semel incidit in notorium schisma, non potest amplius administrare sacramenta etiã reuersus, sine dispensatione, *c. dilectus, & c. si. de temp ord.* & tenet Iacob. de Concil. *lib. 7. artic. 4. col. 2. vers sic ergo, est pag. 448. col. 2.*

11 ¶ Schismaticus † retinet quidem characterem, ideo in sacramentalibus retinet potestatem, quia in his non excluduntur propter quamcunq; culpam conferentis sacramẽtum: potestas autem iurisdictionis, quæ ex simplici inunctione hominis cõfertur, nõ est immutabilis, sicut character, ideo schismaticus nõ potest absoluere, neq; excommunicare, *vt dictum est,* neque indulgentias concedere potest, ita Thom. *2. 2. q. 39. arti. 3. in responsio.* & Ioan. de Turrecrem. Card. *in summa de Eccles. lib. 4. parte 1. c. 7.* vbi quod apud schismaticos vera sunt sacramenta, modo in forma Ecclesiæ dẽtur, siue dispensentur, & ibi respondet aliquib. contrariis dicens, quòd illa loquuntur quoad effectum, & ordinationes quoq; factę à schismatico in forma Ecclesiæ cõferunt quidem characterem, sed suspensum, quousq; per habentem potestatem dispensetur, *c. 1. & 2 de schism. c. ordinationes, 9 q. 1. & habetur in c. pudenda. 24. q. 1.* quia sacramẽta schismaticorum non habent virtutis efficaciam, *c. porro. §. caterum. 32. dist.*

12 ¶ Suspensi sunt † ipso iure ab omni actu iurisdictionali. *c. audiuimus, §. sin autem. & c. didicimus, 24. q 3. & c. denique. 7. q. 1.* & ideo regulariter non poterit schismaticus conuocare Concilium, quia conuocatio est citatio & per consequens actus iurisdictionis, *gloss. in §. hinc etiam. 17. distinct. cap. quoniam contrà, de proba. cap. si. de feri.* vt concludit idem Iacoba. tracta. de Concilio, *lib. 3. artic. 1. pagi. 131. colum. 1. in princ.* Item neque poterit interesse Concilio, sicut neque hæreticus, quia cum eis non est cõmunicandum, *c. cum quibus, c. clericis. c. didicimus, 24. q. 3. & cap. denique. 7. q. 1.* fallit tamen quando correcti toto conatu quærerent vnitatem, *vt in cap. maiores, vbi glo. 24. q. 1.* & de ambobus Iacob. in tract. de Concilio, *libro secundo, artic. vltimo. ver. & idem dicerem. pagina 123. columna secunda. c.*

13 ¶ Alienationes † quoq; rerum ecclesiasticarum, per eos factæ irritantur, *c. 1. de schismati. vbi etiam gl.* poterunt tamen acquirere Ecclesiæ & hoc fauore Ecclesiæ, *vt ibi dicit gl. in ver. firmitate, in prin.*

14 ¶ Priuantur etiam bonis † Ecclesiæ, quia qui præter catholicæ Ecclesiæ communionem vsurpant sibi nomen Christianum, nec volunt in pace colere pacis authorem, nihil nomine Ecclesiæ audeant possidere, *cap. quo iure. 8. dist. & probatur de schismaticis, in c. qui contra, 24. q. 1. & in c. de Liguribus, 23. q. 5.* Notandum tamen, quod si plenissimè sint restituti, recuperabunt beneficia & bona in alios translata, & locum in Concilio, vt per Iacoba. in tract. de Concil. *lib. 7. art. 2. per totum.*

15 ¶ Puniuntur † ergo his omnibus pœnis. primo excommunicantur, *c. 2. de schism c. de Liguribus, 23. q. 5.* Inn. *in c. 1. de sent. excommuni.* vbi videtur tenere, quod ipso iure sunt excommunicati, intellige quoad forum conscientiæ, vel si immediate contra Ecclesiam Romanam, *vt dictum fuit etiam supra.*

16 ¶ Item cum sint excommunicati, † cum eis communicandum non est, iuxta illud Num. 16. recedite à tabernaculis impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini peccatis eorum.

17 ¶ Item priuantur † omni iurisdictione Ecclesiæ, honoribus, beneficiis, & bonis eius, vt supra dictum fuit, quia qui nec vnitatem spiritus, nec conuentionis pacem obseruat, & se ab Ecclesiæ vinculo & sacerdotum collegio separat, nec episcopi potestatẽ habere potest nec honorem, *c. Nouatianus, 7. q. 1.* & ideo deponuntur, *c. in nomine Domini. 23. dist.*

18 ¶ Item puniuntur † pœna pecuniaria, exilio & bonis ablatis, & honorum priuatione, atque infames efficiuntur, text. & gl. *in c. si vos contra. 23. q. 5.*

19 ¶ Item si pertinaces † sint, neq; resipiscant, tradũtur brachio seculari puniendi, *c. de Liguribus, & c. non vos. 23 q. 5. cum multis concor. de quibus supra, c. 64. dum tractaui de iudicibus huius criminis.*

20 ¶ Sunt etiam extra ecclesiam, † & ideo in ea nil habent iuris, aut potestatis, *cap. dicamus, 24. q. 1.* neque enim habere possunt charitatem, fidem, aut iustitiam, *c. vbi sanct, ea. cau. & q.* & ideo licet in principio florere videantur, cito tamen deficientes incrementum habere non possunt, *c. Nouatianus, 7. q. 1.* & hoc quia Spiritũ sanctum non habent, *c. didicimus, in fi. & c. schisma. 24. q. 1.*

21 ¶ Quinimo & Imperatores, † Reges, & Principes schismatici contra ecclesiam Romanam deponi debẽt, & deponentur à Papa, vt Innocentius tertius, qui Otthoni quarto, à se ipso coronato, de Pontifice & ecclesia Romana male merito & schismatico, Regnum abstulit atq; Imperium.

22 ¶ Sic & Honorius tertius, Federicum secundum, Diuina atque Ecclesiastica instituta peruertentẽ & ab Ecclesia recedẽtem, excommunicatum primo, Imperiali mox dignitate priuauit. Sic & Innocentius quartus, Federicum tertium ipsi Pontifici insidiantem & obedientiam denegantem, Siciliæ Apuliæq; Regno & Imperio etiam exauthorauit. Item Ioannes vigesimus secundus, Ludouicũ, Bauariæ ducẽ, Ecclesię rebellem ac schismaticum declarauit, & Regno priuauit. Itẽ & Bonifacius octauus, Philippo Gallorũ Regnum, & Petro & Iacobo à Columna Cardinali b. Cardineam dignitatem abstulit, vt hæc omnia in vitis præfatorum habentur.

## CAP. LXVIII.

## *de Sententiis, abiuratione, & restitutione schismat.*

### SVMMARIVM.

1 *Petrus, & Ioannes Cardinales Cardinalatu priuati, ac bonis ob schisma.*

2 *Abiu-*

2 *Abiuratio ſchiſmaticorum in ſcriptis, & publicè, & perſonaliter fienda eſt, nec aliàs recipiuntur ad vnionem eccleſiæ, ad quam recipiuntur cum manuum impoſitione, & ſatisfactione, nu. 3.*

4 *Schiſmatici reſtituti, qui & quæ recuperent, & an poſſint amplius promoueri.*

5 *Schiſmatici puniri poſſunt per iud. eccleſiaſticum, & ſæcu. etiam duplici pœna.*

6 *Schiſmatici brachio ſæculari poſſunt ad reuerſionem cogi, ſi non poſſunt eccleſiaſtico.*

1 FORMA ſententiæ, contra duos † Cardinales, Petrum, & Iacobū à Columna, quæ priuauit eos Cardinalatu, & quibuſcunq; honoribus ac etiam bonis, *habetur in c. 1. de ſchiſma. in 6.*

2 ¶ Abiurare autem debent omnino ſchiſmatici reſtituti in ſcriptis publicè, & perſonaliter, neque id poſſunt facere per procuratorem, & copia abiurationis debet mitti ad eccleſias, quas ſcandalizarunt, vt per Abb. *in c. quia diligentia, de elect.* vbi inquit, quòd non debent recipi ad vnionem eccleſiæ niſi prius abiurato ſchiſmate, vt de hæreticis dictum fuit ſupra in ſuo tractatu, *cap. 47.* & habetur *in cap. ſi quivoluerint, 1. q. 7. & in c. ego Berengarius, de conſecra diſt. 2. & in c. ad abolendam de hæret. & in cap. ſuper eo, & capit. accuſatus, eo. tit. in ſexto.* & de abiuratione ſchiſmatici eſt text. *in c. quotiens, 1. q. 7.* & tradit Iacoba. *in tracta. de concilio, lib. 7. artic. 3. per totum.* & de forma abiurationis ſchiſmatici videtur text. *in cap. quotiens, 1. q. 7.*

3 ¶ Cum autem reuertūtur † ad eccleſiam, recipiendi ſunt cum manuū impoſitione, & ſatisfactione, vt Spiritum ſanctum recipiant, quem extra eccleſiam non habent, *c. didicimus, 24. q. 1.*

4 ¶ Reſtituti autem ſi pleniſſimè reſtituantur, recuperabunt beneficia, & bona etiam in alios tranſlata, & honores quoſlibet, & locum in concilio, vt probatur *in §. hinc etiam. 17. diſt.* quod verum eſt præſertim, quando imminet ſcandalum, & quando per hanc reſtitutionem tollitur ſchiſma eccleſiæ, vt per Alexand. ibi. & pul. Auguſt. *epiſto. 50. ad Bonifacium Comitem,* inquit, quod in huiuſmodi cauſis, vbi per graues diſſenſionū ſciſſuras non huius aut illius hominis eſt periculum, ſed populorum ſtrages; detrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt maiorib. malis ſanandis charitas ſincera ſubueniat. Alias autem ceſſante cauſa incidēs ſemel in ſchiſma non poteſt amplius promoueri, *vt in c. nos conſuetudinem, 12. diſt. & c. conuenientib. 1. quæſt. 7. cum ſeq.* & tradit Abb. *in c. cum diligentia. de elect. & dixi ſup. in præce. c.* & hoc etiam tenet Iacob. de Concil. *lib. 7. art. 4.* & aliàs videmus, quod vbi periculum ſchiſmatis imminet, à punitione peccatorum ceſſandum, vt inquit Auguſtinus in libro cōtra epiſtolam Parmeniani, refert Thom. *2. 2. q. 43. art. 7. in prin.*

5 ¶ Et licet poſſint † puniri, & per iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem, *vt dictum fuit ſup. c. 64.* non tamen eſt inconueniens, quod duplici pœna puniantur: quia vt inquit Thom. *2. 2. q. 39. art. 4.* cum pœnæ huius vitæ ſint veluti medicinæ quædam, quando vna non ſufficit ad coercendum hominem à malo, ſuperadditur meritò alia, ſicut & medici in infirmitatibus obſeruant.

6 ¶ Poſſunt etiam cogi, † vt reuertantur, brachio ſæculari, ſi nō poſſunt eccleſiaſtico, neq; dicant non poſſe ſe cogi, adducentes exemplum Chriſti, qui neminem coegit: quia vt inquit Aug. *in c. ſchiſmatici, 23. q. 6.* pro reſponſione habent Paulum Apoſtolum, in quo agnoſcant prius cogentem Chriſtum, poſtea docentē: prius ferientem, poſtea cōſolantem. Mirum eſt autem, quomodo ille, qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit plus omnib. illis laborauit, qui ſolo verbo vocati ſunt in Euangelio, & quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas mittit foras timorem: cur ergo non cogeret eccleſia perditos filios, vt redirent ſi perditi filii coegerunt alios, vt perirent, quamuis & illos, quos non coegerunt, ſed tantummodo ſeduxerunt, ſi per terribiles, & ſalubres leges in eius gremio reuocentur, blandius pia mater amplectitur, & de iſtis multo amplius quàm de illis, quos nūquam perdiderat, gratulatur. An non hoc pertinet ad diligentiam paſtoralem, etiam illas oues, quæ non violenter ereptæ, ſed blandè leniterq; ſeductæ à grege aberrauerant, & ab alienis poſſideri cœperant, inuentas ad ouile Domini vel inuitas reuocare.

## CAP. LXIX.

## *de Remediis ſedandi ſchiſmatis.*

### SVMMARIVM.

1 *Papa cedere debet Antipapæ ob potentiam, ſi eſt certus, quòd Antipapa cedet.*

2 *Remedia plura ad ſedanda ſchiſmata. nume. 2. & vſque ad finem capituli.*

1 SI maximum immineat † ſcandalum eccleſiæ, & Antipapa non poſſit cogi propter potētiſſimos ſequaces, qui eum fouent, debet verus, & Canonicus Papa cedere, ſi certus eſt, quòd & Antipapa cedet, tametſi cogi non poterit, ſed ex zelo charitatis, & boni paſtoris officio id facere debet, cū & paratus eſſe debeat vitam pro ouibus ſuis ponere, hæc per plura comprobat Ioan. de Turrecrem. *in tracta. de eccleſia, in prima parte quarti lib. c. 13.* pluribus autem viis poſſunt ſchiſmata ſedari orta in Sede Apoſtolica.

2 ¶ Prima eſt, vt contendentes † de Papatu ſtent iudicio Principum, vter eorum ſit magis canonicè electus, vt in quarto ſchiſmate factum fuit inter Bonifacium primum, & Eladium preſbyterum, quod facient Principes ſeculares non vti iudices, ſed vti protectores pacis, & patroni eccleſiæ.

3 ¶ Secunda, quòd Concilium † cōgregatum iudicet, vt fuit factum inter Damaſum primum, & Vrſinum in tertio ſchiſmate. Item & poſtea inter eundem Symmachum, & Laurentium: tametſi hæc nō fuerunt concilia generalia, ſed prouincialia tantum, & probatur *in cap. ſi duo, 76. diſt. in prima gloſſ.* nam cum ibi dicatur, quòd ille erit Papa, quem iudicium, & vniuerſitatis conſenſus elegerit, nomine vniuerſitatis debet intelligi tota eccleſia, quam concilium repræſentat, & probatur etiam ex dictis Archid. & Io. And. *in c. in fidei, de hære. in 6.*

4 Tertia via eſt, vt † per contēdentes fiat compromiſſum in arbitros, & arbitratores clericos ſiue laicos, qui iudicare debeant, vter iuſtius ſit electus, qua via ſopitū fuit ſchiſma quintū prædictum ortum inter Symmachum, & Laurentiū, qui cōpromiſerunt in Theoricum Regem. ſi enim Papa poteſt renunciare, *c. 1. de renun. in 6.* ergo multo magis cōpromittere, præſertim cū alterum ex eis eſſe verum Pontificem pendeat ab electione, & forma eius, quæ eſt de iure poſitiuo, ideo nimirum ſi illi renunciari poteſt, & compromiſſum fieri, quanquam maxima poſſet oriri difficultas, ſi collegium Cardinalium, ad quos ſpectat electio, reclamaret.

5 Quarta via eſſe poteſt per nouam electionem, vt ſcilicet alter contēdentium, qui plura reportauerit vota, remaneat in Sede verus Pontifex, vel etiam quòd ambobus cedentibus tertius eligatur per vtrumque collegium Cardinalium vtriuſque ſcilicet obedientię, vt habetur in c. *ſi duo fortè, 79. diſt.*

6 † Quinta via vt depoſitis, vel eiectis omnibus contendentibus alius eligatur, vt per glo. *in c. ſi fortè, 63. diſt.* & hac via ſopitum fuit ſchiſma octauum inter Leonem quintum, & Chriſtophorum, & etiam duodecimum, inter Benedictum nonum, & alios tres contendentes, quod fuit ſopitum per Concilium Conſtantienſe, per quod depoſitis cæteris electus fuit Martinus quintus.

7 ¶ Sexta via, quòd ex contendentibus alter alteri cedat, vt ſopitum fuit decimum tertium ſchiſma, in quo Benedictus decimus ceſſit Nicolao ſecundo, & deci-

mumquartum ſchiſma in quo Cædulus ceſſit Alexandro, & vigeſimumſecundum, in quo Felix, aliàs Amadeus Dux Sabaudiæ ceſſit Nicolao V.

8 ¶ Septima via armorum, † & coactio adhibita cõtra intruſos, quando de intruſo certitudo habetur, & hac via ſublatum fuit ſchiſma ſeptimũ inter Eugenium ſecundum, & eius aduerſarium. Item octauum inter Leonem quintum, & Chriſtophorum. Item decimum inter Leonem octauum, & Benedictũ quintum. & quòd poſſit cogi cedere, probatur arg. *c. niſi. §. propter malitiam, de renun.* vbi Inno. & gloſſ. vlt. *in c. ſcias, 7. q. 1.* & glo. etiam vlt. *in c. epiſcopus. de loca.* & vtrobique per Scrib. & per Archid. *in cap. 1. 58. diſt.* & per Hoſtien. *in cap. quæſitum. de rerum permu.*

9 ¶ Octaua via reconciliationis cum Imperatoribus, ſiue Principibus, quorum fauore ſchiſma fouetur, vt fuit ſopitum ſchiſma decimumquartum inter Alexandrum ſecundum, & Cædulum, & ſchiſma 19. inter Alexandrum tertium, & alios 4. Antipapas.

10 ¶ Nona via mors alterius contendentis cum ſuſceptione alterius, qua via ſopitum fuit ſchiſma inter Siluerium, & Vigilium, Siluerio in exilio pro Chriſti fide mortuo. Item ſecundum inter Fælicem, & Liberium.

10 ¶ Decima via, per capturam intruſi, vt fuit ſopitum ſchiſma inter Caliſtum ſecundũ, & Bordinum, & ſchiſma vigeſimum inter Ioannem vigeſimumſecundum, & Petrum de Corberio.

12 ¶ Vndecima via, qua Principes perſuaſionibus inducant intruſum, vt cedat, qua via ſopitum fuit ſchiſma vigeſimum ſecundum inter Eugenium, & Fælicem, qui primo Amadeus dictus Dux Sabaudiæ, & perſuaſionibus Regum Galliæ, & Angliæ ceſſit.

13 ¶ Duodecima via poſſet eſſe ſortis, quando ſcilicet maxima foret dubitatio, vter magis canonicè electus, & & talis dubitatio eſſet etiam inter peritos, neque aliter poſſet decidi aut ſopiri tale ſchiſma, & immineret maximum ſcandalum: quanquam enim ſortes, ſic indiſcretæ ductæ prohibeantur Chriſtianis, attamen cum cauſa nõ prohibentur: nam & Matthæus ſorte fuit electus, vt habetur *Actu 1. & in cap. cleros. 21. diſt. & in c. 1. 26. q. 2.* vbi optime Ioan. de Turrecrem. & declarat gloſ. *in c. vlt.* vbi omnes, de ſortilegiis.

## CAP. LXX.

## *Apoſtaſia quid.*

### SVMMARIVM.

*1 Apoſtaſia quid ſit, & vnde dicatur, & num. 2.*
*3 Apoſtaſia non eſt diuerſa ſpecies ab hæreſi.*

1 APOSTATES Græcè, Latinè Apoſtata dicebatur miles, qui ab Imperatore ſuo ad hoſtem deficiebat. hinc apoſtaſia dicitur defectio ſeu deſertio profeſſionis, & ideo omnis deſertor profeſſionis, quam fecit, dicitur apoſtata. hinc merito veteres Chriſtiani eos, qui ab Euangelica fide, quam ſemel profeſſi fuerant, ad Paganiſmum, aut Iudaiſmum defeciſſent, infami vocabulo apoſtatas nominabant, quòd ſcilicet ab Imperatore Chriſto, cui ſemel nomen dederant ad Sathanam, quem in lauacro baptiſmi ſacroſancti abiurauerãt, deſciuiſſent, hinc & verbum, apoſtato, tas, quod ſignificat deficio, defero.

¶ Auguſtinus autem *in c. non obſeruetis 26. q. vltima*, exponit hanc vocem apoſtata, id eſt, retro ſtans, quam expoſitionem ſequitur glo. *in c. 1. in glo. 1. de apoſta. & glo. in c. placuit in §. apoſtatæ. 50. di. & in c. quidam. de apoſta. & in c. beatus, 3. q. 4. & in c pennatæ, de pœni. diſt. 2. & in c. magnæ, de voto, & in l. fi. C. de ſumma Tri. & fi. Cathol.*

¶ Apoſtaticus etiam dicitur ſicut & apoſtata, *vt in c. 1. in 79. diſtinct. & in c. ſi quis pecunia, ea. cau. & q. & in c. non obſeruetis, 26 q. 7.*

2 ¶ Apoſtaſia † autem ſic commode definiri poterit, quod ſit temerarius receſſus à ſtatu fidei, vel obedientiæ, vel religionis, quam ſemel profeſſus quis eſt. ita Hoſti. *in ſumma. in prin.*

3 ¶ Sciendum tamen † quod apoſtaſia etiam eſt hæreſis, neq; conſtituit diuerſam ſpeciem ab hæreſi, ſed addit etiam circumſtantiã aggrauantem, vt inquit Tho. 2. *2. q. 12. art. 1. in ſolutione ad tertium. & quæſt. 10. art. 5.* ſequitur Gondiſla. *in trac. de hær. q. 20. nu. 2.* & Girland. *de hær. nu. 7. in fi.* vbi quod in genere idem ſunt, licet in ſpecie differãt, nam & albus per adiectionẽ albedinis, non definit eſſe albus, ſed fit magis: ſic hæreticus in vno, ſi in omnibus fiat hæreticus, nõ definet eſſe hæreticus, ſed maior fiet. eſt ergo apoſtaſia ſpecies hæreſis, ita vt omnis apoſtata ſit hæreticus, ſed non è contra.

## CAP. LXXI.

## *Apoſtaſia quotuplex.*

### SVMMARIVM.

*1 Apoſtaſia triplex eſt, obedientiæ, ſtatus, fidei, & quæ ſit vnaquæq;, 2. 3. 4.*
*5 Apoſtaſia ab hæreſi, quibus differat modis, & quot.*

1 TRIPLEX eſt apoſtaſia, ſcilicet † ab obedientia, à ſtatu regulari, à fide, vt per Hoſti. *in ſumma ver. quot ſpecies.* ſicut. n. homo tripliciter coniungitur Deo, videlicet per fidem, per obediẽtiam mandatorum Dei, vel per ſupererogationem, vt per religionẽ & clericatum: ita quoq; eiſdẽ modis à Deo receditur, cum contrariorum eadem ſit diſciplina. ita Thom. 2. *2. q. 12. art. 1. in reſponſ.*

2 ¶ In obedientiæ eſt † apoſtaſia, quando quis propria malitia recuſat obedire mandatis Dei vel ſuperiorum, vt Adã & Eua, qui apoſtatarunt à præcepto Domini, vt habetur *Geneſ. c. 3.* de apoſtarantibus ab obedientia ſuperiorum habetur *in c. ſi quis venerit, quod eſt ſecundum, de maior. & obe. & in c. alieni, 2. q. 7. & in c. alieni, 3. q. 4.* Hi tamẽ non ideo quia deficiunt ab obedientia dicentur hæretici niſi apoſtatantes credentes ſe non teneri parere mandatis, vel ſuperiores non poſſe præcipere, vt dictũ fuit ſupra hoc lib. *c. 17. num. 8. 13. 17. 18. 19. 20. 23. & alibi ſæpe.* ſunt tamen excommunicati, in qua excommunicatione ſi per annũ perſeuerarent, tunc vt hæretici damnari poſſent, vt dictum fuit ſupra *eo. c. 17. nu. 34.* & habetur *in c. grauem, quod eſt vltimum, de pœn. cum concord.*

3 ¶ Apoſtaſia autem † irregularitatis eſt duplex; vel ſcilicet quando quis à ſtatu religionis in vniuerſum recedit eiecto habitu religioſo, vel clericali & tanquam laicus, vel matrimonium contrahit, vel alia negocia laicalia exercet, religioſis & clericis prohibita, de quibus *in c. vlt. 50. diſt. & in c. vlt. de vita & hon. cler. & in c. in audientia, de ſenten. excommunic. & in c propoſitum, & c. procliuus, 20. q. 3. & in c. omnes, 27. q. 1. & in c. 1. de apoſta.* vel etiam ſi relicta religione, quam profeſſus eſt ordine regulari ad ordinem clericatus confugiat, de quo in *c. legi. 16. q. 1. & infra latius dicetur.* Sed & hi non ſunt ſimpliciter hæretici, niſi crederent eis hoc licere ſine peccato.

4 ¶ Apoſtaſia † infidelitatis eſt, quãdo Chriſtianus recedit à fide, & tranſit ad fidem Paganorum, Iudęorum, vel aliorum infidelium, & iſta eſt vera apoſtaſia, de qua loquitur totus titulus, *C. de apoſta.* & de hac etiam loquitur Eccleſiaſtic. cap. 10. dum dicitur initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo, quoniam ab eo, qui fecit illum, receſſit cor eius. ſic & apoſtatauit hac ſpecie apoſtaſię Salomon idola colens, vt habetur *3. Reg. c. 11.* & hac quoque ſpecie apoſtaſiæ appellat Deus per os Ezech. gentes apoſtatrices, quæ receſſerunt ab eo, vt habetur *Ezechiel. cap. 2.* & de hoc quoque apoſtatarum genere loquitur Salomon *prouerb. cap. 6.* dum inquit, homo apoſtata, vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum. & iſti proprie dicuntur apoſtatæ.

¶ Differs

5 ¶ Differt autem † apoſtaſia ab hęreſi in tribus. Primò, quia hæreticus recedit à fide in parte: Apoſtata verò à fide recedit in totum, quia de ſtatu Chriſtiani tranſit ad infidelium ſtatum, *vt habetur in l.1.C.de apoſta.* Secundò, quia hæretico verè pœnitenti iudices parcunt, vt dictum fuit ſupra, *cap.54.* Apoſtatis verò etiam redeuntibus quoad pœnas temporales non parcitur, *l.2.& l.hi qui, Cod. de apoſta.* & eſt ratio, quia apoſtata in totum recedens à fide nullam poteſt prætendere excuſationem: hæreticus verò cùm ſe Chriſtianum profiteatur, poteſt prætendere ſaltem ignorantiam & errorem, tametſi quoad Deum verè contrito & pœnitenti remittantur pœnæ peccati, quia cor contritum & humiliatum Deus non deſpicit, *vt habetur Pſalm.50.* & in terminis hoc dicit gloſſ. *in d.l.hi qui.* Tertiò, quia contra hæreticum etiam mortuum procedi poteſt, vt damnetur eius memoria, *vt dictum eſt ſupra, cap.59.* at contra apoſtatam non poteſt procedi vltra quinquennium, *l.2.C.eodem.*

## CAP. LXXII.

## *de Apoſttaante propriè à fide, & huius criminis atrocitate.*

### SVMMARIVM.

1 *Apoſtata propriè eſt qui à fide recedit.*
2 *Apoſtatatus crimen, quare dicitur publicum, & ſacrilegum.*
3 *Apoſtata dicitur paciſcens cum dæmone, ſeq; illi tradens.*
4 *Iudæi baptizati redeuntes ad Iudaiſmum, recipiendi non ſunt.*
5 *Iudæus tranſiens ad Sarracenorum fidem, an ſit apoſtata, & puniendus.*
6 *Apoſtatæ Principes à ſubditis, an & quando obediendi, & an requiratur, quod denunciatio ſubditis fiat de apoſtaſia.*
7 *Apoſtata non eſt, reuertens ad fidem rebaptizandus, quia non amittit characterem baptiſmi, bona tamen eius publicantur.*
8 *Apoſtata rediens ad fidem an recipiendus ſit & à pœna mortis liberandus, & qua pœna puniendus ſit.*

1 PROPRIE ergo apoſtata dicitur, qui in totum à fide recedit, & hos verè inutiles appellat Salomon *Prouerb.6.* vt dictum fuit; nam cùm fides ſit primum fundamentum rerum ſperandarum, vt inquit Paul. *ad Hebræos 11.* & ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, vt ibidem dicit Paul. & cùm fides ſit vita animæ, ſecundum eundem Paulum ad eoſdem Hebræos ſcribens, *capite 1.* ſublata fide nil remanet homini, quod poſſit ei eſſe vtile ad vitam æternam, & ſicut ſublata vita corporali omnia membra inutilia ſunt, ita & ſublata fide inutilis eſt omnis animæ potentia, videlicet tam viſus, quàm tactus, & aliorum ſenſuum vel aliarum potẽtiarum, cùm omnia in malum ſine fide cooperentur. dixit enim Saluator *Lucæ cap.9.* nemo mittens manum ad aratrum & retro aſpiciens aptus eſt regno cœlorum. & habetur *in cap.magnæ, §.1. de voto, & in cap.pennatæ, de pœn. diſtinct.1.* & dicitur etiam Pet. ſecũda, melius erat eis veritatem non cognoſcere, quàm poſt cognitam retroire. ex quo clarè colligitur apoſtatam peiorem infideli. Infidelis enim fidem promiſſam non violat, quod tamen facit apoſtata. *& probatur in cap.quanto, de diuort. & in l.prima, Codice de apoſtatis.*

2 ¶ Et ideo hoc † crimen dicitur publicum, quia totam Rempublic. Chriſtianam offendit, atque ideo omnes admittuntur ad accuſandum, *l.apoſtatarum, Cod.de apoſta. Ioan.de Ana.in c.1.de apoſta.* Sacrilegum nomen apoſtatarum nuncupatur *in d.l. apoſtatarum.* contigit enim his illud, quod habetur *Prouerb.26.* ſicut canis, qui reuertitur ad vomitum ſuum: ſic imprudens, qui iterat ſtultitiam ſuam, & ſus lota in volutabro luti ſui, quæ ad hæc adducit Petrus Apoſt. *in 2.epiſt.ſua, c.2.in fine.*

3 ¶ Dicetur etiam Apoſtata † à fide, qui ſe vouet vel tradit dæmoni, vel cum eo paciſcitur, & iſtud eſt peſſimum omnium genus, *vt per Thom.in ſecundo ſentent.q.3.articul.2.in reſponſ.* vt ſunt iſti nigromantici & malefici incantatores, *& ſequitur Martin.Arles, in tractat.de ſuperſti.numero 62.* quod tamen verum eſſe intelligas, quando propria malitia ſe vouent diabolo, ſcientes ipſum eſſe diabolum, & Dei infeſtiſſimum inimicum, *vt benè declarat Girland.de ſortileg.q.7.nu.25.vbi alia adducit.*

4 ¶ Et notandum, quòd Iudæi † vel infideles, qui facti Chriſtiani iterum ad Iudaiſmum, vel Paganiſmum declinant, nunquam ſunt denuo recipiendi. Impoſſibile enim eſt (inquit Paul. *ad Hebræ. c.6.*) eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtauerũt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesq; ſeculi venturi, & prolapſi ſunt. Rurſus renouari ad pœnitentiam. & alibi idem etiam ad Hebr. *cap.10.* inquit, voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis iam nõ relinquitur pro peccatis hoſtia: nam & Saluator *Matth.12.* inquit, quòd cum diabolus ab homine ſemel eiectus eſt, ſi iterum reuertatur in domum ſuam conuocat ſeptem alios Spiritus ſecum nequiores ſe, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. quod exponens Petrus *epiſt.2.cap.2.circa finem,* ſi enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora peiora prioribus.

5 ¶ Sed an Iudæus apoſtatans, † & tranſiens ad fidem Saracenorum vel econtra poſſit dici verè apoſtata, & vt apoſtata puniri. & concludendum, quòd ex vi ſignificationis vocabuli verè eſt apoſtata: quia fidem ſuam deſerit, ſed tamen puniri non poteſt, vt apoſtata, quia de iis, quæ foris ſunt, nihil ad nos, *vt habetur 1.Corinth.5. & hoc tenet Oldr.conſ.51.quem ſequitur Girland. in tracta.de hæret.q.5. num.7. & ante eum Gondiſla.in tract.de hæret.q.5.nu.7.*

6 ¶ Adeo autem atrox † eſt crimen hoc, vt Principes apoſtatæ à fide amittant ipſo iure obedientiam ſubditorum: Vaſalli enim liberantur immediatè à iuramento fidelitatis, *vt habetur per Thom.ſecunda ſecundæ, q.12.articu.2. vbi Caiet.* an requiratur ſaltem denunciatio facta ſubditis, quòd ſit apoſtata. vbi videtur concludere, quòd requiratur: ſed dicendum, quòd aut eſt notorius apoſtata, & non requiritur denunciatio, aut non eſt notorius, & tunc requiretur denunciatio, *& habetur in cap.ſi Papa, 40.diſt. & c.qui contra pacem, 24.q.1. & per Goff.in ſum.de hære.* quæ tamen locum non habent, quando apoſtatæ Principes eſſent adeo potentes, quòd non poſſet eccleſia illis reſiſtere, & minus ſubditi, quia tunc licebit his apoſtatis obedire in iis tamen, quæ non concernunt fidem, ne maiora ſcandala ſequantur, vt factum fuit tempore Iuliani Imper. apoſtatæ, *c.Iulianus, & ſeq.11.q.3. & Afflict.in conſtit.regni, apoſtatantes, num.9.*

¶ Notandum tamen quòd hi, † qui apoſtatant à fide, non amittunt ideo ſacramentum ſiue characterem baptiſmi, quia ſi rediret ad fidem, non deberet iterum rebaptizari. retinet autem apoſtata characterẽ baptiſmi non ad meritum præmij, ſed ad cumulum ſupplicij, inquit tex. *in c.vlt.incip.vſque adeo, 32 lq.7.*

7 ¶ Publicantur tamen bona apoſtatarum, *l.1. Cod.de apoſta.nota. in auth.ingreſſi, C.deſacroſ.eccl.* quod intelligendum, quando filios non haberent vel cognatos, quibus deferri deberent *d.bona auth.ſi quæ mulier, C.de hæret. l.apoſtatarum, C.de apoſta.*

8 ¶ Sed dubitaum lego, an apoſtatæ à fide reuerſi ad fidem ſint recipiendi, & à pœna liberandi mortis. & quod non ſint liberandi, videtur probare text. *in l.hi qui ſanctam, C.de apoſta.* vbi apertè deciditur his apoſtatis, qui ſacrum Baptiſma profanant non eſſe locum pœnitentiæ. contra verò facit text. *in c.quidam, de apoſta.* vbi quòd imo compelluntur apoſtatæ redire ad fidem & Iudaicos ritus dimittere. per quem text. Gondiſla. *in tractatu*

*de hære.q.20.nu.2. & sequen.* tenet legem illam, hi qui sanctam, non esse seruandam, sed correctam per ius canonicum, cui in his standum est, cui tamen non assentitur Arelatan. *in add.ad d.tract. de hæret. not.24.* non assentitur motus hac sola ratione, quod correctio iuris ciuilis euitanda, præsertim vbi contrarium de iure canonico expresè decisum nō reperitur: cùm (vt ipse inquit) apostatis pœnitentibus parcendum sit, vt mortem euitent. Innuens omnino illos morte plectēdos. Ego vero neutrum horum sequendum puto, quòd scilicet non rectè sensum d.l.hi qui sanctum, percepisse videantur, non enim in ea lego indictam esse pœnam mortis apostatis etiam pœnitentibus, vt vterque admittere videtur, neque per eam sancitū, quòd apostatæ pœnitentes ab Ecclesia nō recipiantur, quod etiam asserunt: sed hoc tantum dispositum video, quòd apostatæ priuantur cōsortio: amittunt vtranque testamenti factionem, actiuam scilicet & passiuam, nō tamen banniuntur. & in his non admittitur pœnitentia, vt scilicet ista recuperent, sed de pœna mortis, de qua prædicti loquuntur nullum verbum. concludendum ergo, quòd ecclesia non claudit gremium Apostatæ redeunti, sed ipsum recipit, non tamen ideo sequitur, quòd aboleantur per hāc receptionem ecclesiæ pœnæ impositæ à iure ciuili, modò non sit pœna mortis.

## CAP. LXXIII.

## *de Apostatantibus à Religione & eorum pœnis.*

### SVMMARIVM.

1 *Apostata superiorum peccat mortaliter, & quando puniendus & qualiter.*
2 *Apostata à religione, clericus secul. etiam excommunicandus habitum dimittens, religiosus verò est ipso iure excommunicatus.*
3 *Habitum putans absconditum religiosus est scholaris, est apostata, sicut si habitum laicalem portaret etiam coopertum.*
4 *Apostatans clericus, an laicè viuens amittat priuilegium clericorum, & fori.*
5 *Apostata monitus, an & quando non rediens, amittat omnia clericalia priuilegia, & quæ.*
6 *Habitum non sumens contra monitionem factam generaliter si postea reassumat, an sit apostata.*
7 *Apostatæ sunt infames, nec admittuntur ad officium clericatus, nec sunt capaces dignitatum, nec Doctoratus, 8.9.*
10 *Apostata recidit in omnes obligationes, quibus erat liber per ingressum religionis.*
11 *Habitum religiosus dimittens, est excommunicatus ipso iure, non sic clericus.*
12 *Occisor apostatarum, an, & quando, & qualiter puniatur.*
13 *Apostatans à religione, vt vxorem ducat, hæreticus dicitur.*
14 *Religiosi more laicorum honestè viuentes, & inhonestè, an & qualiter puniantur, & an sint apostatæ.*
15 *Transiens ad arctiorem regulam, an & quando dicatur apostata, & quæ requirantur ad licitum transitum.*
16 *Apostatæ non sunt restituenda quæ tulit in primam relig. si ad secundam se transtulit.*
17 *Apostatæ compelluntur ad primam reuerti religionem.*
18 *Monachus ordinatus in apostasia, non ministrat sine Papæ dispensatione.*
19 *Apostata se immiscens laicalibus in habitu laicali, à iudice laico poterit puniri.*
20 *Infamatus de apostasia an debeat se canonica purgatione purgare.*
21 *Religiosus recedens à loco, quia recedit ab obedientia, dicitur apostata.*
22 *Habitum relinquens, vt puniatur, quæ requirantur.*
23 *Clericus in minoribus retinens beneficium, habitum, & tonsuram relinquens, apostatare dicitur.*
24 *Clericus, an & quando apostatās, & habitum relinquens, cogatur ad redeundum.*
25 *Religiosus habitum relinquens apostata dicitur, etiam si fiat clericus secularis.*
26 *Monachus habitum relinquens ex leui causa, non eligatur, rediens, in Abbatem.*
27 *Bona apostatantium à religione, ad quem spectent.*

1 DE secunda specie † Apostasiæ, videlicet de apostatante à mandatis, & obedientia superiorum, nil dico, quia hoc crimen est peccatum mortale simpliciter, neque punitur pœna ordinariè indicta, nisi aggrauetur hæresi, quia putet, *vt dixi supra*, Ecclesiam, aut superiores præcipere non posse, neque se teneri obedire, neque eos habere potestatem condendi leges, *iuxta cap. nulli fas, 19. distinctio.* quòd si non negaret potestatem, sed nollet obedire ex contemptu deponetur, & grauiter punietur, & si foret incorrigibilis, tradetur curiæ seculari, & etiam poterit excommunicari. sin autem vellet obedire ex nimia carnis concupiscentia, & fragilitate, quia videret se corporeis incommodis nimium astrictum, mitius foret puniendus, *vt per Abba. Panorm. in c.1. de apostat. nume.3.* quare deuenio ad aliam speciem, nempe ad apostasiam à religione.

2 ¶ Notandum ergo, † quòd apostata huius speciei si sit clericus secularis, & habitum relinquat, non erit ideo ipso iure excommunicatus, sed tantùm excommunicandus: quòd si foret religiosus, & habitum religiosi dimitteret, ipso iure dicetur excommunicatus, *ita Abb. in c.1.num.3.in fi. de apostat.*

3 ¶ Sed etsi religiosus † habitum portaret coopertum, adeo quòd videri non posset, & id faceret sine iusta causa, vtique apostata censendus foret, etiam si id faceret scholaris existens in Gymnasiis, vel Doctor legens, quia hæc non est iusta causa abscondendi habitum religiosum, *vt habetur in capitul. secundo, ne cleric. vel monach. in sexto, & ita determinatum fuisse refert glo. in clemen. secunda, de vita & honestat. cleric. in gloss. in verbo, extrinseci, & sequitur Ioan. de Ana. in rubric. de apostat. & Imol. in dict. clement. secunda.* sed & si quis clericus, vel religiosus habitum laicalem portaret coopertum habitu religioso, apostata etiam diceretur, *vt tradunt omnes post glo. in clemen. quoniam, de vita & honestate clericor. in glo. in verbo, extrinseci, & Ioan. Andr. in cap. Deus, qui. de vita & honesta. cleric.* & idem ex professo hanc quæstionem disputans in regula, certum, *lib. 6. in Mercurial. & concludit esse apostatam.* & ideo dicebat Paul. *in clement. ne in agro, §. rursus, de statu regul.* quòd si monachus niger portet habitum supra caputium, dicetur apostata.

4 ¶ Apostatans si sit † clericus, & laicè viuat, non perdit ipso iure priuilegium clericorum, sed si fuerint capti, ecclesia eos non vendicat, quia ex quo ipsi ecclesiam contempserunt, merito ab ecclesia contemni debent, *vt declarat Abbas in cap. primo, numero quinto, de apostat.* & licèt possit dubitari, an tales perdant priuilegium fori, ne scilicet conueniantur coram iudice laico, vt etiam dubitat Panorm. *in dicto cap. primo, numero sexto*, attamen in hoc non insisto, quia latè tractatum fuit suprà, *lib. 4. c. 9. in 8. fallen. vbi latissimè hoc disserui, ideo ad ibi dicta lectorem relego.*

5 ¶ Hoc tamen sciendum, † quòd si is, qui apostatauit, monitus nolit redire, amittet omnia priuilegia clericalia, *vt est glo. in c. transmissa, in ver. post posito, de elect. per cap. vltimum, de vita, & honesta. cler. & not. Ang. in Authen. de monach. §. si quis autem.* sed monendus est ter legitimè, aliàs non amittit priuilegia, *vt per Alexand. consilio octauo, in primo, quod multis comprobat Afflict. in constitu. regni, apostatantes, numero decimonono.* quæ tamen vera sunt, & procedunt, quando laicaliter viueret, sed non exerceret actum omnino contrarium vitæ clericorum: nam hoc casu puto, si duceret corruptam in vxorem, vel effectus fuisset miles, & exerceret arma & sæua, tunc ipso iure amitteret pri-

ret priuilegia clericorum.ita Abb.*in c.1.nu.7. de aſtoſta.* ſi ideo virginem duxiſſet, vel ſimpliciter factus eſſet miles cõtra infideles,neq; ſæua exerceret, non ideo amitteret priuilegia, intellige quoad criminalia, ſed bene quoad ciuilia,vt not.*in cap.1.de cleric.coniuga.& in cap.ex literis*,vbi Imo.de vita & hon. cleri. & declarat Afflict. *d. conſtit.apoſtatantes,nu.7.*

6 ¶ Sed pul. eſt dubitatio, † an ſi facta ſit monitio generalis, quod omnes clerici aſſumant habitum & tonſuram, aliàs intelligantur priuati quocunq; priuilegio clericali, ſi quis ſpreta monitione non reaſſumit habitum,& ſic priuatus remanet, an ſi poſtea pœnitẽtia ductus reaſſumat habitum & tonſuram, an recuperabit etiam priuilegia clericorum.& tenẽdum eſt,quod non recuberabit priuilegium ſemel amiſſum,vt tenet Inno. *in c.1.de apoſta.nu.3.ver. alij tamen dicunt*, & ſequitur Andr. de Iſern.*in d.conſti.apoſtatantes*, & comprobat ibi Afflict. *nu.22.*quod & ego ſequor.

7 ¶ Infames etiam † ſunt iſti.*cap. alieni erroris, 2. quæſt.7.* ideo repelluntur & hi ab accuſando à teſtimonio,*cap.1. 2.& 3. 3.quæſt.4.c. conſulti,de regula.cap.infames,6.q.1.* & ab omni actu legitimo priuantur,vt per Afflict.*in conſtit.apoſtatantes,nu.17.*

8 ¶ Apoſtatæ quoq; † iſti ad clericatus officium admitti non debent, *c.placuit,quod eſt pen.§.apoſtatæ.50.diſt.*

9 ¶ Neque etiam tales ſunt † capaces alicuius dignitatis, & ideo gradum Doctoratus ſuſcipere non poſſunt, vt per Bart.*in prima conſt.C.ver.quæro circa prædicta,in §. his, quæ neceſſario*,& not.Bald.*in l.ex eo,de teſta.mil.& in c.quanto,de magiſtris.*

10 ¶ Reincidit etiam in † omnes obligationes,à quibus liberatus erat per religionis ingreſſum,ſi ab ea religione apoſtatauit,*iuxta auth. ingreſſi*, *C. de ſacroſanct.eccleſ.*& hoc tenet Bart.*in l.adulter. §.rupta, in fin.ff.de adult.* ſequitur Io.de Ana.*in rubrica de apoſta.in fin.*

11 ¶ Religioſus † dimittens habitum ipſo iure eſt excommunicatus, quod quidem ſpeciale eſt in religioſo, cum ſecus ſit in clericis,Secundum Scrib.*in c.ſi quis clericus,23.diſt.*& Anto.*in tracta.de excommunica.c.53.nu.10.& dixi ſupra,nu.2.*

12 ¶ Occiſores autem † clericorum ſeu religioſorum apoſtatarum non puniuntur canone latæ ſententiæ, & ideo non indigent abſolutione Papæ, *c. cum non ab homine,& cap.perpendimus,de ſentent.excommun.* fallit tamen, ſi talis apoſtata viueret more laicorum honeſte, vt tradit Author. *tractat.de modo procedendi contra apoſtatas, numero 7.*

13 ¶ Notandum etiam, † quod ſi quis recedens à religione publice contrahat matrimonium, hæreticus dicetur, & vti hæreticus poterit damnari, cum ſit contra c.1. de voto, & contra clem.eos,qui de conſangui.& aff. & hoc tenet Saly. poſt Iacob. But. *in l. nemo. C. de ſumma Trin.*& Panor.*in c.de homine, de celeb.miſſ.in glo.in ver.verbis.*

14 ¶ Qui more laicorum † viuunt clerici vel religioſi, apoſtatæ quidẽ ſunt, ſed ſi honeſtè viuant, non ita grauiter punientur, ac hi qui inhoneſtis ſe immiſcẽt:quia hi ipſo iure amittunt priuilegia clericalia, illi vero non niſi trina monitione præcedente,vt dictum fuit ſupra, & tenet Author tractatus, *de modo procedendi contra apoſtatas,nu.7.*

15 ¶ Sed qui tranſit † ad arctiorem regulam etiam non petita licentia,non dicitur apoſtata,vt per Innoc.*in cap. intelleximus,de æta.& quali. & in c.ex parte, in gloſſ. 1. de temp. ordin.* & tradit Io.Andr.*in cap.Ioannes, de regul.* & per Archid.*in c.fin.50.diſtinct.*quod verum intellige,quando zelo ſanctioris, & perfectioris vitæ tranſiret, ſecus ſi aliquo mundano affectu motus,puta odio prælati,vel alia leuitate vel temeritate motus,vt per Panorm.*in c.ſane, de regula.*& Baiſ.*in tract. de elect. in prima parte, c.30.num.3. & 4.* Tria enim requiruntur,vt licitus ſit tranſitus.Primo ,vt licentiam petat. Secundo, vt velit zelo perfectioris vitæ ad regulam tranſire alienam. Tertio, vt illa, ad quam vult tranſire, ſit arctior, *vt ibi latè.*

16 ¶ Apoſtatæ † moniali vel religioſo tranſeunti ad aliam religionem non ſunt reſtituenda, quæ in ingreſſu primæ religionis obtulit monaſterio, *c.quicunq;, 17.q. 4. quod eſt vltimum.*

17 ¶ Sed & apoſtatæ † compellendi ſunt redire ad primam religionem,quam profeſſi ſunt.*c.quidam, de apoſta. & c.Abbates,13.q.2.* & de Moniali, quod in monaſterium recludenda ſit,eſt text. *in cap. peruenit ad nos,27.q.1.& opti. etiam text.in cap.ſi cuſtos,27.q.1. & probatur etiam in c.3. de apoſt.& in c.à nobis,eo.tit.*

18 ¶ Notandum quoque,quod † monachus, in apoſtaſia ordinatus, non poteſt ſine diſpenſatione Papæ in ſuſcepto ordine miniſtrare,vt eſt tex.*in c.vlt.de apoſta.*

19 ¶ Et quod ſi apoſtata † repertus ſit in habitu laicali ſe in laicalibus immiſcẽs, poteſt criminaliter à iudice laico abſq; metu cenſurarum damnari,*c.1.de apoſta.*

20 ¶ Sed ſi quis ſit † infamatus de apoſtaſia,neq; tamen conuictus fuerit,an teneatur ſe purgare purgatione canonica.& tex.*in c.3.in fi.de apoſta.*decidit quod ſic.

21 ¶ Religioſus † recedens à monaſterio inconſulto ſuperiore ſuo, licet non tranſeat ad aliud monaſteriũ, neque ſe ſubiiciat alicuius obedientiæ, & licet etiam retineat habitum & tonſuram,erit tamẽ apoſtata, quia recedit à regula & ab obedientia ſuperioris,& ſic venit contra vnum ex tribus ſubſtantialibus religionis, ſcilicet contra obedientiam,*vt in c.1.de ſta.regular.* hoc tenet Innoc.*in c.vlt.de renun.& in c.intelleximus,de æta.& quali.* & ſequitur etiam Panorm.*in c.1.de apoſta.nu.2.*

22 ¶ Ad hoc vt relinquẽs † habitum, amittat priuilegia clericalia,hæc requiruntur. Primo,quod tanquam laicus incedat non in habitu religioſo aliquo.Secundò,ꝙ ingerat ſe enormibus. Tertiò, quod aliquandiu perſeuerauerit in his laicalibus. Quarto, quòd in habitu laicali deprehendatur. Quintò, quod fuerit monitus,ſecũdum tamen ſupradicta, & quod poſt monitionem fuerit incorrigibilis.

23 ¶ Clericus etiam † in minoribus conſtitutus, ſi tenet beneficium eccleſiaſticum, & relinquat habitum & tonſuram,dicetur tamen apoſtatare, quia hæc tenetur portare ratione beneficii, ſed & ſi beneficium nullum haberet, & ter monitus nollet reaſſumere, priuaretur priuilegio clericali.Abb.*in c.tuæ,nu.3. de apoſta.*

24 ¶ Cogi poſſunt † ad redeundum & reaſſumendum, vt ſupra dictum fuit,ſi ſint in ſacris,vel religioſi,ſecus ſi in minoribus tantum. fallit niſi hi habeant beneficium Eccleſiaſticum,quia & tunc cogi poterunt,vt per Abb. *in c.tuæ,nu.4.de apoſta.*& tales contumaces poterunt carcerari & affligi, ita quod ſolummodo miſera illis vita relinquatur,vt habetur *in c.à nobis, de apoſta.*

25 ¶ Religioſus † relinquens habitum dicitur apoſtata, etiam ſi efficiatur clericus ſecularis, Abb.*in c.vlt. de apoſta.num.1.*Idem ſi intraret aliam religionem differentem habitu & regula, vt à religione Sancti Franciſci de obſeruantia ad laxiorem Sancti Benedicti. ſecus ſi intraret diuerſum quidem monaſterium quoad habitum, ſed quod eandem regulam obſeruaret, quia tunc non eſſet apoſtata,ita Io.de Ana.*in d.c.vlt.de apoſta.*

26 ¶ Et hoc notabis † perpetuo, quod licet monachus, qui dimiſit habitũ ex aliqua leui cauſa, illud reaſſumat, nunquam tamen poterit in Abbatem eligi, etiam ſi fieret bonæ famæ, vt tenet Antoni. *in tract. de excommunica.c.53.nu.4.*quod tamen ego intelligo verum ſine diſpenſatione Papæ.

27 ¶ Bona autem † religioſorum apoſtatarum ſpectant primo monaſterio à quo receſſerunt. *l.Deo nobis, §. huius autem perpetuæ.Cod.de epiſc.& cler.& in auth.de ſanctiſ.epiſc.§.ſi monachus.*quod intellige de acquiſitis ante egreſſum, de acquiſitis vero pòſt dicendum, quod aut eſt egreſſus de licentia Abbatis, & tunc non acquirit primo monaſterio,ideo ſi ei poſt licentiam delata ſit hæreditas acquireretur non primo monaſterio,ſed menſæ epiſcopali vel

monasterio, cui subest. quod si egressus sit sine licētia, acquiret primo monasterio, à quo egressus est. ita Bald. *in d. l. Deo nobis, §. vlt. num. 7.* sequitur Io. de Ana. in rubr. *de apostat. & glo. vlt. in c. vlt. 50. dist. & not. in cap. Abbates, 18. q. 2.* & per Innoc. *in c. cum olim. de priui.* fallunt tamen prædicta, nisi Abbas primi monasterii simul cum toto capitulo fuisset in culpa, quia noluisset eum recipere, vel neglexisset monere, vt rediret: nam si tunc decederet, bona non spectarent ad primum monasterium, *arg. c. 1. de languid. & c. vlt. 87. dist.* quod si solus Abbas fuisset in culpa, non ideo deberet priuari monasterium.

## CAP. LXXIIII.

## *Apostatæ qui sint improprie.*

### SVMMARIVM.

1 *Intronizatus, sine canonica electione, apostata dicitur. Item suadentes apostatatum, nu. seq.*
2 *Rapientes nouitios à religione, sunt apostatæ. Item qui malis artibus episcopatus acquirunt, nu. 4. Impediens pœnas infligi apostatis, est excommunicatus.*

1 SI quis pecunia † vel gratia humana aut populari seu militari tumultu sine concordi & canonica electione fuerit Apostolicæ sedi intronizatus, non Apostolicus, sed apostaticus habeatur, *c. si quis pecunia. 79. dist.*

2 ¶ Qui etiam persuasionibus † subducunt, vt seruus, vel liber apostatet (intellige à fide) capite punitur, & publicantur bona. *l. eum qui. quæ est pen. C. de apost.*

3 ¶ Extrahentes etiam & rapientes † nouitios à religione, capite puniuntur, secundum Bald. *in l. data opera, 6. col. C. qui acc. non poss.* sequitur Io. de Ana. *in c. 1. de apost. colum. 1. ante ver. 6. apostata vero.*

4 ¶ Apostatæ etiam dicuntur † subtili quodam modo religiosi, qui malis artibus aucupantur episcopatus, vt per Io. Andr. *in d. loco.*

¶ Apostatarum punitionem impediētes excommunicantur, *c. si custos, 27. q. 1.*

## CAP. LXXV.

## *Apostatæ qui non, & de Excusationibus eorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Comam nutriens, etiam si tonsuram non portet, si viuit clericaliter, non est apostata.*
2 *Religiosus transiens ad laxiorem regulam sine licentia, an sit apostata.*
3 *Habitum ex iusta causa si quis dimittat, excusatur, & an sit iusta, statur arbitrio iudicis.*
4 *Clericus constitutus in minoribus, si fiat miles, trina monitione non præcedente, non est apostata, item si incumbit secularibus.*
5 *Apostatans coactè, an dicatur apostata.*
6 *Apostata in episcopum à Papa scienter electus, dicitur etiam dispensatus, secus si ignoranter, quamuis acta teneant.*
7 *Dispensatus apostata, ad quos dicatur honores dispensatus, cum sit dispensatio odiosa.*
8 *Habitum secreto ferens, & non continuè, an sit apostata.*
9 *Clericus primæ tonsuræ, an eam deserens, vel matrimonium contrahens, apostata fiat.*

1 COMAM nutriens, neque † tonsuram portans si alias clericaliter viuat, non est Apostata. *gloss. vlt. in prin. in c. 1. de apost.*

2 ¶ Religiosus, si de vno † monasterio transeat ad aliud etiam laxioris regulæ & etiam sine licentia superioris, modo in monasterio, ad quod transit, seruentur substantialia religionis, videlicet obedientia, castitas & paupertas, non ideo dicetur apostata, vt docet Panor. *in cap. vlt. num. 4. de apost.* vbi etiam Io. de Ana. *colum. 2. in prin.* & vide Bald. *in l. iubemus, §. 1. C. de episc. & cler.* & Imol. *in c. intelleximus, de ætat. & qual.* & Afflict. *in constitu. apostatantes, num. 25.*

3 ¶ Relinquens habitum non temere, † sed ex iusta causa, puta quia transit per loca sibi valde periculosa, si cognoscatur, non dicitur apostata, sed excusabitur. ita Abb. *in c. 1. nu. 3. de apost.* & quæ sit alia iusta causa, stabitur arbitrio iudicis, vt per Franc. de Platea in tracta. *de excommunic. §. 9. nu. 3.* & iusta etiam erit causa, si sumpserit habitum in fidelium, vt tutò posset confortare & in fide confirmare Christianos captiuos, & similes, prout refertur de beato Sebastiano, qui sub clamide militari abscondebat Christum, vt refert Antoni. *in summa, secunda parte, tit. 12. c. 6. in prin.* & sequitur Afflict. *in constitu. regni apostatantes, nu 9.*

4 ¶ Sic & si in minoribus † constitutus fiat miles, sæua tamen non exerceat, non ideo dicetur apostata, neque priuabitur priuilegio clericali, Abb. *in cap. 1. num. 7. in fin. & num. 8. de apostat.* modo non præcesserit trina monitio vt ibi, vbi idem etiam si talis exerceret negocia secularia, idem si exerceat actus non omnino contrarios vitæ clericali, vt si ducat in vxorē virginem, quia non amittit priuilegia clericatus, vt per Abbat. post Innocen. *in c. 1. num. 7 de apost.*

5 ¶ Metu coactus † apostatare, cum tamen corde non apostatet, nō dicetur apostata, licet mortaliter peccet. *c. satius, 32. q. 4. ita Rayn. in summa,* quem refert & sequitur Anton. *in sum. in 2. parte, tit. 12. c. 6. in prin.*

6 ¶ Si Papa † eligit Apostatam in episcopum scienter, intelligitur cum eo dispensare, quòd si ignorātet, non erit episcopus, licet acta per eum interim donec remoueatur, valebunt tanquam gesta ab eo, qui communi errore habebatur pro episcopo, vt tenet Bart. *in l. Barbarius, col. 1. C. de off. Prætor.*

7 ¶ Sed quid si fuerit dispensatū cū apostata ad honores, an intelligetur dispensatum quoad honores, quos ante habebat, vel etiam quoad futuros etiam maiores prioribus? Io. de Ana. *in c. vlt. in prin. de apost.* refert contrarias opin. tandem consulit cautius esse, quod in dispensatione fiat expressa mentio, quòd etiam ad maiores possit ascendere; aliàs videri, quòd non possit, cui ego quoque assentior. Dispensatio enim odiosa est, ideo vltra expressa non extenditur, quinimo restringenda, *vt in c. 1. & 2. de fil. presbyt. in 6. & facit in terminis cap. dilectus. iuncto c. 2. de præben. in sexto,* vbi dispensatus ad dignitates ecclesiasticas non intelligitur dispensatus ad episcopatum, nisi de episcopatu exprimatur.

8 ¶ Quid si domi tantum † puta in studio, & secreto ferret habitum laici, vel per momenta temporum, non autem continuè, an dicetur Apostata? dic quòd non, vt tenet Zenzel. Pet. de Anch. & Io. de Imo. *in clem. 2. de vita, & honest. cleri.* & Ioan. de Ana. in rubr. *de apost. circa fi.*

¶ Clericus primæ tonsuræ † potest illi renunciare, ideo si eam simpliciter deserat, non dicetur apostata. idem si matrimonium contrahat, si miles fiat, & simil. vt habetur per Scrib. *in c. Ioannes, & cap. vltimo, de cler. coniug. & in c. 1. eo. tit. in 6.* quòd si redeat postea, episcopus poterit cum eo dispensare, *vt in c. sanè, de cler. coniuga.*

## CAP. LXXVI.

## *Processus, & sententia contra Apostatas.*

### SVMMARIVM.

1 *Apostasia est crimen publicum, & impræscriptibile contra viuentem, contra mortuum autem accusatio fieri non potest post quinquennium, nu. 2.*
3 *Processus in apostasia est summarius & etiam sine libello. Et trib. edictis, & ter monetur reus antequam excommunicatio contra eum proferatur, nu. 4.*

5 *Apostasia*

5 *Apostasia contra infamatum non plenè probata, dabitur ei terminus ad purgationem faciendam.*
6 *Sententiæ contra apostatas forma, remissiuè.*

1 CRIMEN est publicum, † ideo quilibet accusare potest, *l. apostatarum, C. de apost. Io. de Ana. in c. 1. col. 1. de apostat.* Imo & apostata apostatantem accusare potest, *2. q. 7. §. in hoc capitulo.*

2 ¶ Neque vlla præscriptione † tollitur accusatio contra viuentem, quia semper accusari potest, *d. l. apostatarum.* Mortuus autem accusari quidem potest intra quinquennium, non tamen vltra, *vt habetur in d. l. apostatarum, §. 1. ver. in tantum, & in l. 2. C. de apost.*

3 ¶ Summariè, breuiter † & de plano proceditur, nulla libelli solennitate seruata, quinimo & sine libello, *c. vlt. de apostat. in 6 glo. 1. in d. l. apostatarum, C. de apostat. quam ibi sequitur Albericus.*

4 ¶ Citandus apostata † tribus edictis solenniter, *vt in tractatu incerti authoris, de modo procedendi contra apostatas, nu. 1.* & citatus, & cõparens, debet ter moneri, vt redeat, antequam excommunicetur, *ibid num. 5.*

5 ¶ Si verò quis infamatus † sit de apostasia neque delictum plenè probetur, debet se purgare, & dabitur ei tempus ad talem purgationem faciendam, quam si non fecerit intra tempus, cogetur habitum assumere, & pro conuicto habebitur, *ita Abb. in c. tuæ, de apostat. nu. 1.*

6 ¶ De forma sententiæ quæ proferenda † est contra apostatas, *vide in tract. incerti authoris, de modo procedendi contra apostatas, nu. 13. vbi quòd in scriptis ferenda est.*

## CAP. LXXVII.

## *Simonia quid.*

### SVMMARIVM.

1 *Simonia est hæresis species; qualiter diffiniatur, vnde dicta, & quotuplex sit, num. 2. 3. 4. 5. vsque ad finem cap.*

CVM simonia sit etiam hæresis species, *vt habetur in c. eos, 1. quæst. 1. & in cap. quotiens, de simo. & per Thom. 4. senten. distim. 13. artic. 3.* & dicam latè infrà, ideo hoc loco de simonia tractandum congruè.

1 ¶ Simonia autem † sic definitur ab antiquioribus, quòd sit studiosa voluntas emendi vel vendendi quid spirituale vel spirituali annexum, quam definitionem sequitur Thom. *2. 2. q. 100. artic. 1. in prin. & in 4. senten. dist. 25. q. 2. art. 1. & glo. in summa, 1. q. 1. & in c. nemo, de simo. & Doc. in rubr. & in c. vlt. eod. tit.* Hanc definitionem reprehendit Hostien. *in summa sua huius titu. in princ.* cuius opinionem sequor in hoc, quia definitio ista comprehendit simoniam solam mentalem & in animo consistentem neq; ad actum deductam, cùm dicat, quod est studiosa voluntas emendi vel vendendi, & tamen talis voluntas nõ est propriè simonia punibilis in foro Ecclesiastico, de quo tractamus, licèt quoad Deum certè simonia sit, & puniatur vti peccatum mortale, *vt probat ibi optimè Hosti. & probatur in cap. vltim. de simon. & ipsemet Thom. hoc fatetur in secunda secundæ, quæst. 100. quæstio. 6. ad sextum, & in 4. sentent. distin. 25. q. 3. artic. 1.*

¶ Hosti. autem in hunc modum dicit melius diffiniri posse quod sit spiritualium vel annexorum præcedente pacto promissionis, cõditionis, modi, seruitij, precum, vel cuiusuis temporalitatis receptio siue donatio.

¶ Ego verò sic definiendam puto, simonia est datio, vel conuentio siue intentio dandi vel faciẽdi vel dicendi aliquid temporale pro spiritualibus, vel illis annexis. dixi datio, quia ipse actus dandi animo habẽdi quid spirituale constituit simoniam: dixi vel conuentio siue intentio, quia nulla potest esse simonia actualis, vel mentalis, sine pactione vel intentione, vt infra videbimus. & de intentione tradit glo. *in c. & si quæstiones, in ver. sex solidos, de simo.* & conuentio est nomen genericum cõprehendens omne genus pactorum, *iuxta l. 1. §. conuentionis verbo, ff. de pact.* Addidi etiam intentio, vt cõprehenderem mentalem simoniam, quę verè est simonia & punibilis apud Deum, licèt non penes Ecclesiam. Dixi dandi vel faciendi, vel dicendi, vt comprehenderem tam pecuniam quàm munera, quibus cõtrahitur simonia, quę consistunt in dando, ac etiam vt comprehenderẽ quodcunque factum: nam etiam ob factum cõmittitur simonia, vt infra patebit; & demum, vt cõprehenderem etiam laudes, preces & similia, quæ simoniam cõstituunt, & consistunt in dicendo. Dixi aliquid temporale, vt cõprehenderem quodcunque genus bonorum factorum & dictorum, quod respiceret temporalia. Dixi pro spiritualibus vel eis annexis, quia si daretur, vel fiet, vel diceretur quid pro aliis non spiritualibus, non foret simonia, vt etiam latè infra declarabitur.

2 ¶ Dicta autem est simonia † à Simone Mago, qui cùm quęreret pecunia emere Spiritum sanctum ab Apostolis, reprehensus fuit à Petro Apostolorum Principe, & execratus dicente eo; Pecunia tua sit in perditionem, quia existimasti donum Dei pecunia possidere, *vt habetur in Actibus Apostolorum, c. 8. & habetur in c. reperiuntur A. 1. q. 1.* & latè deducit Redoa. *in tracta. de simo parte 1. cap. 1.* vbi nu. 9. & plur. seq. dicit, quòd Iudas etiam ante cõmisit simoniam vendendo Christum, & ante hos plures in veteri testamento, tametsi & in veteri scriptura legatur simoniam punitam, Regum scilicet quarto, cap. 5. vbi Giezi seruus Elisei, qui à Naaman pro sanitate ei data, requisiuit pecuniam, punitus est lepra, quare putant aliqui simoniacum dici, qui emit dona Dei spiritualia, & Gezytici, qui vendunt, *vt per glo. in summa, 1. q. 1. & Tho 2. 2. q. 100. artic. 1. ad quartum, & in 4. sent. dist. 25. q. 3. artic. 1. q. 1. ad quartum, & Host. in sum. de simo. nu. 3.*

3 ¶ Simonia autem † alia de iure diuino, vt circa ordinem, & sacramenta, & ista dicitur prohibita; quia simonia alia est de iure positiuo, vt circa beneficialia, & ista dicitur simonia, quia prohibita, *vt per omnes in c. ex parte, 1. de offic. deleg. & per Abb. in cap. 1. de simon. & per Dec. in cap. significasti, nu. 15. de elect. & idem tenet glo. in c. & si Christus, de iureiur. & in c. cum pridem, de pact.*

4 ¶ Alia etiam est mentalis † sine effectu, & alia mentalis cum effectu. prima licèt quoad Deum puniatur sicut alia peccata mortalia, non tamen quoad ecclesiam punitur: nam vt inquit tex. *in cap. Christiana religio, 32. quæst. 5.* non habent vindictam latentia peccata. & in terminis nostris, quòd simonia mentalis nõ sequuto effectu non puniatur ab ecclesia, tenet glo. *in ver. voluerunt, in cap. consulere, & glo. in cap. vltimo, in ver. affectu animi, per illum text. de simon.* licet Brixien. *in reperto. in ver. simonia dicat*, quòd vidit hanc distinctionem damnari per Theologos Parisienses, *& de hoc latè vide Redoa. in tract. de simo. parte 1. cap. secundo, numero 15. cum plurib. sequent. & ante eum Caccialup. in tracta. de pensio. q. 19.* & concludunt, quòd quoad ea, quæ sunt spiritualia, & simoniaca, de iure diuino sola mente committitur: quo verò ad ea, quæ sunt de iure positiuo secus, quia requiritur aliquis actus exterior.

5 ¶ Item † alia simonia est realis, id est consistit in datione, quando scilicet aliquid temporale datur, & recipitur spirituale, *de qua latè per Redoan. de simon. parte 3. cap. 1. & per totam illam partem.*

## CAP. LXXVIII.

## *Qui possint esse Simoniaci.*

### SVMMARIVM.

1 *Papa an & qualiter possit simoniam committere, & in quibus beneficijs, & circa quæ alia.*
*Et an pro Papatu, Papa ipse committat simoniam.*
2 *Reges quoque & Principes præstantes consensum in electione alicuius in simoniam incidunt.*
3 *Notarij in ordinatione, nec non Archidiaconus examinans ordinandos, an & quando pecuniam recipere valeant.*

4 *Iudex non exardescens contra hoc delictum, simonia participare palam est.*

5 *Simoniacè non solùm dantes, imò & accipientes esse, quotque modis committatur simonia.*

6 *Simoniaci, & simoniacè promoti, qui. aliqui promoti simoniacè, & non simoniaci, alij simoniaci, sed non promoti simoniacè.*

*Item alij simoniacè à non simoniacis, alij econtra, alij non simoniacè, à simoniacis, & alij simoniacè à simoniacis.*

7 *Simonia quandoque committitur à conferente, aliquando à recipiente, aliquando ab vtroque, aliquando à neutro ipsorum.*

8 *Mediatores etiam committunt simoniam.*

9 *Iudas Christum dum vendidit, simoniam incurrit.*

*Item episcopi in quibus sæpè committant simoniam, vide remissiuè.*

1 PAPA etiam potest † esse simoniacus, sicut quilibet alius homo: quamuis enim res Ecclesiæ in eius potestate sint constitutæ vti supremi administratoris, non tamen sunt eius vti domini absoluti, quare si & ipse reciperet pro aliqua re spirituali pecuniam vel quodlibet aliud commodum temporale, non careret vitio simoniaco: quod verum est, siue reciperet à clerico, siue à laico non de bonis ecclesiæ: ita concludit Thom. *secunda secundæ, quæst. 100. artic. 1. ad septimum, & tradit etiam Panorm. in cap. 1. de simon. & in cap. extirpandæ, §. qui verò, in repetit. in vltima conclusione, de præbendis, & in c. cum fidem, eodem titul. & in capit. si Papa, 40. distinct. & tradit Domini. in capitul. non decet, vigesima secunda distinctione*, imo grauius est peccatum in eo, quàm in aliis, *vt per Thomam in quarto sent. distinct. 25. quæstione tertia, articulo tertio, ad secundum.* & quòd Papa possit committere simoniam, & de ea accusari, tenet Archidiaconus *in capitul. non decet, duodecima distinctione, & in capitulo in nomine Domini, vigesima tertia distinct. & in capitul. libens, in glo. vigesima distinctione, & in capitulo, si quis pecuniam, 79. distinctio. & Ioannes Andreæ in capitul. pro humani, de hæret. in sexto.* vbi etiam quòd dans pecuniam, vt eligatur Imperator, incidit in legem Iul. ambitus, & quòd Papa committat etiam simoniam, tenet glos. *in verbo. denarium, in capitul. presbyter, 82. distinctio. & glo. in cap. final. prima, quæstione sexta, & in capitul. cum pridem, de pactis, & in capitul. ex parte, de officio deleg. Archid. in cap. primo, duodecima distinctione, & Paul. clem. 1. §. primo, de summa Trin.* & quibus ex causis committat simoniam Papa dispensando, *vide Redoa. in tracta. de simo. c. 21. in 1. parte*, & pariter de simonia, quæ committi potest per Papam in collatione beneficiorum & dignitatum, vide eundem ibi, *c. 22.* & in collatione officiorum, *c. 23.* quæ tamen intellige vera in beneficio habente administrationem ordinis, & exequutionem clauium: secus in aliis, *vt per Abb. in d. c. extirpandæ, §. qui verò, & idem in c. 1. de simo. num. 6.* contrarium tamen videtur tenere Feli. *in c. ex parte, 1. nu. 2. de off. deleg.* vbi etiam dicit hanc esse communem, sed fallitur, vel corruptus est, quia imo cõmunis est, quòd Papa possit in prædictis committere simoniam, vt ipsemet etiam tenet *in c. 1. de simo. vbi plures concor. adducit, & ibi pariter Maria. Sozi. hoc sequitur, & Fel. etiam in c. de cætero, nu. 21. de re iud.* ideo concludendum, quòd Papa potest committere simoniam prohibitam de iure diuino vt circa ordinem & sacramenta, secus in simonia iure positiuo & canonum constitutionibus prohibita, cum Papa suis, vel suorum præcessorum constitutionibus non ligetur, vt per omnes in locis supra allegatis, *& sequitur etiam Io. de Ana. in d. cap. 1. de simon.* quinimo & ipse Papa si pro Papatu daret quid, vel promitteret, committeret simoniam, *vt per Io. Andr. & Dominic. in c. 1. de homici. in 6. sequitur Ana. in d. c. 1. de simo. colum. 2. ver. adde prædictis.* Neque his obstat, quod tradit Bar. *in l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambi.* vbi inquit, quòd simonia non punitur in curia Romana respectu Papæ, & ideo in lib. 6. Decretal. & in extrauag. non reperiuntur constitutiones nouæ de simonia sicut de aliis criminib. quod intelligunt omnes *in d. c. 1. de simo.* quoad simoniam prohibitam iure positiuo, non autem quoad prohibitam de iure diuino. Nec moueat dictum Angeli *in l. 1. C. ad l. Iul. de ambitu*, dum dicit, quòd in curia Romana venduntur omnia officia, quia intelligenda de officiis, quę non habent ordinem annexum, sed potius temporalia sunt, quàm spiritualia, & ita etiam intelligendus Salic. *in rub. C. de ambit.* dum dicit, quòd si detur pecunia Papæ, non committitur simonia: secus si aliis, circa latus suum existentibus, ad intercessionem tamen aliquorũ sæpè confert Papa, *cap. latorem 1. q. 1.*

2 ¶ Reges quoque & † Principes committunt simoniam, si præstant assensum in electione alicuius ob pecuniam vel alia commoda temporalia, *ca. de hoc autem, §. fin. de simo. vbi glo. in ver. Principes.* idem si in confirmatione, quæ non poterat fieri sine eorum assensu, & sic post electionem consensum præstiterint pro confirmatione electi cõmodo temporali allecti, *vt ibi per glo.* & ideo dicitur in tex. *in c. cauendum, 1. quæstione 7.* cauendum esse, & summoperè statuendũ, ac per virtutem Christi sanguinis interdicendum Episcopis, & Regibus, & omnibus sublimioribus potestatibus, vt nemo per simoniacam hæresim obtineat locum quacunque functione, calliditate, promissione, seu cõmoditate per se aut per submissam personam: & primus rex Antiochus sacerdotium vendidit Iasoni promittẽri tria millia sexcentum, & sexaginta talenta argenti, *vt habetur 2. Machab. capitu. 4. & habetur etiam in cap. sicut eunuchus, 1. quæstione 1.* & quòd Reges pro assensu committant simoniam, glo. fin. *& ibi not. in cap. 2. de confess.* Dans autem pecuniam pro Imperio incidit in l. Iul. ambitus. Ioan. And. *in cap. pro humani, colla. 2. de homicidijs, & dixi supra, & tradit Anto. in secunda summæ, titul. primo, capit. 5. §. 21. in fin. primæ colum. versicul. quòd si detur pecunia.*

3 ¶ Notarij quoque † & alij ministri in ordinatione non possunt recipere pecuniam, neque pro scripturæ præmio, neque alia de causa, neque etiam Archidiaconus dum vocat ordinandos, & examinat, & ideo Gregorius *in c. sicut Episcopus, 1. q. 2. & in cap. 1. de simo.* inquit, quod sicut episcopum non decet manum, quam imponit ordinando vendere, ita nec ministrum vel notarium manum aut vocem, neque etiam Diaconus pro cantando Euangelium, *vt per Abb. in d. cap. 1. nume. 2.* & circa præmissa concludunt omnes passim *in cap. 1. de simo.* quod si notarius nõ habet salarium de publico, & sic alius minister, quòd poterit recipere licitè mercedem cõuenientem labori, aliàs non, quia nemo cogitur sine mercede labo rare. capit. cum ex officij, de præscrip. & ita seruat curia Romana, quæ taxatam habet quãtitatem mercedis notariorum pro valore beneficiorum, *vt per Anton. & Ana. in d. c. 1. de simo.*

4 ¶ Iudex etiam qui † contra simoniacam hæresim pro officij sui loco vehementer nõ exarserit, cum eo se non dubitet habere portionem, qui prius cõmisit hoc piaculare flagitium, *cap. quisquis, 1. q. 1.*

5 ¶ Non modò accipientes, † sed & dantes simoniaci sunt, *cap. quos constiterit, 1. quæst. 1.* Sed notandum, quòd aliquando simonia contrahitur ex parte dantis tantùm, quandoq; ex accipientis tantùm, quandoque ex vtraq; parte, quandoque ex neutra, *glo. in themate. cau. prima*, & quòd aliquando accipiens committat simoniam non dans, *est in c. quæsitum, in ver. triginta, 1. q. 3.*

6 ¶ Aliqui autem sunt † simoniaci & simoniacè promoti, vt qui scientes dant pro ordine pecuniam, aliqui simoniacè promoti, sed non simoniaci, vt qui ipsis ignorantibus promoti sunt per pecuniam datam à consanguineis vel amicis, aliqui simoniaci, sed non simoniacè promoti, vt promouentes per pecuniam, *vt declarat Host. in sum. de simo. num. 15. in prin.*

¶ Item alij simoniacè ordinantur à simoniacis, alij simoniacè à non simoniacis, alij non simoniacè à simoniacis, *cap. statuimus, in fin. & cap. sequen. 1. quæst. 1.*

7 ¶ Aliquando † conferens tantùm cõmittit simoniam, vt quan-

vt quando conferens aliquid spirituale mihi recipit aliquid temporale me ignorante, aliquando recipiens tantum committit, vt cum recipio sacramentum nil dando conferenti, sed alicui suo familiari, aut consiliario. aliquando vterq;, & dans, & recipiens committit, vt quando ordinandus dat aliquid ordinanti. aliquando neuter committit, vt si amicus meus me ignorante dat aliquid amico, vel consiliario Episcopi, vt me ordinet, vel mihi conferat beneficium ignorante Episcopo, *cap. statuimus. & c. si quis à simoniacis. 1. q. 1.*

8 ¶ Mediatores etiam † committunt simoniam, & efficiuntur infames. *c. si quis Episcopus præben. 1. q. 3.* & si clericus est, deponitur. *c. reperiuntur. 1. q. 1.* & si laicus, excommunicatur ibi, & not. etiam *in c. vlt. 1. q. 3.*

9 ¶ Iudas etiam vendendo † Saluatorem commisit simoniam. *gloss. in ver. Iudas, in cap. qui studet. 1. quæst. 1. & in cap. abijt. 11. q. 3.*

10 ¶ Episcopi quoque † in collationibus, dispensationibus, & gratiis suis committunt sæpe simoniam, & in quibus, *vide Redoan. in tract. de simo. par. 1. c. 24.*

## CAP. LXXIX.

## *quæ sint Spiritualia pro quibus contrahitur Simonia.*

### SVMMARIVM.

1 *Spiritualia, in quibus simonia committitur quæ, & quot sint.*
*Gratiæ inuisibilis consolat. quod datur vendi non potest omnino.*
*Spiritualia tribus modis considerari.*
*Spiritualia quotuplicia sint diuersis respectib.*
2 *pro Spiritualib. gratiæ, an aliquid dari possit, & pro docendo.*
*Hypocritæ vendentes sanctitatem pro eleemosyna, an sint simoniaci.*
*Eleemosynam petens, & dans quotam clericis commendantibus eum populo, est simoniacus.*
3 *Sacramenta, quæ septem sunt, vendens est simoniacus.*
4 *à Baptizandis an recipi aliquid possit, & ab offerente infantes baptismo, vel à clerico baptizante.*
*Neq; à Chrisma conferente. limita tamen, nu. 5.*
6 *Pœnitens minus dignè, vt recipiatur, & vt dignè non recipiatur; pecuniam dans est simoniacus.*
7 *Simonia circa Eucharistiam qualiter committatur, & circa oleum sanctum, nu. seq.*
9 *pro Ordine aliquid accipere, an committatur simonia, & maior cæteris.*
10 *Simonia an committatur circa Matrimonium aliquo pacto?*
11 *Ordines tres iam erant, hodie autem septem sunt.*
12 *Simonia est dare pecuniam etiam pro rerum Ecclesiasticarum Administratione. Item pro Dignitatibus ecclesiasticis, & officiis.*
*Recipiens pecuniam, pro renunciando Nominationi in prælatum, est simonia, nu. seq.*
14 *Venditio actuum, qui occurrũt in creandis Administratorib. Officialibus, & prælatis, est simonia, & vide ibi alios modos ad materiam, quibus committitur simonia.*
15 *Simonia committitur circa omnes actus, quos exercent ministri, officiales & prælati. Idem si pro actu iustitiæ, & vide plures modos ad rem, & materiam istam, quibus committitur simonia. nu seq.*
17 *Infidelis pacto conueniens cum aliquo, pro conuersione ad fidẽ facit se, & paciscentem simoniam perpetrare.*
18 *Religionem ingrediens, maximè pacto præcedente, vt quid detur, simoniacus est, & quot modis, ad materiam istam, simonia committi possit, vide pulchrè.*
19 *Simonia committitur etiam in pactis, & actibus negatiuis, vt ne quis ordinetur.*
*Statutum de non faciẽdo processionem in funere, est simoniacum. Et quòd processio fiat, si tot dentur, simoniacum nõ est.*
*Dans pecuniam, ne impediatur promotio, quando est simoniacus.*

QVIA, vt dictum est in definitione, tota basis huius criminis consistit in dando temporalia pro spiritualibus: videndum, quæ sint ista spiritualia, quæ prohibentur dari vel promitti. & primo generaliter illa considerabimus, mox descendemus ad specialia. Et primo sciendum, quod alia sunt spiritualia de iure diuino, alia de iure positiuo, & per constitutiones Ecclesiæ, vt per Abb. *in c. tua nos, de simo.* & latius per Redoa. *in tract. de simon. parte 3. nu. 2. & sequent.* quæ autem sint spiritualia, de iure diuino, latè idẽ ibi, *c. 4. per totum*, vbi latè quomodo in eis cõmittatur simonia in genere.

1 Generaliter ergo † concludendum, quòd quidquid inuisibilis gratiæ consolatione tribuitur, nunquã quæstibus, vel quibuslibet præmiis venundari penitus debet. quia omnia homini spiritualia per inuisibilem gratiam tribuuntur. ergo non licet ea quæstibus vel præmiis venundari, Thom. 2. 2. q. 100. artic. 3 *sed contra.* & ideo dixit Beda relatus *in c. non solum, 1. q. 3.* quòd non solũ venditores sunt columbarum, & domum Dei faciunt domum negociationis, qui sacros ordines largiendo precium, inquirunt, verum hi quoque, qui gradum vel gratiam in Ecclesia spiritualem, quã domino largiẽte perceperunt non simplici intentione, sed cuiuslibet humanæ causa retributionis exercent. Et generaliter tribus modis spiritualia considerari possunt. Primò, gratię virtutum & dona Dei, quæ emi non possunt, quia gratis tantùm conferuntur. Secundò, dignitas ordinis & omne sacramentũ Ecclesiasticum præter matrimonium. Tertiò, & omnia iura Ecclesiastica spiritualium rerum, quandoq; tamen spiritualia etiam dicẽtur vasa & vtensilia Ecclesiastica si consecrata sint. *gl. in summa, 1. q. 1.* Notandum tamen, quod quædam sunt mere & essentialiter spiritualia, vt anima, gratia, virtutes, & similia: quædam sunt spiritualia nõ mere & propter se, sed propter aliud, vt beneficia, vasa, & vtensilia ordinata ad sacrificium, & similia, quæ ordinantur ad finem animæ, vt sacramenta. Item ad ministros sustentandos vt beneficia, decimæ & similia, & ista eo verius dicentur spiritualia, quo magis fini spirituali proxima sunt, vt hæc habentur ab Aret. *in cap. quanto, de iudi. vbi Abb. nume. 5.* & spiritualia quædá dicuntur per comparationem ad Spiritum sanctum per ipsam essentiam, vt sunt gratiæ & virtutes infusæ. alia sunt spiritualia per causam vt sacramenta, alia per effectũ, vt officia Ecclesiastica, & similia. ita distinguit Anton *secunda parte summæ, tit. 1. cap. 5. §. 15.* & singula declarat *in c. sequentibus*, & pulchrè etiam Tho. *quolib. 8. art. 11. ad primum.* sic distinguit, quòd aliquis actus dicitur esse spiritualis dupliciter, vno modo ex parte principii, scilicet quando actus competit alicui personæ propter aliquid spirituale, quod in ipso est sicut Episcopo consecrare basilicas, & Diacono legere Euangeliũ, presbytero consecrare, & in talibus actibus committitur simonia, si aliquis intendat suum actum vendere. alio modo dicitur actus spiritualis non ex parte principii, sed ex parte finis tantum, sicut docere liberales artes, quarum veritas spiritualis est: sed hæc doctrina non competit alicui propter aliquod spirituale officiu, cum etiam Gentilibus liceat has artes docere, & in his actib. non committitur simonia, nisi vendatur finis, qui spiritualis est, scilicet ipsa veritas, non autem si aliquis suas operas docet, & vide etiam Redoan. *in tract. de simo. parte 1. c. 4. per totum.* quod autem dictum est ea dici spiritualia, quæ tendunt ad finem spiritualem, intellige verum, si tendunt immediatè, non à remotis, nam libri Ecclesiarum, vt Missale & alii continentes Psalmos, & horas, ac orationes & similia, quæ non sunt consecrata. nam licèt comparata sint, vt inseruiant sacrificiis, horis & orationibus quæ spiritualia sunt, attamen sunt nimium à remotis, ideo non considerantur, vt spiritualia, vt etiam considerat And. Sicul. *in d. cap. quanto, nume. 12.* Vel etiam magis distinctè dicendum, secundum Panor. *in cap. consulere, de simo. nu. 3.* quòd quædam sunt spiritualia secundum

dum essentiam suam, & horum quædam incorporalia, quædam corporalia, incorporalia vendi non possunt etiam de facto, quia non cadunt in commercium, & negociationem hominum, neq; ideo æstimari possunt, vt anima, virtutes, & dona Dei. corporalia verò de facto quidem vendi possunt, vt reliquiæ Sanctorum, sed tamen de iure non sine vitio simoniæ. quędam sunt spiritualia ratione causę, vt sunt sacramenta strictè & largè sumpta, quia per ea consequimur gratiam, quæ mere spiritualis est. & ista etiam, quia sunt corporalia, cadunt in commercium de facto, sed nunquam sine vitio simoniæ. quædam etiam sunt spiritualia de iure positiuo, vt religiones. quædam sunt spiritualia, quia dependent à potestate spirituali, vt absoluere & ligare censuris. quædam denique dicuntur spiritualia ratione officij, siue ministerij Ecclesiastici, vt Oeconomi, Ostiarij, Cantores, & similes.

2 ¶ Iam verò descendendo † ad specialia Gratię, & dona Dei, & virtutes dicuntur spiritualia, & ideo pro eis nil temporale dari potest, *vt per gloss. in sum. 1. quæst. 1.* ideo Giezi seruus Elysei lepra percussus quod sanitatem, quę est donum & virtus Dei, voluit vẽdere precio Naaman Syro, *vt habetur 4. Reg. c. 5.* sic & Simon Magus execratus est à Petro Apostolorum principe, quod voluisset emere Spiritum sanctum pecunia ab Apostolis, vt virtutes spiritus ipse posset aliis vendere, *vt habetur Act. cap. 8.* atq; ideo prophetia, quæ pariter est donum Dei, vendi non potest. & licet in veteri scriptura constet, quod qui à prophetis quidpiam scire cupiebant, aliquid temporale illis afferebant, vt Saul quartam partem stateris argenti dedit Samueli Prophetæ, vt indicaret viam asinarum deperditarum, attamen vt inquit Thom. *ex mente Hieronymi secunda secundæ, quæst. 100. art. 3.* ad primum, quod prophetis dabatur, dabatur sponte, & pro alimentis & sustentatione ipsorum. Sic & doctrina, quæ pariter est donum Dei circa spiritualia vendi non potest, neque pro ea licet pecuniam accipere, nisi pro victu & necessitatibus docentis, sine quibus viuere & docere non posset, sicut habetur Deutero. *cap. 25.* & exponit ad hoc Paul. *1. ad Corinth. cap. 9.* quod tamen intelligendum est secundum doctrinam Thomæ, *de qua suprà in præced. nume. videlicet in quolibet 8. art. 11. ver. ad primum, vbi pulchrè.* & idem dicendum de Ecclesiastæ, & prædicatoribus nostri temporis, qui Euangelium prædicant: licet enim eis aliquid in eleemosynam accipere pro victu, sed nõ ideo debent paciscI, neque velle Euangelium prædicare, nisi pacta pecunia detur, *vt per Tho. 2. 2. q. 100. art. 3. ad secundum.* quæ vera sunt nisi ab Episcopo vel ab Ecclesia, vel ab aliis haberet salarium, quo posset viuere, *vt ibidem per Tho. in dict. art. 3. ad 3. & in 4. sentent. dist. 25. quæst. 3. artic. 2. quæst. 2. ad sextum & nonum.* & ideo dicebat Anton. *in summa sua in 2. parte, tit. 1. cap. 5. §. 17. col. vlt. vers. nota sexto.* quod si præceptor docens clericos habeat beneficium pro docendo, & recipiat pecuniam, committit simoniam, quinimo & dare licentiam venalem pro pecunia, vt doceat, est simoniacum, vt ibi concludit Anto. *in ver. nota 8.* licet dicat non esse propriè simoniam.

¶ Notandum tamen, quod hypocritæ, qui sanctitatem vendunt pro laude humana, vel vt eleemosynam habeant, non sunt simoniaci, & est ratio, quia non vendunt quid spirituale, cùm nihil habeant quod sit spirituale, sed fingunt habere, *ita Thom. 2. 2. quæst. 100. articul. 5. ad quartum.*

¶ Verum si quis prætextu sanctitatis vel religionis petat à sacerdotibus, vt ipsum commendent populo, & ei procurent eleemosynas, & promittat dare quotam partem eleemosynarum ipsis sacerdotibus, simonia est, *Anto. in 2. summæ suæ, tit. 1. c. 5. §. 17. vers. nota 3.*

3 ¶ Sacramenta † quoque vendere prorsus simoniacum est, quæ sunt septem, videlicet Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, Vnctio, Ordo, Matrimonium, *vt per gloss. in c. veniens, in ver. necessaria, vbi omnes, de transact. & in rubric. de sacra. non iterand.* & quod simoniacum sit ea vendere, probatur *in c. cùm in ecclesiæ, & in cap. ea quæ, & cap. ad Apostolicam, de simon. & gloss. in sum. 1. quæst. 1.* excepto tamen matrimonio, *vt ibi. & ĩ. dicam, & habetur in c. vlt. 1. q. 3. de quibus vidè latè Redoa. de simon. parte 3. c. 5. vsque ad num. 6.*

4 ¶ De Baptismo † text. *in capit. baptizandis, 1. quæst. 1.* vbi quod à baptizandis nil prorsus accipiendum, neque ab iis, qui baptismo offerunt infantes, *c. placuit, il secondo, ea. cauf. & quæst.* neque permittendum vt baptizandi nummos in concham conferant, prout solebant, *vt habetur in capit. emendati, ead. cauf. & quæst.* & licet daretur sponte pecunia, prę sumptio foret simoniæ, *vt ibi dicit gl.* & adeo exosa est simonia in hoc sacramento, quod si quis adultus vellet baptizari, neque reperiret Sacerdotem, qui vellet absque præmio baptizare, deberet potius à baptismo abstinere, credens se flamine Spiritus baptizatum, quàm præmium dare, *vt sentit Thom. secunda secundæ, q. 100. artic. 2. ad primum.* si tamen quis vellet baptizare infantem, & neminem reperiret, *vt* s̃. tunc dans nõ committeret simoniam, quia nõ dat, vt emat sacramentum baptismi, sed vt remoueat impedimentum auaritiæ, *vt tenet Caietan. ibi in commen. & ante eum Panorm. in cap. cùm in ecclesiæ, num. 5. de simon.* licet hoc casu recipiens simoniam committat, *vt ibi habetur, & per Anton. in secunda parte sum. tit. 1. capit. 5. §. 16.* vbi etiam, quod aqua consecrata ad baptizandum vendi non potest, sed bene non consecrata. & plura de simonia, quæ circa baptismum committitur, *vide Redoa. in tract. de simon parte 1. capit. 6. per totum, vbi latè de istis quæstionibus, & alijs, & parte tertia, capitul. quinto, per totum.*

5 ¶ De confirmatione, † & chrismate, text. est *in dict. c. baptizandis, & in dict. capit. placuit.* vbi quod neque etiam à Sacerdotibus licet aliquid pro chrismate eis dando accipere, *& habetur etiam in capit. non satis, extrà, de simon. & in c. vlt. 1. quæst. 3. & in cap. dictum, 1. quæst. 1. & in cap. si quis præbendas, 1. quæst. 4.* quæ tamen semper limitantur, nisi recipiatur quid tanquam stipendium ab eo, qui aliunde viuere non poterat, *vt per Thom. secunda 2. q. 100. art. 2. ad 4. & in 4. sentent. distinct. 25. quæst. 3. articul. 2. & habetur in cap. ea quæ, & in c ad nostram, de simon.* vbi quod neque etiam consuetudo excusat aliter. & idem si Episcopus pauper exigeret pecuniã pro balsamo emendo ad conficiendũ chrisma, quia non committeretur simonia, *Archidiac. in c. placuit, 1. q. 1. & de istis etiam vide Rodoa. in tract. de simon. parte 1 capit. 7. vbi latè etiam de tribus sequentibus hic sacramentis, & parte tertia, capit. 6.*

6 ¶ De pœnitentia, † quod scilicet simonia committatur etiam circa eam, tradit Anto. *in summa, in secunda parte, tit. 1. c. 5. §. 17. verbo, nota 4.* vbi quod simonia est dare, vel recipere pecuniam, vt minus dignè pœnitentem recipiat, vel dignè pœnitentem non recipiat, *& probatur in c. nemo presbyterorum, de simon.* Nota tamen, quod si sacerdos pro pœnitentia & pœna peccatorum exigeret pecuniam, non esset simonia, quia hoc casu non daretur pecunia pro absolutione, sed pro pœna, *vt per Thom. 2. 2. q. 100. artic. 2. ad 3.* & acrius puniuntur simoniaci in ordine, quàm alij, *c. quisquis, & c. quos constituerit, 1. q. 1. & quæst. 3. c. vendentes.*

7 ¶ De Eucharistia † & Cõmunione est text. *in c. nullus Episcopus, 1. q. 1.* & latè de simon. quæ committi potest circa Eucharistiam, & circa Missam, vide Redoan. *de simon. parte 3. capit. 7.*

8 ¶ De oleo † sancto, text. *in cap. non satis, de simon. & in c. fin. 1. quæst. 3. & Thom. 2. 2. q. 100. artic. 2. ad 4. & in 4. senten. dist. 25. quæst. 3. artic. 2.*

9 ¶ De ordine, † quod simoniacum sit accipere quid pro ordinandis clericis, neque excusetconsuetudo, est text. *in capitu. sicut certo, de simon.* & tradit gloss. *in summa, 1. quæst. 1.* quæ etiam in hoc casu damnata est in veteri testamento, cùm Antiochus Sacerdotium vendidit Iasoni, *vt supra dictum fuit, vt habetur in cap. sicut eunuchus, vbi gloss.*

*glo. in ver. Antiochus, 1. q. 1. & Thom. in locis supra adductis*, & turpius videtur, & maior simonia dare pecuniam pro hoc sacramento ordinis quàm pro aliis, quia in hoc ministeretiam vt notarius & alij non possunt accipere pecuniam, quod secus est in aliis, *vt per glo. in cap. sicut Episcopum, 1 quæst. 2. in ver. calamum.* vbi quòd in hoc sacramento, neque etiam pro labore licet quid recipere. & de multis quæstionibus concernentibus simoniam circa ordines, vide latè Redoa. *in tractat. de simon. parte 1. capit. 8.* vbi etiam quot sint ordines, & plura de eis, & de simonia respectu ordinantis, respectu autem ordinati tractat eadem parte, *cap. 9.* & de simonia commissa circa ordinem ab his, qui interueniunt in ipsa ordinatione, vt Archidiaconi, Notarij, & mediatorum, & parentum, seu affinium, *vide eundem ibi, cap. 10. & idem parte 2. cap. 23.* vbi de simo. circa ordines collatos ab Episcopo, *& etiam c. 24. & 25. & 26.*

10 ¶ Circa matrimonium verò, †licèt sit sacramentum, non committitur directò simonia. Potest enim dari pecunia, vel pro dote, vel alia ex causa concernẽte effectum matrimonij, vt sequatur, vel non sequatur, neque erit simonia, *vt per glo. in c. cum Ecclesiæ, de simonia, & in c. significante, qui matri. accu. poss. plena glo. in c. honorantur, 32. q. 2. glo. & Archidiaco. in c. his ergo, 23. distinct. & in c. quicquid. 1. q. 1.* Thom. *secunda secundæ, q. 100. artic. 2. ad 6.* vbi assignat rationem differẽtiæ inter hoc sacramentum, & cætera præcedentia, quia scilicet matrimonium est etiam officium naturæ, ideo tunc pecunia non datur pro sacramento, sed pro officio naturæ, sed si daretur pecunia, vt benedicerentur sponsi, tunc esset simonia, vt ibi Thom. dicit, & idem tenet Anto. *in summa, in 2. part tit. 1. b. 5. §. 16. & glo. etiam hoc tenet in c. cum in ecclesia, in verb. benedictionibus, de simo.* & quod dictum est, quòd dare pecuniam pro benedictione sponsorum est simonia, id verum indirectè, & impropriè, nõ directè & propriè. ideo recipiens non punitur, sed tantùm cogitur agere pœnitentiam, & restituere pecuniam, vt vult glo. vltim. *in cap. suam. de simon.* Quæ comprobãtur, quia etiam Episcopus potest nolle consecrare Ecclesiam, nisi dos fuerit ei assignata, *gloss. in cap. quicquid inuisibilis, in verbo, consolatione, in fine, 1. quæstio. 1.* & scimus valere argumentum de matrimonio spirituali ad carnale, & econtra, *vt per Iason. in l. 3. in princip. numero 26. de iureiurando, & in authen. ingressi, Cod. de sacrosanctis eccles. numero 24. & ita in specie arguit Calcan. consilio 31. num. 10.* Et ex præmissis concludi etiam potest, quòd si mulier, vel vir renueret præstare debitum coniugi, licèt vt præstaretur pecunia ab altero daretur, non tamen esset simonia, quia non pro sacramento, sed pro copula daretur. & de simonia quibus modis committi possit circa matrimonium, *vide Redoa. in tracta. de simon. parte 1. cap. 11. vbi latè, & c. 12.*

11 ¶ Verùm, quia †supra de sacramento ordinis dictum est in genere, & plures sunt ordines, ideo magis in specie de illis videndum inquantum ad materiam simoniæ, quam tractamus attinet. licèt ergo in primitiua ecclesia forent tantùm tres ordines, scilicet Episcoporum, Presbyterorum, & ministrorum, vt inquit Thom. *in capit. 3. in princip. primæ ad Timoth.* hodie tamen septem sunt, videlicet incipiendo à minori, & ascendendo ad supremum, Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolytus, seu Acolutus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, quorum singulorum officiũ quale sit, & in quibus versetur, declarat Isidorus *in cap. perlectis, quod est primum di. 25.* quibus addit etiam Psalmistam, & Episcopum, pro quibus singulis conferendis si quid temporale detur, proculdubio erit simonia, quia vt supra dictum est, turpius venditur ordo, quàm alia spiritualia, *vt per glo. in c. sicut episcopum, 1. q. 2. & dixi supra.*

12 ¶ Sed & pro administratione † rerum Ecclesiasticarum, vel spiritualium habenda dare quid temporale simonia est, ideo si detur pecunia vel aliud quidpiã temporale pro habendo vicedominatum, præposituram, œconomiam, aduocatiam, castaldiam, iudicaturam, simonia est, *vt habetur in cap. consulere, vbi glo. 1. de simon. & glo. in summa, 1. quæstione 1.* idem si detur, vt constituatur quis procurator, defensor, præpositus, aduocatus, syndicus, & de omnibus Anton. *in 2. summæ, titul. 1. cap. 5. §. 21. colum. 2. ver. item vendere, vel emere offic.* vbi concludit hæc fallere, quando nihil annexum foret spiritualis in his administrationibus, *& habetur etiam in c. ad nostram, de simo. & in c. fin. 1. q 3.*

13 ¶ Pariter & † pro dignitatibus Ecclesiasticis & officiis accipere, vel dare pecuniam, aut aliud temporale, simonia est, vt pro Archipresbyteratu, & Archidiaconatu, *vt per Anto. in d. §. 21. loco præallegato.* & sic idem dicendum de Vicariatu, & quacunque alia prælatura, *vt habetur in cap. non satis, & in c. ad nõstram, de simon. & in c. fin. 1. q. 3.* idẽ si pro Episcopatu, Archiepiscopatu, primatu, Cardinalatu, Papatu, *vt supra probaui, cap. 78. numero primo.* sed & si religiosus legitimatus à Papa ad supplicationem conuentus, vt eis in prelatum daretur, si illi nominationi renunciat, vt sibi detur certa pẽsio annua, simoniam committet, *ita consuluit Calderin. cons. 484. alias cons. 1. sub ti. de simon. incip. an religiosus,* & quomodo circa istas dignitates & officia Ecclesiastica committatur simonia, latè Redoa. *in tracta. de simon. parte 1. c. 13. vbi videndum,* & in specie de Papatu, *c. 14.* & de Cardinalibus, *c. 15.* & de Patriarcha. *c. 16.* de Archiepiscopo, *c. 17.* de Episcopo, *c. 18.* & de aliis inferioribus dignitatibus, *c. 19.* & latè quibus modis contrahatur simonia in beneficialibus, *idem Redoa. ibid. parte 3. c. 8. & seq.*

14 ¶ Et ex prędictis colligitur, †quòd venditio singulorum actuum, qui intercedunt in creando suprascriptos omnes administratores officiales & prælatos, simonia est, ideo pro electione etiam cõmittitur, licèt per eam non cõferatur gratia, *vt in sum. 1. q. 1.* idem si detur potentibus, vt sibi suffragentur in electione, vel clericis quid decretum sibi faciendum, vel ciuibus ad subscribendũ, *c. 1. 1. q. 6.* quinimo si detur pecunia electoribus, vt talem eligant, licèt & sine pecunia omnino illum electuri fuissent, attamen ob pactum committi dicitur simonia, *glo. in c. nobis, in ver. interueniente, de simo.* Item si detur pensio in pecunia cum pacto, vt habito beneficio tanti valoris eam dimittat, erit simonia, *Cardi. in cle. 1. q. 17. de rebus eccl. non alien. vbi limitat vt per eum.* idem si detur præsentatori, *vt in c. ex tuæ, de simo.* Idem si detur pro cõsecratione Episcoporum, vel pro benedictione Abbatum, & ordinatione clericorum, neq; excusaret consuetudo, *c. sicut pro certo, de simo.* Idem si pro installatione Abbatum & aliorum, *c. ne Dei, de simo.* & omnibus, *& per Thom. 2. 2. q. 100. artic. 2. ad 4. & in 4. sent. dist. 25. q. 3. art. 2.* Idem si pro impositione in sedem cuiusque prælati, vel pro introductione presbyteri in Ecclesiam, *c. cum in Ecclesiæ, & in c. suam, de simo.* Idem si pro datione pallij, *cap. nullus, 1. quæstio. 2.* vel etiam pro confirmatione, *vt per Anton. in 2. summæ. titul. 1. c. 5. §. 21. in vltimis verbis, 1. colum.* sic & dare pecuniam alicui vt desistat à contradictione contra electum, *c. Matthæus, de simo.* Idem si detur, vt nõ impediatur in beneficio obtinendo, *Thom. 2. 2. q. 100. artic. 2. ad 5. & in 4. sent. d. 25. quæst. 3. artic. 2.* Idem si detur, vt vacet beneficium, vt illud possit consequi, *Anton. in 2. sum. ti. 1. cap. 5. §. 21. ver. 2. nota.* quinimo & si daretur pecunia malo prælato, vt renunciaret ad hoc, vt conferretur bono, simonia foret, *cap. reperiantur, 1. q. 1. & nota. in c. tanta, de simon.* Idem si daretur quid Episcopo vt permitteret clericos in diœcesi sua instituì, vel monachos profiteri, *vt habetur in cap. audiuimus, de simon.* Idem si detur pro receptione in canonicum, *cap. Iacobus, de simon.* & quando pro electione committatur simonia, *latè Redoa. de simon parte secunda, capit. 33.* vbi etiam de consecratione, confirmatione, & aliis actibus simil. & etiam *cap. 34.* vbi de simonia in electione Papæ, & etiam *cap. 35. & 36.*

15 ¶ Colligitur etiam, † quòd pro quocunque actu, quẽ exercent singuli ex prędictis ministris, officialibus, & præ-

& prælatis Ecclesiæ, potest committi simonia, & ideo pro missis, & orationibus dicendis committetur simonia; quia licèt officia, & orationes, quæ dicuntur in missis, & horæ sint de iure positiuo, *vt per glo. in clem. 1. ver. canonicas, in princ. de celebrat. miss.* tamen in genere sunt institutæ ad laudandum & orandum Deum, ideo sunt de iure diuino, *vt per Panorm. in c. 1. de celebra. miss.* & quomodo circa hos omnes actus committatur, *vide Redoa. de simon. parte 1. c. 29. & parte 3. cap. 18. vbi latè*, ideo simoniacum erit dare aliquid præcedente pacto pro consecratione Ecclesiæ, vel pro reconciliatione ipsius, *vt per Calcan. consil. 31. numero 1. & habetur per omnes in c. cum sit Romana, de simon.* sic & si pro dedicandis Ecclesiis, *c. 1. 1. q. 2.* & pro consecratione altaris, *c. vltimo, 1. q. 3. c. cum sit Romana, de simon. c. si quis præbendas, 1. q. 3. tex. & glo. in c. Ecclesia, 1. q. 3. & in c. Eleutherius, 18. q. 2. vbi tex. & glo.*

¶ Item si detur, vt visitet, vel non visitet. Anton. *in 2. sum. tit. 1. c. 5. §. 17. colum. 2. ver. nota quartò.* sed nota, quòd Episcopus pro consecratione, vel visitatione potest recipere procurationem, *c. cum sit, de simo. c. relatum, 10. q. 3. cap. cum ex officio de præscrip.* quod intellige, nisi paupertas obstet, quia tunc tenetur gratis consecrare, & visitare, *10. quæst. 3. §. cauendum.* Sacerdos quoq; si dicit missam principaliter intuitu pecuniæ, simoniam committit. sic & canonicus, qui venit ad horas intuitu distributionum quotidianarum, *vt per Abb. in cap. consuluisti, de celebrat. miss. & in cap. significatum, de præben.* sic & si accipiat pecuniam pro celebratione diuinorum, simoniam committit, *vt not. glo. & Doctor. in cap. significatum, de præbend. & in cap. abolendæ, de sepul. glo. in cap. iudices, 1. q. 1. & Inn. in c. 3. ne prælati vic. su. & latissimè Redoa. de simo. par. 2. c. 27.* & pro missa, pro horis, pro exequiis, pro anniuersario, prædicatione, processione, prophetia, vide quia latè, & etiã de pauperib. dicentibus orationes ad ostium, & etiam c. 28. Idem si detur, vt permittat mortuos sepeliri, *c. audiuimus, de simo.* vel vt in cœmiterio sepeliatur, *glo. in summa, 1. q. 1. glo. in ca. quicquid inuisibilis, in verbo, consolatione, 1. quæst. 1.* vel pro exequiis celebrandis. *Anton. in 2. summæ, tit. 1. c. 5. §. 22. & habetur in c. cum in ecclesiæ, & in c. suam, de simon. & c. non satis, eod. titulo.* Idem si fieret pactum de redimendo pecunia lectum, pannos, & vestes, ac ornamenta, quibus ornatum erat cadauer, etiam antequã portaretur ad Ecclesiam, simonia foret, *vt per Ant. d. §. 22.*

16 ¶ Et idem etiam dicendum si detur pro actibus † iustitiæ exercendæ, & pro vsu potestatis, quam habet, vt pro sententia ferenda in causa spirituali, & ecclesiastica, pro absoluendo, vel puniendo minus vel plus. Anto. *in 2. parte summæ tit. 1 c. 5. §. 17. colum. 2. ver. nota quarto.* vbi idem si recipit pecuniam, vt deleget vices suas. Idem si detur in genere, vt iustitiam administret, *ibidem ver. nota quinto.* Item pro testimonio ferendo in causa spirituali *ibidem in d. 2. colum. in fin. ver. sicul. testificari.* pro sigillo etiam aliquid recipere in causa spirituali præter ceram & operam sigillantis simonia est, *ibidem Anton. versic. & ex hoc sequitur.* Idem si pretium daretur, ne indicerentur feriæ pro festo alicuius Sancti, quod festum communiter solet obseruari, vt tenet ibidem Anton. *versic. nota septimo.* Item si reciperet pecuniam, vt absolueret ab excommunicatione, *c. ad aures, vbi glo. 1. de simo. & glo. 1. in c. dilectus, eod. titu.* & an ex venditione iustæ sententiæ committatur simonia, notatur *in cap. vendentes, 1. quæst. 3. in glo. 2. & tex. in c. fin. de purga. cano.* & quòd in causa spirituali sententia sit simonia, notat. *in c. cum ab omni. de vita & honestat. cleric. & in c. non licet, 11. q. 3. & in c. pen. & fin. 1. q. 1. & per Inn. in c. 1. ne prælat. vices suas.* secus si venderetur sententia in causa ciuili, glo. *in c. vendentes, 1. quæst. 3.* quia nõ foret simonia, & quomodo pro excommunicatione, interdicto, suspensione, absolutione committatur, *Redoan. de simo. part. 2. c. 30. & parte 3. c. 19. & 20.*

17 ¶ Ille quoque † infidelis qui pretio pacisceretur conuerti ad fidem Christi, simoniam committeret, sicut & ille, qui ea de causa secum conueniret, quia nemo pretio est inuitandus ad fidem, *c. quam pio, 1. q. 2. vbi etiam gl. in ver. interuentu, & vide etiam c. seq. & Ioan. Andr. in c. dilectus, il secondo, de simonia.*

18 ¶ Pro religionis etiam ingressu si quid detur præcedente maximè conuentione, & pacto, simoniacum est, *cap. non satis, de simo. Bald. consil. 371. nume. 3. & in 4.* vbi quòd pactum cum Abbatissa, de recipiendo monialem, simoniacum est, & quando, & quibus casibus committatur simonia circa religionis ingressum, *vide latè Redoa. in tracta. de simo. parte 2. cap. 29.* & si directè, & propriè non paciscerentur, sed tantùm verba dicerent talia, quę denotarent eorum intentionem illum non recipiendi absq; pecunia, vel aliis rebus temporalibus, puta si dicerent, reciperemus te, si haberes possessiones, vnde posses viuere, *vt per glo. in sum. 1. q. 2.* quod verum est etiam, si monasterium inopia laboraret, *vt per Anto. in 2. par. summa, ti. 1. cap. 5. §. 18. per totum*, & multo magis si foret opulentum. quinimo & si quis religiosis seruiret pacto apposito, vt post aliquod tempus reciperetur in monasteriũ, simoniam committeret, *vt per Anto. ibi. §. 19. in prin.* sed & si fieret conuentio, vt recipiendus prius addisceret artem aliquam, qua mediante lucrũ faceret monasterio, simoniaca foret talis pactio, *vt per Anton. ibi in dict. §. 19. colum. 2. in princip.* Idem quoque foret, si recipientes exprimerent aliquam conditionem, puta quòd recipiunt cum ea conditione, vt intra tale tempus det aliquid, & ipse timens aliàs non recipi taceat, simonię vitio non carebit, quia tacens pro consentiente haberetur, *vt per Anto. in d. §. 19. in princ.* etiam si tacens in animo suo conciperet nil dare: pariter & si timens non recipi dicat Abbati, si me reciperetis, darem vobis bona mea, & sic habito consilio per Abbatem cum capillo illum reciperent, simonia foret, si ea intentione recepissent, vt bona haberent, quin & ex parte offerentis saltem foret simonia, etiam si recipientes illum recepissent nulla habita consideratione ad bona, sed & absque eis illum recepturi, *vt ibid. tradit Anton. d. §. 19. colum. 1. & ante eum Cardin. & Hostiens. in cap. nobis, de simon.* sed & si quis procuraret, quòd aliquis reciperetur in religionem nulla facta conuentione, sed postquam fuit receptus, si sollicitat patrem illius, vt cõferat aliquid monasterio, simoniam cõmittit, quando aliàs non procurasset eum recipi, nisi speraret à patre obtinere, vt aliquid daret monasterio: sed & si id nõ speraret, sed nunc procuraret, vt daret in specie pro illa receptione, *Anton. in d. §. 19. colum. prima, versic. item si quis procuraret.* verùm & si extaret cõsuetudo de dando tantam quantitatem in receptione monialium, & fiat pactum de seruanda tali consuetudine, simonia erit, *vt per Host. in summa sub tit. de simon. num. 14.* Idem quoque dicit ibidem simoniacum fore, si primo gratis acciperetur, sed postea compelleretur ad seruandam talem consuetudinem. quinimo, & si non compelleretur, sed ipse receptus post receptionem vellet dare, quod consuetum est, & daret, simonia non careret, *ita ibi Hostien.* quod vltimum intelligit verũ, quòd scilicet saperet simoniam, quoad Deum, sed non quoad Ecclesiam. Quod tamen etiam ego intelligo, quando talis foret intentio dantis, vel recipientis, vt non pro eleemosyna, & gratis daretur, sed pro adimplenda consuetudine in præmium receptionis. sed & ab hac declaratione modificatur dictum eiusdem Hostien. *ibidem numero 14. in princ.* vbi voluit, quòd etiam si monasteriũ foret tenue, & egenum, non licet paciscì in ingressu. possunt tamen recipientes protestari, quòd monasterium est valdè egenum, ideo afferat secum, vnde viuat. hoc enim intelligo verum, dummodo parati sint recipere, etiam si non afferat: nam si nullo modo vellẽt recipere, nisi afferret, certè nescio quomodo hic actus effugeret vitium simoniæ saltem mentalis, cùm appareat de eorum intentione, quòd velint recusare ingressum non dato pretio, neq; color ille alimentorum excusare potest, vt videtur probare text. apertus *in capit. quoniam, de simon. ibi, paupertatis pretextu*

*prætextu volentes huiuſmodi vitium palliare*, & loquitur in ſpecie de recipientibus moniales, recepto prius aliquo ſub prætextu paupertatis: & probatur etiam à ſimili, *in cap. nullus. 1. q. 1. & in c. cauendum, ea. cau. & q.* & hoc etiam videtur tenere glo. *in ſumma. 1. q. 2.* Illud quoque mente tenendum, quod ſi ſub ſpe lucri aliquis inducitur, & perſuadetur, vt talem intret religionem, & ex coniecturis apparet, quod monaſterium id procurabat, vt eius bona haberet, ſi ea intentione recipiatur, ſimoniacum erit, & in odium monachorum id intendẽtium priuabitur monaſterium bonis, licet valeat recepti profeſſio, vt conſuluit Fel. *conſ. 38. num. 6.* Sed quid ſi quis relinqueret mille tali monaſterio ſub conditione, quod deberent recipere talem in monaſterio, an ſi recipiant, erit ſimoniaca iſta receptio? in hac quæſtione varie ſenſerunt ſcribentes, vt per Iaſ. *in l. 2. C. de inſtit. & ſubſt. num. 3.* vbi, quod communis eſt, quod non ſit ſimonia. Ego autem puto ſecundum prædicta ſic diſtinguendum, quod aut ex coniecturis conſtat, quod monaſterium non recepiſſet illum abſque illa ſpe lucri, & tunc erit cenſenda ſimonia: aut non poteſt id præſumi, & tunc ſecus, & procedet communis opi. ad quæ videndus etiam Fel. *in c. non ſatis, in prin. de ſimon.* vbi poſt alios per eum relatos conſulit teſtatorem, quod roget in legato, vt recipiant talem in monaſteriũ, non autem apponat conditionem. Sed puto veriorem diſtinctionem quam ſupra poſui.

¶ Similiter ſi ordinans, vel Epiſcopus, vel repræſentator recipiat pactum, ne moleſtentur in petendo tit. ſimonia erit, Hoſt. *in ſumma, de ſimo. num. 14.*

19 ¶ Et poſtremo etiam † notandum, quod non tantum ſimonia committitur in actibus affirmatiuis, de quibus ſupra, ſed etiam in negatiuis: vt ſi quis recipiat pecuniã, ne talem ordinet, vel ne canonicæ electioni præſtet conſenſum, vel ne abſoluat, ne conſecret, ne reconciliet, *vt habetur in c. nullus Epiſcopus, vbi etiam glo. in ver. reſtituat. 1. q. 1. & etiam in cap. ſequenti.* Sed inter factum affirmatiuum, & negatiuum hoc intereſt: nam ſtatutum de non faciendo proceſſionem in funere, niſi dentur tot, non valet, quia ſimoniacum. ſtatutũ autem, quod proceſſio fiat, ſi tot dentur, ſimoniacum non eſt, & eſt ratio, quia per primum ſtatutum negatiuũ præcluderetur via faciendi proceſſiones gratis in funere; per ſecundum vero affirmatiuũ non præcluditur. Præterea per primum inducitur quædam exactio etiam ab inuito; per ſecundum autem excitantur animi fidelium ad quandam gratuitam recompenſationem, *ita declarat Thom. 2. 2. q. 100. artic. 3. ad 2. in ver. & eo etiam tenore.* Et idẽ ſi detur pecunia, ne impediatur promotio, ante tamen ius quæſitum, ſecus ſi poſt, quia tunc eſſet redimere vexationem, *vt nota. in c. dilectus, de ſimon. & in c. Matthæus, & in c. ad aures, eod. tit.* ſic etiam dans aliquid, ne beneficium conferatur, vt indigno, ſimoniam committit. *Archid. in c. quam pio. 1. queſt. 2.* ſed nota, quod bene poteſt dari pecunia, ne ſimonia committatur, *Archid. in c. ordinationes, num. 4. 1. q. 1. Ioan. Andr. in c. cum in Eccleſia, de ſimo.*

## CAPVT LXXX.

## *Quæ dicantur Annexa Spiritualibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Annexa ſpiritualia quæ, & quotuplicia ſint.*
*Pecuniam dare pro licentia benedictionis, quando ſit ſimonia, & quando circa iudicialia, & gratias, & numero ſeq.*
3 *Spirituale annexum temporali, & econtra, qualiter vendi licite poſſint, & num. ſeq.*
5 *Primogenitura, qualiter dicatur ſpiritualib. annexio.*
6 *Sepulturarum, funeralium, & ſimilium venditio, quando, & quæ ſpecies ſint ſimoniæ.*
*Pecunia ſi detur ad corpus vigilandum, & orationes dicendum, quando ſit ſimonia.*
*Et quid ſi dentur annui redditus pro anniuerſariis.*
7 *Ius patronatus eſt annexum ſpiritualibus, & ipſum, & eius fructus an vendi poſſint.*
8 *Decimæ ſunt annexæ ſpiritualibus, & cuius iuris ſint, & quotuplices, & qualiter in his committatur ſimonia, & in quibus Decimis.*
*Ius Decimandi ſpirituale eſt, perceptio autem decimarum eſt ei annexa.*
9 *Oſtiario pecuniam dans, vt intret ad Epiſcopum, ad beneficium impetrandum, quando committit ſimoniam.*
10 *Emens victum pro monacho, & dans aliquid vt recipiatur ad ſeruitium hoſpitalis, & emens ſeruitium portandi aquam benedictã per viciniam, an & quando committat ſimoniam.*
11 *Poteſtatem terrenam vt quis adipiſcatur, vel ad confraternitatem admittatur, ſi quis aliquid dat, ſimoniam non committit, & num. ſeq.*
13 *Spiritualia ab annexis qui differant, & decimæ à iure patronatus.*
14 *Beneficiorum in fructibus, & in penſionibus in ingreſſu, & regreſſu, & acceſſu, quando ſimonia committatur, & num. 15. 16.*
17 *In poſſeſſione beneficii conſequenda, an committatur ſimonia, & circa vaſa ſacra, & vt pulſetur campana, & ſimilia officia Eccleſiaſtica.*

1 ET quoniam in definitione ſimoniæ dictum fuit, quod eſt datio, vel intentio dandi temporalia pro ſpiritualibus, vel annexis; ideo poſt explicatam ſimoniæ ſpeciem circa ſpiritualia, nunc conuenit de annexis ipſis ſpiritualibus tractare. verum quia adeo ſunt annexa vel rebus, vel perſonis, vel dignitatibus, vel officiis, vel adminiſtrationibus ſpiritualium, vt commode ſeparari non poſſint, atque ideo non incongruum mihi viſum fuerit in præcedenti capite, cuius inſcriptio erat de ſpiritualibus tantum, etiam de annexis ipſis ſpiritualibus ibi ſcribere multa: ideo nunc generales quaſdam regulas ponam, quibus poſſit quilibet ſpiritualia ab annexis ſegregare, & ſpeciatim ponere exempla annexorum, in reliquis me referendo ad dicta in præcedẽti capite, quo in loco plura annexorum exempla poſui, in quibus committitur ſimonia, de quibus etiam videndus Redoa. *in tract. de ſimon. par. 1. cap. 4. num. 10. cum plur. ſequ. & cap. 27. & latius par. 3. c. 3. num. 6. vſque in fi. &c. 12. per totum.*

¶ Quædam ergo ſunt annexa ſpiritualibus, tanquam ex ſpiritualibus prouenientia, & ab eis dependentia. exemplum in beneficiis eccleſiaſticis, quæ dicuntur ſpiritualibus annexa, quia competunt clericis tantum, & ió vendi non poſſunt, quia ſine ſpiritualibus eſſe non poſſunt. Quædam ſunt annexa ſpiritualibus, in quantum ad ſpiritualia ſunt ordinata, vt ius patronatus, quod ordinatur ad præſentandum clericos ad Eccleſiaſtica beneficia, & vaſa ſacra, quæ ordinantur ad ſacramentorum vſum, ideo quia hæc non præſupponunt ſpiritualia, quinimo ea temporis ordine præcedunt, ideo etiam vendi poſſunt, non tanquam ſpiritualibus annexa, vt quando ſunt conſecrata, ſed ad ſpiritualia ordinata, *Tho. 2. 2. q. 100. ar. 4. in reſpon.* ſicut enim anima viuit ſecundum ſe ipſam, corpus autem ſine anima viuere non poteſt, ſed ex eius vnione viuit: ita etiam quædam ſunt ſpiritualia ſecundum ſe ipſa, vt ſacramenta, & eiuſmodi; quædam autem dicuntur ſpiritualia ex hoc, quod ſpiritualibus adhærent, vt ſunt ſepultura, ius patronatus, ius primogenituræ, *vt per Thom. d. q. 100. artic. 1. ad 6. & art. 4.* & ſicut duplex eſt genus ſpiritualiũ, ſcilicet ipſa res ſacra, vt ſacramenta, & actus competens alicui ex officio ſacro; ſic etiam duplex eſt ſpirituali annexum, videlicet quoddam annexum ipſis ſacra-

mentis, vt vasa sacra & supellectilia sacra; quoddam est annexum officiis sacris, vt ius patronatus & decimæ, & in vtroque committitur simonia quantum ad id, quod habet concernens spiritualitatem, *ita Th. in 4. dist. 25. q. 3. art. 2. in responsione ad 3. q.*

¶ Et si sacerdos nolit dare licentiam alteri sacerdoti benedicendi nuptias, nisi detur pecunia, simonia est. ℣ verum est, quando intenderet vendere ius benedictionis, secus si tantum intenderet prouidere de oblatione eum tangente, modo non exigat maiorem summam, quam contra eum verosimiliter contingeret, *vt no. in c. cum in Ecclesia, de simo.* circa etiam iudicialia & gratias, committit simonia, vt secundo, circa excommunicationem, absolutionem, & gratiam, *de quibus per Redoan. in tract. de simon. parte 1. c. 20.* & ideo dicitur *in c. siquis obiecerit, 1. q. 3.* siquis obiecerit, non consecrationes emi, sed res quæ ex consecratione proueniunt, penitus desipere probatur: nam cum corporalis Ecclesia, Episcopus aut Abbas, aut tale aliquid sine rebus corporalibus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore corporaliter viuit, si quis horum alterum vendit, sine quo nec alterum prouenit, neutrum inuenditum derelinquit. nullus ergo emat, vel Ecclesiam, vel præbendam, vel aliquid Ecclesiasticum annexum spiritualibus, *& idem dicit Thom. d. q. 100. artic. 4. ver. sed contra.*

2 ¶ Annexa autem † spiritualibus sunt ista, Dedicatio Ecclesiarum, consecratio virginum, & aliarum rerum ad cultum diuinum pertinentiũ, benedictio Abbatum, absolutio ab excommunicatione, vel aliis censuris Ecclesiasticis, electio prælatorum, confirmatio eorundem, correctio criminum, negligentia in corrigendo, prædicationes, orationes, horæ, & officia in Ecclesia, cura animarum, ingressus monasterii vel religionis, Ecclesia seu beneficium simplex vel curatum, præbendæ, dignitates Ecclesiasticæ, officia Ecclesiastica, sepulturæ, exequiæ, locus Ecclesiæ consecratus ad sepulturam, vel vbi iam sepultum est cadauer, ius patronatus, ius percipiendi decimas, officia Ecclesiastica, quibus aliqua iurisdictio adhæret vt œconomus, vicedominus, ferre sententiam in iudicio Ecclesiastico, permutatio dignitatis, vel beneficii Ecclesiastici cum commodo temporali, *de omnibus his Anton. in secunda parte summæ, tit. 1. cap. 4. §. 1. circa fin.* Item & aqua benedicta, vasa sacra, vestes & similia, dum sunt consecrata, licet alteri Ecclesiæ vendi possint in eadem forma, non autem laico, nisi conflata & dissuta, *cap. hoc ius, 10. q. 2. & no. in cap. placuit, 11. quæst. 1.* Dare quoque pecuniam Episcopo, vt indicat ferias, simoniacum est, *Archid. in c. 1. de consecrat. dist. 3.*

3 ¶ Aduertendum tamen, † quod aliquando aliquid venditur, quod est principaliter spirituale, sed habet annexum temporale, & simpliciter venditur, & tunc dicitur vendi spirituale: aliquando est contra, quid est principaliter temporale, sed habet annexum spirituale, & tunc si simpliciter venditur, dicitur vendi temporale: hoc tenet in specie ista, Caietan. *in summa sua, in versic. simonia, colum. 3. in princ. & sequen.* pro quo facit regula vulgata, quod in quacunque dispositione attenditur semper principale, *l. siquis ne causam. ff. si cert. peta. l. sed si quacunque, in fin. ff. ad l. Aquil. l. qui iniuriæ, in princ. ff. de fur. l. si quid fur. eodem tit.* Item & illa, quod in mixtis attenditur illud, in quo magis incalescit. *l. quæritur. ff. de statu ho. cum concord.*

4 ¶ Ad hoc ergo vt simonia † sit in annexis, oportet, ℣ appareat ea vendita fuisse vti annexa spiritualibus, & sic contemplatione spiritualium, *vt in summa, & ibi glo. 1. q. 1.* & ita intelligendum est dictum glo. ibi dum vult, quod officium ostiarii, vel sonandi campanas, si ematur, efficiatur simoniacum. quod verum, si contrahentium intentio respexit principaliter Ecclesiam, non autem fructus simpliciter & actum ipsum custodiẽdi Ecclesiam, & sonandi campanas, vt fit in aliis profanis, vt sonare campanam scholarium, consilii, & simil. & sic custodire ostium curiæ prætorii, vel alterius loci secularis. nam si intentio contrahentium consideraret tantum laborem, qui æqualis solet esse etiam in profanis similibus, non autem considerarent, quod istud foret officium Ecclesiasticum, non putarem in his committi simoniam, sicut dicimus, quod si emo prębendam tanquam annexam Ecclesiæ, committo simoniam, secus tamen si emo præbendam tanquam fructus, *vt in summa 1. quæst. 3. & ibi glo. & Scrib.*

5 ¶ Et quia supra dictum est, † quod ius primogenituræ annexum est spiritualibus, posset quæri, quomodo dicatur annexum, & in quo concernat spiritualia. Respondeo, quod in hoc contingit spiritualia. quia in veteri lege nullus poterat esse sacerdos, qui non foret primogenitus, vt patet de Melchisedech, qui ex eo, quod putabatur primogenitus, Noe Sacerdos erat Dei altissimi, *vt patet Genes. capite 14. & in epistola Pauli ad Hebræos cap. 7.* & Leuitæ fuerunt sumpti, vt essent Sacerdotes in cultu Dei, loco omnium primogenitorum Israel, *vt habetur Num. cap. 3.* Item & in alio videtur sapere spirituale, quia primogeniti habebant ius quoddã in fratres suos posteriores, vt scilicet incuruarentur cæteri coram primogenito, & ipse benediceret eis, vt Isaac voluit benedicens Iacob filium suum, quem putabat primogenitum, *vt habetur Genes. cap. 27.* sic & Principes & Reges, qui vngebantur, erant primogeniti, vt colligitur ex dictis in d. cap. 27. ibi, Seruiant tibi populi, & adorent te Tribus terræ. & paulo infra, Isaac alloquens Esau filium suum, de Iacob Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituri eius subieci. Item & ipsi soli primogeniti benedicebantur à patre, *vt habetur in d. capite 27.* non mirum ergo si hoc ius primogenituræ dicitur habere quid spiritualitatis, cum ad eos spectaret Sacerdotium, & ius benedictionis actiuæ, & passiuæ, ac etiam imperium, in quo cadit vnctio, quæ respicit spiritualia. Sed quod immo non sit tale ius annexum spiritualibus, quia fuit venditum ab Esau fratre primogenito, Iacob secundogenito, *vt patet Genes. capite 25.* etiam pacto præcedente. cui obiectioni respondetur, quod Esau, qui vendidit, quoad se, simoniam commisit, quia credebat ius primogenituræ ad se spectare: sed Iacob emendo simoniam non commisit, quia ex relatione matris, cui Deus reuelauerat, sciebat voluntatem Dei hoc ius primogenituræ ad se spectare, cum Malach. cap. 1. dictum sit, antequam aliquid boni vel mali facerent, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. quod dicit Apostolus ad Roman. 9. factum fuisse ex diuina electione, prædestinante ante secula, & ideo quæ nutu Dei aguntur, non sunt sub lege. Item non potest dici ex alio simonia, quia etiam in spiritualibus licet redimere vexationem sibi illegitime factam, vt videbimus in sequenti capite: nam Esau contra Dei voluntatem possidebat primogenituram, & eius dignitate, & iure, vexabat Iacob, quem Deus primogenitum, & maiorem Esau constituerat, *& ita respondet etiam Thom. 2. 2. quæst. 100. artic. 4. ad 3. vbi etiam Caiet. declarat.*

6 ¶ Item, quia supra † in præceden. cap. num. 15. dictum est, quod etiam simoniacum est vendere sepulturam, funeralia, exequias, & cętera, quæ ad sepulturam spectant, tanquam annexa spiritualibus, & habetur *in c. suam, de simon.* vbi glo. limitat in casu, quo Sacerdos indigeret, neque haberet, vnde viueret, & ibi etiam glo. fin. quod per hoc non dicitur directe committi simonia, quia non suspenditur, aut deponitur, sed tãtum debet agere pœnitentiam, & restituere pecuniam: attamẽ videtur his obstare, quod habetur Genes. 22. vbi dicitur, quod Abraham emit ab Ephron speluncam duplicem in sepulturam. Sed respondetur, secundum omnes expositores, quod ille ager emptus non erat adhuc sacer:

cer: quia licet foret spelunca duplex destinata ad sepulturam, nullus tamen in eo sepultus erat, sicut si venderetur arca destinata ad sepulturam, nõ ideo foret simonia. & Thom. *in loco præallegato* dicit, q̃ Ephron commisit simoniam vendendo spelunca 400. siclis, quia talis erat eius intentio vendere, sc. ius sepeliendi, sed Abraham non commisit, quia intentio Abrahæ fuit emere terram communem, & hoc idem dicit. *in 4. sent. d. 25. q. 3. artic. 2. in responsione ad 3. q.* Verum huic expositioni videtur aduersari litera, si recte inspiciatur; ideo forte dicendum, quod Ephron gratis concedebat ius sepeliendi, sed nolebat concedere, nisi & totum agrum, in quo erat spelunca, daret: & ideo agrum vendidit principaliter, qui erat res temporalis, licet in consequentiam transferret spelunca, quæ in eo erat. & ideo male faciunt nostris temporib. clerici, vel religiosi, qui paciscuntur cum laicis, vel aliis, de concedendo talem locum in Ecclesia, vt talis, vel talis familiæ cadauera sepeliantur, si tanta detur pecunia. quia hæc vera est simonia. locus enim ille iam sacer est. & licet hanc prauam intẽtionem pallient sub prætextu eleemosynę, ipsi tamen in conscientia sua testes sunt, qua intentione id faciant, ideo conscientiæ suæ relinquendi, *iuxta cap. à nobis, il 11. de senten. exc.* modo meminerint, canones multum abhorrere has simulationes, & coloratas palliationes, sub nomine eleemosynę, vel alio honesto colore, contegendo auaritiam animo infixam, *vt habetur in c. in tantum. & in c. quoniam, de simon. & c. nullus. 1. q. 2.* & quod si homines fallere possunt, nunquam tñ Deum cordium scrutatorem fallent. Notandũ tamẽ, q̃ licet ius sepulturæ de per se vendi non possit, vendi tñ potest, i. transit cum vniuersitate bonorum, *vt per Inno. in c. ex litteris, de iu. pa. vbi Abb. in vlt. verbis.* Item notandum, quod sepultura alio modo considerari põt, videlicet pro officio, q̃ sacerdotes præstant in exequiis, & hoc etiam vendi non potest, sine labe simoniæ, *vt per Tho. in 4. d. 25. q. 3. art. 2. in responsione ad 3. q.* vbi quod si tamen extet consuetudo dandi aliquid, & non detur, per superiorem poterit cogi, vt detur. Erit quoque simonia, si extẽt in aliqua Ecclesia plura cœmiteria, & fit constitutum, quod qui vult sepeliri in tali, soluat tm̃; & qui in tali, tantum, *vt per Hosti. in summa, §. 3. & habetur in cap. audiuimus, & cap. sicut, de simon.* Idem si detur pecunia, vt crux portetur ad funus, vt not. in dicto cap. audiuimus. sed quid si sit consuetudo, vt panni & ornamenta cadaueris sint Ecclesiæ, & conueniant hæredes de danda tanta quantitate pecuniæ pro prædictis, an erit simonia? Hosti. *in sum. §. 3.* tenet, quod non: quia dantur temporalia pro temporalibus, non pro spiritualibus. Item quid, si detur pecunia clericis, vt vigilent corpus, & dicant orationes? dic quod non est simonia, si datur pecunia principaliter, vt vigilent, licet ad vigiliam sequatur oratio, non erit simonia: secus si detur pecunia principaliter pro dicendis orationibus, ita Hosti. *in d. §. 3. ver. quid si clericus.* & si dentur annui redditus pro anniuersario, vel pro septimo, erit simonia, si dentur illi redditus tanquam precium pro orationibus constitutum: si vero pro eleemosyna, vel vt excitentur ad orationes, non erit simonia, vt ibi per Hostien. Et quid etiam si vendantur ossa & reliquię sanctorum? dic quod committitur simonia, quia sunt spiritualia, licet sint corporalia, *capite 1. & 2. de reliqu. & ven. san. l. nemo, la secunda. C. de sacrosan. Eccl. & vide Redoa. in tract. de simon. parte prima, cap. 4. numero 3. & cap. 5. num. 5.* & quomodo circa sepulturam committatur simonia, late idem Redoa. *ibi, cap. 30.* & quomodo reliquiæ sanctorum dicantur annexa spiritualibus, *idem Redoa. de simon. parte 3. cap. 4. num. 21. & seq.* & de simonia, quæ committitut circa sepulturam, late idem Redoar. *de simon. parte 3. cap. 16.* vbi etiam num. 41. loquitur de anniuersario, & etiam cap. 17. loquitur de simonia in funeribus.

7 ¶Ius quoque patronatus † dicitur annexum spiritualibus, *vt est tex. in cap. quanto, de iudi.* ideo iudicanda est causa iuris patronatus per iudicem Ecclesiasticum, *vt ibi dicitur,* & per consequens ius patronatus vendi non potest. *c. de iure. de iu. patr.* & si vendatur, contractus venditionis erit ipso iure nullus, *vt per glo. in d. c. quanto,* & notant ibi Abb. & alii, immo nec cedi potest creditoribus per debitorem, qui nil habet in bonis, *c. querimoniam, vbi Abb. de iure patro. sequitur Deci. consil. 124. numero 2. in fi.* & ideo emens ius patronatus, illo statim priuari debet, *capite, quia clerici, de iure patron.* quinimo & vendens priuatur iure suo, dato quod contractus sit ipso iure nullus, neque ad venditorem reuerti potest, *vt per Pau. de Citat. in tractat. de iure patr. in nona parte, ante fin. tertiæ quæst. & Lambertin. in eodem tractat. de iure patron. in secunda parte primi libri, in quinta quæstione princ. in secundo articulo, vbi late de hoc.* Quinimo fuerunt aliqui in opinione, quod & si ipsa Ecclesia emeret, illo spoliaretur, licet verior sit & magis communis contraria, quod scilicet remaneat libera Ecclesia, ex quo venditor per venditionem sit priuatus omni iure, vt per Lamberti. *in d. quæstione quinta, articulo quarto.* Et notandum, quod non modo ius patronatus vendi non potest, sed neque fructus ipsius, vt sunt præsentatio, fructus honoris, processionis, alimentorum, *vt consuluit Pau. de Cast. consil. 361. numero 1. in primo, & sequitur Felyn. in capite, cum Bertoldus, in prima columna, de re iud. & late Lamberti. & d. quinta quæstione, secundæ partis primi libri, articulo 10.* Vendi tamen poterit ius patronatus & eius fructus, vendendo vniuersitatem aliquam bonorum, vt villam, castrum vel similia, *vt per plura concludit Lambertin.* plures referens, *in d. quinta quæstione artic. 4.* & quomodo circa ius patronatus committatur simonia, vide Redoan. *late in tractatu de simonia, parte prima, capite 28.* & quare pactiones in fundando iure patronatus sint permissæ, *idem in d. tractat. parte secunda, capite 3. numero 18. & sequenti, & late etiam capite 11. numero 1. & pluribus sequen. & cap. 37.* vbi late, quando etiam committatur in præsentatione, *& late etiam parte 3. cap. 13. & 14. & 15.*

8 ¶Decimæ pariter dicuntur † annexæ spiritualibus, quia constitutæ sunt ad cultum Dei, & ad sustentationẽ ministrorum eius. hoc enim præceptum de soluendis decimis est morale & iuris naturalis, quoad sustentationem ministrorum: quo vero ad certam quantitatẽ & numerum, est iudiciale, sed quoad significationem eius, est ceremoniale, & quoad nos Christianos, est præceptum Ecclesiæ positiuum, *vt per Thom. 2. 2. quæstione 87. artic. 1. per totum, & quodlibet 2. quæst. 4. & late etiam Quolibet 2. artic. 8.* de quibus, & quomodo circa eas possit committi simonia, vide Redoan. *in tractatu de simon. parte 1. cap. 29. numero 7. & sequenti, & cum in decimis duo considerentur.* Primum ipsum ius percipiendi decimas, quod est annexum spiritualitati, cum sit inuentum pro sustentatione ministrorum, *vt dictum est,* & per consequens sit de iure diuino, iux. illud Nu. 8. filiis Leui dedi omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio, quo seruiant mihi in tabernaculo. Secundum quod consideratur in decimis est fructus ipse, & res quæ pro decimis soluũtur, & proculdubio istæ non sunt annexæ spiritualibus, sed temporalibus. Ideo possunt vendi etiam laicis, *vt per Thom. in d. q. 87. art. 3. & quæst. 100. art. 4. ad 3. in fi. & in 4. sentent. dist. 25. quæst. 3. artic. 2. quæst. 3. ad quartum, & d. Quolibet 2. artic. 8.* sed & hoc animaduertendum, quod aliquæ sunt decimę, quæ sunt de iure diuino, vt prædiales, quas etiam sibi Deus reseruauit in signum vniuersalis dominii, *cap. tua nobis, & c. cum non sit in homine, de decim. & c. reuertimini. 16. q. 1.* quædam sunt personales, & hæ non sunt debitæ de iure diuino, sed introductæ de iure positiuo, *de quibus in cap. non est in potestate, & in*

*cap. extranſmiſſa, de decim.* Sunt etiam quædam decimę dictæ Papales, quas Pontifices ſolent indicere omnibus clericis, & appellari poſſunt ſubſidia; & quæ, *vt tenet Thom. 2.2.q. 89. art. vltimo ad tertium,* ſuccedunt loco decimarum, quas in lege veteri Leuitæ, id eſt inferiores miniſtri dabant ſacerdotibus ſuperioribus ſuis, *de quibus loquitur tex. in cap. 1. ver. & rurſus ex ipſis, de decim.* quamquam forte verius dici poſſet, quod loco decimarum, quas Leuitæ ſoluebant, hodie ſubrogata eſt illa quarta decimarum & aliorum, quæ debetur Epiſcopo, *& de qua in c. de quarta, de præſcript. & in cap. conquerente, de officio ordin. & declarat Abb. in cap. 1. de decim.* & iſtæ non ſunt propriæ decimæ, *vt tenet Cardin. Zab. in Clem. ſi beneficiorum, in 2. & 4. q. de decim.* ſunt enim variabiles, quia imponitur aliquando vigeſima, *in cap. vltimo de voto, & in capite, ad liberandum, de Iudæ.* nec regulantur iſtæ prout aliæ decimæ regulares & ordinariæ, *de quibus ſupra ſecundum glo. in Clem. diſpendioſa, in ver. decimis. de iudic.* concludendum ergo, quod cum veræ decimæ debeantur Eccleſiaſticis duplici iure. Primo intuitu diuini obſequii in Eccleſiis præſtiti, *vt in §. ſi ergo. 12. q. 1. & in capite quaſti. 16. q. 6. & in capite, nouum. de decim. & dictum eſt ſupra.* Secundo in ſignum vniuerſalis dominii, vt etiam dictum eſt *d. c. reuertimini, 16. quæſt. 2. & cap. tua nobis, §. verum, de decim.* ſi vendatur ius ipſum percipiendi decimas vti debitas, ob diuinum cultum & obſequium, & miniſterium, certe dicitur ſpirituale, & ideo vendi non poteſt. Si vero etiam vendatur ius percipiendi decimas in ſignum vniuerſalis dominii, licet non ſit hoc ius ſpirituale, ſed ciuile, non poterit tamen etiam vendi, quia eſt annexum ſpirituali dominio reſpectu Dei, ſed bene vtroque caſu poterit vendi etiam laico, quoad ius ſimplex percipiendi fructus & ad tempus, non in perpetuum, vt tranſeat etiam ad hæredes, *cap. ad hæc, de decim. & ita declarat Hoſti. in ſum. de decim. numero 13. circa fin. in verſ. dicas ergo.* & hinc quæſtiones illæ, an decimæ poſſint præſcribi à laicis, de quibus per Bald. *late in tractat. præſcrip. in quinta parte princip. in prima parte, in ſeptima quæſtione.* Quinimo plus dico, quod ius percipiendi decimas adeo eſt ſpirituale, vt neque veniat in venditione vniuerſitatis bonorum, licet veniat ius patronatus, ita Innocentius *in capite, ex literis, de iure patro.* ſed bene venirent ipſæ perceptiones decimarum, ſi ex priuilegio Papæ forent conceſſæ, quia tunc iudicarentur pro annexis ſpiritualibus, & non pro vere ſpiritualibus. ius ergo ipſum decimandi cum ſolis clericis ratione miniſterii cultus diuini competat, mere ſpirituale eſt. Perceptio autem decimarum annexum eſt ipſi ſpiritualitati, in quantum reſpiciunt ius percipiendi, cum perceptio ipſa poſſit, & per priuilegium, & per præſcriptionem, & etiam per venditionem cadere in laico.

9 ¶ Sed quid ſi detur † aliquid oſtiario, vt permittat eum, qui cupit impetrare beneficium ab Epiſcopo, intrare ad eum, vt impetret beneficium, vel electionis confirmationem, ſi cognoſcat ſe dignum, an committat ſimoniam? Dic, quod committit, ſi dat praua intentione, vt per eorum interceſſionem impetret, ꝙ optat. Alberic. *in diction. in ver. ſimonia.*

10 ¶ Item quid ſi ematur † victus vnius monachi pro toto tempore vitæ ſuæ, non erit ſimonia, quia hoc non eſt ſpirituale, neque annexum, *vt per Albericum ex mente Guliel. in dictionario, in verſ. ſimonia, il 37.* & ibidem quid ſiquis det aliquid, vt recipiatur ad ſeruiendum in hoſpitali, non erit ſimonia, ſi tantum ſeruitium præſtet, & alimenta recipiat, & nil aliud, quod ſit ſpirituale: & ibidem quoque, quod ſacerdos poteſt vendere officium portandi aquam benedictam per viciniam, ſi poterat tale officium per alium exercere, & prouentus recipere, aliàs vero eſſet ſimonia.

11 ¶ Poteſtas autem † terrena non dicitur quid annexum ſpirituali, & ideo datum pro tali poteſtate, non facit ſimoniam, *ibidem Alber. d. ver. 37. in fin.*

12 ¶ Si datur aliquid, † vt recipiatur in confraternitatem, non eſt ſimonia. idem ſi promittatur quid annuum, quia iſtæ non ſunt religiones, licet ſint bonæ, *cap. ſiquis deſpicit. 41. diſt. & argum. in cap. ſane, 24. quæſtione ſecunda.*

13 ¶ Hoc eſt etiam poſtremo † notandum in hac materia annexorum, quod differunt à mere ſpiritualibus in hoc, quia mere ſpiritualia nunquam tranſeunt in emptorem, etiam cum vniuerſitate vendita, vt per omnes *in capite querelam, de ſimon.* qui per hoc damnat gloſ. 3. ibi. annexa vero ſpiritualibus, cum habeant mixtam naturam, cum temporalibus tranſeunt cum vniuerſitate bonorum, vt pulchre declarat Innocen. *in d. capite, ex litteris, de decim. & tradit Abb. in capite, ſedes, in 2. no. de reſcr. vbi etiam Fely. in princ.* ex quo notandum, quod decimæ plus ſapiunt ſpiritualitatis, quam ius patronatus, & vt puto, ratio eſt, quia attenta origine decimæ ſunt de iure diuino, ius autem patronatus eſt de iure poſitiuo, nimirum ſi facilius tranſit ius patronatus quam decimæ.

¶ Item in alio differunt, † quia ſuperioris authoritas purgat vitium ſimoniæ in connexis, ſecus in mere ſpiritualibus, *vt habetur in c. niſi, vbi omnes, de præben.*

14 ¶ Circa fructus etiam † beneficiorum, quomodo committatur ſimonia, *vide Redoa. in tract. de ſimon. parte 1. cap. 29. num. 5. & ſequen.*

15 ¶ Et circa penſiones, † quæ ſolent addi beneficiis, quomodo contrahatur ſimonia, late idem Redoa. *parte ſecunda, c. 14. per totum, & c. 15. etiam per totum.*

16 ¶ Et an & quando † in regreſſu, acceſſu & ingreſſu dicatur commiſſa ſimonia, vide eundem Redoan. *de ſimon. parte 1. c. 17. per totum, & c. 18. & 19. & 20.*

17 ¶ Poſſeſſio etiam † beneficii eſt res annexa ſpirituali, & ideo ſi accquiſiui ius legitimum in beneficio, & do aliquid, vt conſequar poſſeſſionem ei, qui me in lite vexabat, dicor ſimoniam incurriſſe, *vt per Innocen. in capite ad aures, de ſimonia. & glo. in cap. decimas. 16. quæſtion. 7. & tradit Anna. in dicto capitulo, ad aures, Imola in cap. ſuper eo, de tranſact. Abb. in cap. dilectus, il primo, de ſimon.*

18 ¶ Et de ſimonia † circa vaſa ſacra, Redoan. *in tract. de ſimon. parte 3. c. 16. & cap. 17. num. 5. ver. vaſa.*

19 ¶ Et quid de officiis † Eccleſiaſticis, vt claudendi oſtia, pulſandi campanas, ferendi aquam benedictam, & ſimilia, vide Redoan. *de ſimon. parte 3. capite 24. an poſſint vendi.*

## CAPVT LXXXI.

## *Quæ ſint Temporalia, pro quibus ſpiritualia dari non poſſunt.*

### SVMMARIVM.

1 *Temporalia pro ſpiritualibus, quæ dari non poſſint.*
*Manu, obſequio, & lingua ſimoniam cõmitti, & qualiter iſta fiant, & num. 5.*

2 *Beneficium petere pro aliquo, quando dicatur ſimonia. & num. præced. ad fin.*
*Et quando ſufficiat pœnitere, ſi quis obtinuerit ſimoniace beneficium, & quando renunciare, & numero ſequenti.*

4 *Preces carnales, regulariter ſimoniam inducunt, fallit tamen.*
*Preces offerens pro beneficio curato obtinendo, cui, & quando ſimoniam committat.*

5 *Obſequium licitum, & non licitum quæ dicuntur: & qualiter committatur ſimonia, & num. ſeq.*

7 *Munera quæ data pro ſpirituali, ſimoniam inducant.*
*Munus à dono, qualiter differat, & xeniis.*

Qua

*Quæ circumſtantiæ in muneribus excuſent à ſimonia.*
*Non modo pecunia, ſed & aliæ res datæ proſpiritualibus ſimoniam inducunt.*
*Simonia grauior quæ manu, quam quæ lingua, vel obſequio contrahitur.*
8 *Fructuum reſeruatio pro beneficii collatione, ſimoniacum eſt.*
*Item ſi promittatur aliquid prædicatori, vt ſe populo pro eleemoſyna commendet.*
9 *Conſanguinitas, amor, affectio, & ſimilia, an & quando ſint ſimoniæ inductiua, & num. ſeq.*
11 *Beneficium conferens vt ſe ab obligatione antidorali liberet, an ſimoniam committat, & quando.*
*Vocem præſtans ad aliquam dignitatem vel beneficiũ, vt vox & ſibi detur, ſimoniacus eſt.*
12 *Pecuniæ etiam minima quantitas intercedens inducit ſimoniam, & quid in muneribus, vel xeniis.*
13 *Timore inducens aliquem, vt ſibi beneficium conferat vel renuntiet, an ſit ſimoniacus.*
14 *Penſionem dare citra ſimoniam, minime quis poteſt.*

1 VIso de ſpiritualibus, †quæ vendi non poſſunt, nũc videndum de temporalibus, quę pro ſpiritualibus dari non poſſunt. & generaliter concludendum ſecundum Vrbanum papam, relatum per Thom. *ſecunda ſecundæ, q. 5. art. 5. ver. ſed contra*, quisquis res Eccleſiaſticas, non ad quid inſtitutæ ſunt, ſed ad propria lucra munere linguæ vel obſequii, vel pecuniæ largitur, vel adipiſcitur, ſimoniacus eſt, *& ibidē etiam Thom. in reſp.* quod tamen intelligerem verum de obſequio ordinato ad temporalia commoda, non ad ſpiritualia, *vt ibi in verſ. ad primum.* Et quod his tribus modis contrahatur ſimonia, manu ſcil. obſequio, lingua, tenet glo. *in ſumma, cau. 1. q. 1.* & Hoſt. in ſumma, & eſt tex. *in cap. ſunt nonnulli 1. q. 1.* temporalia enim commoda vel ab animo vel à corpore, vel ab externis bonis proueniunt: ab animo ſunt munera linguę, vt fauores, amicitiæ, conſanguinitates: à corpore, vt omnia obſequia, quæ facto aliquo corporeo exercentur: ab externis bonis ſunt omnia munera à manu, *ita Thom. in 4. ſentent. diſt. 25. quæſt. 2. artic. 3. verſ. reſpondeo dicendum.* Et denique quodcunque temporale commodum datum vel promiſſum pro ſpiritualibus, inducit ſimoniam, *vt per Tho. in 4. ſentent. diſt. 25. quæſt. 3. artic. 3.* hinc illa carmina:

*Nummus, lingua, timor, ſanguis, rumor popularis,*
*Non faciat gratis ſpirituale dari.*

& ideo dicitur, *in c. ſic vis neque. 1. q. 1.* quod ſiquis ſordidis precibus oris ſiue comitatu, ſiue manuali ſeruitio, ſiue fraudulēto munuſculo epiſcopalem ſeu ſacerdotalem, non lucro animarum, ſed inanis glorię auaritia fultus dignitatem acceperit, & in vita ſua non ſponte reliquerit, aut non pœnituerit, in æternum peribit. & *in cap. de ordinationibus, ea cau. & q.* dicitur, quod ſimoniacum eſt per donum aut per gratiam, aut per ſupplicationem aliquorum aliquem promouere.

2 ¶ Lingua munus datur, vt cum laudatur aliquis, & ei quis adulatur, vt ſpiritualia, vel eis annexa conſequatur. Item & ſi preces affectuoſas proponat, modo pro indigno preces fiant, *Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 100. articulo quinto, ad tertium.* Item dicitur munus linguæ, quando vel amicitia, vel fauore conferuntur ſpiritualia, vt per Tho. *in quarto ſentent. diſtinct. vigeſimaquinta, quæſtione tertia, articulo tertio, verſic. reſpondeo dicendum.* & ibidem ad quartum dicit, quod duplex eſt munus linguæ. primum, quod in ipſo actu linguæ conſiſtit, ſicut laus; alterum, quod ex lingua initium ſumit, vt cum quis precibus alicuius ſatisfacit, vt fauorem expectet. nam qui dat aliquod ſpirituale pro fauore, vel laude acquirenda, non eſt dubium, quin ſimoniam committat. Preces autem porrigi poſſunt, vel pro indigno, vel pro digno. ſi pro indigno, certum eſt, quod nil aliud mouet niſi fauor, vel ad periculum euitandum, vt quando fiunt pro indigno potente, qui minatur mala, quo caſu dicuntur preces armatæ, & ideo ſi his cauſis beneficium, vel aliud ſpirituale detur, ſine dubio ſimonia eſt. Quod ſi pro digno fiant preces, aut fiunt pro ſe ipſo, qui rogat, & tunc aut indiget beneficio, & rogat pro beneficio non habente curam animarum, & tali caſu non erit ſimonia, ſed licebit: aut rogat pro beneficio habente curam animarum, & tunc licet non ſit ſimonia, ſi dignum ſe noſcit, eſt tamen præſumptio quædam vitiola, quia videtur ex ea præſumptione reddere ſe quodammodo indignum: aut fiunt preces pro tertio digno, tamen non eſt ſimonia, modo conferens vere moueatur non principaliter propter preces, ſed propterea, quod dignum ipſum putat, cui confert, licet addatur etiam gratificatio amici, quæ niſi ſit principaliter in intentione, non conſtituit ſimoniam.

3 ¶ Petere enim pro †indigno beneficium, ſcienter eſt ſimonia ipſo facto. *c. de ordinationibus. 1. q. 1. & cap. ſunt nonnulli.* ſi vero preces porrigantur pro digno, ipſum factum non eſt ſimoniacum. *cap. latorem. 1. q. 1.* ſed in mente poteſt eſſe ſimonia, vt quando conferens non reſpicit dignitatem eius, cui cōfertur, ſed fauorem humanum, *cap. tua, de ætate, & qualitate. cap. latorem. 1. q. 1.* & ideo hoc caſu vltimo, ſufficiet pœnitere. *c. mandato, de ſimon.* nam & econtra ſi preces fierent pro indigno, & tamen conferens putaret dignum, neq; preces principaliter reſpiceret, ſed dignitatem, licet erraret putans eum dignum, tamen ſimoniam non committeret, *vt per Antoni. in ſumma, parte 2. titul. 1. cap. 5. §. quarto.* verum & hoc notandum, quod licet preces pro digno proferantur, attamen ſi præcedat pactum, vt aliquid pro precibus detur, indubie erit ſimonia, *vt ibi traditur per Anton.* Sed etiam ſi quis probabiliter credit ſe obtinuiſſe beneficium per preces, ſi ſe indignum cognoſcit, tenetur reſignare: quod ſi ſciat ſe dignum, licet non teneatur reſignare, tenetur tamen pœnitentiam agere. *cap. ſunt nonnulli. 1. quæſt. 1. cap. mandato, de ſimon. cap. tua, de ætat. & qualitat.*

4 ¶ Conſtituenda ergo † regula, quod preces carnales inducunt ſimoniam. *c. ſunt nonnulli, cum 3. cap. ſequen. 1. q. 1. cap. 1. 8. q. 2. & gloſ. in cap. Moyſes. 8. q. 1. & in capite, tua, de ætat. & qualita. & in cap. per inquiſitionem, de electio. & in cap. ordinationes, & cap. quibuſdam. 1. q. 1. & in cap. non itaque. 1. q. 5. & in ſumma. 8. q. 2. & gloſ. penultima, in cap. clerici. 50. diſtinctio.* Declaratur tamen hæc regula, vt non procedat quando vel pro ſemetipſo, vel pro alio digno porrigerentur, & collatio fieret non principaliter reſpectu precum, *vt dictum fuit ſupra, & probat gloſ. in dicto cap. ordinationes*, exemplo Apoſtolorum, Principis Petri, qui dixit ad Ieſum: Quid ergo erit nobis? *& gloſ. in capite quibuſdam, & capite Epiphanium. §. non itaque. 1. quæſtion. 1.* Sed fuerunt aliqui in ea opinione, quod quis non poſſit pro ſeipſo porrigere preces pro impetrādo beneficio curato, quamuis ſe dignum cognoſcat, *iuxta dictum caput, ordinationes. 1. quæſt. 1. & cap. in ſcripturis. 8. quæſt. 1. & in cap. per literas, de iure patrona.* ſed tantum pro impetrando beneficio ſimplici, *iuxta cap. tua nos, de ſimonia, & argumen. cap. cum ſecundum, de præbend.* & hoc etiam ita demum ſi indigeat, alias non. Sed verior eſt aliorum opinio, quod etiam curatum, liceat digno per preces impetrare, modo indigeat, neque aliqua ſpes, aut corrupta intentio conferentis concurrat, *vt notat. in capite clericos. prima, quæſtio. prima, & in capite illi autem. 12. quæſt. 1. & pro præmiſſis eſt gloſ. not. vbi notant omnes, in cap. tuam, in verbo, nullum, de ætate, & qualitate, & per Abba. in capite per inquiſitionem, in 2. & 3. columna de election. & glo. etiam in cap. fina. de conceſſion. præbend. in 6.* Et ſimoniam etiam committit, qui dat pecuniam, vt perſuadeat prælato, vt ſibi conferat, *Anton. in 2. parte ſummæ. tit. 1. cap. 5. §. 9.*

5 ¶ Obſequio etiam committitur † ſimonia. nam obſe-

quium est officium, quo quis id sequitur, & facit, quod alteri placiturum nouit, *vt in rubrica, & toto tit. de obseq. patro. præstan. & in l. nec quidquam. §. de plano. ff. de officio proconsul. & in l. si quis a liberis. §. vtrum. ff. de liberis agnoscend. & in l. vltima. ff. si lib. ingen. esse dica. l. illis libertis. ff. de condi. & dem.*

¶ Obsequiorum autem † aliud illicitum, aliud licitum. illicitum de per se nullo modo præstatur absque vitio simoniæ. illicitum autem voco omne temporale obsequium præstitum pro spirituali: vt quando præstatur ad carnalia, ad commodum corporis, vel ad incrementum bonorum & fortunarum, vel ad fastum, & honorem, hac principali intentione, vt per hæc consequatur spirituale. Licitum appello obsequium, quod est spirituale, & datur pro re spirituali, vt si conferatur beneficium Sacerdoti cum conditione, & onere annexo, vt singulis diebus celebret, vel dicat tales orationes: vel etiam si quis conferat digno, excitatus meritis ipsius erga Ecclesiam, quia Romam iuit pro beneficio Ecclesiæ, vel prælati, *vt probatur ex dictis per Thom. 2. 2. quæst. 100. artic. 5. ad primum. & idem in 4. distinct. 25. quæst. 3. ad Sextum.*

6 ¶ Qui ergo seruit, † vt consequatur beneficia, vel aliquod spirituale, pariter & qui confert propter seruitia, simoniam incurrit, *vt per Anton. in summa, parte secunda, tit. 1. capite 5. §. 5.* & ideo si quis seruit monasterio, vt post aliquod tempus recipiatur in ipsum monasterium, simoniam committit. *idem Anton. dicto capite quinto, §. 19. in principio.* Sic & dare, vel promittere beneficium, vt apud principem gratiam sibi impetret, simoniacum est. *capite, cum essent, de simonia.* Pariter & si quis daret, vel promitteret beneficium, vt se comitaretur, simoniacum esset, *capite, si quis neque. ibi, siue comitatu, 1. quæstio. 1.* vel etiam si daretur, vel promitteretur pro manuali seruitio, *vt dicitur in d. capite, si quis neque. ibi, vel manuali seruitio.* & quod pro obsequiis quibuscunque committatur simonia, tenet *Thom. 2. 2. quæstione 100. articulo 5. glo. & Ioan. Andr. in capite, cum essent. de simon. glo. 1. in capite, quid proderit 60. dist. gl. penul. in capite, sunt nonnulli, 1. quæst. 1. glo. & Archid. in cap. ordinationes ea. can. & q. Zenzel. in Clem. 1. de reb. Eccles. non alie. & no. in cap. tua, & in cap. ex tua, de simon.*

7 ¶ Muneribus etiam impetrare † beneficium, vel quid aliud spirituale, simoniacum est, ideo dicitur per Esaiam cap. 33. Beatus qui excutit manus ab omni munere. & cum mysterio addidit vniuersalem illam vocé, omni, vt comprehenderet quamcumq; speciem muneris, tam scilicet à lingua, quam ab obsequio & à manu. Munus autem differt à dono, sicut genus à specie. omne enim munus donum est, non econtra, & donum proprie est sine causa: Munus autem propter causam, *vt tradit Vlpianus in l. inter donum, ff. de verb. significat.* nimirum ideo si dicitur, quod munere committitur simonia, quod manu datur, quia præsupponitur, quod principaliter respiciat causam aliquam spiritualem, *vt habetur in capite, sunt nonnulli, cum capite sequ. 1. quæst. 1.* tametsi iura confundant hæc vocabula: nam in capite, & si quæstiones, & alibi sæpe appellatur munus, in capite vero de ordinationibus, 1. *quæst. 1.* appellatur donum. Porro aduertendum, quod non indistincte omnia munera faciunt simoniam: nam in muneribus dandis vel accipiendis, tria sunt maxime consideranda: personæ scilicet dantis & accipientis qualitas, quantitas muneris, & donationis tempus. qualitas perpenditur personarum, vt cum consideramus à quo, & cui dẽtur, videlicet an à paupere, diuiti, vel è conuerso: quod si locupleti à locuplete datum fuerit, æstimabitur muneris quantitas & tempus dati muneris, an scilicet instanti necessitate vel non, *vt docet textus in capite, & si quæstiones, §. cum in accipiendis, de simon.* vbi glo. in vers. muneribus, refert carmina comprehendentia circumstantias munerum, quæ faciunt illa licita vel non, & sunt ista: Quis dans, quisve petens, quæ res, quæ causa petendi. Sed præcipue consideranda quantitas. nam paruum munus non inducet simoniam, *vt in d. capite, & si quæstiones. §. si ergo. de simonia,* vbi equus pro munere datus non inducit simoniam, habita ratione personarum, quæ erant potentes & diuites. Et quanquam tex. *in cap. siquis neque. 1. quæst. 1.* loquatur per diminutiuum, vtens hac voce, munusculum, attamen addit qualitatem istam, fraudulentum, quasi quod si in munere paruo, & sic munusculo non inesset dolus, & fraus, id est corrupta intentio inducendi ex eo, ad sibi aliquid spirituale conferendum, non foret simonia. Quin & prandium, vel cœna, & pastillum, si praua intentione detur, vel recipiatur, simoniam inducit. *capite, si quis obiecerit. prima, quæstione tertia.* & de prandio textus, *in capite, Iacobus, de simonia,* vbi quod etiam consuetudo contraria reprobatur. & secundum prædicta intelligendum dictum Host. *in summa, numero sexto,* dum dicit, quod esculenta & poculenta recipi possunt. nam & Magistratibus lege prohibitum erat, ne munus, vel donum acciperent, & tamen hæc verba ad xeniola non pertinebant, *vt inquit Vlpianus in l. solet, in fine. ff. de officio proconsul.* & plebiscito etiam cauebatur, ne quis magistratus munus, donumve caperet, nisi esculentum poculentumve, quod intra dies proximos prodigatur, *vt inquit Modestin. in l. plebiscito, ff. de officio præsid.* vt enim inquit Vlpianus *in d. l. solet.* valde inhumanum est nihil, & à nemine accipere; sic passim ab omnibus, vilissimum est; omnia autem, auarissimum. xenia igitur, siue potius xeniola, *de quibus in dicta lege solet. in fine, de officio proconsul.* non inducunt simoniam, nisi corrupta fuerit intentio: nam tunc mentalis foret simonia, *vt per Thom. in quarto, d. 25. quæstione tertia, articulo tertio, ad primum, & probatur in capite, iudices, 1. quæst. 1.* & de xeniis etiam mentionem facit textus, *in capite, nemo presbyterorum, in principio, de simonia.* Et differentiam inter donum, munus, & xenia, pulchre facit Plin. iun. *libro quinto Epistolarum, ad Valerianum.* dum inquit: Quam me iuuat, quod in causis agendis non modo pactione, dono, munere, verum etiam xeniis abstinui! quasi, quod xenia minus essent quam dona vel munera. Quod si in causis profanis agendis pudebat priscos oratores paciscí, quin non modo munera & dona, sed & xeniola reciperẽt, quãto magis erubescere deberent, qui dona Dei, & pacto, & muneribus ac donis vendunt? Hoc etiam animaduertendum, quod tametsi vt plurimum iura simoniam appellant, quando pecunia venditur quid spirituale, intelligi tamen debet illa vox pro omnibus rebus, quæ in patrimonio nostro sunt. Non enim numerata tantum pecunia, sed & corporales res, siue mobiles, siue immobiles, & iura omnia, ea appellatione continentur. *l. pecuniæ, & l. rei. & l. pecuniæ verbum. & l. pecuniæ nomine. ff. de verborum significatione.* Iam vero, & hoc postremo notandum, quod simonia, quæ contrahitur munere à manu grauior est, quam quæ contrahitur linguæ, vel obsequii munere: quia munus à manu magis accedit, & conuenit pecuniæ, quæ principaliter consideratur in simonia, quam aliæ species linguæ & obsequii, *vt in summa Cor. q. 20. & sequitur Albericus in dictionario, in verb. simonia, in versic. quæ simonia sit grauior.* xenia quoque, vt esculenta & poculenta, & quæ sunt modici valoris non inducunt simoniam, *vt per Redoan. de simon. parte 3. capite 24. num. 12. & sequen. pluribus.*

8 ¶ Et quod dictum est † de muneribus manu datis, idem dicendum de fructibus ipsius beneficii ea spe collati, vt partem fructuum reciperet: & ideo si Episcopus ab eo cui beneficium confert, requirat aliquid sibi exhiberi de fructibus ipsius beneficii, idem foret, ac si munus aliquod ab eo exigeret, & ideo non careret vitio

simoniæ,

simoniæ, *vt tenet Thom. secunda secundæ, quæst. 100. articulo quarto, in fin. & Antoni. in secunda sum. tit. 1. cap. 5. §. 21. in prin. & no. in cap. Iacobus, de simon.* sic & si qui sub prætextu vel paupertatis, vel sanctitatis, vel religionis petant, & procurent, vt sacerdotes vel prædicatores eos commendent populo pro eleemosynis, promittentes dare certã quotam eleemosynarũ, quas percipiẽt, simonia erit, *vt per Anton. in 2. summæ, tit. 1. c. 5. §. 17. colum. 2. versic. nota tertio.* & quando ex coniecturis apparere potest, quod renuncians voluit sibi fructus reseruare, simoniaca erit renũciatio, & plures coniecturas quæ hoc probant, *vide per Paris. consilio 143. in quarto, & Cauet. consilio 122. in princip.* An autem & quando liceat retinere fructus, *Inno. in c. vt nostrum. & cap. vt Ecclesiastica beneficia*, sic distinguit: aut ille qui confert, non percipiebat fructus aliquos ex illo beneficio antequam cõferret, sed ex beneficii collatione illos percipit, & tunc indubitate est simonia: aut ante collationem recipiebat prouentus, & hoc casu poterit quidem retinere ex iusta causa & necessaria, modo de hoc non paciscatur cum conferente vel aliquo mediatore, *vt ibi per Inn. & no. in c. prohibemus, de censibus, & in c. si quæ in præbendas, 1. quæstio. 3.* 11

9 ¶Sunt & aliqua, † quæ non possunt inter munera cõnumerari, quæ tamen sunt temporalia, & per ea aliquãdo contrahitur simonia, vt cõsanguinitas, amor, & magna affectio, metus, odium, & cæteri affectus, de quibus omnibus late per Redoan. *de simon. parte tertia, capitulo decimo.* si quis enim cõsanguinitatis tantum causa principaliter motus beneficium alicui conferat, simoniam committit, *text. & ibi gloss. & omnes Scrib. in capi. nemo presbyterorum, de simon. vbi gloss. in ver. consanguinitatis, & in cap. si quis neque, 1. quæstio. 1. optima gloss. in cap. in §. omnibus ergo, in ver. carnalitatem, vt Eccle. benefi. vbi adducit concord.* Thom. autem 2. 2. *quæst. 100. arti. 5. ad secundum*, videtur tenere, quod non sit simonia, nisi in duobus casibus.

Primo, quando ea intentione contulisset, vt suis consanguineis prouideat.

Secundo, si conferat ea intentione, vt ipse conferens propter consanguineos fiat potentior, vel vt consanguinitas & familia sua exaltetur. quod autem præter hos duos casus collatio facta consanguineo non sit simoniaca, mouetur Thom. quia ex parte conferentis nil accipitur, & ideo non potest dici emptio, in qua fundatur simonia, vt ipse dicit. Sed puto sic esse intelligenda dicta Beati Thomæ, vt si conferens motus affectu consanguinitatis conferat digno consanguineo, cum tamen sibi digniores offerrentur extranei, quod male quidem facit, sed non ideo erit simonia. non autem excludit Thom. quod si consanguinitatis affectu conferat beneficium indigno, quod non sit simonia, & pariter si conferret consanguineo tali, qui si esset extraneus, ei non conferret, quod non sit simonia: nam hoc casu non militat ratio, quod conferens nil accipiat, quia imo recipit satisfactionem carnalis affectus, quo cupit fauere consanguineis & præter iuris terminos. nam & qui fructus beneficiorum dat consanguineis non pauperibus, aut indigentibus, tenetur ad restitutionem, quia contrectat rem alienam, idest fructus, qui sunt pauperum, inuito domino, *cap. vltimo 16. quæstio. 1. & c. & si illi. 12. q. 2.* & consanguinei, qui recipiunt, pariter ad restitutionem tenentur. *cap. peruenit. 1. quæstio. 3. & capite fires. 14. quæstio. 6.* & licet in foro contentioso non possent compelli ad restitutionem, possunt tamen compelli in foro conscientiæ, *capite vltimo, de pecul. cleric.*

10 ¶Idem dicendum de affectu † amoris, vel amicitiæ, quo conferens prosequeretur eum, cui conferre intendit, habito respectu principaliter ad amorem & carnalem affectum amicitiæ vel beneuolentiæ, quo ipsum amat: nam committitur hoc affectu simonia saltẽ mentalis, quinimo & effectualis, si confert indigno propter amorem, alias non collaturus, si illum non amaret, cum illum indignum cognosceret, *vt est gloss. nota. in ver. amore, in cap. siquis. prima, quæstio. prima.* hæc autem intelligenda sunt de amore, prout est affectus carnalis, secus si sit affectus, & amor spiritualis, *vt pul, declarat. gloss. 2. in cap. clerico. 5 c. dist. & in cap. si quis. 1. q. 1.* & idem dicẽdum de aliis affectibus humanis & carnalibus, vt sunt odium, ira, metus, & similes. Siquis enim horum aliquo affectu principaliter moueatur ad conferendum spiritualia, vt animum suum expleat, & desiderio suo tantum satisfaciat, proculdubio saltem mentalis erit simonia.

¶Sed & siquis † conferat, vel procuret beneficium alicui, vt se liberet ab obligatione antidorali, simoniam committit, vt not. Innocen. *in cap. tua, de ætate, & qualitate*, vbi exclamat contra Cardinales procurantes beneficia seruitoribus suis, *& idem tenet Angel. in l. sed & si lege. §. consuluit, de peti. hæredi. & sequitur etiam Ias. in l. ex hoc iure. numero 58. de iustitia, & iure.* Neque obstat, quod Ioan. de Ana. *in c. cum essent, de simo. in fine*, videatur, tenere contra prædicta, *vt refert Ias. in d. l. ex hoc iure*: quia dictum Io. de Anan. debet intelligi secundum dictum gloss. quam allegat, *iuxta doctrinam Bart. in l. non solum. §. liberationis verba. ff. de libe. lega. Sed gloss. in dicto cap. cum essent, allegata per Ioann. de Anan.* dicit, quod si non intendit principaliter conferens se liberare ab obligatione, mediante collatione beneficii, quod non est simonia, secus si principaliter hoc intendit: quia satis est, quod intuitu obsequii confert spirituale, & ideo incurret simoniam. verum tamen est, quod si excitatus beneficio recepto libere conferret digno, sed tamen libẽtius, sentiens se eis naturaliter obligatum, non esset simonia. sed conclusio Ang. & Ias. intelligenda, quando principaliter cõferret beneficium, vt se liberaret ab obligatione: nam cum posset se ab ipsa obligatione liberare, soluendo pecuniam, vel dando quid aliud, nulli dubium, quod cum loco temporalium, quibus mediantibus poterat se liberare, subroget temporalia, vt eundem effectum consequatur, nempe liberationem obligationis erit certe simonia. enimuero si de his interceßisset à principio pactio, nulla extaret dubitatio, quin esset simonia: nam & si baptizo te, vt me baptizes, vel do vocẽ nepoti tuo in tali beneficio, vt tu des mihi vocẽ p meo vel mihi ipsi ad tale beneficium vel officium, vel dignitatem, simonia erit, *vt per Antoni. in 2. parte summæ, tit. 1. c. 5. §. 5. in fin.* sic etiam si promittant monachi recipere talem in monasterio, postquam talem artem didicerit, simonia erit, si intentio erat lucrum faciendi ex dicta arte, *vt tenet ibidem Antoni. d. c. 5. §. 19. col. 2. in princ.* sic etiam si quis promiserit non inquietare ordinantem vel præsentantem super prouisione, *vt est tex. in c. siquis ordinauerit, vbi omnes, de simon. & dictum fuit supra.* item si fiat pactum ab ordinato se nil petiturum de præstationibus Ecclesiæ, sub cuius titulo præsentabatur, quia erit simonia, neque poterit in suscepto ministerio, neque ad superiores ordines ascendere absque dispensatione, dato etiam quod putasset non peccare, *c. per tuas nobis, de simon.* 12

¶Iam vero † & hoc notandum, quod si pecunia intercedat, nullo pacto excusari potest, etiam si foret in parua quantitate: nam & sex solidi dati inducunt simoniam, *vt tenet gloss. in cap. & si quæstiones, in ver. equum. de simonia.* quod tamen in muneribus vel xeniis non ita rigorose obseruatur, *vt dictum est.* & pariter dans pecuniam pro spirituali, non excusatur etiam si sine pecunia fuisset obtenturus, *vt tenet Antoninus in secunda parte summæ, titulo 1. capite 5. §. 9.* sic etiam dans pecuniam non excusatur, etiam si putaret se non peccare. *cap. per tuas nobis, vbi gloss. & Scrib. de simon.* Sic & pecunia inducit simoniam, quando datur pro actu

etiam ad quem is cui datur, tenebatur omnino, vt si datur pecunia confessori, vt non reuelet peccatum, vel iudici, vt puniat delictum, *vt tenet Thom. in quarto, distinct. 25. quæst. 3. articul. 2. quæstio. 2. ad sextum.* Sic etiam si pecunia detur, vt iusta feratur sententia in causa spirituali, vel iustum feratur testimonium, *vt per Thom. secunda secundæ, quæstio. 71. articulo 4. & quæstio 100. articul. 3. ad tertium, & in quarto, dist. 25. quæst. 3. artic. 2. quæst. 2. ad 9.*

13 ¶Et postremo † hoc sciendum, quod qui per timorem obtinet beneficium, peccat mortaliter, sed non est simoniacus. *gl. sina in cap. 1. 1. q. 1.* & qui obtinet per metum iliatum ab amicis, non est simoniacus. *gl. vltima, in c. fin. 1. q. 6.*

14 ¶Pensio quoque † non potest dari pro beneficio, vt late per Redoa. de simon. parte 3. cap. 11. vbi late, quando ex causa pensionis possit simonia contrahi.

## CAPVT LXXXII.

## *Ex quibus Contractibus, vel Pactis inducatur simonia:*

### SVMMARIVM.

1 *Pactum omne regulariter pro spiritualibus obtinendis reprobatum est omnino, & simoniacum, sicut & traditio etiam absq; pacto. fallit tamen, nisi iure concedantur, num. 5.*

2 *Pactum etiam nudum simoniæ est inductiuum.*
*Item & ratihabitio pacti, vel facti, & quando.*
*Item conditio, & modus in datione rei spiritualis, numero sequen.*

4 *Pacta palliata, remissiones, & simi. sunt simoniæ inductiua.*

6 *Emptio, & venditio, & contractus omnis non gratuitus, simoniam inducit, item commoditas. Item & redemptio. num. seq.*

8 *Permutatio alicuius rei, & beneficii, quãdo sit vt simoniaca prohibita.*
*Permutationes an licite fiant absque superioris consensu, & qua.*

9 *Transactio super lite beneficii, & possessione cum superioris licentia, quando excuset a simonia, & compositio super decimarum diminutione.*

10 *Compromissum super re spirituali factum, an sit simoniacum, & quando: arbitris declarantibus dari debere pro re spirituali aliquid temporale, sine licentia superioris.*

11 *Locatio possessionum beneficii, vel Ecclesiæ est licita pretio, & alio modo respectu fructuum tantum; secus si quid spirituale, vt est cura animarum, locaretur, non gratis.*

12 *Pactum de dando quid temporale pro spirituali, a principio factum, sed ante exequutionem retractatum, an vitiet dispositionem, quod non.*

13 *Pecuniam dans pro alio aliquis tertius, eo sciente, simoniam committit, quinimo & ipso ignorante si postea resciat. Item persuadens prius, vel post, dari pecuniam, pro receptione in monasterium.*

14 *Expellens aliquem simoniace ordinatum, pecuniam vt vendicet, simoniacus est.*

15 *Homagium dans pro re spirituali, est simoniacus, sicut & desistens ab electionis contradictione ob pecuniam, & cessiones iurium in spiritualibus pro temporali.*
*Item resignans beneficium, vt tertio conferatur, num. 16. 17. 18.*

19 *Pacta quæ teneant circa spiritualia, remissiue.*

20 *Modus, & conditio simoniam inducunt.*

21 *Pacta etiã super annexis spiritualib. inducunt simoniã.*

22 *Resignationes, quæ simoniacæ sint, remissiue, & preces, num. sequen.*

1 PACTVM omne regulariter † adeo est reprobatũ circa spiritualia, vt si intercedat pactũ de dando, & nihil tamen detur, erit simonia, *vt tenet gl. vlt. quam omnes ibi sequuntur, in c. 2. de confess.* nam pro spiritualib. obtinendis omnis prorsus pactio, & conuentio prohibita est. *c. vlt. de pact. c. pen. de simo. c. quam pio. 1. q. 2.* proprie enim & vere est simonia, quando intercedit pactum, alias non est vera & proprie simonia, *vt videtur velle gl. in c. 1. in gl. penult. in fin. de cleri. non resid. in 6.* & distinguitur etiam conuentionalis simonia a reali: nam conuentionalis est, qua pactio aliqua fit circa spiritualia consequenda. Realis quando nullo pacto præcedente datur aliquid pro re spirituali, de quibus simoniæ speciebus vide Redoanum *in tracta. de simon. parte secunda, c. 1. vbi late.* vbi concludit, quod promissio & datio æquiparantur, licet promissio simplex sit minus delictũ quã datio, *vt per eum ibi, num. 14. in fin. & sequen.* & quod simonia contrahatur per simplicem promissionem, & conuentionem, late comprobat Redoa. *ibi, cap. 3.* dicẽdum quod imo sola etiam traditio absque pacto inducit veram simoniam: nam & Giezi, Regum quarto, c. 5. ex eo quia petiit, & recepit munera post datam sanitatem, dicitur simoniam commisisse, & ideo punitum, & tamen ibi nullum præcesserat pactum. Adeo autem verum est pactiones, & cõuentiones prohibitas esse; quod si fiat pactum, vt seruetur consuetudo dandi aliquid in receptione monachi vel monialis, simonia erit, *vt tenet Hostien. in summa de simon. numero 14.* Idem etiam si factum fuisset pactum de dando electoribus tale quid, si talem eligerent, quamuis etiã sine tali pecunia, vel munere fuissent eundem electuri, non tamen ideo desinet esse simonia. *gl. in capitulo nobis, in versiculo, interuenientes, de simon.* Idem si daretur pecunia ab aliquo tertio p amico, & iam electio fuisset facta, pro maiori parte aliquibus tamen contradicentib. electo sciente & tacẽte, simonia erit. quia licet sit maior pars quæ eum elegit, possent tamen illi, qui cõtradicebant opponere aliquid contra personam electi, quod redderet ipsum inhabilẽ, vt puta, quod foret irregularis, & simil. *ita Anton. in 2. par. sum. tit. 1. c. 5. §. 21. col. 1. circa fi.* quin etiam reprobatur pactum de dando infidelibus quid, si conuertantur ad fidem. *c. quam pio. 1. q. 2. vbi gl. in ver. interuentu, & probatur etiam in c. sequent.*

2 ¶Et nota, quod non tantum stipulatione, sed etiam pacto nudo contrahitur simonia, cum pactum nudum, de iure canonico producat actionem, idem Redoa. *in d. tract. de simo. par. 2. c. 4.* Cæterum & ratihabitio pacti, vel exequutio eiusdem inducit simoniam etiam respectu ratum habentis, licet eo ignorante primum data, vel promissa fuisset pecunia: quia etiam in maleficiis ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur. *c. cum ad sedem, de rest. spol. c. notum. 2. q. 1. & not. in l. 1. §. quotiens, ff. de vi, & vi arma.* cõsentire enim est quandocunq; consentire, & ante & post, *cap. eos, in fin. 1. quæst. 1. & c. siquis prebendas, & cap. siquis obiecerit, 1. quæst. 3.* & in terminis quod ratihabitio pacti vel promissionis inducat simoniam, tenet gl. *in cap. sicut tuis, in ver. consenseris, de simon. & sequitur Anton. in secunda parte summæ, tit. 1. c. 5. §. 21. col. 2. ver. si autem pro confirmatione.*

3 ¶Sed & conditio, & † modus appositus in datione rei spiritualis inducit simoniam, *vt per Innocen. in cap. eo libentius, de seru. non ordin.*

4 ¶Pacta etiam, quæ sub † aliquo colore palliantur, inducunt simoniam, vt si fiat pactum de dando quid pro expensis renunciationis, *vt per Innoc. in cap. super hoc, numero 7. de renun. & in capi. cum pridem, de pact.* Sic & simonia erit, si pactum fiat non de dando, sed de remittendo quid pro spirituali, vel etiam promittere aliquid, vt resignetur, vel renuncietur beneficium, *vt per Goffred. in summa de simon. §. item no.* nam licet datio vel traditio sit prohibita, & simoniam constituat, tamen remissio etiam iuris sui dicitur datio, *c. talia, 8. q. 3. & not.*

*in c.*

*in c.querelam,de simon.& in c.veniens,de testi.& probatur in c.* 18.*q.*1.idem etiam si nil detur,aut promittatur,sed tantum fiat pactum inter canonicos,vt primus eligẽdus sit nepos talis canonici,secundus talis,& sic de singulis: vel si fiat pactum,quod nulli præstetur vox in electione nisi prius talis eligatur. *ita Raynald. de simon.§.*23.*& in summa con.quæst.*61.*refert, & sequitur Albericus in dictionario,in ver.simonia,in versiculo quid si clericus.* & ideo pactum etiam,quod quis non molestetur de eo,ad quod tenebatur,si fiat pro consequendo quid spirituale,simoniacum est, *vt tradit Hosti.in summa de simon. numero* 14. & pariter siquis paciscitur de dando bona sua Ecclesiæ,vt recepto eo in canonicum sibi assignentur in præbendam, *vt est text.& ibi per Innoc.in cap.tua nos,extra de simon.* Sed & taxatio pretii, quando quis recipitur in monasterium,dicitur quædam pactio.*gloss.in cap.dilectus, in ver.taxatione, de simon.* & pactum quoque factum in collatione beneficii,vt prouideat cõsanguineis suis simoniam inducit,ideo dicitur *in cap.in tantum, de simon.* quod dare aliquid pro chrismate est semper simoniacum, licet nomen sit mutatum & honestatum,& *in cap.quoniam,eod.tit.*dicitur,quod non est pallianda simonia sub prætextu paupertatis. has enim simulationes & nominum mutationes ambitio adinuenit,*vt dicitur in cap.nullus,*1.*quæst.*2.& ideo cauendum ne caliditate aliqua pallietur simonia, *vt dicitur in c..cauendum,*1.*q.*7.

5 ¶ Non tamen perpetua est hæc† regula, quod omnis pactio,& conuentio pro spiritualibus illicita sit:nam ea quæ à iure mandantur,licite in pactum deducuntur,et- tiam in spiritualibus,*vt in c.significasti, de elect.*vbi pallium à Papa datur Archiepiscopo cum pacto, quod iuret secundum formam præscriptam,*& probatur in c.Eleutherius,*18.*q.*2.*& est bona gl.in c.ad audientiam,il secundo,in ver.renunciantes,de rescript.*sic & tempore dedicationis, Ecclesiæ possunt pacta fieri & conditiones apponi, *vt docet Archid.in d.cap. Eleutherius*, sic pactum de libertate danda seruo,vt promoueatur, valet.*gl.in ver. transactione in c.generalis d.*54. Sic & valebit pactum, si vendo talem fundum hac conditione, vt in eo ædificetur Ecclesia *vt ibi dicit gloss.præfata.*

6 ¶ Quod si pacta prohibentur,† multo magis & contractus emptionum & venditionum, *vt in cap.*1. *& in cap.non satis,& c.cum in Ecclesiæ,& cap.querelam, & c. consulere, de simon.& c.de iure,de iu.pat.cap.cum pridem, & capite vltimo de pac.cap.super eo, de transactio.capite decimas.* 16.*quæstio.*7.*cap.*1.*& per totam illam cau.*1.*quæstione prima.* Nomine autem emptionis, & venditionis intelligendus est omnis contractus non gratuitus,*l.sicut,*§.*venditionis,ff.quibus mod.pig.vel hyp.sol.l. statu liberum.*§.*quintus.& l.statu liberi,*§.*fin.ff.de statu lib.& per Bartol.in l.sancimus, Cod. de reb. Eccles.non alien.& in l.vltima, Cod.de prædi.decur.sine decre.non alienan.lib.*10.*& in l.filiusfam.*§.*diui.ff.de lega.*1.*& in l.voluntas,C.de fideicommiss.& per Panorm.de postulan.in fin. & in cap.*1.*in primo not.de iis quæ fiunt a prælat.sine consensu cap.& in cap.vltimo, de acou.in vltimo not.& in c.cum causa,de empt.& vendit.& in cap.*1.*de furt.* ad quæ facit, quia simonia non modo pecunia contrahitur,quo casu proprie est venditio,in qua pretium pro substantia requiritur,§.*pretium,Instit.de empt.& vendit.& habetur in d.l.vltima, Cod. de præd.cur.*sed & quacunque re temporali vel commodo, *vt supra late dictum fuit, & late etiam tradit Redoa.de simonia parte tertia,capite primo,*

7 *numero 6.*

¶ Verum & non modo † emptione & venditione contrahitur simonia,sed etiam redemptione; ideo siquis priuatus sit ordine, non licet illum redimere pretio,*capite per principalem*, §. *quolibet.& cap. sequent.*1. *quæst.*1.*& habetur in capite querelam, de simo.* fallit tamen in redemptione ab iniustis possessorib. quia tunc licet etiam pecunia redimere iniustam vexationem, *vt infra latius dicetur.*

8 ¶ Cum autem permutatio sit species venditionis. *lege prima,ff.de rerum permut.Bartol.& omnes in lege* 1.*&* 2.*Cod.eod.& in l.sicut.*§.*sed si promiserit.ff. quibus modis pignus, vel hypoth.sol.Specul.in titu.de permut.*§. 1.videtur, quod etiam permutatio sit prohibita. sed concludendum, quod aut fit permutatio rei spiritualis cum temporali, & hoc casu indubie prohibita est per supradicta: aut vero fit permutatio de re spirituali ad spiritualem,& tunc aut fit cum auctoritate Episcopi, vel sui superioris, & tunc potest: aut sine, & non potest, *cap.quæsitum.cap.cum olim, de rerum permutat.cap.*1.*in* 6.*& Clemen.*1.*eodem titulo.*& pariter etiam beneficium commendatum poterit cum altero beneficio permutari, cum consensu tamen eius qui commendauit, *vt declarat Abb. in dicto capite cum olim, in prima, &* 2.*colum.* Atque ideo beneficiati possunt libere inter se tractare de permutatione fienda etiam sine superioris consensu, licet melius facerent, si consensum requirerent,*vt per Antoninum in* 2.*parte summæ titulo* 1.*cap.* 5.§.8. non tamen possunt illam concludere & perficere sine consensu superioris, *vt per Ioann. And. in dicto capite* 1.*de rerum permutat.in* 6.sed & hoc in hac materia permutationis notandum: quod si in permutatione accedat pecunia,puto pro adæquatione valoris fructuum vnius, quo plus valebat altero, erit simonia, nisi dispensatio superioris interueniat: quod si daretur pecunia pro adæquatione ex eo, quod alterum plus valeret non ratione fructuum, sed ratione spiritualitatis, hoc casu non purgaretur simonia etiam cum consensu superioris, *vt per Antoni. in secunda parte summæ, titulo* 1.*cap.*5.§.8. & an si permutatio non sit fortita effectum, requiratur noua collatio, *vide Redoa. in tractat.de simon.parte* 2.*cap.*10.*num.*28.*& sequent.* & late quando in permutatione contrahatur simonia, *idem parte* 3.*cap.*21.

9 ¶ Transactio quoque † super lite beneficii sine consensu superioris simoniaca habetur. *capite nisi. vbi nota.per Scrib.de præbend.* proprie enim loquendo transactio non potest fieri in spiritualibus, *cap. quam pio.* 1. *quæstio.secunda, & capite denique,* 14. *quæstio.*5.*& cap. decimas* 17.*quæstio.*7. *& cap.in Ecclesiastico.* 13. *quæstio. secunda.* quod si accedat superioris licentia, toleratur, *cap.si illis* 23.*quæstio.* 4. quæ tamen vera intellige, modo ex vtraque parte spirituale interueniat, & non temporale, *cap.statuimus. & capite de cætero, de simon. & capite ex multiplici,& capite suggestum. de decim. & capite,ad quæstiones, de rerum permu.* Item si lis foret super possessione tantum Ecclesiæ, vel beneficii, puta quia vna Ecclesia petit ab aliis præbendam, quam dicit ad suam collationem spectare, & quod in possessione conferendi fuerunt, hoc casu licita foret transactio, quod si de proprietate ageretur secus, etiam si vtrinque daretur spirituale. *vt not.gloss.& omnes Scriben. in capite statuimus, de transact.* Item si fieret compositio cum laicis litigantibus pro decimis, vt minus soluerent, non esset licita nisi de consensu Papæ, vel Episcopi, si in euidentem caderet vtilitatem Ecclesiæ *vt ibi habetur per gloss. vltimam. & secundum præmissa etiam tenet Thom. secunda secundæ, quæstio.* 86. *articulo* 1. *ad* 3. *& quæstio.* 100. *articulo secundo per totum, & in* 4.*sentent. distinct.* 25.*quæstio.* 3. *articu.*2. porro amicabilis compositio facilius admittetur quam transactio, *Anton.in secunda parte summæ,tit.*1.*cap.*5.§. 10. & late quibus modis contrahatur simonia per transactionem,per Redoa.*in tractat. de simo.parte secunda, c.*31.

10 ¶ Sed quid si super† lite vertente de re spirituali factũ sit compromissum, & arbitri declarauerint vnã ex partib.debere dare aliquid temporale alteri parti, vt liti renunciet? dic quod si certum erat eum, qui dat, nullum

ius habere, tunc proculdubio non valebit ſententia, ꝓpter vitium ſimoniæ: quod ſi certum erat, è contra eum qui dat, ius habere, vel probabile foret dubium an haberet, tunc pro bono pacis poteſt arbiter declarare, quod det aliquid temporale, modo in ſua ſententia probabilem alleget cauſam, quę ipſum ad hoc mouerit, neque tamen credetur arbitris, niſi ſuperior talem excuſationem, vel rationem admittat, *hæc habentur in c. vltimo, de rerum permu. & in c. ex parte, de officio delega. & in capitulo, cum dilecti, de accu. & in capitulo niſi, de præbend.* ſi tamen magna eſſet integritas vitæ arbitrorum, quod contra illos nulla poſſet eſſe ſimoniæ ſuſpicio, poſſet purgari vitium & omnis ſuſpicio, *vt per Scrib. in cap. 2. de arbit.*

11 ¶Locare autem precio vel ob alias† res temporales, an liceat? dicendum, quod aut locantur poſſeſſiones beneficii, vel eccleſiæ reſpectu fructuum tantum, & ꝓculdubio locari poſſunt & pecunia & partes fructuum abſque vitio ſimoniæ: quod ſi locaretur aliquid ſpirituale, puta iuriſdictio, vel cura animarum, vel quid ſimile, ꝓculdubio foret ſimonia, vt per omnes Scrib. *in c. vltimo, ne prælа. vi. ſuas. & in capitulo, ad quæſtiones, de rerum permut.* verum ſi quis locet eccleſiam præſbytero, vt ipſe præbeat operas in exercēdo officia in ipſa ecclēſia, modo nō exerceat iuriſdictionem vel curā animarum, non erit ſimonia, ſed & curam animarum & iuriſdictionem poterit illis committere, modo gratis, & ſine pactione aliqua & interueniente auctoritate epiſcopi. *c. 1. de off. iudi. & notāt omnes in c. 1. 2. & 3. ne prælati vic. ſuas.* quinimo poteſt etiam ipſi conſtituere ſalarium, quinimo & tenetur. *c. communitatem, 12. q. 2. idem tenet in omnibus Anton. in 2. ſum. tit. 1. c. 5. §. 14.*

12 ¶ Notandum tamen & poſtremo † vnum, quod ſi prius interueniſſet pactum de dando pecuniam pro tali re ſpirituali, & antequam exequatur, id eſt vel ordinetur, vel recipiatur in monaſterium, vel conferatur beneficium partes pœnitet, & ideo reuocant pactū & cōditiones adiectas, & gratis poſtea, vel ordinatur, vel recipitur, vel ei confertur beneficium, purgata erit ſimonia, quia actus ipſe collationis, receptionis, vel ordinationis, non fuit ſimoniacus, *ſecundum Guid. vt in ſumma Con. q. 57. refert Alb. in diction. in ver. quid ſi aliquis per ſimoniam, in fin.*

13 ¶Et notandum quoque † committi ſimoniam non modo ſi is, qui obtinet ſpiritualia det pecuniam, vel paciſcatur, aut aliter contrahat, ſed etiam ſi tertius pro eo, ſciente tamen: & idem ſi eo à principio ignorante, ſed poſtea ſoluente, *Anton. in 2. parte ſummæ titu. 1. cap. 5. §. 9.* & idem dicit ibi, ſi detur pecunia tertio, vt perſuadeat me promoueri. Item ſi quis procuraret, quod filius alicuius reciperetur in monaſterium, etiam nulla facta pactione, ſed poſt receptionem ſolicitat patrem, vt aliquid det monaſterio, ſimoniam committit, quando alias nō procuraſſet illum recipi, niſi ſperaſſet patrem daturum aliquid, & idem quoque ſi non ſperaſſet, ſed nunc procuraret, vt ea de cauſa daret, *ita Antonius dicto capite 5. §. 19.*

14 ¶Sic etiam ſi quis in Eccleſia ordinatum per pecuniam expulerit, eamq; ſic vendicauerit, omnino vti ſimoniacus deponendus eſt. *c. 2. de ſimon.*

15 ¶ Sic & dare homagium pro ſpiritualibus ſimoniacum eſt. *c. ex diligenti, de ſimo.*

16 ¶ Si contradicens electioni per pecuniam deſtitit à contradictione, etiam data per tertium, ſciente electo, ſimonia erit. *c. Matthæus, de ſimon.*

17 ¶ Ceſſio quoq; iurium in ſpiritualibus dato aliquo temporali, inducit ſimoniam. *Ant. in 2. ſum. tit. 1. c. 5. §. 11.*

18 ¶Reſignans beneficium, vt conferatur tertio, an cōmittat ſimoniam. *late Redoan. in tractatu de ſimonia, parte prima, cap. 25.* & quid quoad collatorem *ibi, c. 26. & latius parte ſecunda c. 10. & ſeq. & parte 3. c. 9.*

19 ¶ Multa ſunt tamen pacta circa ſpiritualia, quæ valent, *de quibus vide per Redoa. in tractatu, de ſimon. parte ſecunda, cap. 2. in principio, & numero 1. & ſequent. & numero 8. verſic. facit, quia licite fiunt, & numero 9. vſque in fin. cap.*

20 ¶Sicut per conditionem, ita etiam per modum inducitur ſimonia, *Redoa. de ſimonia, parte 2. c. 6.*

21 ¶Vt autem pacta inducant ſimoniam, oportet, quod fiant ſuper ſpiritualibus vel annexis, *Redoa. ibi, c. 9.*

22 ¶Et quando committatur ſimonia in reſignationib. factis in manibus ordinarii, & inferioris à Papa, *idem Redoa. parte 2. c. 21.*

23 ¶Preces, an & quando inducant ſimoniam, late Redoa. *in d. tract. de ſimonia, parte 2. c. 32.*

## CAPVT LXXXIII.

### *de Simonia mentali.*

### SVMMARIVM.

1 *Simoniæ mentalis deſcriptio, quæ pœnitentia tollitur, & voluntate perficitur, & multis variisq; exemplis explicatur.*
2 *Pœna mentalis ſimoniæ pœnitentia eſt.*
3 *Intentio facit ſimoniam ſaltem mentalem, & an intentio excuſet a ſimonia.*
4 *Conatus etiam tantum in ſimonia punitur.*
5 *Beneficium precibus impetrans licet dignus, quando committat ſimoniam.*
6 *Licentiam impetrans eundi ad ſtudium, retenta præbenda, non committit ſimoniam. & num. ſeq.*
8 *Voluntate ſola commiſſa ſimonia, ſola etiam aboletur voluntate, & an abſq; alia pœna mentalis ſimonia remittatur.*
9 *Pactio etiam tacita inducit ſimoniam.*
10 *Spes ſola quando ſimoniam inducat.*
11 *Animus quomodo probetur, & puniatur.*

1 MENTALIS eſt ſimonia, † quādo quis habet mentem & intentionem corruptam, ideſt reſpicientē principaliter commodum temporale, quæ tamen intētio, & mēs non apparet; vt ſiquis celebret, vel dicat horas, aut illis adſit principaliter propter lucrum; puta ꝓpter diſtributiones quotidianas, *vt probatur in c. ſuam nobis, de ſimonia, & cap. ſicut pro certo, & bona gl. in c. 1. de cleric. non reſiden. in 6. in gl. penulti. & in capit. reperiuntur. 1. quæſtio. 1. & notant Scrib. in cap. tua. & cap. vltimo, de ſimonia.* Sic & faciens ſe clericum ſub ſpe beneficii principaliter, mentalem committit ſimoniam, quę pœnitentia aboletur, *gloſſ. in cap. hoc ad nos 50. diſt. & in c. quid proderit. 60. diſtinct. & in cap. per laicos. 16. quæſtio. 2. & in cap. cum non deceat, de ſimonia. & Ioan. And. in c. venerabilem, de elect.* quamquam honeſta ſpes, quæ tendit in auaritiam, ſimoniam non facit, vt ibi dicitur. Sic & qui renunciat principaliter habens in animo, vt ſibi detur, ſimoniam committit, *vt per gl. 1. in cap. ex parte, il. de offic. delega.* hæc autem mentalis non eſt proprie ſimonia, vt ibi dicitur. & ſola voluntas inducit ſimoniam in iis, quæ ſunt prohibita, quia ſimoniaca, vt vendere ſacramenta, quod intellige quoad forum poli, & conſcientiæ, ſecus quoad forum fori & contentioſum: quia Eccleſia non iudicat de occultis, *vt per Goſ. in ſumma de ſimo.* & late tradit Præpoſ. Alexandr. *in themate 1. q. 1. n. 3. cum plur. ſequen.* & ibidem num. 5. dicit, quod leges & conſtitutiones loquentes de ſimonia non habent locū in ſimonia mentali, & ibidem num. 7. tenet quod mentalis tollitur per pœnitentiam etiam in ſacramentis & prohibitis, ex eo quia ſint ſimoniaca. Item vadens ad horas animo lucrandi, committit ſimoniam mentalem, *vt per Antoni. in ſecunda ſummæ, tit. 1. cap. 5. §. 17.* & pariter prædicator ſi principaliter ex cauſa lucri vel propter laudem concionatur, committit ſimoniam, *vt ibi per Anton. columna ſecunda, ver. nota tertio.* Item ſiquis dat bo-

dat bona sua ecclesiæ absque aliquo pacto, sed ea intentione, vt eligatur in canonicum, & sibi sic electo assignẽtur dicta bona sua in præbendam, committit simoniam mentalem, *vt per Anton. in d. tit. 1. secundæ partis, capit. quinto, §. 19. columna secunda, ver. item si quis dat bona sua, & probat tex. vbi notant scribentes, in capitulo, tua nos, de simon.* Sed & si quis simpliciter, & absque pacto donat bona sua Ecclesiæ, sed ea tacita intentione, vt cõsequatur spiritualia, simoniacus erit mentalis, *ita Host. in summa, de simon. num. 14.* quinimo plus dicit ibi paulo infra, quod si monachus recipiatur in religionẽ gratis, sed postea propter id detur aliquid, simonia erit quo ad Deum, licet non quoad Ecclesiam: licet autem dictum fuerit supra, quod pro paruis muneribus simonia non committatur, intellige tamen, quod non committitur simonia punibilis per ecclesiam, sed bene per Deum, quia mẽtalis est. *ita Tho. in quartum dist. 25. q. 3. art. 3. ad primum. & Anto. in 2. sum. tit. 1. c. 5. §. 6.* in foro enim conscientiæ intentio & animus, non præsumptio, aut probatio attenditur, *vt in summa Con. q. 10.* & quod intentio faciat simoniam, *gloss. est in c. & si quæstiones, in ver. intentione, & etiam in gl. seq. de simo. & gl. in c. tua, in ver. sex solut. eo tit.*

2 ¶Pœna autem mentalis † huius simoniæ est simplex pœnitentia, non autem aliqua pœna ecclesiastica, & ideo non tenetur renũciare beneficia seu temporalia habita ex ea causa, sed tantum tenetur satisfacere Deo per pœnitentiam, *vt probatur in c. vlt. de simon. & tradit gl. in c. nisi cum pridem, in ver. sed dunt axat, in fin. de renunc. & in cap. saluator, 1. q. 3. & per Panor. in c. ex parte, il primo, de off. delega. vbi etiam cæteri & Hostien. in summa, §. quid sit, num. 1.* & ideo non dicitur hæc mentalis proprie simonia, *d. c. fi. de simo. in gl. fin. & gl. in cap. 31. q. 1.* Sed an præter pœnitentiam necessaria sit restitutio eorũ, quæ recepit ex hac mente simoniaca, *vide Redoa. in tracta. de simon. parte 1. c. 3. num. 10. ver. deuenio ad secundum caput, vsque in fin. illius cap.* vbi quod regulariter non tenetur in iis, quæ sunt simoniaca de iure positiuo, sed bene si de iure diuino, & dicit Bea. Thom. *in 2. 2. q. 100. art. 6. ad sextum*, quod simonia mentalis, sicut aliud quodlibet peccatum occultum in mente nullam pœnam ecclesiasticam incurrit, sed tantum diuinam, *& idem dicit in 4. sentent. dist. 25. q. 3. art. 1. ad primum.*

3 ¶Sed aduertendum, quod † licet intentio facit simoniam saltem mentalem, non tamen ita sola intentio excusat à simonia. nam si quis det, vel paciscatur de dando temporalia pro spiritualibus credens non peccare, non tamen excusatur à simonia, quin teneatur renunciare obtentis simoniace, *vt habetur in c. per tuas nobis, de simo. vbi scribentes notant.*

4 ¶Item notãdum, † quod in hoc crimine conatus punitur, licet non sequatur effectus. *c. nullus episcopus, in gl. fin. 1. q. 1.*

5 ¶Mentalis etiam esse potest, † si quis impetrat beneficium propter preces, licet sit dignus ille, cui confertur, si modo respiciebant fauorem mundanum. *Thom. 2. 2. q. 100. art. 5. ad tertium.*

6 ¶Si quis etiam daret † eleemosynam per hypocrisim, vt sibi conciliaret apud homines opinionem sanctitatis, simoniam mentalem committit, *Ant. in secunda summa, tit. 1. c. 5. §. 6.*

7 ¶Dans pecuniam Episcopo, † vt impetret licentiam eundi ad studium, & retinere præbendam, non committit simoni. sed peccat, *Anton. in 2. sum. titulo 1. capite 5. §. 17.*

8 ¶Voluntas autem sola † non facit simoniacum puniendum, sed sola voluntate tale delictum aboletur. *gl. in c. 1. 1. q. 1. vbi late,* & an, & quando mentalis simonia puniatur, & quę requirantur, vt puniri possit, & qua pœna, *Redoa. in tractatu de simonia, parte prima, cap. 3. per totum, vbi late, & latius etiam cap. 5.*

9 ¶Tacita autem pactione † nõ tantum expressa committitur simonia, *vt late per Redoan, ibi, parte 1. cap. 5. per totum.*

10 ¶Spe sola, an & quando † contrahatur simonia, vt quando quis inseruit Cardinali, vel Papæ, vt habeat beneficia, *late Redoa. de simonia, parte 2. cap. 7. per totum, & c. sequ. videlicet* 8. vbi ꝙ non contrahitur simonia sola spe, modo non seruiat principaliter ea spe, sed secundario, & modo se indignum non cognoscat.

11 ¶Animus in mẽtali † quomodo probetur, & puniatur, Redoa. *de simonia. par. quarta, cap. 1. & 2.*

## CAPVT LXXXIIII.

## *Quibus in causis Simonia non contrahatur.*

### SVMMARIVM.

1 *Intentio inducit simoniam, tam in dante, quam quoad recipientem.*
*Simonia vt euitetur, tria requiruntur.*
2 *Dare vel recipere gratis, simonia non est, & quibus dignoscatur circumstantiis.*
*Sponte dans, simoniam non committit.*
3 *Eleemosynis regnum cælorum redimi, & id qualiter intelligatur simoniam, cum Deo non committi.*
4 *Pecunia si detur, vt quis desistat a malo, vel bonum faciat, an sit simonia.*
*Pecuniam si quis dat malo prælato, vt tali bono beneficium conferat, simoniam incurrit, secus, si vt cuipiam bono conferatur.*
*Licentia habendi præbendam in gymnasio, pecunia habita, quoad dantem licentiam, tantum est simoniaca.*
5 *Pauper pecuniam recipiens pro spiritualib. an & quare excusetur, non præcedente pactione.*
*Pecuniam pro ingressu monasterii qualiter dare licitum est, si pro eleemosyna detur.*
*Tribus modis temporale dari pro spirituali.*
*Pecuniam dare promissis, & orationibus dicendis, quando absq; labe simoniæ liceat.*
*Episcopus si vadat ad ecclesiam consecrandam vel ad aliquid aliud, pro labore recipere aliquid potest.*
*Pro benedictionibus sponsorum pauperi clerico recipere licet.*
*Sacramenta subtrahens, & diuina officia, vt viuere possit, non est simoniacus.*
*Annatæ ad subuentionem Papæ, & Cardinalium, an licitæ sint.*
*Paupertas non excusat monasterium paciscens cum ingrediente, quod vltra numerum non teneatur recipere.*
6 *Pecuniam dans pro spiritualibus, vel eis annexis superiore prælato permittente, excusatus est, vel iure diuino, vel humano, & num. seq. vbi quod dos licite detur pro matrimonio, & quod sit sacramentum: quia est officium etiam naturæ, & ideo etiam licite paciscì licet.*
8 *Consuetudo & statuta an, & quæ, & quando excusent a simonia, si pactum non præcedat.*
*Consuetudo dandi aliquid promissis permittitur.*
*Consuetudo concepta verbis negatiuis, vel statutum, non valent, secus si affirmatiuis.*
*Consuetudo accipiendi aliquid pro funeralibus, & benedictionibus, an liceat, si non recusant eorum officia exequi, secus si recusarent, nisi consuetum sit.*
*Consuetudines etiam diuturnæ simoniam admittentes inualidæ existunt, & quando cogantur ad earum obseruantiam, & qualiter.*
*Consuetudo dandi prandii, quando sit licita pro ingressu ecclesiæ, vel possessione acquirenda.*
*Procurationem habere de consuetudine, an & quando possit episcopus.*
*Sponte datum, an licitam reddat exactionem & quãdo.*

*Consuetudines non improbatæ, fiunt ex pactione improbatæ.*

9 *Superioris auctoritas, an & quando excuset a simonia, & an Papa eam incurrat.*

*Papæ auctoritas excusat a simonia de iure positiuo inducta, non diuino.*

*Tolerantia Papæ inducit derogationem in his, quæ sunt de iure positiuo.*

*Renuntiatio facta ad fauorem, si fiat in manibus Papæ, vel inferioris potestatem habentis, est a vitio simoniæ purgata.*

10 *Pecunia si detur ad iniustam vexationem expellendam in re spirituali, non est simonia. quod intellige quoad eum potentem, qui prodesse non potest: alias secus, & distingue vt hic.*

*Vexatio, non vt de nouo acquiratur, sed vt acquisitum conseruetur, pecunia redimi potest, quando agitur cum nimis potente.*

11 *Ignorantia quando, & quæ excuset a simonia.*

*Pecunia data mediatori, ignorante promoto, an excuset a simonia.*

*Pactum factum a principio non attenditur, si postea non seruetur, & sic non erit simonia.*

12 *Pacta & onera licita a principio in collationibus non sunt simoniaca.*

*Pactum etiam in matrimonio spirituali de dote, non improbatur, prout nec in carnali.*

13 *Resignatio simplex, etiam ad fauorem, absq; pacto tamen, toleratur, sicut habere spem ex ea.*

14 *Simonia vt fiat, vere spirituale sit necesse est, quod datur pro temporali.*

15 *Moniales hodie pro ingressu non committunt simoniam ex constitutione Vrbani.*

16 *Preces pro se vel alio, si digni sunt, non inducunt simoniam pro simplici beneficio.*

17 *Recipientes aliquid pro officio spirituali, ad quod tenebãtur, & econtra. si pro victu recipiant, & non vt precium officii, excusantur a simonia.*

18 *Spes moderata remunerationis occulta in animo, absq; pacto, excusat a simonia.*

19 *Munus minimum non inducit simoniam.*

20 *Tempus aliquando facit licitum, quod alias erat illicitum, & simoniacum, vt si quis dat aliquid post electionem.*

21 *Correlatiuorum non est eadem ratio in simonia quandoque.*

22 *Dignitatis causa & nomine quandoque excusamur a simoniæ labe.*

23 *Spirituale pro spirituali dari potest absq; simonia, sicut & permutari.*

24 *Pecunia etiam pro eo qui omnino eligendus erat, simoniam inducit.*

25 *Sacramenta dignitatis simoniace conferuntur a simoniaco, non autem necessitatis.*

*Sacramentorum effectus duplex, gratiæ, & executionis.*

*Necessitatis sacramenta quot.*

26 *Necessitatis causa an a simonia excuset.*

*Benedicendi licentiam quod licite vendat, qui intendit tantum prouidere sibi de oblatione sibi obueniente.*

27 *Pœnitentia, antequam actus consummetur, excusat a simonia.*

*Pactio re tradita facit simoniam, licet pretium non detur, non autem econtra.*

28 *Pactio, quæ iure tacite inest, si exprimatur, prout stat, non est simonia, alias secus.*

29 *Re data, quam habere non refert, an simonia dicatur inducta.*

30 *Consuetudo an excuset a simonia remissiue.*

1 VIso quibus modis, & causis committitur simonia, nunc iusto ordine videndum, quibus modis, aut causis non committitur. Et primo sciendum, quod intentio, mens, & animus tam dantis, quam rec[illegible]atis est illa, quæ inducit simoniam, & non inducit, *[illegible]actum etiam fuit supra, & est gl. in c. & si quæstiones, in [illegible]. intentione, & etiam in gl. seq. de simon. & gl. in c. ex tua. in ver. sex. solidos, eo. tit.* & ideo licet pactum de recipiendo quẽ in monasterium, vt det bona sua, inducat simoniam; attamen si quis simpliciter petat se recipi, & statim declarando intentionem suam dicat se velle relinquere bona sua Ecclesiæ, & illum recipiant, non tamen habito respectu ad bona principaliter, sed recepturi etiam sine bonis, non erit simonia, Anton. *in secunda sum. tit. 1. cap. 5. §. 19. circa princip.* quinimo si etiam fiat pactũ à principio pro ingressu, & postea antequam recipiatur, reuocetur pactum, & gratis accipiatur, non erit simonia, nisi alias corrupta sit intentio, & adsit simulatio, *vt idem Anton. ibidem tradit, col. 1. ver. item si pro receptione.* pariter etiam si fiat pactum, quod si didicerit talem artem, recipietur, & ea didicita recipiatur, si recipientium intentio fuit lucrari ex dicta arte, erit simonia; secus si intentio fuerit, vt ex illa arte redderet se dignum, *vt per Anton. ibidem, colum. 2. in prin. ver. item si promittat.* & pariter non erit simonia, siquis simpliciter donat bona sua Ecclesiæ, & recipitur in canonicũ, & eadem sua bona assignantur in præbendam, modo fiant hac pura intentione & sincera, non ficta, vt ibidem per Anton. in *in ver. siquis donat, & est tex. in c. tua nos, de simo.* & idem Anton. *in d. c. 5. §. 21. col. 1. ver. item si in fundatione,* dixit, quod si in fundatione ecclesiæ fiat cõstitutio, quod qui dederit tantum de redditu, vel tantam pecuniæ quantitatem, ex qua possint emi tot redditus, recipiatur in canonicum, & qui dederit, habeat præbendam, si sit facta ad tempus, nõ in perpetuum, nec fiat in fraudem simoniæ, & ea sit intentio constituentis, q; non principaliter respectu pecunię, vel reddituũ, sed respectu augmẽti diuini cultus, & propter deuotionẽ dantis recipiãtur ad spiritualia, nõ erit simonia, modo qui recipiuntur, sint digni. sic & si clerici pactionẽ faciant, pro vestibus, & ornamentis cadaueris efferendi, nõ erit simonia, nisi ea intentione id faciant, quod alias non essent elaturi dictum cadauer ad sepulturam, *ita Anton. d. c. 5. §. 22.* sic & calices, & alia ornamenta ecclesiastica vendi possunt, si intentio respiciat tantum materiam; secus si spiritualem cõsecrationem, *vt per Anton. ibidem. §. 23.* Sic si quis seruiret prælato gratis principaliter, licet etiam speret beneficium, nõ erit simonia, nisi principaliter in intentione respiceret commodum beneficii, *vt per Host. in summa, n. 4. & est gl. 1. in c. cum essent, de simo.* sic & Notarius excusatur à simonia, si aliquid recipiat à sponte offerente, modo à principio intentionem non habuerit scribẽdi propter lucrum *gl. 2. in c. 1. de simon.* Et generaliter qui recipit à sponte offerente, nulla præcedente praua intentione, immunis est à simonia, *gl. 1. in c. non satis, de simon.* Aduertendum tamen, quod prædicta intelliguntur quoad simoniam mentalem, quę in foro ecclesiastico non punitur, modo sit contenta finibus suis, neq; ad aliquem actum, *gl. in c. consulere, in ver. voluerunt, de simon.* Porro vt euitetur simonia *secundum Bea. Thom. in Quolibet,* tria sunt necessaria recipiẽdo temporalia. Primo, vt id fiat ex concessione iuris diuini, vel humani, vel consuetudinis. Secundo, vt sit intentio pia & non corrupta. Tertio, vt fiat forma honesta, scilicet vt non requirãtur temporalia ante exequutionem, ne sit pactio, sed tantum pòst à sponte offerente, licet requisito recipiantur, *sequitur Alb. in dictionario, in ver. simonia, tertio.* sed & qui dat ostiario aliquid, vt impetret aditum ad episcopum, non committit simoniam, modo id non faciat praua intentione, vt scilicet per intercessionem ostiarii impetret, *vt habetur in sum. Cod. quæst. 35. & per Alber. in versic. simonia, in ver. quid si aliquis dignus.*

2 ¶ Expræmissis ergo † sequitur, quod gratis dare & gratis accipere, non sit simoniacum, *c. de elogiis, 23. dist. vbi gl.*

*vbi gloss.& gloss.etiam in cap.baptizandis*, 1.*quæstio*. 1.& *text.in capite quidquid*, & *cap.placuit*, *il* 3. 1.*quæstio*. 1. & 1.*quæstio*.2.*in princip.*& §. *sed & aliud*, & *in cap*.1.& *cap. quam pio*, & *sequent*. etiamsi dans diceret se dare pro deuotione sacramenti & ipsius reuerentia, *vt notãt omnes in d. cap. quidquid*, 1.*q*. 1. quod si dubitaretur an gratis, vel praua intentione dedisset, hæ circumstantiæ declarabunt saltem præsumptiue intentionem dantis, & recipientis, videlicet dantis & accipientis qualitas, muneris quantitas,& tempus,*vt est text. in c. & si quæstiones,de simo.& dictum fuit supra*. & quod sponte oblata accipi possint sine vitio simoniæ, *est tex.in c.sicut episcopus*, 1.*q*.2.& *Host.in summa*, *num*. 4. gratanter enim recipi potest, quod fuerit sine taxatione gratis oblatum, *c.dilectus filius*, *in fin.de simon*. si quis enim post ordinationem vult offerre aliquid Ecclesiæ, in qua fuit ordinatus, non prohibetur, quinimo laudatur. §.*si quis autem clericus cuiuslibet gradus*, *in Authent. de sanctiss. episc*.& *gloss.in capitulo*, *non satis*, *de simo.in glo. prima*. sic & notarius excusatur, si quid à sponte dante recipiat, modo nõ adsit infecta intentio, *vt dixi supra*, *per gl. secundam in capitulo primo*, *de simon*. & pariter si quis seruit prælato gratis,& principaliter, licet speret beneficium, attamen non est simonia. *Hostien. in summa*, *numero quarto*, *circa princip*. sic etiam, *vt dictum fuit supra*, si quis sponte, & libere donat bona suæ Ecclesiæ, licet recipiatur postea in canonicum, & ei assignentur dicta bona in præbendam, non erit simonia, præsupponendo, quod ex vtraque parte non fuerit intentio corrupta. sic & in religionis ingressu licet à sponte dante recipere, si detur nullo pacto præcedente, neque aliqua corrupta intentione intercedente: & idem erit, si quis propter deuotionem, qua prosequitur monasterium, largas faciat illi eleemosynas sponte, & postea recipiatur in monasterium facilius, non erit simonia, vt etiam tenet Thom. *secunda secundæ*, *q*. 100. *art*. 3. *ad quartum*. imo etiam si per protestationem, quod monasterium est inops, incitatus fuisset addandum aliquid, non diceretur ex pacto, sed sponte obtulisse, & ideo careret vitio simoniæ. *ita Anto.in* 2. *par.sum.tit*. 1. *c*. 5. §. 18. quin & si quis in compensationem beneficii aliquid ex post daret, diceretur sponte dare, & non esset simonia, nisi à principio mens fuisset corrupta, *vt declarat idem Antoni.d.c*.5.§.6. an autem in dubio censeatur, & præsumatur datum gratuito, *vide late Redoan. de simon.parte* 3.*c*.24.& 25.

3 ¶Ex præmissis etiam sequitur,† quod quis precio, id est, eleemosynis potest regnum cælorum redimere, iuxta illud Dan. 4. Peccata eleemosynis redime. & iuxta illud Ambros. *in c. medicina*, *de pœni. distinct*. 1. dum inquit: Peccatis tuis venundatus es diabolo, redime te pecunia tua. quod tamen ita intelligendum est quod non credatur pecuniam esse iustum præmium regni Cælorum, sed vt Deus pius & misericors, respiciens pietatem & charitatem dantis eleemosynam gratiose largiatur Regnum cælorum, *vt declarat Antoni.in* 2.*parte sum.tit*. 1.*c*.4.§.2.& *ante eum Thom*. 2.2.*q*.154.*ad quintũ*.& *in* 4. *distinct*. 15. *quæstio*. 2.*art*. 2. *quæstio*. 2.*ad primum*. pariter etiam si quis dat eleemosynam libere & sponte pauperi, vel clerico, vt dicat orationes aliquas, daturus etiã amore Dei, dato, quod non diceret orationes, simonia non est,& idem si daretur pro consequendis indulgentiis, *vt per gl.in sum*.1.*q*.1. *circa si*. & præmissorum est ratio, quia eleemosyna videtur quædam oblatio Deo facta, cum fiat pauperi propter Deum, *vt per Thom*. 2.2.*q*. 32. *art*. 2.& *in* 4.*d*. 15.*q*.2.*ar*.1.*q*.1.*ad primum*, & *q*. 2.*ad quartum*, & *etiam ar*.2.*q*.2. & cum Deo non potest cõmitti simonia. quinimo neque dans pecuniam pauperi pro redemptione ieiunii, simoniam committit, *vt est gl. in c.presbyter*, 82.*dist*.& *in cap.ordinationes*, *vbi etiam Archi*.1.*q*.1.& *in summa eiusdem quæst*. Aduertendum tamen, quod non excusarentur qui pecuniam pro spiritualibus reciperent, vt illam in eleemosynam darent pauperibus, vel vt ex ea construerentur ecclesiæ, vel alia bona opera fierent, *capit. non est putanda*, 1. *quæstione* 1. quamquam si de pecunia simoniace accepta construatur ecclesia, non ideo destruenda erit ipsa ecclesia, *vt ibi tenet gloss.in ver. ex illicitis*, & *de omnibus istis*
4 *etiam Redoan.de simo.par*.3.*c*.21.*num*.1.& *sequent*.

¶ Et ex his dubitari† posset, an si detur pecunia, vt quis desistat à malo,& bonum faciat, sit simonia, cũ bona facere,& desistere à malo, sint spiritualia. & concludendum, quod non, nisi sit infecta intentio, *vt tenet Antoni.in* 2.*par.sum.titulo* 1.*cap*.5.§.12. *in fin*. & ideo si ea de causa beneficium impetrauit, non tenetur resignare, *vt ibi concludit Antoni*. sic & potest dari pecunia, vt quis conuertatur ad fidem, *vt tenet gloss*.11.*in cap.dilectus filius*, *de simon*.& *gl.in c.debet homo*, 33.*q*.4.& *in c.quam pio*, 1. *quæst*. 2. non tamen euitabit simoniæ labem, qui pecuniam daret malo prælato, vt resignaret beneficium, ad hoc, vt tali bono conferretur, cum intentio fuerit vt tali daretur, *vt notatur*, *in cap.reperiuntur*, 1.*q*. 1.& *in c.tãta.de simon*. quod tamen verum intelligerem, si pactum fuisset, vt tali nominato omnino conferretur: secus forte si daretur pecunia malo prælato, vt resignaret, ad hoc vt bono cuipiam in genere ad liberum nutum conferentis daretur, hac sola intentione, vt purgaretur ecclesia malo illo prælato, quod hoc casu neque corrupta foret intentio, neque vlla emptio spiritualis rei. quod si etiam daretur pecunia episcopo, vt daret licentiam Canonico eundi ad gymnasia pro consequenda facultate vel Theologica vel canonica, non esset, simonia: quia nil spiritualitatis emitur, & finis est bonum opus, licet episcopus malefaceret, & non careret peccato, *ita Cardi. in cap*. 1.§. *sane*, *il secundo*, *in* 8. *quæst.de sta. mona*. quam decisionem facile non admitterem: nam dare licentiam pertinet ad iurisdictionem episcopalem, *c.inter quatuor*, & *c. tuæ fraternitatis*, *de cleri. non resid*.& *toto illo titu*. sed vendere actus iurisdictionales etiam iustos, simonia est, *vt supra late dictum fuit c*.79.*num*.16. ergo & dare hanc licentiam simoniacum videtur. & eadem ratione non admitto decisionem eiusdem *Card. in loco præallegato in q*.9. dum concludit non esse simoniam, si episcopus recipit pecuniam à canonico, non pro licentia eũdi ad gymnasia, sed vt permittat ipsum canonicum habere in gymnasio præbendam suam: moti ea ratione, quia non venditur spirituale pro pecunia sed ipsa præbenda, quæ temporalis est: quia ad hanc retionem respondeo, quod non venditur præbenda, quæ episcopi non est, sed venditur licentia habendi præbendam, & sic venditur actus iurisdictionis episcopalis, quæ spiritualis est, *vt dixi*. fateor tamen, quod si clericus, vel canonicus non posset aliter habere licentiam & præbendam, quam mediãte pecunia, quod ipse simoniam non committeret, sed tãtum episcopus recipiens: quia bona & salubris Ecclesiæ est intentio hoc casu dantis, licet praua & infecta sit episcopi accipientis. opinionem tamen Card. *sequitur Anto*.
5 *in* 2.*sum.tit*.1.*c*.5.§.17.*col*.*vlt*.*in fin*.

¶Excusatur insuper† pecuniam accipiens, si indigeat, & eam recipiat pro victu, laboribus, & impẽsis suis. hoc enim casu non dicetur sumi pecunia etiam pro ministratione sacramentorum in pretium ipsorum, sed tanquam stipendium necessitatis, *vt declarat Thom.secunda secundæ*, *q*.100.*art*.2.*in respon*. & ideo poterit accipi pecunia pro missis, & orationibus, & prædicationib. modo sine præcedenti pactione sumatur, & non infecta intentione, vt emantur spiritualia; sed ea mente, vt vitã suam alere, & sustinere possent, non recepturi si aliunde haberent, *vt tradit idem Thom.d.quæst*.100.*art*.3.*in responsione*, & *ad primum*. sicut etiam licet dare pecuniam pro ingressu monasterii hac præcipue intentione, vt fiat eleemosyna, & viuere possit ingrediens, *vt idem Thom.testatur*, *d.art*.3.*ad quartum*. quarum decisionum

pulchre rationem assignat Caiet. *in commen. d. articu. 3.* quia scilicet clericus recipiens pecuniam pro missa, vel prædicator pro concione, non intendunt vendere spirituale, id est sacrificium vel verbum Dei, sed laborem duntaxat eorũ: quod putarem admittendum, modo nõ præcedat pactio. Triplici autem modo, inquit ibi Caieta. potest dari temporale pro spirituali, primo, tanquam precium, & hoc semper illicitum: secundo, pro victu, & vita sustinenda, & hoc regulariter licitum, quia qui altari seruit, de altari viuere debet. Tertio, pro stipendio locatarum operarũ, & hoc quoque licitum, modo intentio respiciat laborem, qui est temporalis, & corporalis, non autẽ respiciat spirituale, quod labore suo ministrat. *& idem sentit Antoni. in summa, secunda parte, tit. 1. c. 4. §. secundo, & c. 5. §. 3.* nam & prælatus cõmittens vices suas alteri officii ecclesiastici, & dans ei salarium pro victu & labore, simoniam non committit, vt per Antoni. *in d. c. 5. §. 14.* & idem *§. 16. col. 2.* circa med. tenet, quod sacerdos pro missa potest accipere pecuniam, si non tenetur celebrare, & est pauper. & idem §. 17. concludit, quod dare pauperi pecuniam, vt dicat orationes, nõ est simonia, nisi animo emendi detur. pariter etiam idem dicit non esse simoniam, si detur pecunia pro dicendis vigiliis super cadauer defuncti, si intentio sit dare pro labore. nam & Aduocato, & consultori in causa spirituali licet pecuniam accipere pro labore, *vt idem Antoni. ibi dicit, col. 2. in vlt. verbi, & seq.* & recipiens quoque pecuniam pro processionibus ad quas nõ tenetur de iure, non cõmittit simoniam, modo non intendat recipere tanquã precium officii, sed vti stipendium sumptum, *vt idem tradit Antoni. d. c. 5. §. 22.* sic & visitator potest pro expensis; & sumptu pecuniam exigere, *vt per Host. in sum. num. 4. & per Calcan. cons. 31. num. 12.* & pariter episcopus vadens ad consecrandum ecclesiam vel aliud extra ciuitatem, pro labore viæ potest pecuniam recipere, *vt ibidem Host.* nam & sacerdos potest locare operas suas pro pecunia, si non habet vnde victũ querat, *vt per Host. ibi, n. 5. & omnia ista probantur in c. cum sit Romana, de simo. vbi notant omnes.* sic & pro benedictionib. sponsorũ licet sacerdoti pauperi, neq; aliũde habenti vnde viuat, pecuniam recipere, *vt per gl. in c. suam, de simonia,* & ea de causa victus tantũ in veteri testamento boni Prophetę recipiebãt munera, p prophetia, sed modica, vt per gratiã, *quæ ita declarãtur in c. placuit. §. item opponitur, cum aliquib. c. seq. 1. q. 1. & sequitur etiam gl. in c. iudices, in ver. in sumptum, ea. cau. & q.* ad hoc ergo, vt recipiens pecuniam pro officio spirituali excusetur à simonia, oportet quod ista concurrant, quod sc. ex debito non teneatur: secundo, quod non habeat aliunde, quo victum paret, *vt per Calc. cons. 31. num. 5.* & quod ista tria requirantur, vide Redoa. *de simo. parte 3. c. 24. num. 5.* quia potest quilibet sacerdos operas suas ad tempus locare, concurrentib. suprascriptis, *vt ibi, per Calcan.* quinimo, vt ipse ibi dicit, *num. 19.* simoniam nõ committit sacerdos subtrahens sacramenta & diuina officia populo, quando id facit, vt viuere possit ex prouentib. altaris, cui seruit, puta, vt dentur ei oblationes solitæ: quæ tamen vera intelligo, modo populus non esset tam pauper, qui tales oblationes dare non posset, quia etiam sine illis teneretur, *vt habetur in §. cauendum, 10. q. 3.* & prædicta etiam cõprobat tex. *in c. iudices, 1. q. 1.* & etiam vsus Curiæ Romanæ de recipiendis annatis pro expensis, & sumptib. curiæ. fuerunt enim constitutæ per Bonifacium. IX. ad subuentionem Papæ, & Cardinalium indigentium, put & charitatiua subsidia, *vt per Gomes. super regula Cancell. de valore beneficiorum, n. 5. & Gig. in tractat. pensionum. q. 26. & probatur in c. cum secundum. de præben. & in c. cum Apostolus, de censi.* cum enim Papa & Cardinales vigilẽt pro custodia gregis, *c. 1. vt eccl. benefi. cap. solitæ, de ma. & obed. c. cum instantia, de censi. procu.* æquum est, vt etiam ipsi pro eorum sustentatione temporalia recipiant: & ideo in Viennensi Concilio, anno 1311. constitutũ fuit annatas exigi posse, ꝙ & Constantiense probauit, quidquid in Basiliensi Conciliabulo alias decretum fuerit. nam quod sint licitæ, neq; simoniam sapiant annatæ, vt subueniatur necessariis Papæ, & Cardinalium, tenuit vniuersa antiquorum Canonistarum schola, *vt per Host. & Ioan. Andr. in c. inter cætera, de offic. ordin. in gl. vltimã, quos alii sequuntur, & Belenzi. in tract. de charita. subsid. quæst. 16. & Ferdinan. Corduben. in tracta. de Anna. & ecclesiastic. in Enchirid. locorum commun. contra Luther. & Gomes. in præfatio. d. regulæ Cancell. de valore benefic. exprim. num. 6. Cassado. in regula Cancel. quod nemo plus solue. coga. & Gig. in tracta. pensio. d. q. 26. & Episcopus Feltren. in tract. de anna. in prin. in ver. potest autem.* Sacerdos ergo locans operas ad diuina officia dicendum & celebrandum, non incurrit simoniam, modo non fiat pactio, & principaliter non intendat spiritualia vendere, sed recipiat pecuniam pro mora, quam ibi trahit, vel pro expensis, vel recõpensatione damni, ꝙ patitur, vel in retributionem laboris, & in subuentionem victus. *ita Inn. in c. ne prælati vices su. Host. in summa, de simon. §. qualiter, ver. non tamen intelligas, & ver. sed caueat.* notandum tamen quod paupertas monasterii non excusat monachos, vel moniales à simonia, si paciscantur à principio cum recipiendo, vel recipienda, vt tantum soluant, quia non tenentur recipere monachos vltra numerum, cui introitus monasterii suppeditare possunt victum. ideo si recipiunt, eis imputetur, sed bene possunt protestari de paupertate, & permittere eleemosynam voluntati libere ingredientis, *vt per gl. 1. in c. quoniam, de simo.*

6 ¶ Excusatur quoque† à simonia, qui iure vel diuino, vel humano, vel auctoritate superioris prælati permittente pecuniam dat, vel recipit pro spiritualibus, vel illis annexis. De iure diuino permittente, exemplum est in Iacob, qui primogenituram emit ab Esau fratre, primogenito, qui quidem simoniam commisisset, nisi ab æterno pro primogenito fuisset à Deo electus, *vt per Thom. secunda, secundæ, q. 100. art. 4. ad tertium, ver. ius autem primogenituræ, & late dictum fuit supra, cap. 77. de annexis spiritualibus, numero 5.* Item & exemplum in redimente regnum cælorum eleemosynis, vt dixi supra: & habetur, Dan. 4. Peccata eleemosynis redime, *& habetur in cap. medicina, de pœni. distinct. 1.* quia cum Deo non committitur simonia: *vt supra dictum fuit*, & ideo indulgentię inuentæ, & redemptiones votorum cum eleemosynis, *vt per gloss. in cap. presbyter, 82. distinct. & in cap. ordinationes, vbi Archi. 1. q.* nam licet pro indulgentiis detur pecunia, non datur tamen principaliter tanquam precium remissionis peccati, & pœnæ, sed principaliter pro eleemosyna tanquam opus charitatis, quod gratum facit dantẽ Deo, *vt declarãt omnes in quarto senten. dist. 20. & in cap. quod autem, de pœni. & remiss. & in Clem. fin. eod. tit. & Host. in summa eiusdem tit.* quæ etiam eleemosynę sunt in pœnitentiam peccatorum, *vt tradunt omnes in locis præallegatis.* & ideo dicebat Tho. *secunda secundæ, q. 100. art. 2. ad tertium,* quod siquis pro pœnitentia iniuncta à sacerdote dat pecuniam, non cõmittit simoniam, quia illam non dat pro precio absolutionis, sed pro pœnæ satisfactione. *& declarat etiam Antoni. in secunda parte summæ, titulo 1. cap. 4. §. 2. & cap. 5. §. 16. colum. 3. in prin. & tradit etiam gl. in summa. 1. quæst. 1. circa fin.*

7 ¶ De iure humano† permittente, quod simoniam excusęt, vt si ius dictet aliquid pro operis debitis dandum, tradit gl. *in summa 1. q. 1. circa fin.* exemplum etiam potest poni in pacto facto in fundatione ecclesiæ de dotando ipsam, vel etiam altare: non enim tale pactũ est simoniacũ, quia ius permittit dotẽ dari ecclesiæ, quinimo cogit dare ædificantem, vel fundantem, *c. nemo, de conse. distinct. 1. & in c. placuit, 1. q. 2. & in Auth. vt determinatus*

*minatus sit numerus cleri.* §. 1. ergo multo magis valebit tale pactum, *vt concludit Calcan. consilio* 31. *numero* 9. *& plu. sequent.* & simile exemplum poni potest in matrimonio carnali. nam licet & matrimonium sit sacramẽtum, est tamen etiam officium naturæ, ideo non datur dos, vt sequatur matrimonium tanquam sacramentum, sed tanquam naturæ officium, *vt per Thom. secunda secundæ, quæstio.* 100. *art.* 2. *ad sextum.* Item quia hoc à iure permissum est pro sustinendis oneribus matrimonii, prout & dos ecclesiæ pro sustinendis onerib. ipsius ecclesiæ, *vt per gl. in summa*, 1. *q.* 1. *& gl. in c. quidquid inuisibilis, in ver. consolatione, in fin.* 1. *q.* 1. quæ æquiparat dotem ecclesiæ, & matrimonii: & idem tradit Antoni. *in* 2. *par. sum. tit.* 1. *c.* 5. §. 16. vbi etiam plus dicit, quod si Sacerdos, ad quem spectat benedictio nuptiarum, nolit dare licentiam alteri Sacerdoti, vt benedicat, nisi data sibi pecunia, si talem habet intentionem, vt non intendat vendere licentiam, sed prouidere sibi de portione oblationum sibi de iure tangenti, non committer simoniam, nisi tantam pecuniam reciperet, quantam nõ esset verosimile eum recepturum in oblatione, sed paciscidare pecuniam pro benedictione sponsi non licet, sed tantum pro matrimonio, *vt per gl. in ver. benedictionib. in c. cum ecclesiæ, de simo.* Dixi autem non licere recipere pecuniam pro benedictionib. sponsorum, quia illud non est directe simoniacum, sed indirecte, ideo non punitur, sed tantum cogitur restituere, & pœnitentiam agere, *vt inquit gloss. vlt. in c. suam, de simo.* Exemplum etiam poni potest in eo, cui confertur sub conditione, vt iuret fidelitatem Archiepiscopo, cum hoc etiam de iure admittatur, *vt per Bellameram, consilio* 31. *col.* 2. *in fine, & sequen.* & ideo concludẽdum generaliter, quod si dispositio iuris communis deducatur in pactum in traditione spiritualium, non inducitur simonia, *gl. & Innoc. in c. cum M. de constitu. in cap. ad audientiam, de rescrip. in c. significasti, de elect. in c. significatum, de præben. in c. olim, il* 1. *in gl.* 2. *de restit. spol. tex. in c. ex parte, il secundo, de cleri. non resid. in c. Iacobus, de simon. & in c. ex multis*, 1. *q.* 3. & multis exemplis comprobat Redoa. *in tract. de simon. parte* 2. *c.* 3. *num.* 4. *& seq.*

8 ¶ De consuetudine vel statutis † municipalib. quoq; quod excusent à simonia, hoc intelligẽdum, modo non præcedat pactio, sed quod consuetudo inducta sit iusta ex causa, puta pro subuentione ministrantium, *vt per Thom. secunda secundæ, q.* 100. *art.* 2. *ad quartum, & Antoni. in secunda summæ, tit.* 1. *c.* 5. §. 3. non enim alias valet consuetudo, quod pro spiritualibus temporalia dentur à principio, *vt ibi, per Antoni.* §. 6. quin & si a consuetudine taxatum foret, quantum esset dandum, & daretur, simonia foret. Idem si fieret pactum de seruanda d. consuetudine, *vt per eundem Antoni. d. c.* 5. §. 18. *in fine*, & ideo consuetudo dandi aliquid pro missis excusat, si recta intentione detur pro eleemosyna, vt ipsemet Antoni. dicit *in d. c.* 5. §. 16. *col.* 2. *in fin.* vbi etiam in vltimis verbis dicit, quod consuetudo excusat vendentem officium portandi aquam benedictam per parochiam. verum illud notandum, multum interesse an statutum vel consuetudo concepta sit verbis negatiuis, vel affirmatiuis: nam si verbis negatiuis, vt qui non dederit 10. non habeat processiones, non valebit tale statutum aut consuetudo. si vero factum fuerit verbis affirmatiuis, vt puta, quicumque dederit 10. habeat processiones, valebit, & qui dederit 10. non erit simoniacus, *ita Antonin. in secunda parte sum. tit.* 1. *cap.* 5. §. 22. Hoc quoque notandum, quod consuetudines accipiendi quid pro funeralibus vel benedictionibus, & simil. valent. quod intelligendum verum, modo non recusent ideo clerici facere officia sua: nam tenentur illa facere, & si recusarent, nisi daretur consuetum, incurrerent simoniam, verum est, quod post officium arctabuntur postea laici ad obseruandam consuetudinem, ita tenet Hostien. *in summa, numero 6.* consuetudines autem, quæ simoniam admittunt, valere non possunt, neque sub earum prætextu quis excusari potest, etiamsi fuerit diutius obseruata, quia diuturnitas temporis non diminuit peccata, sed auget. *textus est in terminis, in c. non satis, de simon. & probatur etiam in c. seq. inc. cũ in ecclesiæ. & in c. ea quæ, eod. titulo, vbi gloss. in ver. consuetudines.* verum si cum consuetudine concurrat indigentia victus ministri, poterit consuetum iuste recipere, *vt per gloss.* 1. *in cap. suam, de simon.* & quod praua consuetudo non excuset, gloss. est *in cap. in tantum. de simon. & in cap. sicut pro certo. eod. tit. & tex. in c. Iacobus, vbi etiam gloss. eod. tit.* Sed si sit laudabilis, quod nihilominus spiritualia libere danda, sed ordinarius coget postea, vt dictum est, tales laudabiles consuetudines obseruari, vt communiter solet adduci tex. *in cap. ad Apostolicam, de simon.* quem tamen tex. ego intelligo procedere in casu suo, videlicet quando quis ex fermento hæreticæ prauitatis niteretur consuetudinem illam laudabilem infringere, vt verba text. ibi aperte hoc innuunt, secus ergo si ex remorsu conscientiæ quis vellet abstinere & bona intentione. Admitto tamen laudabiles consuetudines excusare, vbi nulla potest subesse suspicio: vt si conferatur alicui sub conditione, si iuret fidelitatem Archiepiscopo secundum consuetudinem, vel statutum, *vt per Bellemer. consilio* 31. *columna* 2. *in fin. & sequent.* & ideo consuetudo de dando prandium pro electione, proculdubio non valet tanquam laudabilis: sed si extet consuetudo de dando prandium pro ingressu Ecclesiæ vel adipiscenda possessione, quia principaliter non datur pro spiritualibus, non erit simoniaca, *vt per Bellemer. in dict. consilio* 31. *col.* 3. *versic. secundo, de prandio.* quod postea ipse intelligit verum, modo non impediatur ideo ipse ingressus, vel ipsa possessio, sed tantum vt vel ante vel post teneatur dare tale prandium, & modo etiam talis consuetudo sit de dando prandium de lucro, id est de fructibus, & post illos perceptos: secus si consuetudo foret, vt daret prandium de suo proprio ante fructus perceptos, quia tunc foret illaudabilis, & simoniaca, *vt ipse postea concludit colum.* 4. *ver. quid dicendum.* sic & episcopus pro visitatione & consecratione potest accipere procurationem consuetam, nisi paupertas Ecclesiæ obstaret, *vt not. in cap. cum sit, de simon. & in cap. relatum*, 10. *quæstio.* 3. *& cap. cum ex officio, de præscrip. & in* §. *cauendum*, 10. *q.* 3. & dicit Ant. de But. *consilio* 83. *viso puncto, quod est pen.* quod sacerdos parochialis potest aliquid moderatum recipere, cum corpus effertur ad monasterium pro labore associandi illud, concurrente maxime consuetudine sic obseruata, *& allegat consilium* 3. *Federic. Sen.* quinimo & episcopi tenentur obseruare clericis consuetudines laudabiles obseruatas, puta ad dandum singulis annis die tali singulis clericis, qui accendunt in processionibus candelas de cera alba, *vt per Federic. de Sen. consilio* 250. *Reuerende pater.* Notandum quoque, quod vbicunque illicita est exactio, valebit tamen consuetudo, vt accipiatur sponte datum. *cap. ad Apostolicam, de simon.* quod tamen intelligendum est, vt procedat solum in pia causa, vt declarat Panor. *in cap. cum ab omni, in quarta col. de vita & ho. cler.* vbi per hoc infert non valere consuetudinem, per quam ordinarius aliquid capiat pro sententia vltra salarium à sponte dãtibus, quia hæc non esset laudabilis, & præstaret occasionem simoniæ; sed bene valebit consuetudo Disciplinatorum aliquid dantium pro receptione sua, *vt per Archid. in cap. siquis.* 41. *dist. incl. & habetur in cap. Iacobus, de simon.* potest etiam induci consuetudo in populo, vt libere donetur aliquid & sponte ante receptionẽ, vel in receptione sacramentorum, modo parati sint ministri non denegare sacramenta, etiam si consuetudo non obseruetur, & ideo conferre debent, sed postea cogentur, qui receperunt seruare consuetudinem, *ita tra-*

*dunt omnes in cap. ad apostolicam, de simon. & in cap. suam, eod. tit. & in cap. Ioannes, de cler. coniuga. & in c. quoniam vt aut, in fine, de vita & hone. cler. & in c. ex parte Astensis, de conces. præben.* & quomodo possit induci consuetudo ex libera donatione in his, quæ sunt meræ facultatis, tradit Barto. *in l. cum de in rem verso, de vsur. Cyn. & Bal. in l. 1. C. de seru. & aqua. in l. . . C. quæ sit longa consue.* & ideo concludendum, quod licet consuetudines non sint improbatæ, vt in electione episcopi dare vnum pallium ecclesiæ, vel prandium canonicis, tamen potest esse simonia, vt si pactum ante fieret de his dandis, vel si post in iudicio per actionem conuenirentur, vel aliter per violentiam cogerentur, *vt habetur in cap. 1. & cap. sicut pro certo, de simon.* & si requisiti tantum extraiudicialiter sponte darent, non esset simonia, & insuper post factum possunt per superiorem ex officio dumtaxat cogi ad seruandum tales laudabiles consuetudines, vt habetur in locis præallegatis, *& præsertim in cap. ad Apostolicam, & per Host. in summa. in §. qualiter, & in summa consil. q. 30. & seq. & habetur per Bart. & alios, in l. priuilegia, C. de sacrosanct. eccl.*

9 ¶ De auctoritate postremo† superioris, quod excusset à simonia, probatur, *in c. ad quæstiones, de rerum permut.* vbi in permutatione beneficiorum potest dari pecunia pro adæquatione absque vitio simoniæ, modo interueniat auctoritas Papæ, & sequitur Caieta. *in Commen. Bea. Thomæ. 2. 2. q. 100. ar. 4. in princ.* qui tamen *ea. quæstio. art. vlt. circa fi.* tenuit, quod si quis committat simoniam cum Papa, non propterea excusatur. quod tamen sic intelligendum est, vt si sit simonia, quæ de iure diuino prohibita proculdubio non excusetur, quia super ea Papa non potest dispensare, quinimo & ipse Papa in hac non est immunis à vitio simoniæ, *vt supradictum fuit, cap. 78. & dicetur infra, dum loquemur de dispensatione huius vitii.* si vero simonia sit species prohibita de iure positiuo, tunc si Papa scienter admisit, censetur dispensasse, ne videatur & ipse deliquisse, & ideo excusabitur: si vero ignoranter, tunc proculdubio non excusabitur, cum eo talem simoniam committens, *vt tenet Anton. in secunda parte summæ, titu. 1. c. 5. §. secundo, in fin.* Sic etiam licet clerico decimas redimere pecunia vel alio temporali de manu laicorum, modo id fiat cum auctoritate superioris, *vt per Host. in summa de simon. num. 7.* & concludendum generaliter, quod auctoritas Papæ excusat à simonia in iis, qui sunt simoniaca, quia prohibita iure positiuo non diuino: secus in iis, quæ sunt prohibita de iure diuino, *vt tradunt omnes in c. nisi, de præb. & in cap. cum pridem, in gl. in ver. pactionis in fine, de pactis & in cap. ex parte, el primo, de offic. deleg. & Gemin. in c. 1. 12. distinct. & Ioan. de Anan. in cap. primo, de simon. & tradit Anto. in capitulo secundo, de arbit.* & ideo resignatio ad fauorem tertii in manibus Papæ, licet alias foret simoniaca, propter Papæ auctoritatem non erit, *Redoa. de simon. parte secunda, cap. 12. in princ. & seq.* quia Papæ auctoritas in iis, quæ non sunt iuris diuini, omnia facit licita, vt per eundem ibi, c. 15. quam autem habeat auctoritatem Episcopus in istis resignationibus, *vide eundem Redoa. ibi, c. 21. & 22.* & ratio est, quia Papa non ligatur constitutionibus iure positiuo inductis, *cap. 2. de præb. in 6. Clem. 1. in fin. vt lite pend. cum concord. vt per Paris. consilio 11. num. 78. in primo.* & ita in istis terminis simoniæ, quod auctoritas Papæ excusset à simonia inducta de iure positiuo, non autem ab inducta de iure diuino, consuluit Riminal. *cons. 91. num. 14. in primo.* vbi etiam *numero 21. & sequent.* concludit, quod pensiones in beneficiis non sapiunt simoniam, si à Papa constituantur vel etiam ab Episcopo cum causa. & hoc est, quod solet dici, in Curia Romana silere legem Iuliam de ambitu, id est simoniam, *vt dicit gloss. in capite vltimo, 1. quæstio. 6. & in capite presbyter. 85. dist. gloss. Bartol. & Angel. in l. 1. ff. ad l. Iul. de ambi.* silet autem, non vt quidam ironice interpretantur, quia passim exercetur, & non punitur, sed quia cum fiant contractus sciente, & tolerante Papa, qui si vult, potest dispensare & tolerare, intelligendo semper de iis, quæ sunt simoniaca de iure positiuo, ideo, tolerando & permittendo intelligitur derogare constitutionibus ipsos prohibentibus, *& ita declarat Hostien. in capite primo, de simon.* sic etiam promissio pensionis sub conditione facta, si interueniat auctoritas Papæ, non erit simoniaca, *vt tenet Riminal. dicto consilio 91. numero 28.* & ideo siquis renunciat ad fauorem alicuius reseruata sibi tanta pensione super ipso beneficio, licet talis prouisio regulariter sit prohibita, attamen si fiat talis renunciatio in manibus Papæ, purgabitur tale simoniæ vitium, *vt per Abb. & alios in capite non satis, de simon. & Felynus in cap. ad audientiam, il secundo, de rescript.* Idem etiam si facta fuisset in manibus inferioris, puta legati de latere, cui facultas admittendi talem cessionem data fuisset, *iuxta gl. in capite quod translationem, de offic. lega. & ita in specie consuluit Beroius, consilio 87, numero 7. in primo.* & pariter siquis haberet literas prouisionis de beneficio, & pacisceretur de renunciando dictis literis, vt sibi daretur pensio, vel aliquid temporale, licet regulariter talis pactio foret simoniaca, tamen fallit, si interueniret superioris auctoritas, *vt tradunt Innocen. & Hostien. in dicto capite ad audientiam, de rescript. & Anton. in 2. parte summæ, titulo 1. cap. 5. §. 11.*

¶ Insuper excusatur† ab hoc crimine, qui pecuniam vel quid temporale dat, vt redimat vexationem sibi indebite illatam in re spirituali, *vt tenet Bea. Thom. in secunda secundæ, quæstio. 5. art. 2. ad quintum.* quod tamen ita intelligit ibi Caieta. vt procedat, si redimatur ab eo, qui potest de facto vexare, sed de iure non potest prodesse quidquam in spiritualibus, & ideo si electo in episcopum, de facto inferatur molestia à potente, ne obtineat possessionem, vel fructus percipiat, vel quidpiam aliud impediat circa ipsum episcopatum, poterit ille episcopus pecuniam dare potenti, vt desistat à tali vexatione, vel alii, vt faciat potentem desistere: nam hoc casu ille potens nil potest prodesse circa illam dignitatem spiritualem: verum si posset, puta, quia legitime electus in episcopum peteret confirmationem, & confirmator iniuste recusaret, opponendo de facto multa impedimenta, non posset vexatus dare isti pecuniam absque labe simoniæ: quia iste confirmator non solum vexare potest de facto, sed etiam potestatem habet confirmandi, & ideo cum desistit à vexatione propter pecuniam, iam confirmat, & successiue vendit potestatem illam confirmandi. Quod tamen ego non ita indistincte admitterem, sed putarem sic distinguendum: aut ille episcopus potest ad superiorem recurrere, & sic obtinere confirmationem, & tunc si dat pecuniam, committit simoniam: aut non poterat habere recursum, puta, quia si timebat potentiam confirmare recusantis sine pecunia vel aliqua alia iusta de causa, & tunc assentior ipsum non committere simoniam dando, quia bona intentio illum excusat; non tamen ideo excusabitur recipiens à simonia, ex quo pecunia vendit spiritualem potestatem. & quod intentio redimendi vexationem excuset dantem, tenet etiam Anton. *in secunda parte summæ, tit. 1. cap. 4. §. 2.* & licet cessio litis aliquo temporali recepto. fallit tamen, nisi daretur pro redimenda iusta lite, *vt per Anton. in 2. parte summæ, tit. 1. c. 5. §. 11.* Sic & clericus redimēs decimas à laico iniuste retinēte, necvolēte dare, nisi detur qd tēporale, illud ei tradat, non cōmittet simoniā, licet qui recipit, cōmittat, *Ant. in 2. summæ, tit. 1. c. 5. §. 13.* quia vexationem dicitur redimere, & similiter dicit idem ibi, quod si alicui clerico vel laico nullū ius habēti in electione, sed malitiose volēti impedire quis dat aliqd, ne impediat, simoniam non committit, quia potius vexationem re-

nem redimit. secus autem, inquit, si ei ius aliquod foret acquisitum, & pariter inquit ibi, siquis iniuste fuerit excommunicatus, vel suspensus, vel interdictus, & aliquid dat, vt absoluatur, vel restituatur, non erit simoniacus, *& gloss. in cap. ad aures, in gloss. fin. de simonia.* quod intelligendum est, *vt supra dicebam*, quatenus iniuste vexatus non posset habere recursum ad superiorem, *vt ipse Ant. etiam ibi dicit*: & ideo si quis iniuste vellet expellere aliquem de beneficio, quod legitime possidet, poterit vexatus vexationem illam pecunia redimere: quod pariter ego intelligendum puto, quando alio modo nō posset se tueri & conseruare in iure suo. & denique sciendum, quod vexationem licet cuicunque pecunia redimere, nō vt acquiratur ius de nouo, quia tūc esset simonia, sed vt iuste acquisitum conseruetur, *vt idem Anton. tradit eod. tit. 1. cap. 5. §. 21. col. 2. in prin. & probat text. & ibi notant omnes, in cap. dilectus, il primo, de simon. vbi gl. 1. & gloss. etiam in summa. 1. quæstio. 1. circa fin. & gloss. etiam in cap. nullus episcopus, in ver. restituat, 1. quæstio. 1. & gloss. in cap. quæsitum, in ver. redemptione, 1. quæstio. 3. & per Abba. in cap. Matthæus, de simon. & pul. Oldra. cons. 280. de quibus vide etiam Redoan. de simon. parte 3. cap. 2. num. 5. & sequent.* vbi num. 8. quod si episcopus, vel alius me iniuste excommunicauit, possum dare pecuniā, vt reuocet sententiam: intellige tamen si non potest mihi dari tutus recursus ad superiorem, vel si antequam possem recurrere, mihi maximum immineat damnum. vbi etiam numero 16. ver. primus casus, quod oportet, quod vexatio sit de iure certo, non dubio: alias si foret dubium, esset simonia. Item *num.* 17. quod oportet, quod vexans sit valde potens, & non posset haberi tutus recursus. Item quando id quod datur, esset modicum, & ibi num. 18. quod licet his casibus dans non committat simoniam, bene tamen recipiens committit. *& idem late parte 3. c. 20. num. 18. & sequent.* vbi quæ requirantur, vt vexatio redimi possit, *& etiam cap. 21. late, & etiam cap. 22.*

11 ¶Præterea & †ignorantia excusat: nam licet quis fuerit simoniace electus, id est data pecunia electoribus ignorante electo, si data fuit malitiose, vt posset impugnari electio, quæ etiam sine pecunia legitime sperabatur fieri, non erit simoniaca, neque erit reuocanda. *c. nobis, de simo.* excusatur enim electus à simonia, si eo ignorante pro electione data fuerit pecunia, & multo magis si eo prohibente, *c. sicut tuis, de simon.* & multo magis si daretur pecunia post electionem, vt declarat ibi gloss. *in ver. imputari.* sic & qui recepit ordines à simoniaco, ignorans tamen eum simoniacum, excusatur, & nihilominus poterit ministrare, postquam id resciuit, modo ab eodem non susceperit maiores ordines, *cap. per tuas, de simon.* licet gl. *ibi, in ver. ministret, in fin.* dicat, quod licet sic ordinatus excusetur à simonia, tamen non habebit exequutionem ordinis: quia ordinator, ex quo simoniacus dare exequutionem non poterat, quam non habebat. notandum tamen, quod ad hoc vt ignorantia excusetab hoc crimine, oportet quod sit ignorantia facti, non iuris: quia si esset iuris, puta quia crederet se nō peccare, cum tamen id in iure foret expressum, non excusaretur, *vt in cap. per tuas nobis. de simon.* quod maxime procedit, si potuit consulere peritiores, *vt per gl. 1. ibi.* Sed aduertendum, quia aliquando etiam ignorantia iuris, & simplicitas excusat, *vt probatur in c. quoniam, in fi. de simon.* vbi mandatur diœcesanis episcopis, vt singulis annis illam constitutionem faciant per suas diœceses publicari; ne (inquit tex.) per simplicitatem vel ignorantiam valeat quis se excusare, ergo à contrario nisi fuerit publicata singulis annis, ignorantia & simplicitas poterit excusare; quod tamen puto iudicis arbitrio relinquendum, habita ratione personarum & aliarum circumstantiarum, quæ non arguant malitiam, sed puram ignorantiam & simplicitatē. ex præmissis infertur, quod simonia admissa per patrem, vt filio conferantur, non nocet filio ignoranti, neque ei imputanda venit, *vt in summa 1. q. 4. & per totam illam quæstio.* & si excusatur, qui ignoranter à simoniaco ordinatur, & ille excusandus est, qui per ignorantiam simoniace ordinatur, *capite non imputantur. 1. quæstio. 4.* & ideo qui, dum essent paruuli, Ecclesiam vel Ecclesiæ partem per pecuniam à parentibus datam adepti sunt, excusantur, sed dimittere tenentur. postquam autem dimiserint, si canonice viuere voluerint ibidem eos esse concedendi sunt ex misericordia, neque pro hoc facto à suis ordinibus remouendi, si alias digni inueniantur, *capite 1. 1. quæstio. 5.* fructus tamen paternæ emptionis, & iniquitatis reportare non debent, sed in hoc excusantur, quod à sacris ordinibus non remouentur, *cap. eos, qui. §. ex hac itaque, ea. cau. & quæstio.* & ignorantia ordinatoris, de pecunia data per alios alicui intercessori apud Episcopum, excusat vtrumque à labe simoniæ, *vt dicitur in d. §. ex hac, in fi. & probatur in capit. sequent. incip. præsentium.* & quod ignorantia facti simpliciter excuset, probat etiam text. *in cap. vlt. 1. quæstio. 6.* & generaliter quando tertius dat pecuniam, vt alius quid spirituale obtineat, sic est distinguendum: aut ille, pro quo data est pecunia à principio contradixit, & tunc non obest ei, *cap. sicut tuis, §. pen. de simon. & cap. Petrus, de homicid.* aut sciuit, etiam quando fit, & tunc etiam si sit occultum, renunciare tenetur: aut factum fuit eo prorsus ignorante. & tunc licet non sit simoniacus, tenebitur tamen renūciare, *cap. de simoniacis, de simon. & cap. de regularibus, & c. nobis, eod. tit.* verum si inimicus dedit pecuniam eo ignorante, sed ad hoc dedit, vt promotio illa irritaretur, nullo pacto nocebit, *vt probatur in c. sicut eius, & c. nobis, de simon. & dixi supra. & vide etiam ad prædictarum corroborationem, quæ tradit Anton. in secunda summæ, tit. 1. c. 5. §. 3. in princ. & §. 9.* vbi quod licet pecunia sit data ignorante promoto, tamen statim, quod sit data, tenetur renunciare. idem si promissio fuerit facta eo ignorante, sed ipse soluerit postea pecuniam promissam, licet non fuerit simoniacus: quia dum recepit ignorabat, attamen tenetur renunciare, neque poterit conscientia salua, retinere sine dispensatione, quod etiam tenet Hostien. *in sum. de simon. num. 6.* & ibi etiam tenet, quod si alius pecuniam dederit ad fauorem promouendi, non ipsi promouenti, sed mediatori, non erit simoniace promotus, dato quod sine illa pecunia non fuisset obtenturus, & idem Anton. *d. c. 5. §. 12.* tenet, quod si quis promittat patri Titii de adiuuando eum pro consequendo beneficio, vel si episcopus promittat patri dare beneficium filio, eo tamen, cui conferri debet, ignorante: si postea episcopus oblitus pacti conferat sponte, & nullo habito respectu ad pactum, sed intuitu pietatis, & bona conscientia, non erit irregularis aut simoniacus, nisi ex post scienter reciperet, quod in pactum deductum fuit. Vnum tamen dicit idem Anton. *d. cap. 5. §. 21. colum. 2. in princip.* quod si pro mera benedictione vel confirmatione datur pecunia me ignorante, non ero certe simoniacus regulariter: fallit tamen secundum eum, quando ille qui dedit, esset consanguineus mihi, quod tamen ego non puto sic indistincte admittendum: quia nil adducit pro confirmatione, quod vrgeat, & ipsemet supra tenuit, vt retuli, quod promissio patris non nocet filio, & tamen nullus magis consanguineus, quam pater. bene faterer, quod cum consanguinitas inducat præsumptionem scientiæ eorum, quæ à consanguineo geruntur. *l. octaui, in fin. ff. vnde cognat.* præsumptio scientiæ laborabit contra eum, adeo quod ex aliis præsumptionibus tenebitur ignorantiam reddere verosimilem, idem erit; videlicet non erit simonia, si volente inimico meo impedire electionem de mea persona, amicus meus me ignorante dat ei pecuniam, vt desistat, & obtineam beneficium, non ero

simoniacus, *Hosti. in sum. de simo. num. 6.* Et pariter si quis erat omnino obtenturus beneficium sine pecunia, & tamen dat pecuniam, simoniacus erit. Verū si tertius daret pecuniam, non esset simoniacus, *vt per Innoc. in c. tanta, de simon. arg. c. quampio, 1. q. 2. & c. siquis obiecerit, 1. q. 3. & etiam cap. vltimo, ea. cau. & quæstio. & cap. 1. 1. quæstio. 6.*

12 ¶Possunt autem regulariter† à principio, id est in ipsa collatione apponi onera licita pro libito conferentis absque simoniæ vitio. nam & si fundetur, & cōstruatur Ecclesia sub tali pacto, vel detur pecunia, vt construatur ecclesia vel oratorium, vel tale beneficium, vt tale quid spirituale faciat: iis enim casibus non erit simonia, *cap. olim, sl 1. de restit. spolia. cap. Eleutherius, 18. quæst. 1. cap. constitutus, de religi. do. c. quanto, de censi. cap. ex insinuatione, de simon.* talia enim pacta spiritualia quoque reputantur. *sicut in cap. significatum, de præben. & in cap. nullus, de seru. non ord. & in c. significasti, de elect. & in cap. 1. 10. quæst. 1.* sicut & regulariter quilibet in traditione rei suæ potest pro libito quæcumque pacta licita apponere. *l. in traditionibus, ff. de pact. c. verumtamen, de cond. appo. & tradit in specie Host. in summa de simon. num. 9. & consuluit Calcan. cons. 31. num. 1. ver. in contrarium.* vbi quod si dono possessionem ecclesiæ cum pacto, vt in ea construatur oratorium, valebit pactum, quia non simoniacum. vbi etiam *num. 3. in fin.* concludit, quod si detur licentia construendi Ecclesiam, vel oratorium sub pacto census, non erit simonia. & pariter consecrare Ecclesiam sub pacto, quod dos constituatur: non erit simoniacum, vt ibi dicit Calcan. *num. 4.* quia imo si non fieret pactum, tenerentur dotare, *vt idem dicit ibi, num. 9.* vbi quod tale pactum perinde habetur spirituale ac dos ipsa, postquam est constituta, *vt etiam tradit numero 11. in fin. & num. 12.* talia enim pacta fiunt cum prælato tanquam cum sponso Ecclesiæ, & sicut pactum de dote in matrimonio carnali non inducit simoniam, pariter neque pactum de dote in matrimonio spirituali, præsertim quia quod promittitur Ecclesiæ vel prælato, dicitur promitti Deo, cum quo non potest esse simonia, *vt ibi per Calcan. num. 10. & 12.* & ideo videmus, quod possunt fieri cōllationes à Papa vel episcopo cum pacto soluendi tantum de pensione. *vt per Riminald. cons. 91. num. 21. & sequen. in primo.* sic etiam potest imponi onus beneficio, vt tot diebus in hebdomada vel mense celebrentur missæ, modo in collationis initio id pactū fiat, *vt per Anton. in sum. in secunda parte, tit. 5. cap. 5. §. 5.* & similiter si episcopus antequam cōferat beneficium vel præbendam ordinauit, vel pactus est quod aliquid subtrahatur de ipso beneficio vel præbenda ex aliqua iusta causa, & non ad beneficium suum spirituale, non erit simonia, *vt in d. c. 5. §. 21.* Quin & si in fundatione Ecclesiæ fiat talis constitutio; quod qui dederit tantam quantitatem pecuniæ vel tantum de reditu, recipiatur in Canonicum, & habeat præbendam, talis constitutio non erit simoniaca, modo sit temporalis, non perpetua, & sit simplex intentio augendi diuini cultus principalis, non autem vtilitas, & modo qui recipitur, sit dignus, *vt idem Anton. tenet d. §. 21. col. 1. ver. Item si in fundatione.* idem quoque dicendum si episcopus antequam conferat beneficium, ordinauerit aliquid dandum de fructibus illius beneficii in pios vsus expendendum, non erit illicitum, *vt per Thom. 2. 2. quæstio. 100. articulo 4. in fine.*

13 ¶Verum & simplex† resignatio ad fauorem alterius toleratur, neque simoniaca habetur: quod verum est, modo non interueniat pactum, *gloss. in cap. 1. & in c. ordinationes. 1. quæstio. 1. gloss. & Doct. in cap. dilectus, de præben. & in cap. ex parte, de off. delega. & gloss. in cap. Apostolica. 8. quæst. 1. & Beroius, consilio 87. numero 7. in primo.* quinimo & spem ex hac resignatione habere, quod ei conferatur, ad cuius fauorem fit resignatio, non est simoniacum, *vt habetur in dicto capite ordinationes, in gl. prima.* & ideo dicebat Antoninus *in secunda parte summæ, titulo primo, cap. 5. §. 8.* quod licet de rigore libera debeat esse quæcunque resignatio, tamen si duo tractarunt de permutando, & resignent cum hac intentione: vt quod erat vnius, alteri conferatur, & è contra, non erit simonia: & hoc de æquitate scripta, quæ rigori præfertur, licet cautius esse dicit, si is tractatus fieret cum auctoritate superioris, & quod tractatus solus non inducat simoniam, *Abb. in cap. cum vniuersorum, de rerum permu. & Redoa. in tractat. de simon. parte secunda, c. 11. numero 13.* & excusabitur etiam si ille ad cuius fauorem resignatur, sit idoneus, *vt per Redoan. in d. tractat. parte secunda, cap. 12. num. 10.* secus si renunciaret in recompensa beneficiorum receptorum, ibidem *numero 11. & seq.*

14 ¶Sed & illud diligenter† perspiciendum, an id pro quo datur, sit vere spirituale, de quo dixi late supra *capite 99.* nam si vendatur locus profanus, videlicet non consecratus, vel pollutus pro sepultura, non erit simonia, *Thom. secunda secundæ, quæstio. 100. art. 4. ad tertium.* sic prælatus vendens iurisdictionem temporalem non committit simoniam, modo illam habuerit à potestate temporali, quæ neque respectu suæ essentiæ, neque respectu dependentiæ dici potest spiritualis, Anton. *in secunda parte sum. tit. 1. capite 5. §. 14. ver. nota quarto.* vbi secus esse dicit, si talem iurisdictionem habuisset ab Ecclesia. quod tamen ego non putarem verum, nisi foret annexa alicui beneficio vel rei spirituali; quia omnes res temporales Ecclesiæ vendi possunt, vt calices non consecrati, vestimenta & alia supellectilia. & ipsemet Anton. *paulo infra, in ver. no. 8.* dicit, quod fructus Ecclesiæ possunt vendi ad tempus modicum, quin & pro toto tempore, quo quis possidebit beneficium, modo nil spirituale interueniat in tali venditione: & idem ibi dicit in ver. nota 9. quod vendens panem, vel ceram, vel linum oblatum à populo, non committit simoniam, & idem de fructibus decimarum; quia hæc spiritualia non sunt, de quibus etiam Redoan. *in tracta. de simon. parte 2, cap. 3. numero 7. & sequent.* & pariter aqua pro baptizando, modo non sit benedicta vendi potest, *vt ibidem dicit Anton. d. §. capite 16.* idem quoque dicit ipse *in dicto capite 5. §. 19. colum. 2. ver. item de confraternitatibus,* quod licet detur aliquid in principio ingressus ab illis, qui ingrediuntur cōfraternitates, quod tamen non est simonia: quia tales confraternitates nil habent spiritualitatis, & idem quoque *in §. 22.* dixit, quod clerici facientes pactum pro vestibus, & ornamentis cadauerum, non committunt simoniam, quia hæc sunt temporalia, *& idem tenet Hostien. in sum. numero 6.* quod intelligunt, nisi alias nollent sepelire, *& idem dicit Anton. in §. 23. de calice non consecrato, & per gl. in summa 1. quæstio. 1. in fin.* sic & vendere fundum, in quo est ecclesia habens ius patronatus, non committit simoniam, cum ius patronatus vendi possit, tanquam accessorium fundi, *vt idem Anton. tradit ibi. §. 24.* quod ego verum intelligerem, quando fundus non esset consecratus, neque in dotem Ecclesiæ datus: sic & vigilare cum cadauere defuncti pro precio, nō est simonia, Hostien. *in summa, num. 6.* sed bene orare pro pretio. & ratio est, quia vigilare est quid temporale, orare vero spirituale: sic & dare profanum, vt fiat sacrum, non est simonia, *cap. olim, de restit. spol.* item si detur pecunia ostiario pro aditu habendo ad episcopum, à quo intendit impetrare beneficium, non erit simonia, neque ex parte dantis, neque accipientis: quia non datur pro re spirituali, *Anton. in secunda parte sum. titulo primo, capite 5. §. 9.*

15 ¶Hodie quoq; † dantes dotē monialib. pro ingressu monasterii ex constitutione Vrbani, non committūt simoniam, neque etiam moniales recipientes, *vt per Anton. in*

*ton. in secunda parte sum. tit. 1. cap. 5. §. 20. in vlt. verbis*, neque etiam protestantes, quod non ingrediatur, quia nisi portet secum, non habebit vnde alatur, committūt simoniam, *vt per glo. 1. in cap. non satis, de simon. & glo. etiam 1. in cap. quoniam, eo. tit. & gl. in summa, 1. q. 2.* licet Bald. *in l. si quemquam, C. de Epis. & cler.* contrarium tenuerit, *Gui. Papa q. 80. quem sequitur.*

16 ¶ Illud certum est etiã, † ꝙ petitio, & preces simplices eius, qui cognoscit se dignũ, vel qui ꝓ digno instat, non inducunt simoniã, immo nec ambitionẽ, *vt per Anton. in secunda sum. tit. 1. c. 5. §. 21. in 2. col. in prin.* & præsertim si sit simplex beneficiũ, *Host. in summa, de simon. num. 6.* quinimo & consanguineorum preces, nõ inducunt simoniam, si fiant pro digno, *vt ibi per Hostien. & glo. vltimam, in cap. filium, 1. q. 1.* & ideo si quis dicat electori, Ego exaudiui te alias pro tuo nepote, vel filio, vel amico, modo exaudias me pro meo, non erit simonia, si vterque fuerit dignus, *Anton. in d. cap. 5. §. 21. ver. item si dicat vnus*, & an, & quando preces inducant simoniã, vel non, late Redoan. *de simon. par. 2. cap. 32.*

17 ¶ Sed & hoc † animaduertendum, quod sicut recipere aliquid pro eo off. spirituali, ad quod tenebatur, est simoniacum; sic econtra recipere aliquid pro eo off. ad quod non tenebatur, excusat, modo non intendant id recipere tanquam pretium officii, sed vti stipendium pro victu, *vt per Anton. in secũda parte sum. tit. 1. c. 5. §. 22. & glo. in summa, 1. q. 1. ciraſi. & Calcan. cons. 31. num. 5.*

18 ¶ Spes quoque † remunerationis dummodo sit modesta, & intra animum retenta, non inducit simoniam, modo non præcedat pactio, & seruitium non sit fundatum in illa spe principaliter, *vt tenet glo. 1. in capite, cum essent, de simon.* sed adde tu, modo etiam se dignum cognoscat, & dignum etiam ac honestum sit seruitium, vt voluit glo. *in capite, sunt nonnulli, in ver. ab obsequio*, 1. *quæst. 1. & Redoan. de simon. par. 1. cap. 10. num. 6. & seq. & latius parte . cap. 7*

19 ¶ Minima quoq; † non inducunt simoniam, vt si munus sit adeo vile, quod non sit verosimile conferentem moueri eo munere. *c. & si quæstiones*, §. 1. *& vlt. de simon.* habita scilicet ratione personarum & temporis, & quãdo & qualia munera inducant simoniam. *vide Redoan. de simon. parte 3. capitulo 24. & 25.*

20 ¶ Tempus etiam † quandoq; licitum facit actum, qui alias foret simoniacus, & ideo si clericus nullo præcedente pacto donat bona sua Ecclesiæ, postea rogat, vt recipiatur in canonicum, & recipitur, non erit simonia, quæ tamen adesset, si ante donationẽ pactũ de recipiendo eum factum fuisset, *vt not. in cap. tua nos, de simon.* Et pariter si ante electionem detur pecunia, licet ignorante electo, dicetur simoniace electus, secus si post, *vt declarat gl. in cap. sicut tuis, in ver. imputari. de simon.* Et si quis vult post ordinationem offerre aliquid Ecclesiæ, in qua fuit ordinatus, non prohibetur, quinimo laudatur, *vt probatur in §. siquis autem clericus cuiuslibet gradus, in Auth. de sanctis. Epis.* nam in remunerationem non prohibetur quis dare beneficium, & sic postquam est electus, dummodo à principio praua intentio abfuerit, *vt per glo. 1. in cap. cum essent, de simon.* sic etiã post promotionem potest exigi cautio, quæ à principio non potuisset, *vt per Hostien. in sum. de simon. num. 9.* & est ratio, quia post electionem vel promotionem nil amplius speratur ab electoribus, vel promotore, cum iam consequutus fuerit ab eorum libera voluntate: quod si ante consequutionem pactatum fuisset, captiuata iam fuisset voluntas electorum, vel promotoris, quæ debet esse libera, *vt per Anton. in 2. parte sum. tit. 1. cap. 5. §. 12. vt per Thom. secunda secundæ, q. 100. artic. 3. ad primum, & sæpe etiam dictum fuit supra, & tradit etiam Redoa. in tract. de simon. parte secunda, c. 11. num. 14. & seq.*

21 ¶ Porro autem licet emere † & vendere, emptor & venditor, sint correlatiua, & dispositum in vno, censeatur dispositum & in alio, & destructo vno censeatur & aliud destructum. *l. 1. ff. de contrahen. emp. l. vltima, C. de iudic. l. vlt. ff. de acceptil. l. vlt. C. de ind. vid. toll.* & ideo videretur, quod non posset esse simoniacus dator, nisi foret & acceptor, & econtra: tamen in hoc crimine cessat effectus correlatiuorum; quia potest esse simoniacus dans quid tẽporale, & non recipiens, & econtra: nam & Esau peccauit primogenitũrã vendens, non tamen peccauit Iacob illam emens, *vt per Thom. secunda secundæ, q. 100. artic. 4. ad tertium. ver. ius autem primogenituræ.* sic & omnes redimentes vexationem non committunt simoniam, cum tamen recipientes sæpe committunt, *vt dictum fuit supra hoc capite, num. 10. & per Anton. in secunda parte sum. tit. 1. capite 5. §. 13.* sic & si me ignorante fiat pactio, vel detur pecunia, qui recipit, simoniam committit, licet ordinatus, vel promotus non, *vt supra dictum fuit num. 11.* Nec est nouũ, nam & dans vsuram, non peccat; recipiens vero peccat. *cap. debitores, de iureiur.* & multa licet accipere, sed non dare. *vt per Iaso. in l. transigere, C. de transac. num. 10. ver. vnde exista.* Notandum tamen quod datis cæteris paribus, plus peccat dans quam recipiens, *vt tenet Io. And. in c. 2. de sta. regul.*

22 ¶ Dignitas præterea † personæ sæpe excusat à simonia, quæ si foret indigna, non euitaretur crimen: nam obsequium linguę, quoniã & à manu potest dari absque simonia, modo detur sine pactione præcedẽte, & detur pro digno, *vt inquit glo. in summa. 1. q. 1.* sic etiam seruire alicui prælato sub spe beneficii, ita demum non est simoniacum, si seruiens cognoscat se dignum, & absit pactio. *glo. in cap. sunt nonnulli, in ver. ab obsequio. 1. q. 1.* Et pariter carnales preces porrectæ pro digno non inducunt simoniam, quam inducerent si pro indigno, *glo. in cap. quibusdam, in ver. & actionis, prima q. 1.* Et pariter preces pro seipso si cognoscit se dignum, non inducunt simoniam, *glo. vltima, in c. filium, prima, q. 1.* sic & qui ignorantes beneficium sunt consequuti, & ordinati patre pecuniã porrigente, licet simoniace dicantur ordinati, tamen si sunt digni, non remouentur ab ordinibus, *cap. 1. 1. q. 5.* sic & dans pecuniam ostiario, vt admittatur ad Episcopum à quo intendit impetrare beneficium, non committit simoniam, si dignum se cognoscit, *vt in sum. con. quæst. 35. & Alber. in dictionario, in ver. simonia. ver. quid si aliquis dignus.* Sed postremo animaduertẽdum, ꝙ si quis vere det pecuniam, vel paciscatur dare pro spirituali aliquo, non euitat simoniam ex eo, quod sit alias integerrimæ vitæ, & approbatorum morum: nam, vt inquit Leo, Principatus, quẽ aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus, aut actibus in eo non offendit, ipsius tamen initii sui est pernicioſus exemplo: & difficile est, vt bono peragantur exitu, quę malo sunt inchoata principio, *vt dicitur in cap. principatus, prima, quæst. 1.*

23 ¶ Insuper notandum, † quod si detur spirituale quid pro spirituali, vt obsequium spirituale, puta celebrandi pro beneficio etiam cum pactione, vt si detur beneficium cum pacto, quod teneatur toties celebrare, non est simonia, sed est simonia spiritualis, quæ non reprobatur, sicut neq; vsura spiritualis, *gl. in summa. 1. q. 1. circa medium*, sicut etiam spirituale pro spirituali permutari potest, *vt ibi dicitur gl. in fi. & est text. in cap. ad quæstiones, de rerum permuta. & in cap. significatum, de præben.* Ideo si duo presbyteri conueniũt, vt vnus pro altero celebret, non est simonia, *vt ibi habetur, & tradit Alberic. in dictionar. in ver. simonia, in ver. an munus obsequiale.* & ideo si datur pensio cum pacto, vt habito beneficio tanti valoris illam dimittat, licet regulariter simonia committatur per tale pactum, fallit tamẽ, nisi pensio illa daretur pro beneficio: quia tunc daretur spirituale pro spirituali, & sic non esset simonia, *ita Cardin. in Clem. 1. in 17. q. de reb. Eccl. non alienan.*

24 ¶ Et ne retur, †notandũ est etiam, ℣ licet detur pecunia pro eo, quem omnino electuri erant vel promouti, etiam si non daretur pecunia, non tamen ideo euitabitur hoc crimen, *vt tenet Iun. in c. tanta, de simo. arg. c. quam pio*, 1. *q.* 2. *& cap. si quis obiecerit*, 1. *q.* 3. *ac etiam c. vlt. ea. cau. & q. & c.* 1. *q.* 6. *& est etiam præter eum, glo.* 2. *in c. nobis, de simon. & Archid. in c. sicut.* 1. *q.* 6.

25 ¶ Illud quoq; †monendi sunt lectores, ℣, etsi à simoniaco ordinati nulliter dicantur ordinati, nam sacramẽta quę confert simoniacus, licet vera sint, quoad formã, quantum tamen ad effectum, sunt inania, *c. sicut eunuchus*, §. *vlt.* 1. *q.* 1. *cum multis c. seq. & præsertim, c. multi autem.* hæc tamen intelligenda sunt vera esse quoad sacramenta dignitatis, non autẽ quoad sacramenta necessitatis, quia hæc cum effectu etiam à simoniacis dantur, *c. remissionem*, §. *vlt.* 1. *q.* 1. Duplex autem est sacramenti effectus: primus gratiæ, quæ nõ datur à simoniaco, quia dare nõ potest, quod non habet. Secundus est exequutionis, & hoc speciale est in sacramentis dignitatis. *gl. in d. c. remissionem. in ver. sed notandum.* Necessitatis autem sacramenta sunt quinque; Baptisma, confirmatio, pœnitentia, Eucharistia, & externa vnctio, *vt est gl. in d. c. remissionem, in ver. necessitatis*. ordinati enim vel baptizati à simoniacis, licet videatur, quod vulneratum habeant caput, tamen quia in ordinatione simoniacorum hoc solum est reprehensibile, quod gratia Spiritus sancti sub pretio redigi pũtetur, aliorsum autem integra forma sacramentorum seruetur, si illicita sacramenti vsurpatio per pœnitentiam correcta fuerit, vt gratia Spiritus sancti gratuita, & non venalis existimetur, integer debet adesse vnctionis effectus. immo etiam licet non sequatur pœnitentia, licet simoniace consecratus, reputetur, sicut illi, qui quendam non nisi pretio dato ad sacri Baptismi regenerationem sui, ad sanctæ communionis participationem admittebantur, licet simoniace, tamen non ideo minus baptizati, vel sacræ communionis participes reputati sunt. sed hoc tantum sacris canonibus constitutum est, ne de cætero sacramẽta Christi simoniace distribuantur, *vt habetur in c. per Isaiam*, §. *constat ergo.* 1. *q.* 1. *& habetur etiam in cap. statuimus*, §. *sicut ergo.* 1. *q.* 1.

26 ¶ Sed non inutiliter quæri potest, †an necessitas à simonia excuset. exemplũ, si quis adultus vellet baptizari, neq; reperiret sacerdotem, qui vellet eum sine pretio baptizare, an excusaretur à simonia, si precium daret? & Bea. *Tho.* 2. 2. *q.* 100. *art.* 2. *ad primum*, tenet, quod non excusabitur, quia debet potiꝰ abstinere à baptismo credens flamine Spiritus sancti baptizatum, cum per eum non steterit. Quod si foret infans, posset à quolibet in casu necessitatis baptizari: quod si neminẽ reperiret, & daretur pecunia, excusaretur: quia tunc redimere diceretur vexationem, i. impedimentũ auaritiæ illius sacerdotis, & differentia inter adultum, & infantem est: quia adultus potest dici flamine baptizatus, vt dictum est, nõ sic infans: & quod eo casu non sit simonia, tenet Abb. *in c. cum in Ecclesiæ, num.* 5. *de simon. & sequitur Caietan. in commen. Thom. d. art.* 2. licet referat Ricardum contrarium tenuisse, & idem tenet Anton. *in secunda sum. tit.* 1. *c.* 5. §. 16. vbi etiam concludit, quod si sacerdos, ad quem spectat benedictio nuptiarum, nolit dare licentiam alteri sacerdoti, quod benedicat nisi data pecunia, cum ipse non possit propter morbum, vel alia de causa, si non intendit vendere licentiam, sed sibi prouidere de portione oblationum sibi contingente, non committit simoniam, secus si plus vellet pro licentia, quam sibi veniret per oblationes, quia tunc esset simonia; sed benedicendi si darent pecuniam, cum aliter benedici non possent, excusarentur à simonia.

27 ¶ Pœnitentia † quoque antequam ad actum deueniatur, excusat à simonia, vt si fiat pactũ de dando pecuniam pro ingressu monasterii, sed antequã recipiatur, reuocatur pactũ, & gratis accipitur, nõ erit simonia, nisi forte adesset simulatio & corrupta intentio. *Ant. in* 2. *sum tit.* 1. *c.* 5. §. 19. *col.* 1. *ver. item si pro receptione*. & dixit Caiet. *in sum. sua, in ver. simon. col.* 5. *ver. ex eo aũt.* ℣ licet fiat pactio de dando preciũ, & detur ℣ beneficio conferendo, si tñ non cõferat, non erit simonia, licet econtra foret simonia tradita re spirituali, licet preciũ nõ daret.

28 ¶ Excusabitur ẽt, †neq; dicetur cõmittere simoniam, siquis in pactionibus exprimat id, quod tacite omnino inerat de iure, intellige, si exprimatur modo quo inerat, secus si aliter, quia tunc foret simonia, *Redoa. in tract. de simon. parte* 2. *cap.* 3. *num.* 28. *& seq.*

29 ¶ Non excusabitur † ex eo, quod simonia pro re, quam non interest habere, *vt per Abba. in c. Matthæus. de simon.*

30 ¶ Consuetudo † an excuset à simonia, *late Redoan. de simon. p.* 3. *c.* 26. *&* 27. *vbi latissime.*

## CAPVT LXXXV.

## *de Atrocitate criminis Simoniæ.*

### SVMMARIVM.

1 *Atrocitas simoniacæ labis, ex variorum, atque execrandorum nominum multiplicitate dignoscitur, quæ etiam hic habentur.*
*Consecratio Ecclesiæ per pecuniam execratur.*
2 *Simoniaci, qualiter dicantur hæretici, & quando.*
3 *Simoniæ crimen æquiparatur criminibus læsæ Maiest. vsuræ, homicidio, publico crimini, ambitui, proditioni, blasphemiæ, furto, sacrilegio, & omnia delicta ad eius comparationem pro nihilo habentur.*
4 *Prohibitionis huius criminis rationes sex, & quæ.*
5 *Pœnarum grauitas, quæ fuerit semper circa simoniæ crimen, quæ arguit etiam eius atrocitatem.*
*Simoniaci dant spiritum non sanctum, sed mendacii.*
*Dantem plus peccare, quam recipientem simoniace.*
6 *Simoniæ ob grauitatem multa singularia, & contra iuris reg. contra simoniacos inducuntur.*

1 GRAVITAS atque † atrocitas huius criminis ex eo facile cognosci potest, quod nullum reperiet crimen, quod à Legislatoribus, & sapientibus tam multis variis atq; execrãdis appellationib. sit execratum. Capitale enim aliquando appellatur crimen. *c. qui studet*, 1. *q.* 1. aliquando detestabile, *vt in d. c. qui studet, & in cap. requisitis*, 1. *q.* 7. aliquando morbus cancrosus, *cap reperiuntur*, 1. *q.* 1. vbi quod ideo ferro ignito opus est, vt ibi dicitur. Item frequens malum, *vt ibi per Host. in summa, de simon. num.* 12. & vsitatum malum, & maiorum frequenter mucrone succisum, *vt dicitur in d. cap. reperiuntur*. Item appellatur magna labes, *cap. tanta, de simon.* Et dicitur esse nimis horribile, *in cap. cum in Ecclesiæ. de simon.* prauitas etiam simoniaca appellatur, *in cap. cum essent, in fin. eo. tit. & in c. veniens, eo. tit.* dicitur pro tanto prauitatis excessu, *& in c. nobis, & cap. in tantum, eod. tit.* & detrimentum spirituale pro temporali emolumento appellat tex. *in cap. nemo presbyter, eo. tit.* Et grauissimũ dicitur crimen, *in cap. ex diligenti, eo. tit. vbi glo. in ver. humanis.* Et pernicioſum factum, *in capite, veniens, ver. quoniam, eo tit.* Et indignum. ibidem, *& in capite, ad aures, eo.* & tantus excessus prauitatis, *in d. c. veniens.* Et execrabilis excessus, *in cap. de regularibus, eo.* Et cancrosum vulnus, *in d. capite, reperiuntur*, 1. *q.* 1. Et tanta præsumptio, *in cap. suam, de simon.* Exactiones, & extorsiones turpes, & prauas appellat text. *in c. sicut pro certa, de simon.* Et piaculare flagitium dicitur, *in c. quisquis, in fin.* 1. *q.* 1. Et execrabile Christo flagitium, *in d. c. reperiuntur, ea cau. & q.* Et turpia, & nefanda data appellat tex. *in c. siquis Episcopus, in fi. eo.* Maledicti etiam appellãtur simoniaci, *c. benedictio*, 1. *q.* 1. *& in c. quicunque,*

*que, in fi. & c. cum liqueat, ea. cau. & q.* Et peſtiferam radicem appellat ſimoniam, *tex. d. cap. cum liqueat*, 1. *q.* 1. & dicit text. *in c. cum ordinaretur*, eo quod in ſimonia, quod datur eſt aurum, quod perditur anima, quod accipitur, aurum eſt, quod datur, lepra eſt. Et primum ſupplantatione diabolica ſurrepſiſſe dicitur, *in capite. fertur. eo.* & ideo Eccleſia per pecuniam conſecrata, non conſecrata, ſed execrata dicitur, *gl. in cap. non nouet*, *in ver. conſecrationem*, 1. *q.* 1. *& in cap. Eccleſia*, 1. *q. quarta*, & ſimoniaci appellantur maximi hæretici, & Antichriſti, *in c. peruenit*, 1. *q.* 3. Et ſimonia ſcelus deteſtabile appellatur, *in c. requiritis.* 1. *q.* 7. Et rapina etiam dicitur, *in c. ſancitum*, 1. *q.* 1. Et dicitur *in c. ſicut ſimoniace, de ſimon.* quod peſtis ſimoniaca ſui magnitudine omnes alios morbos vincit.

2 ¶ Hæreſis autem in † ſpecie eſſe dicitur, *in c. quotiens, de ſimon.* & dicuntur primi, & præcipui hæretici ab omnibus fidelib. reſpuendi, *in c. vlt.* 1. *q. vltima.* nam quisquis per pecuniam ordinatur ad hoc, vt fiat hæreticus, promouetur, *vt dicitur in c. quisquis, & in c. benedictio*, 1. *q.* 1. Nam Spiritus ſancti donum precio comparare, quid aliud eſt quam capitale crimen, & ſimoniaca hæreſis? dicit tex. *in cap. qui ſtudet.* 1. *q.* 1. nam vt inquit etiam tex. *in c. cum liqueat, ea. cau. & q.* Hæc hæreſis ante omnia radice peſtifera ſurrepſit, atque in ipſa origine ſua, Apoſtolica eſt deteſtatione damnata; quinimo hac hæreſi tolerabilior eſt illa Macedoniani, & eorũ, qui circa ipſum fuerunt Spiritus S. diuinitatẽ impugnantiũ. illi enim creaturam & ſeruum Dei Patris, & Filii, Spiritum ſanctum delirando fatentur; iſti vero efficiunt Spiritum ſanctum ſeruũ ſuum, quẽ emunt, *vt dicitur in cap. eos qui, prima quæſt. prima, & ſequitur Bea. Thom. in ſecunda ſecundæ, quæſt.* 100. *art. primo, in prin.* & quod Spiritum ſanctum vendant, dicitur *in c. qui ſtudet, & in cap.* 4. 1. *q.* 1. *& in cap. quibuſdam, & in c. eos, qui. ea. cau. & quæſt.* Neque tamen ideo credideris, quod ſimonia dicatur peccatum in Spiritum ſanctum, quia vere non eſt, ſed cum credant Spiritum ſanctum, à quo dona Dei procedunt, vendi poſſe pretio, hæretici ſunt, *vt inquit Thom. in quarto ſenten. diſt.* 25. *art. quinto*, & dicitur etiam *in c. fertur, cap.* 1. *quæſt.* 1. quod ſimoniaca hæreſis eſt, quæ prima contra Eccleſiam diabolica ſupplãtatione ſurrepſit, etiam in ipſo ortu ſuo zelo Apoſtolicę vltionis percuſſa, & damnata eſt. Et dicitur etiam in capitulo, quibuſdam, eo quod qui per pecuniam promouet, id agit prouehendo, vt hæreticus fiat, & ideo vt dixi ſupra appellantur maximi hæretici & Antichriſti *in capitulo, peruenit, prima, quæſtio. tertia.* Et licet fideles videantur, infideles tamen ſunt. *capitulo, cum omnes, prima, q. prima*, & quod ſimonia ſit ſpecies hæreſis, habetur *in capitulo, quanto ſecunda, q. quinta, & per Inn. in c. quotiens, & c. per tuas, de ſimo. & per alios Scrib. vtrobique & per Archid. in §. ſed licet. 6. quæſt.* 1. *& in cap. fertur*, 1. *quæſt.* 1. *& in c. vltimo*, 1. *quæſt. vltima, & in cap. cito, & capite, Petrus*, 1. *quæſt.* 1. Generaliter autem conſiderando non poſſunt dici proprie hæretici, quia poſſunt eſſe ſimoniaci, & tamen non credere, quod ſpiritualia poſſint temporali pretio vendi. Sed & hi dicuntur hæretici propter ſimilitudinem actus: qui ita operantur, ac ſi exiſtimarent, & vere crederent donum Spiritus ſancti pecunia poſſideri, quod eſt hæreticum vere. & ideo Gregorius *in regiſtro* inquit, quod cum omnis auaritia ſit idolorum ſeruitus, ſiquis hanc in Eccleſiaſticis dignitatibus dandis non præcauet, infelicitatis perditioni ſubiicitur, etiam ſi fidem, quam negligit ſeruare videatur; *capite, cum omnis*, 1. *q.* 1. *& in cap. ventum eſt, in fin. & pluribus ſequen. & capite eodem, & in cap. Petrus. & hoc etiam tenet Thom. in loco prælegato, videlicet, in* 4. *ſenten. diſt.* 25. *& in ſecunda ſecundæ, q.* 100. *artic.* 1. *ad primum.* Sed vere & proprie eſſent hæretici & ſimoniaci, qui crederẽt Spiritus ſancti gratiam poſſe precio comparari, *vt ibi dicitur, & notant omnes in c. ſicut, de ſimon.* Quinimo inquit gloſ. 2. *in c. ſane.* 15. *q.* 4. quod ſimonia eſt maius crimen quam hæreſis. Sed & tex. *in c. vlt.* 1. *q. vltima*, quod omnia crimina ad comparationem ſimoniacæ hæreſis, quaſi pro nihilo reputantur; quod quomodo procedat in deteſtationem huius nefandi criminis, videnda ibi gloſ. *pen. & vltima.*

3 ¶ Atque ideo variis, & atrociſſimis comparantur delictis. Læſæ enim Maieſtatis crimini æquiparantur, *vt per Hoſt. in ſumma, de ſimon. numero* 10. *& eſt text. in l. ſi quemquam. in fin. C. de Epiſc. & cleric.* quæ regiſtrata eſt *in c. ſane*, 15. *q.* 3. & licet negari non poſſit, quin in multis differant, negari tamen non poteſt etiam quod in multis conueniant, & præſertim in accuſatione, *vt habetur in cap. licet Hely. ante ver. Ne vero. de ſimon.* vbi gloſ. *in ver. indifferenter*, probat, quod ſimonia grauius ſit delictum crimine læſæ Maieſtatis, *& habetur in cap. ſi quis Papa*, 66. *diſtinct.* Item æquiparatur vſuræ, quia ſicut in vſura intendit vſurarius, quod ſorti maior accedat vtilitas, ſic & ſimoniacus ſorte pecuniæ, quæ temporalis eſt, intendit acquirere ſpiritualia, quæ valore longe ſuperant temporalia, & inæſtimabilia ſunt, *vt per Hoſt. in ſumma, de ſimon. num.* 6. *ver. item comparatur.* & ideo valet argumentum de vſura ad ſimoniam, *vt per Beroium, conſ.* 207. *numero* 14. *in* 3. quo ad multã intellige, ſed non quoad pœnam, *vt ibi per eum, numero* 50. Æquiparatur quoque homicidio quoad pœnam, *cap. inquiſitionis, in princ. de accuſatio. gloſ. in cap. ſicut ſimoniaca. in gloſ.* 1. *de ſimonia.* licet dicat ibi glo. grauius ſit homicidium. quia cum eo nunquam diſpenſatur, ſed quoad hoc potes etiam tu dicere, quod in ſimonia iure diuino prohibita non admittitur pariter diſpenſatio, *vt infra patebit, dum de diſpenſatione loquemur.* Publico etiam crimini æquiparatur, & ideo publicum dicitur, *l. ſi quemquam, circa fine, C. de Epiſcopis & clericis, quæ vt dixi, habentur in c. ſane.* 15. *quæſt.* 3. *& notatur etiam in cap. licet Hely. de ſimo.* Item æquiparantur crimini ambitus: nam ſi iurare debent magiſtratus ſe nil dediſſe directe, vel indirecte pro magiſtratu temporali aſſequendo, q; ſi dederint, puniuntur pœna l. Iul. de ambitu, *toto tit. ff. & C. ad l. Iul. de ambit.* quanto magis deteſtandus erit ambitus in magiſtratu ſpirituali & ordine, & beneficio conſequendo, quæ ſunt Chriſti viſcera, *vt habetur in c. penul.* 1. *quæſt.* 7. *& in cap. principatus, & cap. vulnerato.* 1. *q.* 1. Quin & Iudę cõparantur proditori, qui Chriſtum Saluatorem pecunia vendidit Iudæis occidendũ, *vt habetur in c. eos qui*, 1. *q.* 1. vbi etiam gl. æquiparat ſimoniacos Iudæis, dicens: ſicut Iudæi & infideles miraculorũ operationes diabolo attribuebant, quæ tamen per Spiritum ſanctum fiebant, ita ſimoniaci acquirunt ſibi per diabolum ordines, qui ſunt dona Spiritus ſancti, *vt in gloſ. ibi, in ver. detrahunt.* Et infidelibus etiam æquiparantur, licet fideles videantur, *c. cum omnes*, 1. *q.* 1. Sed & furibus comparat ſimoniacos *tex. in c. ordinationes, vbi glo. in ver. fures, ea. cau. & quæſt.* Et dicit Gregor. *in cap.* 1. 1. *q.* 3. à ſacrilegio quoq; hoc facinus non diſpar dixerim. Et pariter blaſphemis æquiparat tex. *in cap. eo, quod*, 1. *q.* 1. Sed poſtremo inquit tex. *in c. vltimo* 1. *quæſt. vlt.* quod omnia etiam crimina, ad comparationem ſimoniacæ hæreſis, quaſi pro nihilo reputantur, *& habetur in c. quibuſdam*, 1. *q.* 1.

4 ¶ Arguitur quoq; † huius criminis atrocitas à ratione qua prohibitum eſt. Tres enim ad hoc rationes aſſignat Thom. 2. 2. *q.* 100. *artic.* 1. *in reſpons.* Prima eſt, quia nulla res ſpiritualis, poteſt aliquo terreno precio compenſari. Secunda, quia nemo poteſt vendere, q; ſuum non eſt, ſed beneficium vel gratia in ordine, quam conferre intendit, non eſt prælati, cũ ipſe non ſit dominus ſpiritualiũ, ſed diſpẽſator, vt dicit Apoſtolus 1. ad Corin. c. 5. Tertia, quia venditio repugnat ſpiritualium origini, quæ eſt ex gratuita voluntate Dei proueniũt, iuxta

illud Matthæi,ver. Gratis accepistis,gratis date. Quartam adde tu,quia daretur occasio perturbandi totã Ecclesiam, cum per pecuniam indignis conferrentur ea, quæ dignis tantum sunt reseruata: nam vt inquit tex. *in cap.placuit.* 1.*quæst.*1. non pecunia & muneribus, sed per diligentem prius discussionem, deinde per bonorum operum ac multorum fide dignorum testimonia oportet clericos ordinare. Si.n.inquit tex.*in c.fertur,in fi.ea.cau. & q.*dignus es sacerdotio, creditur, cui non actionis merita, sed præmiorum copia suffragatur, restat, vt nihil sibi in Ecclesiasticis honorib. grauitas, nihil sibi defendat industria, sed totum auri profanus honor obtineat:& cum vitia honore remunerantur,in locum vltoris is fortasse, qui fuerat vlciscendus, adducitur;atque hinc sacerdotes non proficere,sed perire potius iudicantur. Quinta quoq; ratio colligi potest, *ex c. quibusdam,ver.qui videlicet.* 1.*q.*1. vbi dicitur,quicunq; ad sacrum ordinem, vel honorem pecunia perducitur, iam in ipsa prouectus fuit radice vitiatus, paratior est aliis venundare, quod emit. Denique vt inquit Iustin. *in l.si quemquam. C. de Episc.& cler.* Quantum quisque mereatur,non quantum dare sufficiat æstimandum est. Profecto enim inquit, quis locus tutus, quæ causa esse poterit excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur? Quem murum integritatis, aut vallum fidei prouidebimus, si auri sacra fames in penetralia veneranda proserpat? Quid denique cautum esse poterit, aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? Cesset ergo altaribus imminere profanus ardor auaritiæ, & à sacris adytis repellatur piaculare flagitium. Sexta etiam ratio potest colligi, quia in hac contrectatione fraudatur Deus, eo quod suum est, id est dono ipso Dei, quod ideo donum dicitur, quia gratis donatur, non pretio. nam vt inquit textus,*in c.res Ecclesiæ.* 1. *q.* 3. Quisquis res Ecclesiasticas, quæ dona Dei sunt, quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur,&ideo gratis dare debent propter lucra sua, vendit vel emit, cum Simone mago donum Dei pecunia possideri existimatur, quæ secum illum trahit in perditionem, iuxta dictum Principis Apostolorum, *de quo in c.reperiuntur.* 1.*q.*1.

5 ¶ Sed & pœnarum grauitas, & punitionis magna sollicitudo semper à principio nascentis Ecclesiæ habita, facile atrocitatem huius criminis demonstrat. nam vt inquit, glos. *in cap. ex diligenti, in ver. humanis, de simonia,* grauissimum reputatur hoc crimen, ex quo diuinis,canonicis,& humanis legibus aduersatur, cui suffragatur Gregor. Nazian. *in cap. qui studet.* 1.*quæstione prima,* in hæc verba: Quod quã detestabiliter in vtroque testamento vindicatum sit, multorum exemplis facile apparet. Giezi enim gratiam sanitatis Naaman Syro vendidit, qui eandem sanitatis gratiam Helisæo vindicante,leprosus factus,amisit. Iudas quoque omnium Redemptorem vendidit, & statim laqueo se suspendens, eandem redemptoris gratiam non obtinuit; & merito: quia nemo potest retinere, quod vendidit. Simon etiam magus,cum eandem Spiritus sancti gratiam emere vellet, damnationis sententiam à Petro audiuit; Pecunia tua tecum sit in perditionem,quia donum Dei existimasti pecunia possidere. Dominus etiam vt emẽtes,& vendentes columbas, id est dona Spiritus sancti huius gratiæ expertes ostenderet, cunctos alios peccatores per gratiam in templo dimisit: Singulariter autem ementes, & vendentes increpans, & flagellans de templo eiecit,in quo venditores,& emptores suos gratia Spiritus sancti cõstat destitutos esse,& vacuos. quos enim Christus eiecit de tẽplo, nunquã Spiritus sanctus Christi sibi faciet templũ. Et ideo primum delictũ fuit in Ecclesia Christi simonia, ꝙ & à Christo, & à Petro Apost.fuit atrociter vindicatum. *c.fertur.* 1.*q.*1.& dicitur *in c.ex multis.* 1.*q.* 3.ꝙ Christus nusquã legitur tam acriter aliquod vitiũ increpasse q̃ simoniam: quippe ꝙ alia vitia satis habuit verbis corrigere,& reprehendere, hoc autem facto, id est flagello puniuit. ꝙ etiam exponitur *in c. vendentes,ea.cau. & q.* ideo dicitur etiam *in c. eos qui,in fi.eo.* quod hoc crimen,& vicesimus nonus canon Apostolorum, & actus eorundem, & 3. & 4. liber Regum damnat,& multis etiam damnatũ est Conciliis, *c.requiritis.* 1.*q.*7. & merito quidem: quia ꝙ datur, aurum est, quod perditur anima est: quod accipitur aurũ est, quod datur lepra est. *c. cum ordinaretur.* 1.*q.*1. De cuius etiam delicti grauissimis pœnis infra latius discutiemus, *in capite* 87. sed hoc loco illud præcipue considerandum pro grauissima pœna huius delicti, ꝙ cum per illud gratiam quæramus acquirere, gratiam amittamus. quia vt inquit textus *in capite* 1.*quæst.*1. Gratia si non gratis datur, vel accipitur, gratia non est. Simoniaci autem non gratis accipiunt, aut dant: igitur gratiam,quæ maxime in Ecclesiasticis ordinibus operatur, non accipiunt. Si autem non accipiunt,non habent. Si non habent,nec cuiquã gratis dare possunt. Quid ergo dant? profecto ꝙ habent. quid autẽ hñt? spiritũ quidẽ mendacii: quia si spiritus veritatis testante ipsa veritate, gratis accipitur,proculdubio spiritus mendacii esse cõuincitur,qui non gratis accipitur, vel datur. *Idem quoq; habetur in c.gratiam. eo.* cum.n.inquit tex.*in c. nunquã. in fi. eo.* in sacramentis, neq; qui plantat, neq; qui rigat, sit aliquid, sed qui incrementum dat Deus. quis operabitur in eis, si dominus,qui incrementum dat, in eis nõ lucet,sed ociosus? Hinc est, quod benedictiones, quæ in ordinando dantur, in maledictiones conuertuntur. *c.benedictio.* 1.*quæst.*1. & ideo cum sint maledicti, alios benedicere non possunt, *c.quicunq;, in fi.eo.* Hinc quoque est, quod bona vita ordinati, vel electi per simoniam non excusat: quia difficile est, vt bono peragantur exitu,quæ malo sunt inchoata principio, *c.principatus,* 1.*q.* 1. Et hinc quoque est, quod populus etiam ex hoc delicto punitur, quia vbi prælatus per simoniã, vel ambitionem intrat,ibi populo plus est timenda calamitas,*cap.vulnerato,eo.* Sed & hic postremo hoc notandũ, quod dans plus peccat,quam recipiens, *vt per Io. And. in c. 2. de sta.regu.& dixi sup.in c.præced.num.*21.

6 ¶ Ex multis† quoque singularibus,& specialib. eminet hoc crimen, ex quibus grauitas, & atrocitas ipsius probatur. Nam tanta est labes huius criminis, quod etiam serui aduersus dominos, & quilibet criminosi admittuntur ad accusationem, *cap. tanta, de simon.* Item & hoc est speciale,quod simoniace electus,licet ipse nõ sit simoniacus, quia eo ignorante commissa est simonia, tenetur tamen renuntiare contra regulam, ꝙ culpa non egreditur authorem suum, *glo. in cap.ex insinuatione, in ver. resignasti, de simon. & in c.siqui a simoniacis,* 1.*q.*1. Item & mediator, qui tam turpibus, & nefandis datis adstiterit, punitur, *c.siquis Episcopus,ea.cau. & q.* Conatus etiam in hoc crimine punitur, propter eius atrocitatem, etiam non sequuto effectu, *glos.fin. in cap. si quis vel nullus Episcopus, eo.* quod tamen intelligo ego verum, nisi effectus sequutus non sit propter pœnitentiam:quia scilicet facto pacto pœnituerunt ambo,& dare promittens,& recipere; *per ea, quæ dixi sup. in præced. cap. num.* 27. *iuxta opin. Antonini & Caietani.* Et de atrocitate etiam huius criminis, vide aliqua per Redo. *in tract. de sim.par.*1.*c.*3.*num.*2.*& seq.*

## CAPVT LXXXVI.

## *Processus in hoc crimine, quomodo formandus.*

### SVMMARIVM.

1 *Accusare quilibet potest, prout in publico crimine læsæ Maiest. in hoc simonia.*

Paro-

*Parochianus parochum, & Seruus ſubditum accuſat de ſimonia.*

*Hæretici, & pagani accuſare tamen non poſſunt, prout nec ordinati ſuum ordinatorem.*

2 *Actio datur in hoc crimine, & ciuilis, & criminalis.*

3 *Accuſati maiori afficiuntur pœna in crimine ſimoniæ, quam inquiſiti, & denuntiati.*

*Proceſſus eſt diuerſus inter accuſatos, & inquiſitos de ſimonia, & tam quoad recipientes, quam quoad dantes.*

*Differentiæ ratio diuerſitatis inter regularem, & ſæcularem in proceſſu de ſimonia, & inter ſcientem, & ignorantem.*

*Inquiſito cedente metu probationum, inquiſitores quid agere debeant.*

4 *Simonia ſc. crimen eccleſiaſticum, & per iudicem eccleſiaſticum puniendum, & per exterum etiam, ſi non eos pœnituerit, coercendum.*

5 *Crimen ſimoniæ occultum, & manifeſtum diuerſos pariunt effectus.*

6 *Probatio ſimoniæ difficilis eſt, & qualiter fiat remiſſiue: probationes tamen in benigniorem partem interpretandæ, num. ſeq.*

8 *Accuſare quis poteſt in hoc crimine, ergo & teſtificari, non valet conſequentia, & quare.*

*Inimicos, & conſpiratores retici in hoc crimine.*

*Perſonæ viles, & criminoſi, an admittantur, ex quibus circunſtantiis determinetur, & quoad accuſatum, & quoad teſtes.*

9 *Simoniacus an ipſo iure ſit priuatus, vel ſententia requiratur. diſtingue.*

10 *Renuntiatio ante pœnitentiam, & pœnitentia ante adminiſtrationem requiritur in ſimoniæ crimine.*

11 *Probationes, & indicia quæ requirantur in hoc crimine, num. ſeq.*

1 CVM publicum ſit † crimen hoc, *vt dictum eſt ſup. in præced. cap. nu. 3. per l. ſi quenqu. circa fi. C. de Epiſc. & cler. & nota. in l. licet Hely. de ſimon.* ſequitur vt quilibet poſſit de eo accuſare, prout in publicis cæteris iudiciis, quæ inde nomen ſumpſerunt, & cuilibet de populo liceat accuſare. §. 1. *Inſtit. de pub. iud.* Et quod quilibet regulariter admittatur ad accuſandum de hoc crimine, etiam ſi ſit malæ famæ, *probatur in c. tanta, & in c. ſi dominus, & c. ſicut ſimoniaca, de ſimon. & per Hoſt. in ſum. eo. tit. de ſimon. num.* 10. ideo etiam particeps criminis admittitur, vt mediator, *c. ſiquis Papa 79. diſt. & c. nemini. 15. q. 3. & tradit ibi Hoſtien. d. num.* 10. *ver. item participes*, vbi hoc declarat. ſic & ſerui & alii criminoſi admittuntur ad accuſandum, item & meretrices, *d. c. tanta, de ſimon.* ſed & ſerui dominos accuſare poſſunt de hoc crimine, *vt ibi habetur.* Et quoad accuſationem, crimẽ hoc proprie æquiparatur crimini læſæ Maieſt. vt ſc. qui poteſt accuſare in crimine læſæ ma. poſſit & in hoc, *d. c. licet Hely, ante ver. ne vero, de ſimo.* licet in plurib. aliis differãt, *vt ibi habetur.* ſic & patroni & parochiani poſſunt ſacerdotem ſuum de hoc crimine accuſare, *vt per Spec. in tit. de ſimo.* §. 1. *num.* 3. Sic & ſubditus poteſt accuſare prælatum ſuum de ſimonia, etiam non præmiſſa monitione, *gl. in c. requiritis*, 1. *q.* 7. Infames quoq; admittuntur, *d. c. tanta, & c. licet Hely. & c. per tuas, de ſimo. & gl. in c. in primis*, 2. *q.* 1. *& in ſum.* 6. *q.* 1. A prædicta tñ regula excipitur ordinatus ſimoniace, qui non põt ordinatorẽ ſuum accuſare, *vt eſt gl. vlt. in c. pen.* 6. *q.* 1. Excipiuntur etiam hæretici & pagani, *vt tenet gl. in c. ſi dominus, in gl. pen. de ſimo.* Admonendi tamen ſunt amicabiliter, antequam accuſentur, *vt eſt gl. not. in c. ex multis, in ver. corripiendi.* 1. *q.* 3. fallit tamẽ hoc in ſubdito accuſante prælatum ſuum. quia poteſt accuſare etiam ſine admonitione, *vt dixi ſupra per gl. in c. requiritis*, 1. *q.* 7.

2 ¶ Poteſt autem † de hoc crimine agi criminaliter & ciuiliter: tunc autem agitur criminaliter, cum petitur vt deponatur: ciuiliter autem, quando petitur vt remoueatur ab adminiſtratione tantum, *c. per tuas, circa fin. vbi etiam not. Scriben. de ſimon. & cap.* 1. *de teſti. in* 6.

3 ¶ Sed hoc † notandum, differentiam eſſe non modicam, an procedatur in hoc crimine per viam accuſationis, vel inquiſitionis, vel exceptionis. Nam accuſati de hoc crimine acrius puniuntur quã inquiſiti, quia accuſati, & conuicti deponuntur; inquiſiti vero tm̃ remouentur ab adminiſtratione, & beneficio, *vt eſt gl. in c. dilectus, in ver. amotos, de ſimon. & tradit Hoſtien. in ſum. tit. de ſimon. num.* 11. vbi quod idem eſt, ſi per denunciationem procedatur, quia non deponitur: vbi etiam dicit Hoſtien. ꝙ conuicti de ſimo. circa ingreſſum monaſterii per accuſationem, deponuntur tam recipientes, quã recepti; ſed ſi per inquiſitionem, recepti amouentur, & in arctioribus monaſteriis collocantur. Aliam etiã differentiã inter accuſationẽ, & inquiſitionẽ tradit Hoſt. *in ſumma. d. tit. de ſimon. num.* 13. dicens, ꝙ ſi proceditur per viam accuſationis, & accuſatus infamatus eſt de crimine, debet ſuſpendi, donec probetur crimen, & ſi probabitur, deponetur cum infamia; quod ſi procedatur per inquiſitionem, tũc ſi infamatus eſt ſecularis, qui adeptus eſt beneficiũ ſimoniace, ſed ignoranter, cogit renunciare, ſed non deponitur, verum ſi ſcienter, deponetur. Quod ſi infamatus eſt regularis, & ſit ſimoniacus circa ordinem, idem erit. Si vero ſit ſimoniacus in beneficio, & ignoranter ſint promoti, renuntiare tenẽtur. Dantes tamen & recipiẽtes ſunt pœna canonica feriendi. ſi vero ſciẽter promoti ſunt ad religionem, pœna depoſitionis remittitur, ſed in alia monaſteria coniiciuntur. ratio autem differẽtiæ inter regulares, & ſeculares eſt, quia in inquiſitione ſecularis ſubtilitas iuris requiritur, & ideo in iis criminibus exceptio de ſtricto iure, & ſecundũ rigorem iudicatur, ſed in inquiſitione regularis, de plano proceditur, & ideo mitius, & magis ſecundum æquitatem & miſericordiam pronunciatur, *vt declarat ibi Hoſtien. num.* 14. Hinc etiam videmus, ꝙ preſbyter accuſatus, & conuictus de hoc crimine, priuatur ſacerdotio, ſecus tamen ſi proceſſum fuerit per viam inquiſitionis, vel exceptionis: nam tunc priuatur beneficio tantum, non ordine. *cap. presbyter. prima, q.* 1. *& tradit Abb. in cap. inquiſitionis, de accu.* Hoc poſtremo circa inquiſitionem animaduertendum, quod ſi inquiſitus metu probationum cedat, non poſſunt inquiſitores vlterius procedere, niſi vt inquiſitus ratam habeat ceſſionem. *gl. eſt not. in cap. per tuas, in glo. vlt. de ſimon.* Item & hoc animaduertendum, quod ſi infamia præcedat inquiſitionẽ vel accuſationem, ſtatim ſuſpendetur. *c. accuſatum. & ſequ. de ſimon.*

4 ¶ Cum autem hoc † crimen ſit eccleſiaſticum, ſolus iudex eccleſiaſticus erit competens, cum ſit ſpecies hæreſis, & prohibita tum iure diuino, tum iure canonico & eccleſiaſtico, *iuxta not. in cap. altare.* 1. *q.* 3. *& not. glo. in ſumma*, 1. *q.* 1. *& Doct. in c. cum ſit generale. de foro comp.* ſi tamen non reſipuerint, etiam per exteras poteſtates coerceri debent, *cap. vlt.* 1. *q.* 7.

5 ¶ Multum etiam intereſt, † an crimen hoc ſit notorium vel occultũ: nam ſi eſt manifeſtum, pœna eius qui cõtulit beneficium vel ordinẽ ſimoniace, eſt ꝙ ipſo iure eſt ſuſpenſus, quoad ſe, & etiam quoad alios, *c. accuſatã, de ſimon. & §. verum*, 32. *diſt.* ſi vero eſt occultum, ſuſpenſus eſt quoad ſe, non quoad alios, *c. & ſi quæſtiones, & c. veniens, & c. ex tua, de ſimon.*

6 ¶ Difficilis autem † eſt probatio huius criminis, quia cum ſit prohibitũ, omnes quærunt occultare, prout & vſurarii, *Cle.* 1. §. *cæterũ, de vſur.* & in ſpecie ꝙ ſimonia ſit difficilis probationis, tradit Dec. *conſ.* 342. *& Crau. conſ.* 122. *nu.* 8. & quomodo poſſit probari animus, & mens ſimoniaca, Redoan. *de ſimon. par.* 4. *c.* 1. *& 2. & 3. & 4.*

7 ¶ Sed nihilominus † probationes ſemper in benignio-

rem partem interpretabuntur: ideo si facta inquisitione contra Episcopum, quod sit simoniacus, testes deponant, quod alienat bona ecclesiastica sub annuo censu, intelligendum erit, quod alienat ecclesiastica temporalia, non spiritualia, & sic in mitiorem partem, *vt per Andr. Sicul. cons.* 12. *num.* 34. *in 2.*

8 ¶ Licet regula sit, quod † in hoc crimine quilibet admittitur in testem, *cap.* 3. *de simon.* quia etiam quilibet admittitur ad accusandum, vt supra deductum fuit: tamen aduertendum, quod non sequitur ista consequentia, iste admittitur ad accusandum, ergo & ad testificandum, quia plures admittuntur ad accusandum, qui non admittuntur ad testificandum, cum maius periculum versetur in testificatione, quam in accusatione, quia per accusationem simplicem nemo damnatur, sed bene per testificationem, *vt declarat gl.* 2. *in cap. sane,* 15. *q.* 3. *in fin.* socii ergo criminis non admittuntur, *vt in capite veniens, il* 1. *de testi. & not. d. glo.* 2. *in d. c. sane,* & præsertim quando accusatus est bonæ famæ, vt ibi dicit gl. Inimici etiam & conspiratores reiiciunt in hoc crimine, *vt probatur in c. licet Hely. in fine, & c. sequ. de simon.* absq; vlla distinctione, quia non præsumuntur zelo iustitiæ deponere secundum veritatem, *vt ibi dicitur.*

¶ Viles autem personæ regulariter non admittuntur ad condemnandum de hoc crimine, nisi adiuuetur eorum dicta torturâ, vel aliis adminiculis, *vt per glo. in cap. per tuas, in ver. adminicula, de simon.* Criminosi vero & alii similes oppositiones patientes admittantur nec ne, hoc in arbitrio iudicis cõsistet, qui omnes has circumstantias diligenter perpendet, secundum quas, vel admittet, vel reiiciet. Primo enim consideranda est persona accusati, an scilicet criminaliter, vel ciuiliter tantũ sit accusatus: quia grauiores probationes requiruntur, quando criminaliter, quam quando ciuiliter tantum. Secundo, an accusatus, vel inquisitus sit secularis, vel regularis. Tertio, an sit inferioris gradus, vel excellentioris dignitatis. Quarto, an ante fuerit bonæ vel malæ opinionis. Quinto, an agatur secundum iuris rigorem, vel temperantiam æquitatis. Sexto, an de facili possit & sine scandalo puniri, an non sine scandalo: & hæc consideranda quo ad personam accusati, vel inquisiti vel denuntiati. Quo vero ad personam testium, hæc perpendenda, videlicet an sit honestæ vitæ. Secundo, an criminosi. Tertio, an emendati de crimine opposito, vel potius in eo perseuerantes. Quarto, si crimina opposita sint eadem, vel maiora, vel paria, vel minora. Quinto, vtrum possit cognosci, an ex zelo iustitiæ, & veritatis, an ex malignitatis fomite deposuerint. Sexto, an sint soli testes illi, qui oppositiones patiuntur, an vero & aliis adminiculis suffulciebantur. Septimo, an cum tortura deponant, vel sine. *Hæc omnia habentur in cap. per tuas, de simon. vbi etiam gl. in ver. distinguenda, & in ver. inimicitias, & Doct. & pul. etiam declarat Host. in sum. in tit. de simon. num.* 10. *ver. qui ad accusationem simoniaci admittantur.*

¶ Notandum etiam, ꝙ periuri nullo casu admittentur, *vt sentit, & probat gl. in d. cap. per tuas, in ver. adulterii. vbi etiam scribentes.* Et qui testes in hoc crimine admittantur & qui non, vide late per Redoa. *de sim. p.* 4. *capite* 5.

9 ¶ Simoniacus † autem secundum aliquos non videtur priuatus ipso iure, sed requiritur sententia, *quod videtur probari per c. insinuatum in ver. priues, de simon.* sed tamen contrarium verius videtur, vt late per Fel. *ibi numero* 1. *& num.* 6. distinguentem, an crimen sit occultum vel notorium, & an ignorantia interueniat, vel nõ, vt per eum. Quod si accusatus, vel inquisitus cederet, neque vellet sententiam expectare, non esset vlterius procedendum ad sententiam, *vt supra dixi per glo. vlt. in d. c. per tuas, de simon.*

10 ¶ Postremo & † hoc sciendum, quod in hoc crimine quis non admittitur ad pœnitentiam, nisi prius renunciet, *vt per gl. vlt. in c. de regularibus, de simon.* Et licet possit super hoc crimine dispensari, vt infra latius dicam, non fiet tamen dispensatio, nisi prius renunciet, & agat pœnitentiam, & tunc licite poterit exercere & administrare, quia tunc dicetur possidere ex noua causa, *gl. in c. tanta. in ver. omnis peccator, in fi. de simon.*

11 ¶ Quæ autem probationes † requirantur, & quæ indicia vel coniecturæ sufficiant, *vide late Redoan. de simon. part.* 4. *cap.* 6. vbi de confessione extraiudiciali & iudiciali, & aliis variis iudiciis, *& late etiam c.* 7.

## CAPVT LXXXVII.

## *de Pœnis simoniæ.*

### SVMMARIVM.

1 *Pœnæ quæ sint, ordines conferentium.*
*Sacramenta à simoniaco collata sunt vera quoad formam, sed quoad effectum, nullius effectus.*
*Sacramenti effectus duo.*
*Sacramentum duplex, necessitatis, & exequutionis; & quod, & quotuplex vnumquodque sit.*
*Missas audire simoniaci prohibitum est sub pœna excommunicationis, vel eius interesse officiis.*
2 *Ordinem scienter simoniace que recipiens, ordinis recipit characterem, non autem gratiam, siue occultus sit, siue publicus.*
*Item quoad se & alios suspensus est, & deponendus.*
*Simoniace ordinatus infamatus, suspendendus est vsq; ad ius cognitum.*
*A simoniacis ordinati, etiam non simoniace, vulneratum caput habere dicuntur.*
*Simoniacus in ordine acrius punitur, & non dicitur habere titulum.*
3 *Simoniacorum, quoad beneficia, & quoad alias ecclesiasticas administrationes, pœnæ quæ. vide distinctiones.*
*Simonia probata debet simoniacus deponi, secus si occulta.*
*Titulus simoniace ordinati est inefficax.*
4 *Suspecti ipso iure sunt simoniaci, & etiam aliquando suspenduntur ab ordinis executione.*
*Simoniaci in dignitate, & in simplici beneficio qualiter puniantur.*
*Repræsentator per triennium suspenditur ab ordinis executione.*
*Accusatus si publice est infamatus, accusatione pendente est suspensus.*
*Simoniacus, in ordine etiam occultus est ipso iure suspensus.*
*Et quid quando est propria, & quando impropria simonia.*
*Suspensi à spiritualibus, etiam suspensi dicuntur à temporalibus.*
*Suspensus simoniacus in ordine, suspensus dicitur quoad ea quæ sunt ordinis, non iurisdictionis.*
5 *Simoniacus ad omnium fructuum restitutionem tenetur, qui percepti sunt, vel percipi potuerunt. limita tamen duobus modis.*
*Simoniacus mentalis, an ad omnium restitutionem teneatur, vel ad quid. Et quid quoad pecunias recipientem, & cui fiat restitutio, & num.* 6. *&* 7. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 20. 24.
*Reges, & Principes tenentur ad restitutionem habitorum pro assensu in episcopi electione.*
*Fructus ex fundo ex pecunia simoniaca empto, an pro eleemosyna possint dari. quod non.*
*Prælatus quoad extortum per simoniam ad duplum, quoad per impressionem, ad quadruplum.*
*Non reuelantes simoniam, qua pœna afficiantur.*

8 *Simoniacus non renuntians impetratis, non ſaluatur: & quid in extremis conſtitutus agere poſſit, & poſtea conualeſcens, & in manibus cuius Epiſcopi, & inferiores renuntiare debeant.*

9 *Receptus per ſimoniam in monaſterium ſciens, vel ignorans, qualiter puniendus ſi per accuſationem, & quid ſi per inquiſitionem procedatur.*
*Prælati per inquiſitionem conuicti, quare non amoueantur ſicut quando per accuſationem.*

10 *Prælatus aliquid ab Eccleſia per ſimoniam extorquens ad duplum tenetur, per impreſſionem autem ad quadruplum.*
*Et ad quid ſecularis, & mediatores.*

16 *Occulta ſimonia non æque punitur, ac manifeſta.*

18 *Purgatione indiget diffamatus de ſimonia, alias deficiens in purgatione deponetur.*

19 *Pacta ſimoniaca etiam iuramento non firmari.*

21 *Simoniacus ordinans nil agit.*

22 *Exceptio ſimoniæ non rumpit quæ facta ſunt per legitimum tunc reputatum.*

23 *Miſſa audiri non debet à ſimoniaco, ſub excommunicationis pœna.*

1 PRIMA, & præcipua† pœna eorum, qui per ſimoniam ordinem conferunt, eſt, vt deponantur, *cap. ſi quis epiſcopus, 1. q. 1. & habetur in cap. quando Epiſcopus, 24. diſt.* quod an ſit iuſtum, declarat, & probat iuſtã eſſe hanc pœnã, Tho. *ſecunda ſecundæ, q. 100. art. 6.* Item qui ſemel ſimoniace contulit ordinem, de cætero exequtionẽ dare non poteſt, tametſi crimẽ ſit occultũ, *c. ſiquis à ſimoniacis. 1. q. 1. & declarat Hoſtien. in ſumma de ſimon. num. 12.* Et qui alium in Eccleſia ordinatum per pecuniam expulerit eamq; taliter vendicauerit, deponẽdus eſt, *cap. 20. de ſimon.* Hic enim dupliciter peccat, dando ſcilicet, vel recipiendo pecuniam, & locum viuẽtis occupando, *vt ibi per gl.* & deponetur iſte ſiue per accuſationem, ſiue per inquiſitionem proceſſum fuerit contra eum, *vt ibi in margine, & ibi id tenet Hoſtien.* Quin & lege ciuili Iuſtiniani, ſi quis alium per pecuniam ordinauerit à gradu ſacerd. detrahendus eſt, *l. ſi quemquam, in fin. C. de Epiſ. & cler. & habetur in cap. ſane quiſquis, 15. q. 3.* Et Epiſcopus, qui per pecuniam aliquem ordinat, propri gradus periculo ſubiacet, inquit text. *in cap. ſi quis Epiſcopus, 1. q. 1. & in cap. ſtatuimus, ea. cau. & q.* Et alienus eſt à ſacerdotio, qui per pecuniam ordinat, *c. qui per pecuniam, & c. ſeq. 1. q. 1.* ſimoniaci.n. ſacerdotes eſſe nõ poſſunt, *c. quicumque ſacros, 1. q. 1.* Sacramenta autem, quæ confert ſimoniacus, licet ſint vera quoad formam, attamen quantum ad effectum ſunt inania, *vt late habetur in c. ſicut eunuchus, § vlt. cũ plu. ſeq. 1. q. 1. & præſertim, c. multæ autem*, quæ vera ſunt quoad ſacramenta dignitatis, non neceſſitatis, quia hæc cum effectu etiã à ſimoniacis dantur, *c. remiſſionem, §. vlt. 1. q. 1.* Duplex eſt autem ſacramenti effectus, primus gratię, quæ dari nõ poteſt à ſimoniaco, quia eam non habet. Secundus eſt exequutionis, qui etiam non confertur à ſimoniaco, *vt declarat gl. in d. c. remiſſionem, in ver. ſed notandum*, & ibidem gl. *in ver. neceſſitatis*, declarat, quæ ſint ſacra neceſſitatis, nempe quinque, videlicet Baptiſma, Confirmatio, Pœnitentia, Euchariſtia, & extrema vnctio, *& habetur etiam in c. per Eſaiam. §. conſtat, 1. q. 1. & in c. ſtatuimus, ver. habent ergo, 1. q. 1.* Simoniace enim largiens ſacramenta indigne largitur, *c. qui ſacros, de ſimon.* Et nomine tantum, non merito ſacerdos dicitur, *c. 2. 1. q. 1.* Et ſi celebrant pollute, ſacrificium offerunt. Nullus ẽt poteſt audire miſſam vel intereſſe officiis ſimoniaci ſub pœna excõmunicationis, *c. nullus, & c. ſeq. incip. præter. §. verum, vbi gloſ. in verſ. officium, 32. diſtin. & in capite multi, 21. quæſtio. 1. & in capite primo, 15. quæſtione ſecunda.* ſed notandum, quod conuicti de hoc crimine tantum per accuſationem deponuntur; quod ſi per inquiſitionem, remouentur ſolum ab adminiſtratione, non autem deponuntur, *vt declarat gloſſ. in cap. dilectus in ver. amotos, de ſimon.* ſiue eum ordinem, ſiue beneficium, quis ſit adeptus per ſimoniam, impeditur ordinis exequutio etiam poſt peractam pœnitentiam. *gl. in capite per tuas, in ver. miniſtret, de ſimon.* vbi quod pariter impeditur exequutio ordinis, ſi quis ſciẽter recipiat ordinem à ſimoniaco. quinimo idem ſi ignoranter donet, diſpenſetur. Et dicitur *in capitulo, nullius epiſcopus, prima quæſtio. prima.* ſi quis pretium exegerit pro communione, deponatur, ſicut imitator ſimoniacæ fraudis.

2 ¶Simoniace† ordinatus vero ſciens deponitur, *cap. ſi quis epiſcopus, 1. q. 1.* & hãc iuſtam eſſe pœnã probat Tho. *2. 2. q. 100. art. 6.* Qui enim ſimoniace recipit ordinem, recipit quidem characterem ordinis propter efficaciã ſacramenti, non tamen recipit gratiam neq; ordinis exequutionẽ, eo quod quaſi furtiue ſuſcepit contra principalis domini voluntatem, ideo eſt ipſo iure ſuſpenſus, & quoad ſe, vt ſcilicet in exequutione ſui ordinis ſe non intromittat, & quoad alios, vt ſcilicet nullus ei communicet in ordinis exequutione, ſiue ſit publicum crimen, ſiue occultum, nec poteſt repetere pecuniam, quã turpiter dedit, licet alius iniuſte poſſideat. Et ſimoniacus, in ordine deponẽdus eſt, qualitercunq; de hoc conſtiterit ſiue per accuſationẽ, ſiue per inquiſitionẽ, ſiue per denũciationem, *c. ſuper his, & c. inquiſitionis, de accuſ. & per Hoſti. in ſumma de ſimo. num. 11.* Et qui ſimoniace ordinantur ipſo facto pœnam patiuntur, quia intus orti occidunt, *vt in c. quibuſdam. 1. q. 1. & in c. accuſatum, & cap. quotiens, de ſimon.* & habet characterem furtiuum, *c. ordinationes. 1. q. 1.* Et quoad ſimoniace ordinatum ſi per viam accuſationis procedatur, & accuſatus ſit infamatus ſuſpendetur ab exequutione ordinis ad tempus, quouſque cognoſcatur veritas. quod ſi probetur accuſatio, deponitur, *ita Hoſtien. in ſumma, de ſimon. numero 13.* Quicunque enim ſtudet per pretii dationem ſacrũ ordinem accipere, ſacerdos non eſt, ſed inaniter tantum dici concupiſcit, *c. 2. 1. q. 1.* Et ſi per pecuniam eccleſiã preſbyter obtinuerit, non ſolum Eccleſia priuatur, ſed etiam ſacerdotii honore, *cap. 4. 1. q. 1. & cap. ſeq.* Et quia ſimoniaci perfectionem Spiritus ſancti, quem acceperunt perdiderunt, ideo eam aliis dare non poſſunt. Habent enim vulneratum caput ſimoniaci per ſimoniacæ manus prauam impoſitionem: hoc autem de illis intelligitur, quos nec excuſat ignorantia, nec atteſtationis violentia, qui ab illis ordinantur, quos indubitate ſciunt eſſe ſimoniacos, ſiue ſimoniace ſiue non ordinentur ab eis, *capite ſtatuimus, ver. habent. 1. q. 1.* ordinationes enim quæ ſimoniace fiunt, falſæ reputantur, *cap. ordinationes, 1. q. 1. vbi gl. in ver. fures*, dicit poſſe dici, quod ordinatus ſimoniace characterem non recipiat, quod tamen falſum eſſe ſupra oſtendi. Quod ſi ſic ordinati perſeuerent, neque pœniteant, neque reſtituant, perpetua damnatione mulctantur, *cap. ſi quis dator, 1. quæſt. 3.* Et quidquid data vel promiſſa pecunia in ſacris ordinibus acquiritur, irritum eſt, *cap. ea. quæſtio. 1. q. 3.* Et hæc omnia dicta ſint de ſimoniacis, in ordine, qui acrius puniuntur quam alii. *c. quiſquis, & c. quos conſtiterit. 1. q. 1. & c. vtrum dentes, 1. q. 3.* nam & ſimoniacus in ordine ſi celebrat, efficitur irregularis, *cap. ſi celebrat, de cleri. excommunicat. mi.* Et non dicitur habere titulum, ſimoniace ordinatus. *gl. in c. niſi cum pridem, §. propter conſcientiam, de renunc. in ver. duntaxat.*

3 ¶ Quo vero ad ſimoniacos† reſpectu beneficiorum dignitatum & aliarum Eccleſiaſticarum adminiſtrationum pœna eſt ordinaria priuatio, *d. c. ſiquis epiſcopus, 1. quæſtio. 1. & tradit Beat. Thom. 2. 2. q. 100. artic. 6. per totum, & Anton. in ſecunda parte ſummæ, tit. 1. c. 4. §. 25.* & ſi fuerit accuſatus, & conuictus, deponitur; ſi inquiſitus, amouetur, *cap. per inquiſitionem, de elect. & docet Hoſtien. in ſumma, num. 11.* Sed clarius declarat idem *ibi numero 13.* Dicens, quod ſi per accuſationem proceſſum ſit, & conuictus fuerit, deponetur, & ſit infamis, & elimina-

tur ab Ecclesia. Quod si per modum inquisitionis, & adeptus est simoniace beneficium, si ignoranter, renunciare debet, sed non deponitur; si scienter, deponitur. Quod si erit regularis, & simoniacus in ordine, idem erit: si vero in beneficio, & ignoranter, renũciabit, & dantes, & recipientes pœna canonica punientur. Vbi vero scienter per simoniam promoti sunt ad consortium regulare, pœna depositionis remittitur, sed recepti remouẽtur à monasteriis, quę simoniace adepti sunt, & in alia arctioris regulæ detruduntur. Quod si propter multitudinem, vel ex alia causa non possint in aliis collocari, permittitur vt in eisdem monasteriis post liberam resignationem, remaneant; remoti tamen à prioribus sedibus, & in inferioribus positi. Et simoniacus debet sine mora & statim de Ecclesia eliminari & repelli. *capite, sicut simoniaca, de simonia.* portionem enim simoniacus cum Giezi est habiturus, *inquit text. in capite, cum in Ecclesiæ, in fine de simonia.* Et quod deponendus sit, probatur etiam *in capite, de hoc, eod. tit. & in capite, insinuatum. eod. & in l. si quenquam, in fine, C. de Episc. & cler. & in cap. reperiuntur, in fi. 1. quæst. 1. & cap. quicunque sacros. eo.* & sine vlla misericordia deponendos dicit textus, *in capite, erga simoniacos. ead. cau. & q. & idem in cap. ex multis, & in capite vlt. 1. q. 3.* & non solum à beneficio deponendus, sed à quacunque administratione, *vt in §. sed neque xenodochum, in Auth. de sanctiss. Episc. & capite secundo circa fin. 1. q. 7.* Aduertendum tamen, quod deponendi sunt, si probata fuerit simonia: secus, si occulta. *cap. ex tua, de simon.* Titulus enim simoniacus nullum ius transfert, *vt per Bero. cons. 21. num. 17. in primo, glo. in ver. dum taxat, in cap. nisi cum pridem. §. propter conscientiam, de renun.* Depositio autem, de qua loquimur, est ordinaria pœna simoniace promoti, *vt habetur 1. q. 1. per totum, & 1. q. 5. cap. 1. & per totum, & 1. q. 7. cap. 2.* Et an & quando simoniacus dicatur ipso iure priuatus, vel sit priuandus per sententiam, & quid in occulto, *vide Redoa. in hoc tract. parte 2. cap. 11. num. 9.*

4 ¶ Suspenduntur etiam aliquando, † nam vere simoniaci quoad se, sunt ipso iure suspẽsi, vt in exequutione sui ordinis se, non intromittant, & quoad alios etiam, vt nemo communicet cum eo, circa ipsam ordinis exequutionem, *vt per Thom. 2. 2. q. 100. artic. 6. ad primũ, & per Anton. in 2. summa, tit. 1. c. 5. §. 25. & Hostien. in summa, hoc tit. num. 11.* vbi quod ideo administrando decipit animas, & nihil boni agit. In simplici vero beneficio (quia prædicta sunt dicta quoad simoniacum in dignitate constitutum) aut est occultum crimen, & hoc casu suspensus est quo ad se tantum; aut est notoriũ, & suspensus est quoad se & quoad alios, vt ibidem declarat Hostien. licet asserat aliquos tenere, q̃ etiam occulti sint suspensi, & quoad alios. Item Episcopus recipiens promissionem sicut iuramentum ab ordinando, quod eum non inquietet petendo titulum, ordinator & ordinatus, sine præfinitione temporis, à collatione, & exequutione ordinis sunt suspensi. Repræsentator vero ipso iure ab exequutione ordinum est suspensus per triennĩ. Episcopus enim & ordinator plus delinquunt, ex quo in eorum est potestate ordinare: non sic in præsentatore, *vt habetur in cap. siquis ordinauerit, de simon. & per Host. in summa eo. tit. num. 14. ver. sed Episcopus, qui recipit.* non autem deponentur, nisi per accusationẽ condemnarentur, *vt tenet glo. in c. pen. in ver. per triennium, eo. tit. de simon.* Accusatus autem de hoc crimine pendente accusatione, suspenditur, si publice erat infamatus, *cap. accusatum, de simonia.* Sed simoniacus in ordine quantumcunq; occultus, est ipso iure suspensus, neq; potest missam cantare. Et intelligitur suspensus quoad se, non quo ad alios, *glo. 1. in capite, accusatum, de simonia.* & idem erit, si procedatur per inquisitionem, *vt dicitur in cap. seq. incip. quoties.* Illud tamen verum est, quod siue ordinem siue beneficium quis per simoniam sit adeptus, impeditur ordinis exequutio etiam peracta pœnitentia, *vt tenet gloss. in capite per tuas, in ver. ministret, de simon.* Porro vbi proprie non cõmittitur simonia, fit suspensio tantum per triennium: si autem proprie cõmitteretur in ordine, ordinator est perpetuo suspensus à collatione ordinum, & ordinatus est suspensus nedum ab ordine simoniace suscepto, sed etiam ab aliis, *vt tradunt Doct. in c. per tuas, & in c. penul. de simon. & in cap. reperiuntur, 1. q. 1. & tradit etiam Felyn. in c. accusatum, de simon.* qui etiam Felyn. *in d. cap. per tuas,* ponit septem conclusiones, per quas cognoscitur, quãdo simoniacus intelligatur suspensus ipso iure ab omnibus beneficiis. Hoc etiam sciendum, quod suspensi à spiritualibus sunt etiam suspensi à temporalibus, id est fructibus, & aliis similibus, *arg. c. eos. 81. dist.* Neque hoc omittendum, quod simoniacus in ordine licet sit suspensus, vt supra, non tamen intelligetur suspensus quoad ea, quæ sunt iurisdictionis, sed tantum quoad ea, quæ sunt ordinis: ideo si alias habebat iurisdictionem, poterit & nunc excommunicare, suspendere, absoluere, & simil. *vt in sum. Con. q. 31. in fin. sequitur Alb. in dictionario in ver. simonia, in ver. quæ sit pœna an simoniacus in ordine, &c.*

5 ¶ Restituere præterea † tenetur omnes fructus per se perceptos, vel qui percipi potuerunt ex re simoniace adepta, sicut tenetur fur & latro. *c. ordinationes, 1. quæst. 1.* & ideo sicut fur semper dicetur esse in mora, & ad damna tenetur, *l. 1. C. quod met. cau. l. vlt. C. de condit. furt. l. subtracto, C. de fur.* & tanquam etiam violentus inuasor, *capite grauis, de restit. spol.* & cum, vt supra probatũ fuit, non dicatur titulum habere, tanquam sine titulo possidens, tenetur ad omnes fructus, & ad omnia damna passa per ecclesiam, vel alium habentem interesse, *l. si nauis, §. generaliter, ff. de rei vendit. & l. quemadmodum, C. de agri. & cens. lib. 10. & in l. sed & partus. ff. quod me. cau. & sequitur Hostien. in summa, de simon. numero 6. ver. sed nunquid is, qui simoniace.* Hæc autem restituenda sunt ecclesiæ vel loco, cui iniuriam facit. Et si sit laicus, qui recipit, duplum restituere tenetur, §. *sed neque xenodochum, in Auth. de sanctiss. epis.* Quod si non restituat, & perseueret, perpetua damnatione mulctandus est, *c. siquis dator, 1. quæstio. 3. Feret. consilio 95. num. 14. vbi allegat extrauagan.* Pauli Veneti *Pontificis. Et probantur etiam præmissa in cap. si res, 14. quæstio. 6.* præbenda enim & fructus beneficii simoniace adepti cum salute animę retineri non possunt, *c. nerui, & c. alius, 13. dist.* Et hanc restitutionis, & priuationis pœnam iustissimam esse, probat Thom. *2. 2. quæstio. 100. art. 6.* Limitanda tamen prædicta conclusio, vt non teneatur restituere illos fructus, quos expendisset in vtilitatem ecclesiæ, *arg. l. si pupilli, §. sed & siquis. ff. de neg. gest.* Limitanda & secundo, vt non teneatur restituere illos fructus, quos bona fide percepisset, puta quod data pecunia per alium quis ignorãter beneficium fuisset adeptus, sed post per duos, vel tres annos id sciuisset, & ratum habuisset: nam pro tempore, quo fuit in bona fide, id est, ante scientiam fecit fructus suos, neque eos tenebitur restituere, quos tamen consumpsit. nam si extarent, teneretur etiam eos restituere, *arg. eorum, quæ notantur in l. certum, C. de rei vendi.* Et hæc quoque omnia sunt ex mente Tho. *in 2. 2. quæstion. 100. art. 6. ad tertium, & idem tenet Antoninus in 2. summa, titulo 1. capite 5. §. 21. columna 2. circa fin.* sed ex præmissis insurgit non modica dubitatio: quid in simoniaco mentali, an teneatur restituere omnia percepta. quidam tenuerunt, quod sic: quidam quod non; quidam autem distinxerunt, quod de iure naturæ tenetur restituere tanquam iniuste perceptum, sed non in foro ecclesiæ contentioso. Caietan. tamen *in cõmen. d. ar. 6. q. 100. Bea. Thom.* tenet indistincte: quod non tenetur restituere etiam in foro conscientiæ, sed tantum confiteri

confiteri & agere pœnitentiam iuxta not. in capite vltimo, de simon. cuius sententiam ego quoque sequor, quia restitutio fit, quia iniuste adepti fructus, cum sine titulo, vt supra probatum fuit: sed in casu mentalis tantum simoniæ, nihil iniuste adeptum fuit quoad ipsum actum adeptionis, & ideo non desinit esse iustus titulus, *vt dixi supra, cap.* 83. *&* 84. *num.* 1. & per consequens nõ tenetur restituere, licet mente tantum peccauerit. Et hæc quoad restitutionem fiendã per eum, qui adeptus est quid per simoniam. sed & is qui pecuniam vel quid aliud simoniace recepit, vt conferret vel daret spiritualia, acceptam pecuniam, vel quidquam aliud restituere tenetur. Ideo siquis data pecunia monasterium aliquod ingressus est, restituenda erit pecunia illi Ecclesiæ, in cuius contumeliam data est, non autem illi, qui turpiter dedit, & si Ecclesia illa fuisset in culpa, non dabitur ei, sed cathedrali vel pauperib. neq; omnino dari debet illi Ecclesię, in qua dans commodũ ex ea percipere posset. Vel etiam restituetur illa pecunia simpliciter ingresso, vt sc. cum ea transeat ad aliud monasteriũ, & hoc quatenus totum capitulũ primi monasterii consensisset simoniæ, sin vero solus prælatus monasterii, vel aliqui non tamen collegialiter consensissent, ingressus quatenus sit professus, transibit ad aliud monasteriũ, & tunc secundum monasterium habebit vsumfructũ bonorum vel pecuniæ primo monasterio simoniace datæ, viuente ingresso duntaxat, sed eo mortuo redibit ad primum monasterium. Quod si dispensatur cum tali, quod posset remanere in primo monasterio, poterit etiam dispensari, quod remaneat cum pecunia data, ita tamen quod si possibile erit, illi qui fuerunt participes, nullam sentiant commoditatem, ita *Anton. in secunda parte summæ tit.* 1. *c.* 5. §. 7. pecunia enim recepta per simoniam restituenda est illi Ecclesiæ, in cuius iniuriam data fuit, nisi totum capitulum deliquisset, quia tunc restituenda est ei, qui dedit, si vult aliam religionem intrare, ne sit illi onerosus: quod si vellet remanere in seculo, illi non restitueretur, sed in pios vsus conuerteretur, *vt per Host. in summa de simon. num.* 15. *& glo vlt. in capite, de hoc autem, de simonia. arg. cap. siquis in atrio*, 17. *q.* 4. *& cap. siquis rapuerit*, 1. *q.* 1. nam si data pecunia est prælato sine culpa Ecclesiæ, restituenda ipsi Ecclesiæ. Quod si ille, qui dedit, factus sit irregularis, erit pecunia restituenda alteri monasterio, ad quod oportet illum transire, vt eo viuente habeat vsum illius pecuniæ, *arg. capitis de lapsis*, 16. *q.* 6. *& d. cap. siquis rapuerit.* post mortem autem restituent priori Ecclesiæ, vt dictum fuit. verum si tam prælatus, quam Ecclesia, id est totum capitulum fuerit in culpa, recipiẽdo pecuniam, hoc casu restituẽda erit ei, qui dedit, vt cum ea intret aliud monasterium, ne sit illi onerosus, *arg. d. c. de lapsis*, 16. *q.* 6. *& d. cap. siquis rapuerit*, 17. *q. prima, & habetur in capite veniens, de simon.* Quin & Reges, & principes si quid recipiunt, vt in electione Episcopi præbeant assensum, sine diminutione restituere debent, quod acceperunt, cum id sine suæ salutis periculo retinere non possint, *cap. de hoc autem. in fin. de simon.* Et id quidem restituere tenentur cum pœna dupli, *vt tenet ibi, gl. in ver. restituant, in princ.* & dicit tex. *in Authen. quod per hoc, C. de Episc. & cler.* quod id quod simoniace datum est, & expensum, restituendum est ecclesiæ, cuius sacerdotium voluit comparare. Sed quid si ex pecunia simoniaca quis emerit fundum, vel vineam, an fructus illos faciat suos, vel saltem de eis possit facere eleemosynam? & dicendum est, quod non: quia fructus tanquam accessorium sortiuntur naturam principalis, *ita tenet glos. in cap. non est putanda, in ver. ex illicitis, in fin.* 1. *q.* 1. eleemosyna enim non potest fieri de illicite quæsitis, *vt per Tho.* 2. 2. *q.* 33. *artic.* 7. Postremo & illud sciendum, quod si prælatus aliquid ab Ecclesia extorserit per simoniam, debet reddere duplicatum: at si per impressionem extorserit, reddet quadruplicatum. *ita Hostien. in summa, de simon. num.* 16. de ista pœna restitutionis latissime Redoan. *de simon. parte* 4. *cap.* 14.

6 ¶Infamiam quoq; † perpetuam incurrunt, *l. si quemquam, in fine, C. de Episc. & cler. registrata in cap. sane quisquis*, 15. *q.* 3. & efficiuntur quidem infames infamia iuris, adeo quod talis sine dispensatione non potest ad aliquod beneficium admitti, *vt glos. penul. in cap. ex diligenti, de simon. & glos.* 1. *in capite, in tantum, eo. & habetur in cap. reperiuntur, in fine.* 1. *q.* 1. *& in cap. baptizandis, in fi. ead. cau. & quæst. & in cap. quidquid inuisibilis, vbi glos. in ver. si presbyter, ea. q.* cui pœnæ subiacet etiam ille, qui non contrahit, sed mediator est, *cap. siquis Episcopus præben.* 1. *q.* 3.

7 ¶Insuper & excommunicationis † pœnam omnino incurrunt, vt per glo, 1. *in themate cau.* 1. vbi ponit quadruplicem pœnam simoniæ, quarum primã ponit excommunicationem, & ideo dicitur *in cap. reperiuntur.* 1. *q.* 1. quod qui pro accipienda diuina dignitate doni quid acceperit, vel dederit, ex eodem tẽpore nouerit se anathematis opprobrio condemnatum, atq; à participatione corporis & sanguinis Christi alienum; quod intelligi tibi tex. quando per inquisitionem procedit: nam quãdo per accusationem, deponitur, vt ibi. Notãdum tamen, quod simoniacus mentalis, id est sola volũtate non est excommunicandus, nisi deuenerit ad aliquem actum, *gl. in capite, qui studet, in ver. a communione*, 1. *quæst.* 1. Veri autem simoniaci à communione fidelium per sententiam separandi sunt, ab alia vero ipso iure separantur, *vt tenet glos. prædicta in d. capite, qui studet.* Et antiquitus si sciente Episcopo precium pro sacramentis sit acceptum, Episcopum duobus mensibus excommunicationi subiiciebat pro eo, quod in conscientia mala correxit, & debitam correctionem non adhibuit. si autem suorum quispiam eodem ignorante quidquam acceperit, si presbyter est, quatuor mensium excommunicatione plectatur; si diaconus, trium. subdiaconus, vel clericus pro arbitrio competenti pœna, & debita excommunicatione plectendus est, *capite, quidquid inuisibilis*, 1. *q.* 1. *in fin. vbi glos. in ver. si presbyter*, quod hodie notantur etiam infamia. & dicitur *in c. ex multis*, 1. *q.* 3. quod qui simoniace ordinem vel beneficium dat, vel accipit, terribilis anathematis mucrone perfossus (nisi resipuerit) ab Ecclesia Dei, quam læsit, modis omnibus abscindatur, & Feret. *cons.* 95. *num.* 14. *& in cap. audiuimus*, 1. *q.* 3. dicit, quod simoniacus est sacrilegus, & excommunicatus, & *in cap. placuit*, 1. *q.* 1. dicitur, quod anathematizatur, *& idem in cap. siquis Episcopus, &c. reperiuntur*, 1. *q.* 1. & Fely. *in c. de simoniaco, num.* 7. *de simon.* refert extrauag. Martini disponentem, quod simoniacus, tam in ordine quam beneficio sit excommunicatus excommunicatione Papali, licet in fi. postea dicit, quod hoc intelligendum in simonia Romæ commissa, quam postea per aliam consti. idem Martinus extendit etiam ad occulte simoniacos, & sibi soli reseruat absolutionẽ, item tali excommunicatione vult esse innodatos etiam eos, qui sciunt, & non reuelant, *vt ibidem refert. Fely. item refert ibi Fely. aliam extrauagan. Vrbani quarti*, qua excõmunicantur omnes, qui dant vel recipiunt quid pro ingressu monasterii, etiam stante consuetudine.

8 ¶Sed & renunciare † tenetur simoniacus impetratis, alias nunquã saluabitur, adeo q; in extremis constitutus si vult saluari, debet renunciare saltem in manibus confessoris, si non potest tunc habere ordinariũ, cum clausula tamen, si placuerit ordinario vel Papæ. Quod si cõualuerit, debet statim ad ordinarium, vel ad Papam se conferre, & illi parere, interim autem cauere debet, ne fructus in vsus suos cõuertat, sed fideliter custodiat, vel in vtilitatem Ecclesiæ conuertat, tametsi licebit etiam ei necessaria vitæ parce percipere, *vt per Anton. in* 2. *par.*

*summæ,tit.* 1. *c.* 5. §. 11. *in fi.* Episcopi autē simoniaci renunciare tenentur in manib. Papæ, inferiores vero in manib. prælatorum,& ordinariorū suorum.& si prælati nollent recipere resignationem, nihilominus cedere debent: quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, & beneficium est furtiuum, *vt docet gl. in capute, de regularibus, in ver. dimittant, de simonia.* Quinimo neque pœnitentiam agere possunt, nisi prius renuncient, *vt tenet gl. vlt. in d. c. de regularibus, & no. Archid. in cap. nerui,* 13. *di.* si enim simoniaci non renunciant, & eos pœniteat, in æternum peribunt. *cap. siquis nequam,* 1. *q.* 1. neque possunt a quoquam absolui, si nō renuncient. *gl. magna in c. post translationem, de renun. & gl. in d. c. de regularibus, & in cap. sequ. de simon. & in cap. si alicuius, de elect. vbi tex. cum gl.*

9 ¶ Receptus autem in monasterium simoniace eo procurante, vel sciente, debet expelli à monasterio illo sine spe vlla restitutionis, & debet ad agendam pœnitentiam in locum arctioris regulæ detrudi: & si non inuenitur arctior regula: debet mutari in aliud monasterium eiusdem regulæ: quod si commode fieri non potest, fiat saltem ad tempus, & postea de nouo canonice recipiatur. Quod si commissa fuerit simonia ignorante recepto, sufficit quod renunciet loco: quia poterit postea de nouo recipi, mutato tamen loco: quod seruandum est etiam in occultis,& in foro pœnitentiali, *vt per Anton. in 2. parte sum. tit.* 1. *cap.* 5. §. 20. *in prin.* Dicit tamen Host. *in sum. sub hoc tit. num.* 11. quod si simonia committatur in receptione monachi, si conuincantur per modum accusationis, deponuntur tam recipiētes, quam recepti: sed si hoc per inquisitionem constiterit, recepti amouentur, & in arctioribus monasteriis collocantur ad pœnitentiam peragendam, recipientib. autem iniungitur pœnitentia, & donec ipsam absoluerint ab exequutione sacrorum ordinū suspenduntur, *vt habetur in c. cum dilectus filius, de simon.* Et si quæris, quare prælati recipientes, & conuicti per modum inquisitionis, non remouentur, sicut quando per accusationem conuicti sunt, cum tamen amotio sit pœna ordinaria simoniacorum. Respondet Hostien. *in loco præallegato,* quod illud habet locum in simonia commissa, circa dignitatem habentem administrationem, secus si committatur in beneficiis conferendis, vel monachis recipiendis, quia nō ita expedit amouere prælatos, *arg. c.* 1. *de renun.* Ego vero putarem id esse in causa, quia qñ per inquisitionem proceditur, officium iudicis exuberat, & eius æquitas, ideo tunc mitius agitur, *vt dixi sup. c.* 86. *num.* 3. Et quod prælati recipientes pecuniam pro ingressu monachi, ab officio & beneficio suspendantur, & pecuniam restituant, & receptus in aliud monasterium detrudatur, habetur *in cap. veniens, de simon. & in cap. de regularibus, eo.* vbi quod postquam recepti renunciauerint illi monasterio, possunt de nouo in eodem recipi, si possunt ibi sine scandalo commorari. *& de istis pœnis etiam probatur in d. c. dilectus filius, de simon. & ibi glo. in ver. officialibus.* Et eædem pœnæ etiam infliguntur pro receptione monialium, tam respectu recipientium, quam receptorum, *vt habetur in cap. quoniam. eodem tit. de simonia.*

10 ¶ Dupli etiam interdum, † & quadrupli pœna infligitur simoniacis. Si enim prælatus aliquid ab Ecclesia extorsit per simoniam, restituere debet duplicatum. *c. audiuimus, de simonia.* quod si per impressionem extorserit, reddet quadruplicatum. *c. quoniam quidē.* 18. *dist. & cap. concussionis.* 1. *q.* 1. pariter & secularis, qui aliquid per simoniam accepit. Item & mediator tenetur duplū restituere. §. *sed neque xenodochium, in Auth. de sanctiß. Episcopis.* Et dicit tex. *in c. audiuimus, in fin. de simonia.* quod simoniacus exacta duplicata restituere debet in vtilitatem locorum, in quorum fuerunt soluta dispendium fideliter conuertenda. Sed & quadrupli pœna legè ciuili puniuntur, qui per pecuniam magistratus obtinuerint. *c. pen. in fin.* 1. *q.* 7.

11 ¶ Quandoq; etiam in pœnam in † monasterium intrudunt ad peragendam pœnitentiam, *vt per gl. in them. super caus.* 1. *& probatur in c. reperiuntur, ea. q.* 1.

12 ¶ Bona insuper etiam † quandoque publicantur, *vt dicit præfata glo. in themate.* 1. *q.* 1. *aliegat c. de Liguribus.* 23. *q.* 5. sed certe hoc alibi non legi, neque puto verū: quia tex. *in c. de Liguribus, quem allegat glo.* loquitur de pœna schismatis, non simoniæ.

13 ¶ Irregularitatem etiam incurrunt, si suspensi celebrent, vel administrent, quæ irregularitas manet tanquam cicatrix, neque per pœnitentiam tollitur. *gl. in c. ventum est, in ver. cicatrice.* 1. *q.* 1. etiam si fuerit simonia in simplici beneficio, *vt per Ioan. And. in cap. . de stat. reg. & Thom. in* 2. 2. *q.* 100. *art.* 1. *& not. in c. si celebrat. de cleri. exc. min.*

14 ¶ Pœnitentia etiam † illis iniungenda, quando tamen complere non possunt, nisi renuntient: quia in ordine male accepto, simoniaci pœnitentiam agere non possunt. *c. requiritis.* 1. *quæst.* 7.

15 ¶ Sacrilegii † etiam pœna puniri possunt, qui prece, pretio, vel fauore prohibent Ecclesias consecrari. *c. sunt quidam.* 1. *q.* 1. *& habetur in c. audiuimus.* 1. *q.* 3.

16 ¶ Occulta † tamen simonia non æque punitur ac manifesta: quia in manifesta existens, non permittitur ministrare, sed bene in occulta, *glo. in c. si quis a pseudo, in ver. Ecclesius.* 1. *q.* 1. *& dixi supra cap* 86. *num.* 1. vbi de occulta & manifesta simon. tractatum est.

17 ¶ Porro etiam † si pœnas supradictas euitarent simoniaci, non tamen euitabunt æternam damnationē, ac etiam vindictam Dei. partem enim habebit cum Simone in alio seculo, vt inquit tex. *in c. non satis, de simon.* ac etiam portionem habebit cum Giezi, *vt in c. cum in Ecclesia, in fin. eo. tit.* & de vtroque idem dicitur *in c. sicut pro certo, in fin. eod. tit. & in c. cito, in fi.* 1. *q.* 1. & sic æternam damnationem incurrent, *vt dicitur in c. si quis neq;* 1. *q.* 1. *& in c. saluator.* 1. *q.* 3. & ideo Dantes *in* 19. *Cantu inferni,* fingit simoniacos cōuersos capite in terram, & plantis per certa foramina extensis, flamma plantas ipsas cruciari.

18 ¶ Purgare † se quoque debet diffamatus, qui conuictus non est, si tamen in purgatione defecerit, deponendus erit. *c. de hoc, de simon.* quam purgationem facere debet cum quinta, vel sexta manu sui ordinis. *c. insinuatum, de simonia.*

19 ¶ Sed & hoc sciendum, † quod quæcunque pacta & conuentiones simoniam inducentes, nullę sunt ipso iure, neque iuramento confirmari possunt. *glo.* 1. *in cap. penul. de simon. & late per Redoa. in tract. de simon. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 2. *& sequen. & c.* 3. *num.* 15. *& sequen.* vbi assignat rationem, quare sint nullæ pactiones istæ.

20 ¶ Et tametsi lege † antiqua corporaliter etiam damnabantur, vt Giezi, qui lepra damnatus est, *vt sæpe dictum fuit, & habetur in c. cito, in fi.* 1. *q.* 1. & Hieroboam cuius domus deleta est. quia quicunque manum eius implebat, illum sacerdotem excelsorum faciebat, *glos. in c. eos qui, in ver. & tertius.* 1. *q.* 1. attamen hodie pœna corporali non puniuntur.

21 ¶ Qui permittunt, † se à simoniacis ordinari, seu potius execrari, irritum erit omne quod actum est, & deponentur. *c. siquis a simoniacis.* 1. *q.* 1. *& in cap. seq.* si tamen scienter id permiserint.

22 ¶ Notandum tamen, † quod simoniæ exceptio non infringit facta per rectorem, vel prælatum simoniacū tempore, quo erat in possessione, & reputabatur legitimus, *vt probat Bero. conf.* 87. *num.* 6. *in prin.*

23 ¶ Nullus quoq; † potest audire missam, aut officia simoniaci notorii, sub pœna excommunicationis. *c. nullus. & cap. sequ. incip. præter.* §. *verum, vbi glo. in ver. officium* 32. *dist. & in c. multi.* 21. *q.* 1. *& in c.* 1, 15. *q.* 2.

24 ¶ Et

24 ¶Et de pœna mentalis ſimoniæ late Redoa. *de ſimon. par. 4. c. 8.* de pœnis ſimoniæ conuentionalis, & realis latiſſime. *c. 9. & 10.* & de pœnis ſimoniæ in beneficiis conferendis, *late c. 11. & 12.* & de pœnis ſimon. circa ordinem. *c. 13.* in quib. locis variæ connumerantur pœnæ.

## CAPVT LXXXVIII.

## *de Simoniæ Diſpenſatione.*

### SVMMARIVM.

1 *Papæ diſpenſatio cum ſimoniacis quibus reſeruata caſibus, & quæ Epiſcopis, & num. 2. vbi etiam.*

2 *Epiſcopus in beneficio ſimplici diſpenſare poteſt, etiam ſine cauſa, & quando, & circa minores ſimoniæ ſpecies.*

*Epiſcopus diſpenſat, ſed cum conſilio capituli, & capitulum poteſt etiam illum eligere denuo ſi vult.*

*Epiſcopus non diſpenſat cum electo, reprobato propter ſimoniæ labem, ſciente.*

*Diſpenſandus deponere debet primo ordinem antequam ab Epiſcopo diſpenſetur.*

*Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vbi pecuniam ſimoniace recepit, etiam vbi alias diſpenſare poſſet, ſed alius ordinarius vel eius ſucceſſor, nec quando tractaretur de electione ad Epiſcopatum.*

3 *Capitulum etiam, an & quando diſpenſet.*

4 *Simoniacus retinet beneficium ſimoniace adeptum, quando eſt paratus renuntiare, caſu quo non diſpenſetur.*

5 *Diſpenſationum plures ſpecies ſunt, quia diuerſi caſus.*

6 *Caſus in quibus diſpenſatio obtineatur cum ſimoniacis in ordine, remiſſiue.*

SVPER hoc etiam crimine diſpenſari poteſt, ſed ſicut in aliis criminibus, ſic & in iſto in aliquibus caſibus ſoli Papæ reſeruata eſt diſpenſatio, in aliquibus vero etiam Epiſcopus poteſt diſpenſare. videndum ergo primo de caſibus, in quibus ſolus Papa diſpenſat.

1 ¶Solus ergo Papa diſpenſare† pōt cū ſimoniaco vero, id eſt qui ſimoniace ordinatus eſt. *c. de ſimoniace, de ſimon.* ſed & à Papa raro fit diſpenſatio, *vt dicit Specul. in tit. de deleg. §. nunc oſtendendo. ver.* 24. licet cū ſimoniace ordinato, qui tamen ſimoniacus non eſt, & Epiſcopus diſpenſare poſſit, *vt ibi habetur.* ſic & à ſede Apoſtolica petenda eſt diſpenſatio à ſuſpenſione ordinantis vel ordinati cum promiſſione de non recipiendo prouiſionem, *capite penult. de ſimonia.* quia ſolus Papa diſpenſat cum ſimoniaco ſciente in ordine, & idem in dignitate & beneficio, *vt dicit gloſſ. pen. in d. cap. pen. de ſimon.* Sed poteſt etiam Papa diſpenſare cum ſimoniace ordinato, licet ordini male ſuſcepto non renunciauerit, *ſecundum gl. in c. ordinationes, in ver. fures, 1. q. 1.* Et generaliter Papa poteſt ſuper omni caſu ſimoniæ diſpenſare, *iuxta gl. in c. ex multis, in ver. ex principalibus, 1. q. 3.* & ſolus Papa poteſt diſpenſare quoad ordinē & prælationem, in beneficio autem poteſt & Epiſcopus, *vt dicit gl. vltima, in d. c. ex multis.* Et cum diſpenſat Papa, id facit ex miſericordia, *vt habetur in cap. 1. & 2. 1. quæſtio. 5.* Et ſi pecunia fuerit data Epiſcopo pro ordine, nullus ſuperior prælatus poterit diſpenſare præter Papam, *vt tenet gloſſ. vlti. in c. vlt. 1. q. 5. & habetur in cap. erga, 1. q. 1. & c. ſiquis neq;, ibidem. & c. præſentium, 2. q. 5.* Papa ergo poteſt diſpenſare etiam circa ea, quæ ſunt prohibita, quia ſimoniaca, *vt per Decium in conſ. 436. num. 11. & in c. ex parte, 1. primo, num. 15. de elect.* & diſpenſat non ſolum quoad ordinem, ſed etiam ad ea, quæ ſunt conſecutiua ad ordinem, *vt probat text. in cap. pen. ſecundum vnam lect. de ſimon.* Solus etiam Papa diſpenſat cum ſimoniaco ſciente, vt retineat illud met beneficiū, etiam ſi paratus foret renunciare ſponte: quia etiam eo caſu Epiſcopus non diſpenſat, vt habetur, *in c. pen. de elect.* Et pariter ſolus Papa diſpenſaret etiam quoad aliud beneficium, quando ſponte noliet renunciare, ſed expectaret ſententiam condemnatoriam, vel timeret, pbationes, *c. nobis, §. 1. de ſimon. & tradit Fely. in c. de ſimoniace, num. 3. eo. tit.* Sed hic pulchra poſſet oriri diſputatio, an ſiquis committit ſimoniam cum Papa, dicatur tacite cum eo diſpenſatum? & concludit Caieta. *in Commen. Thom. 2. 2. q. 100. art. vlt. circa fin.* quod non: pro qua opinione faciunt ea, quæ dicam infra hoc cap. *ſub num. 2. circa fin.* quod in omnibus caſibus, in quibus Epiſcopus poteſt cum ſimoniaco diſpenſare, non poterit tamen, ſi ipſe fuerit particeps ſimoniæ, licet ad hoc facile poſſit reſponderi, quod diuerſa eſt ratio: quia Epiſcopus habet ſuperiorem, Papa vero nullum.

2 ¶Epiſcopus vero† in non reſeruatis Papæ diſpēſare poterit, vt cū ſimoniace ordinato, eo tamen ignorante, *vt habetur in d. c. de ſimoniace, de ſimon.* & per Hoſtien. *in ſumma de ſimon. numero 15.* & idem ibi dicit de ſimoniace ignorante recepto in religionem. Item poteſt diſpēſare Epiſcopus ſuper ſimplici beneficio ſimoniace adepta, poſt tamen liberam reſignationem. *c. ſi aliquibus, de elect. & c. ex inſinuatione, de ſimonia.* Similiter poterit etiam diſpenſare ſuper prælatura, & dignitate, ſi, qui illam ſimoniace eſt ademptus, nulla præcedente accuſatione, ſponte venerit ad Epiſcopum, & proprio motu renunciauerit, poſtulans humiliter vt eius renunciatio admittatur. Poterit enim poſt renunciationem recupetare illam prælaturam ex diſpenſatione ſui Epiſcopi. quod verum eſt, modo neceſſitas etiam Eccleſiæ id expoſtulet, *vt in c. præſentium, & c. quicunq;. 1. q. 5. & tradit Hoſti. in ſum. num. 15. ver. ſed ſi prælaturam. & Fel. in c. de ſimoniace, num. 4.* Et breuiter in ſimplici beneficio diſpenſat Epiſcopus cum cauſa, & ſine cauſa, modo adſint merita. in duplici autem poteſt diſpenſare vrgente neceſſitate, vel vtilitate eccleſiæ, *vt tenet Hoſtien. in loco ſupra citato, in ver. vel breuius.* Et diſpenſat epiſcopus etiam recepta pecunia ob promotionem, ſi alicui de curia ſua eo ignorante fuit data pecunia: ſecus ſi ipſe recepiſſet pecuniā, quia tunc feciſſet ſe indignum tali poteſtate diſpenſandi, *arg. c. diuerſis, de cler. coniug. & habetur in c. præſentium, 1. q. 5. & tenet Hoſt. d. num. 15. ver. quod autem dixi, & præter eum eſt gl. in c. vlt. in gl. vlt. 1. q. 5. & per Archid. in cap. ſtatuimus, 1. q. 1.* Circa vero minores ſpecies ſimoniæ poteſt vtique epiſcopus diſpenſare, vt in ſimonia commiſſa circa officium mortuorum, circa benedictiones nubentium, circa ſepulturas, circa chriſma, venditiones ſacrorum vaſorum, & veſtimentorum ſacrorum & ſimil. quia nullibi hæc illi reperiuntur prohibita, *arg. c. nuper, de ſentent. excommun.* ſed hęc facere poterit tantum poſt peractam pœnitentiam, *vt declarat Hoſti. in ſumma, de ſimon. num. 16.* Et poteſt epiſcopus aſſumptū ſimoniace ad beneficium ſimplex, ad idem beneficium diſpenſare, modo ignorans aſſumptus fuerit, & dūmodo ſponte renunciauerit, & nihil ſibi retineat ex prima aſſumptione. Sed epiſcopus debet diſpenſare cū cōſilio capituli ſui cū ſimoniace electo, & poſtea facta diſpenſatione poteſt capitulū illum denuo eligere. *gl. in c. ex inſinuatione, in ver. elegerunt, de ſim. & etiam in gl. ſeq.* & ꝙre quiratur conſenſus capituli, eſt *gl. in c. vlt. 1. q. 5.* cum electo autem & reprobato propter vitium ſimoniæ non diſpenſat epiſcopus, *c. nobis, in fi. de ſimo.* quod intelligendū eſt, quando ſimonia eo ſciente fuiſſet commiſſa: ſecus ſi eo ignorāte, *vt ibi declarat gl. fi.* Neq; etiam poteſt diſpenſari cum ſimoniaco in ordine, niſi deponat ordinem, *c. per tuas nobis, de ſimo.* quia ſiquis emit ordinem, nō poteſt cum eo diſpenſari circa illum, niſi fuerit ignorans, vt ſi pater pro eo dederit pecuniam: in beneficiorū autem emptione ſi renunciat, poteſt & in illo & in alio per diſpenſationem tolerari, *vt per gl. in cap. qui ſtudet,*

*in ver. ordine. 1. quæst.* 1. Hoc autem animaduertendum, quod in omnibus casibus, in quibus licet episcopo dispensare, non poterit tamen id facere, si pecunia sibi simoniace data sit, sed tunc vel eius successor, vel alius ordinarius, puta vbi domicilium habebat, dispensabit, *vt per Abb. in c. de simoniaco, de simon. vbi Felyn. num. 6.* Item & 2. in eisdem casibus sibi permissis non poterit dispensare, quãdo ageretur de electione ad episcopatum; quia eo casu non posset, *vt declarat ibidem Fely. ver. 2. limita.* & Anton. *in 2. parte sum. tit. 1. c. 5. §. 20.* generaliter concludit, quod episcopus potest cum eo, qui simoniace ingressus est religionem, dispensare, & in ordine & in loco: similiter & capitulum, vel prælatus, dum tamen ipsi non fuerint participes simoniæ.

3 ¶Capitulum† quoque aliquãdo dispensat, vt in prædicto casu tenet Ant. intellige tamen modo episcopus consentiat, *vt per Hosti. in summa huius, n. 15. ver. quod si quis aliud, & d. l. gloss. in cap. ex insinuatione, in ver. elegerunt, de simon. & etiam in gl. seq.*

4 ¶Potest† & aliquando dispensari, vt simoniacus retineat beneficium simoniace adeptum etiam absq; resignatione, modo paratus sit renũtiare casu, quo non obtineat dispensationem, sed dum dispensationem impetrat, debet à fructibus, & ab administratione abstinere, *Anton. in 2. summæ. tit. 1. c. 5. §. 21. in fin.*

5 ¶Generaliter tamen aduertendum,† plures esse species dispensationum, quia aliquando dispensatur cum simoniacis, vt tantum laicam habeant communionem, quando scilicet à simoniacis scienter promoti in contemptum celebrant. *c. 2. 1. q. 7.* Aliquando vt tantum in minoribus ordinibus ministrent, quando scilicet ad alias ecclesias transferri non possunt, sed in ea, quam emerunt, canonice viuere permittuntur, *vt in c. 1. 1. q. 5.* Aliquando vt remaneant in susceptis, quando non in ea, quam emerunt, sed in aliam transire volunt, *d. c. 1. q. 5.* Aliquando vt etiam ad superiores ordines ascendant, quando eis insciis alii pro eis simoniam commiserunt, *vt habetur in eo. c. 1. 1. q. 5. & declarat etiam gl. in thema. 1. can. & declarat etiam Tho. 2. q. 100. art. 6. in respons. ad septimum.*

6 ¶Quibus† autem casibus possit dispensari cum simoniaco circa ordines, *late Redoan. de simon. parte 4. c. 15.* & quid si simonia fuerit circa beneficia & alia. *c. 16.*

FINIS.

60

4098² 1963